00079852

Damaged Books
physically verified by
B.V.P & M.C.G.
08/07/2000
Lot No: - 177

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

Ἐθνικὰ κατ' ἐπιτομήν,

Gentilia per epitomen,

79852


ΑΝΤΕΗΑΣ

ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ

INSCRIPTA,

Quæ ex MSS. Codicibus Palatinis ab CL. SALMASIO quondam collatis & MS. VOSSIANO reſtituit, ſupplevit, ac Latina verſione & integro commentario illuſtravit

Accedunt collectæ ab JACOBO GRONOVIO *variæ lectiones ex codice MS. Peruſino, intermixtis ejuſdem notis cum excuſatione de excerptis Bocharti & Palmerii ab ſe non publicatis.*



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud FREDERICUM HAARING,

CIↃ IↃC XCIV.

LIBRARY OF THE

00079852

SPLENDIDISSIMIS AC PRIMARIIS REIPUBLICÆ DELPHENSIS TUENDÆ QUATUORVIRIS,

D. ARNOLDO VANDER **BURCH,**
ANTEHAC AD POTENTISSIMORUM FOEDERATÆ BELGICÆ ORDINUM CONSESSUM DELEGATO, CONSULUM PRÆSIDI.

D. ADRIANO BOOGAERT JC.
TOPARCHÆ IN BELOIS ET NATTAIRS, OLIM ILL. DEPUTATORUM HOLLANDIÆ ORDINUM COLLEGÆ, CONSULI, REBUS ORIENTALIS INDIÆ CURANDIS PRÆFECTO, IN SUPREMA DELPHENSIS AGRI AGGERUM CURIA ADSESSORI, SCHOLÆQUE ET COLLEGII LITERARII IN EA URBE CURATORI.

D. ARNOLDO SLACHTOE,
CONSULI.

D. ADRIANO VANDER **HOEFF,**
CONSULI.

ET CONSULTISSIMIS ERUDITISSIMISQUE VIRIS,

D. NICOLAO VAN **ASSENDELFT**
JC. IBIDEMQUE SENATORI, NUPER SCABINORUM PRÆSIDI.

D. ANTONIO HEINSIO JC.
NUPER AD SERENISSIMUM GALLIÆ REGEM LUDOVICUM XIV FOEDERATÆ BELGICÆ LEGATO, SYNDICO.

D. DAVIDI CLINQUANTIO
ECCLESIÆ DOCTORI,

GYMNASII ET COLLEGII LITERARII IN EA URBE CURATORIBUS GRAVISSIMIS ET SAPIENTISSIMIS, DOMINIS MEIS HONORANDIS.

Dum undiquaque circumſpicio, ut non modo quantum vidua poſſum, ſingulas imperfectæ domus partes fulciam & conſoler; ſed etiam in omnibus obſequar poſtremo deſiderio ac judicio ejus,

quem habui dilectiſſimum; iſta quoque triſtiſſimi fulminis ac damni mei nota ſe nunc patefacit, ut STEPHANI ἘΘΝΙΚᾺ, *gratiſſimum defuncti mariti ludicrum, adjuvem. In quo quum moriens ſupra voluntatem ac deſtinationem ſuam declaraverit quoque conſilium, non potuit in me ulla eſſe mora, quin fidei & ſedulitati conjugali ſatisfacerem; nec ullas habui cauſas, cur ab prudentia ejus vel minimum deflecterem. Unde eſt, ut ad expertam toties non viventi tantum ſed & mortuo jam marito pietatem prolixitatemque nunc quoque confugiam, & hunc* STEPHANUM *Veſtræ, Ampliſſimi Viri, tutelæ ac fidei exponere ſuſtineam. Vos enim eſtis, apud quos tum manus, quę ſcripſit iſta omnia, tum reliquę exuviæ, quæ mentis ejus, cujus receptaculo & partu concepta ſunt ſingula, domicilium per ſuos annos fuere, jam vita caſſæ requiem exceperunt; ut ſane per me non ſtet, quin, quam cadaver ejus ex terræ veſtræ gremio ſentit benignitatem, ad eandem in Poſſeſſoribus iſtius ac Dominis ſuſpiciendam & adorandam concedat hęc non minima reliquiarum mariti pars, atque adeo*

STE-

STEPHANUM quoque, ut debitam fatigato coronam, Secum habeat ſervetque ſepulchro. *Sed quæ propius hunc auctorem tangunt, Vos ..is, in quorum urbe vel maximo cum ſtudio ſucceſſu labor hic promotus fuit; quum diu ..ctato marito & tantum non defeſſo portum aperuiſtis, & in ſolido ſpem non domus modo ſed muſarum ejus quoque locantes, renovaviſtis eum ad profligandam rem ut inceptu maximam, ſic factu moleſtam & ſane prægra..m. Sed neque contigiſſet ut defetiſceret ullo modo, antequam tota fuiſſet exhauſta, & ..nitus effectam fide bona dediſſet, niſi placuiſſet Sapientiſſimo Numini, harum etiam lucubrationum conſcio, miſereri humanarum ſollicitudinum; & dum medio adhuc in curſu eſt, receptui ſignum dare. Hinc, quod reverentiæ erga Vos ſuæ indicium edere propoſuerat, in aliorum ſuperſtitum curas transſcribere compulſus, eam tamen in Vobis gratiſſime expertus eſt lenitatem, ut ſatisfactum Vobis eſſe putaveritis ea tenui teſtatione, quam ex ferali & funeſto cubili in morte jam natans enunciare potuit. Nihilominus ut ſciatis hoc unum in ſumma; qua deceſ-*

 ſit,

ſit, tranquillitate dolori illi fuiſſe, quod plenius ampliuſque explanare cultum ſuum nequierit; ſimul etiam beneficiorum Veſtrorum, quæ enumeravi, parte pro ſocietate conjugali me exhilaratam obſtrictamque & nunc quoque eorum ſentientem intelligatis; juſſa mariti mei cum animo meo convenientia exſequens, hunc tanta ejus adſiduitate tractatum STEPHANUM Veſtris, Illuſtriſſimi Viri, nominibus exorno inſcriboque, & in eo ſimul me & quos ex eodem peperi liberos, benevolentiæ Veſtræ commendo, Deum orans, ut tum univerſam Veſtram rempublicam, tum iſtam hujus partem, quæ marito nuper meo a Vobis commiſſa fuit, ſub Veſtra providentia vigere ac florere diu concedat,

Ill. Virtutibus ac Dignitatibus Veſtris

Ex caſtro Offenberg calendis Majis anni cIↄ Iↄc LXXXIIX.

Addictiſſima

JOHANNA VAN BAERSENBURGH.

ABRAH.

ABRAH. BERKELIVS

LECTORI MEO

S. D.

Tandem hoc opus exit, quod quanto mihi labore ſteterit, nec lingua exprimi nec calamo delineari poſſet. Academicis medicinæ ſtudiis emenſis, quum animum ad praxin applicare nunquam poſſem; imo ſæpiſſime ſubterfugerem, humaniores quas vocant literas de integro impenſius colere atque iiſdem incumbere incipiens, in hunc miſerum, mutilum & depravatum ſcriptorem incidi, quem reſtituere, emendare, priſtino habitu induere tentabam. Sed poſtquam multum ei operis & olei inſumpſeram, aliquot elapſis annis fando audivi Stephanum ſub prælo ſudare, & Romæ ab Holſtenio eſſe reſtitutum. Quare ab amicis admonebar, ut huic labori parcerem, non immemor veteris adagii, non oportere μάζαν μάττειν τ' ὑπ' ἄλλων μεμαγμένην. Cumque jam omnem curam aliquamdiu & cogitationem de reſtituendo edendoque Stephano abjeciſſem, docebat eventus mihi ficta pro veris ab amicis eſſe tradita. Quare penſum in manus reſumpſi, & latercula obſervationum inſpexi; & quod jam a Caſaubono, Salmaſio aliiſque præſtantiſſimis rei literariæ luminibus tentatum & deploratum, animo fortiter obfirmato aggreſſus ſum. In quo quidem ita egi, ut maluiſſem

Cum Leone, cum Excetra, cum Corvo, cum Apro Ætolico,
Cum Avibus Stymphalibus, cum Antæo deluctari,

quam cum monſtris Geographicis, &, ut quondam dixi, portentis Mythologicis aliiſque ad Grammatica ſpectantibus perquam intricatis. Erat etiam mihi ante oculos labes & macula hujus ſæculi, quæ virtuti invidens videtur velle ipſum florem omnis elegantiæ infringere; plena talibus, qui vix unquam promenda ſua, (ſi modo præſtare aliqua ſua poſſunt) ſed uſque cavillando aliena, ſibi laudem quærunt, & quoſcunque conatus ingrate traducunt. Tanto autem amariorem operam hanc prævidebam, quod præter multa manca, corrupta, quæ in omni & nulla excepta pagina occurrunt, quæ emendatu erant difficillima, multa quoque levia erant corrigenda, adeo ut aliquando me ipſum pigeret iſtas λεπτολογίας perſequi. Sed tamen & hoc fuit mihi exſolvendum, quia, pace omnium, ita ſum animatus, ut opiner nihil tam tenue eſſe & ſordidum & in hiſce literis exiguum, quod meo labore & cura indignum exiſtimarem, dummodo bonum auctorem reddat nitidiorem & a mendis vindicet. Præterea quum ex Plinio didiciſſem eſſe rem arduam dare quibuſcunque vetuſtis novitatem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem; tum experientia me docuerat negotium eſſe inprimis arduum atque difficile veterum ſcripta injuriâ temporum aut hominum imperitiâ deturpata in aliquam dignitatem reſtituere, præſertim ei, qui veteribus libris deſtitutus eſt. His autem ut hoc tempore & in hoc auctore uterer, vix videbam fieri poſſe, etſi ab aliis adjumentis plane inopes non eſſemus aut imparati Sed ante omnia quum blandâ mentis atque animi inclinatione ſtudia gignantur,

& otio

& otio inter lætæ fortunæ bona nutriantur; me injuriarum & iniquitatis moles & infortuniorum calamitas oppreſſit. Et quis ego eram homo obſcuro loco natus, cui nulla ex atavorum majorumve nobilitate & eruditione gloria, qui poſt tantorum virorum lucubrationes prodeam, iiſque meas conjecturas & cogitationes commiſceam & publici juris faciam?

Quid enim contendat hirundo
Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus hædi
Conſimile in curſu poſſint, ut fortis equi vis?

Verum enimvero liceat mihi, benigne lector, quod res eſt, ingenue profiteri. Multa ſummi viri in reip. literariæ bonum præſtitere, ſed plura adhuc intacta & medicâ manu indigentia reliquerunt. Itaque tantum ſcias; hic Stephanus fuit delicium noſtrum merum; & quicquid ſit, quantum inter hanc atque alias editiones interſit, facile apparebit ei, qui priores cum poſtrema hac contulerit, & quid diſtent æra lupinis, noverit. Præfationis igitur vice aliquid loquamur tam de auctore hujus operis, quam de opere ipſo; quod quum utrumque obſcurum ſit, tum vel maxime prius; aliis vitam ejus ad ſæcula citeriora deprimentibus, aliis ad nimis altiora elevantibus, ac præcipue Triſtano Sanctamantio, qui ad nummum Perinthiorum ſub Severo ſignatum pag. 81 tom. II ab priore ſententia ſe alienum oſtendit, & ſaltem ante Heracleæ cognomen Perintho datum, quod etſi apud Ptolemæum; tamen in nummis non niſi poſt Gallienum cuſis exſtare obſervat, vixiſſe credit. Nec poſſum hîc præterire Cluverii ἀνιστορησίαν exiſtimantem ætatem Stephani Euſtathio inferiorem fuiſſe. Ita enim ſcribit ad vocem Τάρας pag. 1234 Ital. Antiq. Itaque ut quam certiſſime agam, ſequar exemplum Cl. Jonſii in ſcrutatione vitæ Diogenis Laërtii, ut & quantum fieri poteſt, ſciamus, ante quos vixerit Stephanus, nec minore diligentia inquiramus, poſt quos vixerit, ſic arctiſſimis cancellis ætatem ejus incluſuri, argumentis ex hac epitome petitis. Præmitto igitur me putare hunc Stephanum inter Conſtantini & Juſtiniani tempora vixiſſe: nam refert Βυζάντιον Conſtantinopolin & Novam Romam tranſlata eò imperii ſede denominatam eſſe. Vixit & poſt Euſebium, cujus hiſtoria Eccleſiaſtica citatur in voce Βίεννος. Vixit poſt Decentium & Magnentium Imperatores; recenſet enim Decentios gentem ab altero ſic denominatam. Tum præterea conjici poteſt vixiſſe poſt Julianum. Nam hiſtoricus ille Capito, cujus Iſaurica citat in Αλίμαλα, & Lycius fuit hiſtoricus, & Eutropii rerum Romanarum compendium ex Livio aliiſque concinnatum in Græcam linguam tranſtulit, tum poſt Juliani imperatoris tempora demum innotuit, cujus mentio fit in hujus editionis pagina 74 com. 57. Quin etiam de ejus ætate conjectura poteſt fieri ex voce Σάλωνα, ubi meminit Priſci cujuſdam, qui vixit tempore Theodoſii junioris. Quin etiam Stephanum Juſtiniani tempora non vidiſſe, ſed ante illa vixiſſe præclare mihi videretur confirmari ex eo, quod Xylander ex vocabulo Ανακτόρεια produxit. Ibi enim Epitomator hunc in modum ſcripſit. Καὶ Εὐγένιος δὲ ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων διὰ διφθόγγου φησίν· ἔοικε δὲ ἀγνοεῖν ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν. Sed hæc verba non eſſe ipſius Stephani luce meridiana clarius apparet ex recta temporum ſerie. Hermolaus Epitomator de ſuo hæc adjecit.. Ergo aliud argumentum nobis ſuppeditaretur in voce Ακόναι; ſed ibi rurſum non Stephani, verum Epitomatoris verba occurrunt. Οὕτω γάρ τις νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ Πατρικίῳ καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ Μαγίστρῳ Πέτρῳ, κειμένη δὲ καταντικρὺ τῆς εὐδαίμονος πόλεως Χαλκηδόνος. Petrus hic Patricius & Magiſter, cujus legationum Eclogas reipublicæ literariæ bono divulgavit Hoeſchelius Auguſtæ Vindelicor. anno 1603, etiam Juſtiniani temporibus vixit, cujus profecto Stephanus ne-

qua-

quaquam potuit meminiſſe, ſi ante Juſtinianum ſupremum vitæ diem obierit. Sed non eſt minimæ notæ conjectura, quam ex Tzetza de ætate Stephani colligimus. Hic enim Stephanum citat Chiliade III Hiſt. centeſima. Eſt autem illud Tzetzæ opus, quod ipſe nonnunquam epiſtolam, nonnunquam πίνακας, ſæpe hiſtoriam appellat, ab eo ſcriptum anno a C. N. MCLXXVI, uti docet Nicolaus Gerbelius in præfatione Tzetzæ præfixa.

Etiam Chriſtianum fuiſſe indicat luculentiſſimus locus deſumptus ex octavo capite Geneſeos de Ammanitis, in voce Αμανον. Similiter in Σόδομα, Ιδυμαῖοι, Εβραῖοι. Sed evidenti argumento id ipſum demonſtrari poteſt, quum optime de D. Chriſto confeſſionem exhibet in voce Βήτλεμα, in qua urbe non tantum natum D. Chriſtum profitetur, ſed ſecundum carnem ibi genitum, attamen etiam Servatorem & Deum noſtrum eſſe. Non eſt igitur audiendus Septimius Florens Chriſtianus, quem non puduit Stephanum Auctorem Ethnicum appellare in commentariis ſuis ad Ariſtoph. Irenam pag. 77, ipſique tamen ſacras literas veteris teſtamenti non incognitas fuiſſe liquet ex voce Eſau de primogenitura ejus.

Hic Stephanus ſcripſit librum, quo ego non fuiſſe unquam limatius ſcriptum in tota ſequioris ævi ſcriptorum turba ullum puto, tam egregiis diverſiſque exemplis & tanta geographiæ peritia conflatum. Ad cujus materiam quod attinet; in ea ob oculos ponit Stephanus in tribus habitabilis orbis partibus præcipuas regiones, provincias, gentes, urbes, oppida, caſtella, colonias, demos, montes, colles, valles, ſaltus, ſilvas, lucos, fana, maria, ſinus, promontoria, inſulas, peninſulas, portus, freta, litora, ſcopulos, flumina, fontes, lacus & paludes. Hiſce præterea ex antiquiſſimis Hiſtoricis, Mythologis & Geographis adjiciuntur hiſtoriæ, fabulæ, locorum ſitus, mores aliquando gentium, regnorum conditores, regionum & urbium nomenclaturæ, multarum coloniarum origines, antiquitates, etymologiæ, & plurima ad Grammaticam ſpectantia. Itaque tam neceſſaria & utilis opera hæc eſt venerandæ antiquitatis ſcrinia perſcrutanti, ut ille prorſus numerus ſit & in literatorum cenſum vix veniat, qui ſe hac in Criticæ parte non ſedulo exercuerit. Miratus ſum profecto ſæpiſſime; atque etiam nunc miror commentatores & doctiſſimos interpretes toties in verſione gentilium & tam turpiter fuiſſe hallucinatos, nihil omnino nitori & elegantiæ relinquentes. Utinam interea Stephanus manſiſſet ille, qualem ſe in publicum emiſerat. Sed ut nunc denuo, ſic ipſius etiam & ſequenti tempore ſtulti & bonarum artium profani ſe oblectarunt breviariis & compendiis colligendis, ita ut quidam ipſos auctores in epitomen redegerint ipſis auctorum verbis ſervatis aut paulum immutatis; alii breviaria proprio ſtylo confecerint ex variis ſcriptoribus excerpendo, quod in rem videretur; ut Salmaſii verbis utar in præfatione ad Lucium Ampelium; eo ſucceſſu, ut poſtea ipſi veri auctores fuerint aut ignorati, aut neglecti, ac tandem merſi & æternis tenebris damnati. Quod quum queramur in multis, etiam Stephanus hanc deplorationem meretur. Non enim vere Stephanum hodie tractari, ſed hactenus tantum Stephani epitomen exſtitiſſe, licet argumenta infallibilia & minime in dubium revocanda ex v. Ατζελώη, Φρίξος & aliis poſſem producere, ſatis clare nunc liquet conſtatque ex genuino fragmento edito. Unde etiam dilucide apparet, qualem ſcopum in hoc auctore ad eam redigendo tenuitatem habuerit Hermolaus ille. Nam ſic vocabatur, qui gangrænam iſtam Stephano attulit. Multis in locis vanum & nugax fecit hoc opus, niſi interpretatione ſubleves. Loca ex antiquorum ſcriptorum ſcriniis deprompta a Stephano, omnia vel negligit prorſus, vel de auctoris nomine duntaxat mentionem facit ipſiſſima verba prætermittens. Et hæc ratio eſt, quare exiſti-

 mem

mem noſtrum ſcriptorem in literis Φ Χ Ψ & Ω tantam injuriam non fuiſſe paſſum, quam in præcedentibus: nam iſtis in ſectionibus quæcunque ex veterum ſcriptis citantur, omnia ferme invenies. Præterea alterutrum horum, quæ modo ex Salmaſio dicebamus, in Stephani luxatione etiam contigiſſe, & Hermolaum non tantum Stephani verbis hanc epitomen confeciſſe, non immerito quis ſuſpicetur. Sed quis tanto acumine præditus, qui additamenta illa probe a Stephani verbis dignoſceret? Non quemadmodum haud ita facile eſt, ſpuria ſcripta a genuinis diſtinguere, quam ſit nativas gemmas dignoſcere ab adulterinis; eodem modo tam facili negotio dignoſcuntur verba, quibus auctor uſus eſt, & quæ epitomator de ſuo addidit. Immo quam mutaverit Stephani verba, ex genuino fragmento id manifeſte diſcere poſſumus. Quo autem tempore hoc Stephani opus in compendium ſit redactum, nequeo dicere, neque fortaſſis quiſpiam alius: ſi diſcedat ab Suida, qui Hermolai epitomen Juſtiniano Imperatori dedicatam teſtatur. Porro quo tempore propter ſubjectam epitomen in tenebras abierit, non facile commemorari, multo minus argumentis probabilibus evinci poſſet. Tempore tamen Conſtantini Imperatoris Porphyrogeneti integer fuit, uti liquet ex libellis de adminiſtrando imperio & thematibus ad Romanum filium, ubi totos ex noſtro deſumpſit locos, uti annotavimus in voce Ἰϐηρία, Καππαδοκία, Πελοπόννησος, Βυζάντιον, Βόσπορον & innumeris aliis locis. Immo ipſum Stephanum alibi nominat Grammaticum, ut in Siciliæ Themate. Diu certi dubitavi, an Euſtathius ex omnibus locis, quibus hujus libri meminit, ſive in Homeri ſive in Dionyſii commentariis, appareret aliud quam ipſum tantum hac epitome & nihil ex ipſo Stephani opere uſum fuiſſe aut tranſcripſiſſe. Nam certe & auctorem epitomatoris titulo inſigniit. Donec tandem diligentiſſime a capite ad calcem immenſa illa in Homerum volumina perlegendo, atque etiam in Dionyſium commentaria, invenire potui, ex quo mihi liceret hanc conjecturam facere, Euſtathium aliud quid in uſu habuiſſe, quam qnod videtis & legitis.

Omnino enim reperiuntur apud illum, quæ hodie non conſpiciuntur in nobis familiari Stephano: unde dubitandum non eſt ipſum integriores habuiſſe ſua ætate codices, quam nunc circumferuntur. Hujus rei inſigne argumentum depromam ex comment. ad Iliados β′, ubi ſic ſcribit. Ἰστέον δὲ ὅτι Λίνδος, οὐ μόνον Ῥοδία πόλις, ἀλλὰ καί τι ἀρωματικὸν εἶδος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ὀσμὴ λιϐάνου σμύρνης καλάμου στύρακος Λίνδου, ὥς φησιν Ἀθήναιος. Τὴν δὲ Ῥόδον τὴν πόλιν ὕστερόν φησι κτισθῆναι κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ ὑπὸ ἀρχιτέκτονος, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Ἀττικὸς λιμὴν ὁ Πειραιεύς. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας, καὶ Σικελικὴν πόλιν Λίνδον ἱστορεῖ. ὃς καὶ τὴν παρ' Ὁμήρῳ Ἰηλυσὸν Ἰαλυσὸν γράφει· λέγων εἶναι καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ δὲ κόλπῳ Ἰαλυσόν. Τὴν δὲ Κάμιρον διὰ τοῦ ι καὶ αὐτὸς γράφει πρὸς διαστολὴν τοῦ κυρίου. Τὸ γὰρ κύριον ὁ Κάμειρος διὰ διφθόγγου γράφεται. Verum ſi cui hæc Lindi deſcriptio levis & minimi ponderis videatur, addam majoris efficaciæ argumentum ex eodem Archiepiſcopo ad Iliad. β, ubi ex Stephano Ornearum deſcriptionem abſolvit, de quibus hodie in Ethnicographo nihil circumfertur. Ὀρνειαὶ δὲ ἡ δίχα τοῦ ε Ὀρνιαὶ, τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐν κοινῇ χρήσει κεῖται, κώμη ἐστὶν Ἀργείας κατὰ τὸν γεωγράφον. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. ταύτην δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας πόλιν λέγει, οὐ κώμην. Sed de his Orneis ne gry quidem apud noſtrum: unde non temere conjicitur Euſtathium integriori ſua ætate epitome uſum fuiſſe. Quin etiam ubi loquitur περὶ Λυκάστου, in notis ad Iliad. β pag. 237 inſigne & præſtantiſſimum ibi incrementum legitur: Λύκαστος δὲ ἀπὸ Λυκάστου φασὶν αὐτόχθονος ἢ παιδὸς τοῦ Μίνωος. ἔστι δὲ καὶ Ποντικὴ Λύκαστος κατὰ τὸν γραφέα τῶν ἐθνικῶν. ὃς λέγει καὶ ὅτι τὴν Κρητικὴν Λύκαστον ὀξυτονοῦσιν οἱ ἐγχώριοι. οὐκ ἐπιχωριάζει δέ φησιν ἡ ἐθνικὴ παράδοσις. τοὐτέστι παρὰ τοῖς ἄλλοις οὐκ ὀξύνεται. Ἡ δὲ Φαιστὸς ὀξύνεται

πρὸς

πρὸς διαστολὴν τοῦ βαρυτόνου Φαίστου τοῦ κυρίου ὀνόματος, ὃς καὶ ἔκτισεν αὐτὴν υἱὸς ὢν Ῥοπάλου υἱοῦ Ἡρακλέους, ὡς ὁ ἐθνογράφος λέγει, ὃς καὶ Πελοποννησίαν Φαιστὸν ἱστορεῖ. Propterea credimus Euſtathio ſane ad manum fuiſſe ipſum integrum Stephanum, quum poſtera ſæcula, certe noſtra, his minutiis contenta eſſe debuerint; utique quantum nos ex aliorum ſcriptis animadvertere poſſumus. Etenim epitome jam confecta potuiſſe adhuc alibi latere & latuiſſe, nec minus ipſum, quàm hanc epitomen, facile perſuadeor vel ex particula voluminis Seguieriani, vel legens verba illa, quæ Illuſtris Scaliger ſcripſit epiſtol. lib. IV. 431 ad Iſaacum Gruterum. *Jam video illum codicem eundem eſſe, quem Nicolaus Sophianus habebat. nam præter alios codices inerat & integer Stephanus* ἐθνικογράφος *cum toto* K *&* Λ, *quæ hodie imperfecta circumferri haud ignoras.*

Hæc igitur epitome, quum in avorum noſtrorum veniſſet manus, ter prodire juſſa, etſi valde mutilata & manca, per Aldum & Juntam, tandem & ab Xylandro in lucem venit multis in locis mediocriter emendata & reſtaurata. Ab omnibus quidem ea grate ſalutata eſt & uſurpata, & interdum nimis. Nam Ferrarius in dictionario Geograph. & pag. 59 in Ἄρβηρα Suidæ verba adſcribit Stephano; & pag. 447 in Mangreſia ait Hîc Antiochus " Rex a Scipione victus, magna clade affectus eſt, unde Scipio Aſiaticus cog- " nominatus Stephano libro de urbibus; quæ ſi inquiras, vix invenias. ' Sed " primus omnium videtur uſum ejus optime noviſſe Carol. Sigonius in ſcholiis ad Livium; quem illic paſſim eximit ab dubitatione, nonniſi una hujus breviarii ope. Poſt Xylandrum, qui præſtitit multa, quoque alii viri docti miſerati fuerunt ejus conditionem, ut eam mollire ſedulo conarentur; hinc Petro Lambecio libro I comment. de Bibliotheca Cæſarea vidiſſe teſtante præter Strabonem & poëmatia vetera Latina Stephanum de Urbibus a Xylandro Gr. editum A. 1568 manu Scaligeri notatum ab Seb. Tegnagelio emptum & in bibliothecam Cæſaream tranſlatum; hinc Caſaubono ſcribente nunc in Theocriticis pag. 15 *Docebimus illud cum illum auctorem* (Stephanum dicit) *ſexcentis mendis quibus ſcatet liberatum olim Deo volente edemus*: nunc in epiſtola ſecunda ad Theodorum Canterum teſtante ſe habere *in Stephanum paratas notas, quæ miſerum illum ſcriptorem ab infinitis mendis aliquando, ſi Deo viſum fuerit, vindicabunt*; quæ in cujuſcunque manus inciderunt. Poſt hunc Cluverius de antiqua Geographia optime meritus ejuſque ſcientiſſimus, in operibus de Italia, Sicilia & Germania antiqua feliciſſime aliquando noſtrum auctorem reſtituit & emendavit. Poſt eum Salmaſius ope & auxilio MSS. Palatinorum aliorumque, (nam uti ex codice ejus liquet, antiquos & recentiores conſuluit) innumeris locis Epitomatorem ſupplevit, auxit, reſtituit, & genuinum nitorem reddidit, uti omnibus patet Plinianas exercitationes evolventibus; ipſo etiam in notis ad Florum progreſſum anno 1609 ſcribente pag. 93. *Stephanum ante annum recenſuimus & caſtigavimus*; & pag. 197 ubi titulum Stephani formare videtur; & pag. 209 appellante Stephanum meum. Vide etiam ad Trebell. Pollionem pag. 197. Sed quid plura de notis, quas Salmaſius ad oram ſui codicis annotavit? tantopere hoc doctis viris fuit notum, ut omnino & in publicis dedicationibus dixerint & exiſtimaverint Salmaſium edidiſſe Stephanum. Colligimus hoc præſertim ex appendice notarum ad Harpocrationem, quem Mauſſacus poſt obſervationes ſuas in Plutarchum de fluminibus Salmaſio dicabat, ubi ita ſcripſit: *Tibi vero hæc dedicare libuit, Salmazi, quia & me amas, & neminem melius te Harpocrationem noviſſe ſciunt omnes eruditi, qui a te jam diu ſpectant tot præclara & illuſtria opera, ut Stephanum de Urbibus, Epigrammata Græca veterum, Geoponica, Solinum, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, & alia innume-*

ra, quorum dominus ac poſſeſſor es. Salmaſius ſane pluribus codicibus uſus fuit, ut ex margine ejus Stephani colligere fuit facillimum, vetuſtioribus & recentioribus: ſed non eodem modo erant diviſi. Nam recentior ille in libros erat diſtributus: poſt finem literæ Δ teſtatur ibi incipere librum decimum tertium: & ad initium literæ Ζ dicit incipere librum decimum quintum in MS. recentiore Palatino. Non ubique tamen invenit hanc diſtributionem in libros; vel tanquam rem non neceſſariam ubique addidit. In fine ad fragmenta hæc leguntur, βιβλίον ια. ὀγδοήκοντα κεφάλαια, πάγε ταῦτα, ſed non convenit cum Palatini codicis numero. Nam Salmaſius teſtatur ibi incipere librum decimum tertium. Quid dicam de noſtri ævi miraculo Iſ. Voſſio, qui exquiſitiſſimis annotationibus in Pomponium Melam publicatis, præterea nobiſcum communicavit ipſum Salmaſii codicem, longo eum uſu tantopere detritum & deturpatum, ut multis in locis ſenſum elicere non potuerim, ſed interim collatum cum Palatinis aliiſque codicibus. Immo ex bibliotheca ſua rariſſimorum codicum MSS. refertiſſima uſum nobis conceſſit alterius cujuſdam manu exarati codicis, ex quo totos locos, qui in aliis non reperiuntur, Stephano noſtro addidimus. Repente enim, mi Lector, dico tibi, quid acciderit. Quum ſic eſſet laboratum in Stephano, fata voluerunt, ut is incideret poſt Xylandrum in curam noſtram, & id quod modo dixi, in optimo hoc auctore præſtiti. Quantum enim inter hanc atque alias editiones interſit, facile tibi apparebit, ſi priores cum hac poſtrema contuleris, & reſpexeris vocabula Ἀγνοῦς, Ἀκυληΐα, Ἀμφίλοχοι, Αν[illegible], Ἄρειος πάγος, Ἀρκαδία, Ἐδεβησσός, Ἀφροδιτόπολις, Βαγίστανα, Βοῦρα, Γάζα, & paſſim, ubi ex MSS. hanc epitomen auximus. Multi enim in hac epitome erant hiatus. Sed nullibi major, quam in litera Κ: nam vocabula ultima literarum ΚΕ & ſequentium, & prima literarum ΚΟ deſiderantur. Et in Palatinis codicibus nihil ad has pertinens obſervavit Salmaſius, earumque nullum veſtigium nobis ſuppeditavit cod. Voſſianus: ſed neque ex ſeria Euſtathii lectione in his aliquid apud eum deprehendi, nec quod ſciam ullum locum ἐκ τῶν ἐθνικῶν ſcriptore allegat, qui ad hoc fragmentum referri poſſit. Putat tamen vir doctus Nicolaus Lloydius Parrhaſium integro Stephani codice uſum fuiſſe, qui nos monet ab ipſo fabulam de Arginno recitari in voce Κήφισος, de qua voce in hodiernis editionibus [illegible]tis codd. quos videre licuit, ne gry quidem occurrit, cum omnes iſthac parte mutili circumferantur. Verum vix puto Parrhaſium vera loqui: nam pars hujus fabulæ apud Stephanum in voce Ἄργυννος exſtat, & quia hic puer frequentius in fluvio Cephiſſo nataverit, ibique perierit & ſepultus ſit, fortaſſis locum non diligenter inquirens, exiſtimavit Stephanum hac de re in Κήφισος loqui, cum tamen tota hiſtoria ab eo loco ſupra nominato commemoraretur. Solebant enim primi rei literariæ reſtauratores aliquando partem ex Artemidoro, ex Hellanico, ex Eratoſthene, a Strabone, Athenæo aliiſque antiquis ſcriptoribus allegata, ita in medium producere, quaſi ex ipſis ſcriptoribus hauſiſſent, & ipſi in eorum bibliothecis laterent, uti vana hac eruditionis oſtentatione in ſedula antiquitatis inveſtigatione tanto doctiores viderentur, & admirationem apud imperitos excitarent. Sed ſæpiſſime fruſtra ex MSS. codd. opem emendicavimus, qui vulgato contextu interdum corruptiores erant. Quare aliquando ſolis conjecturis nobis ſtandum & res peragenda fuit; quæ ſi non ſemper certæ ſint & veræ, quid mirum? Homines ſumus; & humanitatis ſuæ indicia in rebus maxima ſagacitate, cura & indefeſſa diligentia elaboratis relinquere humano generi eſt innatum. Neque tamen omnibus in locis, quibus licitum fuit conjectare, nobis Suffeni fuimus: φιλαυτίαν enim ac αὐθάδειαν cane pejus & angue odimus, nec nimis noſtri juris ac noſtræ ſententiæ

tentiæ eſſe amamus, ſed in his ſolum, ubi veritas ſe exſerit tam coruſcis radiis, ut non alio lumine indigeat. Inter alia adminicula, quæ nobis laborantibus profuere, jure meritòque Euſtathii Archiepiſcopi in Homerum & Dionyſium Alexandrinum de ſitu orbis commentaria recenſenda exiſtimo. Hujus enim doctiſſimi Viri opera ſi ad noſtram ætatem non perveniſſent; ſæpenumero in luto hæſitaſſemus, & nulla nobis cognita fuiſſet via, qua nos commodè extricare potuiſſemus: nihil ipſi in Homero occurrit ad Geographiam ſpectans, quod noſtri Epitomatoris teſtimonio non confirmat, tantum ipſius quantum Strabonis atque aliorum Geographorum auctoritati attribuens. Præter uſum horum, quos dixi, operum librorumque nihil magis noſtrum opus promovit, quam diligens nummorum antiquorum perſcrutatio, ex quibus tanquam incorruptis teſtibus vera aliquando nomina urbium & ab iis deducta gentilia non fruſtra petivimus. Qua in re Lucas Holſtenius vir doctiſſimus & Germaniæ decus, cum multa utilitate verſatus primo fuit. Quanto nummorum prodierit major copia, tanto major etiam τῶν ἐθνικῶν evidentia & claritudo enituit. Neque interim fruſtrandus eſt ſua laude Amicus noſter Luſitanus, vir eruditiſſimus, cujus nomen, quanquam dignum noſtra commemoratione, hic reticeo, ut nimis modeſtæ ejus petitioni ſatisfacerem. Totum epitomatòris opus in Latinum tranſtulit, magnoque commentariorum volumine auxit atque illuſtravit, quæ omnia poſt inceptum noſtrum opus videnda nobis exhibuit.

Quod ad inſcriptionem attinet, de ea dixi principio notarum, & quanquam ea recenſeantur in hoc Stephani opere, non tamen ab Heinſio in notis ad Heſiodum pag. 98 appellandus erat *urbium auctor*; & recte Delrio in Claudianum non credit hunc librum eſſe Stephani περὶ πόλεων, ſed potius epitomen τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου ab Hermolao Grammatico Conſtantinopoli concinnatam: ut ſolebant veteres librorum indices una tantum voce inſignire, ut Κρητικὰ, Λυκιακὰ, Ἀττικὰ, quæ indicabant res & origines Cretæ, Lyciæ, Atticæ aliarumque: ut de chirurgia dixerunt χειρουργικὰ, de medicina ἰατρικὰ, de harmonia ἁρμονικὰ, & ſic de aliis artibus ac ſcientiis. Ita Stephano ἐθνικὰ, nihil aliud denotant, quam libros de gentilibus nominibus conſignatos, materiam non Stephano primum, ſed ante eum pluribus tractatam. Sic enim legitur Ζηνόδοτος ἐν τῇ ἐθνικαῖς λέξεσι apud Voſſium de Hiſt. Græc. pag. 72 ex Galeno citatus; Sic Ori liber ſecundus de gentilibus citatur ab ipſo Stephano in v. Ταώα, quod fuit opus Grammaticum, non Hiſtoricum, ut Stephani quoque noſtri opus fuit, quemadmodum etiam ex Suida probari poſſet. Hellanicus Athenæo in ὀνομασίαις ἐθνῶν καὶ πόλεων. Ὠρίων περὶ ἐθνικῶν apud Etymologici M. auctorem in Ἄσυ. Hippias Delius idem argumentum tractavit teſte Scholiaſta doctiſſimo in Apollon. Rhod. Argon. pag. 365. Etiam, ſi id huc facit, Demetrius Magnes ſcripſit de urbibus ſynonymis, de quo conſtat ex Harpocratione pag. 240 & Suida in Μεθώνη. Etiam Auctores Arabici hanc materiam tractarunt, & in bibliotheca Lugduno-Batava inter Werneriana duo auctores reperiuntur. Scilicet quum vox ἔθνος non duntaxat ſimpliciter gentem denotet, ſed omnes urbes, omnes vicos, omnes inſulas totius orbis terræ, quo ſignificatu occurrit apud Pollucem pag. 425, ſed & aliquando non nationem, ſed cœtum vel genus quoddam hominum, ut docet Valeſius ad Harpocrationem, ut etiam gentes aliquando non pro integris populorum nationibus, ſed ſingularum provinciarum incolis ſeu provincialibus eodem jure utentibus ſumi notaverat Seldenus ad Marmora Arundel. pag. 123. Hinc Stephanus operis ſui titulum finxit ἐθνικὰ, id eſt, gentilia, non ab unica gente, ſed omnibus terrarum orbem paſſim incolentibus. De quibus gentilibus Stephanus agere non poterat, niſi habita urbium,

regio-

regionum & locorum mentione, de quibus illa erant formanda & deducenda. Nam quanquam Etymologici auctor ſtatuat quadrifariam gentilia formari, nos tamen ſcimus & ab pagis, ab aliis item locis gentilia formari. Verba Etymologici ſunt in voce Ἀχαιός. Ποσαχῶς λαμβάνονται τὰ ἐθνικά; τετραχῶς· ἐκ πόλεως, ἐξ ἔθνους, ἐκ χώρας, ἐκ βασιλείας. Fateor unam vocem ſæpiſſime pro gentili, pro heroë, pro urbe & fluvio ſumi, ſed gentilia etiam deducuntur ab aliis nominibus, ſcilicet fluminibus, maribus, paludibus. In fluviis enim occurrunt Ῥῆνοι accolæ Rheni, Λυκορμαῖος eſt ab Λυκόρμας, & Μελανιππεῦς vel Μελανίππιος ab loco Μελανίππιον, etſi ποταμὸς male hîc perhibeatur. Sic etiam gentilitia nomina deducuntur a familiis, ut Julius, Æmilius, quæ ſunt gentilia nomina; de quo conſule auctores linguæ Latin. pag. 1398 & 1402. Ita per iſta ἐθνικὰ vehementer innotuit Stephanus, ut per hanc deſcriptionem eum præcipue indigetarent, Euſtathius præſertim, apud quem Scholiis in Dionyſium pag. 9 & 15 & 77 & 93, in Homerum vero ad Bœotiam pag. 265 & Odyſſ. A initium invenies ὁ δὲ vel μὲν τὰ ἐθνικὰ γράψας. Item ad Dionyſium pag. 73 καὶ τὸν γράψαντα τὰ ἐθνικά. 55 ἐν τῇ καταγραφῇ τῶν ἐθνικῶν. 88 οἱ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψαντες numero plurativo circumſcribens nomen. 122 ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεύς. Sed præcipue luxuriat hujus citationibus ad Iliad β vel Bœotiam, ut pag. 229 ἐθνικῶν γραφεύς. 313 ἐθνικὴ παράδοσις. 335 ἀναγραφὴ τῶν ἐθνικῶν. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ καταγραψάμενος. ὁ δὲ καταγράψας τὰ ἐθνικά. 266 ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεύς. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλεξάμενος. ἐπιλέκτης τῶν ἐθνικῶν. 305 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθείς. 304 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθέμενος. ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐκθέτης. 335 ὁ τῶν ἐθνικῶν καταγραφεύς. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας. 333 καὶ δὲ τὸν τὰ ἐθνικὰ ἀναλεξάμενον. ὁ τῶν ἐθνικῶν συναγωγεύς. 233 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐπελθών. 338 & 368 ὁ ἐθνογράφος. 320 ὁ ἐνδιατρίψας τοῖς ἐθνικοῖς. 329 ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης. 368 ἐθνολόγος. Interdum ſimpliciter ſine ullo auctoris nomine libri titulum ἐθνικὰ fecit; ut pag. 201, ἐν τοῖς ἐθνικοῖς φέρεται. Qua in re prorſus Græcorum Magiſtrorum exemplum imitatur, citantium incertos & innominatos auctores, eorum operibus duntaxat indicatis, ut patet apud Mauſſacum in appendice notarum ad Harpocrationem poſt Plutarchum de fluviis. Suidas, quum in v. Νακώνη eum appellaſſet ἐθνικογράφον, in v. Νάξης ait ὁ γράψας τὰ ἐθνικά. Sic enim ibi ſupplendus, ut facile cuivis patebit. Imo & epitomes meminit Euſtathius pag. 332. τῷ δὲ γράψαντι τὴν τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν δυσχερὲς προσέχειν. & ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιτέμνων. Quin & ipſum Stephani nomen illic coruſcat pag. 15. Ἱστέον ὅτι διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Quod quanquam exiſtimabam a me primo in Euſtathio fuiſſe inventum, poſtea tamen aliter didici: nam iſtius loci meminit Caſaubonus in notis ad Diogenem Laërtium pag. 10 & 11. Etiam Stephani meminit Scholiaſtes ad Epigrammata Græca pag. 302 Brod. edit. & 239. Etiam ejus meminit nominatim Scholiaſtes Lycophronis pag. 10. αἶ αἶ. ἐπίρρημα θρηνητικόν, ὃ πάντες οἱ νῦν βαρύνουσι. Στέφανος δὲ καὶ Μελάμπους περισπᾷν ἀξιοῦσι, λέγοντες τοῦτον τὸν κανόνα &c. Sic quoque Etymologici Magni auctor. Σφήκεια, ἡ Κύπρος, πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Στέφανος ἐν τῷ περὶ Κύπρου. Sic illi. Qua igitur occaſione & quo fato noſter nomen illud περὶ πόλεων fuerit indeptus, dixerim difficulter; utrum ex MSS (in quorum nonnullis id exſtare novimus) primi editores hauſerint, an vero ei magis congruum cenſuerint, non duntaxat de gentilibus ſed etiam de urbibus gentilium primitivis agenti. Hoc interim evidentiſſimum, plures ex nuperis eum cognoſcere indice περὶ πόλεων, quam περὶ ἐθνικῶν; & ſic eum citaverunt, ut Biſetus ad Ariſtophanis Lyſiſtratam pag. 901 & 908.

Hæc ipſa expolire magis vellem, & his prolegomenis inſerere omnes canones, quos Stephanus ſparſim per totum opus diſperſit. Sic poſſem oſtendere

dere, quot modis Siculi ſua formarint gentilia, quibus terminationibus utantur Itali, quibus Orientales populi, quibus Libyes, quibus Cares, quibus Lydi, quibus Ægyptii &c. Nam & in v. Ἀβαι Cares ſolitos ait gentilia in ευς formare, Aſiæ incolas alio modo quam Europæos in v. Ἀβασηνοὶ, Italos per ανος in v. Βέλιτρα, alios aliquando periphraſi uti in v. Βάτη, Ἀκόναι, Ἐρύθεια, Μετάχοιον. Præter quæ omnia agnoſcit κοινὸν χαρακτῆρα, cujus duas facit terminationes; alteram in ις, ut in voce Βῆγις, & in ος, ut in voce Τελχίς. In v. Ἀβρότονον duo vel tres canones inveniuntur. Gentilia alia difficilia inventu & ſecundum artem formanda habet in v. Ἀγαθοῦ δαίμονος. Aliquando etiam formatur gentile ex ſimilitudine aliarum urbium, ut neceſſe habeat reſpondere terminationi gentilium a vicinis oppidis deductorum, in v. Ἄβυδος, Χωχή. Aliquando recedit plane a ſolita regioni forma, ut in v. Μαχάνη, unde non debebat formari Μαχανεὺς, ſed juxta τύπον τῆς χώρας Μαχανηνός. In qua parte non ſatis accurate de Stephano ejuſque gentilibus judicant, qui cenſent eum plurima ſæpe fingere ſuo captu & arbitrio, cum ego contrarium ſtatuendum arbitrer, Stephanum nunquam ea formare niſi obſervatis in hanc rem canonibus, nempe ſolita regioni forma; imo ſi ab ea recedat, hoc non facit niſi auctoritate aliorum ſcriptorum, qui iis gentilibus fuere uſi. Hoc manifeſte liquet ex fragmentis integris, in quibus nullum gentile producitur, quod non veterum auctoritate ſtabiliat. Si igitur alibi gentile occurrat in hoc opere, cujus uſus nobis non ſatis arridet, non ilico iſtud obelo confodiendum expungendumque, ſed judicandum potius Stephanum in genuino opere auctores habuiſſe, quos neglexit Epitomator, quique cum ipſo Stephano hodie deſiderantur. Hæc inquam & alia ſimilia Stephanum tangentia polire & exornare cupiebam, quum intelligo me a fatis vocari ad illud munus, a quo nec tu, mi Lector, nec quiſquam viventium hominum erunt immunes. Quod momentum ſicut in majore poteſtate eſt; ita tibi dico, nec credentibus me perſuaſurum, quam fœdiſſimis mendis conſpurcatum ſuſceperim, & vere ex ſubverbuſto, ut antiqui loquebantur, non dediticium, ſed in fraudem legis Æliæ Sentiæ civem Romanum fecerim, hoc eſt, ope ingenii omni ſquallore liberarim. Quod fortaſſis non ita manifeſto legentium oculis ſeſe offeret; nam de ſingulis cum illis deliberare ſupervacuum arbitrabar, quod rectius facient, qui otii ſui ephemeridem a ſe non exigunt. Non nego tamen multa reſidua & latentia & aperta errata, quæ oculos meos effugerunt. Iſtiuſmodi aliorum acumini reliqui, ut ille olim, qui Veneris effigiem inchoatam aliis perficiendam expoſuerat. Exſtabunt ſpicilegi, qui hujus meſſis reliquias perſequentur. Non ut apud Philoſtratum queritur Agation, fortunam ſe magno præmio privaſſe, quod Acarnania non amplius nutriret leones, ita docti viri habent deplorare, nihil ſupereſſe in rep. literaria, in quo ingenium exercere liceat. Quod ſi aliquando non tetigi, quod deſtinabam; cogita neminem eſſe mortalium, qui non aliquo ignorantiæ calore infucatur. Hanc contagionem a rerum primordio mortalitas ex ipſa natura contraxit, & homo cum errat, humanitus errat; quod in me ne calumnieris: alioquin toti mortalitati convitium facies. At tu ſi quid humanitatem colis, æquus & benevolus ades; neque tum in commentariis, tum in hac etiam Stephani verſione Latina (de qua agit Scaliger, & eam ſibi non placere ſcribit in epiſt. pag. 528 & ſeq.) quam multa peccaverim, aut quid non ſim adſequutus, ſed quantum tua cauſa & voluerim & tentarim, & immenſo labore, quod potui, ad umbilicum perduxerim, diſpice. Hoc ſperans, finem facio cum divinioris ingenii vate, qui fulgore carminum ſuorum ſolus appellari poëta meruit, ſermone Ulyſſis utens ad regem Alcinoum;

Θεὸς δ᾽ ἀρετὴν ὀπάσειε
Παντοίην, καὶ μή τι κακὸν ἐπιδήμιον εἴη.

GUI-

GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI, IN STEPHANI DE VRBIBVS

editionem ſuam, ad candidum Lectorem Præfatio.

Jampridem hunc Geographicorum propriorum nominum Indicem in Latinam linguam convertere ita ſum aggreſſus, ut urbium, regionum, montium, fluviorum, aliaque id genus nomina vel ab autore omiſſa adiicerem ex aliis Geographis, Strabone puta, Plinio, Mela, Ptolemæo, nec non Hiſtoricis Poëtiſque, Græcis juxta Latiniſque: vel quæ hic brevius aut confuſius proponuntur, ex iiſdem ſcriptoribus plenius atque diſtinctius exponerem. Quod noſtrum opus aliquandiu intermiſſum, hoc tempore perſequimur: & ſpes eſt confore, ut Græci hujus libri editionem confeſtim ſubſequatur ipſius quoque in publicum emiſſio. Nunc explicandum mihi eſt paucis, & cur Græcum hoc opus ſeorſum, & quale id edam, ac quid in eo à nobis ſit elaboratum. Simul de autore ipſo, Indice libri, & utilitate, aliquid afferemus.

De iis quæ Latinè non redduntur.

Qui librum hunc perlegerit, niſi valde ſit ineruditus, nullo negocio intelliget permulta eſſe, quæ cùm propriè pertineant ad Grammaticam Græcam, & vocabulorum Græcorum etymologiam, neque poſſint Latinè verti aut exprimi: neque ſi poſſent, à me debuerint, qui Geographicis duntaxat operam deſtinaverim. Illa ipſa autem quæ Grammatica diximus, præclara ſunt, multiſque modis cognitu digna, atque etiam ad multa menda de bonis libris tollenda plurimum conducunt: ut ſupprimere ea velle, aut prorſus omittere, hominis ſit ingrati, ac faſtidioſi. Itaque hæc quidem græcè ſunt & edenda, & legenda: quod video à doctiſſimis & rectiſſimè & diligentiſſimè factitatum. Præterea in meo Commentario, utpote quem Latinè (mirum enim ni debebam Græcè?) ſcriberem, ſecutus ſum Latinarum litterarum ſeriem atque ordinem: ne malè mererer de iis qui Græcè non didicerunt, quod minimè interpretem ac collectorem decuit: quomodo autem huic ordini cum Græco alphabetico conveniat, obſcurum non eſt. Proinde totum potius opus Græcum ſeorſum edendum duxi, quàm diſcerptum hinc inde Latinis non ubique reſponſuris conjungendum, & quaſi intercalandum. Legent ergo Stephanum Græce, qui ſunt gnari ſermonis Græci: & ſi volent, ſuo tempore cum noſtris comparabunt. Interim autem invenient, niſi me omnia fallant, quorum nomine gratias nobis agant:

Editio hæc quid aliis præſtet.

modò comparare noſtram cum prioribus editionibus non graventur. Primò enim, multas mendorum centurias ſublatas, locaque permulta fœdè corrupta prius, à nobis ſuæ integritati reſtituta deprehendes: quæ res quanto nobis labore, quibuſque moleſtiis ſteterit, nemo rectius judicabit iis, qui in ſimili ipſi quoque aliquando re laborarunt. Emendationum rationes in Commentarios, quò maximè pertinent, conjecimus, ubi etiam de aliis admonuimus, quæ, ne nimium juris nobis ſumere videremur, loco movere non ſumus auſi, quanquam vitioſa certis de cauſis ſuſpicaremur.

Indices, & eorum ratio.

Deinde quia & multi boni ſcriptores, eorumque etiam nominatim libri adducuntur, partim ſuperſtites, plerique jampridem aboliti: quia hæc ipſa commemoratio non jucunda duntaxat eſt, ſed & ad aliorum autorum ſcripta vel intelligenda, vel etiam corrigenda facit: indicem accuratum ſecundum ſeriem Latinarum (in rudiorum gratiam) litterarum compoſui, in quo ſcriptor, ac (ubi requirebatur, & res ferebat) liber ejus ponuntur: tum ubi allegetur, non numeris hoc, ſed (ut & errandi minus occaſionum relinqueretur, neque huic ſoli editioni index conduceret) ipſis vocabulis adſcriptis, in quorum expoſitione Stephanus eorum meminit. Verbi gratia. Æſchyli tragœdi Prometheus ſolutus, λυόμενος, citatur in ἄβιοι: Sophoclis captivæ, αἰχμαλωτίδες, in βωμοὶ, & in χρύσῃ, &c. Denique cùm paſſim multa verba explicentur, multæ res commemorentur, adeoque in tam exiguo libro permulta ſint erudita, rara, memorabilia: ea itidem in Indicem eodem modo conjeci. In quo id obſervandum tibi eſt, ea, ad quæ ipſa litterarum ſeries

te ducit, me non poſuiſſe. quorſum enim profuiſſet ſcribere (verbi gratia) Abydus in ἄβυδος? Litteram quoque Ha aliquando omiſi: & quæ in ea quæres, ubi non extabunt, in vocali aſpirationem ſequente inveſtiga. ut, Halicarna, ἁλι. &c. Ejus generis ſunt etiam, quòd η cum litera e, eodem ordine Latinitatem ſécutus, poſui: & ω cum ο. ξ incipientia, in ch collocavi. & pro β, u conſonantem interdum ſumſi. οι, in œ: αι, in æ alicubi mutavi: & ſi qua ſunt alia, quæ elementorum Græcorum cùm Latinis comparatio non difficulter explicabit. Ita ergo & correctius multo hoc Opuſculum, & ad uſum accommodatius, in præſentia emittimus: cujus illuſtratio in noſtro Commentario brevi (Deo volente) ſubſequetur. De utilitate dicerem, niſi res hoc non poſtularet. Qui enim inutilem eum putabit eſſe librum ſtudiis liberalibus, cujus autoritate doctiſſimos quoſque ſcriptores manifeſtum eſt vel ſua confirmare, vel aliena explicare; is quid utile cenſeat, non facilè dixerim. Omnino autem, qui hiſtoriarum lectionem neſciunt eſſe maximè & utilem, & eruditionis veræ cupido neceſſariam, à nobis hoc loco doceri non debent: qui ſciunt, & ſine Geographiæ cognitione eam expediri poſſe ſibi perſuadent, fatui ſunt. Et cùm in aliis generibus Onomaſtica tanti fiant, cur in hac parte, quæ vocabulorum multitudine nulli cedit, ordinata nominum conſignatio, eaque fidelis & certa, non in ſummo habeatur precio? *Utilitas libri.*

Titulum hujus Onomaſtici, Στέφανος περὶ πόλεων, nolui immutare, quanquam genuinum eſſe minimè credam. Quis fuerit Stephanus, nondum comperi, quove tempore vixerit. Euſtathio quidem prior fuerit, & magni nominis grammaticus, oportet. ab eo enim paſſim ad teſtimonium, atque etiam ſententiam ferendam adducitur: præſertim in Commentariis in Bœotiam Homeri, & in Dionyſii periegeſin. Appellatur autem non Stephanus, ſed ὁ τὰ ἐθνικὰ συγγράψας, ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης, ἐθνικά. Zezes in capite ſui Alpha centeſimo, Stephanum Byzantium vocat. Cæterùm ἐθνικὰ citari hoc ipſum opus, cujus nos Epitomen nunc edimus, in promptu eſt videre, conferenti Euſtathii loca cum noſtris. Exemplo ſit pro plurimis unum Θέσπεια: de qua planiſſimè ea hic reperies, quæ initio Bœotiæ ex Ethnicis, hoc eſt gentilibus, citat Euſtathius. Apparet autem, Indicem operi à Stephano factum ἐθνικὰ: quia non tam propria locorum nomina è Geographis interpretaretur, quàm de nominibus gentiliciis, aliiſque id genus inde derivandis diſputaret, re inter grammaticos ſic ſatis controverſa: cujus extant etiam in noſtro hoc Opere illuſtria documenta. Atque hoc nomen ἐθνικῶν extat etiam, ut mox dicemus, apud Suidam. Byzantinam quoque hiſtoriam à Stephano fuiſſe ſcriptam, apparet ex Γότθοι, in noſtra editione. Fieri poteſt ut verba iſta non Stephani ſint, ſed Hermolai: ut & quæ de Eugenio in ἀνακτόρια. atque huc magis inclinat animus, motus eorum quæ ſubjiciemus comparatione. Utrum ſua ἐθνικὰ ſcripſerit ſecundum elementorum ordinem Stephanus, nihilo magis poſſum pronunciare, quàm de ipſius autoris vita. niſi ſi quis putat ex Epitomæ ordine, quicquam de ipſo etiam opere certò poſſe ſtatui. Apud Suidam (quod ante nos Aldus monuit) legitur, Hermolaum quendam qui Conſtantinopoli fuerit grammaticus, ſcripſiſſe Epitomen ἐθνικῶν Stephani, & eam Iuſtiniano imperatori inſcripſiſſe. Id ego non ad Rhinotmetum illum, ſed magnum Iuſtinianum, qui ante annos circiter CIↃ deceſſit, cur referam, paulo pòſt intelligetur. Dicet contentioſus aliquis, inde non conſequi, ipſo Stephani opere amiſſo, nos nunc Epitomen habere (nam nihil obſtare, quin amiſſa Epitoma, ipſum ad nos perlatum ſit Opus) & ut ſit Epitome, alterius potuiſſe eſſe autoris quàm Hermolai. Ego meam conjecturam diſſimulare nolo. Opus Stephani nos non habere, ſed compendium, quod vocant, magno bonarum rerum diſpendio nobis ſubſtitutum, res ipſa vociferatur. Non inſtituam aliorum cum hoc libro comparationem: ipſum ſi ſecum conferas, illicò de pleno aliquo negligenter in breviarium fuiſſe contractum animadvertes. Pauciſſimis exemplis de plurimis utar. Neque nunc perſequar, quòd multis in vocibus explicandis aliquando verboſus: nonnunquam, cum res maximè poſcebat verba, conciſus eſt & aridus: magno argumento, eſſe optimi ſcripti hoc non optimam Epitomen, qua de re alicubi in Commentario meo monui. Id unum ſufficiat, quòd compluribus locis aliò lectorem rejiciens, ubi ſit ejus de quo agitur inventurus explicationem, planè fruſtratur, inanemque dimittit. Verbi gratia, in Ἀκκαβικὸν τεῖχος, ad

De titulo, & autore. *De ipſo Opere.*

Σαλμύκην (ſic enim correxi) te amandat: in ἀκμονία, ad ὕαντ@ πεδίον: in παλάντιον, ad ἑσιαίαν. quò ſi te convertas, nihil prorſum eorum quæ promittuntur, ac ne umbram quidem rei invenies: ſitque hoc, quàm expediat, crebrius. Quid quòd mendoſa occurrunt permulta, quæ Stephano attribuere perinde verear: ut, cum Tmolo, præterito quo debuit eum indicare loco, τύμωλον deinde figura poetica pro eo ponit. cum τίμωλον & Euſtathius in Iliad. β. 866 agnoſcat: & Latinus poeta,

Deſeruére ſui Nymphæ vineta Timoli.

Quod genus eſt etiam Τάβιοι pro Gabiis, ubi Remus fuerit educatus, Τ pro Γ ſuppoſito: & alia, de quibus ſuo loco diſputatur. Jam cum κτ̀ ςοιχεῖον inſtituerit vocum explicationem, ita ſæpe is confunditur, ut magnam conditoris aut conſcriptoris Epitomæ hujus oſcitantiam nemo non ſentiat. Mihi quidem ex ea ſubiit aliquando ſuſpicari, librum, quem is in compendium redigeret, non fuiſſe alphabetico ordine deſcriptum: ſed vel Hermolaum, vel librarium, ex eo excerpta voluiſſe eum in ordinem digerere, atque ob incuriam alicubi propoſitum non tenuiſſe. Vide ἀλίμαλα, ἄμολβ@, ἀντιγόνεια, ἀργένδηλα, βαιτάῤῥυς, Βερενικίδαι, γάδαρα, νισώπη, & multa alia. Sed de ipſius Stephani opere, & ejus ordine, ſum, ut dixi, incertus. Hujus autem, quod edimus, Onomaſtici autorem eſſe Hermolaum, non Aldo jam aſſentior: ſed rationi temporum, & iis quæ in Ἀνακτόρια noſter, Suidas in Εὐγένι@ habent. Noſter ſic: Vocem hanc per diphthongum Eugenius ſcribit in Collectione vocabulorum, ſeu Dictionario, is qui ante nos Conſtantinopoli ſcholam rexit, & cætera. Hæc verba non Stephani eſſe, ſed Hermolai, liquet ex ratione temporum. Iuſtiniano enim hic ſuam ἐθνικῶν Stephani decurtationem (abſit invidia à vero) dedicavit, & fuit grammaticus Byzantii: id eſt, id geſſit muneris, quod alio tempore Eugenius. Succeſſiſſe autem huic eum, docet Suidas, cùm Eugenium ſenem ſub Anaſtaſio maximè clarum fuiſſe diſertè ſcribit, litteras Conſtantinopoli docentem. additque, eum ſcripſiſſe παμμιγῆ λέξιν κτ̀ ςοιχεῖον: id eſt, omnis generis vocabula promiſcuè ordine alphabeti conſcripſiſſe. quod quid ſit, niſi ea quam noſter vocat συλλογὴν λέξεων, non video: præſertim cum Suidas in principio Operis ſui, unde id collegerit exprimens, Eugenium quoque referat, qui περὶ λέξεων κτ̀ ςοιχεῖον ſcripſerit. Quanquam in libro περὶ τιμενικῶν, etiam hæc ab eo potuit vox declarari, aſſimilis exemplis quæ Suidas refert, διονύσιον, ἀσκληπιεῖον. Atqui inter mortem Anaſtaſii, & Juſtiniani imperium initum, non niſi ſeptem interveniſſe annos, perhibitum eſt monimentis hiſtoriarum. ut negare qui velit, Hermolaum Eugenio ſucceſſiſſe, & Stephani ἐθνικὰ in compendium redegiſſe, omnem fidem bonis conjecturis derogare videri queat. Atque hinc etiam liquet, IↃCL minimùm annis Stephanum Euſtathio fuiſſe priorem: fortaſſe etiam multo pluribus, cum à Iuſtiniano magno (de quo cur hæc accipiam, Anaſtaſii mentio ſatis indicat) ad Andronicum, ſub quo Euſtathius claruit, anni ſint circiter totidem. Atque, ut præfandi finem faciam, niſi metuiſſem ne cui hoc videretur audacius quàm fidelius abs me factum: ſi mihi Index hujus libri meo fuiſſet arbitratu adſignandus, ita haberet: Ἑρμολάε Γραμματικε Κωνςαντινεπόλεως, Ἐπιτομὴ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνε Γραμματικε. Neque repugnabo tamen, imò lubens adſentiar, ſi quis cenſebit, ea de quib. dictum eſt graviora hujus Opuſculi vitia, non tam Hermolao, quàm poſteritatis inertiæ, & librariorum deteſtandæ incuriæ (cui magnæ litterariæ calamitates debentur) imputanda eſſe: cum etiam Præfationem ad Iuſtinianum imperatorem extriverint ea. Juſtinianas quidem vocatas, in συκαῖ extat, tempore autoris eam urbem, quæ e regione ſita fuit novæ Romæ: haud dubiè, à Iuſtiniano imperatore. quod ipſum quoque ad temporum rationem pertinet. Sed jam ad ipſam Epitomen hanc Onomaſtici Geographici ut accedas, per me licet.

Autor libri demonſtratur.

Ratio temporum.

ΣΤΕ-

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝ.

STEPHANUS BYZANTINUS

DE

VRBIBVS ET POPVLIS.

ΑΒΑΙ[2], πόλις Φωκικὴ, ἀπὸ εὐθείας ἑνικῆς τῆς Ἄβη. Κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Ἄβα. Ἡρωδιανὸς δέ. φησιν, ὅτι τὸ Ἄβας, ὅτε ἔθνος σημαίνει, περιττοσυλλάβως κλίνεται ἀεὶ, ὅτε δέ ἐστι κύριον, καὶ ἰσοσυλλάβως, καὶ

A ABÆ, urbs Phocenſis, à nominativo ſingulari Abe. Ita autem dicta eſt ab heroe Aba. Verum Abas, quandò gentem ſignificat, auctore Herodiano, B ſemper imparisyllabicè declinatur; cum verò nomen eſt proprium, pariſyllabice &

[1] *Στεφάνε Βυζαντίε περὶ πόλεων καὶ Δήμων.*] Eodem prorſus modo hæc Inſcriptio in tribus editionibus legitur; verum an hanc Aldus & Xylander invenerint in MSS. vehementer dubito; ſi invenerint, eam non Epitomator, ſed recentiores quidam librarii, Stephani Epitomen tranſcribentes, ita conceperunt: nam minimè reſpondet Inſcriptionibus codicum manu exaratorum: neque tali titulo hæc epitome Euſtathio & ejus ævi ſcriptoribus fuit cognita & commemorata. Incomparabilis Salmaſius, procul dubio vulgatam Inſcriptionem non inveniens, ex Palatinæ Bibliothecæ MSS, multis in locis ſui codicis, eam ad hunc modum formare ſtuduit: *Στεφάνε Βυζαντίε περὶ ἐθνικῶν καὶ τοπικῶν.* Elegantiſſimi MS. codicis Voſſiani *ἐπιγραφὴ* ita ſe habet: *Ἐκ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνε κατὰ ἐπιτομὴν ἀρχὴ τοῦ* A. Nuper Amſtelodami ex Bibliotheca Seguieriana fragmentum genuini operis à Stephano compoſiti prodiit, in quo hæc inſcriptio ad calcem reperitur: *Στεφάνε Γραμματικοῦ Κωνσταντινεπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετονομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων.* Hæc profectò prima fronte valde placebat, imo eam genuinam & accuratiſſimam habui; quia non tantum de *urbibus & populis*, ſed etiam de *inſulis & regionibus*, item de *homonymia & tranſnominatione ipſarum, & productis inde nominibus gentilitiis, localibus & poſſeſſivis* tractat: ſed plurima, re deinde bene penſitata, in eo deſiderari animadverti; nam nulla in hoc titulo fit mentio de *Fluviis*, de *Montibus*, de *Demis*, & de rebus aliis hac epitome contentis: adeoque eum, ad calcem membranarum repertum, & forte ab imperito librario confictum, minimè genuinum exiſtimo. Nam nullus Græcus auctor tot vocibus indicem ſui ſcripti concepit. Hiſtorici plerumque una voce libri inſcriptionem faciebant: Ita Sunius & Uranius ſcripſerunt *Ἀραβικά*: Rhianus, *Ἀχαϊκά*: Eratoſthenes *Γαλατικά*: Demoſthenes & Arrianus, *Βιθυνιακά*: Theopompus, *Ἑλληνικά*: Apollonius, *Καρικά*: Xenion, *Κρητικά*: Alexander, *Λυκιακά*: Hellanicus, *Περσικά*: Philiſtus, *Σικελικά*, & alii alia. Cum itaque Hiſtoricis id unum ſuffecerit, licet non tantum urbes Arabiæ vel Achaïæ, vel Galatiæ &c. ſed & populos, & ſi ad ſingularem gentem venirent, ejus mores, oppida, tribus, loca pagoſque deſcriberent; quid ni Stephano ſatis fuerit ſuum opus inſcribere *Ἐθνικά*, cum præcipuus ejus ſcopus eſſet tradere appellationes ab urbibus, & aliis gentium per orbem diſſipatarum locis procedentes? Quare recipiendum puto titulum præcedentium ſæculorum ſcriptoribus allegatum, quique paſſim ab Euſtathio in Homeri Bœotiam, & alios ejuſdem pöetæ libros, atque etiam ſæpiſſimè in Dionyſium de ſitu orbis, ſub tali plerumque periphraſi citatur, *ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας· ὁ γράψας τὴν τῶν Ἐθνικῶν ἐπιτομήν.* Et *ὁ τὰ Ἐθνικὰ ἐπιτέμνων.* Verum hoc mihi puto palmarium, quod apud Euſtathium nomen Stephani memoratum, & negatum Xylandro, cum adjuncto libri titulo reperi: ita enim ille ad Ilid. Z. *Ἰστέον ὅτι διαφόρως γραφὰς ἀποφέρεται, τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς.* Verum cum certum ſit, uti multis probat Xylander ex Suida, Hermolaum quendam Stephani *Ἐθνικὰ* in compendium redegiſſe, cum ipſo huic epitomæ ejuſmodi titulum adſignarem: *Ἑρμολάε Γραμματικοῦ Κωνσταντινεπόλεως Ἐπιτομὴ τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνε Γραμματικοῦ.* Sed enim cum animo revolvo, magis ad ignominiam quam ad decus vergere, præſtantiſſimi alicujus ſcriptoris opus in compendium redigere, valde dubito an nomen ſuum huic epitomæ Hermolaus, egregius alioquin Grammaticus, præfixerit & ex alienis plumis gloriam quæſiverit. Quapropter ego conjecturam meam diſſimulare nolens, hanc genuinam hujus Onomaſtici Geographici breviarii inſcriptionem eſſe exiſtimo, nempe, *Ἐκ τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνε κατὰ ἐπιτομὴν ἀρχὴ τοῦ* A, quam nobis Voſſianus codex ſuppeditavit.

[2] *Ἄβαι, πόλις Φωκική.*]Promiſcuè ab auctoribus vox *Ἄβαι* ſignatur, nunc oxyton*ως*, nunc paroxyton*ως*. Ipſe Stephanus ſibi non conſtat; nam in voce *Τέγυρα* ex Calliſthene ſcripto-

καὶ περιττοσυλλάβως. [3] Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἰταλίας. Ὥς οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀμύκλα Ἀμύκλαι, οὕτως Ἄβα Ἄβαι. Λυκόφρων,

Ποθοῦντες Ἀμφισσάν τε, καὶ κλεινὰς
Ἄβας.

[4] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ κτητικόν. [5] Μηδεὶς γὰρ περιττολογίαν ἡγείσθω τὴν παράθεσιν τῶν ἐθνικῶν, διὰ τὸ ἀνόμοιον. Δέρβη γὰρ φρούριον Ἰσαυρίας, [6] τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης καὶ Δερβαῖος, ὡς Σιδήτης, καὶ Πυλήτης, ὡς δειχθήσεται, ἀπὸ τοῦ Σίδη καὶ Πύλη. [7] Ὥς καὶ Ἄλβα, τὸ ἐθνικὸν Ἀλβανός. Καὶ Ἀλύβη, τὸ δὲ ἐθνικὸν Ἀλυβαῖος, καὶ Ἀλυβεύς, [8] οὗ θηλυκὸν, Ἀλυβηΐς, καὶ Ἀλυβήϊος τὸ κτητικὸν, ὡς βασιλήϊος, [9] ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες. [10] Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτάκιος, οὐκ Ἀρτακαῖος. [11] αἱ δὲ Ἄβαι, πόλις Φωκεῦσιν, [12] ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλ-

& impariſyllabicè flectitur. Sunt item Abæ Italiæ civitas. Porrò, veluti Amycla in plurali numero facit Amyclæ, ita ex Aba venit Abæ. Lycophron:

Deſiderantes Amphiſſamque, & celebres Abas.

Hujus gentile pariter & poſſeſſivum eſt Abæus. Nec eſt cur quis exiſtimet, nominum gentilium appoſitionem, ob illorum diſſimilitudinem, in tractatu hoc eſſe ſupervacaneam. Eſt enim Derbe, Iſauriæ caſtellum; gentile verò Derbeta & Derbæus, non aliter quam Sideta & Pyleta, à Side & Pyle deductum, quemadmodum demonſtrabitur. Sic quoque Alba gentile, Albanus: Et Alybe, gentile verò Alybæus & Alybenſis; cujus fœmininum eſt Alybeïs, & poſſeſſivum Alybeïus, uti βασιλήϊος regius; verum quoque Alybes dicitur. Et Artace habet Artacius, non Artacæus. Abis Phocenſibus fanum eſt Apol-

ſcriptore antiquiſſimo citat, ἐν Ἄβαις; & ita quoque apud Pauſaniam circa finem libri quarti τὰ ἐν Ἄβαις reperitur; cum tamen ab eodem conſtanter lib. x. & aliis locis accentu in penultima notetur, & ita quoque ab Heſychio, Lycophrone aliiſque: verum Strabo l. ix. & Sophocles in Oedipo Tyran. accentum in ultima collocarunt. Enimvero, quemadmodum in accentu, ita etiam in voce ipſa inconſtans declinationis forma invenitur: nam à Pauſania & Strabone alibi ſingulari numero Ἄβα & alibi plurali numero Ἄβαι exprimitur. Sed pluralis in eo nomine flexio uſitatior eſt: nam apud Pauſaniam ſemel tantum lib. x. circa initium ſingulariter flectitur: Τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι, καὶ ἐς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι. Hoc eſt: *Omnes quas percenſuimus deletæ, & ad formam vicorum redactæ, præter Abam.* Ita quoque Strabo lib. x, ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς, *ex Aba Phocidis*, dixit; cum præcedenti libro eandem vocem pluraliter formaverit. Oppidi ſitum, conditorem, & in eo maximè memorabilia refert idem Pauſanias libro eodem: atque antiquiſſima etiam ejus memoria exſtat apud Diodorum Siculum lib. xvii.

3 Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἰταλίας.] Nemo quod ſciam Geographorum, aut alius quiſpiam, qui nobis Italiæ Chorographiam exhibuit, oppidi Abæ meminit. A Ptolemæo Ἦβα pro mediterraneo Tuſcorum oppido habetur, collocaturque inter *Volſcos* & *Saturnianam Coloniam*: Verùm differunt hæ voces Ἄβα & Ἦβα, niſi quis dicat à longum Jonicâ dialectô in η verſum eſſe. Sed quia Stephanus accuratiſſimam ſitus deſcriptionem non tradidit, dubitandi occaſionem reliquit, an *Aba* idem ſit illud oppidum, quod à Ptolemæo *Eba* appellatur.

4 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ κτητικόν.] Ita ex Voſſiano cod. repoſuimus, pro Τὸ κτητικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, quemadmodum Aldus & Xylander ediderant. Sed vulgatam lectionem probare non poſſumus, quia Stephanus aut ejus breviarii conditor derivationem Gentilium, ante derivationem Poſſeſſivorum paſſim inſtituere ſolet.

5 Μηδεὶς γάρ.] MSS. μηδεὶς δέ.

6 Τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης.] Ita perperam habent MSS. & Vulgatæ editiones. Lege, τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβήτης; uti erit manifeſtum ſequentia cum hac voce conferenti: ὡς Σιδήτης καὶ Πυλήτης. Sed vide etiam in Δέρβη.

7 Ὥς καὶ Ἄλβα.] In codice Voſſiano, ὡς καὶ Ἀλβή. Aſt eodem res redit, ut ipſe Stephanus teſtatur in voce Ἄλβα, cum inquit: λέγεται καὶ Ἀλβή. Apud Auctores tamen Græcos Ἄλβα uſitatior eſt.

8 Οὗ θηλυκὸν Ἀλυβηΐς, καὶ Ἀλυβήϊος τὸ κτητικόν.] Malè in Voſſiano legimus: οὗ θηλυκὸν Ἀλυβηΐς καὶ Ἀλυβή. καὶ τὸ κτητικὸν ὡς βασιλήϊος. Nam unde ſecundum illud fœmininum deducatur, mihi non conſtat. Aſt hanc conjecturam facio, exſcriptorem tres ultimas literas, ſcilicet, ιος, in καὶ mutaſſe, quas ſi cum præcedentibus, nempe Ἀλυβή, conjungas, poſſeſſivum Ἀλυβήϊος formabis, quod in prædicto codice non exſtat.

9 Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες. Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτάκιος, οὐκ Ἀρτακαῖος.] Ita optimè habet præſtantiſſimus codex Voſſianus. Peſſimè verò legitur in omnibus vulgatis: Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες, καὶ Ἀρτάβη. καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτάκιος &c. Nam hæc oratio omni prorſus ſenſu eſt deſtituta, & cujus imperitiâ hæ voces, καὶ Ἀρτάβη, in vulgatum textum irrepſerint, non facile divinare poſſum. Illas tanquam otioſas ac inutiles prorſus expunxi. Primò quidem, quia in MSS. non reperiuntur: Deindè, quia Ἀρτάβη non ſignificat urbem aut gentem aliquam, unde aliquod gentile derivari poteſt. Apud Herodotum lib. i. ſumitur pro menſura quadam Perſica: & apud Ægyptios *Artaba* facit modios viginti, uti teſtatur Divus Hieronymus in cap. v. Eſaiæ: Sed apud Polyænum lib. iv. legimus: *Artabam* Atticum modium apud Medos confeciſſe: ἡ δὲ ἀρτάβη ἡ Μηδικὴ μέδιμνος ἐστὶν Ἀττικός. Vide etiam Etymol. magnum, Heſychium, Phavorinum atque alios. Verum pro vulgata lectione hæc dici poſſent. Locum eſſe mutilum & fœdè corruptum, legi debere: Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες. Καὶ Ἀρβάκη, τὸ ἐθνικὸν Ἀρβακαῖος. Ἀρτάκη δὲ Ἀρτάκιος, οὐκ Ἀρτακαῖος. Nempe ut probet Stephanus nominum gentilium appoſitionem ob illorum diſſimilitudinem, in tractatu hoc valdè neceſſariam eſſe.

10 Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτάκιος.] Ita MSS. codices & vulgati. Stephanus tamen in voce Ἀρτάκη, tria oppidi gentilia enumerans, non habet Ἀρτάκιος, ſed Ἀρτάκιος, quod Demoſthenis auctoritate confirmat, cujus verſiculus ibidem legi poteſt.

11 Πόλις Φωκεῦσιν.] Malè in Florentina editione: πόλις Φοκεῦσιν. MSS. τοῖς Φωκεῦσιν. Sed cenſeo legendum: αἱ δὲ Ἄβαι πόλις Φωκέων.

12 Ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος.] Celeberrimi hujus Apollinis templi atque oraculi meminit Herodotus lib. prim. & viii. Strabo lib. ix. Pauſanias in Phocicis. Euſtathius ad Iliad. B. Et Sophocles in Oedipo Tyranno hiſce verbis.

Οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι
Γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων,
Οὐδ' εἰς τὸν Ἀβαῖσι ναόν. Hoc eſt:

Non eſt ut ad ſanctum poſthac eam
Terræ umbilicum religionis cauſa,
Neque ad delubrum quod eſt Abis.

Ad hæc verba Scholia antiqua: Ἄβαι πόλις Λυκίας, ἔνθα ἱερόν ἐστιν Ἀπόλλωνος. Et Demetrius Triclinius fœdiſſimo huic errori patrocinans, templum illud in Lycia fuiſſe inquit: οὐδὲ εἰς τὸν Ἀπόλλωνος ναὸν, τὸν ἐν Ἀβαῖσι καὶ ἐν Λυκίᾳ. Ἄβαι γὰρ τόπος Λυκίας. Sed hunc errorem Heſychius refutavit, qui eundem Sophoclis locum citat in voce Ἄβαι. περὶ τὴν Φωκίδα τόπος, οὗ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σαβαίου. Σοφοκλῆς. Hoc eſt: *Abæ locus circa Phocidem: ubi oraculum Apollinis Abæi, quemadmodum Sophocles perhibet.* Alii ante me dixerunt pro Σαβαίου hoc loco Ἀβαίου legen-

A Ἀπόλλωνος. ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον πρὸ τοῦ ἐν Δελφοῖς. [13] ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν εἰκοστῷ βιβλίῳ. δύναται δὲ Ἀβεὺς τὸ ἐθνικὸν, διὰ τὸν εἰθισμένον τοῖς Καρικοῖς τύπον, ὡς δείξομεν.

B Ἀ̓ΒΑΚΑΙ͂ΝΟΝ[14], πόλις Σικελίας οὐδετέρως, καὶ παροξυτόνως, καὶ ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ περὶ οὐδετέρων. Λέγει δὲ εἶναι πόλιν Καρικὴν, ἣν εὑρεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. Σικελῶν δὲ μοῖρά τις ἐστί. τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖ- C νος, ὡς Ἀκραγαντῖνος, [15] ὁ οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν, [16] Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος, Βρεντεσῖνος, [17] Τερεντῖνος, Ἀῤῥητῖνος, Ἀσωρῖνος, Ἐρυκῖνος.

D Ἀ̓ΒΆΝΤΙΣ[18], ἡ Εὔβοια. [19] ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς,

----- νήσῳ

Apollinis, oraculo quam Delphis vetuſtiore. Eſt autem & alia Aba Cariæ civitas, uti Herodianus lib. xx. perhibet; à cujus nomine gentile Abenſis formari poteſt, juxta loquendi modum quem Caribus uſitatum fuiſſe oſtendemus.

ABACÆNUM, oppidum Siciliæ. Hæc vox neutrius eſt generis, in penultima habet accentum, & ibidem cum diphthongo ſcribitur, teſte Herodiano lib. XIII. de Neutris. Verum inquit urbem eſſe Caricam, quam invenire non potuimus. Eſt igitur Siculorum quædam pars, quæ gentile habet Abacæninus, uti Agrigentinus: Quam terminationem Siculis non inſolitam fuiſſe ex multis patet; puta, Metapontinus, Leontinus, Brenteſinus, Terbetinus, Arretinus, Aſſorinus, Erycinus.

ABANTIS, ita Eubœa dicitur; uti eſt apud Heſiodum in Ægimio ſecundo de Iô:

----- *Inſu-*

legendum eſſe. Itaque contra omnium hiſtoricorum & Geographorum fidem, oraculum illud Abis, in Lyciæ oppido fuiſſe, perhibent Scholia & Triclinius. Non tamen negamus Apollinem in Lycia religioſiſſimè cultum fuiſſe: nam conſtat, eum apud Pataram civitatem, unde Patareus Apollo dicebatur, ſex menſibus hiemalibus quotannis reſponſa dediſſe. Virgilius hoc IV Æneid. innuere videtur:

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.

13 Ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας.] Illam Cariæ civitatem, ingenuè profiteri cogor, quærendo invenire non potui. Si quis mihi Hiſtoricum aut Geographum, qui de illa mentionem facit, indicaverit, ei maximas gratias habebo. A Ptolemæo in ſinu Meſſenaico Ἄβεια collocatur; & Plinius lib. V. cap. XXIV. montis *Abæ* meminit, ex quo ſecundum Domitium Corbulonem Euphrates oritur.

14 Ἀβακαῖνον.] Plerumque Græci oppidorum & regionum etymologias à Deorum Heroumque nominibus deducunt, ſed de hac urbe nullum apud ipſos veſtigium reperies. Eruditiſſimus Bochartus illud, quia in edito & undiquaque prærupto monte ſitum eſt Pœnorum lingua אבכין *Abacin* dictum putavit, apud quos אבך *Abac extollere* ſignificat. Exſtat Eſ. IX: 18, in conjugatione Hithphael. Apud omnes auctores Græcos Ἀβακαῖνον, & ſolum Ptolemæum Ἀβάκαινα legitur. De ſitu hujus oppidi habes in lib. XIX. Diodori Siculi, qui illud Mylis, Meſſanenſium caſtello conterminum facit. Apud eundem tamen lib. XIV. legitur: Καὶ χωρίον τι παρὰ θάλατταν δοὺς τῆς Ἀβακηνῆς χώρας ἀπετέμετο. Hoc eſt: *Alium quendam Abacenæ regionis locum juxta mare illis attribuit.* Sed Cluverius hunc locum corruptum cenſet probatque. Quare igitur pari jure non liceret nobis Ptolemæi vocem Ἀβάκαινα mendoſam ſuſpicari? Niſi quis dicat apud ipſum plurali numero expreſſam eſſe. Sed videant illi, an tunc ratione accentus etiam benè ſit conſtituta?

15 Ὁ οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν.] Gentilia ſua Siculi, quantum ex Stephano conjicere potui, quatuor modis ipſis propriis, formare ſolebant: in ινος, uti hìc loci Ἀβακαινῖνος: in αιος, uti probatur ex voce Ἀγάθυρσα, Siciliæ oppidum, cujus gentile eſt Ἀγαθυρσαῖος, & addit inſuper Stephanus: οὐ γὰρ ἀήθης ὁ τύπος τοῖς τὴν Σικελίαν οἰκοῦσι: *Qui loquendi modus Siciliam colentibus non eſt inſolens.* Præterea in ηνος, quod apparet ex vocabulo Ὀμφάκη, à quo quidem derivatur gentile Ὀμφακαῖος, ſed debet eſſe Ὀμφακηνὸς propter formationem regioni uſitatam, quemadmodum ibidem à Stephano perhibetur. Et per hanc regulam Ἔρυκα non tantum gentile Ἐρυκαῖος, ſed & Ἐρυκηνὸς habet, uti in voce Παλική liquet. Denique à Ταρχία deducitur Ταρχιάτης & Ταρχιανὸς formâ regioni ſolitâ. Si aliæ gentilium formæ à Siculorum urbibus derivatæ apud auctores reperiantur & occurrant, iſtæ non Siciliæ, ſed aliarum regionum incolis propriæ & genuinæ ſunt cenſendæ. Sic à voce Ταυρομένιον, Siciliæ oppidum, oppidanus Ταυρομένιος dicitur κοινῷ χαρακτῆρι (id eſt communi dicendi modô uti videre eſt in voce Τελχίς) & Ταυρομενίτης; tali autem formâ apud Athenæum lib. II. & IV. reperitur, Τιμαῖος ὁ Ταυρομενίτης, *Timæus Tauromenita*: Sed hæc non Siculis, verum Ægyptiis & Libyæ populis propria videtur: imo tam raró ejuſmodi formationes occurrunt, ut multò plures de Siculorum oppidis legiſſe non meminerim.

16 Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος &c.] Stephanus, vel breviarii conditor omnibus iſtis nominibus gentilitiis præcedentem canonem, nempe, ὁ οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν, probare conatur: ſed miror ipſum ad ejus probationem gentilia pura puta Sicula non adduxiſſe: nam Μεταποντῖνος à voce Μεταπόντιον, Βρεντησῖνος (ita legendum, ſi Stephanum noſtrum ſequamur) à Βρεντήσιον, & Ἀῤῥητῖνος ab Ἀῤῥήτιον, quæ Italiæ civitates ſunt, quarum gentilia etiam in ινος deſinunt. Verum quod Stephanus Italicarum urbium nomina ponit, cum de τύπῳ Siculorum præfatus fuiſſet, videtur eſſe ratio, quod Siculi ante Aborigines ipſum Latium tenuerunt; deinde ab Aboriginibus & Pelaſgis debellati ad fretum, deinde in Siciliam habitatum conceſſerunt uti multis tradit Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. primo Antiq. cap. 9. 16. 18. 20. & 21.

17 Τερεντῖνος.] Hæc vox mendoſa videtur; vel ſcribendum eſt Ταραντῖνος, quod gentile eſt à voce Τάρας, Italiæ oppidum: vel Τερβητῖνος à Τερβητία, Siciliæ civitas, quod veriſimilius videtur, quia de Siculorum Gentilibus loquitur: nam Terentini nec in Italia nec in Sicilia inveniuntur.

18 Ἀβαντὶς, ἡ Εὔβοια.] Vox Ἀβαντὶς hìc in penultima acuitur: apud Pauſaniam, Strabonem & alios accentu in ultima notatur. Qua occaſione Eubœa Abantis dicta ſit, habes apud Strabonem circa principium libri decimi. Miram vocis etymologiam refert Bochartus in Geographia ſacra pag. 435. parte ſecund. De aliis hujus inſulæ nominibus in voce Εὔβοια agemus.

19 Ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ.] Ita ex codice Voſſiano repoſuimus, pro ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι * * δευτέρῳ, uti conſtanter habent vulgatæ editiones omnes. Hen. Stephanus Αἰγίδος voluiſſe videtur, ſcribens ſequentes Heſiodi verſus ab auctore noſtro ex Ægide afferri. Magnus Salmaſius non tantum hic ad oram, ſed etiam alio loco ſui codicis contendit eſſe legendum, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ δευτέρῳ· quam in rem & alia ex Stephano & Apollonii Rhodii Scholiaſte loca producit, quæ, vix video, quod ad rem faciant. Nec prætereunda non minus illuſtris Dan. Heinſii etiam ſpecioſior conjectura ἐν Αἰγίνης δευτέρῳ: quæque nuper & doctiſſimum virum in editione Heſiodæa ſubſcriptorem invenit. Mihi tamen & ſic hærebat aqua, donec amiciſſimus noſter Jacobus Gronovius, juvenis eruditione & judicio præſtans, cum in familiari ſermone ſcriptam hujus loci lectionem cum eo communicaſſem, brevi poſt ſignificavit corrigendum ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμίου δευτέρῳ.

A ----- νήσῳ ἐν Ἀβαντίδι δίῃ.

Τὴν πρὶν Ἀβαντίδα [20] κίκλησκον θεοὶ αἰὲν ἐόντες,

Τὴν τότ' ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμασεν Ζεύς.

B ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου, ἢ τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀρεθούσης, [21] ὡς Ἀριστοκράτης. τὸ ἐθνικὸν ὁμωνυμεῖ τῷ ἥρωϊ, ὡς, Ἴων, Θεσσαλὸς, Ἀχαιὸς, Τρὼς, Δαναὸς, Λοκρός. [22] τὸ δὲ Τεῦκρος διήλλαξεν· ὀξύνεται γάρ. τὸ κτητικὸν, Ἀβάντειος, ἢ τοῦ κυρίου, ἢ τῶν Ἀβάντων, C [23] οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίου, ὡς τὸ Βυζαντίου, ἀλλ' ὡς Θόας Θοάντειος. [24] τὸ δὲ Ὑάντιος ἐθνικὸν, [25] συνέστειλεν Ἀπολλώνιος ἐν τῷ;

D ----- Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο.

[26] ἢ παρὰ λόγον, ὡς

----- [27] Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν.

Δοκεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβάντιος εἶναι τὸ Ἀβαντιάς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑλικώνιος Ἑλικωνιάς, Ὀλύμπιος Ὀλυμπιάς, Δήλιος, Δηλιάς. E τὸ δὲ Ἀβαντὶς, ἀπὸ τῆς Ἄβαντος γενικῆς, ὡς Ἑλικωνὶς τῆς Ἑλικῶνος, Βίστονος Βιστονὶς, Αὔσονος Αὐσονίς. ἴσως δὲ καὶ τὰ Ἀβαντιὰς,

A ----- *Inſula in Abantide nobili.*

Quam prius Abantidem vocarunt Dii ſemper exiſtentes:

Hanc tum cognominem Eubœam bovis nominavit Jupiter.

B Ita autem dicta eſt ab Abante Argivo, ſeu Neptuni & Arethuſæ, ſecundum Ariſtocratem filio. Hujus gentile perinde ſonat, ac ipſum proprium nomen herois, ſicuti in vocibus Iôn, Theſſalus, Achæus, Tros, Danaus, Locrus contingit; Teucer autem variat, utpote quod acuitur. Poſ- C ſeſſivum ejus eſt Abantius, ſive illud à proprio, ſive ab Abantibus deducas: non à loco aliquo, qui vocatur Abantium, ut fit in Byzantium; ſed ſicut à Thoas Thoantius. Gentile vero Hyantius corripuit Apollonius in verſu;

D ----- *Hyantii Oncheſti.*

Aut præter rationem ut in illo;

----- *Pœantium ſplendidum filium.*

Videtur autem à voce Abantius derivari Abantias, ſicuti ab Heliconius Heliconias, Olympius E Olympias, Delius Delias. Abantis verò [quod fœmininum eſt] deducitur à genitivo caſu Ἄβαντος, veluti Heliconis ab Ἑλικῶνος, Biſtonis à Βίστονος, Auſonis ab Αὔσονος. Verum, fortaſſe etiam vox Aban-

Verſatum enim olim in antiquorum manibus poëma inſcriptum Αἰγίμιος, incerti auctoris, quem tamen Heſiodum eſſe nonnulli exiſtimaverunt. Athenæus lib. XI, p. 503. Καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. *Auctor Ægimii, ſive eſt Heſiodus, ſive Cercops Mileſius.* Ubi Caſaubonus alium inſuper locum dat ex Apollonii Scholiaſta. Cui ſententiæ cari capitis aſtipulari præ omnibus aliis neceſſe habeo, præſertim quum animadverterim ex Diogene Laertio Cercopem hunc Heſiodo æqualem & obtrectatorem fuiſſe. Ita enim ille in Socrate. Τούτῳ τις καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύλων καὶ Ὀνάτας. καὶ Σάγαρις Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ ὁ προειρημένος. Hoc eſt: *Huic, ut Ariſtoteles in tertio de Poetica tradit, Antilochus quidam Lemnius, & Antiphon prodigiorum interpres, obtrectatores fuerunt, quemadmodum Pythagoræ Cydon & Onatas, & Sagaris Homero viventi, mortuo Xenophanes Colophonius, & Heſiodo viventi Cercops, mortuo verò ſupradictus Xenophanes.*

[20] Κίκλησκον.] Variis modis verbum illud à Poëtis formatur: hinc aliquando vulgatæ edit. cum MSS. non conſentiunt. Aldina habet malè κίσκλησκον: MSS. κίκλησκον: & in Florentina, uti etiam Baſil. κίκλησκον, quam imitati ſumus.

[21] Ὡς Ἀριστοκράτης.] Operis nomen non additur: fortaſſis idem auctor eſt, cujus quartus Laconicorum ab Athenæo lib. III. adducitur. Euſtathius ad Iliad. B eadem hæc ex Arriano quodam refert.

[22] Τὸ δὲ Τεῦκρος διήλλαξεν.] Cum vox Τευκρὸς accentum acutum habet in ultima pro gentili habetur: cum verò in penultima circumflectitur, pro nomine proprio herois ſumitur. Lege Stephanum in voce Αἰμονία, ubi inquit: τὸ Τεῦκρος ὡς τρίγλυφος ὠξύνθη.

[23] Οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίου.] Salmaſius in recentiore MS. invenit: οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίας: & in alio, οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίου, quod vulgatis reſpondet.

[24] Τὸ δὲ Ὑάντιος ἐθνικόν.] Optime vir ſummus Gronovius nobis indicavit huic loco aliquid deeſſe, & forte poſſe reſtitui, ſi ita legatur: Τό δὲ Ἀβάντιος, ὡς Ὑάντιος ἐθνικὸν συνέστειλεν Ἀπολλώνιος. *Sed vox Abantius corripitur, uti Apollonius gentile Hyantius corripuit.* Et ita hunc locum emendari debere apertè ſatis innuit Euſtathius ad Dionyſium pag. 106. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ τὸ Βυζάντιον δοκεῖ παραλόγως διὰ τοῦ ι γράφεσθαι, οὕτω καὶ παρὰ Ἀπολλωνίῳ τὸ Ὑάντιος Ὀγχηστὸς, ἡ τοῦ Ὕαντος πόλις. οὕτω δὲ καὶ τὸ Ἄβας Ἄβαντος, Ἀβάντιον, ἐξ οὗ καὶ τὸ Ἀβαντιὰς Μάκρις. *Sed ſciendum eſt, quemadmodum Byzantium videtur præter rationem cum I ſcribi, ſimili modo etiam apud Apollonium ſcribi Hyantius Oncheſtus, quæ Hyantis eſt oppidum: verum neque aliter fit cum voce Abas Abantis, Abantium, unde factum eſt Abantias, quæ Macris dicitur.*

[25] Συνέστειλεν Ἀπολλώνιος.] Intelligitur Apollonius Rhodius, & verba quæ Stephanus ex ipſo citat exſtant lib. III, verſu 1241. Ut autem à lectore percipiantur, verba Scholiaſtæ adſcribam. Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο. τοῦ Εὐβοϊκοῦ. Ὕαντες γὰρ τὸ πρὶν ᾤκουν τὴν Βοιωτίαν. Ὀγχηστὸς δὲ, πόλις τῆς Βοιωτίας, ἱερὰ Ποσειδῶνος. Ὑάντιον δὲ, ἀντὶ τοῦ Βοιώτιον. Ὕαντες γὰρ Βοιωτίας ἔθνος βάρβαρον. *Hyantii Oncheſti: Id eſt Euboici. Hyantes enim olim Bœotiam incolebant. Oncheſtus verò, oppidum eſt Bœotiæ, Neptuno ſacrum. Per Hyantium autem Bœotium intelligitur. Hyantes enim barbari Bœotiæ populi ſunt.*

[26] Ἢ παρὰ λόγον, *aut præter rationem.*] Id eſt præter ſolitum derivandi morem, ut *Pæantius*. Stephanus ſimili modo loquitur in voce Γάζα. ὁ πολίτης, Γαζαῖος. λέγονται καὶ Γαζηνοὶ παραλόγως. *Oppidanus dicitur Gazæus. Et vocantur etiam Gazeni præter rationem*, id eſt præter ſolitum derivandi morem: nam Arabum gentilia plerumque in ηνος exeunt, de quibus vide in Ἀβασηνοὶ & aliis locis. Sed ut tanto accuratius Stephani locus intelligatur, non pigebit hic adſcribere Euſtathii verba, quæ leguntur ad verſum Dionyſii 804. pag. 106. Ἀληθῶς δὲ παράλογα, Αἰπρότιον παρὰ τύμβον, καὶ τὸ, Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν. ταῦτα γὰρ, κτητικὰ ὄντα κυρίων ὀνομάτων τοῦ Αἰπρότου καὶ τοῦ Ποίαντος, καὶ ὀφείλοντα δίφθογγον ἔχειν τὴν παραλήγουσαν, ὅμως διὰ μέτρου ἀνάγκην μονοφθόγγῳ παραλήγεται. Hoc eſt: *Revera hæc, nempe Æprotium juxta tumulum, & Pœantium ſplendidum filium, præter ſolitum derivandi formam derivantur: hæc enim cum ſint poſſeſſiva à nominibus propriis, ſcilicet Æproto & Pœante, deducta, neceſſariò in penultima deberent habere diphthongum, ſed nihilominus tamen eorum penultimæ neceſſitate metri in vocalem ſimplicem deſinunt.*

[27] Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν.] In MSS. & inſuper in Florentina & Aldina editione legitur Πόαντιον. Sed malè. Sunt verba Homeri quæ exſtant Odyſſ. Γ: Verſu 188.

πὰς, ἀπὸ τοῦ Ἀβαντὶς παρήχθη, ὡς [28] ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λεσβὶς Λεσβιὰς, Ἀχαιῒς Ἀχαιϊάς·

----- [29] Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων.

[25] Μαρτυρεῖ δὲ τῷ δευτέρῳ λόγῳ ἀπὸ τοῦ Ἀβάντος Ἀβαντιὰς, τὸ ἀβαντία θηλυκόν· ὅπερ [30] κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ, Ἀμαντία [31] ἐκλήθη [32] παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακεδονικῇ περιηγήσει. [33] Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην, ὡς Λεοντίνην, αὐτὴν ἔφη·

[34] Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκησαν Ὠρικίην.

ἌΒΑΡΝΟΣ [35], πόλις καὶ χώρα ἄκρα τῆς Παριανῆς. [36] Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ φησὶν, ὅτι Ἄβαρνις λέγεται· ἀλλὰ καὶ εἰς ος. Ἀβαρνεῖς, τοὺς κατοικοῦντας· Ὡς παρὰ τὸ Ἄψυρτος Ἀψυρτεῖς, Κάμιρος Καμιρεῖς, [37] Ἀλὸς Ἀλεῖς, Τελμισσὸς Τελμισσεῖς, περὶ ὧν εἰρήσεται. τὸ δὲ Ἄβαρνις, οὐ δύναται ἔχειν [38] τοιοῦτο ἐθνικόν. [39] τὰ γὰρ εἰς η, φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ· ὡς Μέμφη.

Abantias, à voce Abantis deducta eſt; veluti à Lesbus Lesbis, & inde Lesbias, Achaïis Achaïias, quod eſt in verſu.

----- *Græcarum bene-veſtitarum.*

Conſentit priori rationi, nempe ab Abantius venire Abantias, fœmininum Abantia; quæ eadem, juxta barbaricam variationem literæ B in M, apud Antigonum in Macedoniæ deſcriptione Amantia vocatur. Callimachus verò, ſicuti Leontinen, ita & hanc Amantinen appellavit;

----- *& Amantinen habitarunt Oriciam.*

ABARNUS, oppidum eſt & extrema regio Parianæ. Herodotus autem lib. IV. ait, Abarnis nominari; ſed tamen rectè in os terminatur. Incolæ vocantur Abarnenſes, quemadmodum ab Abſyrtus Abſyrtenſes, Camirus Camirenſes, Alus Alenſes, Telmiſſus Telmiſſenſes, de quibus ſuo loco dicetur. Abarnis verò non poteſt ejuſmodi gentile habere; nam quæ in ις deſinunt, gaudent in ιτης terminari, ut Memphis

28 Ὡς ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λεσβὶς Λεσβιάς.] Stephanus hoc exemplo, & aliis præcedentibus probare conatur, patronymica fœminina duobus modis formari. Et ita formari poſſe etiam Apollonii Rhodii Scholiaſtes teſtatur ad hunc verſum: qui exſtat lib. I.

--- Ἡ δ᾽ ἄμφω τοῖσι Θοαντιὰς Ὑψιπύλεια
Ac inter eos Hypſipylea Thoantis filia.

Δύο τύποι εἰσὶ τῶν θηλυκῶν πατρωνυμικῶν. ὁ μὲν εἰς ας, οἷον Πηλιάς. ὁ δὲ εἰς ις, οἷον Πελοπίς. Hoc eſt: *Patronymica fœminina duas habent formas; altera quidem in ας, uti Pelias; altera verò in ις deſinit, uti Pelopis.*

29 Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων.] Hæc Homeri verba exſtant Iliad. Ε, Verſu 430, & Odyſſ. Φ, verſu 160.

30 Κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ.] Βαρβαρικὴν τροπὴν vocat *Latinam*. Latini enim B in M mutabant, ut *proboſcis promoſcis* vel *promuſcis*, *turba turma*, *globus glomus* & ſimilia: ita Salmaſius ad oram ſui codicis annotaverat, qui hanc etiam materiam tractat in Plinianis exercitationibus pag. 400. & 1308. Hinc apud Heſychium, qui hanc τροπὴν ſequitur in hac voce, legimus: Ἄμαντες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Inſigne etiam hujus rei teſtimonium exſtat apud Etymologici mag. auctorem. Ἄμαντες, οἱ περὶ Ἐλεφήνορα μετὰ Τροίας ἅλωσιν διέβησαν εἰς τὴν ἤπειρον, καὶ ᾤκησαν παρὰ τὰ Κεραύνια ὄρη. ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν, ὅθεν Ἄβαντες ἐκλήθησαν, ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος, καὶ κατὰ μεταφορὰν, Ἄμαντες. Hoc eſt. *Amantes circa Elaphenorem poſt captam Trojam in Epirum tranſiverunt, atque circa montes Ceraunios habitarunt. Condiderunt verò Eubœam; qua de cauſa Abantes in Commentariis Lycophronis, & mutatâ literâ, Amantes dicti ſunt.*

31 Ἐκλήθη.] In Voſſiano Codice, ἐλέχθη.

32 Παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακ. &c. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. primo.

33 Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην.] Licet Salmaſius in duobus MSS. Μαντίνην invenerit, & nos eodem modo in Voſſiano, & Florentina Aldinaque editione; non tamen Xylandri lectio eſt emendanda, nam præterquam quod Callimachi verſus Ἀμαντίνην habeat, etiam omnes vulgatæ & MSS. in voce Ἀμαντία conſtanter hæc exhibent: Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτήν φησιν. Itaque nihil ad rem facit Salmaſium ad marginem ſui libri hunc Heſychii locum ſcripſiſſe: Μαντινή, πόλις Ἀρκαδίας.

34 Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκησαν,] Ut verſus conſtet, lege, Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκεσαν Ὠρικίην: Uti optimè monuit Incomparabilis J. F. Gronovius. In hodiernis Callimachi hymnis & epigrammatibus hic locus non exſtat; neque etiam inter fragmenta reperitur.

35 Ἄβαρνος.] Tali etiam formâ reperitur apud Heſychium, Ἄβαρνος, πόλις Φωκέων.

36 Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ.] Hic Herodoti locus lib. IV. non exſtat, & aliis libris nulla hujus oppidi memoria reperitur. Credo Stephanum in mendoſum Herodoti codicem incidiſſe, atque hæc verba lib. IV. hoc modo legiſſe. Τὸν γὰρ περὶ Ἀβαρνίδος λόγον, τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω, οὐ λέγω. Cum legendum ſit & hodie legatur: τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον, τοῦ &c. Hoc eſt: *Nam de tabula Abaris, qui fertur eſſe Hyperboreus, nihil dico.*

37 Ἀλὸς Ἀλεῖς.] Ita ex codicibus Palatinis Salmaſius, & nos ex Voſſiano pro Ἀλιεῖς repoſuimus, quod perperam vulgatæ editiones exhibent. Vide Stephanum in voce Ἄλος (ibi accentu in penultima ſignatur) qui gentile fecit Ἀλεύς, inde plurale Ἀλεῖς, quod hic habes.

38 Τοιοῦτο ἐθνικόν.] Ita optimè MSS, & Xylander quem ſequimur: ſed corruptiſſimè in Aldina & Florentina legitur. Τοιοῦτον ἐθνικόν.

39 Τὰ γὰρ εἰς η, φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφη Μεμφίτης.] Corruptiſſimè ita vulgatæ editiones, & malè etiam MSS. Voſſianus codex habet: Τὰ γὰρ φιληδεῖ τῷ εἰς ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφης Μεμφίτης; ſed hinc ſenſus commodus non poteſt elici. Quantum igitur valeo conjecturâ aſſequi, videtur Stephanum velle probare theſin antecedentem, ſcilicet: Τὸ δὲ Ἄβαρνις οὐ δύναται ἔχειν τοιοῦτο ἐθνικόν: Nam ſi ſequentia iſta verba, τὰ γὰρ εἰς η, φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ &c. prioribus applicentur, ac ita ſumantur quemadmodum impreſſa ſunt, nihil ad rem pertinere à quoquam judicabuntur; ſiquidem inter nomina quæ in ις, & quæ in η deſinunt, nulla omninò convenientia exiſtit. Procul omni dubio itaque hic locus non Stephani ignorantiâ, ſed transſcriptorum vecordiâ inſigni mendo laborat, quod tamen medica manu auferri poteſt. Scripſerat enim Stephanus: Τὰ γὰρ εἰς ις, φιληδεῖ τῷ εἰς ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφις Μεμφίτης. Veſtigia hujus rectæ lectionis etiamnum hodie in Voſſiano MS. remanſerunt. Sed quis unquam vel ex Latino vel Græco auctore legit, *Memphin* Ægypti olim metropolin, in nominativo Μέμφη vel Μέμφης habuiſſe? Longè aliter ipſe Stephanus Μέμφις, inquit, ἡ διασημοτάτη Αἰγύπτου μητρόπολις. Verumenimvero, ut noſtra conjectura minimè dubiis argumentis confirmetur, lectorem hinc ablegamus ad vocem Ἄζιλις, ubi ex mutilis Stephani verbis, quæ emendata hìc adſcripturi ſumus, colligi poteſt, gentilia Libyca & Ægyptia, à primitivis in ις exeuntibus derivata, Libycô & Ægyptiô loquendi modo in ιτης terminari. Ita autem iſte Stephani locus eſt legendus. Ὅτι τὸ πρωτότυπον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει. ὡς Κράμβουτις, Κραμβουτίτης. Hoc eſt: *Quando primitivum exit in ις, derivativum Libyco & Ægyptio idiomate in ιτης deſinit; uti Crambutis Crambutites.* Hanc canonem etiam in voce Ὦφθις exhibet.

A Μέμφη Μεμφίτης. τὸ δὲ Μακρεῦς, καὶ [40] Χαλκιδεῦς, καὶ Χαλκιδδεῦς, ἀπὸ γενικῆς προῆλθον. [41] Ἑκαταῖος δ᾽ ὁ Μιλέσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, [42] Λαμψάκου ἄκραν εἶναί φησιν. [43] Ἔφορος δ᾽ ἐν τῇ πέμπτῃ, λέγει κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐν Φωκίδι Ἀβαρνίδος, B [44] ὑπὸ Φωκέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων. Ἀπολλώνιος,

> [45] Περκώτην δ᾽ ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν
> Ἠϊόνα. - - - - - C

[46] Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ, [47] τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον ἀπαρνήσασθαι, καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλέσαι, ἣ κατὰ διαφθορὰν Ἀβαρνὶς καλεῖται. [48] Ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ D χώρα,

Memphis Memphites: at Macrienſis, & Chalcienſis, & Chalcidenſis à genitivis procedunt. Sed Hecatæus Mileſius in Aſiæ deſcriptione perhibet, Abarnum Lampſaci promontorium eſſe. Ephorus autem lib. v. nominis illi originem tribuit ab Abarnide Phocidis, occaſione Phocenſium, qui Lampſacum condiderunt. Apollonius,

> *Percoten verò poſteà, & Abarnidis arenoſum*
> *Littus.* - - - -

Sophocles verò, ſuper hoc nomine commentatus, ita refert: Venerem, quando Lampſaci Priapum deformem pepererat, ſe illius matrem pernegaſſe, & regionem hinc Aparnidem nominaſſe, quæ corruptè Abarnis appellatur. Interim tamen apud Artemidorum Geographum

[40] Καὶ Χαλκιδεῦς.] Salmaſius in Palatinis, & nos in Voſſiano Χαλκρεῦς invenimus: ſed mendosè. Depravatam hanc lectionem etiam Aldina & Florentina exhibent. Vide in voce Ἄβολις: ibi enim à genitivo Χάλκιος Χαλκιεῦς deducitur: & à genitivo Χαλκίδδος Χαλκιδδεῦς formatur, ut manifeſtè liquet in voce Χαλκίς, πόλις Εὐβοίας.

[41] Ἑκαταῖος δ᾽ ὁ Μιλήσιος.] Scriptor ſatis notus, quique paſſim à Stephano citatur. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. primo, pag. 53.

[42] Λαμψάκου ἄκραν εἶναι.] In hac opinione etiam fuit Xenophon, qui libro ſecundo Hellenicor. ita ſcribit. ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα τὴν Λαμψάκου ἄκραν. *Juxta Abarnidem Lampſaci promontorium.*

[43] Ἔφορος δ᾽ ἐν τῇ πέμπτῃ.] Hujus Scriptoris Stephanus multis in locis meminit. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græc. lib. primo, cap. VII.

[44] Ὑπὸ Φωκέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων.] Ita habent MSS, & omnes vulgati codices: ſed lege, ὑπὸ Φωκαέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων. Vide in voce Λάμψακος. Mela lib. primo cap. XIX: *Lampſacum Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus in quaſnam terras potiſſimum tenderent, reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent.*

[45] Περκώτην δ᾽ ἐπὶ τῇ &c.] Optimè ita reſtituit Xylander pro Περκότην, nam aliter verſus non conſtaret, MSS. & vulgati codices etiam perperam Περκότην exhibent. Hæc Stephanus deſumſit ex lib. primo Apollonii Rhodii.

[46] Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων.] Sophocles hic fuit unus ex commentatoribus in Apollonium Rhodium. L. Gyraldus de Poetarum hiſtoria Dialogô tertiô ita refert: *Leguntur in ipſius Apollonii Argonautica commentaria brevia illa quidem, ſed erudita, & alicubi copioſa & varia, quæque noſtris Grammaticis uſui eſſe poſſunt, quæ collecta & concinnata eſſe creduntur ex Lucillo Tarrheo, Sophocle & Theone, clariſſimis Græcis ſcriptoribus.*

[47] Τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον &c.] Quia Apollonii Scholaſtes hanc fabulam omnibus ſuis circumſtantiis refert, integram eandem hìc adſcribere libet. Ἡ Ἀβαρνὶς, πόλις τῆς Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ αἰτίας τοιαύτης. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ. καὶ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰνδικὴν, ἐμίγη τῷ Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ὑπήντησεν αὐτῷ. καὶ στέψασα αὐτὸν ἀκολουθῆσαι μὲν ᾐδεῖτο, διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι. εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα, τὸ ἐξ αὐτῆς [Lege, τὸ ἐξ αὐτοῦ.] κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν [Lege, ἀνελεῖν; uti habet Etymologicum magnum in voce Ἀβαρνίς. Vel lege κτενεῖν, quod mendoſo vocabulo magis reſpondet, uti obſervavit vir ſummus Gronovius.] Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα, μεμαγευμένη τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς, καὶ ἐποίησε τεκεῖν παῖδα τά τε ἄλλα δύσμορφον, καὶ αἰδοῖον ἔχοντα ὑπέρμεγα. ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι. ἰδοῦσα δὲ ἡ Ἀφροδίτη, οὐκ ἠξίωσεν ἀναλαβέσθαι, τά τε ἄλλα μισήσασα τὸν παῖδα, καὶ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ αἰδοίου. διὰ οὖν τὸ τὴν Ἀφροδίτην ἀπαρνηθῆναι τὸν παῖδα ἐκεῖ, Ἀπαρνὶς ἡ πόλις ἐκλήθη. ὕστερον δὲ κατὰ μετάθεσιν τοῦ στοιχείου ἐκλήθη Ἀβαρνίς. Hoc eſt: *Abarnis, urbs Lampſaci, quæ tali de cauſa ita appellata eſt. Venus Bacchi amore capta, cum ipſo rem habuit. Cum autem in Indiam ſe contuliſſet, cum Adonide rem habuit: Sed Bacchus cum rediiſſet, & illa coronam confeciſſet, ei honoris gratia obviam ivit: cumque ipſum coronaſſet eum ſequi verecundabatur, propterea quod jam alteri eſſet nupta. Clanculum ergò Lampſacum illa ſecedens, quod ultero geſtabat ex eo conceptum interimere conabatur: Sed zelo incenſa Juno venefica manu ventrem illius attigit, eaque re effecit, ut eniteretur puerum, ſed deformem, & prægrandi pudendo inſtructum, Priapum appellatum. Aſt Venus eodem viſo, non dignata eſt ipſum ſuſcipere, ſed contra infantem odio propter pudendi deformitatem, proſecuta eſt. Quia igitur Venus eo loco puerum abnegavit, oppidum* Aparnis: *poſtea verò mutatâ literâ* Abarnis *appellatum eſt.* Sed quia Etymologici magni auctor hanc fabulam iiſdem fermè verbis mendoſe in voce Ἀβαρνὶς retulit, eandem emendatam ſubjungere non abs re judicamus. Ἀβαρνὶς, πόλις Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη, ἐμίγη αὐτῷ. Ἀναχωρήσαντος δὲ τούτου εἰς τὴν Μηδικὴν, [Lege εἰς τὴν Ἰνδικὴν, uti habet Apollonii Scholiaſtes: nam Dionyſum in Indiam profectum fuiſſe, eandemque debellaſſe, conſtat ex Diodoro, Arriano, Strabone aliiſque.] ἐγαμήθη Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα, ἀπήντησεν αὐτῷ. ᾐδεῖτο δὲ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, διὰ τὸ γεγαμῆσθαι. εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα, τὸν ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον [Lege τὸ ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον: nam quod conceptum & nondum productum eſt, ſæpiſſimè neutro genere effertur, quemadmodum etiam fit à Spiritu Sancto Matth. I: 20. Ubi de Maria loquitur: τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου: *quod enim in ipſa genitum eſt ex Spiritu Sancto eſt.*] ἐβούλετο ἀνελεῖν. ἡ δὲ Ἥρα ζηλοτυπήσασα, μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς. καὶ ἐποίησε αὐτὴν τεκεῖν παῖδα, ὃν Πρίηπον ὀνομασθῆναι, ἄσχημον, καὶ βαθυαιδοῖον. [Rariſſimè ultima vox occurrit: Sed quia perperam apud Lycophronis Scholiaſt. reperitur, locum producam, exſtat pag. 134. edit. Paul. Stephani. Ἄδωνις δὲ ὁ Κύπριος κατά τινας, Κινύρου παῖς ἦν τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ οὐ Θείαντος. Scribe Θόαντος. ἐξ οὗ Ἀφροδίτη γεννᾷ Πρίαπον δυσειδῆ καὶ βαθυαίδιον. Sed lege βαθυαιδοῖον.] καὶ τοῦτον ἀπαρνήσασθαι αὐτὴν τὴν Ἀφροδίτην. καὶ ἀπὸ τούτου, Ἀπαρνίδην κληθῆναι. κατὰ δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ στοιχείου, Ἀβαρνίδην, οὕτως Ὧρος ὁ Θηβαῖος ἐτυμολογεῖ. Qua ratione auctor bis accuſativum Ἀβαρνίδην & Ἀπαρνίδην formaverit, non video; præſertim cum ipſe dicat oppidi nomen eſſe Ἀβαρνὶς, unde accuſativus Ἀπαρνίδα vel mutatâ literâ Ἀβαρνίδα, quo etiam utitur Apollonius.

[48] Ἔστι δὴ καὶ πόλις, καὶ &c.] Hæc & ſequentia videntur parum confuſa & tranſpoſita. Si mei arbitrii res foret hunc locum ita legerem. Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π, ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ. ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ χώρα, καὶ ἄκρα. τὸ ἐθνικὸν, & ſic porro.

χώρα, καὶ ἄκρα. Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π, Ἀβαρπὶς, [49] ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαρναῖος. καὶ θηλυκὸν, Ἀβαρναίη.

ἈΒΑΣΗΝΟΙ [50], ἔθνος Ἀραβίας [51] Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. Μετὰ τοὺς Σαβαίους, Χατραμῶνται καὶ Ἀβασηνοί· καὶ πάλιν. [52] ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ [53] θυμίαμα, καὶ κέρπαθον. [54] γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῆν ποίην εἰκέλην αἵματι [55] τυρίου κοχλίεω· ὁ τύπος ὀξὺς καὶ ἐπιχώριος τοῖς Ἄραψιν, ὡς Μηδαβηνοὶ, Ὀβοδηνοὶ, [56] Ἀδριηνοί. ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς ἅπασιν, [57] ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ περὶ παρωνύμων φησὶ, δι' ἔθους εἰσὶ ταῦτα τοῖς ἐπὶ τοῖς Ἀσίας κατοικοῦσιν. ἀλλότρια δὲ τῶν Εὐρωπαίων.

A phum etiam cum p, Abarpis reperitur. Eſt igitur Abarnus & urbs, & regio & promontorium, cujus gentilia ſunt maſculinum Ἀβαρναῖος, & fœmininum Ἀβαρναίη.

ABASENI, populi Arabiæ, de qui- B bus Uranius Arabicorum tertio. Poſt Sabæos Chatramotæ habentur, & Abaſeni. Et rurſus inquit: & regio Abaſenorum profert myrrham, & oſſum, & ſuffimenta, & cerpathum. Colunt etiam in agris herbam purpuram ſanguini ſimilem Tyriæ conchæ. C Figura vocis acuta eſt, & ex vernacula Arabum conſuetudine formata; ſicut Medabeni, Adareni. Quin & Apollonius dictus Artifex, in libro quem de Denominativis conſcripſit, omnibus Aſiaticis idem eſſe moris perhibet, D ut aliter ſua Denominativa forment, ac Europæi;

49 Ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τοῦ γεωγράφῳ.] Salmaſius in recentiori MS. invenit: ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τοῦ χωρογράφῳ. Paſſim hic ſcriptor à Stephano allegatur; de eo vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. pr. cap. XXII.

50 Ἀβασηνοὶ, ἔθνος Ἀραβίας.] Optimè hunc locum Xylander procul dubio codicum MSS. ope reſtituit. Nam in Aldina ac Florentina editione hic de Abaſenis locus præcedenti hôc modo, nullâque factâ diſtinctione annectitur Καὶ θηλυκὸν, Ἀβαρναίη. Ἀραβίας. Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. μετὰ τοὺς Ἀβαίους, Χατραμῶν) Ἀβασηνοί. καὶ πάλιν ἡ χώρη τῶν Βασηνῶν σμύρνην φέρει &c. Eodem fermè modo in Voſſiano legitur, neque aliter Salmaſius in Palatinis invenit. Abaſenorum regio à Pauſania lib. VI. circa finem *Abaſa* appellatur: Καὶ ὅσοι τὰς προσεχεῖς αὐτῇ νέμονται νήσους, Ἄβασαν καὶ Σακαίαν. *Et quotquot inſulas huic proximas Abaſan & Sacaam incolunt.* Vide Sylburgium ad hunc locum, cui, dum dubitat, facile permiſerim Σαβαίαν pro Σακαίαν hic reſtitui.

51 Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.] Scripſit Uranius Arabica, & Stephano primus, ſecundus, tertius, & quartus liber citatur. Ejuſdem operis tertium citat Joh. Tzetzes Chil. VII. Hiſt. CXLIV. Uranii quoque meminit Euſtathius ad verſum Dionyſii de ſitu orbis XXXVIII.

52 Ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον.] Inter mortales quondam doctiſſimi, Salmaſius in ſuis ad Solinum commentariis pag. 453; & Bochartus lib. II. Geog. Sac. cap. XVIII. hunc Stephani locum ſollicitarunt, ſed ambo fatentur ὄσσον & κέρπαθον ignota eſſe aromata aliiſque innominata: addens inſuper Salmaſius: fuit cum legerem, σμύρνην φέρει καὶ κίσσου θυμίαμα, quaſi κίσσου θυμίαμα pro Ladano dixiſſet Stephanus. Sed aliter Bochartus: ὄσσον forte eſt הצנם vel חצנם, aroma quod in certi unguenti confectione cum muſco & ben, id eſt balano myrepſicâ miſceri ajunt Arabum Lexicographi: & κέρπαθον eſt קרפת *Kerphath* ξυλοκιννάμωμον. Ita appellat Avincenna lib. II. voce à Græcis mutuatâ, qui κάρφη vocant fiſtucas Cinnamomi. Et adfert locum ex Herod. lib. III. ubi dicit: τὰ δὲ κάρφεα ταῦτα ἃ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες καλέομεν κιννάμωμον, *fiſtucas illas quas nos à Phœnicibus edocti cinnamomum appellamus.* Sed liceat mihi à tantis viris, nunquam à me ſine honore nominandis, diſſentire: ſemper enim de fide hujus loci dubitavi, atque ſuſpicatus ſum textum vitio exſcriptorum fuiſſe vitiatum, ac proindè legi debere, ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ κνηστὸν, καὶ θυμίαμα καὶ λάκαφθον. Apud Heſychium legitur: κνηστὸν, εὔοδμον; quod profectò non ita ac ὄσσον ignotum eſt: nam nemo antiquorum illud nominavit, & incertum eſt qualis inter aromata ſpecies fuerit; cum contra κνηστὸν ab Heſychio ſpeciebus odoriferis annumeretur. Quod ad λάκαφθον attinet, de eo legimus apud Paul. Æginetam lib. VII, cap. 22. (alio loco illud νάσκαφθον appellans) eſſe genus quoddam odoramenti, corticoſum naturâ, & putaminibus arboris mori ſimile, quod ex Arabia deportatur & ſuffitibus admiſcetur. Vide quoque Dioſcoridem lib. primo, cap. 22, qui illud νάρκαφθον appellat. Certiora ſi quis attulerit, ea libentiſſimè amplectar.

53 Καὶ θυμίαμα.] Quia nemo melius aut doctius dixit quid ſit θυμίαμα, quam Salmaſius, ejus verba quæ exſtant in Plinianis exercitationibus, exſcribere non pigebit. Θύος Græcè idem quod Θυμίαμα. Inde Latinum *Thus*, ut ποῦς pus: γλοιὸς vel γλυὸς *glus*. Veteres Græci θύειν non pro ſacrificare, ſed ἀντὶ θυμιᾶν ponebant. Æolicum φύω, unde Latinum *fuo* & *fio*, & compoſitum *ſuffio* & *ſuffimen*. A θύω θυμὸς, Æolicè φυμὸς, unde *fumus* Latinum, & *fumigare*, ut à Græco θυμιᾶν. Heſychius: θυμὸς, πνοὴ, ἀήρ. Sic θύος & θυμίαμα idem. Sed κατ' ἐξοχὴν Græci *thus* dixerunt θυμίαμα. Uranius in Arabicis apud Stephanum: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα: ubi θυμίαμα pro *thure* poſuit. Recentiores Latinitatis auctores *incenſum* appellavêre, hoc eſt θυμίαμα. Gloſſæ θυμίαμα *incenſum*. Inde vox noſtra quâ *thus* hodie appellamus.

54 Γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῆν ποίην εἰκέλην αἵματι Τυρίου κοχλίεω.] Inſigniter ſanè erraret, qui hæc ſumeret de Purpura ex conchyliorum genere, quod intrinſecus animatam continebat carnem, & candidiſſimam mediis in faucibus venam habebat; quâ exſectâ pretioſiſſimus ille cruor promanabat, quo olim lana & ſericum, ad veſtes inde contexendas, tingebatur, de quo Plinius lib. IX. cap, XXXVI, Ariſtoteles in hiſtoria Animalium lib. V. cap. XV, & Athenæus lib. III. Nam veterum ſcriptorum teſtimoniis certiſſimum eſt, etiam diverſis in regionibus purpuram factam fuiſſe ex floribus herbis & radicibus, quæ in terra naſcuntur; quod ſeriatim poſſemus probare niſi longum nimis foret. Hinc apud Petronium legimus:

Quæſitus tellure nitor certaverat oſtro.

De Creta Theophraſtus teſtatur lib. IV. cap. VII. Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ φύεται τὸ φῦκος πρὸς τῇ γῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν πλεῖστον καὶ κάλλιστον, ᾧ βάπτουσιν οὐ μόνον τὰς ταινίας, ἀλλὰ καὶ ἔρια, καὶ ἱμάτια, καὶ ἕως ἂν ᾖ πρόσφατος ἡ βαφὴ, πολὺ καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας. *Etenim in Creta juxta terram ſuper ſaxa naſcitur alga plurima & pulcherrima, qua non ſolum vittas, ſed & lanas veſteſque inficiunt: Et quamdiu recens eſt tinctura, color purpura longè præſtat.* De Gallia Plinius lib. XXII. cap. II: *Jam verò infici veſtes ſcimus admirabili fuco. Atque ut ſileamus, Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque Conchylium tingit, omneſque alios colores, nec quærit in profundis murices.* Et lib. XVI, cap. XVIII: *Eſt & in Apennio frutex, qui vocatur cotinus, ad lineamenta modo, conchylii colore inſignis.* Et ita etiam alii ſcriptores de aliis regionibus.

55 Τυρίου κοχλίεω.] Ope codicis Salmaſiani ita pro Τυρίου κοχλίου ex Palatinis repoſuimus.

56 Ἀδριηνοί.] Perperam ita libri ſcripti & vulgati. Lege indubitanter Ἀδαρηνοὶ, à voce Ἄδαρα, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης.

57 Ὡς Ἀπολλώνιος.] Vide Suidam, qui inter alios libros ab Apollonio conſcriptos, etiam hunc de Derivativis citat.

παίων. οὐ γὰρ ἀπὸ πόλεως, ἢ δήμου, κατὰ τοῦτον A ὠνόμασται τὸν τύπον.

Ἄβδηρα, πόλεις δύο. [58] ἡ μὲν Θρᾴκης, [59] ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ υἱοῦ Ἑρίμου, Ἡρακλέους ἐρωμένου. ὃν [60] αἱ Διομήδους ἵπποι διεσπάσαντο, [61] ὡς Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι φασίν. B [62] ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Δημόκριτός ἐστιν ὁ φιλόσοφος. [63] ἡ δὲ δευτέρα, πόλις τῆς Ἰβηρίας. πρὸς τοῖς Γαδείροις, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων. ὁ πολίτης, Ἀβδηρίτης. καὶ γὰρ τοῦ [64] Δίολκος, τὸ Διολκίτης, C καὶ τοῦ [65] Ὀξόρυγχος, Ὀξορυγχίτης. [66] Ἔφορος καὶ τὴν [67] πόλιν Ἄβδηρον φησίν, ἀφ' οὗ [68] τὰ Ἄβδηρα. [69] καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α οὐδετέρων εὑρίσκεται, ὡς Γάβαλα, Γαβαλίτης. τοῦ Ἀβδηρίτης μέμνηται [70] Εὔδοξος ἐν τετάρτῃ περιόδων, D [71] καὶ

pæi; qui utique non ſimili forma ab urbe, aut populo quovis, gentilia ſua denominat.

ABDERA. Duæ hoc nomine civitates exiſtunt; altera Thraciæ, ita ab Erimi filio Abdero dicta, quem ab Hercule adamatum Diomedis equæ divulſerunt, ut Hellanicus aliique referunt. Ex hac etiam urbe Democritus originem duxit. Altera verò Iberiæ civitas eſt, prope Gadiram, ut Artemidorus lib. II. Geographicorum teſtatur. Civis nomen eſt Abderita: nam & Diolcus Diolcita; & Oxyrinchus Oxyrinchita. Ephorus autem hanc urbem Ἄβδηρον nuncupat, à quo plurale τὰ Ἄβδηρα formatur; reperitur enim inter illa nomina, quæ formantur à neutris in α exeuntibus. Veluti à Gabala venit Gabalita, ſic ab Abdera Abderita; de quo nomine Eudoxus lib. IV. Periodorum, &

58 Ἡ μὲν Θρᾴκης.] De tempore quo civitas fuerit condita legendus Salmaſius ad Solinum pag. 160. & 161: & incomparabilis J. Voſſius contra Salmaſium in obſervationibus ad P. Melam. De conditoribus non conveniunt auctores. Solinus eam à Diomedis ſorore conditam eſſe ait: *Inde non procul Abdera, quam Diomedis Soror condidit, & à ſe ſic vocavit.* Joh. Tzetzes ab Hercule:

Ἐφ' ᾧ πόλιν Ἄβδηρα ὁ Ἡρακλῆς ἱδρύσας
Πρὸς Εὐρυσθέα τὸ λοιπὸν ἐκόμισε τὰς ἵππους.

59 Ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ υἱοῦ Ἑρίμου.] Licet in omnibus manu exaratis & vulgatis codicibus conſtanter ita legatur, tamen hic locus ita eſt refingendus: ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ υἱοῦ Ἑρίμου, uti liquet ex libro ſec. Apollod. Bibliothecæ. Τῶν δὲ Βιστόνων σὺν ὅπλοις ἐπιβοηθούντων, τὰς μὲν ἵππους παρέδωκεν Ἀβδήρῳ φυλάσσειν. οὗτος δὲ ἦν Ἑρίμου παῖς, Λοκρὸς ἐξ Ὀποῦντος, Ἡρακλέους ἐρώμενος, ὃν αἱ ἵπποι διέφθειραν ἐπισπασάμεναι. πρὸς δὲ τοὺς Βίστονας διαγωνισάμενος, καὶ Διομήδην ἀποκτείνας, τοὺς λοιποὺς ἠνάγκασε φεύγειν. καὶ κτίσας πόλιν Ἄβδηρον, παρὰ τὸν τάφον τοῦ διαφθαρέντος Ἀβδήρου, τοὺς ἵππους [Lege τὰς ἵππους] κομίσας Εὐρυσθεῖ ἔδωκε. *Inter hæc Biſtonibus ſumptis armis ad opem ferendam accurentibus, equas Abdero cuſtodiendas commiſit. Hic autem* Erimi *fuiſſe filius dicitur, genere Locrus ab* Opunte, *Herculis Amaſius, quem equæ diſcerptum interemerunt. Hercules devictis Biſtonibus, atque occiſo Diomede, reliquos in fugam abire compulit. Inde Abdera urbe ad Abderi perempti ſepulchrum condita, abactas equas* Eryſtheo *tradidit.* Idem etiam apparet ex Hygini fabula XXX: *Diomedem regem Thraciæ & equos quatuor ejus, qui carne humana veſcebantur, cum Abdero famulo interfecit.* Adeo ut pro Ἀβδηρίτου hìc indubitanter Ἀβδήρου legendum ſit.

60 Αἱ Διομήδους ἵπποι.] Intellige equas, non verò equos, quemadmodum ex Apollodoro mox citato, & Palæphato eſt manifeſtum, qui fabulæ ſignificationem explicans, per equas Diomedis filias intelligit. Non tamen in mendo cubat Hygini locus, ubi equarum nomina enumerat hiſce verbis: *Equorum autem nomina Podarius, Lampon, Xanthus, Dinus:* nam vocabulum *equus* ſæpiſſimè generaliter ſumitur. Vide etiam Melam. lib. II. cap. 2.

61 Ὡς Ἑλλάνικος.] Auctor ſatis notis, quique paſſim à Stephano citatur. De eo videndus omninò Voſſius de Hiſtoricis Græcis.

62 Ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Δημόκριτός ἐστιν.] Nonnulli tamen ipſum Mileſium fuiſſe perhibent, teſte Diogene Laertio, qui libro nono ita refert. Δημόκριτος Ἡγησιστράτου. οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου. τινὲς Δαμασίππου. Ἀβδηρίτης, ἢ (ὡς ἔνιοι) Μιλήσιος. *Democritus Hegeſiſtrati filius, quidam Athenocriti, alii Damaſippi ajunt, Abderita fuit, vel ut non nulli malunt, Mileſius.* Sed communior eſt ſententia Abderitam fuiſſe, quod etiam ex Hippocratis Epiſtolis multis in locis colligi poteſt. Vide quoque apud A. Gellium Laberii verſus lib. X. cap. XVII.

63 Ἡ δὲ δευτέρα πόλις τῆς Ἰβηρίας, πρὸς τοῖς Γαδείροις.] Ita ex Voſſiano codice repoſuimus, ubi vulgati habebant, πρὸς γὰρ τοῖς Γαδείροις. Vir ſummus Voſſius in obſervationibus ſuis ad Melam oppidum illud inde longiſſimè abeſſe ſcribit. Vide Strabonem lib. III, qui illud à Phœnicibus conditum aſſerit: Plinium lib. III. cap. I: & Melam lib. II. cap. VI.

64 Δίολκος, τὸ Διολκίτης.] Eædem hæ voces quoque in voce Δῶρος & Ὠρεὸς citantur. Diolcus ſignificat Tractum per ſpatium inter duo littora, notante Hen. Stephano ex Budæo. Apud Heſychium pro nomine proprio ſumi videtur: Διολκός, ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρεῶν τόπος. *Diolcus, ſive Iſthmus, eſt locus à Lechæo uſque ad Cenchreas.* Vide Strabonem lib. VIII. & Caſaubonum ad illum locum. Διολκίτης igitur iſtiuſmodi loci incolam ſignificat. Δίολκος proprie *traductio*, quod inter Amſtelædamum & Harlemum dicimus Overtoom. Jul. Higinus in Helvii Cinnæ propemptico apud Chariſium Soſipatrum: *Ab Actio navigantes ſtadia* XL. *veniunt ad Iſtmum Leucadienſium: ibi ſolent iteris minuendi cauſa remulco, quem Græci πάκτωνα vocant, navem traducere.* Idem in eodem opere: *Quærunt etiam nonnulli quamobrem ejus cura jubent Actio navigare, quod eſt è regione traductionis Leucadienſis.* Poteſt tamen uſus ſignificationem vocis ad quemvis Iſthmum tranſtuliſſe & produxiſſe, & quod προσηγορικὸν erat κύριον effeciſſe. Quæ cum ab incomparabili Gronovio accepiſſem, non indigna, quod adjicerem putavi.

65 Ὀξόρυγχος Ὀξορυγχίτης.] Ita quoque MSS. ſed lege Ὀξύρυγχος Ὀξυρυγχίτης, uti ex auctore noſtro liquet, ubi de hac voce agitur.

66 Ἔφορος.] Paſſim citatur ab auctore noſtro ſcriptor ſatis notus, & etiam ab aliis. De ejus patria & ſcriptis lege Strabonem lib. XIII.

67 Πόλιν Ἄβδηρον φησίν.] Ita etiam Apollodorus lib. II. urbem nominat, quem mox citavimus: Καὶ κτίσας πόλιν Ἄβδηρον. Sed locus mihi non videtur ſatis ſanus.

68 Τὰ Ἄβδηρα.] Apud Thucydidem lib. II. hæc vox etiam plurali numero exſtat. Ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. *Ab urbe Abderis ad Euxinum pontum.* Simili quoque modo apud Plutarchum in Laconicis: πρὸς δὲ τὸν ἐκ τῶν Ἀβδήρων πρεσβευτὴν ἔφη. id eſt: *Legato ex Abderis reſpondit.*

69 Καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α.] Hic quoque aliquid excidiſſe videtur. Nimirum: καὶ τὸ ίτης καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α οὐδετέρων εὑρίσκεται. Duas enim reddit rationes analogiæ in τῷ Ἀβδηρίτης. Prior eſt poſſe dici ab Ἄβδηρος tum ut Δίολκος: & poſterior etiam à deſinentibus in A neutrum plurale talia gentilia formare, ut Gabala Gabalites. Sed & τὸ ίτης à neutris in A finientibus reperitur. Hanc obſervationem Clariſſimo J. F. Gronovio debemus.

70 Εὔδοξος ἐν τετάρτῃ περιόδων.] Quis & qualis fuerit Eudoxus apud Suidam in Eudoxo, & Diogenem Laertium lib. VIII. legere licet. Miror Stephanum hunc librum plurali numero citare, cum in Ἀζανία, Ἀρμενία & aliis in locis, eum ſingulari numero citet. Quapropter hic etiam, ſi mei arbitrii res foret, ſcriberem, Εὔδοξος ἐν τετάρ-

τῃ

[71] καὶ Παυσανίας περιηγήσεως, καὶ [72] Ἡρόδοτος A ἑβδόμῃ. καὶ πολλαχοῦ Ἑκαταῖός τε, καὶ πολλοί. [73] Πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται. [74] Νικαίνετος ἐποποιὸς, καὶ [75] Πρωταγόρας, ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὸν [76] ἥσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι, καὶ τοὺς μαθητὰς B δεδειχέναι τὸν αὐτὸν ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν. οὗτος οὖν ὁ Πρωταγόρας, καὶ Δημόκριτος, Ἀβδηρῖται.

& Pauſanias in Græciæ deſcriptione, & Herodot. lib. 7. mentionem faciunt; compluribuſq; etiam in locis Hecatæus, ac multi alii. Plurimi autem Abderitæ exſtitêre, de quibus doctorum virorum indices commemorant: inter alios Nicænetus heroicorum carminum ſcriptor, & Protagoras, qui aliquando inferiorem potentiorem cauſam egit, diſcipuloſque ſuos docuit, ipſum culpare & laudare, uti ab Eudoxo accepimus. Is igitur Protagoras & Democritus Abderitæ fuere.

ἈΒΊΛΗ [77], πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. [78] ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα, C ἐξ ἧς ἦν Διογένης ὁ διασημότατος σοφιστής. [79] οὐδετέρως δὲ αὕτη ἡ πόλις Ἄβιλα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβιληνὸς, ὡς Γέβαλα, Γεβαληνὸς, Ἀρίνδηλα, Ἀρινδηληνός.

ABILE, urbs ad Jordanem fluvium, & alia Phœniciæ, quæ Abila dicitur, ex qua Diogenes præſtantiſſimus ille Sophiſta originem traxit. Verum illa civitas quæ Abila nominatur neutrius generis eſt. Hinc gentile Abilenus, uti à Gebala Gebalenus, Arindela Arindelenus.

τῆς γῆς περιόδου. Plutarchus in libello, quo probat *ne ſuaviter quidem vivi poſſe ſecundum Epicuri decreta*, etiam Eudoxi librum citat hiſce verbis: ἢ τὰς περιόδους Εὔδοξος. quæ verba ita vertuntur ab interprete: *aut Eudoxus de converſionibus orbium cæleſtium.* Sed errat vir doctus; nam liber, quem in Aſtrologia compoſuerat Eudoxus, inſcribebatur Ἀστρολογούμενα ſecundum Laertium, ſive Φαινόμενα, uti ſcriptor Anonymus in vita Arati teſtatur. Illud Eudoxi opus *de ambitu ſive circuitione terræ* multis conſtabat libris, nam octavum citat Harpocration in Λιπαρα.

71 Καὶ Παυσανίας Περιηγήσεως.] Ita in vulgatis, nec aliter in Voſſiano cod. Quis non animadvertit, hic libri numerum deeſſe? quem Salmaſius corruptum invenit in Palatinis, in quibus legebat. καὶ Παυσανίας καὶ Περιηγήσεως.

72 Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Apud Herodotum lib. VIII. aliquoties de hac voce fit mentio.

73 Πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται.] Plurimos eruditione inſignes hæc urbs viros dedit, ut non immeritò incomparabilis J. Voſſius dixerit: Cum in omnibus illuſtrium virorum catalogis crebri paſſim ſint Abderitæ, neſcio quare Juvenalis hanc vervecum vocet patriam. Nam quod multi apud Abderitas inſani naſcerentur aut fierent, quis hoc ſtupori tribuat; cum inſania non hebetes & ſtupidos, qui nihil habent quod perdant, ſed maxima plerumque invadat ingenia? Quamvis autem Hippocrates lib. III. de morbis vulgaribus complurium Abderitarum meminerit, quorum febres conjunctæ fuerint cum delirio, non tamen ex tam inamœno morbo natum eſſe puto proverbium illud de malo Abderitico; ſed potius ex affectu jucundiſſimo, qui ipſorum febribus ſuccedere ſolebat, ut teſtatur Lucianus, ſcripto de conſcribenda hiſtoria. Omnes namque Muſicæ & Poëticæ ſtudebant, carmina poëtarum recitantes ſibi invicem, & paſſim in plateis hiſtrioniam agentes. Tam elegans inſania non cadit in craſſos & pituitoſos, ne dum in vervecea capita, quæ, ſi verum eſt paradoxum Stoïcum, ſemper delirant.

74 Νικαίνετος ἐποποιός.] Hujus poëtæ etiam meminit Athenæus *lib.* XIII. *Sed dubitat an Samius, an verò Abderita fuerit*: Hæc ſunt ejus verba: ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου, ἢ Ἀβδηρίτου. Sed qualis fuerit poëta docet lib. XIV. Καὶ Νικαίνετος ὁ ἐποποιὸς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν ποιητὴς ὑπάρχων ἐπιχώριος, καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκὼς ἐν πλείοσι. *Nicænetus verſuum ſcriptor, poëta indigena, & gentilitiam hiſtoriam ut plurimum ſecutus.*

75 Καὶ Πρωταγόρας.] Ejus vitam deſcripſit Diog. Laertius, qui etiam ejus ſcripta enumerat. Plurimi antiquorum ipſum *Abderitam* fuiſſe teſtantur. Cicero lib. prim. de Natura Deorum, Fabius III. I. Gellius V. cap. III. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos, Philoſtratus in ejus vita, Minutius Felix, aliique. Sed Eupolis, citante Laertio, in Aſſentatoribus ipſum *Teïum* fuiſſe perbihet. ait enim.

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.
Intus quidem eſt Protagoras Teïus.

Hinc apud Suidam legitur: Τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ Τήϊον ἔγραψαν. *Quidam verò, ipſum Teïum eſſe, ſcripſerunt.* Stephanus ipſe ſibi non conſtat hîc Abderitam, & in voce Τέως, Τήϊον, Teïum fuiſſe ſcribit. Primus omnium mercede docuit, atque hanc ob cauſam plures pecunias cumulavit, uti Plato in Theæteto teſtificatur. Diſcipulum Euathlum in jus vocavit, quia promiſſam mercedem non perſolverat, uti Gellius lib. V. cap. X. & Apuleius in Floridis tradiderunt.

76 Τὸν ἥσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι.] Licet Mſſ. & vulgati codices conſtanter ita habeant, inductus auctoritate Diog. Laertii & Auli Gellii, hæc ita ſcriberem: Τὸν ἥσσω λόγον κρείσσω πεποιηκέναι; nam nullibi hæc verba cum conjunctione καὶ copulantur. Apud Laertium lib. II. de Socrate legitur. Καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν κωμῳδεῖ, ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα: *Ariſtophanes* (nempè in Νεφέλαις.) *maledictis quoque illum vexat, quaſi pejorem cauſam dicendo meliorem faceret.* Et in Noct. Atticis lib. V. cap. III. ubi graphicè Protagoræ mores & ingenium deſcribuntur. *Is tamen Protagoras inſincerus quidem Philoſophus, ſed acerrimus Sophiſtarum fuit: pecuniam quippe ingentem quum à diſcipulis acciperet annuam, pollicebatur ſe id docere, quanam verborum induſtriâ cauſa infirmior, fieret fortior; quam rem Græcè ita dicebat;* τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Præſtat igitur hæc verba abſque καὶ protuliſſe. Sed Laertius de Protagora hunc ſenſum aliis verbis concepit. Ita enim ſcribit lib. IX. Πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλους. Id eſt: *Primus de omni re duos eſſe ſermones oppoſitos dixit.* Conſimili modo etiam Clemens Stromat. VI. loquitur. Καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι, Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρακολουθεῖν. Ita iſte locus eſt legendus, ubi malè legitur: λόγον ἀντικεῖσθαι.

77 Ἀβίλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδ.] Quia perperam in Voſſiano codice Ἄφιλα legitur, dubito an non ſit Ἄβιλα hic reponendum: nam à Ptolemæo etiam vocatur Ἄβιλα, ἐπικληθεῖσα Λυσανίου: *Abila cognominata Lyſaniæ*: Non verò Lyſanii, uti perperam habet Ptolemæi interpres: In quem errorem etiam incurrit Ortelius in Theſauro Geographico. Verum à Joſepho lib. XX. cap. V. dicitur Ἄβελλα, ſi locus mendo careat. Δωρεῖται τὸν Ἀγρίππαν τῇ Φιλίππου τετραρχίᾳ, καὶ Βαταναίᾳ, προσθεὶς αὐτῷ τὴν Τραχωνῖτιν σὺν Ἀβέλλᾳ. *Agrippam donavit Philippi Tetrarchia & Batanea, adjunctâ his Trachonitide cum Abella.* Et apud Lucam in Euang. cap. III. verſu I. etiam exſtat memoria Λυσανίου Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος, quod profectò ab *Abila* & non ab *Abella* deducitur. Et ita quoque apud Anonymum in Anagraphe Olympiadum, pag. 382.

78 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοιν. Ἄβ. ἐξ ἧς ἦν Διογ.] Totidem verbis hic locus apud Suidam in voce Ἄβιλα exſtat Quique ibidem de Patria Diogenis eadem teſtatur.

79 Οὐδετέρως δὲ ἡ πόλις.] Ita etiam à Joſepho ex Polybii libro XVI. hæc vox uſurpatur, uti liquet ex Antiq. Jud. lib. XII. cap. III. Et apud Polybium lib. V. etiamnum hodie legitur: Κύριος γίνεται Ἀβίλων, καὶ τῶν εἰς αὐτὰ παραβεβοηθη-

ἌΒΙΟΙ[80], ἔθνος Σκυθικόν. Ὅμη- A ρος,

[81] Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων
ἀνθρώπων.

[82] Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Εὐξείνου πόντου, [83] ὡς Διόφαντος, εἶπεν οὕτω λέγεσθαι αὐτοὺς, B διὰ τὸ τὸν Ἀβιανὸν ποταμὸν οἰκεῖν. δικαίους δ' εἶπεν Ὅμηρος, διὰ τὸ μὴ βουληθῆναι μετὰ τῶν Ἀμαζόνων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεῦσαι. [84] ἢ ὅτι βίῳ ἑδραίῳ οὐ χρῶνται, οὕτω λέγονται, διὰ τὸ ἐφ' ἁμαξῶν φέρεσθαι. [85] Δίδυμος δὲ Θρᾴκιον C ἔθνος φησίν. Αἰσχύλος τε Γαβίους διὰ τοῦ γ [86] ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ.

[87] Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον [88] ἐνδικώτατον
* ἁπάντων καὶ [89] φιλοξενότατον Γαβίους.
Ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γατόμος D
[90] Τέμνει δικέλλη ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
Γέαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

ὁμοίως καὶ [91] Φιλοστέφανός φησι, καὶ ἄλλοι. εἰσὶ δὲ Σκύθαι. οἱ πλείους δὲ τῶν ὑπομνηματιστῶν [92] ἐπίθετά φασι τῶν Ἀγαβῶν, τὸ γαλακτοφά- E γων

ABII, populi ſunt Scythiæ, de quibus Homerus inquit.

Et lacte veſcentium Abiorum, juſtiſſimorum
hominum.

Alexander in libro, quem de Ponto Euxino conſcripſit, auctore Diophanto, exiſtimat, eos ita appellari, eo quod Abianum amnem accolant. Homerus verò eos juſtos nominavit, quia recuſarunt cum Amazonibus Aſiæ bellum inferre: vel etiam hoc nomine inſigniti ſunt, quod per totam vitam nullibi fixis ſedibus fruantur, & ubique terrarum curribus vehantur. Didymus autem eos inter Thraciæ populos collocat, & Æſchylus in Prometheo ſoluto eos cum G. Gabios nominavit

Poſtea autem perveniet ad populum juſtiſſimum
Omnium, & hoſpitaliſſimum, Gabios:
Ubi neque aratrum, neque terram ſecans
Ligo terram ſcindit, ſed ubi ultro ſeminata
Terra mortalibus copioſum cibum ferunt.

ſimiliter etiam Philoſtephanus dicit, & alii. Sunt autem Scythæ. Major autem pars illorum, qui hanc vocem ſunt interpretati, inquiunt eſſe epitheta Agaborum, vocabulum illud lacte veſcentium

βεβοηθηκότων: *eaque potitus Abila in poteſtatem redegit, & ſimul omnes, qui pro ferenda ope eò occurrerant.*

80 Ἄβιοι ἔθνος Σκυθικόν.] Gentem eſſe Scythicam animadverti licet ex Strabone lib. VII. Ex Arriano circa initium lib. IV: ex Curtio libro VII, & multis aliis. Nemo tamen ſcriptorum proprio nomine Abiorum regionem appellavit, quod alibi factum videtur à Stephano: Ὑλέα, χώρα Ποντική, Ἀβική λεγομένη.* *Hylea, regio Pontica, quæ Abica dicitur.*

81 Γλακτοφάγων Ἀβίων.] Aldina & Florentina malè habent, γαλακτοφάγων Ἀβίων, nam ſic verſus non conſtat, & aliter reperitur apud Homerum Iliad. N. circa principium. Quam inſulsè interpretes hunc Homeri verſum tranſtulerunt, jam aliis dictum eſt.

82 Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Εὐξείνου πόντου.] De Alexandro & omnibus ejus ſcriptis videndus Voſſius de Hiſtor. Græc. lib. I. cap. XXII.

83 Ὡς Διόφαντος.] Hujus ſcriptoris opus Geographicum citatur ab Agatharcide de mari rubro cap. XXXI. Ex quo procul dubio quæ à Stephano ex Alexandro de Abiis referuntur, ipſe Alexander tranſcripſit. Idem Diophantus teſte Fulgentio lib. primo ſcripſit XIV. Antiquitatum libros, ubi malè pro Diophantus Diophantes legitur. A Stephano in Λιβυστῖνοι, Διόφαντος ἐν Πολιτικοῖς citatur. Adfert Theodoretus lib. IV. Therapeutices Diophantum Syracuſanum. Et exſtat hodiè Diophantus Alexandrinus, qui Arithmeticam conſcripſit.

84 Ἢ ὅτι βίῳ ἑδραίῳ οὐ χρῶνται, οὕτω λέγονται, διὰ τὸ ἐφ' ἁμαξ. φερ.] Hic locus non caret mendo, lege confidenter: ἢ ὅτι βίῳ ἑδραίῳ οὐ χρῶνται, Ἁμαξόβιοι λέγονται, διὰ τὸ ἐφ' ἁμαξῶν φέρεσθαι. Id eſt: *vel quod vita ſtabuli non fruantur Hamaxobii dicuntur, quia curribus vehuntur.* Ita eos appellavit Mela lib. ſecundo, cap. primo. *Hujus fluxum Buces amnis ſecat, Agathyrſi & Sauromatæ ambiunt: quia pro ſedibus plauſtra habent, dicti Hamaxobii.* Et in genere Juſtinus libro ſecundo Scythas ita depingit. *Uxores liberoſque ſecum in plauſtris vehunt, quibus, coriis, imbrium hiemiſque cauſa tectis, pro domibus utuntur.* Sed relictis aliis, ipſe Stephanus in voce Βουδινοί illorum meminit, quam gentem Scythicam nominatam ait παρὰ τὸ δινεύειν ἐπάνω ἁμαξῶν, ὑπὸ βοῶν ἐλαυνομένων. Ἁμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκῦθαι. Vide etiam Plinium lib. IV. cap. XII.

85 Δίδυμος δὲ Θρᾴκιον ἔθνος.] Intelligit procul dubio Commentatorem in Homerum cujus verſum paulò ante citaverat. Sed in Mſſ. & Aldina Florentinaque editione vox ἔθνος non reperitur, ſed lacuna, quam Xylander hac voce ſupplevit.

86 Ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ.] Non exſtat hæc Æſchyli fabula. Ejus etiam meminit Heſychius in voce εἰσαφάσματα.

87 Ἔπειτα δ' ἥξει &c.] Hoſce verſus Thomas Stanleus ſuis numeris ita reſtituit. Vide Londinenſem Æſchuli editionem pag. 643.

Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον ἐνδικώτατον
Θνητῶν ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον
Γαβίους, ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γατόμος.
Τέμνει δίκελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
Γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

88 Ἐνδικώτατον.] Hæc vera eſt lectio quam nos in Voſſiano codice, & Salmaſius in Palatinis invenit: Malè in vulgatis legitur ἐνδικαιότατον. Non poſſum quin hic locum Curtii adſcribam, qui libro VII. legitur. *Legati deinde Abiorum Scytharum ſuperveniunt, liberi, ex quo diſceſſerat Cyrus, tum imperata facturi: Juſtiſſimos barbarorum conſtabat. Armis abſtinebant, niſi laceſſiti. Libertatis modico & æquali uſu, principibus humiliores pares fecerunt.*

89 Φιλοξενότατον.] Perperam ita Mſſ. & vulgati codices. Lege, καὶ φιλοξενώτατον, uti etiam Stanleus animadvertit.

90 Τέμνει δικέλλη.] Ita in vulgatis: verum in Mſſ. δικέλλης. Dativus & Genitivus huic loco non conveniunt: legerem οὔτε γατόμος τέμνει δικέλλη. ut ſit nominativus cum γατόμος reſpondens: vel δικέλλ' uti habet Stanleus ut verſus conſtet.

91 Φιλοστέφανος.] Semper ab auctore noſtro ſine cognomine citatur. Hinc difficile eſt indicare qualis fuerit & quænam ſcripſerit. Vide de Philoſtephano Voſſium de Hiſtor. Græc. lib. primo, cap. XV.

92 Ἐπίθετα φασὶ τῶν Ἀγαβῶν.] Ita conſtanter habent ſcripti & vulgati codices; verum reſcribendum eſt: ἐπίθετα φασὶ τῶν Ἀγαυῶν. Sunt enim Ἀγαυοὶ populi Scythiæ. Heſychius: Ἀγαυοί, λαμπροί. φωτεινοί. ἔνδοξοι. ἐπιφανεῖς. ἔστι δὲ καὶ ἔθνος Σκυθικὸν Ἀγαυοὶ οὕτω καλούμενον, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ ποιητὴς, καὶ Ἀγαυῶν ἱππημολγῶν. Reſpicit Heſychius locum Homeri, qui exſtat Iliad. N. circa initium.

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ Ἀγαυῶν ἱππημολγῶν.
Myſorumque cominus pugnantium, & illuſtrium Hippemolgorum.

Mirum eſt profectò omnes Homeri interpretes hanc vocem tam inſulsè pro epitheto & non pro gente accepiſſe: in quem

A γων καὶ τὸ Ἀβίων ἐκλαμβάνοντες. οἱ μὲν τὸ μὴ βιαζομένων, διὸ καὶ δικαιότατοι. οἱ δὲ, ἄοικοι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἡμῖν ὅμοιον βίον. οἱ δὲ, ὁμοβίων, τουτέστιν ὁμοτόξων. [93] τοξόται γὰρ οἱ αὐτοί.

B ἈΒΟΛΛΑ[94], πόλις Σικελίας· ὁ τόνος βαρὺς, ὡς [95] Ἄγιλλα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβολλαῖος, καὶ Ἀβολλαία.

ἈΒΟΡΙΓΙ͂ΝΕΣ[96], ἔθνος Ἰταλικὸν, [97] ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ. [98] Μέχρις οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου [99] τὴν ἀρχαίαν C Ἀβοριγίνην διέσωζον. [1] Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος, οὕτω προσηγορεύθησαν. [2] τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ. [3] εἰκὸς οἴεσθαι τινὰς τούτου τὴν κλίσιν ἀπὸ τοῦ Ἀβοριγῖνος εὐθείας, ὡς Λεοντῖνος, Ἀκραγαντῖνος. ἀλλὰ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρ- D νασσεὺς, Ἀβοριγῖνες, καὶ Ἀβοριγῖσίν φησιν, ὡς Δελφῖσιν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κλίσις ἐν χρησμῷ κειμένη[4], ἣν αὐτὸς παρατίθησιν. [5] ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ναῦται ναυτέων, οὕτως Ἀβοριγῖναι, Ἀβοριγινέων. [6] ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς οὕτω. E

Στείχετε [7] μαιόμενοι Σικελῶν Σατουρνίαν αἶαν,

Ἠδ'

A tium & Abiorum excipientes: & à quibuſdam Juſtiſſimi vocantur, quia nemini vim inferunt; ab aliis vagi, & domiciliis carentes, quia non degunt vitam noſtræ ſimilem; denique & nomen ὁμοβίων ſortiti ſunt, quia etiam arcu more aliarum gentium utuntur; nam Sagittarii fuerunt.

B ABOLLA, urbs Siciliæ. Habet hæc vox accentum in penultima, uti etiam Agylla. Hinc deducitur gentile Abollætis & Abollæa.

ABORIGINES, gens Italica, uti perhibet Juba hiſtoriæ Romanæ primo. Equidem ad C bellum uſque Trojanum vetus Aboriginum nomen ſervabant; ſed imperante Latino, ab ipſo denominati ſunt. Eadem hæc Charax habet. Non eſt abſurdum quoſdam exiſtimare hujus vocis declinationem deduci à caſu recto Aboriginus, uti Leontinus, Acragantinus: verum Dionyſius Ha- D licarnaſſeus vocibus Ἀβοριγῖνες & Ἀβοριγῖσιν uti Δελφῖσιν utitur. Sed alia adhuc inſuper vocis declinatio in oraculo quodam reperitur, quam ipſe appoſuit. Nam uti à ναῦται ναυτέων, ita etiam ab Ἀβοριγῖναι Ἀβοριγινέων deducitur. Verum oraculum illud ita ſe habet. E

Pergite quærentes Siculorum Saturniam terram,

Atque

in quem errorem etiam J. Caſaubonum virum incomparabilem prolapſum fuiſſe manifeſtiſſimè liquet ex Strabonis verſione ad lib. VII. ubi eundem hunc poëtæ locum ineptiſſimè tranſtulit; cum expreſsè Heſychius hos Homeri Ἀγαυοὺς pro gente Scythica ſumſerit. Horum etiam meminit Dionyſius de ſitu Orbis:

Τῶν δ' ὑπὲρ ἐκτέταται πολυΐππων φῦλον Ἀγαυῶν,
Ἔνθα Μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες ἱππημολγοί. Hoc eſt:
Supra hos autem porrecta eſt equis abundantium gens Agauorum:
Ubi Melanchlænique & homines qui equos mulgent.

In vulgatis Dionyſii codicibus hodie Ἀλανῶν pro Ἀγαυῶν reperitur. Sed præter H. Stephanum, etiam ὁ πάνυ Salmaſius in optimis Dionyſii MSS. olim Ἀγαυῶν legebat.

93 Τοξόται γὰρ οἱ αὐτοί.] Scythæ ſemper optimi arquites fuere; unde & Scytharum appellatio producta videtur: nam ſeptentrionalibus uti & Germaniæ populis Schieten/ eſt ſagittam arcu emittere. Præſtantiſſimi in hac arte fuerunt Sacæ, de quibus ita canit Dionyſius.

Τὸν μέτ', ἐπὶ προχοῇσιν Ἰαξάρταο νέμονται
Τόξα Σάκαι φορέοντες, ἃ μή κέ τις ἄλλος ἐλέγχοι
Τοξευτής· οὐ γάρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν. Hoc eſt:
Quem poſt, ad fluenta Jaxartæ degunt
Arcus Sacæ geſtantes, quos nemo alius improbaverit
Sagittarius. Non enim ipſis fas eſt incaſſum jaculari.

94 Ἄβολλα, πόλις Σικελίας.] Cum nemo veterum de hac urbe mentionem faciat, meritò à Geographis inter loca incertæ poſitionis collocatur.

95 Ὡς Ἄγιλλα.] Perperam ita habent MSS. & vulgati codices. Lege confidenter, ὡς Ἄγυλλα, cujus gentile etiam eſt Ἀγυλλαῖος, quod reſpondet gentili Ἀβολλαῖος.

96 Ἀβοριγῖνες ἔθνος Ἰταλικόν.] Nolumus actum agere. Qui hanc gentem accurate ex antiquis deſcriptam cupit, Cluverium conſulat. Nullibi hoc nomen cum ω ſcribitur, niſi apud Suidam.

97 Ὡς Ἰόβας.] Idem hiſtoricus etiam citatur in voce Ὠσία, & ſine libri nomine in Ἀρβάκη. De aliis ejus ſcriptis lege Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap. IV.

98 Μέχρις οὖν.] Lege ex Voſſiano codice: Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου.

99 Τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνην διέσωζον.] Ineptiſſima hæc eſt Xylandri & aliorum lectio: nam nuſquam reperitur, hujus gentis regionem Ἀβοριγίνην dictam fuiſſe. Et cum nihil juvent MSS: conjecturâ tamen hic locus curari poſſet. Scribe itaque ut eſt apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. I. unde hæc tranſcripta videntur: Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον.

1 Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος.] Vide Livium lib. I. Saluſtii bellum Catilinarium, Dionyſ. Halicar. lib. I. atque alios.

2 Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ.] Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis libr. III. Multis in locis hic Scriptor à Stephano allegatur.

3 Εἰκὸς οἴεσθαι τινὰς τούτου τὴν κλίσιν ἀπὸ τοῦ Ἀβοριγῖνος εὐθείας, ὡς Λεοντῖνος.] Legerem cum Porto: εἰκὸς οἴεσθαι τινὰς τούτου τοῦ ὀνόματος τὴν κλίσιν ἀπὸ τοῦ Ἀβοριγῖνος εὐθείας γίνεσθαι, ὡς Λεοντῖνος, & ita porrò.

4 Ἣν αὐτὸς παρατίθησι.] Videlicet Dionyſius Halicarnaſſenſis, & oraculum illud, cujus infrà meminit Stephanus, libro I. legitur.

5 Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ναῦται ναυτέων, οὕτως Ἀβοριγῖναι Ἀβοριγινέων.] Scribe potius: ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ναῦται ναυτέων, οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἀβοριγῖναι Ἀβοριγινέων. Genitivus pluralis primæ declinationis nominum ſimplicium κοινῶς in ῶν circumflexum deſinit; ſed Jonicè in έων cum accentu in penultima. Verum ejuſmodi nomina non neceſſariò ad primam declinationem pertinent: nam in genitivo plurali quintæ declinationis ſæpius eadem terminatio obſervatur; Jones enim dicunt ἀνδρέων pro ἀνδρῶν ab ἄνδρες *viri*: item χηνέων pro χηνῶν à χῆνες *anſeres*: & ſimiliter in multis aliis. Itaque à caſu recto Ἀβοριγῖνες communiter Ἀβοριγίνων, & Jonicè Ἀβοριγινέων formari poſſet. Præterea etiam Stephanus ſupra inquit, non eſſe abſurdum, ſi quis exiſtimet Ἀβοριγίνων ab Ἀβοριγῖνος deduci poſſe. Nam tali forma Lycophronem vocem Βορείγονος pro Ἀβοριγῖνος uſurpaſſe certum eſt:

Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων,

Ad quæ verba Iſacius Tzetzes ita commentatur. Πάντα τολμηρὰ βαβαὶ καὶ χαριτὰ τοῦ Λυκόφρονι· οἱ Ἰταλοὶ πρῶτον Ἀβορήγινες [ſcriberem Ἀβοριγῖνες:] ἐκαλοῦντο καὶ ἕτερα μυρία ἀπὸ τῶν οἰκησάντων αὐτοὺς ἐθνῶν. οὗτος δὲ Βορειγόνους λέγει τοὺς Ἀβορειγόνους.

6 Ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς οὕτω.] Oraculum illud etiam exſtat apud Macrobium libro primo Saturnaliorum cap. VII.

7 Μαιόμενοι.] Optimè ita Xylander repoſuit pro μαινόμενοι, quod Aldina & Florentina perperam exhibent: neque etiam aliter Salmaſius in ſcriptis Bibliothecæ Palatinæ codicibus invenit. In Voſſiano multa hujus oraculi deſunt:

Ἠδ᾽ Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος A
ὀχεῖται
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην [8] ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
[9] Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. B

Atque Aboriginum Cotylen, ubi inſula vehitur
Quibus permiſti decimas tranſmittite Phœbo
Atque Diti capita, & lumina patri mittite.

ἀλλ᾽ αὐτὸς τῷ χρησμῷ μὴ πειθόμενος, ταῖς προειρημέναις [10] ἐχρήσατο κινήσεσιν.

Sed ipſe oraculo non confidens, prædictis inflectionibus uſus fuit.

ἈΒΟΤΙΣ [11], πόλις Αἰγυπτία, ὡς Ἑκαταῖος. ἣν Ἡρωδιανός φησι βαρυτόνως. [12] ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον, Ἀβοτίτης, ὡς νῦν C Κλαυτίτης, καὶ Ναυκρατίτης· κατὰ δὲ Ἑκαταῖον, Ἀβοτιδεύς, ὡς Μάκρος, Μακριδεύς. [13] Χάλκις, Χάλκιος, Χαλκιδεύς. Ἄβοτις, Ἀβότιος, Ἀβοτιδεύς.

ABOTIS, urbs Ægypti apud Hecatæum, quam Herodianus inquit accentu in penultima notari. Ex vernacula regionis conſuetudine hinc formatur civis nomen Abotita, ut Naucratis Naucratita: Sed ex Hecatæi ſententia haberet Abotienſis, uti Macris in genitivo Μάκρος & inde Μακριδεύς Macrienſis. Chalcis Χάλκιος Χαλκιδεύς Chalcienſis, & ita Abotis Ἀβότιος Ἀβοτιδεύς, Abotienſis.

ἈΒΡΕΤΤΙΝΗ [14], χώρα Μυσίας, ἀπὸ D Βρεττίας νύμφης. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβρεττηνός, [15] ὡς Ἀρριανός φησιν.

ABRETTINE, Myſiæ regio, à Brettia Nympha ita denominata. Hinc fit gentile Abrettenus, uti Arrianus auctor eſt.

ἈΒΡΙΝΑΤΑΙ, Ποντικὸν ἔθνος. [16] ὁ δὲ Τεχνι-

ABRINATÆ, gens Pontica. Sed Gram-

8 Ἐκπέμψατε Φοίβῳ.] Ita repoſuimus pro ἐκπέμψατε Φοίβῳ, uti legitur in Xylandri editione. Sed videtur eſſe typothetarum σφάλμα. Perperam etiam legitur in aliis. ἐπέμψατε Φοίβῳ.

9 Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ.] Hunc verſum nec Dionyſii Halicarnaſſei interpres nec Opſopæus probè perceperunt, ejus ſenſum hiſce verbis exprimentes.

— *Atque Jovi capita: & tranſmittite lumina Patri.*

Virgilii exemplum ſi imitati fuiſſent, qui Plutonem Jovem Stygium appellat, in errorem non incidiſſent: ait enim ille lib. IV. Æneid.

Sacra Jovi Stygio quæ ritè incepta paravi
Perficere eſt animus. Et Ovidius:
Sæpe tibi eſt Stygii regia viſa Jovis.

Κρονίδης patronymicum maſculinum à Κρόνος *Saturnus* abſolutè poſitum Saturni filium denotat, omnibuſque ejus filiis, Jovi, Neptuno, & Plutoni æqualiter convenit: ſed hi optimè à Poëtis diſtinguuntur, cum patronymico prænomen adſcribitur. Ita apud Homerum legimus Iliad. I.

Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε,
Ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ᾽, αἴκ᾽ ἐλεήσῃ.

Et ſimili etiam modo aliis in locis apud eundem ac alios poëtas. Quiſnam filiorum Saturni in hoc oraculo intelligi debeat non facile divinaſſem, niſi mihi lux affulſiſſet ex Macrobii libro I. Saturnal. cap. VII, qui idem oraculum in medium producens loco Κρονίδῃ ſcripſit Ἅδῃ, hoc eſt, Diti ſive Plutoni, qui æque ac Jupiter & Neptunus Saturni filius fuit, uti apertè teſtantur ſcriptores Mythologici. Hi tres cum rerum imperium inter ſe eſſent partiti, Jovi cœli regnum, Neptuno maris, & Plutoni inferorum loca obtigerunt. Hinc Cicero in ſecundo de Nat. Deorum: *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt: qui Dives ut apud Græcos* Πλούτων, *quod recidant omnia in terras & oriantur è terris.* E terris originem ducunt omnes fructus, & omnia metallorum genera: imo & humana corpora Diti debentur, utpote terrena, quæque poſt mortem à terra recipiuntur. Hinc Horatius Carm. lib. I. Od. IV, ſepulchrum domum Plutoniam nominavit.

Jam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilis Plutonia.

Et ſic quoque ſæpiſſimè apud Homerum: è multis unum adducam exemplum, quod exſtat Iliad. Γ.

Τὸν δὲς ἀποφθίμενον δῶσαι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Si igitur humana cadavera Plutoni debeantur, genuinus Oraculi ſenſus in eo conſiſtet, ut per Saturni filium non Jupiter, ſed Pluto intelligatur. Sed non magnopere miror ſupradictos viros ad oraculi ſenſum non penetraſſe, cùm ipſe Euſebius in eundem ſcopulum impegerit, per Κρονίδην etiam Δία intelligens, ita enim ille in Conſtantini oratione: ὁ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς συγγραφεὺς Διονύσιος, ὀνομαστὶ αὐτὸν τὸν Δία

εἰς τὸν Ἀπόλλωνα αἰτῆσαι ἀνθρωποθυσίας ἐν Ἰταλίᾳ παρὰ τῶν καλουμένων Ἀβοργηνῶν. Hic obiter adhuc notandum eſt Ἀβοργηνῶν pro Ἀβοριγίνων ſcriptum eſſe.

10 Ἐχρήσατο κινήσεσιν.] Ita invenit magnus Salmaſius in Palatinis & nos in Voſſiano codice: ſed ad marginem ſui codicis annotavit, hanc vocem tali ſignificatione apud Græcos non occurrere, pro κινήσεσιν legendum eſſe κλίσεσιν.

11 Ἄβοτις, πόλις Αἰγυπτία.] Veteres de hac urbe nullam faciunt mentionem: ſolus Suidas ejus meminit notante Ortelio in Theſauro Geographico. Apud Plinium libro VI. cap. XXIX. legimus: *Oppida eorum expugnavit, quæ ſola invenerit, quo dicemus ordine: Phelcin, Primin, Aboccin &c.* Ubi forte pro *Aboccin Abotin* eſt reſcribendum.

12 Ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον, Ἀβοτίτης, ὡς νῦν Κλαυτίτης καὶ Ναυκρατίτης.] Locus hic fœdiſſimè eſt corruptus, nam nullum, quod ſciam, oppidum reperitur, à quo gentile Κλαυτίτης deducitur. Veram lectionem nobis Voſſ. cod. exhibuit. Ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον. Ἀβοτίτης, ὡς Ναύκρατις, Ναυκρατίτης. Hanc in verſione noſtra ſecuti ſumus.

13 Χάλκις Χάλκιος Χαλκιδεύς.] Salmaſius ex Palatinæ bibliothecæ codicibus nititur reponere, Χαλκὶς Χαλκίδος Χαλκιδεύς, quam lectionem etiam in Voſſiano MSS. invenientes non probamus: nam non convenit cùm Ἄβοτις Ἀβότιος Ἀβοτιδεύς. Ex Stephano eſt manifeſtum, hanc vocem gemino gentili gaudere: nempe Χαλκὶς Χαλκίδος, inde Χαλκιδεύς: & præterea Χάλκις Χάλκιος & inde Χαλκιδεύς, quod non duntaxat hic legitur, ſed etiam in voce Ἄβαρνος pag. 6.

14 Ἀβρεττίνη, χώρα Μυσίας.] Malè habet Aldina & Florentina, Ἀβρεττίνη. Hic ſcribendum eſſe Ἀβρεττηνή ſatis innuit gentile inde deductum, quod eſt Ἀβρεττηνός. Simili etiam modo apud Strabonem lib. XII. (quem Stephanus plerumque ſequitur.) Ἱερεὺς μὲν ὢν τοῦ Ἀβρεττηνοῦ Διὸς Μυσίου θεοῦ. μέρος δ᾽ ἔχων ὑπήκοον τὴν Μορζηνῆς. Μυσία δ᾽ ἐστὶ καὶ αὕτη καθάπερ ἡ Ἀβρεττηνή. Et ſic quoque apud Suidam legerem, ubi nunc exaratum eſt: Ἀβρεττάνη, χώρα ἡ λεγομένη Μυσία, ἀπὸ Βρεττίας νύμφης.

15 Ὡς Ἀρριανός φησιν.] Scribe ὡς Ἀρριανός φησιν: ita enim Salmaſius in MSS. invenit.

16 Ὁ δὲ Τεχνικός φησι.] Suidas, & Stephanus in Ἀβασηνοί, aliiſque locis, Apollonii Technici meminerunt. Sed præter hunc Apollonium etiam repiri mentionem Euſtathio factam de Herodiano Technico, qui forte, uti nos docet Suidas Apollonii filius fuit. Ita enim ille ad Iliad. B. 368. ἡ δὲ γραφὴ τῆς παραληγούσης τῶν φθειρῶν τούτων, διάφορος κατὰ τὸν χοιροβοσκόν: οἱ μὲν γὰρ παλαιοὶ, διὰ διφθόγγου γράφουσιν αὐτό. ὁ δὲ Τεχνικός φησι, διὰ τοῦ Ι. Τεχνικὸν λέγων τὸν Ἡρωδιανόν. Sed uter horum Τεχνικῶν ſive Grammaticorum hìc intelligi debeat non conjecerim facillimè, quia proprium nomen non exprimitur.

Τεχνικός φησι καὶ μετὰ τοῦ ρ, καὶ χωρὶς τοῦ ρ λέγεσθαι. A

ἌΒΡΟΙ[17], ἔθνος [18] πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ Ταλαντίνων, [19] προσεχὲς τοῖς Χελιδονίοις, ὡς Ἑκαταῖος. βαρύνεται δὲ, ὡς Κίμβροι. οὓς [20] τινές φασι Κιμμερίους. [21] Σκόμβροι, καὶ οὗτοι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς. B

ἈΒΡΟΤΟΝΟΝ. [22] Λύκος ὁ Ῥηγῖνος χωρίον οἴεται εἶναι. [22] Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ, πόλιν φησὶ, καὶ ἄλλοι. [24] πόλις δὲ Λιβυφοινίκων. καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς C Ἔφορος. τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. [25] ὡς γὰρ Ἄθμονον, Ἀθμονεὺς, καὶ Γάργαρον, Γαργαρεὺς, καὶ Σούνιον, Σουνιεὺς, καὶ Σιγεὺς, καὶ Ἰλιεὺς, καὶ [26] Λευκωνιεὺς, καὶ Παντικαπαιεὺς, καὶ Δουλιχιεὺς, οὕτως D. Ἀβροτονεύς. ὁ δὲ τῶν οὐδετέρων τύπος ἐστὶ, [27] ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος ἔχει, ὡς Πέργαμον, Περγαμηνὸς, εἰ μὴ ἀπὸ θηλυκοῦ τοῦ Πέργαμος, ὡς Κύζικος, Κυζικηνός. [28] δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φᾶναι τὸ ἐθνικόν. [29] πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις τῶν Ἀθηναίων, [30] ὡς ἐξ E οἴκου δημότης, καὶ ἐκ κήπων, ὡς δειχθήσεται.

ἈΒΥ-

Grammaticus inquit hanc vocem legi cum R, & abſque R.

ABRI, populi Taulantinorum ad mare Adriaticum, Chelidoniis proximi, uti Hecatæus tradidit. Figura vocis barytona eſt uti Cimbri, quos quidam Cimmerios appellant. Et Scombri etiam populi, ut Sophocles teſtatur.

ABROTONUM. Lycus Reginus exiſtimat caſtellum eſſe; verum à Strabone lib. XVI, & ab aliis pro urbe habetur. Eſt igitur urbs Libophœnicum, quæ apud Ephorum Neapolis appellatur. Ejus gentile non eſt in uſu; ſed ex ſimilitudine aliorum ars illud comminiſcitur: nam uti à vocibus Athmonum Athmonenſis, Gargarum Gargarenſis, Sunium Sunienſis, & Sigeenſis & Ilienſis, & Leuconienſis, & Panticapæenſis, & Dulichienſis, ita etiam Abrotonenſis. Neutrorum autem forma eſt, cum gentile in ηνος deſinit, uti Pergamum Pergamenus, ſi non à fœminino Pergamus deductum ſit, quemadmodum à Cyzicus Cyzicenus. Sed præterea dicere poſſumus ex Abrotono, & illud pro gentile habere; multa enim hoc modo gentilia formantur, quę tamen in Athenienſium Demis maximè locum habent, cum nimirum indicare volumus ex quali populo popularis originem habeat; uti demonſtrabitur.

ABY-

17 Ἄβροι, ἔθνος.] Perperam in Voſſiano: Ἄβρος, ἔθνος. Quod etiam Aldina & Florentina exhibent.

18 Πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ Ταλαντίνων.] Sic habent editiones omnes & ſcripti codices: Salmaſius & alii legendum cenſent: πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ Ταυλαντίνων.

19 Προσεχὲς τοῖς Χελιδονίοις.] Optimè ita reſcripſit Xylander pro, προσεχὲς τῷ Χελιδονίοις. quod Salmaſius in Palatinis codd. & nos in Voſſiano invenimus: neque ab eo diſſentiunt aliæ editiones vulgatæ.

20 Οὓς τινές φασι Κιμμερίους.] Ita Græci eos appellant teſte Strabone lib. VII. Καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλανῆτες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν. ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθεὶς βόσπορος, οἷον Κιμβρικὸς, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. hoc eſt, *Idem non inepta conjectura colligit Cimbros homines fuiſſe prædones ac vagos, armiſque ad Mæotin uſque lacum progreſſos: & fuiſſe ab iis Cimmerium Boſporum denominatum, quaſi Cimbricum, cùm Græci Cimbros Cimmeriorum nomine afficiant.* Conſule etiam Plutarchum in vita Marii.

21 Σκόμβροι, καὶ οὗτοι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς.] Monſtrum hæc eſt lectio, nec facile dictu eſt, quid ſit reponendum: nemo Geographorum *Scombros* agnoſcit. Suſpicor eſſe legendum: βαρύνεται δὲ, ὡς Κίμβροι, οὓς τινές φασιν Κιμμερίους. Στράβων. Κιμμέριοι καὶ οὗτοι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς. Nam Sophoclem quendam de Cimmeriis ſcripſiſſe auctoritate Etymologici magni comprobatur. Κιμμερίους] φησὶν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ὑποκάτω τοῦ Πόντου εἶναι. γράφεται καὶ Κερβερίων. καὶ ἔοικε καὶ Σοφοκλῆς περιπεπτωκέναι τῇ τοιαύτῃ γραφῇ. ὁμοίως καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. οἷον, Ἢ Κερβερίους λέγω.

22 Λύκος ὁ Ῥηγῖνος.] Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. I. cap. XII.

23 Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ.] Strabonis locus ita ſonat. Εἶτ᾽ ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων. καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις, καὶ ἄλλαι τινες. *Hinc eſt alius lacus longè minor, poſt quem eſt Abrotonum urbs, & aliquot aliæ.*

24 Πόλις δὲ Λιβυφοινίκων.] Ad hanc urbem etiam ſunt referenda quæ refert Scylax Caryandenſis pag. 46. De ſitu hujus oppidi lege judicium viri incomparabilis J. Voſſii in ſuis ad Melam obſervationibus.

25 Ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς.] Lege ex MSS. Καὶ γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς.

26 Λευκωνιεύς.] Malè in ſcriptis codd. Λευκωνοεύς. Videtur eſſe gentile deductum à voce Λευκώνιον Æolidis oppidum, de quo Thucydides lib. VIII. Καὶ ἐν Φαναῖς αὖθις ἄλλῃ μάχῃ ἐνίκησαν, καὶ τρίτῃ ἐν Λευκωνίῳ. *Et ad Phanas rurſus altero prælio & tertio ad Leuconium vicerunt.*

27 Ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος ἔχει.] In codice Voſſiano hæc abſque ἔχει leguntur. Reſcribendum videtur: ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος λήγει.

28 *Δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φᾶναι τὸ ἐθνικόν.*] Manu exarati codd. cum vulgatis conveniunt: ſed pro φᾶναι reſcribendum eſt φάναι. Nam φᾶναι pro φῆσαι dictum, eſt infinitivus Aoriſt I. act. à *φαίνω appareo:* Et φάναι eſt infinit. præſ. à *φημὶ dico.*

29 *Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις* &c.] Paulò antè Stephanus dixerat gentile nomen hujus urbis non eſſe in uſu, ſed artem tamen innuere, quo pacto ſecundum aliorum oppidorum formam Ἀβροτονεύς fingi poſſet: hoc ſi cuiquam non placeat, licebit dicere ἐξ Ἀβροτόνου, quandoquidem apud Græcos multa tali forma gentilia reperiantur: non enim expedit ab unoquoque oppidi vocabulo gentile nomen deducere, quemadmodum auctor noſter luculenter in voce Βάτη affirmat; cujus verba, quia hunc locum egregiè illuſtrant, huc transferam: Οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ ἐπιρρήματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων. ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας. *Non enim oportet in omnibus gentile quærere, ſed vel adverbiô uti, quemadmodum in Demis: vel genitivô cum pronomine: vel analogiâ: vel regionis conſuetudine.* Primò itaque Stephanus ſecundum analogiam Ἀβροτονεύς, & deinde adverbio cum præpoſitione utens, ἐξ Ἀβροτόνου fecerat. Neque aliter ſe res habet cum lingua noſtra Belgica, in qua nobis etiam non licet à quovis oppido & pago gentilia deducere: à Leyden quidem fit Leydenaar, ab Haarlem Haarlemer, Middelburg Middelburger & ſic porrò: Verum à voce Utrecht non Utrechtenaar ſive Utrechter, neque à Deventer Deventenaar: illa enim non ſunt in uſu, quanquam ad analogiam & formam aliarum urbium facta videantur. Itaque, cum per neceſſitatem gentili utendum ſit, illud Græcorum more formamus: ut enim illis ἐξ Ἀβροτόνου, ita & nobis van Utrecht, & van Deventer dicere licebit.

30 *Ὡς ἐξ οἴκου δημότης, καὶ ἐκ κήπων, ὡς δειχθήσεται.*] Mendo

non

Ἄβυδοι[31], τρεῖς πόλεις. ἡ καθ' Ἑλλήσποντον τῶν Μιλησίων ἄποικος, [32] ὡς Διονύσιος, A

Σηστὸς ὅπῃ δὲ Ἄβυδος ἐναντίον ὅρμον ἔθεντο,

[33] καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν αὐτῶν ἄποικος, ἀπὸ Ἀβύδου τινὸς κληθεῖσα, B [34] καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἰαπυγίαν, ἢ Ἰταλίαν, ἢ οὐδετέρως λέγεται, [35] ὡς Φιλέας. [36] ἔστι δὲ καὶ Ἰαπυγίας πολισμάτιον ἐν Πευκετίοις, οὕτω κατ' ὀρθὴν λεγόμενον Ἄβυδον. καὶ [37] εἰ μὴ δ' εἰκῆ τὴν Ἄβυδον πατεῖν, παροιμία. C τουτέστι, μὴ καταθαρρεῖν αὐτῆς ἐπιβαίνειν. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰκαίων. [38] οἱ δὲ τὴν ἐν Μιλήτῳ Ἄβυδον οἰκοῦντες, διεβάλλοντο ἐπὶ συκοφαντίᾳ, καὶ μαλακίᾳ. [39] τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός. [40] λέγεται δὲ καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, ἐπὶ τῶν ἀηδῶν. D Σημειωτέον

ABYDI. Tres hoc nomine civitates reperiuntur. Prima juxta Helleſpontum, Mileſiorum colonia, de qua Dionyſius. A

Ubi Sectus & Abydus contrariam ſtationem poſuerunt.

B Secunda juxta Ægyptum, eorundem colonia, & ab Abydo quodam ita denominata. Tertia juxta Japygiam ſive Italiam, quæ neutro genere effertur, uti Phileas teſtatur. Eſt autem Japygiæ oppidulum in Peucetiis, quod in caſu recto Abydum dicitur. Hinc proverbium: ſi ne temerè C quidem Abydum calcare: id eſt: ne quis confidenter illam ingrediatur: etenim de temerariis ſumitur. Enimvero Mileſii qui Abydum incolunt, calumniarum artificii & effæminatæ mollitiæ accuſabantur. Hinc gentile, Abydenus: D Nam plerumque de rebus ingratis ſive moleſtis, Abydenorum bellaria dici ſolet. Verum

non caret hic locus, nam commodus ex hiſce verbis ſenſus non poteſt elici: ita eſſent reddenda: *ſicut ex quali [Demo vel tribu] Popularis, & ex affinitatibus, quemadmodum demonſtrabitur.* Fortaſſe legendum eſt: Ὡς ἐξ οἵου δήμου δημότης, ὡς δειχθήσεται; quorum verborum verſionem exhibemus. Hoc ſi non arrideat, lege: Ὡς ἐξ οἵου δημότης, καὶ ἐκ φυλῶν, ὡς δειχθήσεται: *Sicut ex quali demo Popularis, & ex quibuſnam tribubus [originem ducat:] quemadmodum demonſtrabitur.*

31 Ἡ καθ' Ἑλλήσποντον τῶν Μιλησίων ἄποικος.] Eoſdem urbis conditores & ſitum agnoſcit Thucyd. lib. VIII. Δερκυλίδας ἀνὴρ Σπαρτιάτης, στρατιὰν ἔχων οὐ πολλὴν παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλήσποντον, Ἄβυδον ἀποστήσων, εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι. *Dercylidas vir Spartanus, cum non magna militum manu itinere pedeſtri in Helleſpontum miſſus fuit, ut Abydum ad defectionem ſollicitaret: Sunt autem Mileſiorum coloni.* Strabo eam vel à Mileſiis vel Cyzicenis ædificatam refert, ita enim ille lib. XIII. Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν. κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασὶν, οἵπερ καὶ Ἄβυδον καὶ Προικόννησον συνῴκισαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, οἱ δὲ Κυζικηνῶν. *Priapus urbs eſt maritima cum portu: quidam à Mileſiis conditam ajunt, eodem quo Abydum & Proconneſum tempore: alii à Cyzicenis.* Marcianus Heracleota ab utroque diſſentit, cum eam vult ab Æolibus conditam eſſe.

Ἑπτὰ Σηστὸς καὶ Ἄβυδος αἱ κείμεναι
Ἐπὶ τοῦ στενοῦ τοῦ Αἰολέων οὖσαι κτίσεις.

De ſitu opportunitate & peculiari hujus loci natura nemo antiquorum accuratius ſcripſit quam Polybius Hiſtoriarum lib. XVI, ubi refert obſidionem à Philippo factam, & obſeſſorum generoſitatem, ac ſupra quam dici queat excelſum animum, qui tandem urbe capta, ſe ipſos, uxores & liberos vario mortis genere occiderunt. Vide & Liv. XXX. cap. XVII.

32 Ὡς Διονύσιος.] Scriptor hic ſatis notus paſſim citatur à Stephano: Eſtque verſus 516. qui ab auctore noſtro producitur.

33 Καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον.] Ptolemæus libro IV. tradit urbem eſſe mediterraneam; cum eo convenit Plinius qui ita inquit lib. V. cap. IX. *Infra quod Abydus Memnonis regia, & Oſyris templo inclytum*, VII. M. CCCCC. *paſſ. in Lybiam remotum à flumine.* De Abydo ita ſcribit Strabo lib. XVII, Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδὸν, οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. *Abydi Oſiris colitur, in ejus templo non licet nec cantori, nec tibicini, nec citharœdo ſacrificium auſpicari, quemadmodum mos eſt aliis Deis.* Et Ælianus de animalibus lib. X. cap. XXVIII. Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται, καὶ Ἄβυ ἡ Αἰγυπτία, καὶ Λύκων πόλις. Pro Ἄβυ hic non eſt ſcribendum Ἄβιδες uti editor ad marginem collocavit, ſed Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία. *Buſiritæ & Abydus Ægyptia & Lycopolis tubæ ſonitum deteſtantur.* Oppidi hujus etiam meminit Athenæus lib. XV, cujus locum, quia in mendo cubat, producam. Δημήτριος δ' ἐν τῷ περὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον, περὶ Ἄβυλον πόλιν τὰς ἀκάνθας ταύτας εἶναί φησι. *Demetrius in libris rerum Ægyptiarum ſcribit ejuſmodi ſpinas circa oppidum Abylon etiam naſci.* Cum nemo veterum de oppido Ægyptio quod Abylon dicitur, mentionem faciat, hic Ἄβυδον eſſe legendum unicuique eſt manifeſtum.

34 Καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἰαπυγίαν, ἢ Ἰταλίαν.] Codex Voſſ. Καὶ ἡ κατὰ Ἰαπυγίαν ἢ Ἰταλίαν. Si mei arbitrii res foret, ſcriberem: καὶ ἡ κατὰ Ἰαπυγίαν τῆς Ἰταλίας. Nam Italia Japygiam continet.

35 Ὡς Φιλέας.] Conſule Voſſium de Hiſt. Græc. lib. III.

36 Ἔστι δὲ Ἰαπυγίας πολισμάτιον ἐν Πευκετίοις.] Hic locus procul dubio in mendo cubat, nam Salmaſius poſt ἔστι δὲ in Palatinis codd. lacunam invenit. Cluverius qui nobis accuratiſſimam Italiæ antiquæ deſcriptionem reliquit nullam de hoc oppido facit mentionem: & quandoquidem is illud non cognoverit, mihi ad inveſtigandum tempus eſſe terendum non videtur magnopere neceſſarium. Vide Euſtathium cujus verba infra à nobis producuntur.

37 Εἰ μὴ δ' εἰκῆ τὴν Ἄβυδον πατεῖν.] Peſſimè in Florentina editione: Εἰ μὴ δ' εἰκεῖ τὴν Ἄβυδον πατεῖν. Vide Eraſmum de hoc adagio.

38 Οἱ δὲ τὴν ἐν Μιλήτῳ Ἄβυδον οἰκοῦντες.] Hic locus librariorum inſcitiâ miſerrimè eſt depravatus, licet in ſcriptis & vulgatis codd. conſtanter ita legatur. Magnus ille Eraſmus mendum hoc non eſt odoratus, qui in Adagio. *Ne temere Abydum* inſignem ſuam in Geographia imperitiam oſtendit, ubi expreſſis verbis affirmat *in Mileto inſula Abydum* fuiſſe. Procul dubio Stephanus olim ita ſcripſerat: οἱ δὲ Μιλήσιοι τὴν Ἄβυδον οἰκοῦντες, *Mileſii autem Abydum incolentes.* Et ita eſſe legendum manifeſtè apparet ex Euſtathio ad Dionyſium de ſitu orbis, qui totum hunc Stephani locum tranſcripſit. Ἰστέον ὅτι κατὰ τὸν γράψαντα τὰ ἐθνικὰ, καὶ Ἰταλικὴ πόλις τίς λέγεται οὐδετέρως τὸ Ἄβυδον, καὶ ὅτι ἐπὶ συκοφαντίᾳ καὶ μαλακίᾳ διεβάλλοντο οἱ Μιλήσιοι Ἀβυδηνοὶ οὗτοι [quod idem eſt profectò ac ſi dixiſſet οἱ Μιλήσιοι τὴν Ἄβυδον οἰκοῦντες.] Ὅθεν καὶ παροιμία, μηδ' εἰκῆ τὴν Ἄβυδον πατεῖν, ἤγουν μὴ θαρρούντως αὐτῆς ἐπιβαίνειν. ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ ἑτέρα παροιμία ἐπὶ τῶν ἀηδῶν, τὸ, Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Abydenorum luxuriam & vitam ſolutiorem graphicè etiam depingit Athenæus lib. XII.

39 Τὸ ἐθνικὸν Ἀβυδηνός.] Hoc gentilitio etiam Latini utuntur. Ovidius lib. I. Triſt.

Quoque per anguſtas malè vectæ virginis undas
Seſton Abydena *ſeparat urbe fretum.*

Livius lib. XXXI. cap. XVII. Abydeni *primo tormentis per muros diſpoſitis, non terrâ modò adeuntes aditu accedebant: ſed navium quoque ſtationem infeſtam hoſti faciebant.*

40 Λέγεται δὲ καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, ἐπὶ τῶν ἀηδῶν.] De hoc adagio & ejus ſenſu lege Eraſmum ad titulum, Abydena Illatio. Athenæum lib. XIV. & Caſaubonum ad hunc locum.

τέον ἐστὶ, ὅτι τοῦ μὲν Ἄραδος, Ἀράδιος, καὶ Τένεδος Τενέδιος καὶ Τενεδεὺς, καὶ Λέβεδος Λεβέδιος, τοῦ δὲ Ἄβυδος, Ἀβυδηνός. [41] ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια.

A rum manifeſtum eſt, à voce Aradus Aradius, Tenedus Tenedius & Tenedenſis, & à Lebedus Lebedius, ſed ab Abydus Abydenus deduci: fortaſſis ob vicinitatem oppidi Cyzici, à quo fit Cyzicenus, & ſimilia ab aliis.

ἈΒΥΔΩΝ [42] Ἀβυδῶνος, χωρίον Μακεδονίας, [43] ὡς Στράβων.

Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

ὀξύνεται δέ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδώνιος, ὡς Καλυδώνιος.

B ABYDON, Abydonis, locus Macedoniæ, uti Strabo teſtatur.

Procul ex Abydone ab Axio late fluente.

Hæc vox in ultima acuitur. Gentile, Abydonius,
C veluti Calydonius.

ἌΒΥΛΛΟΙ [44], ἔθνος πρὸς τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἔγγιστα τοῦ Νείλου, [45] ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περιηγήσεως.

ABYLLI, gens juxta regionem Troglodyticam, Nili proxima, uti tradidit Apollodorus lib. ſecundo periegeſεως.

ἈΒΩΝΟΥ ΤΕΙΧΟΣ [46], πόλις μικρὰ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. [47] ὁ πολίτης Ἀβωνοτειχίτης, ὡς Γορδιοτειχίτης, τοῦ Γορδίου τεῖχος.

ABONI MURUS, oppidulum ad Pon-
D tum Euxinum, cujus oppidanus Abonotichites dicitur, uti Gordiotichites, quod à Gordii Muro derivatur.

ἈΓΑΘΕΙΑ [48], πόλις Φωκίδος, [49] ὡς Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας. [50] ὁ πολίτης, Ἀγαθεύς.

AGATHEA, oppidum Phocidis, uti perhibet Hellanicus primo Deucalioniæ, cujus
E oppidanus Agathenſis dicitur.

ἈΓΑΘΗ [51], πόλις Λιγύων ἢ Κελτῶν. [52] Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. [53] Τιμοσθένης δὲ ἐν τῷ σταδιασμῷ ἀγαθὴν τύχην αὐτήν φησιν. εἰ δ' οὕτω λέγοιτο, καὶ ὀξύνοιτ' ἂν, ὡς ἐπιθετι-

AGATHA, urbs Ligurum ſive Celtarum. Scymnus autem in Europæ deſcriptione eam Phocaenſium urbem eſſe tradidit. Sed Timoſthenes in dimenſione terræ per ſtadia, eam bonam fortunam nominavit; ſi vero ita dixerit &
F accen-

41 Ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον.] Conſtat enim Geographorum teſtimoniis Cyzicum non longè ab Abydo abeſſe. Vide Plinium lib. v. cap. XXXII. Ptolem. lib. v. cap. II. Et Strabonem lib. XIII.

42 Ἀβυδών.] Hic locus iiſdem verbis apud Suidam legitur: Ἀβυδών. Ἀβυδῶνος. χωρίον Μακεδονίας. ὡς Στράβων. Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

43 Ὡς Στράβων.] Nulla apud Strabonem de hoc loco fit mentio, niſi in excerptis libri VII, ubi hæc leguntur: ἐπίκειται δὲ τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ χωρίον, ὅπερ Ὅμηρος Ἀμυδῶνα καλεῖ, καὶ φησὶν τοὺς Παίονας ἐντεῦθεν εἰς Τροίαν ἐπικούρους ἐλθεῖν.

Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

Vide locum apud Homerum Iliad. B. & Euſtathii commentaria ad hunc locum. Hoc apud Scriptores non eſt inſolens B in M mutari. Vide noſtras obſervationes pag. 5. ad numerum 30.

44 Ἄβυλλοι, ἔθνος.] Hujus gentis meminit Athenæus lib. XV. notante Ortelio.

45 Ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περιηγήσεως.] In Voſſiano, περὶ γῆς. Salmaſius hæc ad oram ſui codicis annotavit. Mendosè in Vet. MS: legitur περὶ γῆς: Recentior habet δευτέρῳ περιηγήσεως. Ad me quod attinet cum Voſſio exiſtimarem, idem eſſe Apollodori opus, quod nunc Περιήγησις, & aliàs ut in voce Γαυγάμηλα, περὶ γῆς inſcribitur.

46 Ἀβώνου τεῖχος.] Hoc oppidum à Ptolemæo lib. v. cap. VI. Galatiæ annumeratur, & ab Arriano in periplo. Hujus quoque oppidi aliquoties meminit Lucianus in Pſeudomante, Vide & Strabonem lib. XII.

47 Ὁ πολίτης Ἀβωνοτειχίτης.] Ita Lucianus Alexandrum quendam impoſtorem ſceleratiſſimum appellat in principio tractatus, qui Pſeudomantis inſcribitur. Sed pro τοῦ Γορδίου τεῖχος, legendum videtur ἀπὸ τοῦ Γορδίου τείχους.

48 Ἀγάθεια.] Nulla de hoc oppido apud antiquos fit mentio.

49 Ὡς Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.] Hujus auctoris & libri Stephanus etiam meminit in Ἄργυνος & aliis locis: Sed pro Δευκαλιωνείας alibi Δευκαλιωνίας ſcribitur. De Hellanico & ejus ſcriptis vide Doctiſſimum Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. IV.

50 Ὁ πολίτης Ἀγαθεύς.] Nemo exiſtimet hoc gentile non poſſe formari ab Ἀγάθεια, Rationem quare ab Ἀγάθεια deducatur Ἀγαθεὺς & non Ἀγαθειεὺς, leges in voce Σχοινοῦς.

51 Ἀγάθη, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν.] Liguria & Ligures olim ad Rhodanum uſque pertigerunt: Nec ad Rhodanum tantum, ſed ad Iberum uſque flumen: quamobrem Ἴβηρες καὶ Λίγυες μιγάδες appellabantur. Qua de cauſa hanc urbem etiam vel Liguriæ vel Celtogalatiæ adſcripſit Stephanus. Strabo lib. IV. Plinius lib. III. cap. IV. Pomponius Mela lib. II. cap. V. & Ptolemæus lib. II. cap. V. eam Narbonenſi Galliæ annumerant.

52 Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν.] Videtur hic aliquid excidiſſe; reſcriberem: Σκύμνος δὲ Φωκαέων κτίσμα αὐτὴν εἶναί φησιν. Non dubito quin hunc Scymni Chii locum reſpexerit Stephanus, quem ab incomparabili J. Voſſio emendatum hic adſcribam.

---- Μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
Κατὰ βαρβάρους πρὸς Ῥοδανὸν ἔκτισαν πόλεις,
Ἀγάθην Ῥοδανουσίαν τε.

Verum à Scymno videtur differre Strabo, qui urbem à Maſſilienſibus conditam affirmat, ita enim ille lib. IV. Τούτων ἐφ' οὗ μὲν Βιλτέρα πόλις ἀσφαλὴς ἵδρυται, πλησίον τοῦ Ναρβῶνος. ἐφ' οὗ δὲ Ἀγάθη, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. *Supra illum ſita eſt Biltera, urbs benè munita, Narboni vicina: ad hunc Agatha, à Maſſilienſibus condita.* ſed extructâ à Phocæenſibus Maſſiliâ, Maſſilienſes conditores dicti ſunt, qui poſterioribus temporibus fortitudine ſua freti, circumjacentes quoſdam campos in poteſtatem ſuam redegerunt, in quibus munimenta & oppida condiderunt, quædam contra Hiſpanos, & Rhodanuſiam atque Agatham contra barbaros Rhodanum accolentes.

53 Τιμοσθένης δὲ ἐν τῷ σταδιασμῷ.] De hoc ſcriptore lege Voſſium de Hiſt. Græc. lib. v. cap. XVII.

θετικόν. [54] ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος, καὶ A
Ἡραῖον, καὶ Ἑρμαῖος λόφος, καὶ Ἑρ-
μαῖος. [55] ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λι-
γυστίων, ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας. τάχα δ' ἡ αὐτή
ἐστι τῇ πρώτῃ, [56] ὡς Εὐδόξιος. [57] βαρύνε-
ται δέ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθῖνος, ὡς Ἀκρα- B
γαντῖνος. [58] Ἄβρων γὰρ ἐν τῷ περὶ παρωνύ-
μων τοῖς τοιούτοις καὶ αὐτὸ συνέμιξεν. εἰ δὲ καὶ
κύριον εἴη τὸ Ἀγαθῖνος, οὐκ ἀπεικὸς σημαί-
νειν ἀμφότερα. Σχοινεὺς γὰρ καὶ κύριον, καὶ
ποταμοῦ, καὶ ἐθνικόν. [59] καὶ Λυκαῖος, ὁμοίως C
Θεσσαλὸς, καὶ Σικανὸς, καὶ Σικελὸς, καὶ
μυρία. εἰ δὲ μὴ ὡς ἐθνικὸν τὸ Ἀγαθῖ-
νος [60] ἐκλίθη, [61] τὸν οἰκήτορα λέξομεν
Ἀγαθαῖον τῷ κοινῷ λόγῳ. ἢ Ἀγαθεὺς,
ὡς Θεσσαλονικεὺς, [62] καὶ Σινδαρεὺς, καὶ D
Βερενικεὺς, [63] ἐπεὶ καὶ Ἀγάθεια τῆς Ἀγά-
θης εὑρίσκεται παραγωγὴ, [64] ὡς Βερενί-
κεια, καὶ Θεσσαλονίκεια. [65] ἔστι καὶ νῆσος
Ἀγάθη Λυκίας. τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Ἀγα-
θεύς. [66] ἡ γὰρ χώρα τῷ εἰς δυς τύπῳ χαί- E
ρει, ὡς Παταρεὺς, Τλωεὺς, Τελμισεὺς,
Κρυεύς.

ἈΓΑΘΟΥ̃ ΔΑΊΜΟΝΟΣ, νῆσος
ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τέχνην
ἐξ Ἀγαθοῦ δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον. F

ἈΓΑ-

A accentum in ultima collocaverit, vocem Ad-
jectivè accepit. Idem etiam cernere licet in vo-
cibus Heræus murus, & Heræum; in Hermæus
collis, & Hermæus. Eſt autem & alia urbs Li-
gurum, quæ, uti Philo affirmat, à Liguſtia palude
nomen accepit, cujus prima ſyllaba brevis habe-
B tur, uti Eudoxus auctor eſt, & accentu in penul-
tima notatur. Hinc gentile Agathinus, uti Acra-
gantinus. Abro enim in libro, quem de Deno-
minativis conſcripſit, idem quoque illis com-
miſcuit. Si autem vox Agathinus etiam pro no-
C mine proprio habeatur, non abſurdum erit ei
duplicem ſignificationem aſſignare. Schæneus
enim nomen eſt proprium, & fluvii, & genti-
le: Similiter etiam Lixus, & Theſſalus, &
Sicanus & Siculus, & innumera alia. Sed ſi vox
Agathinus non tanquam gentile prolata fuerit,
D incolam communi idiomate Agathæum nomina-
bimus: aut ſit Agathenſis, uti Theſſalonicenſis,
& Sindacenſis, & Berenicenſis: quandoquidem
ab Ἀγάθεια, derivativum Ἀγάθη deprehendatur,
uti etiam à βερενίκεια & θεσσαλονίκεια. Agatha item
Lyciæ inſula eſt, unde gentile Agathenſis deri-
E vari debet: illa autem regio tali gaudet forma,
quæ in δυς deſinit, uti etiam παταρδὺς, τλωδὺς, τελ-
μισσδὺς, Κρυδύς.

BONI GENII inſula in mari Indico ſita
eſt. Hinc ſecundum artem formatur gentile, ex
F Bono Genio, quia aliud inventu difficile eſt.

AGA-

54 Ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος, καὶ Ἡραῖον &c.] Obſervavimus Stephanum ita etiam diſtinxiſſe in voce Ἡραῖον.

55 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λιγυστίων ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας.] In Voſſiano codice inveni: ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λυστίων, ἀπὸ λίμνης Λυστίας. Idem quoque exhibuit Salmaſio vetus & codex recentior. Totus hic locus ἕλκεσι βρύων, partim eſt mutilus & partim corruptus: nam pro Λιγυστίων ſine dubio Λιγυστίνων reſcribendum eſt. Deinde poſt illa verba ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας (vel ut habent MSS. Λυστίας) prorſus pendet ſententiæ ſenſus, & talia videntur deeſſe verba, quibus urbis diſtantia ab hoc lacu, cujus nomen etiam in mendo cubat, terminabatur. Attamen duas fuiſſe *Agathas* in vel circa Narbonenſem Galliam Ptolemæi teſtimonio eſt manifeſtum. Illius ſitum, de qua ſupra mentionem fecimus, hoc modo deſcripſit.

Μετὰ τὸ ἀφροδίσιον	κ γ	μ β γ
Ἰλλέριος ποτ. ἐκβολαί	κ α	μ β γο
Ῥουσκίωνος ποτ. ἐκβολαί	κ α δ	μ β ∠ δ
Ἄταγος ποτ. ἐκβολαί	κ α ∠	μ β ∠ δ
Ὄρβιος ποτ. ἐκβολαί	κ α ∠ δ	μ β ∠ γ.
Ἀραυρίου ποτ. ἐκβολαί	κ β	μ β ∠ γ.
Ἀγάθη πόλις	κ β δ	μ β ∠ γ.
Σήτιον ὄρος	κ β ∠	μ β ∠

De altera Agatha, quam ait eſſe inſulam cum urbe ejuſdem nominis, ita ſcribit, eodem libro & capite ſuprà citato. Νῆσοι δὲ ὑπόκεινται τῇ Ναρβωνησίᾳ, Ἀγάθη μὲν κατὰ τὴν ὁμώνυμον πόλιν, ἧς θέσις κ β ∠ μ β ς.

56 Ὡς Εὐδόξιος.] Xylander in auctorum à Stephano allegatorum catalogo putat hic forte reſcribendum eſſe, ὡς Εὔδοξος. Salmaſius ad oram ſui codicis quærendum exiſtimat, quiſnam hic ſit, atque cum illo amplius deliberandum cenſeo: nam non invenio Eudoxum, qui ad grammaticam aut proſodiam pertinentia conſcripſit. Marcianus Heracleota equidem meminit alicujus Eudoxii Rhodii in ſectiuncula epitomes undecim librorum Artemidori Epheſii, ſed locus eſt corruptus & ita legendus. ἔτι μὲν Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης, καὶ Φιλέας ὁ Ἀθηναῖος, καὶ Ἀνδροσθένης ὁ Θάσιος, καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξός τε ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος.

57 Βαρύνεται δὲ τὸ ἐθνικόν.] Sic habent ſcripti & vulgati codd. In Voſſiano legitur: βαρύνεται τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθῖνος.

58 Ἄβρων γὰρ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων.] Producitur hic auctor à Stephano etiam aliis locis. Vide Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. III.

59 Καὶ Λύκαιος.] Variant codices ſcripti & editi. Xylandrum ſequimur, qui ex Λίκαιος, quod exhibent Aldina Florentinaque editiones, Λύκαιος fecit. Salmaſius in veteri MS, & nos in Voſſiano Λίξος invenimus, quæ vera eſt lectio: Λίξος enim eſt nomen fluvii, oppidi & oppidani. Λίγξ, ποταμὸς Μαυρετανίας, καὶ πόλις. τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι, καὶ Λίξους τοὺς πολίτας.

60 Ἐκλίθη.] Ex codd. Palatinis & Voſſiano ἐκλήθη reponimus.

61 Τὸν οἰκήτορα λέξομεν Ἀγαθαῖον τῷ κοινῷ λόγῳ.] Suſpicor legendum eſſe: Τὸν οἰκήτορα λέξομεν Ἀγαθίνιον τῷ κοινῷ λόγῳ. Nam Siculorum eſt τύπος, cum gentilia in αιος deſinunt, uti fuſius demonſtravimus pag. 3. ad numerum 15. Et κοινῷ λόγῳ ſive χαρακτῆρι formantur cum in ιος exeunt, uti liquet ex voce Τελχὶς & aliis locis.

62 Σινδαρεύς.] Corrupta, ſine dubio, lectio: ſed qualem veteres & ſcripti & editi exhibent. Fortaſſe Σινδακεὺς legendum eſt.

63 Ἐπεὶ καὶ Ἀγάθεια τῆς Ἀγάθης εὑρίσκεται παραγωγή.] Et hic etiam aliquid excidiſſe videtur. Legerem: ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀγάθεια τῆς Ἀγάθης εὑρίσκεται παραγωγή. Hanc figuram, qua ab Ἀγάθεια Ἀγάθη deducitur, infra in voce Ἀγάμεια Stephanus συναλοιφὴν appellavit. Vide noſtras obſervationes ad illum locum.

64 Ὡς Βερενίκεια καὶ Θεσσαλονίκεια.] Nam ex illis vocibus etiam fit Βερενίκη, & Θεσσαλονίκη.

65 Ἔστι καὶ νῆσος Ἀγάθη Λυκίας.] Quænam hæc ſit Lyciæ inſula ex antiquis mihi hactenus non eſt compertum.

66 Ἡ γὰρ χώρα τῷ εἰς δυς τύπῳ χαίρει.] Hunc canonem etiam legimus in Σιδύμη, πόλις Λυκίας, & aliis locis.

ἈΓΑΘΥΡΣΑ[67], πόλις Σικελίας, ὡς A Πολύβιος ἐνάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθυρσαῖος. οὐδ' ἀήθης ὁ τύπος τοῖς τὴν Σικελίαν οἰκοῦσι. Ἱμεραῖος γὰρ, καὶ Ἐνναῖος, καὶ Καταναῖός φασιν.

AGATHYRSA, urbs Siciliæ, de qua Polybius libro IX. cujus gentile Agathyrſæus dicitur. Qui loquendi modus Siciliam habitantibus non eſt inſolens, uti ex aliis apparet, dicunt enim Himeræus, Ennæus & Catanæus.

ἈΓΑΘΥΡΣΟΙ[68], ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ B Αἵμου. [69] κέκληνται δὲ ἢ ἀπ' Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους, ἢ, [70] ὡς Πείσανδρος, [71] ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου. ὁ τόνος βαρύς. [72] τὰ εἰς ος, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους εἰς ἀμετάβολον λῆγον, βαρύνεται. [73] Μέγαρ- C σος, πόλις Σικελίας. [74] Μαίμαρσος, πόλις Ἴστρου. οὕτως Ἀγάθυρσος, καὶ κύριον, καὶ ἐθνικόν. λέγονται καὶ Ἀγαθύρσιοι κτητικῶς, ἢ ἐθνικῶς. [75] ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησοῦ οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. πόλις δὲ D αὕτη Ὀθρυονέως, περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραψε. [76] δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, τοῦτο ψεῦδος.

AGATHYRSI, populi interiora Æmi incolentes; aut ab Agathyrſo Herculis filio; aut (perhibente Piſandro) à Bacchi Thyrſis ita dicti. Nomina in ος, plures quam duas ſyllabas habentia, quorum anteſinalis cum immutabili deſinit, gravi tono efferuntur, uti liquet ex vocibus Megarſus, oppidum Ciliciæ, Mæmarſus, oppidum Iſtrorum; ita etiam Agathyrſus, quod proprium eſt & gentile. Agathyrſii præterea etiam poſſeſſivè & gentilitiè dicuntur. Exiſtimat autem Didymus, à voce Cabaceſus derivari per ſyncopen Cabaſſus. Ipſa autem Othryonei civitas eſt, de qua totum librum conſcripſit. Sed demonſtrabitur eſſe falſum, quando nobis de illa eſt ſermo.

ἈΓΑΜΗΔΗ[77], τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου.

AGAMEDE, locus circa Pyrrham Leſbi.

67 Ἀγάθυρσα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐνάτῃ.] Variis modis hujus oppidi vocabulum apud auctores Græcos ac Latinos depravatum reperitur. Apud Strabonem lib. VI. Ἀγάθυρσον: apud Plinium aliàs *Agathyrnum* & interdum *Agathyrſum*: Apud Ptolemæum Ἀγάθυρνον: in Antonini Itinerario *Agatinnum*, & apud Stephanum noſtrum & Suidam Ἀγάθυρσα. Sed quia apud Livium Polybii compilatorem lib. XXVII. *Agatirna* legitur, à Polybio procul dubio ſcriptum fuit, uti cenſet Cluverius, Ἀγάθυρνα, quandoquidem apud omnes pariter Græcos in tertia Syllaba eſt Y. quod facillimè librariorum lapſu depravari potuit voci σ addendo, quia continuò apud Stephanum ſequitur vocabulum Ἀγάθυρσοι. De conditore & vetuſtate hujus urbis lege Diodorum Siculum lib. IV.

68 Ἀγάθυρσοι, ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Αἵμου.] Suidas hunc Stephani locum iiſdem verbis tranſcripſit. Salmaſio hujus loci lectio ſuſpecta videtur, qui potius reponeret; Ἀγάθυρσοι, ἔθνος νοτιώτερον τοῦ Αἵμου. Verum in ſcriptis & vulgatis codd. nullam variationem reperi. De hujus gentis ſede mirè diſſentiunt geographi: A quibuſdam in Thracia ad Hæmum montem collocantur, inter quos & Stephanus: plures verò in Sarmatia Europæa ut Ptolemæus lib. III. cap. V: Et Marcianus Heracleota in Sarmatiæ periplo. Ἑξῆς ἐστὶν ὠκεανὸς συνάπτων τῇ ὑπερβορείῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. παροικοῦσι τὸν Χέσυνον ποταμὸν οἱ Ἀγαθοσσοὶ [lege Ἀγάθυρσοι.] τὸ ἔθνος τῆς ἐν Εὐρώπῃ Σαρματίας ὄντες. De *Agathyrſorum* moribus & inſtitutis lege Herodot. lib. IV. in Melpomene.

69 Κέκληνται δὲ ἢ ἀπ' Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους.] Refert Herodotus lib. IV. Herculem Geryonis vaccas agentem, tandem in terram, quæ dicitur Hylæa, deveniſſe: ibique in antro quandam inveniſſe virginem ancipitis naturæ, humanæ ac ſerpentinæ, quæ ex eo tres filios concepit, nempe Agathyrſum, Gelonum, & Scytham: ab hoc igitur Herculis filio *Agathyrſi* nomen ſortiti ſunt.

70 Ὡς Πείσανδρος.] Ubicunque à Stephano hic auctor allegatur, operis nomen reticetur. Quæ hic producuntur Herculem ſpectant, de quo Piſandrum ſcripſiſſe Athenæi teſtimonio evincitur: ita enim ille lib. XI. Πείσανδρος ἐν δευτέρῳ Ἡρακλείας τὸ δέπας ἐν ᾧ διέπλευσεν ὁ Ἡρακλῆς τὸν ὠκεανόν. *Piſander libro ſecundo hiſtoriæ Herculis pateram eſſe tradit, quâ vectus Hercules oceanum trajecit.*

71 Ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου.] Euſtathius ad verſum 310. Dionyſii de ſitu orbis totum hunc Epitomatoris locum tranſcripſit. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησὶ, Γελωνοὶ πόλις Σαρματίας &c. mox hæc ſequuntur: περὶ δὲ τῶν Ἀγαθύρσων ὁ αὐτὸς λέγει, ὅτι ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου υἱοῦ Ἡρακλέους οὕτω λέγονται, ἢ ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου. κλάδοι δέ εἰσιν οἱ θύρσοι, οὓς ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς φέρουσιν. Hoc eſt: *Qui de Gentilibus ſcripſit, ita refert: Geloni oppidum Sarmatiæ &c. Idem de Agathyrſis perhibet, ita denominari ab Agathyrſo Herculis filio, ſive à Bacchi Thyrſis: Thyrſi autem ſunt rami, quos in Bacchi feſtis geſtant.*

72 Τὰ εἰς ος, ὑπὲρ δύο συλ. &c.] Legerem: Τὰ εἰς σος, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς &c. Nam non producuntur alia exempla, quam quæ in σος terminantur.

73 Μέγαρσος, πόλις Σικελίας.] Hæc corrupta ſunt in ſcriptis & vulgatis libris: lege confidenter: Μέγαρσος, πόλις Κιλικίας. Ipſe Stephanus: Μέγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ. Imperiti librarii pro Κιλικία ſæpenumero Σικελία, & pro Σικελία vice verſa Κιλικία ſcripſerunt, quod digilens lector non tantum apud Stephanum noſtrum, ſed etiam apud alios auctores obſervabit. Invenitur tamen & per ε in prima ſyllaba ſcriptum apud Lycophronem verſu 443.

Αἰπὺς δ' ἀλιβρὸς ὄχμος ἐν μεταιχμίῳ.
Μέγαρσος ἁγνῶν ἠρίων σταθήσεται. Id eſt.
Altus autem excelſuſque tumulus, Megarſus
In medio ſacrorum ſtabit ſepulchrorum.

Plura producam, cum ad vocem ipſam pervenerimus.

74 Μαίμαρσος, πόλις Ἴστρου.] Salmaſius in optimo Palatino codice invenit, Μαίμαρσος πόλις Ἴστρων. Probam hanc lectionem & nobis Voſſianus cod. ſuppeditavit. Suſpicor vocem Μαίμαρσος eſſe corruptam, nam nemo veterum de hoc Iſtrorum oppido mentionem facit: commodiſſimè hic poſſet reſtitui Μόναρσος, ſi Iſtrorum eſſet civitas.

75 Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησοῦ, οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. πόλις &c.] Quomodo hæc verba cum præcedentibus cohæreant non video, ac proinde ante vocabulum ἀπὸ aſteriſcum collocarem, quandoquidem multa ibidem exciderunt. Pergit auctor: πόλις δὲ αὕτη Ὀθρυονέως. Et hæc verba luxata ſunt & confuſa, ad quæ intelligenda & illuſtranda omninò facit locus noſtri Epitomatoris in Καβησσὸς ex quo conjecturam facimus totum hunc locum ita eſſe legendum: Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησοῦ, οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν τοῦ Καβασσός. πόλις δὲ αὕτη Καππαδοκίας, πατρὶς Ὀθρυονέως.

76 Δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, τοῦτο ψεῦδος.] Rejicit nos Epitomator in alium locum, quem legimus atque relegimus, nihil prorſus eorum quæ hic promittuntur invenientes, unde apertiſſimè liquet, nos duntaxat Stephani epitomen habere.

77 Ἀγαμήδη τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου.] Plinius lib. V. cap. XXXI. circa Pyrrham oppidum hoc nomine collocat, ſed quod ſuo tempore omninò interierat.

Λέσβου, [78] ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρίας, A [79] τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπικληθείσης. ἔστι καὶ κρήνη Ἀγαμήδη, [80] ὡς Νικόλαος ἐννάτῳ. [81] τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαμήδεια κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδεια.

ἈΓΆΜΕΙΑ [82], ἄκρα, καὶ λιμὴν περὶ B τὴν Τροίαν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ. [83] ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἄγαμον τὴν Ἡσιόνην ὑπ' αὐτοῦ παραδοθῆναι τῷ κήτει. [84] λέγεται δὲ καὶ Ἀγάμη, ὡς πρέσβεια, πρέσβη, καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη, οὕτως Ἀγάμεια, C Ἀγάμη. δύναται δὲ καὶ τὸ Ἀγάμεια ἐκ τοῦ Ἀγάμη, ὡς τὸ Πηνελόπεια, ἐκ τοῦ Πηνελόπη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαμεὺς, ὡς τῆς Μαντινείας, Μαντινεύς. λέγεται καὶ Μαντίνη κατὰ συναλοιφὴν παρ' Ἑκαταίῳ. καὶ Ἀγαμείτης, [85] ὡς Σελείτης. D εἴρηται γὰρ ἡ Ζέλεια, καὶ Ζέλη. ὥστε εἶναι τοῦ Ἀγάμεια τὸ Ἀγαμειάτης, ὡς τὸ Ζελειάτης.

ἈΓΑΜΌΣ [86], πόλις περὶ Ἡράκλειαν τὴν Ποντικήν. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ πα- E λαιᾶς βασιλίδος, [87] ἣ στέρξασα παρθένον καὶ κυνηγὸν * αὐτήν. ὁ πολίτης, Ἀγάμιος.

ἈΓΒΆΤΑΝΑ [88], πολίχνιον Συρίας. Ἡρό-

A Lesbi, ita vocata ab Agamede Macariæ filia, quæ Pyrrha cognominata fuit. Eſt præterea fons qui Agamede dicitur, uti Nicolaus refert lib. IX. Hinc ſecundum artem fit gentile Agamedenſis, uti Nicomedenſis.

B AGAMEA, promontorium cum portu circa Trojam, uti ſcribit Hellanicus in lib. II. Ab eo autem ita appellatur, quod Heſione penes ipſum nondum nupta ceto fuerit tradita. Vocatur etiam Agame, uti à πρέσβεια, legatio, πρέσβη, & à βασίλεια, regnum, βασίλη derivatur commixtione duarum C vocalium in unam, ita etiam ab Agamea Agame deducitur. Verum ex voce Agame etiam Agamea formari poſſet, uti ex voce Penelope Penelopea. Gentile eſt Agamenſis, uti à Mantinea Mantinenſis. Et per contractionem duarum vocalium in unam, etiam Mantine dicitur apud D Hecatæum. Et Agameates, uti Zeleates. Zelea enim etiam Zele dicta eſt. Adeo ut ex Agamea Agameates, ſicuti Zeleates, formari poſſit.

E AGAMUS, oppidum circa Heracleam Ponticam. Ita autem appellatum à veteri regina, quæ cum eſſet virgo venatorem ἄγαμον id eſt, nuptias non expertum adamavit. Oppidanus inde Agamius dicitur.

AGBATANA, oppidulum Syriæ, apud Hero-

78 Ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρίας.] Fortaſſe Agamedes patrem Euſtathius commemorat ad Odyſſ. A. pag. 1415. Ὅθεν καὶ ἡ τοῦ Αὐγέου θυγάτηρ φασὶ τοῦ βασιλέως τῶν Ἐπειῶν, ἡ ἐν Ἰλιάδι κειμένη Ἀγαμήδη, φαρμακὶς ἦν. Et Hercules habuit filiam *Macariam* teſte Plutarcho, nam is ita in Pelopida. ὧν οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐπῶν παραμέλειν οὐδ' ἀπειθεῖν, τῶν μὲν παλαιῶν παραφέροντες Μενοικέα τὸν Κρέοντος, καὶ Μακαρίαν τὴν Ἡρακλέους. Vide etiam Pauſaniam in Atticis.

79 Τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπικληθείσης.] Malè in Voſſiano cod. τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπίκλησιν. Salmaſius eandem lectionem in optimo Palatino inveniſſe teſtificatur.

80 Ὡς Νικόλαος ἐννάτῳ.] Licet à Stephano paſſim hic auctor ſine cognomine producatur, haud tamen alius erit intelligendus quam *Nicolaus Damaſcenus*; de cujus ſcriptis & tempore quo vixerit lege Voſſium de Hiſt. Græc. lib. II. cap. IV.

81 Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμήδεια, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδεια.] Vel cæcus, vel mente captus, qui non perciperet hunc locum in fædiſſimo mendo cubare. Salmaſius ad marginem ſui codicis ita conatur emendare. τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμήδειος, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδειος: ſed non ſatis felici conjecturâ: nam à Νικομήδεια non fit gentile Νικομήδειος, ſed Νικομηδεύς, ut ipſe Stephanus perhibet. Legerem itaque: Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμηδεύς, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομηδεύς. Nam à vocibus Ἀγάθη, Θεσσαλονίκη, Βερενίκη & ſimilibus, Ἀγαθεύς, Θεσσαλονικεύς & Βερενικεύς Epitomator noſter ſolet deducere.

82 Ἀγάμεια ἄκρα καὶ λιμήν.] Heſychii locus, de mendo mihi eſt ſuſpectus, cum inquit Ἀγαμίας, ἔνθα αἱ παρθένοι ἐξετίθεντο τῷ κήτει τινὲς, οἱ δὲ, πολίχνην.

83 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἄγαμον τὴν Ἡσιόνην ὑπ' αὐτοῦ παραδοθῆναι τῷ κήτει.] Hanc fabulam omnibus cum ſuis circumſtantiis reliquit nobis Apollodorus lib. II. Vide etiam Hyginum Fab. LXXXIX, & Lycophronis Scholiaſtam pag. 83. & pag. 154.

84 Λέγεται δὲ καὶ Ἀγάμη, ὡς πρέσβεια πρέσβη, καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη.] Quid ſit συναλοιφὴ norunt probè Grammaticorum filii: nimirum eſſe unionem ſive commixtionem duarum ſyllabarum, quantum ad vocales, in unam. Vide Quintilianum lib. I. cap. IV. Sed rem ipſam magis illuſtrabimus, ſi eandem aliis exemplis ex Stephano productis demonſtremus, ita enim ille in voce Ψυττάλεια. Ἡρωδιανὸς μὲν Ψυττάλειαν αὐτὴν καλεῖ. ἔοικε δὲ τὸ Ψυττάλεια πρωτότυπον εἶναι, ὡς Ἀπάμεια, Μαντίνεια, Ἐρύθεια, Ζέλεια, ἀφ' ὧν κατὰ συναλοιφὴν ἐγένετο Ἀπάμη, Μαντίνη, Ζέλη, Ἐρύθη, περὶ ὧν κατὰ τοὺς οἰκείους εἰρήκαμεν τόπους. Vide eandem ſynalœpham in voce Ἐρύθεια. Hanc materiam etiam tractat Euſtathius ad Dionyſium pag. 25, & Salmaſius in Plinianis exercit. pag. 698.

85 Ὡς Σελείτης.] Ita habent libri ſcripti & edicti, ſed malè. Lege Ζελείτης.

86 Ἀγαμός, πόλις περὶ Ἡράκλειαν.] In Voſſiano: Ἀγάμη, πόλις περὶ Ἡράκλειαν.] Verum vocabulum urbis ibi corruptum videtur, nam juſtam literarum ſeriem non ſequitur.

87 Ἣ στέρξασα παρθένον καὶ κυνηγὸν * αὐτήν.] Hæc loci lectio prorſus eſt luxata & confuſa æquè in ſcriptis atque editis codicibus. In Voſſiano pro παρθένον invenimus παρθένος, & ita etiam exhibuit Salmaſio optimus codex Palatinus: & pro αὐτὴν in alio MS. αὐτὸν reperit, unde ſuſpicabatur hanc veram fuiſſe loci lectionem: ἣ στέρξασα παρθένος τὸν κυνηγὸν αὐτόν. Sed doctiſſimi viri ſententiæ non poſſum aſtipulari: ſenſus enim foret planior & melior, ſi legeretur: ἣ στέρξασα παρθένος τὸν κυνηγὸν ἄγαμον. Hæc mihi probiſſima videtur loci lectio, & quæ proximè ad etymologiam oppidi accedit.

88 Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας.] Actum agerem ſi poſt Scaligerum & Bochartum viros profundiſſimæ eruditionis, de origine hujus vocis aliquid tentarem proferre. Specioſa ſunt quæ habet Bochartus in ſuo Phaleg. lib. III. cap. XIV: ſed ſpecioſiora mihi videntur quæ refert Scaliger in ſuis ad Euſebium animadverſionibus. Fatemur Herodot. lib. I. commemorare, Deiocem urbis conditorem ita conſtituiſſe mœnia, ut ſinguli ambitus, qui numero erant ſeptem, alteris gradatim eſſent ſublimiores, ſoliſque pinnis prominerent. Singulæ autem pinnæ ſuis diſtinctis fulgebant coloribus. Nam primi ambitus pinnæ, colore erant albicanti, ſecundi nigro, tertii purpureo, quarti cæſio, quinti ſandaracino: poſtremi verò duo, alter argenteas, & alter deauratas habebant pinnas. Sed

ſciendum

Ἡρόδοτος τρίτῳ. [89] οἱ δὲ νῦν, Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι. τὸ ἐθνικὸν, Βαταναιῶται, ὡς Ῥαφάνεια, Ῥαφανεῶται. Δημήτριος δέ φησιν Ἀγβάτανα διττὰ, [90] τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ Συρίας. [91] Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει. παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις, [92] διὰ τοῦ ε τὸ Περσικὸν, ὡς δειχθήσεται. παρὰ Χάρακι δὲ καὶ αὕτη διὰ τοῦ ε, ἣν καὶ Ἐπιφάνειαν φασὶ κεκλῆσθαι. [93] Ἡρωδιανὸς δ' ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείων ἐγκρίνει τὴν διὰ τοῦ κ γραφὴν, παραιτούμενος τὴν διὰ τοῦ γ, λέγων οὕτω. μή τι ἄρα παρακινδυνεύει τὸ β ὑποτετάχθαι τῷ γ, [94] ἐν οἷς ὑποτέτακται ἐν τῷ λάγβα, τὰ ὅρκια. τὴν δὲ διὰ τοῦ γ γραφὴν, καὶ ἐν τῷ ε διασαφήσομεν. [95] καὶ Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ παρέθετο τὸ ἐθνικὸν, Ἀγβαταννηνός. τοῖς Πέρσαις γὰρ συνήθης ὁ τύπος. [96] λέγουσι γὰρ Καμβυσηνοὺς, [97] Παραιταμηνοὺς, Σοφηνοὺς, ὡς δειχθήσεται. [98] καθ' Ἕλληνας δὲ, Ἀγβατεύς. δείξομεν δ' ἐν τῷ β, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς Βατάνεα, καὶ Βατάνεια καλεῖται. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βαταναιῶται.

Α'Γ-

A Herodotum tertio. Aliqui autem, eam urbem
Bataneam nunc appellant. Gentilitium inde
eſt, Bataneotæ, uti Rhaphanea, Rhaphaneotæ.
Demetrius verò inquit gemina eſſe Agbatana,
alia quidem Mediæ, alia verò Syriæ. Sed
Cteſias paſſim in Perſicis Medorum Agbatana
B cum a ſcribit: Sed ab antiquis, oppidulum illud
Perſicum cum ε ſcribebatur, uti demonſtrabitur.
A Charace autem hæc ipſa urbs cum ε
effertur, quam etiam Epiphaneam nominatam
fuiſſe ajunt. Enimvero Herodianus in libro
C de conſtructione literarum ſcriptionem cum κ
approbat, & illam cum γ repudiat, ita dicens.
An non forte vitii diſcrimen habet, κ pro γ ſuppoſitum
eſſe, in quibus ſupponitur, ut in illo,
λάγβα, τὰ ὅρκια. Lagba juramenta. Scriptionem
verò cum γ etiam in litera ε indicabimus. Et
D Helladius in litera A collocavit gentile, Agbatanenus;
quæ formatio Perſis eſt ſolita:
Dicunt enim Cambyſenos, Paratacenos, Sophenos,
uti demonſtrabitur. Apud Græcos
vero Agbatanenſis dicitur. Indicabimus porrò
in litera β, quod Batanea apud nos, etiam
E Bataneia vocatur, cujus gentile, Bataneotæ.

A G-

ſciendum eſt hoc de magna Mediæ civitate narrari. Unde igitur oppidum Syriæ nomen accepit? Nemo certè auderet ſtatuere, duas diverſas urbes, licet eodem gaudeant nomine, mœnia habuiſſe ſimili prorſus modo extructa & forma diſtincta. Ac proinde, ſi Ecbatanorum, quæ ſunt in Syria, nominis originem derivare non poſſumus à colorum varietate, qua Medorum Ecbatanorum mœnia interſtinguebantur, præſtabit meâ quidem ſententiâ utriuſque urbis etymon cum Scaligero deducere à nomine ביתן *Bethan* aut Baithan, quod *regiam* ſive *palatium* denotat: in quo teſte Strabone lib. XI. Parthi æſtate, & Perſæ hieme degebant, unde ab eodem ſpeciali nomine *Χειμάδιον Hybernaculum* appellatur.

89 Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι.] In Voſſiano codice legitur: οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν καλοῦσι. Apud Iſidorum Characenum: πόλις δὲ Βάπτανα, ἐπ' ὄρους κειμένη, quod ibi perperam pro Βάτανα ſcriptum videtur: Nam paulo poſt ſequitur: εἶτα εἰς ἀδραπάναν τὰ βασίλεια τὰ ἐν Βατάνοις.

90 Τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας.] Nihil mutat Salmaſius, & conſtanter ita habent vulgatæ editiones. Codex Voſſianus: τὰ μὲν τῆς Μηδίας, τὰ δὲ τῆς Συρίας: ſic à Stephano olim ſcriptum fuiſſe apparet eo loco, ubi de hac voce agit: Μηδία, χώρα ταῖς Κασπίαις παρακειμένη πύλαις. A Strabone quoque paſſim Μηδία non Μηδεία ſcribitur, & ab Herodoto Μηδικὴ, quique lib. III. eandem diſtinctionem inter Syriæ & Mediæ Ecbatana adhibet, quem locum quia Stephanus reſpicit hic producemus. ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι Ἐκβατάνοισι ἐδόκεε τελευτήσειν γηραιὸς, ἐν τοῖσί οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα. τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι ἐν Συρίῃ Ἐκβατάνοισι ἔλεγε ἄρα.

91 Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν, τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει.] Nullum tamen in Cteſiæ excerptis hujus rei veſtigium invenimus. Paſſim Ἐκβάτανα, non verò Ἀγβάτανα ibi legitur.

92 Διὰ τὸ ε, τὸ Περσικόν.] Magnus Salmaſius ad marginem ſui codicis ingenuè profitetur, ſe neſcire, quid Stephanus ſibi hiſce verbis velit. Proinde & nos manum de tabula. Fortaſſe ſcribendum τὰ Περσικὰ, & referendum ad Ἀγβάτανα, in quibus Perſæ hieme degebant, uti mox diximus. Verum ſi mavis vulgatam retinere, tum ſubintelligerem πολίχνιον, uti noſtra exhibet verſio: & hinc mea confirmatur conjectura, quod Charax idem illud oppidulum cum ε ſcripſerit.

93 Ἡρωδιανὸς δ' ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείων.] Libri ſcripti & editi inter ſe non conveniunt: Xylandri lectionem exhibemus, quam etiam magnus Salmaſius in vetere codice reperit. Aldina Florentinaque editiones habent: Ἡρωδιανὸς δ' ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείῳ: & ſic idem Salm. in recentiore MS. invenit.

94 Ἐν οἷς ὑποτέτακται ἐν τῷ λάγβα, τὰ ὅρκια.] Conſtanter ita legunt editiones omnes, & in manu exaratis codicibus nihil eſt opis: imo omnia circa hunc locum adeo ſunt turbata & malè ſana, ut verear me operam perditurum omnem, ſi conjecturâ rem velim exſequi. Incomparabilis Salmaſius hunc locum ſollicitavit, & fortaſſe correxit; verum ſui codicis margines aſſidua lectione & vetuſtate adeo ſunt detritæ & laceræ, ut ex iis commodum ſenſum percipere nequeam. Ac proinde, ſi mei arbitrii res foret legerem fœdiſſimum Herodiani locum hoc modo: μή τι ἄρα παρακινδυνεύει τὸ κ ὑποτετάχθαι τῷ γ, ἐν οἷς ὑποτέτακται, ὡς ἐν τῷ Ἀκβάτανα Συρίας. Longiſſimè quidem hæc à vulgata lectione abeunt, ſed ſi quis clariora & certiora produxerit, ea lubentiſſimè amplectar.

95 Καὶ Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ παρέθετο τὸ ἐθνικόν.] Et hic locus mihi de mendo eſt ſuſpectus: legendum fortaſſis: καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ α στοιχείῳ &c. Vel Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ στοιχείῳ, ita Salmaſius in veteri codice numeri notam vocabulo expreſſam invenit, & nos in Voſſiano qui ut plurimum cum antiquo Salmaſii convenit. Sed quod pro Ἑλλάδιος reponendum puto Ἑλλάνικος, hæc eſt cauſa, quod nullum inveniam Helladium qui de gentilibus ſcripſit: de Hellanico mentionem facit Athenæus lib. XI. hiſce verbis: οἶδα δὲ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις λέγοντα, ὅτι Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς, οὐδὲν ἄλλο κέκτηνται ἢ κύλικα καὶ μάχαιραν καὶ ὑδρείαν. *Hellanicum de Gentium nomenclaturis ſcripſiſſe novi, Libycorum Nomadum quibuſdam, nihil aliud in bonis eſſe, quam poculum, gladium & aquale.* Et illud Hellanici opus, haud prorſus abſimile fuiſſe noſtri auctoris operi hinc ſufficienter poteſt colligi.

96 Λέγουσι γὰρ Καμβυσηνούς.] Ita habent vulgati codices: ſcribe: λέγουσι γὰρ Καμβυσηνοὺς, ut MSS. exhibent.

97 Παραιταμηνούς.] Ita perperam exhibent omnes editiones: lege unicâ mutatâ literâ, παραιτακηνούς.

98 Καθ' Ἕλληνας δὲ, Ἀγβατεύς.] Mendoſa hæc eſt lectio, ſed qualem ſcripti & editi libri exhibent, lege indubitanter: καθ' Ἕλληνας δὲ Ἀγβαταναιεύς.

ἈΓΓΕΛῊ[99], δῆμ⊙ τ Πανδιονίδ⊙ A φυλῆς. ὁ δημότης, ἐπιῤῥηματικῶς Ἀγγελῆθεν, ἐκ τόπȣ, [1] Χάρης Κλεοχάρȣς Ἀγγελῆθεν. εἰς τόπον, Ἀγγελλῶδε. ἐν τόπῳ, Ἀγγελῆσιν. ὀξύνεται ἢ κτ̀ δύο τρόπȣς, ὅτι δήμȣ ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ, κ̀ Καλή. B [2] καὶ ὅτι τὰ τȣ̃ ελη μονογενῆ, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται, εἰ μὴ ἀπὸ φύσει μακρᾶς, ἢ θέσει ἄρχοιτο. Σεμέλη. ἀγέλη. διὰ τὸ παντελὴ, καὶ Ἀγγελή. τὸ πιμελὴ, σεσημείωται. C

ἈΓΗΣΣῸΣ, πόλις Θρᾴκης, ὡς Θεόπομπ⊙ ἐν τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ. [3] τὸ ἐθνικὸν, Ἀγήσσι⊙, ὡς Ἀσσήσι⊙, Ταρτήσσι⊙, [4] ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ * * ἢ Ἀγησσίτης, [5] ὡς Ὀδησσίτης διὰ τὸ ὁμοεθνές. D

ἍΓΙΟΝ [6], τόπ⊙ Σκυθίας, ἐν ᾧ Ἀσκληπιὸς ἐτιμᾶτο, ὡς Πολυΐστωρ.

ἊΓΚΑΡΑ [7], πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἄντια, Ἄδρια. τὸ ἐθνικὸν Ἀγκαράτης, ὡς Πολύβι⊙ ὀγδόῃ. E

ἊΓΚΥΡΑ [8], πόλις Γαλατίας. [9] οἱ δὲ, Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφȣσιν. [10] ἔοικε δ' εἶναι Φρυγίας, διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι. Γαλατῶν γὰρ ȣ̓̂σα, ὅμορ⊙ ἐστὶ τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ. F [11] οἱ γὰρ ἀπὸ Κελτικῶν Γαλάται, [12] ὡς

A ANGELE; populus Pandionidis tribus. Tribulis cum adverbio de loco dicitur, ex Angelle. Chares Cleocharis filius ex Angelle. Ad locum, ad Angellen; in loco, in Angelle. Duobus autem modis accentu ſignatur, in ultima; quando eſt nomen tribûs, uti Pergaſe & B Cale; & in penultima, ut nomina in ελη exeuntia, quæ unius generis, & plurium quam duarum ſunt ſyllabarum, niſi naturâ aut poſitione longam habuerint: uti in ἀγέλη, grex, & Semele. Quia manifeſtum ſcribi παντελὴ & Ἀγγελὴ & C πιμελή.

AGESSUS, urbs Thraciæ, auctore Theopompo lib. quadrageſimo ſeptimo. Gentile inde Ageſſius, uti Aſſeſius, Tarteſſius, ut oſtendetur, cum nobis de illo eſt ſermo: ſive etiam Ageſſites, veluti Odeſſites, quia ejuſdem eſt na- D tionis cum altero.

AGIUM, locus Scythiæ, in quo Aſclepius colebatur, uti Polyhiſtor tradidit.

ANCARA, urbs Italiæ, uti Antia, Adria. E Gentile, Ancarates, uti habet Polybius lib. VIII.

ANCYRA, urbs Galatiæ: ſed alii eam inter Phrygiæ urbes recenſent. Videtur autem Phrygiæ eſſe, inde adeo quia ſe ad utriuſque fines extendit. F Cùm enim Galatiæ civitas ſit, magnæ Phrygiæ terminis adjacet. Nam quum Galatæ ex Celtica, uti

99 Ἀγγελὴ, δῆμ⊙ τ Πανδ. φυλῆς.] Eadem apud Heſychium legimus. Verum poſtea ſcripſit cum ſimplici Γ. Ἀγελὴ, δῆμ⊙ Ἀττικῆς.

1 Χάρης Κλεοχάρȣς Ἀγγελῆθεν.] Fortaſſe hic fuit ille Athenienſium dux, qui quidvis cuivis benignè pollicebatur, ſed nihil præſtabat. Unde natum proverbium, αἱ Χάρητ⊙ ὑποσχέσεις Charetis pollicitationes, de quo vide Suidam.

2 Καὶ ὅτι τὰ τȣ̃ ελη, &c.] Scriberem, κ̀ ὡς τὰ τȣ̃ ελη. Similem canonem exhibet Etymologici magni auctor in voce Νέφ⊙. Καὶ τὰ διὰ τȣ̃ ελη θηλυκὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, βαρύνεται, ἑνὶ φωνήεντι παραληγόμενα, Σεμέλη. *Nomina ſubſtantiva fæminini generis quæ in* ελη *exeunt, plures quam duas ſyllabas habentia, in penultima accentu notantur, ſi ibidem ſit vocalis ſimplex, ut Semele.*

3 Τὸ ἐθνικὸν Ἀγήσσι⊙.] Goltzius ex Gordiani nummo ΑΓΕΣΣΙΩΝ meminit: adeo ut hic ſcribendum videatur, τὸ ἐθνικὸν Ἀγέσσι⊙, & urbis nomen Ἀγεσσὸς, quod etiam Alphabetico ordini, quo epitomator utitur, non repugnat.

4 Ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ *] Sic habent libri ſcripti & editi. Hanc lacunam hoc modo ſupplerem: ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ τȣ́των λόγῳ.

5 Ὡς Ὀδησσίτης.] In omnibus libris conſtanter hæc vox cum aſpiratione legitur, cùm tamen apud Epitomatorem noſtrum & alios Ὀδησσὸς cum ſpiritu leni inveniatur.

6 Ἅγιον, τόπ⊙ Σκυθίας.] In voce Ψυδδαρτάκη Stephanus mentionem facit de monte *Hagio* ſive ſacro. Ψυδδαρτάκη λόφ⊙ ἐν Σκυθίᾳ, μετὰ τὸ λεγόμενον ὄρ⊙ Ἅγιον.

7 Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας.] Enumerat Cluverius quinque modos, quibus apud Stephanum hoc oppidi nomen formatur. Ἄνθεια, πόλις Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, ἥτις ϗ Ἄγκιον μετωνομάσθη. Paulo poſt: Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας, Κȣάδρατ⊙ ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος. Deinde: Ἄντια, πόλις Ἰταλίας, ὑπήκο⊙ Ῥωμαίων; & in eodem tmemate: ἔστι ϗ Ἄγκιον πόλις ȣ̓δετέρως. Et hoc loco habemus Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἄντια, Ἄδρια. Verum urbis nomen ſi non ſit corruptum, illud, cum quo comparatur, mendo laborat, quia nullam cerno convenientiam inter Ἄγκαρα & Ἄντια: quam vocem Salmaſius in MS. mendoſam invenit, legebatque ὡς Ἄγκινα. Si Stephanus tot oppida, quot quidem vocabulorum formas fecerit, ſe ipſum Geographiæ imperitiſſimum prodidit. Sed vehementer adhuc ambigo, an Ἄγκαρα non ſit oppidum diverſum ab Ἄνθεια, quod à Stephano etiam Ἄγκιον & Ἄνθιον appellatur; præſertim quum animadverterim, Nonium apud Lucilium gentile *Ancarius* formaſſe, & Fabium de *Ancariana familia* mentionem feciſſe.

8 Ἄγκυρα πόλις Γαλατίας.] De ſitu hujus urbis Gallogræciæ, quæ Aſiæ minoris regio eſt legere licet Ptolemæum lib. V. cap. VI, & Plinium lib. V. cap. XXXII. Anonymi Ἐξήγησις ὅλȣ τȣ̃ κόσμȣ hæc habet. Γαλατία ἔχει πόλιν μεγίστην, ἣ καλεῖται Ἄγκυρα. Θεῖον ἄρτον ϗ ἐξοχώτατον ἐσθίειν λέγεται. *Urbem Galatia habet maximam, quæ dicitur Ancyra. Fertur divinum & præſtantiſſimum panem comedere.* Vide & Strab. lib. XII.

9 Οἱ δὲ Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφȣσι.] Plinius & Ptolemæus etiam *Ancyram* in Phrygia majori collocant: & aliam Livius cap. XLIII. circa Macedoniam aut Illyricum. Illa de qua Stephanus nunc loquitur unanimiter Galatiæ adſcribitur. Arrianus lib. II. αὐτὸς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπ' Ἀγκύρας τ Γαλατικῆς ἐστέλλετο. *Alexander poſtridie Ancyram Galatiæ profectus eſt.* Ita quoque Libanius orat. XXVI. Ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πρώτῃ ϗ μεγίστῃ Γαλατῶν πόλει.

10 Ἔοικε δ' εἶναι Φρυγίας διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι.] Non ſatis ſana eſt hæc lectio, licet ita in omnibus codd. legatur. Vir ſummus Gronovius pro ultimum εἶναι reſcriberet ἔχεσθαι, quod interdum ſignificat *finitimum eſſe*, unde & οἱ ἐχόμενοι *proximi* & *continuati*: vel legeret totum locum hoc modo: ἔοικε δ' εἶναι ϗ Φρυγίας, διὰ τὸ ἀμφοτέρων ἔχεσθαι.

11 Οἱ γὰρ ἀπὸ Κελτικῶν Γαλάται.] Locus eſt depravatus, quem ex Voſſiano cod. hoc modo emendamus: οἱ γὰρ ἀπὸ Κελτικῆς Γαλάται. Sed poſtea vidi Florentinam editionem hanc lectionem exhibere.

[12] ὡς Στράβων φησὶ δωδεκάτῳ, εἰς τούτους πλανηθέντες τοὺς τόπους, [13] τριμερεῖς τε γινόμενοι, εἰς τοσαύτας μοίρας διενείμαντο τὴν χώραν. Ἀπολλώνιος δὲ ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ Καρικῶν ἱστορεῖ, [14] Μιθριδάτην, καὶ Ἀριοβαρζάνην νεήλυδας τοῖς Γαλάταις συμμαχήσοντας, B διῶξαι τοὺς [15] ὑπὸ Πτολεμαίου σταλέντας Αἰγυπτίους ἄχρι θαλάσσης, καὶ λαβεῖν τὰς ἀγκύρας τῶν νεῶν αὐτῶν, καὶ μισθὸν τῆς νίκης [16] εἰς πολισμὸν λαβόντας, χώραν κτίσαι, καὶ ὀνομάσαι οὕτω. τρεῖς δὲ πόλεις ἔκτισαν, Ἄγκυραν, ἀπὸ τοῦ C κατὰ τὸν πόλεμον πλεονεκτήματος. [17] τὴν δὲ, ἀπὸ Πισινοῦντος τοῦ ἄρχοντος. [18] τὴν δὲ Ταυίαν, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἄρχοντος. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκυρανός.

[19] τὰ

A uti Strabo lib. xii. perhibet, ad hæc uſque loca tripartito agmine oberraſſent, regionem in totidem partes diviſerunt. Enimverò Apollonius lib. xvii. rerum Caricarum refert, Galatas, qui recens advenerant, Mithridati & Ariobarzani militantes, Ægyptios à Ptolemæo miſſos, uſque ad mare fuiſſe perſecutos, atque cepiſſe anchoras navium ipſorum: & cum præmium victoriæ regionem fruendam & vectigalem accepiſſent eam incoluiſſe & ſic appellaſſe. Tres autem urbes condiderunt, nempe Ancyram, quæ ab eo nomen habet, quod in bello ſtrenuè fecerant: alteram verò à Peſſinunte duce; ſed tertiam Taûïam ab alio duce denominarunt. Gentile Ancyranus dicitur.

Gen-

[12] Ὡς Στράβων φησὶ δωδεκάτῳ.] Quia hæc de Gallogræcis hiſtoria Stephanum mirum in modum illuſtrat, Strabonis verba tranſcribam. Πρὸς νότον τοίνυν εἰσὶ τοῖς Παφλαγόσι Γαλάται. τούτων δ᾽ ἐστὶν ἔθνη τρία. δύο μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐπώνυμα Τρόκμοι, καὶ Τολιστοβώγιοι. τὸ τρίτον δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν Κελτικῇ ἔθνους Τεκτόσαγες. κατέσχον δὲ τὴν χώραν ταύτην οἱ Γαλάται πλα-[illegible]λὺν χρόνον, καὶ καταδραμόντες τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι χώραν, καὶ τοῖς Βιθυνοῖς, ἕως παρ᾽ ἑκόντων ἔλαβον τὴν νῦν Βιθυνίαν, καὶ Γαλλογραικίαν λεγομένην. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεοννόριος. Τριῶν δὲ ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων, καὶ κατ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, ἕκαστα διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν, τετράρχην ἔχουσαν ἴδιον, καὶ δικαστὴν &c. Hoc eſt: *Galatæ ergo Paphlagonibus verſus meridiem ſunt. Tria Galatarum habentur genera, quorum duo à ducibus nomen habent, Trocmi & Toliſtobogi, tertium à Celtica gente Tectoſages. Hanc regionem Galatæ occupaverunt, cum diu vagati incurſionibus Attalicorum regum Bithynorumque ditionem vexaſſent, tandem ab iis volentibus acceperunt eam terram, quæ nunc Bithynia & Gallogræcia dicitur. Princeps trajectionis horum præcipuè exiſtimatur fuiſſe Leonorius. Cum autem ſint tres gentes eadem utentes lingua, & aliis quoque in rebus nihil differentes, quamvis earum in quatuor diviſerunt partes, & Tetrarchiam nominarunt, quæ ſuum haberet tetrarcham & judicem unum &c.* De hac Celtarum commigratione, & qua occaſione alias ſibi ſedes quæſiverint, legi poteſt alius Strabonis locus, qui exſtat lib. iv. Juſtini lib. xxiv. cap. iv. & Suidæ in voce Γαλάται.

[13] Τριμερεῖς τε γινόμενοι, εἰς τοσαύτας μοίρας διενείμαντο τὴν χώραν. id eſt. *Tripartito agmine, vel quod tres ejuſdem nationis foret gentes, in totidem partes regionem diviſerunt*] nempe partem illam Bithyniæ, quam à Bithynorum regibus acceperant. Si hunc Stephani locum accuratè cum illo Strabonis, quem præcedenti tmemate produximus, conferamus, magnam differentiam deprehendemus: Strabo in quatuor partes, noſter vero in tres regionem diviſam affirmat: Et Livius libro xxxviii. cap. xvi, habita etiam ratione trium gentium, in totidem partes regionem partitam fuiſſe, teſtatur: ita enim ille: *Poſtremò cum tres eſſent gentes, Toliſtoboji, Trocmi, Tectoſagi: in tres partes, qua cuique populorum ſuorum vectigalis Aſia eſſet, diviſerunt.* Conſimili modo etiam apud Memnonem factum legimus: οὗτοι δὲ πολλὴν ἐπελθόντες χώραν. αὖθις ἀνεχώρησαν, καὶ τῆς αἱρεθείσης αὐτοῖς ἀπετέμοντο, τὴν νῦν Γαλατίαν καλουμένην, εἰς τρεῖς μοίρας ταύτην διανείμαντες. καὶ τοὺς μὲν Τρόγμους ὀνομάσαντες, τοὺς δὲ Τολοστοβογίους, τοὺς δὲ Τεκτοσάγας. *Qui,* nempe Galatæ, *cùm in multum terræ procurriſſent, redeuntes tandem, eam quam ſibi præ aliis ſelegerant, Galatiam nunc dictam, in tres partes diviſêre, hos Trogmos, hos Toloſtobogios, hos Tectoſages vocantes.* Sed cum hiſce auctoribus non pugnat Strabo, qui poſtea addidit, *quondam* Galatiam ita fuiſſe conſtitutam.

[14] Μιθριδάτην καὶ Ἀριοβαρζάνην νεήλυδας τοῖς Γαλάταις συμμαχήσαντες.] Ita conſtanter habent codices ſcripti & editi: verum miſerrimè hic locus librariorum vecordiâ eſt depravatus, vel ipſe Stephanus hiſtoriam non cognovit, quod non eſt probabile. Incomparabilis Gronovius, cui plurimum debemus, cum quo hunc locum communicavi, mihi indicavit corrigendum eſſe: Μιθριδάτῃ καὶ Ἀριοβαρζάνῃ νεήλυδας τοὺς Γαλάτας συμμαχήσαντας. Hi duo pater & filius Ponti reges fuere: meminit utriuſque Memnon Heracleotes. Sed ſi hi reges Gallorum auxiliarii pepulerunt Ptolemaïcos, cur Galli potiſſimum victoriæ μισθὸν tulerunt, cur item hi reges νεήλυδες? Non fuerunt Gallorum auxiliarii hi reges, ſed Galli regibus iſtis mercede militabant, ut teſtatur Juſtinus, & recens erant in Aſiam advecti, ita enim refert lib. xxv. cap. ii. *Denique neque reges Orientis ſine mercenario Gallorum exercitu ulla bella geſſerunt: neque pulſi regno ad alios quam ad Gallos confugerunt.* Et paulo poſt. *Itaque in auxilium à Bithyniæ rege invocati regnum cum eo parta victoria diviſerunt, eamque regionem Gallogræciam cognominarunt.* Vide & Livium lib. xxxviii. cap. xvi. & Polyænum lib. iv. In Antigono, tmemate xvii.

[15] Ὑπὸ Πτολεμαίου.] Multi fuerunt Ptolemæi: Vir ſummus Gronovius ſuſpicatur hic debere intelligi Ptolemæum Ceraunі è Macedonia aut Cherſoneſo Thraciæ, non Philadelphi ex Ægypto. Itaque non niſi pauci hos inter erant Ægyptii exſulem ſequuti; potior pars erant reliquiæ exercitus Lyſimachi.

[16] Εἰς πολισμὸν λαβόντας.] Ita habent ſcripti & vulgati libri, ſed corrigebam, εἰς πόλισμα λαβόντας: magis tamen placet conjectura clariſſimi Gronovii: εἰς πορισμὸν λαβόντας, quam in verſione ſequuti ſumus.

[17] Τὴν δὲ, ἀπὸ Πισινοῦντος τοῦ ἄρχοντος.] Neque hic locus ſe benè habet, videtur enim urbis nomen deeſſe: legerem: τὴν δὲ Πεσινοῦντα ἀπὸ Πεσινοῦντος ἄρχοντος. Ptolemæus lib. v. cap. iv. Strabo lib. xii. Plutarchus & alii primam vocis Syllabam cum ε legunt: Sed Julianus in epiſtola ad Callixenem cum i: & Perperam apud Memnonem Πισινοῦς reperitur. Nugari videtur Epitomator, qui ducem *Peſſinuntem* facit, à quo urbi nomen eſſet inditum: Alii, quodque exactius Græcorum fabulis reſpondet, ei nominis originem tribuunt à *Peſſinunte* ſive *Peſſinuntia Dea*, cujus ſimulachrum, quod bello Punico ſecundo per Scipionem Naſicam Romam eſt tranſlatum, in illum Galatiæ locum cælitus delapſum fuiſſe exiſtimant; adeo ut urbi ibi extructæ, *à caſu*, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν nomen datum fuerit. Herodianus lib. i. cap. xi. αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, ὥς λέγουσι. οὔτε δὲ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνιτῶν ὅστις ἐποίησεν ἐγνωσμένον, οὐδὲ ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης. τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἰς τινα τῆς Φρυγίας χωρίον. Πεσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ. τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ. Hoc eſt: *Ipſum igitur ſimulachrum cœlitus, ut ajunt, demiſſum, neque qua ſit materia, nec à quo fabricatum artifice, ſatis conſtat: neque planè manibus hominum creditur factum. Hoc igitur cœlitus decidiſſe ferunt in quendam Phrygiæ agrum, cui nomen Peſſinunti, à caſu ejus ſimulachri, factum putant.*

[18] Τὴν δὲ Ταυίαν.] Diverſimodè oppidi nomen ab auctoribus exprimitur Ptolemæus lib. v. cap. iv. Τάουιον, & Strabo lib. xii. Τάουιον exhibet, ubi ſcripti, notante Caſaubono τὰ Οὐΐα habent. Magnus Salmaſius ad margi-

19 τὰ εἰς νος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γένοιτο καθαρευούσης, τῷ α παραλήγει μακρῷ, καὶ μιᾷ συλλαβῇ τῆς γενικῆς περιττεύει, 20 οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου. οὐ γὰρ ὅσα τὸ α κατὰ τὴν παραλήγουσαν ἔχει, ταῦτα ἐκ θηλυκῶν παρήχθη. τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος, B Ἀσιανὸς, Καρδιανὸς, Ὀλβιανὸς, Φασιανὸς, ἀπὸ τῆς Φάσιος πόλεως. Τράλλιος, Τραλλιανὸς, Σάρδιος, Σαρδιανός. 21 Πάριον, Παριανός. Βόσπορον, Βοσποριανός. 22 ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Ῥοδίου, τὸ Ῥοδιακὸς κτητικόν. καὶ C Σαμίου, τὸ Σαμιακός. Κίου πόλεως Μυσίας, Κιανός. Τίου, Τιανός. 23 Καρίου, Καριανός. Σηλυμ-

A Gentilia in ANUS, ſi à genitivo primitivi puro formentur, habent in penultima A longum, & unâ ſyllabâ genitivum ſuperant, ratione tamen in omnibus non reciprocante: nam quæcunque in antepenultima habent A, eadem à fœmininis non producuntur. Prio B ris quidem exempli ſunt, Aſianus, Cardianus, Olbianus, Phaſianus [à genitivo] urbis Φάσιος, à Τράλλιος Trallianus, à Σάρδιος Sardianus. Parium, Parianus. Boſporium Boſporianus, quæ gentilia à gentilibus facta ſunt, ut C à Rhodio poſſeſſivum Rhodiacus, & à Samio Samiacus. A Cio urbe Myſiæ deducitur Cianus, à Tio Tianus, à Cario Cariarus,

ἀλλ

nem ſui cod. annotavit omninò hoc loco legendum eſſe, τὴν δὲ Ταουΐαν. Ergo Memnon in mendo cubat, in cujus fragmento Ταβίαν legitur: ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρογμοὶ μὲν Ἄγκυραν. Τολοστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, ubi Ταουΐαν vel Ταουΐον reponendum eſt. Sed obiter notandum, Memnonem Ταουΐον Toliſtobogiis annumerare contra auctoritatem Strabonis, Ptolemæi & aliorum, qui illud Trocmis annumerant. In Chronico Alexandrino etiam perperam legitur, Πισινοῦντα καὶ Ταύνιον, quem locum vide.

19 Τὰ εἰς νος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γένοιτο &c.] Hæc verba non ſunt ſatis ſana, videtur mihi legendum: τὰ εἰς ανος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου & ſic porrò. Hæc ita eſſe reſtituenda ſole meridiano clarius apparet ex Euſtathio ad Dionyſium de ſitu orbis pag. 43. ubi canonem Stephani noſtri prorſus ſimilem allegat, qui ſic ſe habet: ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ἐθνικὰ ὀνόματα ἐκτείνει παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσαν, οἷον Βρεττανὸς, Γερμανὸς, Ἀλανὸς, Καρμανὸς, Λουκανὸς. τὸ Ἠριδανὸς οὐκ ἔθνους ὄνομα. ποταμὸς γάρ· διὸ συστέλλει τὴν παραλήγουσαν, ὡς καὶ τὸ Ὠκεανός. Quibus verbis ſummus ille grammaticus innuit, nomina gentilia in ανος deſinentia penultimam producere, & ab hoc canone excipi *Eridanus*, uti & *Oceanus*, quia non ſunt gentilia. Attamen multò accuratius Epitomator qui, præterquam quod debeant terminari in *anus*, inſuper quaſdam conditiones requirit, quæ hic recenſentur & legi poſſunt: nempè, ſi à genitivo primitivi puro formentur, &c.

20 Οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου.] Diu me torſit hic locus, nam phraſis eſt inſueta & ſenſus obſcurus. Doctiſſimus & nunquam ſine laude memorandus Gronovius, cum quo hunc locum communicavi, eum ita verteret, *utique ſi non reflectatur* (id eſt, contrahatur aut brevior fiat) *vox*; addens, aut legendum eſſe ἀναστέλλοντος τοῦ λόγου, aut τὸ ἀναστρέφοντος eo ſenſu accipiendum: quodque illuſtrare nititur ſimillimis verbis, quæ infra à Stephano producuntur: Πρόσκειται, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, id eſt, *apponitur (in ſuperiori canone) modò ne contrahatur vox*: & hanc ſententiam ei videntur exempla ſubjecta confirmare: quandoquidem ab *Hiſpania* τετρασυλλάβου fit *Hiſpanus* τρισύλλαβον; ſic à *Garmania Carmanus*, *Campania Campanus*, *&c.* Habes lector viri incomparabilis & eximii ſententiam, cui contradicere ſummum nefas ducerem: Meam tibi nolo obtrudere, licet eam, cum ſuâ veniâ, ſuper hoc loco ſim producturus: nam hic locus eſt, ſi quis alius, in quo Stephani mentem inveſtigare eſt difficillimum, quamque fortaſſis aſſequi non potero, licet id tentare aggrediar. Totum hunc canonem ita tranſtulimus. *Gentilia in ανος, ſi à genitivo primitivi puro formentur, habent in penultima A longum, & unâ ſyllabâ genitivum ſuperant, non reciprocante tamen in omnibus ratione*, vel non revertente ratione, id eſt, cùm ratio in omnibus gentilitiis, quæ tali modo formantur & in ανος deſinunt, non ubique ſit eadem: cujus rei deinde reddit rationem, cum inquit: *non enim omnia quæcunque in penultima habent A à fœmininis producuntur*: nam ſimilia etiam formantur à nominibus alio genere gaudentibus, ut deindè probat aliis exemplis, nempè Παρίου, Βοσπορίου, &c. à quibus æquè atque à fœmininis gentilia in ανος, ſicuti Παριανὸς, Βοσποριανὸς, &c. deducuntur. Atque hunc ſenſum hic deliteſcere manifeſtiſſimè apparet in voce Θούριοι, ubi priores eadem hæc proponuntur: τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριανοί. καὶ Θούριος εἶς, ὡς Σπαρτιάτης. καὶ ἀφ' οὗ ... παρὰ τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Ὀλβιανὸς, ὡς Παριανὸς, ἢ παρὰ τὴν Θουρίαν. Priora gentilia ... Italis formam rejicit, & nititur ... inducere quæ juxta hunc canonem vel à Θούριος vel à Θουρίας de[illegible]. Adeo ut pro οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου reſcribendum putarem, οὐκ ἀντιστρέφοντος τοῦ λόγου, qui terminus Dialecticis Græcis eſt familiariſſimus. Cum autem noſter Epitomator infra inquit, πρόσκειται, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ Ἱσπανὸς, Καρμανὸς, &c. (ubi ſimiliter legendum) eo nihil aliud voluit indicare, quam ſupradictis exemplis contra ſuperiorem canonem formatis, inſuper adhuc poſſe addi Hiſpanus, Carmanus, quæ etiam in penultima habent A longum, licet ratio formandi non ſit eadem: Quandoquidem tali modo deducta gentilia genitivos primitivorum unâ ſyllabâ non ſuperant: nam à τετρασυλλάβῳ Ἱσπανία τῆς Ἱσπανίας fit τρισύλλαβον, Ἱσπανός, & ita etiam in ſequentibus. Hæc ſunt, quæ me nutantem & fluctuantem impulerunt, ut à doctiſſimi & incomparabilis viri opinione paululum diſceſſerim, de quibus judicabit æquus lector: mea enim ſententia etiam mera conjectura eſt, neque peto ut eam approbes, multò minus ut applauſum largiaris: Nam ideo hæc appoſuimus, ut in re valdè dubia atque incertiſſima habeas, quod eligas.

21 Πάριον, Παριανός· Βόσπορον, Βοσποριανός.] Salmaſius in Palatinis codd. nihil invenit, quo corruptiſſimum hunc locum emendet, qua de cauſa ad oram ſui codicis ultimum gentile Βοσποριανὸς delendum putavit. In Voſſiano cod. reperi Πάριον Παρίου, Παριανός. Βοσπόριον Βοσποριανός. Profectò ſi attentè legeris hunc locum integrum, ex præcedentibus & conſequentibus deprehendes, eum non eſſe integrum, & ante τὸ Πάριον excidiſſe, τοῦ δὲ δευτέρου παραδείγματος aut ſimile quid, uti antea dixerat Epitomator, τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος: nam illa de quibus nunc ſermonem inſtituit gentilia, non à fœmininis producuntur. Deinde, poſt Βοσπόριον videtur deeſſe Βοσπορίου, quemadmodum in Voſſiano MS. Παρίου poſt Πάριον legitur: adeo ut totum hunc locum ſic conſtituerem. Τοῦ δὲ δευτέρου παραδείγματος, Πάριον Παρίου, Παριανός. Βοσπόριον Βοσπορίου, Βοσποριανός. Atque hanc veriſſimam eſſe lectionem non ambigo.

22 Ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικόν.] Sic habent vulgati omnes. Perperam in Voſſiano cod. Ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικός. Sed ex malè exarata ſcriptura, probam colligo: ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικά: nam ultimum α facili librariorum lapſu in ος mutari potuit. Hoc autem fit quam ſæpiſſimè, ut à gentili aliud gentile formetur, vide in voce Πάριον & aliis locis: Ita enim ibi inquit Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Πάριος· ὁ πολίτης, Παριανός.

23 Καρίου Καριανός· Σηλυμβρίου Σηλυμβριανός.] Hæc etiam videntur eſſe gentilia à gentilibus deducta, nam à vocibus Καρία & Σηλυμβρία non flectitur Καρίου aut Σηλυμβρίου: ſed à Κάριος & Σηλύμβριος, & licet Epitomator ſuis locis nihil de ejuſmodi gentilibus affirmet, tamen ita poſſe formari ex ipſo præcedenti tmemate probavimus.

Σηλυμβρίου, Σηλυμβριανός. [24] ἡμάρτηται A τὸ Βοτρυηνὸς, ἐὰν ἀπὸ τοῦ Βότρυος γέγονεν. [25] ἐντεῦθεν δὲ ὁ τύπος μιᾷ περιττεύει. σπανίως δὲ δυσὶν, ὡς τὸ Ταυριανὸς, καὶ Σκορπιανὸς, καὶ Ζυγιανὸς, [26] ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκορπίου, καὶ Ταύρων, καὶ Ζυγῶν παράγειν ἐοίκασι, δυνάμενα B καὶ αὐτὰ ἀπὸ προτέρων παράγεσθαι τοπικῶν, [27] Ζυγίων, Σκορπίων, Ταυρίων. [28] πρόσκειται οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ Ἱσπανὸς, Καρμανὸς, Καμπανὸς, Γερμανὸς, Βρεττανὸς, [29] Ῥητανὸς, Ἀφρικανὸς, Ὀλβανὸς, C Ὑρκανός. [30] οὐδὲν γὰρ τούτων ἀπὸ γενικῆς καθαρευούσης. [31] ὁ δὲ Ὦρος τὰ μέν τοι καθαρεύοντα τὸ η θέλει παραλήγεσθαι, χωρὶς εἰ μὴ τῷ ρ παρεδρευόμενα διαφοροῖτο, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀγκυρανὸς, καὶ Θυατειρηνὸς, Γερμανὸς, καὶ D Γαγγρηνός. ὧν τὰ μὲν παρὰ τὴν Ἄγκυραν συνεξέδραμε τῷ [32] Σωρανὸς, Βοστρανός. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Θυάτειρα, καὶ τὰ Γάγγρα παρῆκται. [33] ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν, αἰπόλον φάναι περὶ τὸν τόπον E αἶγας νέμοντα. κτίσαντα οὖν πόλιν, οὕτως ὀνομάσαι. οὕτω γὰρ ὄνομα τῇ αἰγί.

ἈΓΚΎΡΙΟΝ [34], πόλις Ἰταλίας. δύναται ὁ πολίτης Ἀγκύριος ὡς Βυζάντιος. ἢ Ἀγκυριεύς, ὡς Κιτιεύς. Δουλιχιεύς. Σιγειεύς. F Σουνιεύς. ἀλλ' ἄμεινον διὰ τὸ τῆς χώρας ἔθος Ἀγκυριανὸς, ὡς Ἀδριανός. εἰ μὴ, ὡς παρὰ τὸ Ῥή-

à Selymbrio Selymbrianus. Sed hæc ratio in Botryenus deficit, ſi à genitivo Βότρυος productum fit: hac autem in forma gentilium unâ ſyllabâ genitivus primitivi ſuperatur; ſed raro geminâ, uti liquet in Taurianus, & Scorpianus, & Zygianus, quæ à Scorpis, Tauris & Zygis deſcendere videntur; poſſent tamen illa à prioribus localibus deduci, videlicet à Zygiis, Scorpiis, Tauriis. [Præterea ſuperiori exceptioni ubi formandi] ratio non reciprocat, adjicitur Hiſpanus, Carmanus, Campanus, Germanus, Brittanus, Oretanus, Arianus, Albanus, Hyrcanus: nam nullum eorum à genitivo puro formatur. Sed Orus vult, ut illa nomina, quibus genitivus eſt purus, in penultima η habeant: Sin aliter, niſi conjuncta forent cum R, neceſſariò inter ſe diſcreparent, uti in Ancyranus & Thyatirenus: Germanus & Gangrenus: è quibus alia quidem, quæ ab Ancyra ſunt derivata, conveniunt cum Soranus, Boſtranus: alia verò à Thyatira & Gangra producuntur. Sed Gangra etiam genere fœminino effertur, & nomen habet ex eo, uti Polyhiſtor tradit, quod circa hunc locum paſtor appaiuiſſet, qui capras paſceret, & urbem, quam condidit, ita appellaſſet; tale enim capræ nomen erat.

ANCYRIUM, oppidum Italiæ, cujus oppidanus Ancyrius, uti Byzantius dici poteſt; ſive Ancyrienſis, ſicuti Citienſis, Dulichienſis, Sigeenſis, Sunienſis; Verum ob regionis conſuetudinem melius eſſet dicere Ancyrianus, uti Adrianus; vel ſi hoc non placet, fiat tanquam à Rhe-

[24] Ἡμάρτηται τὸ Βοτρυηνός.] Verum eſt hoc gentile præter ſolitum derivandi morem eſſe formatum: ita enim Stephanus in voce Βότρυς· ὁ πολίτης, Βοτρυηνὸς, ὡς Παυσανίας, παραλόγως. ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ η ἔχει περιττεύει, ὄφειλον τὸ α, ὡς Ὀλβιανὸς, Καρδιανός.

[25] Ἐντεῦθεν δὲ ὁ τύπος μιᾷ περιττεύει.] Hæc cum Gronovio non præciſè accipio de uno Βοτρυηνὸς: ſed præpoſita τελείᾳ στιγμῇ, de omnibus exemplis ſupra poſitis.

[26] Ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκορπίου.] Salmaſius vidit ulcus, & ſanavit, nam ad oram ſui cod. contendit debere legi, ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκόρπου, aut Σκόρπων: & ultimum ipſi vera lectio videtur, ut & mihi.

[27] Ζυγίων.] Stephanus in voce Ζύγοι non affirmat illos etiam Ζυγίους appellari: attamen à rei veritate non aberrat, non Ζύγοι etiam Ζύγιοι dicuntur Dionyſio Alexandrino:

Τοῖς δ' ἐπιναιετάουσι ὁμούριον αἶαν ἔχοντες.
Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης. Hoc eſt:
Poſt hos autem habitant vicinam terram tenentes
Heniochi, Zygiique è Pelaſgica oriundi terra.

Et idem de reliquis erit ſtatuendum, quod nempe Σκόρπιοι & Ταύριοι dicantur, licet exempla ad probandum, jam non occurrant. Verum alio loco refert Stephanus ejuſmodi gentilia per pleonaſmum literæ A formari: ita enim inquit in Ταῦρος. τὸ ἐθνικὸν Ταυριανὸς, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός.

[28] Πρόσκειται οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ Ἱσπανός.] Legerem, uti jam monui: πρόσκειται, οὐκ ἀντιστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ Ἱσπανὸς &c. Satis fuſê de hoc loco commentario xx. diſſeruimus, illuc te remittimus lector, ne repetita crambe tibi nauſeam pariat.

[29] Ῥητανὸς, Ἀφρικανὸς, Ὀλβανός,] Hæc tria non novi, imo aliena ſunt: fortaſſe legendum, Ὠρητανὸς, Ἀριανὸς, Ἀλβανός. Latinis *Africanus* eſt in uſu: ſed Græci eo vocabulo non utuntur.

[30] Οὐδὲν γὰρ τούτων ἀπὸ γενικῆς καθαρευούσης.] Conjecturam meam commentario xx. memoratam non parum hæc verba confirmant: nam manifeſtiſſimè hiſce verbis Stephanus demonſtrat, gentilia in ανος non eodem ſemper modo, ſive ratione ubique reciprocante, à ſuis primitivis derivari, quæ nunc enumeravit, à genitivo puro non formantur: tum enim neceſſariò hâc formâ procederent, & locô *Hiſpanus* dicendum foret *Hiſpanianus*, *Oretianus*, *Campanianus*, *Germanianus*, &c. quod ſanè uſus & rei ratio non admittunt.

[31] Ὁ δὲ Ὦρος τὰ μέν τοι καθαρεύοντα.] Florentinam editionem ſequimur: perperam habent editiones Veneta & Baſileenſis: ὁ δὲ Ὦρος τὰ μέν τοι μὴ καθαρεύοντα. Orus fuit Grammaticus Alexandrinus, qui Conſtantinopoli docuit, multis in locis ab Epitomatore producitur. De eo vide Suidam & alios.

[32] Σωρανὸς, Βοστρανός.] Primum gentile deductum eſt à Σώρα ad caput Liris fluminis ſita. Livius & urbis & gentilitii meminit lib. IX. cap. XXIV. *Ad Soram inde reditum, novique COSS. M. Petilius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt.* Et paulo inferius; *Soranus transfuga clam ex oppido profectus.* Sed Stephanus hoc gentile ab oppido Phœniciæ deduxit. Vide in voce Σοῦρα. Dubito an pro Βοστρανὸς non ſit reponendum Βοστρηνός.

[33] Ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν, αἰπόλον φάναι &c.] Oratio hæc claudicat & eſt imperfecta: lege indubitanter: Ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα. οὕτως δὲ κέκληται, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν, ἀπὸ τοῦ αἰπόλου φῆναι. Omnes editiones habent φάναι, ſed multum differt à φῆναι, uti docuimus pag. 13, commentario vigeſimo octavo. Integra hæc fabula cum omnibus ſuis circumſtantiis à Stephano in voce Γάγγρα narratur.

[34] Ἀγκύριον, πόλις Ἰταλίας.] Hæc civitas prorſum eſt ignota Italiæ Chorographis. In excerptis legationum è Diodori Sic. lib. XXXVI. legitur de aliqua Ἀγκυλίων regione in Sicilia: verum *Ancylienſes* (& *Ancyrienſes* ſive *Ancy-*

Ῥήγιον, Ῥηγῖνος, Μεταπόντιον, Μεταποντῖνος. [35] Ἰταλοὶ γὰρ μάλιστα τούτῳ φιλήδουσι τῷ τύπῳ.

ἈΓΚΥΡΩΝ [36], πόλις Αἰγύπτου, [37] ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρισκαιδεκάτῳ Αἰγυπτιακῶν. ὠνόμασται δὲ οὕτως, [38] ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας ἐκ τῆς παρακειμένης λατομίας. [39] τὸ ἐθνικὸν ἡ τέχνη ἐκ τοῦ Αἰγυπτίων ἔθους. ὡς γὰρ Κυνῶν πόλις, Κυνοπολίτης, Λεόντων πόλις, Λεοντοπολίτης, Λύκων πόλις, Λυκοπολίτης, Λάτων πόλις, Λατοπολίτης, οὕτως Ἀγκυρῶν, Ἀγκυροπολίτης.

ἈΓΚΩΝ [40], πόλις Πικεντίνων. ἴσως δὲ βαρύνεται κατὰ τοὺς ἐγχωρίους, ὡς Ἄντρων. τὸ ἐθνικὸν Ἀγκώνιος, [41] ὡς Ἀντρώνιος ὄνος (ἡ παροιμία. εὐφυεῖς γὰρ πρὸς μυλῶνας ἔχει λίθους) Καλυδώνιος. λέγεται δὲ καὶ Ἀγκωνίτης, ὡς Ἀρτεμίδωρος.

ἈΓΝΟΥΣ, δῆμος ἐν τῇ Ἀττικῇ τῆς Δημητριάδος φυλῆς. [42] τινὲς δὲ τῆς Ἀκαμαντίδος. ἢ

A Rhegium Rheginus, Metapontium Metapontinus. Itali enim maxime iſthac formatione gaudent.

ANCYRON, urbs Ægypti, cujus meminit Alexander rerum Ægyptiacarum lib. XIII.
B Ita autem vocata eſt, quia ibi ex adjacente lapidicina, anchoras lapideas, quibus utebantur, ſcindebant. Ars gentilitium ex Ægyptiorum conſuetudine format; uti enim à Cynopolis fit Cynopolites, Leontopolis Leontopolites, Lycopolis Lycopolites, Latopolis La-
C topolites; ita etiam Ancyron, Ancyropolites.

ANCON, oppidum eſt Picentinorum; ſed quod forte apud incolas gravi tono profertur, ut Ἄντρων. Gentile inde Anconius, uti Antronius
D catillus, (Proverbium eſt. Egregios enim ad piſtrinum habet lapides) Calydonius. Dicitur etiam Anconites, uti Artemidorus refert.

AGNUS, populus in Attica Demetriadis tribus, ſed quidam Acamantidis eſſe volunt; ſive

Ancyriani uti habet Epitomator) in tota Italia ſunt incogniti. Adeoque hinc non levis oritur ſuſpicio totum hunc locum valde eſſe confuſum, & Epitomatorem hunc Siciliæ locum in alienam regionem tranſportaſſe, & quam peritus fuerit Suidas Geographiæ vel inde apparet, quod totum hunc de Ἀγκυρῶν locum tranſcripſerit, indeque eadem gentilia formaverit.

35 Ἰταλοὶ γὰρ μάλιστα &c.] Non tantum Itali, ſed etiam Siculi hâc formâ gaudent, uti fuſius demonſtravimus pag. 3. commentario XV.

36 Ἀγκυρῶν, πόλις Αἰγύπτου.] Si hoc oppidum nomen habeat ab anchoris lapideis quæ ibi ex lapidicinis exſcindebantur, levis mendi ſuſpicionem recipit locus Ptolemæi, qui exſtat lib. IV. cap. V. ubi nunc legitur: εἶτα ὁμοίως ἀπὸ ἀνατολῶν τῆς νήσου, Ἀγύρων πόλις ξβ γ κθ γ. Sed reſcribendum videtur; Ἀγκυρῶν πόλις.

37 Ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρισκαιδεκάτῳ Αἰγυπτιακῶν.] Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. I. cap. XXII.

38 Ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας.] Olim apud veteres anchoras lapideas in uſu fuiſſe maniſeſtiſſimè liquet ex Apol. Rhodio, qui lib. primo ita canit.

Κεῖσε δὲ καὶ δυναίης ὀλίγον λίθον ἑλκύσαντες
Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἔλιπον
Κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ. ἕτερον δ' ἕλον ὅστις ἀρήρει
Βριθύς. - - - - - Hoc eſt, vertente Hoelzlino:
Hic etiam minuſculum lapidem, qui pro anchora fuerat,
Extractum de conſilio Typhi expoſuerunt ad fontem,
Ad fontem Artacium, aliumque legerunt, qui juſtioris eſſet
Momenti.

Quia hæc explicatione indigent, Scholiaſtæ verba producam. Κεῖσε δὲ καὶ δυναίης. λείπει ἡ ἀντὶ πρόθεσις, ἵν' ᾖ, τὸν ἀντὶ δυναίας καὶ ἀγκύρας λίθον, διὰ τὸ βεβρῶσθαι ἐκ τῆς θαλάσσης, ἀπολύσαντες, ἕτερον ἔλαβον. ἐκεῖνον δὲ κατέλιπον ἐν τῇ Ἀρτακίῃ κρήνῃ. Μιλήσιοι δὲ ἐνοικήσαντες, κατὰ χρησμὸν Ἀπόλλωνος ἄραντες τὴν ἄγκυραν, ἀνιέρωσαν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἰασονίας Ἀθηνᾶς. Ex hiſce doctiſſimi Scholiaſtæ verbis liquet, Argonautas, lapide quem pro anchora uſurpabant aquâ marina eroſo & deperdito, alium accepiſſe. Verum hac occaſione mihi videtur operæ prætium, ut expendamus locum Homeri, qui legitur Odyſſ. N.

- - - - πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο
Funem autem ſolverunt à pertuſo lapide.

Ex hiſce poëtæ verbis nuper vir doctus & amicus in familiari colloquio uſum anchorarum lapidearum mihi demonſtrare conabatur, cujus ego opinioni nequaquam accedere poteram. Nam obſervandum eſt, naves in intimum portus receſſum appulſas (portum hic non ſumo pro flumine, aut quodam maris ſinu) rariſſime à noſtratibus & aliis anchoris alligari, ſed quidem palo in terram defixo, aut annulo quodam ferreo. Deinde funis ab anchora nunquam ſolvitur, ſed ingruente neceſſitate quidem abſcinditur, & in fundo relinquitur. Quid multis opus eſt? Ipſe Heſychius, qui hæc Homeri verba eruditiſſimo commentario illuſtrat, ibi de nullo anchorarum lapidearum uſu mentionem facit, ita enim ille: Τρητοῖο λίθοιο, εἰώθασιν ἐπὶ τῶν λιμένων τρυπᾶν λίθους, ἵνα ἐξ αὐτῶν τὰ ἀπόγεια σχοινία ἐξάπτωσιν οἱ ναῦται. *Conſueverunt in portubus perforare lapides, ut iiſdem nautæ retinacula adjungant.* Adeo ut pertuſi ſive perforati iſti lapides, in portubus pro palis ſive annulis ferreis fuerint.

39 Τὸ ἐθνικὸν ἡ τέχνη ἐκ τοῦ Αἰγυπτίων ἔθους.] Conſimili modo etiam loquitur Stephanus in voce Ἀβόριγινον. τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. Et ſic etiam aliis in locis. Per *artem* verò ſive τέχνην nihil aliud intelligimus quam Grammaticam: nam veteres illa vocabula ita uſurpaſſe certiſſimum eſt; Servio præſertim admodum familiare fuit, ita enim ille ad lib. I. Æneid. *Non ut quidam putant pro curru poſuit, nec eſt Apocope: ſed ratio artis antiqua, quia omnis nominativus pluralis regit genitivum ſingularem.*

40 Ἀγκὼν, πόλις Πικεντίνων.] A rei argumento urbs nomen accepit; egregiè hoc demonſtrat Procopius rer. Gothicar. lib. II. hiſce verbis: ὁ δὲ Ἀγκὼν οὗτος πέτρα τίς ἐστιν ἐγγώνιος. ἀφ' οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφε ταύτην. ἀγκῶνι γὰρ ἐπιπλεῖστον ἐμφερής ἐστιν. *Ancon iſte rupes quædam eſt anguloſa: unde etiam nomen ei quæſitum: quippe inflexo cubito quam ſimillima eſt.* Vide etiam Plinium lib. III. cap. XIII, & Melam lib. II. cap. IV. Verum pro Græco vocabulo Latini deinde formarunt *Ancona*, quemadmodum Δερτὼν *Dertona*, Κρεμὼν *Cremona*, & multa alia quæ iſtius ſunt generis. Urbs Syracuſanos conditores habuit, teſte Strabone lib. V. & cum eo convenit Solinus cap. VIII. inquiens, *Notum eſt Anconam à Siculis conſtitutam.*

41 Ὡς Ἀντρώνιος ὄνος.] De hoc proverbio agemus in voce Ἄντρων, Θετταλίας πόλις.

42 Τινὲς δὲ τῆς Ἀκαμαντίδος.] Inter illos fuit Harpocration: Ἀγνοῦς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δὲ φυλέτης, Ἀγνούσιος: *Populus tribus Acamantidis, cujus tribulis Agnuſius dicitur.* Apud Heſychium eſt τῆς Αἰολίδος φυλῆς δῆμος. Sed Æolidem tribum nemo antiquorum nominavit, uti bene annotavit Meurſius in tractatu de Populis Atticis, qui hunc Heſychii locum emendavit.

ἢ [43] ὡς Φρύνιχος, τῆς Ἀτταλίας. [44] ἐκλήθη δὲ A ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ φυομένης ἄγνου. ἐπιπολάζει γὰρ καὶ τοῦτο τὸ εἶδος παρ' Ἕλλησιν. [45] οἷον Σχολυοῦς, Κυλλοῦς, Πιτυωδοῦς, Δαφνοῦς, Σεμνοῦς, Ἐρικωδοῦς, [46] ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων [47] καὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι δῆμον. τινὲς Ἀχερδοῦς, B Φηγοῦς, Μυρρινοῦς. [48] ὁ δημότης Ἀγνούσιος, ὡς Ῥαμνούσιος, [49] ἀπὸ τῆς γενικῆς, [50] προσόδῳ τοῦ ἴος, τοῦ τ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σεμνοῦντος, Ὀποῦντιος, Ἐριχοῦντιος. τρεπομένου δὲ εἰς α, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ι ὑφαιρουμένου, Ἀλιμούσιος, C Φηγούσιος. [51] διακρίνεται ἡ τροπὴ τῷ ἀδιαιρέτῳ τοῦ πρωτοτύπου, ὅπερ Ἀττικοὶ φιλοῦσι. [52] παρ' αὐτοῖς γὰρ οὐ λέγεται Ἀγνόεις, ἢ Φηγόεις, ἢ Μυρρινόεις. [53] ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ τ λέγεται Σιμοῦντιος. [54] ἀλλὰ διὰ τοῦ σ D. [55] μετὰ

A Attalidis, uti Phrynichus exiſtimat. Ita dictus ab agno ſive à vitice ibi creſcente: Græcis enim hic loquendi modus valdè frequens eſt. Similiter etiam Scolymûs, Scillûs, Pityûs, Daphnûs, Rhamnûs, Ericûs nomen acceperunt ab iis rebus, quæ in illis locis, & Athenienſium pagis gigne- B bantur. Quidam etiam dicuntur Acherdûs, Phegûs, Myrrhinûs. Hinc populare nomen Agnuſius, uti Rhamnuſius, quod derivatur à genitivo, addendo I, & T non reſervando, ſicuti fit in Simuntius, Opuntius, Jerichuntius; ſed illo C in S mutato, & N, quod ipſum præcedit, ſublatô, naſcitur Alimuſius, Pheguſius. Diſcernitur autem hæc mutatio indiviſibilitate primitivi, qua Attici gaudent, ab ipſis enim non dicitur Ἀγνόεις, aut Φηγόεις, aut Μυρρινόεις: hanc ob cauſam Agnuſius non per T effertur, ſed cum S,

[43] Ὡς Φρύνιχος, τῆς Ἀτταλίας.] Apud Phrynichum in Ecloga Atticorum nominum & verborum, nulla, quod ſciam, de hac re ſit mentio. Salmaſius in Vet. MS. mendoſe, ut opinatur, invenit τῆς Ἀττικῆς, non verò Ἀτταλίας. Videbat vir doctiſſimus hic latere ulcus, aſt non ſanavit: exigua mutatione legendum erat, τῆς Ἀτταλίδος.

[44] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ φυομένης ἄγνου.] Nomen igitur accepit à frutice quodam in arborem aſſurgente, qui Latinis *vitex* dicitur. Ariſtoteles lib. IX. de natura animalium refert hoc plantæ genus apibus, quorum ingens apud Atticos ſemper fuit copia, eſſe gratiſſimum. Unde hic frutex nomen habeat lege apud Dioſcorid. lib. I. Nicandri Scholiaſt. & de eo etiam Theophraſt. lib. I. hiſtor. plant.

[45] Οἷον Σχολυοῦς, Κυλλοῦς, Πιτυωδοῦς &c.] Omnia ſic legebat vir ſummus Gronovius: οἷον Σκολυμοῦς, Σκιλλοῦς, Πιτυοῦς, Δαφνοῦς, Ῥαμνοῦς, Ἐρικοῦς. Satis placet hæc ita legi: ſed pro Σχολυοῦς etiam legi poſſet Σχοινοῦς, qui locus Arcadiæ à juncis ibi creſcentibus nomen accepit: de quo etiam vide Lycophronis Scholiaſt. pag. 109.

[46] Ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων.] Videtur hic aliquid excidiſſe, ſi mei arbitrii res foret reſcriberem: ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων φυτῶν. Hunc locum non parum illuſtrabunt verba Euſtathii, quæ refert ad Dionyſium pag. 65. ὅτι δὲ πολλοὶ τόποι ἀπὸ φυτῶν ἔσχον τὰς κλήσεις, ὡς καὶ ἡ ῥηθεῖσα αὕτη Κοτινοῦσα, δῆλον. οὕτω γὰρ καὶ ἡ Ἐρεικοῦσα λέγεται, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ ἐρείκας. καὶ ἡ Μίλητος Πιτυοῦσα ποτὲ, διὰ τὰς πίτυς, ἐκλήθη. Καὶ ἐν Ἀθήναις δὲ πολλοὶ τόποι ἐντεῦθεν ἐκλήθησαν, ὡς ἡ Ῥαμνοῦς, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ ῥάμνων. καὶ ἡ Ποντικὴ δὲ Κερασοῦς, ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων κέκληται. καὶ ἀπὸ τῶν Μυρρινῶν, οἱ Μυρρινούσιοι. *Manifeſtum eſt multos locos ſuas denominationes ſortiri à plantis, uti jam dicta Cotinuſa. Ita quoque Ericuſa appellatur, propterea quod ibi ericæ naſcantur. Et Miletus quondam Pityuſa dicta fuit à pinibus. Atque apud Athenienſes multi loci hinc nomen acceperunt, uti Rhamnus à rhamno illic creſcente: Et Pontica Ceraſus à ceraſis, & Myrrhinuſii à myrtis.* Sed unde Athenienſium Demi habeant ſuum nomen, nemo accuratius dixit, quam Etymologici magni auctor in voce Ἐλεεῖς. οἱ γὰρ δῆμοι τῶν Ἀθηναίων, ἢ ἀπὸ τῶν τόπων, ἢ ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φυτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς χειροτεχνῶν, ἢ ἀπὸ τῶν οἰκησάντων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν.

[47] Καὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι δῆμον. τινὲς Ἀχερδοῦς, &c.] Obſervavit Salmaſius hic ulcus latere, & indubitanter legendum eſſe: καὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι δήμων τινές: optimè quidem: aſt ſi mei arbitrii res foret ſcriberem: καὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι δήμων τινὲς, ὡς Ἀχερδοῦς, Φηγοῦς, &c. Nihil ad rem facit Salmaſium in eadem ora ſui cod. ſcripſiſſe, hic reſcribendum eſſe καὶ τοὺς ἐν Ἀθήνησι δήμους τινάς.

[48] Ὁ δημότης Ἀγνούσιος.] Plutarchus in Theſeo: ἐκ τούτου φασὶ Παλληνέων δήμῳ πρὸς τοὺς Ἀγνουσίων ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι. *Inde aiunt Pallenæorum populo cum Agnuſiis connubium non eſſe.* Et paulò ante: ἦν δὲ κήρυξ μετ' αὐτῶν ἀνὴρ Ἀγνούσιος. *Erat in illorum cœtu caduceator Agnuſius.*

[49] Ἀπὸ τῆς γενικῆς, προσόδῳ τοῦ ἴος, τοῦ τ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σεμνοῦντος, &c.] Nullus in toto Stephano eſt locus corruptior: miſerrimè enim librariorum tranſcriptionibus eſt depravatus: ut nunc partim ſit mutilus, & partim confuſus. Magnum Salmaſium ſatis vexavit, qui veram lectionem vix invenit, ita enim ipſum nutantem ac fluctuantem deprehendo. In MS. veteri erat exaratum: ἀπὸ τῆς γενικῆς προσόδῳ τοῦ ι τούτου φυλασσομένου: ſed hæc, uti affirmat, non eſt indubitata loci lectio: licet codex Voſſianus eandem & mihi exhibuerit. Quæ ſequuntur ita, invenit in MSS: τρεπομένου δὲ εἰς σ, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ν ὑφαιρουμένου: addens; ita hunc locum concepiſſe & emendaſſe, antequam ſcriptos codices nactus fuiſſet. Poſteriora laudamus, ſed antecedentia paulò aliter conſtituerem; totum proinde locum ita lege: ἀπὸ τῆς γενικῆς προσόδῳ τοῦ ἰῶτα, τοῦ τ οὐ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σιμοῦντος, Ἱεριχοῦντος, τρεπομένου δὲ εἰς σ, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ν ὑφαιρουμένου, ὡς Ἀλιμούσιος, Φηγούσιος. Hanc veriſſimam hujus loci lectionem eſſe, nemo ambigere poteſt.

[50] Προσόδῳ τοῦ ἴος.] Legendum eſt uti jam diximus: προσόδῳ τοῦ ἰῶτα, id eſt, *addendo jota.* Quia hæc vocis ſignificatio rarius occurrit, exemplum unum atque alterum ſubjiciam ex Etymologici Magni auctore, ita enim ille in voce Ἀγηγέρατο. ἐκ τοῦ ἀγείρω ὁ μέλλων, ἀγερῶ. ὁ παρακείμενος, ἤγερκα. ὁ παθητικὸς, ἤγερμαι. τὸ τρίτον ἤγερται. καὶ ἀττικῶς, ἀγήγερται. καὶ Ἰωνικῇ προσόδῳ τοῦ α, ἀγηγέρατο. Id eſt, Jonica acceſſione literæ a dicitur ἀγηγέραται. Neque abſimili modo in vocabulo Ἀφικᾶσιν. ταῦτα δὲ τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν εἰς μι πληθυντικῶν οἱ Ἴωνες προσόδῳ τοῦ α, καὶ συστολῇ τῆς παραληγούσης, προφέρουσιν, ἀφιᾶσι, τιθέασι, &c.

[51] Διακρίνεται ἡ τροπὴ τῷ ἀδιαιρέτῳ, &c.] Verborum interpretationem quidem exhibemus, ſed planior eſſet ſenſus, ſi licitum eſſet illa ita reddere. *Differentia hæc indè oritur quod alterum venit à primitivo contracto, quo Attici gaudent.*

[52] Παρ' αὐτοῖς γὰρ οὐ λέγεται Ἀγνόεις &c.] Attici gaudent contractionibus, atque ideo non Ἀγνόεις ſed Ἀγνοῦς efferunt. Canonem huic non abſimilem legimus apud Etymologici Mag. auctorem in voce Πλακοῦς. πλάκοας ἔλεγον πάντα τὰ εἰς πλάτος ἐκτεταμένα, ὅθεν πλακόεις. καὶ Ἀττικῇ συναιρέσει, πλακοῦς. Et ita etiam Ἀγνόεις, pro quo Attici dicunt Ἀγνοῦς, & ſic in multis aliis.

[53] Ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ τ λέγεται Σιμοῦντιος.] Locus hic eſt corruptiſſimus, licet enim ita habeant MSS. & Vulgati codd. reſcribendum eſt: ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ τ λέγεται Ἀγνούσιος, & tunc ſequentia, quibus hanc editionem ex MSS. auctiorem reddimus, antecedentibus reſpondebunt, nempe: ἀλλὰ διὰ τοῦ σ μετὰ τῆς ὑφέσεως τοῦ ν.

[54] Ἀλλὰ διὰ τὸ σ μετὰ τῆς &c.] Hæc & ſequentia verba, uſque ad illa, οὐ γὰρ Ἀττικοὶ ταῦτα. in vulgatis editionis non exſtant, quibus hic locus ita legebatur: οὐδὲ διὰ τὸ τ λέγεται, Σιμοῦντος. οὐ γὰρ Ἀττικοὶ ταῦτα. Hiſce verbis codex Voſſianus erat auctior, quæ optimus Palatinæ bibliothecæ manu exaratus liber etiam Salmaſio exhibuit.

[55] μετὰ τῆς ὑφέσεως τοῦ ν. τὸ δὲ Σιμοῦς, Σιμόεις διαιρεῖται, καὶ Ὀποῦς, Ὀπόεις. τάχα δὲ καὶ [56] τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, κυριώτερα κατέστηκεν. ὅθεν μετὰ τοῦ τ λέγεται Σιμοῦντος· οὐ γὰρ Ἀττικὰ ταῦτα. τὸ τοπικὸν, Ἀγνουσόθεν. [57] καὶ ἐν τόπῳ Ἀγνοῦντι. [58] ἐν τοῖς Ἄξοσιν, ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. εἰς τόπον, Ἀγνοῦντάδε.

ἈΓΝΩΝΕΙΑ, πόλις Θρᾴκης, πλησίον Ἀμφιπόλεως, [59] Ἄγνωνος κτίσμα τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων. τὸ ἐθνικὸν Ἀγνωνείτης, ὡς Μαρωνείτης, τοῦ Μαρώνεια, [60] καὶ Καυνωνείτης, τοῦ Καυνώνεια, κατ' ἔλλειψιν τοῦ α.

ἈΓΝΩΤΕΣ [61], ἔθνος Κελτικῆς παρὰ τὸν ὠκεανὸν, ὡς Ἀρτεμίδωρος.

ἈΓΟΡΑ [62], πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὁ οἰκητὴς Ἀγοραῖος.

ἈΓΟΡΑΙ͂ΟΝ ΤΕΙ͂ΧΟΣ [63], πόλις Εὐρώπης ἐν Ἑλλησπόντῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγοραιοτειχίτης.

ἈΓΟΡΗΣΟΣ, πόλις Καρίας, κτίσμα Ἀργείων ἀποίκων. τὸ ἐθνικὸν Ἀγορησεὺς, ὡς Τελμισεύς. Τυμνησὸς, Τυμνησεύς. δύναται καὶ Ἀγορήσιος, ὡς Λυρνήσιος.

ἌΓΡΑ καὶ ἌΓΡΑΙ, [64] χωρίον [65] ἑνικῶς καὶ

A & N ſublato. Sed Σιμοῦς Σιμόεις dividitur, & ita etiam Ὀποῦς Ὀπόεις. Verum fortaſſis illa quæ videntur dividi magis propria manſerunt: qua de cauſa Simuntius cum T effertur: illa enim non ſunt Attica. Locale, ſive de loco, ab Agnunte. Et in loco, in Agnunte. In Axibus legitur: Quo-
B niam in Agnunte ſacrificium eſt populo. Ad locum, ad Agnuntem.

AGNONEA, urbs Thraciæ, prope Amphipolin, ab Agnone Athenienſium prætore condita. Gentilitium eſt Agnonites, uti Ma-
C ronites à Maronea; & Caunonites à Caunonea, per ellipſin literæ α.

AGNOTES, ge[illegible] num, uti Artemidorus te[illegible].

AGORA, oppidu[illegible] in Ch[illegible], cujus
D incola Agoræus dicitur.

AGORÆUS MURUS, opp[illegible]dum E[illegible]ropæ in Helleſponto, cujus gentile eſt Ago[illegible]techites.

AGORESUS, oppidum [illegible], [illegible]
E niis Argivorum conditum. G[illegible] eſt Agoreſenſis, uti Telmiſenſis, [illegible] Tymneſſis. Poteſt etiam Agore[illegible]us d[illegible], ut Lyrneſius.

AGRA & AGRÆ, ſingulariter & plu[illegible]

[55] Μετὰ τῆς ὑφέσεως.] Ita Salmaſius ex optimo codice. In Voſſiano inveni, μετὰ τῆς ὑφάλσεως, ſed perperam, unde non levis oritur ſuſpicio legendum eſſe: μετὰ τῆς ὑφαιρέσεως. Et illam lectionem puto eſſe veram.

[56] Τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, κυριώτερα κατέστηκεν.] Sic legebat Salmaſius: ſed lego ex Voſſiano cod. τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, κυριώτερα κατέστηκεν. Sed Salmaſianam præfero: & pro κυριώτερα forte κοινότερα eſt reſcribendum.

[57] Καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγνοῦντι. ἐν τοῖς Ἄξοσιν. Ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ.] Ita hunc locum diſtinximus, qui peſſimâ interpunctione antea laborabat. Vulgati & ſcripti codices exhibebant: Καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγνοῦντι ἐν τοῖς Ἄξοσιν, ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. Mala hæc interpunctio tantas mihi turbas excitavit, ut Lugdunenſe noſtrum oraculum J. F. Gronov. conſulere neceſſe habuerim, qui me admonebat, hæc verba ita eſſe diſtinguenda, uti hæc habet editio.

[58] Ἐν τοῖς Ἄξοσι. In Axibus.] Axes dicuntur Athenienſibus tabulæ ligneæ in quibus Solonis leges inciſæ erant. Illuſtre hujus rei teſtimonium exſtat apud A. Gellium lib. II. cap. XII. quod ſic incipit. *In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt, quaſque latas ab eo Athenienſes, ut ſempiternæ manerent, pœnis & religionibus ſanxerant, legem eſſe Ariſtoteles refert ſcriptam ad hanc ſententiam*, &c. Suidas: Ἄξονες. οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγράψαι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσι. ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα. μέμνηται τῆς λέξεως Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. *Axes. Athenienſes ſic appellarunt Solonis leges, quod illæ in ligneis tabulis eſſent inſcriptæ. Fuerunt autem figura quadrata. Hujus vocis meminit Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem.* Vide Plutarchum in Solone & in Numa qui de hiſce Axibus etiam mentionem facit, atque etiam Suidam qui totum Harpocrationes locum tranſcripſit. Ex hiſce igitur Axibus ſive ligneis tabulis in quibus Solonis leges erant inſcicæ, producit Stephanus ſequentia verba, nempe: ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. Omnes teſtantur tabulas fuiſſe ligneas Polluce excepto, qui eas æreas teſtificatur.

[59] Ἄγνωνος κτίσμα, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων.] Quia multi fuerunt Agnones, difficulter divinaſſem, quiſnam hoc loco eſſet intelligendus, niſi Stephanus dixiſſet Athenienſium ducem fuiſſe, de quo apud Thucyd. lib. II. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, Ἄγνων ὁ Νικίου, καὶ Κλεόπομπος ὁ Κλεινίου, ξυστρατηγοὶ ὄντες Περικλέους. *Eadem æſtate Agnon Niciæ, & Cleopompus Cliniæ filius, Periclis in prætura collega.* Vide & Plutarchum in Pericle & in Nicia. Alius eſt de quo mentionem facit in Alexandro, qui ſibi volebat comparare Crobylum celebris apud Corinthios nominis puerum; quique Athenæo teſte lib. XII. tanto luxu vitam degebat, ut crepidas clavis aureis confixas geſtaret.

[60] Καὶ Καυνωνείτης, τοῦ Καυνώνεια.] Sic habent ſcripti & editi: ſed vitioſa eſt ſcriptura: ſine dubio ſcribendum, καὶ Καυκωνείτης, ἐκ τοῦ Καυκωνεια.

[61] Ἀγνῶντες, ἔθνος Κελτικῆς.] Fortaſſis hi iidem ſunt populi, qui à Plinio lib. III. cap. XIX. Anagnutes appellantur.

[62] Ἀγορὰ, πόλις ἐν Χερρονήσῳ.] Hujus oppidi etiam meminit Herodot. lib. VII, quique ei eundem ſitum aſſignat.

[63] Ἀγοραῖον τεῖχος.] Valde ambigo, ut & alii viri docti, an non ſit idem oppidum quod à Stephano modò Ἀγορὰ appellatum ſit.

[64] Χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς. ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς &c.] Hic locus mihi nonnihil videtur confuſus, quem ita conſtituerem: Ἄγρα καὶ Ἄγραι, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς, χωρίον ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως &c. Antiquiſſima [illegible] memoria exſtat apud Pauſaniam in Atticis: Διαβᾶσι καὶ τὸν Εἰλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι [illegible], ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. *[illegible] Iliſſum trajeceris, locum offendes, qui Agræ dicitur, & venatricis Dianæ ædem: ibi enim primum, cum ex Delo veniſſet, venationibus operam dediſſe Dianam ferunt, ob eam[illegible] cauſam ejus ſimulachro arcus additur.*

[65] Ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς.] [illegible]dem teſtificatur [illegible] ad Iliad. B. pag. 361. ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις [illegible] ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Π[illegible] ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ. ᾧ κλῆσις Ἄγραι καὶ Ἄ[illegible] id [illegible]. *Præterea autem Diana Agrotera, uti etiam comicus indicat, apud Platonem ſecundum Pauſaniam Agræa dicitur, à regione quodam juxta Iliſſum, cui nomen eſt Agræ & Agr[illegible].*

Apud

καὶ πληθυντικῶς. ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς [66] πρὸ τῆς A πόλεως, [67] ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον. ἐν ᾧ λέγουσι δὲ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι.

pluraliter, locus in Attica ante urbem, ubi minora myſteria peraguntur ad imitationem Dionyſiorum: quibus etiam Hercules initiatus dicitur.

ἈΓΡΑΙ͂ΟΙ [68], ἔθνος Ἀράβιον, ὡς [69] ἐν ἑκκαιδεκάτῳ Στράβων. ἔστι δὲ ἕτερον ἔθνος B πλησίον Ἀκαρνάνων, [70] ὡς Θουκυδίδης ἐν τρίτῃ. τὸ [71] θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Ἀγραία. λέγονται δὲ καὶ Ἀγραεῖς, ὡς Ἐρατοσθένης.

AGRÆI, gens Arabica, uti Strabo lib. XVI. teſtatur. Eſt præterea alia gens prope Acarnanos, uti Thucydides lib. III. refert. Fœmininum regionis eſt Agræa. Dicuntur autem etiam Agræenſes, ut Eratoſthenes tradidit.

ἈΓΡΑΥΛΗ͂, δῆμος Ἀθήνησι [72] τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς. τινὲς δὲ Ἀγρυλὴ γράφουσιν C ἄνευ τοῦ α, Ἀγρυλῆθεν. θέλει δὲ τὸ α, ἀπὸ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατρός. [73] τρεῖς δὲ ἦσαν, [74] ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμέναι, [75] Πάνδρο-

δρο-

AGRAULE, populus apud Athenienſes tribus Erechtheidis. Quidam vero abſque a, Agryle ſcribunt. Ex Agryle. Sed ſcriptionem per à requirit. quia ab Agraulo Cecropis filia nomen habet: Tres autem erant, ita dictæ ab iis rebus, quibus fructus augentur: Pan-

dro-

Apud Pauſaniam quem modò produximus plurali numero, & apud Strabonem lib. IX. ſingulari numero uſurpatur. Etymologici Mag. auctor: Ἄγρα, Δήμητρος ἱερὸν λέγεται. καὶ ἡ θήρα. λέγονται δὲ πληθυντικῶς δὲ οἱ τόποι.

66 Πρὸ τῆς πόλεως.] Neque aliter Heſychius: Ἄγραι, χωρίον Ἀττικὸν ἔξω τῆς πόλεως. ἱερὸν Δήμητρος. Omnis ager extra urbem, & fundus, & villa, & prædium Græcis ἀγρὸς dicitur, unde hic locus in Attica extra Athenas nomen forte ſortitus eſt. Etymologi Mag. auctor: Ἀγρὸς, ὁ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος.

67 Ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται.] Vide Meurſii Græciam feriatam pag. 8.

68 Ἀγραῖοι, ἔθνος Ἀράβιον.] Ptolemæo lib. V. cap. XIX, & Dionyſio Alexandrino etiam Ἀγραῖοι dicuntur, & Hebræis הגרים vel הגריאים primo Chron. 5: 10. 19: 20. & Pſalm. 83. verſu 7. Nomen habent ab Hagare, uti teſtatur Aben Eſra in commentariis ad Pſalmum modò citatum: *Sunt iſti Hagareni, quos genuit Hagar ex viro alio, non Abrahamo.* Sed contra Gabriel Sionita in Arabiæ deſcriptione cap. I. *Arabia* inquit *non ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio, ut Latinorum plerique aſſerunt, ſed ab Araba, plaga non longè à Medina ſita, nomen ſortita eſt, quam incoluit Iſmaël, Abrahami & Hagar filius, à quo etiam Iſmaelitæ, & Hagareni dicuntur.* Eratoſthenes apud Strabonem lib. XVI. dicit, fœlici Arabiæ ab Heroum urbe Babylonem uſque adjacere Nabathæos, Chaulotæos & Agræos: & Dionyſius pag. 122. eoſdem populos à monte Libano uſque ad mare Perſicum ſimili ordine collocat: ſed Ἀγραῖοι ab ipſo appellantur Ἀγρέες forte metri gratia: & ad hunc locum Euſtathius ipſum citat Stephanum: Χαβλάσιοι καὶ Ἀγρέες, οὓς, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, Ἀγραίους λέγει.

69 Ἐν ἑκκαιδεκάτῳ.] Malè in MSS. ς, id eſt ſexto: à librariis jota prætermiſſum videtur.

70 Ὡς Θουκυδίδης ἐν τρίτῃ.] Forte Epitomator hunc locum reſpexit: καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δὲ σφίσι. *Ingreſſi ſunt in Agræorum agrum, qui non Acarnaniæ jam, ſed ipſis amicus erat.* Idem eodem libro & aliis locis de hiſce populis mentionem facit. Vide quoque Livium lib. XXXII. cap. XXXIV.

71 Θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Ἀγραία.] Non ſolùm Agræa, ſed & Ἀγραῒς dicitur à Thucydide lib. III. οἱ δ᾽ ἄλλοι διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα, ὅμορον οὖσαν. *Cæteri verò in Agraidem, quæ finitima erat, diffugerunt.*

72 Τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς.] Ita etiam Suidas, Harpocration, & Phavorinus: alii tamen ad alium tribum referunt, inter quos eſt Heſychius, qui Demi nomen etiam ſine A effert: Ἀγρυλὴ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς καὶ τῆς Ἀτταλίδος. Sed Stephanus hanc Heſychii ſcriptionem improbat: θέλει δὲ τὸ A.

73 Τρεῖς δὲ ἦσαν.] Rectè Apollodorus lib. III. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν [lege: παῖδα ἔσχεν.] Ἐρυσίχθονα, ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε. Θυγατέρας δὲ Ἄγραυλον, Ἕρσην, Πάνδροσον.

74 Ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμέναι.] Nullis profectò rebus magis augentur fructus, quam talibus quæ vim habent calefaciendi & refrigerandi: à calore ſive igne nomen habet Ἄγραυλος, teſte Heſychio: Ἄγραυλον, ὕπαιθρον καὶ ἐρημόν, ἢ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενον, ἢ καπυρόν. Hoc eſt: *calore ſolis ferventem.* Tali enim ſignificatu hæc vox καπυρὸν ſumitur à Theocriti Scholiaſta ad hunc verſum, qui legitur Idul. ſexto:

Ὡς ἀπ᾽ ἀκάνθας ταὶ καπυραὶ χαῖται, hoc eſt:

Quemadmodum à cinara defluunt torridæ comæ.

Ubi Scholiſt. Καπυραὶ, αἱ κεκαυμέναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν θερμότητα. Componitur autem illa vox, ut annotavit Euſtathius ad Iliad. Δ. pag. 437, ἀπὸ τοῦ καίειν καὶ πυροῦν. Quis ignorat rorem refrigerandi vim habere, quod hic ſignificatur vocabulis Ἕρση & Πάνδροσος. Nam Etym. Mag. auctor in Ἕρσαι. Ἕρση γὰρ ἐστὶν ἡ δρόσος: *Herſe rorem denotat.* Heſychius: Ἕρσαι, οἱ ἐν τῷ χειμῶνι γινόμενοι ἔρριφοι, καὶ τὰ ἁπαλὰ τῶν προβάτων, καὶ αἱ δρόσοι. Hinc Minerva apud Homerum Iliad. N. in Scheriæ deſcriptione rorem τεθαλυῖαν nominavit, quæ fructus facit vireſcere, vigeſcere & augeſcere: nam ita hæc verba à Scholiaſte, qui nobis pro Didymo obtruditur, explicantur: θάλλειν ποιοῦσα καὶ αὔξειν τὰ φυτά. Neque hoc mirum, nam omnia plantarum genera & fructus rore rigantur, & inde quaſi pótum accipiunt. Adeò ut in hunc ſenſum egregiè dixerit Etymologi Mag. auctor. Ἕρση, ὁ δρόσος, νοτία, ὁμίχλη. καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἐέρση. παρὰ τὸ ἄρδω ἄρσω, ἄρση, ἕρση. ποτίζεται γὰρ ὑπ᾽ αὐτῆς πάντα τὰ φυτὰ, καὶ καταρδεύεται.

75 Πάνδροσος, Ἕρση, Ἄγραυλος.] Ita etiam appellantur Apollodoro lib. III. cujus locum paulò ante allegavimus, neque etiam aliter Ovidio lib. II. Metamorph.

Pars ſecreta domus ebore, & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos: Quorum tu Pandroſe dextrum,
Aglauros lævum, medium poſſederat Herſe.

Similiter etiam Hyginus fab. CLXVIII. *Quem Minerva cùm clam nutriret, dedit in ciſtula ſervandum Aglauro, Pandroſo & Herſæ Cecropis filiabus.* Sed notandum eſt apud Ovidium & Hyginum ſcribi *Aglaurus*, cùm indubitanter *Agraulus* ſcribendum ſit. Mendum illud leve etiam apud Suidam occurrit: Ἄγλαυρος, ἡ θυγάτηρ Κέκροπος & apud Pauſaniam in Atticis pag. 31. ubi etiam Ἄγραυλος reſcribendum cenſeo; nam λ & ρ hìc non debent commiſceri, quemadmodum evincitur ex ipſo Demi nomine; & addit Stephanus à quibuſdam ſcribi Ἀγρυλὴ, ſed non Ἀγλαυρή: Et apud Heſychium non Ἄγλαυρον, ſed Ἄγραυλον, καπυρὸν denotat, uti jam probavimus. Sic etiam ſcripſit Etymol. Mag. auctor in voce Ἄρειος πάγος. Et Demoſthenes in oratione de falſa legatione, ad quem locum ita commentatur Ulpianus. Ἐστι μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγραυλος. ἐν δὲ τῷ τεμένει αὐτῆς οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. *Eſt una è Cecropis filiabus Agraulus dicta: in ejus autem templo, qui pueritiam exceſſiſſent, in omni armatura jurabant, pugnaturos ſe ad mortem uſque pro patria.* In memoriam Herſæ etiam Athenis Ἑρσηφόρια celebrarunt, cujus feſti meminerunt Suidas & Etymol. Mag. auctor. Denique & Pandroſo Athenienſes ſacrificaſſe, docet Athenagoras in Legatione. Præterea

per

δροσος, Ἕρση, Ἄγραυλος. [76] ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ, ἀπὸ τοῦ δήμου κληθεῖσα Ἀγρυλή. ὁ δημότης, Ἀγρυλεύς. [77] καὶ Ἀγρυλῆθεν ἐκ τόπου. εἰς τόπον, Ἀγρυλῶδε. [78] δέχεται δὲ δύο τόπους. καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγρυλῆσι. A

ΑΓΡΗ, πόλις Λυδίας. Ἡρωδιανὸς ἐν ἑνδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀγραῖος, ὡς Ἀσκραῖος. B

ΑΓΡΙΑΙ [79], ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας, μεταξὺ Αἵμου, καὶ Ῥοδόπης. παρὰ Πολυβίῳ δὲ [80] διὰ τοῦ αι. [81] εὑρέθη δὲ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ, τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος. λέγονται καὶ Ἀγραῖοι C τετρασυλλάβως, καὶ Ἀγριεῖς, ὡς Θεόπομπος. καὶ κτητικὸν, Ἀγρικόν. λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι γραφέντι εἰς Νεοπτόλεμον Πισίδην οὕτως,

> Εἰμὶ Νεοπτόλεμος Κρεσσοῦ, τρισσῶν δ' D
> ἐν ἀδελφῶν
> Ἔστασαν Τλωεῖς κῦδος ἐμὸν δόρατος
> [82] Οὐ νεκένων Πισίδας καὶ Ἀγριᾶνες, ἤδ'
> Ἀγριάνας
> Καὶ Γαλάτας τοσσοὺς ἀντιάσας στόρεσα. E

τὸ κτητικὸν Ἀγριανικὸς, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρῳ χρονικῶν.

ΑΓΡΙΣΑ [83], πόλις Καρμανίας. ὁ πολίτης,

A drofus, Herſe, Agraulus. Eſt item urbs, Athenienſium colonia in Sardinia, à Demo Agryle nominata. Tribulis Agrylenſis: & ex Agryle, de loco: ad locum, ad Agrylem. quod duobus modis dicitur. Et in loco, in Agryle.

B AGRE, urbs Lydiæ, apud Herodianum lib. XI. Gentile eſt Agræus, uti Aſcræus.

AGRIÆ, in maſculino genere, gens eſt Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen. Apud Polybium verò vocabulum illud librô decimo octa- C vô cum αι inventum eſt: Gens enim Agræorum. Vocantur etiam quadriſyllabicè Agraïi, & Agrienſes apud Theopompum. Poſſeſſivum eſt, Agricum. Nominantur etiam Agrianes, uti liquet ex epigrammate, quod in Neoptolemum Piſiden hoc modo ſcriptum eſt.

> D *Sum Neoptolemus Creſſi filius, trinos inter fratres*
> *Steterunt Tloenſes, gloria meæ haſtæ.*
> *Submiſi Piſidas, & Pæones, & etiam Agrianes,*
> E *Et Gallos tantos invadendo proſtravi.*

Poſſeſſivum Agrianicus, uti Charax libro ſecundo chronicorum inquit.

AGRISA, oppidum Carmaniæ, cujus oppi-

per Agraulum ſolebant jurare: hinc apud Comicum Græcum in Cerealia celebrantibus legimus. Οὔτοι μὰ τὴν Ἄγραυλον ὦ γυναῖκες εὐφρονεῖτε. Sed interpres & Biſetus in turpiſſimum errorem incidunt, per Ἄγραυλον Dianam intelligentes: Nam ita Biſetus. περιφραστικῶς οὕτω καλεῖ τὴν Ἄρτεμιν, ὡς ἐν τοῖς ἀγροῖς διὰ τὰς θήρας ἐναυλιζοῦσαν, καὶ διάγουσαν. Hæc nemo antiquorum affirmabit; nam neminem Ariſtophanes intelligit, niſi Cecropis filiam; & uti per Agraulum Athenienſes ſolebant jurare, ita etiam per Pandroſum, ut apud eundem in Lyſiſtrate.

> Εἶτ' ἄρα νὴ τὴν Πάνδροσον ταύτῃ μόνον
> Τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς.
> *Per Pandroſum, ſi tu iſti paululum*
> *Manum injeceris.*

[76] Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ.] Hanc urbem Cluverius in antiquæ Sardiniæ deſcriptione non agnoſcit, & præterquam quod hæc urbs ab Athenienſium Demo nomen accepiſſe hic dicitur: Pauſan. in Phocicis ei præterea etiam nominis originem attribuit à Gryllo quodam, qui claſſis Athenienſium eo miſſæ dux & præfectus fuit. Sed locum, quia eſt corruptiſſimus, producam. Καὶ Ὀλβίαν μὲν πόλιν οἰκίζουσιν, ἰδίᾳ δὲ Ὀγρύλλην οἱ Ἀθηναῖοι διασώζοντες τῶν δήμων τῶν οἴκοι τινὸς τὸ ὄνομα. ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος. ubi procul dubio Ἀγρύλλην pro Ὀγρύλλην eſt reſcribendum.

[77] Καὶ Ἀγρυλῆθεν.] Alio vocabulo uſus fuit Plutarchus in Themiſtocle: ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας, Λεωβώτης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν, ubi malè vox in antepenultima ſignabatur. *Proditionis crimen intentavit ei Leobotes Alcmæonis filius Agraulenſis.*

[78] Δέχεται δὲ δύο τόπους.] Sic perperam hic legitur. MSS habent, δέχεται δὲ δύο τόνους. quod mihi etiam non placet, reſcribendum cenſeo, λέγεται δὲ κατὰ δύο τρόπους. uti noſtra exhibet verſio; nam duobus modis nomen populare effertur: Ἀγρυλῆθεν & Ἀγραυλῆθεν uti modo ex Plutarcho produximus, neque aliud ab Ἀγραυλὴ formari poſſet niſi etiam Ἀγρυλὴ diceretur.

[79] Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας.] Variè apud Græcos auctores hujus gentis nomen ſcriptum reperitur. Stephanus quinque modos enumerat: Ἀγρίαι, Ἀγραῖοι ex Polybio, ubi nunc aliter legitur, ut infra oſtendimus: Ἀγραῖοι, Ἀγριεῖς, & denique Ἀγριᾶνες quod Herodoto, libro v. Thucyd. lib. II. & Arriano præſertim eſt familiariſſimum. Accuratè Stephanus gentis ſitum indicat, neque ab eo diſſentiunt ſupra dicti. A Curtio paſſim *Agriani* appellantur, & fuerunt viri fortiſſimi, quique ſemper ab Alexandro eligebantur, quoties magnum aliquod & heroïcum facinus aggrediebatur.

[80] Διὰ τοῦ αι.] Aldina cum Florentina convenit, quæ habet, διὰ τοῦ α: & ita nobis exhibuit cod. Voſſianus, neque aliter legebat Salmaſius ex MSS Palat. Xylander verò correxit, διὰ τοῦ αι. Nihil auderem ſtatuere, quia citata ex Polybio cum hodiernis editionibus non conveniunt. Salmaſius tamen de loco Polybii aliquid affirmavit, in margine ſui codicis; quod non rectè legere, multò minus tranſcribere poſſum.

[81] Εὑρέθη δὲ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ, τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος.] Hodie apud Polybium legitur: τὸ γὰρ τῶν Ἀγριῶν ἔθνος: & non inveniuntur eo libro quem Stephanus citat, uti me monuit elegantiſſimi ingenii juvenis Jacobus Gronovius, qui tunc temporis in Polybio edendo bonam operam collocabat: ſed libro XVII. cap. V. Itaque non eſt emendandus Stephanus conſentientibus in vulgatum MSS. Nam egregiè hinc fulcitur conjectura eruditiſſimi Hen. Valeſii pag. 18. ad excerpta, ex MS. & Livio nos docentis colloquium Titi cum Philippo pertinere ad librum XVIII, non XVII, quæ nunc diſtinctio malè obtinet.

[82] Οὐ νεκένων Πισίδας καὶ Ἀγριᾶνες, ἤδ' Ἀγριάνας.] In omnibus editionibus talis reperitur lacuna: Οὐ[illegible] Πισίδας &c. Illam ſupplevimus ex Voſſiano cod. verbis reverà nihil ſignificantibus. Salmaſius ex Palatinis codd. legebat: φονεκεῶν. Πισίδας: & reliqua ita reſtituenda putabat, καὶ Παίονας ἤδ' Ἀγριάνας: Sed utinam hæc proba eſſet loci lectio! Hic verſus eſt profligatiſſimus, & nihil juvant, ut vides lector, libri manu exarati; nam quid eſt φονεκεῶν, & quid οὐ νεκένων? præterea Ἀγριᾶνες & Ἀγριάνας non ſunt ſimiles caſus, quos conjunctio poſtulat. Putarem tamen conjecturâ hunc locum ita poſſe conſtitui.

> Ὑφῆκα Πισίδας, καὶ Παίονας ἤδ' Ἀγριάνας.
> Καὶ Γαλάτας τοσσοὺς ἀντιάσας στόρεσα.

[83] Ἄγρισα, πόλις Καρμανίας.] Ptolemæus lib. VI cap. XVI. in Carmaniæ deſcriptione mentionem facit de oppido cujus nomen eſt Ἄγρις, quod forte idem eſt, de quo nunc Epitomator.

λίτης, Ἀγρισαῖος, [84] ὡς Ἔδεσα, Ἐδεσαῖος. A

ἈΓΡΟ'Σ [85], τὸ χωρίον. ὁ οἰκήτωρ, ἀγρότης, καὶ ἄγρoις, καὶ ἀγροιώτης, καὶ ἀγρωτὴρ, καὶ ἀγρώτερα, καὶ ἀγρώτης διὰ τοῦ ω μεγάλου. [86] ὡς Μαλλὸς Μαλλώτης, καὶ Ἥπειρος B Ἠπειρώτης. καὶ ἀγρώσης πλεονασμῷ τοῦ σ. καὶ συνθέτως [87] ἀγροῖκος, καὶ ἀγροῖκος. [88] ἀφ' ὧν παρώνυμον τὸ ἀγροικηρὸς, ὡς ζιγηρός. καὶ ἀγροικηρὴν φύσιν. [89] καὶ ἀγροιώτης, καὶ ἀγρωστῖνος. καὶ ἀγρεῖος. καὶ ἀγρείτης, ὡς C τόπος, τοπίτης. καὶ ἀγρείη διὰ διφθόγγου.

ἈΓΥΙΑ' [90], τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει πρὸς τὴν ὁδόν. [91] Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκωνος, παρὰ τὸ ἀΐσσω φησίν. [92] ἔστι δὲ, ὡς παρὰ τὸ ἄρπη, ἅρπυια, ὀρέγω, ὀρέγυια. D ὁ τοπίτης, ἀγυιεύς. [93] λέγονται καὶ ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι, [94] ὡς Εὔπολις. [95] καὶ κατὰ συναίρεσιν ἀγυιέας, ἀγυιᾶς. [96] λέγεται καὶ κίων ἀγυιεὺς εἰς ὀξὺ ἀπολήγων, [97] ὁ περὶ τῶν θυρῶν ἱστάμενος. [98] Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζού- E

AGYIA, locus in urbe, qui viam meabilem ſignificat. Verum Heracleo Glauconis filius ait derivari à voce ἀΐσσω, me impello, tranſeo. Formatur autem ab ἄγω ἄγυια, uti ab ἅρπω ἅρπυια, ὀρέγω ὀρέγυια. Qui in tali loco habitat Ἀγυιεὺς dicitur. Sic etiam appellantur obeliſci Diis dedicati, ut Eupolis tradidit, & per ſynæreſin ἀγυιέας ἀγυιᾶς. Et Ἀγυιεὺς quoque dicitur columna in acumen deſinens, quam ante fores ſtatuunt, de qua Ariſtophanes in Cerealia celebran-

84 Ὡς Ἔδεσα, Ἐδεσαῖος.] Urbis hujus nomen & gentile ſuo loco Stephanus ſcripſit cum duplici S, Ἔδεσσα, Ἐδεσσαῖος.

85 Ἀγρὸς, τὸ χωρίον.] Hic locus Græcè debet legi, neque rectè Latinè verti aut exprimi poſſet. Et pleraque ab hoc vocabulo derivativa leguntur apud Heſychium, Etymologici Mag. auctorem, Suidam, Phavorinum, Euſtathium, atque alios.

86 Ὡς Μαλλὸς, Μαλλώτης.] Eſt oppidum Ciliciæ cujus incola Mallota dicitur, de quo vide Stephanum ſuo loco.

87 Ἄγροικος καὶ Ἀγροῖκος.] Diſtinguit ſimiliter Euſtathius ad Odyſſ. A. pag. 1409. Ἄγροικος προπαροξυτόνως ὁ κατ' ἀγρὸν διαιτώμενος, ἀγροῖκος δὲ προπερισπωμένως ὁ ἀπαίδευτος. Contra vero apud Heſychium legitur: Ἀγροῖκος, ὁ ἐν ἀγρῷ διάγων: Hic in penultima circumflectitur, & tamen indocti ſignificationem non habet.

88 Ἀφ' ὧν παρώνυμον.] Sic in omnibus editionibus eſt excuſum, & ita etiam invenit Salmaſius in quodam codice: ſed ex alio recentiori legebat: ἀφ' ὧν παράγεται τὸ κτητικόν.

89 Καὶ ἀγροιώτης, καὶ ἀγρωστῖνος.] Salmaſius legebat: καὶ ἀγροιώτης, καὶ ἀγρώστης, καὶ ἀγρωστῖνος.

90 Ἀγυιὰ τόπος &c.] De hac voce vide Heſychium, qui illud deducit, ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῶν ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, τουτέστι πορεύεσθαι. λέγεται γὰρ καὶ τὸ ἄγειν ἀντὶ τοῦ φοιτᾶν Ὅμηρος, καὶ τοῦ ἔρχεσθαι. Ita hunc Heſychii locum legerem. Vide præterea Suidam, Harpocrationem, & Euſtathium pag. 166. ad Iliad. B. & aliis in locis.

91 Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκωνος.] In voce Ἀρέθουσα legitur, Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου. Sed nihil refert quomodo ſcribatur. Vide Euſtath. ad Iliad. B. pag. 369.

92 Ἔστι δὲ, ὡς παρὰ τὸ ἄρπη ἅρπυια, ὀρέγω ὀρέγυια.] Hæc partim ſunt mutila, partim corrupta, quæque procul dubio hoc modo ſunt reſtituenda: ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἄγω ἄγυια, ὡς ἅρπω ἅρπυια, ὀρέγω ὀρέγυια. Quia Heracleonis derivationem παρὰ τὸ ἀΐσσω non approbat, neceſſario aliam debebat indicare: eſtque hæc παρὰ τὸ ἄγω ἄγυια aliis grammaticis familiariſſima, Etymologici Mag. auctor. Ἀγυιὰ, ἡ ὁδός. [illegible] τὸ [illegible] τὸ πορεύομαι: & alio loco: Ἅρπυιαι, αἱ ἁρπακτικαὶ [illegible] παρὰ τὸ ἅρπω τὸ ἁρπάζω, ἅρπυια, ὡς αἴθω, αἴθυια, καὶ ἄγω, ἄ[illegible]

93 Λέγ[illegible] καὶ ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι.] Videtur hic aliquid deeſſe, [illegible] λέγονται καὶ ἀγυιεῖς ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι. Sed quibuſnam Diis erant dicati? Explicat hoc Suidas: ἰδίως δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου. οἱ δὲ ἀμφοῖν. *Ajunt autem hos obeliſcos Apollini eſſe proprios, alii vero Baccho: alii vero ambobus ſacros eſſe volunt.* Sed præter hunc uſum, quod Apollini ſive Baccho eſſent ſacræ columnæ alium etiam habebant; nam unuſquiſque civium de re quapiam læto accepto nuntio aras in veſtibulo ſtantes adolebat, diiſque quibus erant dicatę hæ columnę ſacrificabat, quod obſervare licet apud Ariſtophanem in Equitibus, ubi Chorus ad Agoracritum ita loquitur.

Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις; ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν Ἀγυιάς;

Quam bonam & quam lætam famam adfers? Hac de cauſa Diis in veſtibulis ſtantibus ſacrificabimus.

Et ad hæc verba antiqua Scholia. Ἔθυον γὰρ περὶ τῶν εὐαγγελίων περὶ τῶν πυλῶν ἕκαστος. ἄλλως. ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς, ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις, θύειν. ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν ἐπινεύσαιεν ταύταις. εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν.

94 Ὡς Εὔπολις.] Fortaſſe priſcum illum Comicum intelligit, de quo vide Suidam & alios.

95 Καὶ κατὰ συναίρεσιν ἀγυιέας ἀγυιᾶς.] Noſter hanc figuram appellat ſynæreſin, qua in accuſ. plural. ἀγυιᾶς dicitur: Suidas dicit per ſynalœpham fieri, in eo Harpocrationem ſequens, qui & Atticis eam in hujuſmodi locis ait eſſe propriam, hujus rei exemplum habemus apud Ariſtophanem in Equitibus, & in Avibus.

96 Λέγεται καὶ κίων ἀγυιεὺς, εἰς ὀξὺ ἀπολήγων.] Paulò ante obeliſcum Diis dedicatum appellabat: nunc verò dicit eſſe columnam in acumen deſinentem. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 166. Ἀγυιὰ γὰρ ἡ κοινῶς λεγομένη ῥύμη, ἀφ' ἧς καὶ ἀγυιεὺς, κίων ἱερὸς Ἀπόλλωνος περὶ θυρῶν ἑστὼς, λήγων εἰς ὀξύ. γίνεται δὲ παρὰ τὸ ἄγειν. Sed Heſychius refert fuiſſe aram ſtantem pro foribus, quæ columnæ formam habebat. Ἀγυιεὺς, ὁ περὶ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος. A quo etiam non diſſentit Etymol. Mag. auctor.

97 Ὁ περὶ τῶν θυρῶν ἱστάμενος.] Sic habent libri editi: in Voſſiano codice inveni, & Salmaſius in Palatinis: Ὁ περὶ τῶν θυρῶν ἱστορούμενος, ſed perperam ita legitur, uti liquet ex Euſtathio, Suida & Cl. Alexandrino in admonitinoe ad gentes.

98 Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.] Locus Ariſtophanis, quem reſpicit Stephanus, ita ſonat.

Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν. εἶτ' ἐρειδομένη
Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.
Ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἴρηχ' Εὐριπίδης. Hoc eſt.
Egreſſa ſum ad mæchum, deinde enixa ſum.
Juxta columnam in veſtibulo collocatam fortiter adhærens lauro:
Hæc nunquam deprehendit Euripides.

 Ita

ζούσαις. 99 καὶ ὁ Ἀπόλλων ἀγυιεύς, καὶ ἀγυιάτης, A τουτέστιν ὁ ἐφόδιος. καὶ θηλυκὸν ἀγυιάτις, 1 ὡς καὶ τὰ προπύλαια τοῦ ἀγυιέως ἀγυιάτιδες λέγονται. τὸ τοπικὸν ἀγυιαῖος. Σοφοκλῆς Ἑρμιόνῃ,

Ἀλλ' ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιαίου πέδον. B

ἔστιν οὖν τὸ μὲν ἀγυιεύς, ἀπὸ τοῦ ἀγυιά, ὡς Τρύφων φησὶν ἐν παρωνύμοις, πᾶν εἰς α θηλυκὸν ἰσοσύλλαβον ἔχει τῇ εὐθείᾳ καὶ τῇ γενικῇ τὸ παρώνυμον. Μοψοπία Μοψοπιεύς, Ἐρετριεύς, Φωκαεύς, Θεσπιεύς. τὸ δὲ ἀγυιάτης, ὡς Κορώνεια Κορωνειάτης, 2 Καρνειάτης, Καυλωνειάτης. τὸ δὲ ἀγυιαῖος, ὡς ἀρουραῖος. C

ἈΓΥ´ΛΛΑ 3, πόλις Τυρρηνίας. Λυκόφρων,

Ἀγύλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασεν. D

4 Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν. μετωνομάσθη δὲ Καίρε. Θετταλῶν γὰρ κρατούντων τῆς πόλεως, προσελθών τις τῶν ἀπὸ Λυδίας μετοικησάντων Τυρρηνῶν, ἠρώτα τί ἂν εἴη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως; τὶς δὲ E ἀντὶ τῆς ἀποκρίσεως, τὸ χαῖρε εἶπεν. ὅθεν Τυρρηνοὶ κρατήσαντες, 5 Καίρε προσηγόρευσαν. τὸ ἐθνικὸν Καιρετανοί, ὡς Στράβων. ὁ πο-

brantibus: Et Apollo Agyieus & Agyiates viarius eſt. Hinc fœmininum Agyiatis: ſiquidem veſtibula Agyiei Agyiatides nuncupentur. Locale Agyiæus, quo utitur Sophocles in Hermione.

Sed ô paternæ terræ Agyiæi ſolum.

Agyieus igitur à voce Agyia derivatur, uti Tryphon in denominativis inquit. Omne fœmininum in a deſinens, ſi derivativum ſit, in nominativo & genitivo pares habet ſyllabas. Mopſopia Mopſopieus, Eretrieus, Phocaeus, Theſpieus. Agyiates, verò uti Coronea Coroneates, Carneates, Cauloneates. Agyiæus verò, uti ἀρουραῖος agreſtis.

AGYLLA, urbs Etruriæ, de qua Lycophron ait:

In Agyllam Italicam irruerunt.

Condita autem eſt à Pelaſgis è Theſſalia profectis. Poſtea verò Cære appellata fuit. Quippe cum Theſſali eam tenerent, Tyrrhenorum quidam accedens, qui huc ex Lydia commigraverant, interrogavit, quodnam urbis nomen eſſet? Quidam verò loco reſponſionis dixit, Χαῖρε, id eſt, Salve. Quamobrem Tyrrheni, cum eam occupaſſent, Cære vocaverunt. Gentile ejus eſt Cæretani, uti Strabo perhibet. Oppi-

Ita hi verſus ſunt vertendi, qui ab Andrea Divuo non ſatis exactè verſi ſunt.

99 Καὶ ὁ Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς καὶ Ἀγυιάτης, τουτέστιν ὁ ἐφόδιος.] Macrobius Saturnal. cap. IX. *Idem Apollo apud illos & Ἀγυιεὺς nuncupatur, quaſi viis præpoſitus urbanis: illi enim vias quæ inter pomœria ſunt, ἀγυιὰς appellant.* Hic apud Stephanum ἐφόδιος pro ſimplici ὅδιος videtur accipiendum, quaſi Latinè diceres Apollo *Viarius*, vel *Vius*, ut in Virgilii epigrammate de fœmina Præneſtina:

Omnibus hic annis votorum more ſuorum
Centenas adjicit numero creſcente coronas,
Fortunæ ſimulachra colens, & Apollinis aras
Arcanumque Vii.

1 Ὡς καὶ τὰ προπύλαια τοῦ ἀγυιέως, ἀγυιάτιδες.] Dicit Stephanus veſtibula (loca ante januas inter fores domus & viam media relicta, in quibus Apollo ἀγυιεὺς vel ἐφόδιος colebatur) ἀγυιάτιδες appellari: Verum hæc vocis ſignificatio aliis quod ſciam non eſt cognita. Heſychius ſi locus ſit ſanus: Ἀγυιάτιδες, αἱ περὶ τῶν θυρῶν θεραπεῖαι. Et Euſtathius ad Iliad. B. pag. 166. hanc vocem intelligit de aris ante fores collocatis, ita enim ille: ἔφη δέ τις καὶ ἀγυιάτιδας θεράποντας, τοὺς περὶ τῶν θυρῶν βωμούς, οἱ πρὸς χαρὶν Ἀγυιέως Ἀπόλλωνος ἱδρυντο. τιμωμένους περὶ πυλῶν, ὡς Ἀλεξανδρεῦς. Quis autem veram vocis ſignificationem habeat, affirmare in tanta opinionum diverſitate nequeo.

2 Καρνειάτης.] Sic optimè reſcripſit Xylander pro Καρνεάτης, uti habent aliæ editiones, & etiam nobis Voſſianus codex exhibuit.

3 Ἀγύλλα πόλις Τυρρηνίας.] Accuratum oppidi ſitum habemus apud Plinium lib. IV. qui affirmat IV. millia paſſuum à mari ab eſſe. Antiquum hodiè retinet ſitum in ſaxeo tumulo, & item nomen exiguo detortum; quo vulgò vocatur *Cerveteri*; quaſi dicas *Cere veteri*, id eſt Cære vetus: ad diſcrimen alterius oppidi, quod eodem tractu vulgo dicitur *Ceri*, uti prolixè teſtatur Cluverius in antiquæ Ital. deſcriptione lib. II. cap. II. pag. 489.

4 Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν.] Pelaſgos hanc urbem condidiſſe teſtatur Strabo lib. V, cujus verba Epitomator tranſcripſit, ut ipſe infra affirmat. Ἀγύλλα ἐλέγετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καίρε. καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων. τῶν δὲ Λυδῶν οἵπερ Τυρρηνοὶ μετωνομάσθησαν, ἐπιστρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως. τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινος, ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνασθαι, προσαγορεύσαντος αὐτὸν Χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνόν, οἱ Τυρρηνοὶ τοῦτον, ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Hoc eſt: *Agylla prius vocabatur quæ nunc Cære eſt: ferturque condita à Pelaſgis è Theſſalia profectis: quos Lydorum qui mutato nominè Tyrrheni dicti ſunt, quum bello petiſſent, acceſſiſſe quendam ad murum, nomen urbis ſciſcitantem: quumque Theſſalorum quidam de muro reſponſi loco eum ſalvere juſſiſſet* [quod Græco vocabulo dicitur Χαῖρε] *omen accepiſſe Tyrrhenos & urbi captæ nomen mutaſſe.* Sed optimè ex Strabone Stephanus dixit, ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν. nam præter Pelaſgos ex Theſſalia, quorum regio proprio nomine Πελασγιῶτις dicebatur, etiam in Arcadia Pelaſgi fuêre, qui ut & alii, diverſis in locis & diverſis temporibus varias colonias inſtruxerunt.

5 Καίρε προσηγόρευσαν.] Vetuſtiſſimum igitur oppidi nomen fuit Ἀγύλλα, uti præter alios auctores, etiam liquet ex Herodoto lib. I. & Dion. Halicar. lib. III. cujus hæc ſunt verba: ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἀγύλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων. *Ad Cæretanorum urbem duxit exercitum, quæ olim, quum à Pelaſgis teneretur, Agylla dicta eſt.* Sed aliam vocabuli Cære originem adfert Servius ad lib. X. Æneid. *Cære*, inquit, *dicitur ἀπὸ τοῦ χαίρειν: quod verbum ſalutandi gratia apud Græcos dici ſolet: hanc Pelaſgi condiderunt: qui quum ſitim paſſi, nec uſquam aquam invenientes, caſu quidam fontem inveniſſent, in eodem loco oppidum condiderunt.* Ergò tunc ἀπὸ τοῦ χαίρειν, id eſt à gaudendo, quod fontem inveniſſent, non verò à ſalutando, ſic dictum. Geminam ſcil. de oppidi nomine intellexerunt narrationem, quam Servius nunc in unam confundit, uti benè obſervavit Cluverius. Sed ad librum VIII. refert, urbem hoc nomine à Romanis, non verò à Pelaſgis inſignitam fuiſſe: ita enim inquit: *Agylla civitas eſt Tuſciæ à conditore appellata, cui* [illegible] *tia Romana aliud eſt inditum nomen: nam quum Romani euntes per Tuſciam, interrogarent Agyllinos quomodo diceretur civitas, & illi utpote Græci quid* [illegible] *antes, & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε. quam ſalutationem Romani civitatis nomen eſſe arbitrati ſunt, & detracta aſpiratione eam Cære nominaverunt.*

ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος. [6] Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν.

Oppidanus Agyllæus dicitur. Rhianus autem Agyllinum æs dixit.

ἈΓΥΡΗΝΑ [7], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγυρηναῖος. [8] Διονύσιος δὲ τὸ Ἀγύριον ἔφη.

AGYRENA, oppidum Siciliæ, cujus gentile eſt Agyrenæus. Dionyſius vero illud Agyrium nominavit.

ἈΓΧΙΑΛΗ [9], πόλις Κιλικίας, παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ. ἔστι δὲ κτίσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, [10] ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παραλιθεὶς Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα [11] Πτολεμαίῳ βασιλεῖ. γίνεται δὲ Ἰαπετοῦ θυγάτηρ Ἀγχιάλη, [12] καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν. γεννᾷ δὲ υἱὸν Κύδνον, ἀφ' οὗ ποταμὸς Κύδνος ἐν Ταρσῷ. ὁ δὲ Κύδνος, υἱὸν Παρθένιον, ἀφ' οὗ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία. μεταπεσόντος δὲ τοῦ ὀνόματος, Ταρσὸς ἐκλήθη. τινὲς δέ φασι Σαρδανάπαλον δύο πόλεις κτίσαι, Ἀγχιάλην σὺν Ταρσῷ, οὗ ἐστι καὶ τὸ ἐπίγραμμα ὧδε,

[13] Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τερπνὰ πάθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

ANCHIALE, urbs Ciliciæ, cum Tarſo & Zephyrio in eodem littore ſita: condita autem eſt ab Anchiale Japeti filia, uti Athenodorus exiſtimat, qui de ſua ipſius patria conſcripſit, allegans Diodorum grammaticum, cum rege Ptolemæo conſentientem. Eſt autem Japeti filia Anchiale, & urbem Anchialem ad adjacentem fluvium Anchialem condidit. Hæc vero filium Cydnum genuit, à quo Cydnus Tarſi fluvius nomen habet. Cydnus autem filium Parthenium, habuit, à quo poſtea urbs Parthenia, ſed mutato nomine, Tarſus appellata eſt. Aliqui vero narrant, Sardanapalum duas urbes, Anchialem & Tarſum condidiſſe, cujuſque illud epigramma exſtat.

Hæc habeo, quæ edi, & luſi, & cum libidine
Jucunda paſſus ſum; multa verò, & præclara
[à me] relicta ſunt.

ΣΑΡ- SAR-

[6] Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν.] Sic legitur in ſcriptis & vulgatis: ego verò hæc Rhiani verba corrupta exiſtimo; reſcriberem, Ῥιανὸς δὲ Ἀγυλλῖνον εἶπε χαλκόν: nam hæc forma Italis non eſt inſolita uti liquet ex voce Ἀγκύριον, aliiſque locis. Nihil hac noſtra emendatione firmius: nam ita etiam Latini dixêre. Virg. lib. VII.

Lauſus equum domitor, debellatorque ferarum
Ducit Agyllina nequicquam ex urbe ſequutos
Mille viros.

Et lib. VIII.

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto.
Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens, bello præclara, jugis inſedit Hetruſcis.

[7] Ἀγύρηνα, πόλις Σικελ.] Nuſquam apud antiquos legitur Ἀγύρηνα. apud Diodorum equidem lib. XIV. τῶν Ἀγυρηναίων reperitur; quod à voce Ἀγύρηνα videtur derivatum: at eodem lib. poſtea ter, & lib. XVI. quater eſt Ἀγυριναίων; ut duo etiam nummi antiqui habent hujus oppidi apud Goltzium, unde ejus nomen erit Ἀγύρινα. Hinc *oppidani* Ciceroni in Verrinis frequenter *Agyrinenſes* (quum tamen illi in Verrem actione III. & IV, ipſum oppidum *Agyrium* dicatur) & Plinio lib. III, cap. VIII. *Agyrini* memorantur, quod rectè ab *Agyrio* formatur. Illa ſane Ἀγύρηνα & Ἀγυρηναῖοι facta ſunt à genuinis Ἀγύρινα & Ἀγυριναῖοι, more ſcilicet poſterioris ſæculi, quo plerumque, ante ν & loquelâ & ſcripturâ vertebatur in η. Non eſt [illegible] Fazellus, qui Decad. I, lib. X. ex antiquorum [illegible]tentia urbem hanc *ab argento Argurem* nominatam [illegible]e exiſtimat; cum nemo veterum hoc uſquam tradiderit, qui unanimiter id vocabulum ſine R in pri[illegible] habent. Unde urbs nomen acceperit, hactenus nemo pro certo indicavit, forte ab *Agyri*, qui urbis princeps fuit, ut Diodorus teſtatur lib. XIV. Vulgo nunc vocatur incolis *S. Filippo d'Agirono*, & nonnunquam, variato paululum vocabulo, *d'Argirone*. Plura narrat de hac urbe Diodorus Siculus lib. IV. lib. XIV. & XVI: nam ſub initium operis in illa ſe natum teſtatur. Ἡμεῖς γὰρ, inquit, ἐξ Ἀγυρίου τὸ γένος τῆς Σικελίας ὄντες. Vide etiam Ciceronem in Verrina III.

[8] Διονύσιος.] Non tantum Dionyſius, ſed etiam Diodorus plurimis locis urbem Ἀγύριον nominavit; cum tamen oppidani ab ipſo Ἀγυριναῖοι paſſim appellentur.

[9] Ἀγχιάλη πόλις Κιλικίας.] Recte ſic edidit Xylander, nam in MSS. & aliis editionibus legitur, Ἀγχιάλη πόλις Σικελίας, in quem errorem librarii facillimo negotio prolabuntur, uti ſæpius annotavimus. Quæ Stephanus nobis de hac urbe reliquit, etiam inveniuntur apud Euſtathium in Dionyſ. de ſitu orbis pag. 116. Similem urbis ſitum habemus apud Plinium lib. II. cap. XXVII. Vide etiam Arrianum lib. II. de exp. Alex. Magni, qui urbem Anchialon nominat. *Αὐτὸς δὲ ὕστερον ἄρας ἐκ Ταρσοῦ, τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. Ipſe ex Tharſo ſubſequutus, primo die ad Anchialon oppidum pervenit.*

[10] Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος.] Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap. V.

[11] Πτολεμαίῳ βασιλεῖ.] Doctiſſimus Bochartus affirmat rem eodem redire, ſive Ptolemæum Lagum ſive Euergetem intelligamus: nam uterque hiſtorias ſcripſit. Neque ab ejus opinione diſſentio. Prior ſcripſit res geſtas Alexandri Mag. uti honorificè de illo teſtatur Arrianus in præfatione operis. Secundus ſcripſit ἱστοριῶν βιβλία, quæ ab Athenæo lib. II. ὑπομνήματα appellantur.

[12] Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν.] Locus hic eſt mutilus quem profundiſſimæ eruditionis Bochartus ita in integrum reſtituit. Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην πρὸς Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν.

[13] Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα.] Priora hæc epi-

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ Ο [14] ΚΥΝΔΑΡΑΞΕΩ ΠΑΙΣ ΑΓΧΙΑΛΗΝ ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΔΕΙΜΕΝ [15] ΕΝ ΗΜΕΡΑι ΜΙΗι [16] ΕΣΘΙΕ ΠΙΝΕ ΠΑΙΖΕ [17] ΩΣ ΤΑΛΛΑ ΤΟΥΤΟΥ ΟΥΚ ΑΞΙΑ A

[18] τοῦ ἀποκροτήματος. [19] λέγεται δὲ καὶ Ἀγχιάλεια, ὡς Διονύσιος ὁ περιηγητής. ὁ πολίτης Ἀγχιαλεύς, ὡς Σινώπη Σινωπεύς. ἔστι δὲ καὶ Ἰλλυρίας ἄλλη, κτίσμα Παρίων, παρ' ᾗ κόλπος Ἐνεστηδὼν λεγόμενος. ἐν ᾧ ἡ Σχερία. ὁ πολίτης, ὁ αὐτός. B C

ΑΓΧΙΣΗ [20], πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ τοῦ προπάτορος Ἀγχίσου, [21] ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ περὶ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγχισεύς. D

ΑΔΑΝΑ [22], Κίλισσα πόλις, οὐδετέρως, ταύτην ᾤκισεν Ἄδανος, καὶ Σάρος, Ταρσεῦσι πολεμήσαντες καὶ ἡττηθέντες. [23] ἀφ' ὧν ἡ πόλις, ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, Ἄδανο. E

SARDANAPALUS CYNDARAXÆ FILIUS ANCHIALEN ET TARSUM UNO DIE ÆDIFICAVIT EDE BIBE LUDE RELIQUA NE QUIDEM HOC DIGNA SUNT

ſcilicet crepitu. Verum vocatur etiam Anchialea, uti Dionyſius periegeta tradidit: Civis inde dicitur Anchialenſis, uti Sinope Sinopenſis. Sed etiam & alia Illyriæ civitas eſt à Pariis condita, juxta quam ſinus eſt, qui Eneſtedon appellatur, in quo Scheria ſita eſt. Civis eodem modo vocatur.

ANCHISE, urbs Italiæ, quæ à progenitore Anchiſæ nomen habet, uti Dionyſius in primo de antiquit. Rom. tradidit. Gentile, Anchiſenſis.

ADANA, urbs Ciliciæ, in genere neutro. Hanc Adanus & Sarus exſtruxerunt, cum bellum geſſiſſent adverſus Tarſenſes, ſed ſuccubuiſſent. Ab iis quidem urbs eſt condita, ſed à duce Adano.

epigrammatis verba citantur à Plutarcho in oratione ſecunda de Fortuna Alexandri Mag. quæque interpres tranſtulit verbis Ciceronis quæ exſtant Tuſc. Quæſt. lib. v. Vide & Strabonem lib. xiv.

14 Κυνδαράξεω.] Hæc vox mihi non videtur ſatis proba. Strabo lib. xiv: & Athenæus lib. xii. eandem inſcriptionem allegantes, habent Ἀνακυνδαράξεω. Neque ab iis multùm diſſentit Arrianus lib. ii. licet alio idiomate utatur, apud quem atque apud Suidam Ἀνακυνδαράξου legitur.

15 Ἐν ἡμέρᾳ μιῇ.] Ita Strabo & ita Athenæus: Arrianus verò, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Hoc ſi intelligatur de abſoluta conſumatione ædificationis, uti verba videntur indicare, & de naturali ſive artificiali die, ἐν τοῖς ἀπιστοῖς νόμιζε: Nam hanc artem nemo veterum aut recentiorum artificum novit. Imò mortalium pigerrimi fuerunt qui tredecim annos ædificationi domus Salomonis, & quadraginta templi Hieroſolymitani, & centum Epheſii impenderunt.

16 Ἔσθιε.] Stephanus noſter cum Athenæo convenit: Sed Strabo, Arrianus & Suidas ita legunt: Σὺ δὲ ὦ ξένε ἔσθιε & ſic porrò.

17 Ὡς τ' ἄλλα τούτου οὐκ ἄξια.] Cum Strabone & Athenæo Stephanus convenit. Sed apud Arrianum hæc tali modo leguntur: ὡς τ' ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. Neque aliter apud Suidam exſtat.

18 Τοῦ ἀποκροτήματος.] Optimè Caſaubonus animadvertit haſce voculas ad inſcriptionem non pertinere: ſed explicare τὸ ΤΟΥΤΟΥ. Et hoc facillimè illi potuerunt intelligere, qui ejus τύπον λίθινον viderunt, nam ſimulachrum ejus monumento impoſitum, ita erat factum, ut dextram manum ſupra caput habeat elatum, cujus pollex & digitus medius in ſummo erant compoſiti, quaſi ederent illud ἀποκρότημα. Et hac de cauſa Athenæus rectè de ſuo poſt τούτου οὐκ ἄξια addidit: τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν.

19 Λέγεται δὲ καὶ Ἀγχιάλεια, ὡς Διονύσιος.] Locus Dionyſii quem innuit, exſtat pag. 115.

Πολλαὶ δ' ἑξείης Κιλίκων μεγάλαι πόληες,
Λύρνησσος, Μαλλός τε, καὶ Ἀγχιάλεια, Σόλοι τε.

Sic & apud Suidam Ἀγχιάλεια ſcriptum reperitur.

20 Ἀγχίση πόλις Ἰταλίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione nullam hujus oppidi facit mentionem, neque etiam alii hujus regionis chorographi: adeoque hinc non levis oritur ſuſpicio locum eſſe corruptum, vel Stephanum parum conſideratè ſcripſiſſe. Et teſtimonium quod infrà ex Dionyſio Hal. producitur, nullius eſt momenti: nam apud illum *Anchiſæ portum* invenio in Epiro, vel haud procul indè, ſed non in Italia.

21 Ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ, &c.] Verba Dionyſii quæ videtur innuere Epitomator, exſtant loco allegato: Ἐκ δὲ Ἀμβρακίας, Ἀγχίσης μὲν τὰς ναῦς ἔχων, παρὰ γῆν κομιζόμενος, εἰς Βουθρωτὸν λιμένα τῆς Ἠπείρου κατάγεται. *Ex Ambracia navibus Anchiſes oram legendo, Buthrotum Epiri portum ſubit*, & paucis interjectis vocabulis. Ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ παρὰ γῆν κομισθέντες ἄχρι λιμένος, Ἀγχίσου μὲν τότε ὀνομασθέντος, νῦν δὲ ἀσαφεστέραν ἔχοντος ὀνομασίαν. *A Buthroto ſecundum oram devecti in portum qui tunc Anchiſæ, nunc obliterato nomine dicitur.*

22 Ἄδανα, Κίλισσα πόλις.] Accuratum urbis ſitum habemus apud Ptolemæum lib. v. cap. viii. inter Tarſum & Cæſaream penes Anazarbum. Hujus etiam meminerunt Dio, Cedrenus aliique.

23 Ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, Ἄδανα.] Hæc verba mihi videntur manca, imò certum eſt hìc quædam excidiſſe: Legerem proindè: ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἐκτίσθη. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμόνος Ἀδάνου, Ἄδανα ἐκλήθη. quem ſenſum noſtra exhibet verſio. Ger. Joh. Voſſius exiſtimat hanc urbem à primo omnium noſtrorum parente nomen accepiſſe: ita enim inquit lib. i. cap. xxxviii. de origine & progreſſu Idololatriæ: Nec enim putandum primorum parentum memoriam in Aſia penitus intercidiſſe apud gentiles. Multa in contrarium obducere poſſem: ſed uno contentus nunc ero, quod occurrit. Adana antiqua Ciliciæ urbs erat, condita à Syris, inque memoriam primi hominis, *Adam* ſive *Adama* appellata: Sed conſtat, Græcos non habere voces in M exeuntes, eoque pro *Adam* dixere *Adan*, & terminatione additâ, Ἄδανος, unde urbs Ἄδανα. Ἄδανος iſte, ut ait Stephanus, Cæli Terræque filius erat. Quod nulli melius convenit quam Adamo noſtro. Idem Stephanus ait, aliter dictum Saturnum, & Rheam Put, quia Saturnus eſt primus homo & Rhea, omnium mater Eva. Hi, quia una erant caro, ut etiam loquitur ſcriptura eo uno nomine numineque comprehendebantur à Cilicibus.

Ἄδανα. [24] τὸν δὲ ποταμὸν Κοίρανον καλούμενον, Σάρον καλέσαντες. ἔστι δὲ ὁ Ἄδανος Γῆς καὶ Οὐρανοῦ παῖς, καὶ Ὄστασος, [25] καὶ Ἄνδης, καὶ Κρόνος, καὶ Ῥέα, καὶ Ἰαπετὸς, [26] καὶ Ὄλυμβρος. ὁ πολίτης, Ἀδανεὺς, ὡς Γάργαρα Γαργαρεὺς, Τύανα, Τυανεύς. [27] ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος φησὶν ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. ὁ ταύτης πολίτης οὐ δύναται Ἀδανεὺς εἶναι. οὐ γὰρ ὁ τύπος Ἀράβων, ἀλλὰ τὴν διὰ τοῦ α οὐδετέρων, [28] ὁ διὰ τοῦ ηνος. Ζόαρα Ζοαρηνός. Μήδαβα Μηδαβηνός. Τάρφαρα Ταρφαρηνός. Ἄυαρα Ἀυαρηνός. οὕτω καὶ Ἀδανηνὸς, ἢ Ἀδανίτης, ὡς Ἄιλινα Ἀιλινίτης. Ἡρωδιανὸς ἐν τετάρτῃ τῆς καθόλου. [29] τὸ Ἄδανις, καὶ Θήμαλις θηλυκὸν, τὸν Αἰολίδος ἔχειν. [30] ἐπίσταμαι δὲ ὅτι καὶ ἀρσενικόν ἐστιν. οὕτω δὲ ἄνεμος καλεῖται, [31] ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων, τῆς Ἠετίωνος, τοῦ πατρὸς Ἀνδρο-

no, Adana appellata eſt. Flumen vero, quod Cæranos dicitur, Sarum nominarunt. Eſt autem Adanus Cæli ac Terræ filius, ut & Oſtaſus, & Andes, & Saturnus, & Rhea, & Japetus, & Olympus. Civis vocatur Adanenſis, ut à Gargara fit Gargarenſis, Tyana Tyanenſis. Eſt verò & alia urbs mediterranea felicis Arabiæ, uti Uranius in tertio Arabicorum inquit. Illius civis non poteſt Adanenſis appellari: Non enim ſic formant Arabes gentilia à neutris in A deſinentibus, ſed per ηνος. Zoara Zoarenus, Medaba Medabenus, Tarphara Tarpharenus, Auara Auarenus; ita etiam Adanenus. Vel etiam Adanita dici poſſet, uti Ælina Ælinita. Herodianus in quarto de univerſali inquit: Adanis, uti Thebanis genere fæminino, accentum habet Æolicum. Verum ſcio, etiam maſculini generis eſſe: Ita enim appellatur ventus, à Thebis ſpirans, quæ urbs quondam regia fuit Eetionis, patris Andro-

cibus, ſincerè eorum mentem nobis expoſuit Stephanus.

[24] Τὸν δὲ ποταμὸν Κοίρανον καλούμενον Σάρον καλέσαντες.] Et pergit deinde idem Voſſius eodem loco: Dicitur autem & Sarus urbem ædificaſſe, ac honori ejus flumen, ad quod extructa fuit, Sarum nominatum. Sari quidem appellatio optimè convenit tum Adamo, tanquam Deo tutelari, unde urbs dicta: tum conditori urbis; qui & ipſe forſitan *Adam* dictus; quomodo ambiguitas vocabuli occaſionem præbuerit Cilicibus natales ſuæ urbis referendi ad primum hominem, Cœli Terræque filium. Utrique convenit appellatio שר *Sar*, quod eſt *dominus*, *princeps*. Unde & Abrahami uxor vocata שרה *Sara*, hoc eſt, *domina*. Non vanam eſſe hanc conjecturam, arguit, quod Stephanum audimus dicentem, fluvium aliter vocatum Κοίρανον, hoc & *Dominum*: nempe à Syris *Sarus*, à Græcis Κοίρανος vocabatur: quia Ciliciæ variis in locis Syri Græcique erant permixti.

[25] Καὶ Ἄνδης.] Viri docti pro Ἄνδης reſcribunt Σάνδης, quo nomine Hercules à Perſis appellatur. Sed illorum ſententiæ nequaquam accedere poſſum. Probent hoc loco Herculem debere intelligi.

[26] Καὶ Ὄλυμβρος.] Divi hujus nomen videtur corruptum: legerem, καὶ Ὄλυμπος.

[27] Οὐ γὰρ ὁ τύπος Ἀράβων, ἀλλὰ τῶν διὰ τοῦ α οὐδετέρων &c.] Hæ voces ita videntur tranſponendæ: οὐ γὰρ ὁ τύπος Ἀράβων, τῶν διὰ τοῦ α οὐδετέρων, ἀλλ' ὁ διὰ τοῦ ηνος. De hac gentilium forma quæ in ηνος deſinit lege in voce Ἀβασηνοί, pag, 7.

[28] Ὡς Ἄιλινα Ἀιλινίτης.] Procul dubio legendum eſt: ὡς Ἄιλανα Ἀιλανίτης. uti in voce Ἄιλανον docebimus.

[29] Τὸ Ἄδανις, καὶ Θήμαλις θηλυκόν, τὸν Αἰολίδος ἔχειν.] Hæc ſunt profligatiſſima. Voſſianus cod. τὸ Ἄδανις καὶ Θήμαλις θηλυκὸν τὸν Αἰολίδος ἔχειν: neque hunc locum integriorem reddit, quod Salmaſius in vet. MS. invenit: nempe, τὸν Αἰολίδος ἔχει. Salm. ad oram ſui codicis notavit, ſcribendum eſſe: τὸ Ἄδανις καὶ Θήμαλις θηλυκὸν, τὸν Αἰολίδος ἔχει τόνον. Planior foret ſenſus, ſi legatur: τὸ Ἄδανις, ὡς Θήβανις θηλυκὸν, &c. Hujus emendationis hanc rationem allego, quia infra habet Steph. εἰ μὴ κατ' Αἰολέας βαρυνέσθαι, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θήβανις εἴρηκεν. Hinc ſatis liquet Epitomatorem mentionem facere de accentu quodam Æolico, de quo mox agemus.

[30] Ἐπίσταμαι δὲ ὅτι καὶ ἀρσενικόν ἐστιν. οὕτω δὲ ἄνεμος καλεῖται &c.] Hujus venti meminit Heſychius, apud quem correctiſſimè nunc legitur. Θηβανὶς, ἄνεμος. Θήβανα, θήρα, ἐκ τοῦ Πλαγίου κόλπου πνέουσα. Hic pro θήρα αὖρα, uti alii admonuerunt, & pro Πλαγίου Πλακίου eſt ſcribendum: nam ventus nomen habet à Placia, quæ Myſiæ civitas eſt, teſte Plinio lib. v. cap. XXXII: vel Bithyniæ ſecundum Pomponium lib. I. cap. XIX. Ergo fædiſſimo mendo non caret locus Ariſtotelis in tractatu de ventorum appellationibus & ſitu: Οὗτος ἐν μὲν Λέσβῳ καλεῖται Θηβάνας. πνεῖ γὰρ ἀπὸ Θήβης πεδίου τοῦ ὑπὲρ τὸν Ἐλαιατικὸν κόλπον τῆς Μυσίας. Pro Θηβάνας ſcribendum eſt Θηβανὶς uti habet Heſychius vel Θήβανις retracto accentu uti exhibet Stephanus: & præterea pro Ἐλαιατικὸν κόλπον videtur legendum Πλάκιον vel Πλακιανὸν κόλπον. Elaniticus enim ſinus Rubro mari & Heroum urbi adjacet, uti teſtantur Geographi. Enimverò circa Thebas Ægyptias (quas Stephanus hìc nequaquam reſpicit) referente Callimacho antrum quoddam reperitur, quod alternis diebus vento repletur, adeo ut poſt aliquot dies ipſa regio nullis omninò ventis perfletur. Vide in voce Θήβη ubi ipſa Callimachi verba legi poſſunt. Imo & Thebæ Bœotiæ ventis valde infeſtabantur; nam de illo oppido ita ſcribit Dicæarchus. Ἔστι δὲ δίυδρος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν, ἐχέπυργός τε [lege, δύσπυργός τε] καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος. ἄξυλος δὲ, καὶ ἐγχειμάσαι οἷα χείριστη, διά τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα.

[31] Ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων, τῆς Ἠετίωνος, τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης.] Si hunc locum conferamus cum aliis ſcriptoribus qui de oppido Thebis & rege Eetione mentionem fecere, facillimè ex iis colligi poterit, poſt τῆς Ἠετίωνος aliquid excidiſſe, cujus abſentia oratio quodammodo imperfecta redditur. Legerem, ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων, τῆς Ἠετίωνος βασιλείου, τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης. Hunc locum ita poſſe & debere conſtitui ſole meridiano clarius apparet ex Euſtathio, ita enim ille in Παρεκβολαῖς ad lib. prim. Homeri pag. 119. πόλιν δὲ Ἠετίωνος τὴν Θήβην λέγει τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης τῆς γυναικὸς Ἕκτορος, ὡς τοῦ Ἠετίωνος εἰ καὶ μὴ οἰκιστοῦ, ἀλλ' ὅμως βασιλέως ἐν αὐτῇ ὄντος. Et in eundem locum Scholiaſtes, qui ſub Didymi nomine exſtat, ita ſcripſit. Νῦν δὲ λέγει τὰς ὑποπλακίους (ſcil. Θήβας) ὧν ἐβασίλευεν ὁ Ἠετίων, ὁ Ἀνδρομάχης πατήρ. Κίλικες ἔθνος βάρβαρον τῆς ὑπὸ τὸ Πλάκιον ὄρος Θήβης. τούτων ἦρχε τῶν Κιλίκων Ἠετίων, ἔχων υἱοὺς ἑπτὰ, θυγατέρα δὲ τὴν Ἀνδρομάχην τὴν γαμηθεῖσαν Ἕκτορι τῷ υἱῷ Πριάμου. Sed quid opus eſt Scholiaſtis, cum ipſe Homerus de hac veritate non dubitarit, ita enim canit Iliad. Z.

Ἔνθ' ἄλοχος πολύδωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος.
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. Hoc eſt.

Tum uxor quæ ei magnam attulit dotem, obvia venit currens
Andromache, filia magnanimi Eetionis.
Eetion, qui habitabat in Hypoplace ſylvoſa:
In Thebe ſub monte Placio ſita Cilicibus viris imperans.

Vide etiam Strabonem lib. XIII. qui refert hoſce Cilices Homericos in duas provincias fuiſſe diviſos, quarum una Eetioni altera Myneti pareret. Hinc liquet Eetionem urbi imperaſſe, & ibi neceſſariò regiam habuiſſe: imo hac de

cauſa

Ἀνδρομάχης. [32] εἰ τοίνυν τοῦ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς τοῦ Ταρσεὺς τὸ Ταρσεῖς, ἔδει ὀξύνεσθαι, [33] εἰ μὴ κατ' Αἰολέας βαρύνεται, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θήβανις εἴρηκεν. εἴγε ὅλως ἐστὶν ἐθνικόν. ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. τὸ ἐθνικὸν Περσικῷ ἔθει, Ἀδανηνός.

ἈΔΑΡΟΥΠΟΛΙΣ, πόλις Περσική, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. ὁ πολίτης Ἀδαροπολίτης, ὡς Ἡλιοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, [34] τῷ τεχνικῷ λόγῳ, [35] εἰ μὴ ὀφείλοι τῷ Περσικῷ τύπῳ, ὡς Καμβυσηνός, Σωφηνός, Παραιτακηνός. [36] ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη, τρίτη Παλαιστίνης, μεταξὺ Χαρακμώβων καὶ Ἀρεοπόλεως, ἴσως ἀπὸ τῆς Περσίδος κληθεῖσα πόλεως. [37] καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων. τῶν δὲ Ἀδάρων τὸ ἐθνικόν, Ἀδαρηνός.

ἈΔΕΡΚΩΝ[38], πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἀσκάλων. [39] τὸ ἐθνικόν, Ἀδερκωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης.

ἈΔΙΑΒΗΝΗ[40], χώρα μέση τῶν ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. [41] ἥ τις καὶ Με-

Andromachæ. Si igitur ab Adaneus deducatur fæmininum Adanis, quemadmodum à Tharſeus Tharſis, oportebat accentu in ultima ſignari, niſi ſecundum Æoles notaretur accentu in penultima (quod de voce Thebanis dixit) ſi tamen pro gentili habendum ſit. Eſt item tertia urbs ad Euphratem ſita, cujus gentile Perſica conſuetudine Adanenus dicitur.

ADARUPOLIS, urbs Perſica, ut refert Marcianus in Periplo ſinus Perſici: cujus civis Adaropolita dicitur, uti Heliopolita, Hephæſtopolita, ex lege artis noſtræ; niſi Perſica formatione debeat efferri, uti Cambyſenus, Sophenus, Paraetacenus. Sunt autem & Adara, genere neutro, vicus magnus tertiæ Palæſtinæ, inter Characmoba & Areopolin, qui forte ab urbe Perſidis ita dictus eſt. Et item tribus quædam in Characmobis Babyloniorum. Adarorum autem gentile Adarenus dicitur.

ADERCON, urbs Hiſpaniæ, uti Aſcalon; cujus gentile eſt Aderconita, veluti Aſcalonita.

ADIABENE, regio media inter Fluvios Euphratem & Tigrim, quæ etiam Me-

cauſa Thebæ Eetionis urbs à poëtis appellantur: Hom. Il. Α.

Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

Et Ovidius libro XII. Metamorph.

Eetioneas implevi ſanguine Thebas.

Imo & ipſa Andromache ab eodem Poëta lib. III. De Arte Aman. Thebais appellatur.

---- *Quod erat longiſſima, nunquam*
Thebais Hectoreo, nupta reſedit equeo.

32 Εἰ τοίνυν τοῦ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς τοῦ Ταρσεὺς Ταρσεῖς.] Si mei arbitrii res foret, legerem uti videtur legendum, nempe; εἰ τοίνυν ἐκ τοῦ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανίς, ὡς ἐκ τοῦ Ταρσεὺς Ταρσίς. Ita enim me monuit J. F. Gronovius.

33 Εἰ μὴ κατ' Αἰολέας βαρύνεται.] Æoles in efferendis & ſignandis nominibus gravi tono gaudere teſtatur Euſtath. ad Iliad. Ε. pag. 518. Ἔστι δὲ καὶ Ἄρδυς εὐθεῖα, ἥτις παρ' Ὁμήρῳ μὲν οὐκ ἔστι. παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ εὑρέθη. οὗ καὶ χρῆσιν παραγαγών, λέγει καὶ ὅτι βεβαρυτόνηται μόνη ἐκ πάντων τῶν εἰς δυς, ὡς Αἰολικόν. Αἰολέων γὰρ ἴδιον τὸ βαρυτονεῖν. *Caſus rectus igitur erit* Ἄρδυς, *qui apud Homerum non exſtat. Verum apud Alcæum invenitur, cujus ille uſum indicans, inquit, ſolam hanc vocem omnium illarum, quæ in* δυς *deſinunt, tanquam Æolicam gravi tono debere efferri: Æolibus enim proprium eſt gravi tono ſignare.* Hac de cauſa hic non ſcriberem Ἀδανὶς καὶ Θηβανὶς ſed cum gravi tono, Ἄδανις καὶ Θήβανις, ut τόνον ſive accentum habeant Æolicum, quem auctor in hiſce vocabulis exigit.

34 Τῷ τεχνικῷ λόγῳ.] Exiſtimo rem eodem redire, ſive Stephanus dicat τῷ τεχνικῷ λόγῳ, ſive κατὰ τέχνην. Lege noſtras obſervationes pag. 24. commentario 39.

35 Εἰ μὴ ὀφείλοι.] Codex Voſſianus: εἰ μὴ ὀφείλῃ τῷ Περσικῷ τύπῳ.

36 Ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη. τρίτη Παλαιστίνης.] Corruptiſſimè ita in editis excuſum eſt. Non incommodè tamen ex MSS ad ſanitatem revocari poterit, ſi legatur: ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. Hanc lectionem Salmaſius in Palatinis & nos in Voſſiano invenimus.

37 Καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων.] Salm. ex Palatinæ bibliothecæ codd. ad oram ſui libri ſcripſit: καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλώνιος. Voſſ. pro Βαβυλωνίων nobis Βαβυλώνιοι exhibet: ſed forte Βαβυλωνίοις eſt ſcribendum.

38 Ἄδερκων πόλις Ἰβηρίας.] De hoc oppido Suidas mentionem facit.

39 Τὸ ἐθνικὸν Ἀδερκωνίτης.] In nummo Trajani, uti in Goltzii Theſauro legitur, Ἀδερκωνίτων excuſum eſt.

40 Ἀδιαβηνή, χώρα μέση τῶν ποταμῶν &c.] Hujus regionis ſitum & nominis etymologiam habemus apud Euſtathium in Dionyſ. pag. 102. ὁ γεωγράφος δὲ Ἀσσυρίους μὲν οἶδε τοὺς περὶ Βαβυλῶνα καὶ τὴν κύκλῳ, ἔνθα καὶ Νῖνος πόλις, καὶ Νίσιβις. ὅπου καὶ ἡ πρὸς ἀνατολὰς τῆς Μεσοποταμίας κειμένη, ἡ λεγομένη Ἀδιαβηνὴ χώρα, οὕτω καλουμένη διὰ τὸ δυσδιάβατον τῶν ἐκεῖσε ὑδάτων. Hoc eſt: *Geographus verò Aſſyrios agnoſcit circa Babylonem & circumjectam regionem habitantes, apud quos eſt Ninus civitas & Niſibis: ubi etiam verſus ortum Meſopotamiæ ſita eſt regio Adiabene dicta, quæ nomen habet ab aquis, quæ difficiles trajectu ſunt.* Vide etiam Ammianum Marcellinum lib. XXIII. & Suidam, quorum teſtimonia ſubſequenti commentario producuntur. Aliam vocis Ἀδιαβηνὴ lege etymologiam apud eruditiſſimum Sam. Bochartum pag. 273. Geographiæ Sacræ.

41 Ἥ τις καὶ Μεσσηνὴ ὠνόμασται.] In vocabulo Μεσσηνὴ Stephanus nihil omninò de Adiabene refert, ſed in Μέση hujus regionis mentionem facit. Μέση τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κοάδρατος. Verum eſt: Ἀδιαβηνὴ etiam appellatur Μεσσηνὴ & per ſyncopen Μέση: ſed illa non eſt ſita inter Tigrim & Euphratem, quod Stephanus teſtimonio Quadrati probare nititur: ſed inter duos amnes *Diabam* & *Adiabam*, quos Ammianus Marcell. tranſiiſſe affirmat: ita enim ſcribit lib. XXIII. *Juxta hunc circuitum Adiabena eſt, Aſſyria priſcis temporibus vocitata, longaque aſſuetudine ad hoc tranſlata vocabulum ea re, quod inter Onam & Tigridem ſita navigeros fluvios adiri vado nunquam potuit: tranſire enim* διαβαίνειν *dicimus Græci: & veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in his terris amnes ſunt duo perpetui, quos & tranſivimus, Diabas & Adiabas, juncti navalibus pontibus.* Quicquid ſit frequens ille fluviorum trajectus aditum ad hanc regionem, & per conſequens etiam egreſſum peregrinantibus difficiliorem & moleſtiorem reddit, quod etiam Suidas egregiè teſtificatur in Ἀδιαβηνή. αὕτη ἡ χώρα κεῖται πρὸ τῆς Μεσοποταμίας ὡς ἐπὶ ἀνατολὴν πέραν τοῦ Τίγριδος. λέγεται δὲ Ἀδιαβηνὴ διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. *Hæc regio ſita eſt ante Meſopotamiam, ferè orientem verſus, ultra Tigridem. Dicitur autem Adiabene,*

Μεσηνὴ ὠνόμαστο. [42] τὸ ἐθνικὸν, Ἀδιαβηνός. A

ἈΔΟΥΛΙΣ [43], πόλις Αἰθιόπων. οἱ δὲ Πανὸς νῆσον αὐτὴν καλοῦσι. [44] καὶ τὰ Μυσῶν βιβλία Ἄδουλι, δίχα τοῦ σ. σφάλμα δέ ἐστιν. Ἄδουλις γὰρ ὀφείλει, ὡς Ἡρωδιανὸς [45] ἐν τοῖς B εἰς λις, τῷ ω παραληγόμενα. ὁ πολίτης Ἀδουλίτης, ὡς Ἀξουμίτης. καὶ Ἀδουλιτικὸς, τὸ κτητικόν.

ἈΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ [46], πόλις τῆς [47] κατὰ Κάϊκον Μυσίας. ἡ [48] γραφὴ διχῶς, C διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο. [49] ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τῷ ι μόνως. κέκληται [50] ἀπὸ Ἀδραμύτου κτίστου, [51] παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ, D ὡς

Mesene vocata fuit. Gentile Adiabenus dicitur.

ADULIS, urbs Æthiopum. Quidam verò eam Panis inſulam nominant. Et Muſarum libri Aduli, abſque S, habent. Verum error eſt. Debet enim Adulis dici, uti teſtatur Herodianus in nominibus in λις, quorum penultima in ου deſinit. Civis Adulita vocatur, uti Axumita; & Aduliticus, poſſeſſivum eſt.

ADRAMYTTEUM, urbs juxta Caïcum Myſiæ amnem. Duplici modo ſcribi ſolet, cum T, & cum D; & cum diphthongo, & cum I; & cum ſimplici T, & cum duplici. Enimverò cum ſimplici T ſcribitur, quando diphthongum; & cum duplici, cum I tantum habeat. Ita autem dicta eſt à conditore Adramyte, qui Alyattis quidem filius, aſt Crœſi frater fuit, uti

bene, quod in ipſa plures ſint fluvii, & propter ipſorum frequentiam, hominibus iter illac facientibus, difficiliorem tranſitum præbeat. Latini omnes urbes & regiones, quarum ſitus undique fluminibus præcingitur, *interamnas* Μεσηνίας & Μεσ… ίας & per ſyncopen Μέσας appellarunt, uti poſtea ex Stephano demonſtrabimus.

42 Τὸ ἐθνικὸν Ἀδιαβηνός.] Præter hoc nomen, hujus regionis incolæ à Strabone alio inſigniuntur, nam lib. XVI. inquit: καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ, καὶ Σακκόποδες. Hunc locum Caſaubonus tranſiluit, in quo explicando alii jam ſudarunt. Salmaſius in Plinianis exercitationibus Ἀδιαβηνοὺς ſuſpicatur à Græcis dictos fuiſſe, quaſi τοῦ διαβαίνειν impotes, qui minimè poſſent crura divaricare ad ambulandum, haud ſecus ac ſi pedes ambo intra ſaccum conditos haberent, καὶ συμβεβηκότας. Hæc quidem videntur ſpecioſa, ſed tamen magis arridet Bocharti opinio, qui putat Strabonis locum eſſe corruptum, & pro Σακκόποδες debere ſcribi Σαυκρόποδες: nam illi Heſychio ſunt ἁβρόποδες, id eſt ἁβρὰ βαίνοντες, qui infracto greſſu & ſuſpenſo mollitiem animi præ ſe ferunt.

43 Ἄδουλις πόλις Αἰθιόπων.] Fortaſſe eadem hæc civitas eſt, quæ Plinio lib. VI. cap. XXIX. Aduliton appellatur. *Oppidum Suchæ, inſula Daphnidis, oppidum Aduliton. Ægyptiorum hoc ſervi à dominis profugi condidêre.* Videtur tamen urbi à Græcis nomen impoſitum: Heſychius. Ἀδούλιστος, οἰκέτης, ἐνὶ δεδουλωκώς.

44 Καὶ τὰ Μυσῶν βιβλία Ἄδουλι δίχα τοῦ σ.] Hic criticam, ut & alibi, exercet Stephanus; emendat enim Muſarum libros, in quibus urbis nomen abſque S ſcribebatur. Si aliqua de hac urbe apud Herodotum facta eſſet mentio; ſuſpicarer hic reponendum eſſe: καὶ τὰ Μουσῶν βιβλία Ἄδουλι δίχα τοῦ σ. Et ita quoque videtur exigere malè exarata ſcriptura codicis Voſſiani in quo legitur: καὶ ταμοῦ βιβλία. Verum poſſunt etiam Heracliti Μουσῶν βιβλία intelligi: is enim hoc titulo librum conſcripſit. Diogenes Laert. in vita ejus. Suidas in Δηλίου, aliique.

45 Ἐν τοῖς εἰς λις, τῷ ω παραληγόμενα.] Peſſimè ſic in omnibus vulgatis excuſum eſt. Salmaſius in MSS. Palat. invenit: ἐν τοῖς εἰς λις, τῷ ου παραληγόμενα, quæ proba eſt hujus loci lectio.

46 Ἀδραμύττειον.] Variè, uti infra ipſe indicat Stephanus, hæc vox ab Hiſtoricis & Geographis exaratur. Codex Voſſianus, Ἀτραμύττειον. Herodotus lib. VII. ubi hujus oppidi mentionem facit exhibet Ἀδραμύττειον, nec aliter Ptolemæu…, & ſic quoque omnes vulgati Stephani codd. Scriptionem verò cum τ ſequitur Thucyd. lib. IV, & ita olim ab ipſo fuiſſe ſcriptum legimus apud ejus Scholiaſtam & Suidam. Ut Græci, ita & Latini inter ſe de ſcriptura vocabuli non conveniunt. Mela lib. I. cap. XVIII. ſcribit *Adramyttion.* Plinius lib. V. cap. XXX, *Adramytteos*; & Livius lib. XXXVII. cap. XIX, *Adamytteum.* verum in eo non differunt, quod circa initium D habeant. Quomodo autem ſit ſcribendum accuratè ab auctore noſtro infra docetur, ſed illum canonem non rectè ſcriptores antiquos obſervaſſe, ubique ſatis eſt manifeſtum. Hanc litem, an Adramyttium etiam Thebæ appellentur, uti ex Etymolog. magni auctore aliiſque poſſet probari, componere non poſſum. Alii Adramyttium à Thebis diſtinguunt, alii contrà. Livius lib. jam citato: *Antiochus pace nequicquam tentata, vaſtatis Elæenſium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum hoſtiliter itinere facto petit: agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.*

47 Κατὰ Κάϊκον Μυσίας.] Similem urbis ſitum habemus apud Strabonem lib. XIII, circa initium. Ἀπὸ δὲ Λεκτοῦ μέχρι Καΐκου ποταμοῦ καὶ τῶν Κανῶν λεγομένων ὀρῶν. ἔστι τὰ περὶ Ἄσσον, καὶ Ἀτραμύττιον. Ita forte ſcribendus hic locus Strabonis; cui τὸ ὀρῶν excidiſſe videtur. Herodotus lib. VII. Ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρήνην πόλιν. ἀπὸ δὲ ταύτης, διὰ Θήβης πεδίου ἐπορεύετο, Ἀδραμύττειόν τε πόλιν &c.

48 Γραφὴ διχῶς.] Euſtathius, qui paſſim ſuos commentarios in Homerum & Dionyſium Stephani verbis exornavit, nuſquam Stephanum expreſſè nominavit, niſi ad Iliad. Z. pag. 649, ubi eandem etiam variationem in ſcribendo oppidi nomine agnoſcit. Horum verborum partem allegavimus pag. prima; verum nunc operæ pretium videtur, ut totum locum tranſcribam. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς. καὶ γὰρ μετὰ τοῦ Δ λέγεται Ἀδραμύττιον. καὶ μετὰ τοῦ Τ Ἀτραμύττιον, ὡς καὶ τοῦ ῥηθέντος κτίτορος αὐτοῦ ἴσως οὕτω διαφορουμένου. καὶ τὴν παραλήγουσαν δὲ διά τε δύο Τ ἔχει, καὶ δι' ἑνός. ἔτι δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ μόνου δίχρονου.

49 Ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο τῷ Ι μόνως.] Sic habent ſcripti & vulgati libri: multò planior eſſet ſenſus ſi legeretur hoc modo. ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο Τ ὅταν ἔχῃ τὸ Ι μόνως.

50 Ἀπὸ Ἀδραμύτου κτίστου.] Incertiſſima videntur quæ de urbis conditore narrantur. Euſtathius ad Iliad. Z. pag. 649. maximè cum Stephano convenit, qui facit conditorem Adramyſtin, virum Pelaſgum à quo urbs Adramyſtia appellabatur, quam poſtea euphoniæ gratia Adramytium nominarunt. Contrà Strabo lib. XIII. Athenienſium coloniam eſſe affirmat, non tamen addens coloniæ ducem, à quo ſæpiſſimè urbes denominatæ ſunt.

51 Παιδὸς μὲν Ἀλυάττου Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ.] Alyattes rex Lydorum ſatis notus apud Herodotum, Suidam, Euſebium & alios: plures ipſi fuerunt liberi inter quos Adramytes & Crœſus: & improbabile ſaltem non eſt ab illo campum Thebanum, & in eo urbem, nomen accepiſſe: adeo ut hìc ad fontes Hebraïcas recurrere non magnoperè ſit neceſſarium. Suidas: Κροῖσος Λυδῶν βασιλεύς. υἱὸς Ἀλυάττου. ὃς τὸ πρότερον ἀρχὴν ἔλαχεν Ἀδραμυττείου καὶ Βήβης. Non ſubodoratus eſt Portus in hiſce verbis mendum latere, nam pro Βήβης indubitanter Θήβης eſt reſcribendum: ſic

ὡς Ἀριστοτέλης ἐν πολιτείαις, καὶ ἄλλοι. τινὲς A δὲ ἀπὸ Ἕρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως. [52] τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί. οὐ δύναται δὲ, ὡς Ἡρωδιανὸς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ τ τὸ Ἄδραμυς. ὁ πολίτης Ἀδραμυττηνὸς, ὡς Ἀρτακηνὸς, Δατηνὸς, [53] Δακηνὸς, Σεβαστηνός. B [54] λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι, [55] ὡς Κρατῖνος.

ἈΔΡΑΜΎΤΤΙΣ, νῆσος ἐν τῇ Λυκίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραμυττίτης, ὡς Ναύκρατις, Ναυκρατίτης. C

ἈΔΡΆΝΗ [56], πόλις Θρακικὴ, ἡ μικρὸν ὑπὲρ τῆς Βερενίκης κεῖται, ὡς Θεόπομπος. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ η τὴν μέσην λέγει ἐν τρισκαιδεκάτῃ, Ἀδρήνη. [57] τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνήτης, ὡς Συήνη Συηνήτης. Σελήνη Σεληνήτης. D τούτων τὰ μαρτύρια ἐν τοῖς οἰκείοις. δύναται δὲ καὶ Ἀδρηναῖος, ὡς Κυρηναῖος, Μιτυληναῖος, Πελληναῖος. [58] δίδωσιν ἡ τέχνη καὶ τὸ Ἀδρηνεύς, ὡς Πελληνεύς.

ἈΔΡΑΝΟΝ [59], πόλις Σικελίας ἐν τῇ E Αἴτνῃ, [60] ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. [61] λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἀδρανιός. Ἀπολλόδωρος δὲ, Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.

ἈΔΡΆΣΤΕΙΑ [62], μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου,

uti Ariſtoteles in Polit. & alii referunt. Quidam verò opinantur, oppidum ab Hermone Lydorum rege nomen accepiſſe: Lydi enim Hermonem Phrygiâ linguâ Adramyn appellant: Verum non poteſt, uti Herodianus exiſtimat, propterea quod Adramys T non habeat. Civis dicitur Adramyttenus, uti Artacenus, Datenus, Dacenus, Sebaſtenus. Dicitur autem & Adramyttinus cum I, uti Cratinus perhibet.

ADRAMYTTIS, inſula in Lycia; cujus gentile eſt Adramyttites, uti Naucratis Naucratites.

ADRANA, oppidum Thraciæ, quod paululum ſupra Berenicen ſitum eſt, uti Theopompus perhibet. Polybius verò mediam ſyllabam in libro XIII. per η pronunciat, Adrene. Gentile indè eſt Adrenites, uti Syene Syenites, Selene Selenites. Illorum teſtimonia in propriis locis exſtant. Poteſt verò etiam eſſe Adrenæus, uti Cyrenæus, Mitylenæus, Pellenæus: & ars quoque ſuppeditat Adrenenſis, uti Pellenenſis.

ADRANUM, oppidum Siciliæ apud Ætnam, quod fluvium cognominem habet. Dicitur & genere maſculino Adranius. Apollodorus verò gentile dicit Adranitæ.

ADRASTEA, inter Priapum & Parium

ſic loquutus eſt Suidas in voce Ἀλυάττης. στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν ἐς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτῷ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττείου τε καὶ Θήβης. *Adramytteni & Thebani campi dux deſignatus.*

[52] Τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί.] Apud Heſychium, cujus locum ita conſtituerem, legimus: Ἀδραμὼν, ὁ Ἕρμων παρὰ Λυδοῖς, καὶ Ἀδραμύττειον Ἕρμωνος βασίλειον. Vel forſitan: καὶ Ἀδραμύττειον Ἠετίωνος βασίλειον. Nam Eetionem ibi regnaſſe ex Strabone & Euſtathio ſuprà probavimus

[53] Δακηνός.] Forte Δαυληνὸς eſt reſtituendum.

[54] Λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι.] Ita exhibent vulgati; codex MS Voſſianus: λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμυττῖνος, ὡς Κρατῖνος. Hæc non intelligo de ipſo oppidi nomine, ſed de gentili inde deducto, quod bifariam dicitur, nempe Ἀδραμυττηνὸς, quod eſt uſitatiſſimum exſtat in Actis Apoſt. cap. XXVII: 2. & Ἀδραμυττῖνος: nam oppidi nomen quomodò ſcribendum, paulò ante indicaverat.

[55] Ὡς Κρατῖνος.] Vir ſummus Salmaſius ad oram ſui codicis hæc ſcripſit. Κρατῖνος etiam habent MSS: ſed ſine ulla dubitatione legendum Κρασῖνος. Quis ab erroribus homo ſe vindicabit, cùm vir tantus etiam ſuæ humanitatis indicia reliquerit? Locus hic ſine ulla dubitatione ſe bene habet, & auctor eſt notiſſimus, quique paſſim ab aliis imo & à Stephano citatur: vide in Ψύρα & aliis locis. Verum eſt, ſimilia quandoque Stephanum producere gentilia, ſed magna hic conſpicitur differentia inter πρωτότυπα: nam Κρασῖνος fit à Κρασὸς, Siciliæ oppidum, quod nullam profectò habet convenientiam cum Ἀδραμύττειον. Tolerabilius fuiſſet, ſi emendaſſet Κρασταῖνος: nam Κράστελον etiam Siciliæ locus eſt, à quo gentile Κραστελῖνος formatur.

[56] Ἀδράνη, πόλις Θρακική.] Veſſianus codex: Ἀδράνη, πόλις Θρᾴκης. Leonclavius *Adranen* in Bithynia collocat; non longè à Pruſa, dicitque à Turcis *Edrenos* appellari. Oppidum antiquis non admodum decantatum.

[57] Τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνήτης, ὡς Συήνη Συηνήτης, Σελήνη Σεληνήτης.] Conveniunt ſcripti, & vulgati codd. tamen mihi hæc ſatis ſana non videntur; reſcriberem: τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνίτης, ὡς Συήνη Συηνίτης, Σελήνη Σεληνίτης. Vide Stephanum ipſum in Συήνη & Σελήνη.

[58] Δίδωσιν ἡ τέχνη &c.] Jam ſatis inculcavimus, quid paſſim per Τέχνην intelligat Stephanus. Lectorem ablegamus ad commentarium 39. paginæ 24. ne repetita crambe nauſeam pariat.

[59] Ἄδρανον, πόλις Σικελ.] Urbis ſitum & conditorem indicat Diodorus lib. XIV, hiſce verbis. Διονύσιος δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ' αὐτὸν τὸν Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπό τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἄδρανον. Hoc eſt: *Dionyſius in Sicilia oppidum ſub ipſum Ætnam montem ædificavit, quod ab illuſtri quodam fano Hadranum vocavit.* Vide eundem Scriptorem lib. XVI, & Plutarchum in Timoleonte. Incolis hodiè *Aderno* dicitur.

[60] Ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα.] Quanquam hæc urbs fluvium habuerit cognominem, tamen non à fluvio, ſed à fano quodam nomen accepit, uti ſuperius diximus. Excipitur igitur hoc oppidum ab illa regula; quam Stephanus in voce Ἀκράγαντες ex alio auctore citavit.

[61] Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἀδρανιός. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.] Ut innumeris aliis locis apud hunc epitomatorem vocabula mirum atque immanem in modum corrupta leguntur, ſic hic etiam καὶ & Ἀδρανίτας vitiata eſſe judicat Cluver. ex genuinis δὲ & Ἀδρανῖται; quapropter poſteriora ſic legit: λέγεται δὲ ἀρσενικῶς Ἀδρανιός. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανῖται φησὶ τὸ ἐθνικόν. Hoc eſt: *Vocatur autem is maſcul. genere Hadranius. Apollodorus verò gentilitium dicit Hadranitæ.* Nempe amnis ex oppidi nomine derivativo ſeu gentilitio vocabulo, quod antiquum etiam numiſma refert, dicebatur *Hadranius*. Apollodorus verò aliud ab hoc gentilitium uſurpavit *Hadranitæ*: quo Diodorus quoque & Plutarchus, locis ſuprà citatis, uſi ſunt. Amnis is hodieque vulgari appellatione dicitur *Fiume d'Aderno.*

[62] Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου.] Legerem, Ἀδράστεια, πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου. Nam procul dubio hæc Stephanus hauſit ex Strabone, quem plurimum ſequitur; ſimiliter apud illum lib. XIII. Ἡ δ' οὖν πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος

καθά

Παρίου, [63] ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, [64] ὃς καὶ A
πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν. ἐκαλεῖτο
δὲ καὶ ἡ χώρα Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας
πέδον, καὶ ἡ πόλις οὕτω. [65] Διογένης ἐν πρώτῃ
Κυζίκου φησὶν, ἀπὸ Ἀδραστείας κεκλῆσθαι
μιᾶς τῶν Ὀρεστειάδων νυμφῶν. τὸ ἐθνικὸν, B
Ἀδραστεύς. [66] οἱ δ' ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς,
ὡς Κυζικηνός φασιν. ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος
Ἀδράστεια τόπος. [67] ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ Ἴδης, τὸ πρῶτον βασιλευσάσης ἐν Τροίᾳ, [68] ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν C
δευτέρᾳ. τὸ δ' αὐτό ἐστι χωρίον, καὶ ἐθνικόν.

ἈΔΡΊΑ [69], πόλις, καὶ παρ' αὐτὴν, [70] κόλπος Ἀδρίας, [71] καὶ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος. [72] ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐστὶν ἀγαθὴ,
ὡς δὶς τίκτειν τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ διδυμοτοκεῖν, πολ- D
λάκις καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας ἐρίφους τίκτειν.
ἐνίοτε δὲ καὶ πέντε, καὶ πλείους. [73] καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν τῆς ἡμέρας. [74] τῷ δὲ μεγέθει
πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων. ὁ πολίτης
καὶ ὁ πάροικος, Ἀδριανὸς, ὡς Ἀσιανός. καὶ E
Ἀδριάτης. οὕτως [75] Ἀδριατικὸν πέλαγος,
ὡς τοῦ Πτελεάτης, ὁ Πτελεατικὸς οἶνος.

rium ſita eſt, ab Adraſto rege nomen habens, qui primus Nemeſeos templum exſtruxit. Regio autem Adraſtea, campuſque Adraſteæ, atque hoc modo etiam urbs vocabatur. Diogenes in primo libro, quem de Cyzico conſcripſit, inquit, urbem ab Adraſtea, quæ una ex Oreſtiadis Nymphis fuit, appellatam eſſe. Gentile eſt Adraſtenſis: Sed indigenæ dicunt Adraſtenus, uti Cyzicenus. Enimverò Adraſtea etiam Troadis locus eſt, qui ab Adraſtea filia Meliſſi, qui & Idæ pater fuit, quæ primum in Troia regnavit, nomen accepit, uti refert Charax Hellenicorum ſecundo. Illud ipſum verò eſt oppidulum, & gentile.

ADRIA, urbs, & juxta eam ſinus Adria, amniſque ejuſdem nominis, uti Hecatæus perhibet. Regio pecoribus eſt egregia; ita ut bis pariant in anno, geminoſque fœtus edant; ſæpius etiam tres atque quatuor hedos; interdum vero quinque, ac plures: Gallinæ autem bis die pariant, quamquam omnibus aliis gallinis ſint minores. Oppidanus indè & accola Adrianus dicitur, uti Aſianus; & Adriates. Ita etiam Adriaticum mare appellatur, uti à Pteleates, Pteleaticum vinum.

ἈΔΡΟΤ-

ADROT-

καθ' τὴν Πυκάτην. Sed quid huc facit καθ' τὴν Πυκάτην? Incomparabilis ille Caſaubonus nullum hic mendum animadvertit: ſine dubio legendum eſt: καθ' τὴν ἀκτὴν, vel καθ' τὴν ἐπακτίαν. Apollon. Rhodius lib. I.

Νήεον αὐτόθι βωμὸν ἐπακτίου Ἀπόλλωνος.

Ubi Scholiaſtes, ὁ ἐν τῇ ἀκτῇ τιμώμενος. Et idem in hoc loco Strabonis nobis de Diana affirmare licet. Verum enimvero hac emendatione ipſe mihi vix ſatisfacio; nam ſi eſſet licitum tam longè à vulgata lectione divagari reſcriberem, καὶ Ἀρτέμιδος Ἀδραστείας. Nam Suidas ex Demetrio Scepſio perhibet Dianam Adraſtiam ibidem cultam fuiſſe: Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος, Ἄρτεμιν φησὶν εἶναι, ὡς ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην. Neque etiam diſplicet emendatio incomparabilis Gronovii, qui pro καθ' τὴν Πυκάτην reſcriberet καθ' τὴν Περκώτην: nam certum eſt Priapum, Parium & Percoten vicina oppida fuiſſe. Sed ad rem. Plinius lib. v. cap. XXXII. toto cælo errat, inter Parium & Adraſtiam non diſtinguens, vel ejus verba in fœdiſſimo mendo cubant ſic enim ibi legitur. *Deinde Percote oppidum, & Lampſacum, antea Pityuſa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adraſtium appellavit,* &c.

63 Ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς καὶ πρῶτος &c.] Totam hiſtoriam lege apud Strabonem lib. XIII, & apud Euſtathium ad Iliad. B. qui omnia huc pertinentia accuratiſſimè ex Geographo & Stephano iiſdem fermè verbis tranſcripſit. Lege etiam Suidam, Apollodorum de Diis lib. III. Hyginum, Pauſaniam atque alios.

64 Ὃς καὶ πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν.] Salmaſ ad oram ſui cod. hæc verba emendare nititur: pro Νεμέσεως Νεμέσει legendo, ſed mutatio hæc non admodum eſt neceſſaria.

65 Διογένης ἐν πρώτῃ Κυζίκου.] Si mei arbitrii res foret, reſcriberem. Διογένης ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου. Sic videtur eſſe legendum ex voce Βέσβικος, ubi idem ſcriptor allegatur. Vide etiam Suidam.

66 Οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς, ὡς Κυζικηνός.] Ab omnibus ferrè hoc tractu ſitis urbibus derivantur gentilia quæ in ηνος deſinunt, quæ forma Arabiæ incolis eſt propria. Sic Ἀβυδηνὸς, Περιαπηνὸς, Λαμψακηνὸς &c. Stephanus in voce Ἄβυδος inquit. Τοῦ δὲ Ἄβυδος, Ἀβυδηνὸς, ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια.

67 Ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ Ἴδης.] Deeſt hic conjunctio καί. Lege: ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ καὶ Ἴδης. Ita etiam ſcribi debet locus Euſtathii ad Iliad. B. pag. 355. Ἔστι δέ φησι καὶ τόπος Τρωάδος, Ἀδράστεια, ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ καὶ Ἴδης, τῆς πρῶτον βασιλευσάσης ἐν Τροίᾳ, ubi in vulgatis corruptè legitur υἱοῦ Ἴδης. De hiſce Meliſſi filiabus etiam exſtat mentio apud Apollodorum lib. prim. Καὶ τοῦτον μὲν [ſcilicet Δία] δίδωσι τρέφειν, Κούρησί τε, καὶ ταῖς Μελισσέων παισὶ Νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. Corruptiſſime in vulgatis legitur Μελισσέων, cum indubitantur Μελίσσου ſit legendum.

68 Ὡς Χάραξ.] Vide Voſſium de Hiſt. Græcis lib. III.

69 Ἀδρία.] Ad primam vocis literam quod attinet, apud pleroſque auctores, qui de hac urbe mentionem faciunt, promiſcuè, & ſine, & cum aſpiratione ſcriptam reperitur. Verum quia in antiquis numiſmatibus, & omnibus lapidibus, Cæſaris Hadriani nomen cùm aſpiratione legitur, conſtat Romanos ut plurimum hoc in vocabulo aſpiratione uſos fuiſſe. Hæc urbs antea Ἀτρία dicta fuit, ut in illa voce docebimus.

70 Κόλπος Ἀδρίας.] Ita pleriſque Græcis ſcriptoribus mare Adriaticum dicitur, & ſimpliciter quoque ὁ Ἀδρίας, Latiniſque etiam nonnunquam eodem modo, *Adria.*

71 Καὶ ποταμὸς ὁμοίως.] Sed antiquiſſimum illud Adriæ fluvii nomen, poſtea in vocabulum *Tartari* mutatum eſt, & ab accolis hodie *Tartaro* dicitur. Ita habet Plin. lib. III. cap. XVI: & Tacitus Hiſtoriar. lib. III *Cæcina inter Hoſtiliam, vicum Veronenſium, & paludes Tartari fluminis, caſtra permuniit; tutus loco; quum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur.*

72 Ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐστὶν ἀγαθή.] De natura & fæcunditate ſoli tradit etiam Marcianus Heracleenſis in Περιηγήσει.

Διδυμοτοκεῖν γάρ φασι καὶ τὰ θρέμματα. Hoc eſt:

Ajunt enim pecora geminos fœtus edere.

Vide etiam Ariſtotelem in Mirandis.

73 Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν.] De gallinis Plinius lib. x, cap. LIII, ita loquitur. *Eſt autem tanta fœcunditas, ut aliquæ & ſexagena pariant; aliquæ quotidie; aliquæ bis die; aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur. Hadrianis laus maxima.*

74 Τῷ δὲ μεγέθει πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων.] In Voſſiano cod. & Salmaſius in Pall. aliter invenit. τῷ δὲ μεγέθει πάντων ἐστὶ μικρὰ τῶν ὀρνίθων. Et pro μικρὰ cenſet μικρὰς reſcribendum eſſe.

75 Ἀδριατικὸν πέλαγος.] Illud mare antea *Atriaticum* dictum

ἈΔΡΟΤΤΑ[76], οὐδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ παραθαλάττιον, καὶ κατακρημνον. οἱ οἰκήτορες, Ἀδροττεῖς. [77] τῶν γὰρ εἰς α οὐδετέρων παρά τε τοῖς Λυδοῖς, καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῇ εἰς εὺς, ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν. δύναται δὲ Ἀδροττηνός, καὶ γὰρ ὁ τύπος τῶν Ἀσιανῶν. καὶ οὕτως οἱ ἐπιχώριοι λέγουσιν. A B

ADROTTA, genere neutro, eſt oppidulum in Lydia maritimum, & prærupto loco ſitum. Incolæ Adrottenſes dicuntur. A neutris in A deſinentibus Lydi & Cariæ incolæ gentilia deducunt, quæ in εὺς terminantur. Poteſt etiam eſſe Adrottenus; talis enim Aſianorum formatio eſt, & hoc modo indigenæ dicunt.

ἈΔΡΥΜΗΣ[78], Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις. λέγεται δὲ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως. [79] κέκληται ἀπό τινος Ἀδρύμητος, τῆς γενικῆς παραχθείσης εἰς εὐθεῖαν [80] καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἀδρυμήτιος, ὡς Βηρύτιος. ἄμεινον τὸ Ἀδρύμης, [81] καὶ Ἀδραμύσιος. αἱ γὰρ ἀπὸ γενικῆς εὐθεῖαι, δίχα ποιητικῆς φράσεως, σπανιώταται. C

ADRYMES, Adrymetis, urbs Libyæ, quæ maſculino & fæminino, & neutro genere ita dicitur. Ab [heroe] aliquo Adrymetus appellata eſt, genitivo in nominativum traducto. Et gentilitium eſt Adrymetius, uti Berytius. Sed præſtat dicere Adrymes, & indè Adramyſius. Nominativi enim quæ à genitivo formantur, citra poëticam locutionem, rariſſimi ſunt.

ἌΔΡΥΞ[82], ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικὸν, πόλις Συρακουσίων. τὸ ἐθνικὸν Ἀδρυκῖνος, ὡς Ἐρυκῖνος τῆς Ἔρυκος γενικῆς. καὶ Ἀδρυκίνη, ὡς Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη. D

ADRYX, uti Eryx, genere maſculino, Syracuſanorum urbs eſt. Gentile indè dicitur Adrycinus, uti Erycinus à genitivo Erycis: & Adrycina, uti Erycina Venus.

ἈΔΑΡΧΙΔΑΙ[83], Λιβυκὸν ἔθνος, [84] ὡς Ἡρόδοτος.

ADRYMACHIDÆ, gens Libyca, uti E Herodotus perhibet.

ἈΕΡΙΑ[85], ἡ Αἴγυπτος, παρὰ τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ ἠερόεσσαν αὐτὴν φασιν. οἱ ἄνθρωποι, ἀέριοι, καὶ ἀερίτης, ἐκ τοῦ ἀέρος γενικῆς. ἔστι [86] καὶ

AERIA, ita olim Ægyptus ab aere dicta fuit; qua de cauſa eam ἠερόεσσαν nominant. Homines indè Aerii nominantur. Dicitur etiam Aerites, à genitivo Aeris. Aeria

dictum fuit; quia ipſa urbs *Adria* primum *Atria* vocabatur. Vide Plinium lib. III, cap. XVI. *Atrianorum paludes; quæ ſeptem maria appellantur; nobili portu oppidi Tuſcorum Atria: à quo Atriaticum mare ante appellabatur; quod nunc Adriaticum.*

76 Ἄδροττα, οὐδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ.] Suidas etiam neutro genere & plurali numero hujus loci mentionem facit. Εὐστέφιος Ἀφροδισιεὺς σοφιστὴς ἐπιφανῶν τῶν ἐν Ἀδρόττοις τῶν οἰκητόρων, ἃ κεῖται ἐν Λυδίᾳ. ἔγραψε μελέτας. Ita hic locus eſt legendus, quem ſua verſione ſatis futili & ridicula Portus adhuc multò magis deformaverat, qui ita eſt vertendus, ut commodum inde ſenſum percipiamus. *Euſtephius Aphrodiſienſis Sophiſta Adrottis, quæ in Lydia ſita ſunt, unus fuit ex claris incolis. Scripſit exercitationes.*

77 Τῶν γὰρ εἰς α οὐδετέρων παρά τε τοῖς Λυδοῖς καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῇ εἰς εὺς ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν.] Hæc ſunt corruptiſſima & mutila. Scriberem, licet in MSS & omnibus editionibus aliter invenerim; τὰ γὰρ εἰς α οὐδέτερα, παρά τε τοῖς Λυδοῖς καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῷ εἰς εὺς ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν τύπῳ. Sic loqui ſolet noſter Epitomator; quare huic emendationi lectores minimè reclamaturos eſſe puto.

78 Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις.] De ſitu hujus oppidi videndus Ptolemæus lib. IV. cap. III. Plinius lib. VI. cap. XXXVI. Tam varias hoc oppidi nomen habet formas, quam auctores reperiuntur, qui de illo mentionem faciunt. Ptolemæus: Ἀδρούμητος κολώνια. Strabo, Ἀδρύμη. Plutarchus in Catone Min. Ἀδρούμητον genere fœminino. Appianus in Punicis: ἐς Ἀδρυμητὸν Λιβύης κατήγετο πόλιν. Adeo ut verum ſit apud Græcos omni genere nomen uſurpatum fuiſſe, uti Stephanus perhibet. Apud Latinos reperitur *Adrumetum*, *Adrumetus*, & cum adſpiratione *Hadrumetus*. Salluſtius in bello Jugurth. *Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidêre*, nempe Phœnicum coloniæ. Et Iſidorus Orig. l. XIV. cap. V. *Byzacena regio ex duabus nobiliſſimis urbibus nomen ſortita eſt, ex quibus una Adrumetus vocatur.* Et apud Æthicum in Africæ deſcriptione, alioſque cum adſpiratione legitur.

79 Κέκληται ἀπό τινος Ἀδρύμητος.] Urbium etymologias à Deo, vel à rege, vel ab Heroe Græci deducunt. Magnus Scaliger, & ex eo Druſius, Caſaubonus aliique in Repub. literaria præſtantiſſimi, ἔπαυλιν Πλούτωνος *atrium Plutonis* & Acherontis oſtium explicant, quaſi *Adrumentum* idem eſſet quod Hebræis חצרמות. Verum hæc refutavit Bochartus in ſuo Phaleg. pag. 522. & 523, & ſpecioſiora in medium produxit, quæ ibidem legi poſſunt.

80 Καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἀδρυμήτιος.] Latini differunt, & alio modo gentile efferunt. Spartianus in Didio Juliano circa principium. *Avus paternus Inſuber Mediolanenſis: maternus ex Adrumentina colonia.* Aſt ſine N in antepenultima habet antiqua inſcriptio apud Smetium. COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAJANA AUG. FRUGIFERA HADRUMETINA.

81 Καὶ Ἀδραμύσιος.] Illud gentilitium puto eſſe corruptiſſimum, & debere legi Ἀδρυμήσιος.] Præter hæc duo gentilia à Stephano jam producta, tertium reperitur in voce Τυνὴς, nempe Ἀδρυμηστεῖος: ſed eſt profligatiſſimum, uti ſuo loco demonſtrabimus.

82 Ἄδρυξ, ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικόν.] Voſſianus codex: Ἄδρυξ, ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικῶς. Vide Cluverium in antiquæ Siciliæ deſcriptione pag. 363.

83 Ἀδαρχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος.] Sic libri ſcripti & editi exhibent, attamen hic locus eſt corruptiſſimus, uti docet vir incomparabilis I. Voſſius in commentariis ad Scylacem Caryandenſem, quique eum ita emendat Ἀδυρμαχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος. Hujus gentis meminit & Silius lib. IX:

Et Maſſylæ acies, & ferro vivere lætum
Vulgus Adyrmachidæ.

84 Ὡς Ἡρόδοτος.] Locus Herodoti quem Epitomator reſpicit, exſtat in Melpomene. Utuntur iiſdem fermè moribus quibus Ægyptii. Veſtem geſtant quales & alii Libyes, uxores eorum in utroque crure armillam æream. Eædem capitis comam alunt: quarum quæque ſuos quos capit pedunculos præmordet, atque ita abjicit. Hoc iſti ex Libybus ſoli factitant: ſolique virgines nupturas regi exhibent, & quæ illi placuerit, eam devirginat.

85 Ἀερία ἡ Αἴγυπτος.] Fuit hoc vetuſtiſſimum Ægypti nomen, uti liquet ex Euſebii Chronico ſub Moſis tempora, & ſic appellabatur antequam Ægyptus diceretur. Ραμεσσῆς ὁ καὶ Αἴγυπτος καλούμενος, βασιλεύσας Αἰγύπτου ἔτη ξη', μετωνόμασε τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥ τις πρότερον παρ' Ἕλλησιν Ἀερία ἐλέγετο. Sed hunc locum multo auctiorem produxit eruditiſſimus Seldenus in ſyntagmate de Vitulo

[86] καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία, ὡς Ἀπολλόδω- A
ρος [87] ἐν χρονικῶν τετάρτῳ. [88] ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης οὐκ ἄσημος, ἣ ἐλέγετο νῆσος Ἀερία, [89] καὶ Ἰδαία, [90] καὶ Δολιχή, διὰ τὸ μῆκος. ἐθνικά, τὰ αὐτά.

A Aeria item eſt urbs Céltica, uti refert Apollodorus Chronicorum quarto. Eſt & alia Cretæ, non ignobilis, quæ inſula Aeria, & Idæa, & Doliche ob longitudinem nominabatur. Gentilitia habet eadem.

ἈΖΑΝΊΑ [91], μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ B
Ἀζανοῦς τοῦ Ἀρκάδος. οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς, [92] καὶ Ἀζῆνες. καὶ Ἀζάνιος, καὶ Ἀζανία, καὶ Ἀζάνιον. [93] Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου φησίν, [94] ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, [95] ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος, ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ C
οἴνου ἀνέχεσθαι. [96] εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν, ἐμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα. ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ἀζανία. διῄρηται δὲ εἰς τρία, Παρρασίους,
Ἀζᾶνας, Τραπεζουντίους. καὶ ἔχει ἡ Ἀζανία D
πόλεις

B AZANIA, pars Arcadiæ, quæ ab Azane Arcadis filio ita dicta eſt. Incolæ vocantur Azanenſes, & Azanes. Dicitur item Azanius, & Azania, & Azanium, Eudoxus verò in ſexto de circuitu terræ hæc refert. Fons quidam eſt in Azania, quæ efficit, ut ejus C
aquam guſtantes, vini odorem ferre non poſſint. In hunc Melampodem medicamenta purgantia injeciſſe ajunt, quando Prœtides purgabat. Azania autem pars eſt Arcadiæ, quæ in tres diviſa eſt; nempe in Parrhaſios,
D Azanes, & Trapezuntios. Habetque Azania
urbes

de Vitulo aureo. Ραμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Armais regis) ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξη. μετωνόμασεν τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι ἥ τις πρότερον Μεστραία, παρ' Ἕλλησιν δὲ Ἀερία ἐλέγετο. Hoc eſt. *Rameſſes frater Armais Ægyptus dictus, regnum obtinuit in Ægypto annos* LXVIII. *Regionem à ſuo nomine Ægyptum, quæ primum Meſtræa, Græcis verò Aeria nuncupata eſt, denominavit.* Hoc nomine Ægyptum inſignivit Apollonii Scholiaſtes ad hæc poëtæ verba, quæ exſtant lib. prim.

---- Ἠερίη πολυλήϊος αἶα Πελασγῶν.

Παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἠερίαν φασίν. Vide etiam Stephanum in voce Αἴγυπτος.

86 Καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία.] Unde oppidum illud, ſitum in Narbonenſi Gallia, nomen habeat, docet Strabo lib. IV. ita enim ille: εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Ἀουενίων, καὶ Ἀραυσίων, καὶ Ἀερία, τῷ ὄντι φησὶν Ἀρτεμίδωρος Ἀερία, διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρῦσθαι μεγάλου. Hoc eſt. *In medio ſunt urbes Avenio, Arauſio, Aeria, rectè (ut ait Artemidorus) ſic dicta, quod ſita eſt celſiſſimo loco.* Hujus oppidi eitam meminit Plinius lib. III. cap. IV.

87 Ἐν χρονικῶν τετάρτῳ.] Salmaſius in recentioribus MSS invenit, Ἐν χρονικῶν δευτέρῳ.

88 Ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης.] Imo ſic olim ipſa Creta appellata fuit, uti infra ipſe teſtatur Stephanus. Plinius lib. IV. cap. XII. *Doſiades eam à Creta nympha Heſperidis filia, Anaximander à rege Curetum, Philiſtides, Mallotes Crates primùm Æriam dictam, deinde poſtea Curetin: & Macaron nonnulli à temperie cæli appellatam exiſtimavere.* Heſychius qui ſe paſſim in oppidorum ſitu & nominibus imperitum prodit, Cretam Aſteriam nuncupatam fuiſſe teſtatur. Ἀστερίη, ἡ Κρήτη καὶ ἡ Δῆλος οὕτως ἐκαλοῦντο.

89 Καὶ Ἰδαία.] Nomen illud Creta videtur accepiſſe à Nympha Ide, quæ cum Adraſtea Jovem in iſthac inſula enutrivit, vel ab Ida monte altiſſimo, de quo Virgil. lib. III.

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtra.

Hac de cauſa Ariſtophanes in Ranis Cretenſes Idæ prolem nominat.

Ἀλλ' ὦ Κρῆτες Ἴδης τέκνα
Τὰ τόξα λαβόντες, ἐπαμύνατε.

Vide Stephanum in voce Κρήτη, & Strabonem lib. X.

90 Καὶ Δολιχή, διὰ τὸ μῆκος.] Mirum eſt Stephanum hujus appellationis in voce Κρήτη non meminiſſe. De longitudine hujus inſulæ lege Strabonem lib. X. Ipſa vox Δολιχή longitudinem denotat. Heſychius: Δολιχά, μακρά. Δολιχήν, μακράν. Δολιχός, μακρός, ἢ μέτρον γῆς. Fuerunt & alia loca quæ hoc nomine inſigniebantur. Vide Plinium lib. IV. cap. XII. & Stephanum in Ἴκαρος.

91 Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζανοῦς τοῦ Ἀρκάδος.] Ita habent codices ſcripti & editi: ſed corruptè. Legendum eſt: Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζᾶνος τοῦ Ἀρκάδος. Noſtræ emendationis fundamentum exſtat apud Pauſaniam in Arcadicis, ubi ſic legitur. Τοῖς δὲ παισὶν, ὡς ηὐξήθησαν, διένειμεν Ἀρκὰς τριχῇ τὴν χώραν. καὶ ἀπὸ μὲν Ἀζᾶνος ἡ Ἀζανία μοῖρα ὠνομάσθη. Hoc eſt: *Aſt filiis jam adultis regionem in tres partes diviſit, & ab Azane, Azania, quæ ei evenit pars, appellata eſt.* Lege etiam Scholiaſt. in Euripidis Oreſtem, & Euſtathium ad Iliad. B. pag. 300.

92 Καὶ Ἀζῆνες.] Scriberem, καὶ Ἀζᾶνες. Strabo lib. VIII. Δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη εἶναι τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἑλλήνων, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. *Videntur autem Arcadicæ gentes eſſe vetuſtiſſimæ Græcarum Azanes & Parrhaſii, & alii ſimiles.* Ita quoque infrà reſcriberem, ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας, pro ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας.

93 Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου.] Vide pag. VIII. commentario 70.

94 Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας.] Legerem, ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας. Fontis nomen reticet Stephanus, quod expreſſum reperitur apud Ovidium Metamorph. lib. XV. & ab ipſo *Clitorius* appellatur. Non convenit Stephanus cum aliis, affirmans hunc fontem vel locum, ubi Prœtides purgabat Melampûs, fuiſſe in oppido cui nomen eſt Λουσοί, πόλις Ἀρκαδίας, ὅπου Μελάμπους ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τῆς μανίας. Alias profectò habebat vires hic fons circa Luſſos: de quo Plinius lib. XXXI. cap. II. inquit. *At Luſis Arcadiæ quodam fonte mures terreſtres vivere & converſari.* Hic igitur Clitorius fons nomen habuit ab oppido cui nomen erat Κλείτωρ teſte Strabone, Vitruvio & Pauſania in Arcadicis. Inſigniter igitur errat Iſidorus qui hunc fontem alibi in Italia collocat. Ita enim inquit. libro XIII. cap. XIII. De aquarum diverſitate. *Ex Clitorio lacu Italiæ qui biberint, vini tædium habent.*

95 Ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι.] Xylander optimè ſic reſtituit. Peſſimè in Aldina & Florentina editone legitur: ἢ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ ὕδατος ἀνέχεσθαι. Ita mihi etiam codex Voſſianus exhibuit, neque aliter Salmaſius invenit in Palatinis. Xylandri lectionem eſſe probiſſimam evincitur ex aliis ſcriptoribus, Plinius lib. XXXI. cap. II. inquit. *Vinum tædio venire his, qui ex Clitorio lacu biberint.* Idem perhibet Ovidius cujus locum mox producemus. Neque ab his diſſentit Etymologici Mag. auctor. Κλιτόριον, ὄνομα πόλεως, ἀπὸ τοῦ κλύω, Κλιτόριον, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι. ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ἧς ὁ γευόμενος, ἀποστρέφεται τὸν οἶνον.

96 Εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν. &c.] Hanc fabulam habemus apud Apollodorum lib. II. & Ovidium lib. XV, cujus hæc ſunt verba.

Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit;
Vina fugit: gaudetque meris abſtemius undis,
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino:
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natus,
Prœtidas attonitas poſtquam per carmen & herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis, in illas
Miſit aquas: odiumque meri permanſit in undis.

πόλεις ἑπτακαίδεκα, [97] ἃς ἔλαχεν Ἀζήν. A
[98] ἔστι καὶ Μασσαλίας ἄλλη, ὡς Φίλων.

ἈΖΑΝΟΙ [99], Φρυγίας πόλις. Στράβων δωδεκάτῃ. [1] Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακώλεια. οἱ πολῖται, Ἀζανῖται. τὸ θηλυκὸν, Ἀζανῖτις. [2] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τῆς αι καθόλου λέγων, Αἰζὴν Ταντάλου παῖς. ἀφ' οὗ ἐν Φρυγίᾳ πόλις Αἰζανοί. τινὲς δὲ Ἀζάνιον αὐτὴν φασιν. B
[3] Ἑρμογένης δέ φησιν, οὐ δεῖ οὕτως, [4] ἀλλ' Ἐξουάνουν αὐτὴν καλεῖσθαι. λέγεται γὰρ περὶ τὸν τόπον C ἀγροικίας εἶναι, λιμοῦ δὲ γινομένου, συνελθόντες οἱ ποιμένες, ἔθυον [5] εὐφορίαν γενέσθαι. οὐκ ἀκουόντων δὲ τῶν θεῶν, Εὔφορβος τὸν οὐανοῦν, ὅ ἐστιν ἀλώπηξ, καὶ ἔξιν, ὅ ἐστιν ἐχῖνος, θῦσαι τοῖς δαίμοσιν. [6] εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν, εὐφορίαν D γενέσθαι, καὶ τὴν γῆν πολυκαρπῆσαι. τοὺς δὲ περιοίκους πυθομένους, [7] ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν στῆσαι. ἐξ αὐτοῦ καὶ [8] κληθῆναι τὴν πόλιν Ἐξουάνουν. ὃ μεθερμηνευόμενον, ἐστιν ἐχιναλώπηξ. ἔοικε δὲ μεταλλοιῶσθαι [9] ἐκ τοῦ ξοάνου τὸ Ἀζάνιον. ἔστι E δὲ ὅμοιον τῷ Βυθηνίῳ, περὶ οὗ ἐροῦμεν.

ἈΖΕΙΩΤΑΙ [10], ἔθνος τῆς Τρῳάδος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν λέγει. ἔοικε δὲ τὸ πρωτότυπον Ἄζεια εἶναι, [11] ἵν' ᾖ ὡς [12] Μάρεια Μαρειώτης. Ῥάφεια Ῥαφειώτης. F λέγονται δὲ καὶ Ἀζειοί.

ἈΖΗΝΙΑ [13], ὡς Πλωθία, [14] Λουσία, δῆμος

A urbes ſeptendecim, quas Azen obtinuit. Eſt & alia Maſſiliæ, uti Philo teſtatur.

AZANI, urbs Phrygiæ, uti habet Strabo lib. XII. Et Azani, & Nacolia Phrygiæ Epicteti urbes ſunt. Cives indè Azanitæ dicuntur; & fæmininum Azanitis. Herodianus in primo de Univerſali vult primam vocis ſyllabam per αι ſcribi, ita dicens: Æzen Tantali filius fuit, à quo in Phrygia urbs Æzani nomen accepit; quam aliqui Azanium appellant. Sed Hermogenes inquit: Non oportet eam hoc modo, ſed Exuanum appellari. Narratur enim circa hunc locum villas eſſe quaſdam; exorta autem fame, paſtores, qui convenerant, pro vilitate annonæ ſacrificia feciſſe: Diis autem, non exaudientibus, Euphorbum Οὐανοῦν, quod vulpem, & Ἔξιν, quod Echinum ſignificat Dæmonibus ſacrificaſſe: Diis autem placatis terram alimenti copiam & multos fructus produxiſſe; & accolas, cum hæc cognoviſſent, eum ſacerdotem & ducem conſtituiſſe; & hac occaſione urbem Exuanum appellatam fuiſſe, quod ſi interpreteris, Echinuvulpem denotat. Sed ex voce ἐξουάνουν Ἀζάνιον transmutatum videtur; eſt autem Bythenio ſimile, de quo dicemus.

AZEIOTÆ, gens Troadis, uti habet Hellanicus, qui res Lydiæ conſcripſit. Primitivum verò Azeia eſſe videtur, ut ſit tanquam Mareia Mareiota, Rapheia Rapheiota. Verum dicuntur etiam Azei.

AZENIA, uti Plothia, Luſia, populus

97 Ἃς ἔλαχεν Ἀζήν.] Lege indubitanter: ἃς ἔλαχεν Ἀζάν. nam indè genitivus Ἀζᾶνος, qui ſæpiſſime occurrit apud Pauſaniam in Arcadicis.

98 Ἔστι καὶ Μασσαλίας ἄλλη.] Nemo quod ſciam Geographorum aut Hiſtoricorum circa Maſſiliam oppidum hoc nomine collocavit. Ptolemæus lib. IV. cap. VIII. Azaniæ meminit, cujus hæc ſunt verba: Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς χώρας, δυσμικώτερα δὲ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων κατέχουσι μετὰ μὲν τὴν διάμμον καὶ ἄβροχον χώραν, οἱ κατὰ τὴν Ἀζανίαν καὶ τὴν Βακαλίτην. *Reliqua regionis, quæ occidentaliora ſunt Æthiopum montibus, tenent poſt arenoſam & aridam regionem, ii qui juxta Azaniam & Bacalitem.* Adeò ut hic Epitomatoris locus in mendo cubare videatur, apud quem forte legendum eſt: ἔστι καὶ Αἰθιοπίας ἄλλη. Plinius Azanii maris meminit, quod inter Æthiopiam & Indiam citeriorem ſitum eſt. lib. VI. cap. XXIV.

99 Ἀζανοὶ, Φρυγίας πόλις.] Oppidum illud à Ptolemæo, ſi locus ſit ſanus, lib. V. cap. II. Αἰζανὶς nuncupatur.

1 Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι καὶ Νακώλεια.] Sunt verba Strabonis, quæ leguntur libro ab auctore noſtro citato. Sed pro Νακώλεια reſcribendum eſt Νακόλεια cum O parvo, uti habet Strabo, & ipſe Stephanus ubi de hac urbe loquitur.

2 Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τῆς αι καθόλου λέγων.] Sic omnes habent editiones, ſed perperam. Salmaſius in vetere Palatino legebat: Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς αι ἐν πρώτῃ τῆς καθόλου λέγων, & addit hanc ſine dubio veram eſſe lectionem. In Voſſ. inveni: Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς αι ἐν α' καθόλου λέγων.

3 Ἑρμογένης δέ φησιν.] Fortaſſis hic eſt, cujus Fl. Joſephus lib. I. contra Apionem meminit. Scripſerat enim περὶ Φρυγίας teſte Apollonii Rhodii Scholiaſt. in lib. II.

4 Ἀλλ' Ἐξουάνουν αὐτὴν καλεῖσθαι.] Libri editi inter ſe non conveniunt, in Aldina ac Florentina editione habetur: ἀλλ' ἐξαυάγων αὐτὴν καλεῖσθαι. Hæc lectio eſt corruptiſſima, quam Salmaſius etiam in Palatinis codd. invenit. Perperam mihi codex Voſſianus exhibuit, ἀλλ' ἐξαυούγων αὐτὴν καλεῖσθαι. Xylandri igitur lectionem approbamus, donec alius nobis meliorem demonſtret.

5 Εὐφορίαν γενέσθαι.] Quanquam hæc lectio tolerari poſſet, reſcriberem tamen, uti in Palatinis invenit Salmaſius & nos in Voſſiano: nempè, εὐβοσίαν γενέσθαι: imo ſine ulla dubitatione ſic eſt legendum. Infrà paucis interjectis lineis eadem phraſis occurrit, & licet illo loco ſcripti & editi inter ſe nihil diſcrepent, ſimili tamen modo ibidem reponendum videtur.

6 Εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν.] Voſſianus cod. perperam: εὐαρηστησάντων δὲ τῶν θεῶν: pro εὐαρεστησάντων δὲ τῶν θεῶν.

7 Ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν στῆσαι.] Codex Voſſ. ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν καταστῆσαι. Quæ vera eſt loci lectio, quamque Salmaſius in Pall. reperit.

8 Καὶ κληθῆναι τὴν πόλιν Ἐξουάνουν.] Sic edidit Xylander: ſed aliæ editiones habent: καὶ κληθῆναι τὴν πόλιν ἐξαγάνου. Et ita Salmaſius, & etiam nos in ſcriptis codd. legimus.

9 Ἐκ τοῦ ξοάνου τὸ Ἀζάνιον.] Ita conſtanter habent libri ſcripti & editi: ſed ſine dubio legendum, ἐκ τοῦ ἐξουάνου τὸ Ἀζάνιον. Et ita hic locus cum antecedentibus conveniet.

10 Ἀζειῶται, ἔθνος τῆς Τρῳάδος.] Fortaſſis idem eſt populus, de quo apud Heſychium. Ἀξιῶται ἔθνος Τρῳάδος.

11 Ἵν' ᾖ ὡς Μάρεια.] In Voſſiano MS. ἵνα ᾖ ὡς Μάρεια.

12 Μάρεια Μαρειώτης, Ῥάφεια Ῥαφειώτης.] Propriis ſuis locis Stephanus ab hiſce vocibus alia gentilia formavit: à Μάρεια Μαρεώτης & à Ῥάφεια Ῥαφιώτης, de quibus poſtea agemus.

13 Ἀζηνία, ὡς Πλωθία.] Sic repoſuimus pro Ἀζηνιά, ὡς Πλωθιά, uti excuſum eſt in Xylandri & aliorum editionibus. Sed pro Πλωθία ipſe Epitomator ſuo loco habet Πλωθεία. De hac tribu eadem legere licet apud Harpocrationem. pag. 9. & Heſychium.

14 Λουσία.] Xylander hanc vocem in ultima ſignavit. Vide Stephanum in Λουσία.

δῆμ☉ ἐν Ἀττικῇ τῆς Ἱπποθοωντίδ☉ φυλῆς. A [15] ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἀρχιεύς. [16] τὸ τοπικὸν, δῆλον.

lus Atticus Hippothoontidis tribus. Popularis Azenienſis dicitur, uti Ericeenſis. Locale manifeſtum eſt. v. Ειρεσία e Αζηνια in Hyſ.

ἌΖΙΛΙΣ [17], πόλις Λιβύης. [18] οἱ δὲ περὶ Σαλέστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι. [19] τινὲς δὲ Ἄζιριν μετὰ τοῦ ρ B λέγουσι τὸν χῶρον. [20] Χάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν. [21] ὁ πολίτης Ἀζιλίτης, [22] ὅτι πρωτότυπον εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Αἰγυπτίῳ. καὶ ὡς Κάνωβος Κανωβίτης. [23] εἰ δὲ οὐδετέρως Ἄξιρον, τὸ ἐθνικὸν Ἀξιρεύς, ὡς Σου- C νιεύς.

AZILIS, urbs Libyæ. Enimvero Salluſtius non urbem, ſed locum & fluvium eſſe perhibet. Quidam vero hunc locum Azirin, cum R nominant: ſed Charax eum Axirum nuncupat. Civis Azilites dicitur. Quando primitivum exit in ις; derivativum Libyco & Ægyptio loquendi modo in ιτης terminatur, uti Crambutis Crambutites. Si autem genere neutro dicatur Axirum, gentile erit Axirenſis, uti Sunienſis.

ἌΖΩΡΟΣ [24], πόλις Πελαγωνίας, [25] τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων, ἀπό τινος ἐκτισμένη Ἀζώρου. λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ἐν Ἀζώροις. ὁ πολίτης Ἀζωρίτης ὡς D Ἀλωρίτης. [26] πόλις δὲ Μακεδονίας καὶ ἡ Ἄλωρ☉. [27] Ἀρριανὸς Ἀζώρειαν αὐτήν φησιν. ἢ Ἀζωριάτης, [28] ὡς Βοττεάτης. ἢ Ἀζωρεύς, ὡς Ἀλεξανδρεύς.

AZORUS, urbs Pelagoniæ, Tripolitidis dictæ, uti Strabo perhibet, quæ ab Azoro quodam ædificata eſt. Plurali numero dicitur in Azoris. Civis Azorites vocatur, uti Alorites: (Alorus vero urbs Macedoniæ eſt, quam Arrianus Azoriam appellat.) ſive Azoriates, uti Bottiæates, ſive Azorenſis, uti Alexandrenſis.

ἌΖΩΤΟΣ [29], πόλις Παλαισίνης. E [30] ταύ-

AZOTUS, urbs Palæſtinæ; quam ali-

[15] Ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἀρχιεύς.] Scribendum ſine ulla dubitatione: ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἐρικειεύς. Stephano Ἐρίκεια eſt δῆμ☉ Ἀθήνησιν Αἰγηΐδος φυλῆς. cujus popularis dicitur Ἐρικειεύς. Mendum huic non diſſimile etiam apud Suidam in Ἀζηνιεύς occurrit, cujus locus ita eſt legendus: ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεύς, καὶ Ἀζηνιεῖς. καὶ Ἐρικειεῖς, καὶ Ἐλαιεῖς: ubi nunc corruptè legitur, Ἐρχιεῖς καὶ Ἁλιεῖς. v. Ειρεσία in Hyſ. et alib.

[16] Τὸ τοπικὸν δῆλον.] In Palatinis Salmaſ. invenit: τὰ τοπικὰ δῆλα: & ita quoque Voſſianus exhibet.

[17] Ἄζιλις, πόλις Λιβύης.] Situm hujus oppidi manifeſtè indicat Herodotus lib. IV. Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊ☉ λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον. *Atque in continente eſt portus Menelaïus & Aziris, quam Cyrenæi incoluêre.* Sed notandum eſt oppidi nomen hic cum R ſcribi, quam ſcriptionem etiam Steph. ex aliis infra obſervavit.

[18] Οἱ δὲ περὶ Σαλέστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ, καὶ ποταμὸν εἶναι.] Nomen Salluſtii ab auctore noſtro cum ſimplici lambda ſcriptum eſt, quod ſequioris ævi ſcriptoribus Græcis videtur fuiſſe familiariſſimum, nam ſimiliter etiam reperitur apud Anonymum in Olympiadum ἀναγραφῇ, quem L. Holſtenius in commentariis ad Cluverii Italiam eſſe Scaligerum ipſum ter affirmat. Conſtat tamen cum duplici lambda ſcribendum, quemadmodum legitur in MSS antiquiſſimis, & effoſſis lapidibus, uti jam aliis eſt demonſtratum. Hujus oppidi neque in bello Jugurthino, neque in Salluſtii fragmentis, aliqua exſtat memoria. Scholiaſtes in Callimachum ſcribit eſſe ὄρ☉ καὶ ποταμὸν Λιβύης.

[19] Τινὲς δὲ Ἄζιριν μετὰ τοῦ ρ λέγουσι τὸν χῶρον.] Sic ſcripſit Herodotus, uti paullò ante indicavimus, neque aliter Callimachus, Hymno in Apoll. cujus hæc ſunt verba.

---- Πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιριν ἔναιον.

[20] Χάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν.] Ptolemæus lib. IV. cap. V. in Nomo Marmaricæ ponit villam, quæ Ἄξυλις dicitur. Salmaſius ad Solinum eundem hunc affirmat eſſe locum, de quo fit mentio apud Herod. lib. IV, cujus locum ſuprà in medium produximus.

[21] Ὁ πολίτης Ἀζιλίτης.] Optimè ſic reſcripſit Xylander pro ὁ πολίτης Ἀξιλίτης, quod exhibent codices ſcripti & editi. Sed à librariis non tantum, verum etiam ab ipſis ſcriptoribus hæ literæ ζ & ξ ſæpiſſimè confunduntur, cujus rei plurima apud Stephanum noſtrum exempla ſunt obvia: Ζοῦχις, πόλις Λιβύης περὶ τὴν Σύρτιν. de qua & alio loco inquit: Ξοῦχις, πόλις Λιβύης, quæ prorſus eadem cum priori videtur. Sic Τοπάζιον inſula Indica διὰ τοῦ ξ ἐγράφετο πρότερον antea per ξ ſcribebatur. Quod Ptolemæo Ζιλία, illud Stephano Ξιλία: & quod Joſepho Ζιφλών hoc Stephano Ξιφλών appellatur.

[22] Ὅτι πρωτότυπον εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Αἰγυπτίῳ.] Hac lectione nihil inſulſius, nam manifeſtè nonnulla deſiderantur. Et cum nihil juvent MSS conjecturâ res peragenda eſt. Non incommodè legi poſſet: ὅτε τὸ πρωτότυπον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει, ὡς Κράμβουτις Κραμβουτίτης. Nihil hac noſtra emendatione firmius aut evidentius. Et quod pro καὶ ὡς Κάνωβ☉ Κανωβίτης alia vocabula repoſuerim hæc eſt ratio, quod huic canoni non reſpondeant, magna enim differentia inter exeuntia in ος & ις conſpicitur.

[23] Εἰ δὲ οὐδετέρως, Ἄξιρον.] In Voſſiano MS inveni: οἱ δ' οὐδετέρως, Ἄξιρον. Exigua hæc eſt mutatio & non magni momenti.

[24] Ἄζωρ☉, πόλις Πελαγωνίας.] In aliis editionibus eſt Πελαγονίας, & etiam in MSS: neque aliter apud Strabonem & ipſum Stephanum, ubi de hac voce verba facit.

[25] Τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων.] Librum Epitomator non expreſſit: locus quem reſpicit exſtat lib. VII. Τριπολῖτις γοῦν ἡ Πελαγονία ἐλέγετο, ἧς καὶ Ἄζωρ☉ ἦν. *Nam Pelagonia cognomentum tulit Tripolitidis, hoc eſt tribus conſtantis urbibus, quarum una fuit Azorus.* Huc apprimè facit locus Livii Tripolim accuratè deſcribentis lib. XLII. cap. LIII. *Deinde ſaltu anguſto, ſuperatis montibus quos Cambunios vocant, deſcendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythoum, & Dolichen incolentes. Hæc tria oppida cunctata, quia obſides Lariſſæis dederant: victa tamen præſenti metu in deditionem conceſſerunt.*

[26] Πόλις δὲ Μακεδονίας καὶ ἡ Ἄλωρ☉.] Vide Stephanum in voce Ἄλωρ☉, & noſtras obſervationes ad illum locum.

[27] Ἀρριανὸς Ἀζώρειαν αὐτήν φησιν.] In Voſſiano cod. Ῥιανὸς Ἀζώρειαν αὐτήν φησιν. Et ita quoque Salmaſius in vet. MS invenit.

[28] Ὡς Βοττεάτης.] Sic habent codices vulgati & ita etiam Salmaſius in recentiore MS invenit: in Vet. ὡς Κοττεάτης, quam lectionem & mihi Voſſianus exhibuit, ſed videtur corruptiſſimum. Scriberem, ὡς Βοττιαιάτης, quod fit à Βοττιαία: ſed præſtaret aliud reponere, quod magis conveniret.

[29] Ἄζωτ☉ πόλις Παλαισίνης.] Accuratum oppidi ſitum habemus apud Ptolemæum lib. V. cap. XVI: quem etiam obſervare licet apud Joſephum lib. XIII. cap. VIII. Antiq. Jud. & apud Plinium lib. V. cap. XIII: & apud Strabonem lib. XVI: ubi alio accentu notatur. Ἀπὸ δὲ Ἰαμνείας

[30] ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων. [31] καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὅ ἐστι χίμαιραν, ἣν Ἄζωτον μετέφρασαν. λέγεται δὲ ἀρσενικῶς. ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Ἄζωτος Ἀχαΐας, ὁ πολίτης Ἀζώτιος, ὡς Βηρύτιος, Ἁλιάρτιος. καὶ θηλυκῶς. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Πελωρία, [32] ἀπὸ τῶν Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου. καὶ ἀπὸ παιδὸς Ἀζώτου, Ἄζωτος.

ΑΘΑΜΑΝΙΑ[33], χώρα Ἰλλυρίας. οἱ δὲ, Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀθαμᾶνες.

ΑΘΑΡΡΑΒΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ. [34] Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ Ἀθάρραβις πόλις. Ἑκαταῖος δὲ ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως, δι' ἑνὸς ρ καὶ τοῦ μ, Ἀθαραμβίτης νομὸς, καὶ Ἀθαράμβη πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἀθαραμβῖται.

ΑΘΗΝΑΙ[35], πόλεις, κατὰ μὲν Ὦρον, πέντε. κατὰ δὲ Φίλωνα, ἕξ. [36] ἡ ἐν Ἀττικῇ, [37] περὶ ἧς φησι Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς [38] τὰς ἕνδεκα

aliquis ex profugis, à rubro mari redeuntibus, ædificavit, & ab Aza uxore ſua Azam, quæ vox capram denotat, denominavit, quam Azotum interpretati ſunt. Et ſic etiam genere maſculino dicitur. Eſt item alia Azotus, quæ Achaïæ civitas eſt, cujus civis Azotius dicitur, uti Berytius, Haliartius: quæ etiam fæminini generis eſt. Vocabatur verò & Peloria à Peloro aliquo, qui unus ex Spartis fuit; & à filio Azoti, Azotus dicitur.

ATHAMANIA, regio Illyriæ; quidam vero Theſſaliæ eſſe ajunt. Gentile Athamanes.

ATHARRABIS, urbs Ægypti, uti etiam teſtatur Herodianus in lib. III. Atharrabites præfectura, & urbs Atharrabis in Ægypto ſunt. Hecatæus vero in ſecundo Periegeſeôs cum ſimplici R, & cum M ſcripſit. Præfectura Atharambites & urbs Atharambe. Gentile, Atharambitæ.

ATHENÆ, urbes ſecundum Orum quinque, ſecundum Philonem vero ſex hoc nomine reperiuntur. De illa quæ in Attica eſt Charax refert, Theſeum,

νείας εἰς Ἄζωτον καὶ Ἀσκάλωνα εἰσὶν ὅσον διακόσιοι στάδιοι. *Jamnia Azoto & Aſcalone diſtat ducentis ferè ſtadiis.*

30 Ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς &c.] Hæc, ut optimè obſervat doctiſſimus Bochartus in ſuo Phaleg pag. 823, merè ſunt fabuloſa. Stephanus Phœnices intelligit, quos ex mari rubro, id eſt Perſico veniſſe antiqui crediderunt, quia Phœniciæ partem incolebant Samaritani è Perſide advecti, uti legimus 2 Reg. XVII: 24. Sed hos Azotum condidiſſe, aut ab Aza denominaſſe manifeſtè falſum eſt. Azotus non eſt Phœnicum, ſed Philiſtæorum oppidum, conditum multis ſæculis ante Samaritanorum è Perſide commigrationem. An autem primi Phœnices è mari Rubro venerint egregiè diſputat idem Bochartus ejuſdem libri pag. 759. quem legiſſe non pœnitebit.

31 Καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὅ ἐστι χίμαιραν, ἣν Ἄζωτον μετέφρασαν.] Phœnicibus quidem עזא *aza* dici potuit, uti etiam עז Hebræis. Sed in Hebraica ſcriptura עז *ez capra*, & אשדוד *Aſdod*, id eſt, Azotus, nihil quicquam ſimile aut commune habent. Vide Bochartum loco antea allegato.

32 Ἀπὸ τῶν Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου.] Reſpicit Epitomator fabulam de Cadmo, qui juſſu Minervæ Draconis dentes ſevit, unde Spartæ ſunt enati, qui armati è terra exoriebantur. Hi mutuam inter ſe pugnam inierunt, ex quibus quinque ſuperfuerunt: quorum nomina exſtant apud Apollodor. lib. III. Περιεσώθησαν δὲ πέντε. Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑποτρήνωρ [lege Ὑπερήνωρ] Πέλωρ. Ubi etiam obſervandum in caſu recto dici Πέλωρ & apud Stephanum Πέλωρος. Scholiaſtes ad Apol. Rhodii lib. tert. verſ. 1178. eandem fabulam ex Hippia Delio & Pherecyde referens, etiam Πέλωρ ſcripſit. Sed apud Pauſan. in Bœoticis eſt Πέλωρος, qua terminatione quoque expreſſum reperitur apud Hyginum Fab. CLXXVIII.

33 Χώρα Ἰλλυρίας. οἱ δὲ Θεσσαλίας.] Neminem inter hiſtoricos aut Geographos hactenus inveni, qui Athamaniam Illyriæ attribuit, omnes Theſſaliæ, non longè ab Oſſa monte, uti Strabo lib. IX. teſtatur. Nomen accepit hæc regio ab Athamante quodam qui illic oberravit, poſtquam proprium filium occidiſſet. Etymologici Mag. auctor: ἔστι δὲ πεδιὰς ἐν Θεσσαλίᾳ καλουμένη Ἀθαμαντία, διὰ τὸ ἐκεῖσε τὸν Ἀθάμαντα πλανᾶσθαι μετὰ τὸ φονεῦσαι τὸν ἴδιον υἱὸν Χλέαρχον. Sed reſcribendum eſt Λέαρχον, uti liquet ex Apollod. lib. I. Hygini fab. prima, & ex Pauſaniæ Atticis.

34 Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ.] Hujus præfecturæ meminit Plinius lib. V. cap. IX. Quid ſit Nomus nemo melius dixit quam Epiphanius in hæreſi Baſilidianorum. Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεων Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τοῦ Βουβάστου, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. *Ubi enim apud ſanctum prophetam Eſaiam de Ægyptiacis civitatis alicujus, puta Taneos, vel Memphis, vel Bubaſti nomis ſcriptum aliquid reperies, id Ægyptiace circumjacentem cujuſcunque civitatis agrum ſignificat.* Et ab Epiphanio non diſſentit Cyrillus Alexand. qui in commentariis ad cap. XIX. Eſaiæ ita ſcribit. Ὥστε καὶ πόλιν ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸν ἐπὶ νομὸν ποιεῖσθαι τὰς ἐφόδους. Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων χώραν οἰκοῦσιν ἑκάστη πόλις, καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι. καὶ τέθειται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή. Hoc eſt: *Ita ut civitas in civitatem, & nomus in nomum inſurgat. Nomus autem dicitur Ægypti incolis unaquaque civitas, cum vicina regione, & pagis qui ei ſubſunt, voce apud eos pervulgata.* Sed an vox *Nomus* ſit Græca aut Ægyptia, adhuc ſub judice lis eſt; qua de re vide Caſaub. ad Strabonem.

35 Ἀθῆναι.] Non ſemper à Græcis plurali numero effertur celeberrimi hujus oppidi nomen, uti obſervare licet ex Euſtathii Παρεκβολαῖς ad lib. pr. Homeri pag. 119. Sic enim inquit. Νῦν δὲ τοῦτο ἰστέον, ὅτι τὴν παρὰ τῷ ποιητῇ ταύτην Θήβην, πληθυντικῶς ἄλλοι Θήβας φασί. καὶ εἰσὶ δὲ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα διφορούμενα κατ' ἀριθμόν. Ἀθήνην γὰρ τὴν πόλιν, καὶ Ἀθήνας εὑρίσκομεν. καὶ Κρήτην δὲ Κρήτας. καὶ ἀκρωτήριον Μάλειαν, Μαλείας. καὶ ἄλλα διάφορα. Hujus profectò rei exempla non paſſim ſunt obvia: & ſi omninò occurrant, non temere imitanda videntur. Suidas tamen in Ἀθήνησιν meminit oppidi cujuſdam Laconici, quod ſingulari numero Ἀθήνη dicebatur. Non opus eſt ut diu in enodanda nominis etymologia deſudemus; nam unicuique imo & pueris eſt notiſſimum nomen accepiſſe παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Quoniam Minerva tanquam tutatrix urbis ſive arcis, in qua fanum ei extructum erat, præ cæteris Diis deabuſque ibidem culta fuerit. Vide Servium ad Virgil. alioſque.

36 Ἡ ἐν Ἀττικῇ.] Atticarum antiquitatum peritiſſimus Joh. Meurſius ſpecialem de Athenis tractatum reliquit.

37 Περὶ ἧς φησι Χάραξ.] Scriptor hic eſt ſatis notus, de quo alias egimus. Sed quæ Stephanus ex Charace refert, etiam apud Plutarchum in Theſeo leguntur. Et Cicero lib. II. de Legibus inquit: *Atticos Theſeus ex agris, & in aſtu quod appellatur, omnes ſe conferre juſſit.* Vide etiam Thucydidem lib. II.

38 Τὰς ἕνδεκα πόλεις.] Alii ſcriptores duodecim oppida enumerant. Etymologici Mag. auctor in voce Ἐπακρία. Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν

ἕνδεκα πόλεις, τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ, συνοικίσας A εἰς Ἀθήνας; [39] Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο. ὁ πολίτης, Ἀθηναῖος. καὶ θηλυκὸν, Ἀθηναία. [40] ἡ δὲ θεὸς Ἀθηναία λέγεται μονογενῶς. [41] λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικὸς, [42] ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί. Φιλήμων δὲ οὕτως ἐν Πτερυγίῳ, B

Νυνὶ δ' ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
[43] Τὰς Ἱππονικὰς τάσδε, καὶ Ναυσιστράτας,
Καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Δίδυμος δέ φησιν ὅτι Ἀθηναίας λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς. [44] ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν C εἶναι τὴν φωνὴν, καὶ θαυμάζει πῶς [45] ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν, [46] χρῆται. [47] Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄνδρας Ἀστοὺς ἐκάλουν. [48] πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰ ἄστη καὶ τὰς D πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦνται, [49] ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν,

A Theſeum, qui undecim urbes, quæ in Attica erant, Athenas commigrare fecerat, feſtum Conſociationis inſtituiſſe. Civis vocatur Athenæus, & in fæminino genere Athenæa: Verum Dea Athenæa per excellentiam ita appellatur. Dicitur autem etiam de muliere, uti multi alii exiſti- B mant. Sic enim Philemon in Ala loquitur.

Nunc vero, quando quis domum duxerit
Haſce Hipponicas & Nauſiſtratas
Et Nauſinicas, Athenienſes dico.

Aſt Didymus inquit, quod Ἀθηναίας loco Atti- C cas dicant. Phrynichus vero ait vocem non eſſe Atticam: & mirum ipſi videtur, quo pacto Pherecrates, qui linguæ Atticæ fuit peritiſſimus, ea uſus ſit. Mulieres autem nominabant Ἀστὰς, non ea de cauſa, quod nequiret dicere Athenæas, ſed quia viros Ἀστοὺς appellabant: Athe- D nienſes enim omnium primi ἄστη oppida & urbes inveniſſe narrantur; unde etiam ſuam arcem pro-

γὼν κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. Totidem etiam enumerat Strabo lib. IX. hiſce verbis: Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος. ὧν ὀνόματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκελεία, Ἐλευσὶς, Ἄφιδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φαληρός. πάλιν δὲ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. Sed facillimo negotio diſſidium hoc componi poteſt: Stephanus undecim urbes Athenis inquit fuiſſe additas; Strabo autem & Etymologus tradunt duodecim in unam coactas, quod certè eodem redit: nam inter duodecim etiam Athenæ debent recenſeri, quibus tunc temporis Cecropia nomen erat.

39 Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο.] Refert Plutarchus Theſeum ea occaſione, qua populum Atticum vicatim & ſparſim habitantem in unam urbem commigrare coegit, Μετοίκια, id eſt *feſtum Demigrationis* inſtituiſſe; non tamen Plutarchi aut Stephani ſententia à vero aberrat: nam populus ex agro in urbem commigraturus *Demigrationis feſtum*, & jam unica in urbe ſimul habitans *feſtum Contubernii*, ſive *Conſociationis* celebravit.

40 Ἡ δὲ θεὸς Ἀθηναία λέγεται μονογενῶς.] Peperit mihi difficultatem quandam vox μονογενῶς, cujus primitiva & pueri norunt. Sed non puto noſtrum reſpicere modum quo Minerva ſit nata, quæ ſola ſolum ſui generis auctorem Jovem agnoſcit. Non memini hanc vocem legiſſe niſi apud Arrianum in Periplo maris Erythræi: ἐν ᾗ μονογενῶς λίβανος ὁ περατικὸς πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται. *In qua regione præcipue* (id eſt προηγουμένως potiſſimum vel principaliter) thus peraticum plurimum & præſtantiſſimum naſcitur. Adeo ut apud noſtrum pro κατ' ἐξοχὴν ſumi videatur.

41 Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικὸς.] Auctor noſter in ea videtur verſari opinione, ut Ἀθηναία de muliere Attica uſurpare ſit permiſſum, & ad hujus rei confirmationem ex Philemone teſtimonium in medium producit. Hoc pro vero conſtat Athenienſes ut plurimum fuiſſe religioſiores: adeò ut non facile homini, etiamſi eminenti loco conſtituto, de cultu divino quidpiam detulerint: nam cum Demades decreto ſtatuiſſet, ut Alexander eſſet Deus decimus tertius, tam indigne illud tulerunt, ut eum hanc ob cauſam centum talentis mulctarint. Quemadmodum Judæis & deinde nobis, verum ſupremi numinis nomen rebus creatis attribuere, quid dicam attribuere, imò & temerè in os ſumere nunquam fuit licitum, ita Athenienſes ſummum nefas & ſacrilegium ducebant, ſi quis mortalium proprio Dei Deæve nomine inſigniebatur. Euſtathius ad Iliad. A. pag. 84, non negans Atticas mulieres etiam Ἀθηναίας fuiſſe dictas, varias ibi adfert rationes, quare etiam alia nomina ſortita ſint, cujus verba, quia apprimè ad rem faciunt, huc adſcribam. Ἱστέον δὲ ὅτι παρασημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, μὴ λέγεσθαί ποτε Ἀθηναίαν γυναῖκα, διὰ τὴν τοιαύτην Ὁμηρικὴν Ἀθηναίαν ἤτοι Ἀθηνᾶν. ἀνὴρ μὲν γάρ φασιν, Ἀθηναῖος. ἐστὶν ὥσπερ καὶ Θηβαῖος. οὐ μὴν ὥσπερ Θηβαία, οὕτω καὶ Ἀθηναία γυνή. ἀλλὰ ἐπωνύμως γυνὴ Ἀττική. τὸ γὰρ Ἀθηναία, ἤδη προκατείληπται. ὅθεν ὡς θεῖόν τι τυγχάνον ὄνομα καὶ ὑπερηρμένον, οὐ θέμις ἀποκαλεῖσθαι καὶ θνητοῖς προσώποις ἐγκαθεσθῆναι, ἤγουν ὡς οἷον ἱεροσυληθῆναι θείαν κλῆσιν. Multa præterea addit ex Lexico Pauſaniæ & Ælii Dionyſii, quæ ibi commodius legi poſſunt.

42 Ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί. Φιλήμων &c.] Preter Philemonem, quem citat hoc loco Stephanus, à Suida etiam alii in voce Ἀθηναίας producuntur, nempe Pherecrates, Cantarus, Diphilus, Pindarus & etiam Philemon, apud quos omnes hujus vocis, ſcil. Ἀθηναία, fæminis Atticis attributæ frequentiſſimus fuit uſus. Hujus comici etiam exſtat mentio apud Phrynichum in Βουνὸς, & apud Heſychium in Ἴσις: fuitque comicus Syracuſanus, filius cujuſdam Damonis, novæ comœdiæ ſcriptor. Floruit ſub Alexandri regno paulò ante Menandrum. Scripſit comœdias circiter XC, quarum multæ citantur Athenæo, qui hujus tamen, quæ Stephano dicitur Πτερύγιον & Suidæ Πτέρυξ, non meminit.

43 Τὰς Ἱππονικάς.] Hi poſteriores verſus etiam apud Suidam exſtant, ſed pro Ναυσιστράτας ibi Λυσιστράτας legitur.

44 Ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνήν.] Phrynichus in ecloga Atticarum dictionum nullam hujus rei, quod ſciam, mentionem facit.

45 Φερεκράτης.] Hujus comici meminit Phrynichus in vocabulo Σαπρόν. Θέων φησὶν ὁ γραμματικὸς εὑρηκέναι παρὰ Φερεκράτει, ληρῶν. Lege quoque Suidam & alios.

46 Χρῆται.] Legerem: χρῆται τῇ λέξει: vel χρῆται τῇ φωνῇ, quod vocabulum paulo ante præceſſerat.

47 Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' &c.] Vide Stephanum in voce Ἄστυ. Præterquam quod Athenienſium mulieres Ἀττικαὶ & deinde Ἀθηναῖαι appellabantur, certum eſt eas quoque Ἀστὰς nominatas fuiſſe. Euſtath. ad Iliad. A pag. 84. ita ſcribit. ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ Ἀσταὶ, ἤτοι Ἀττικαὶ γυναῖκες, Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίαν καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν, Ἀθηνᾶν. ἕτεροι δὲ τῶν παλαιῶν, οὕτω συντόμως εἶπον. Ἀνάττικον Ἀθηναίαν γυναῖκα εἰπεῖν. Ἀστὰς δὲ τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας ἔλεγον, ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας Ἀστούς.

48 Πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰ ἄστη καὶ τὰς πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦνται.] Hyginus Fab. CLXIV. *Inter Neptunum & Minervam cum eſſet certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Jovem judicem ſumpſerunt* &c. *Itaque Minerva ex ſuo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum conſtitutum.* Lege etiam Epitomatorem noſtrum in Ἄστυ: & Apollodorum de Diis lib. III.

94 Ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν, πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι.] Athenienſium arcem Thucyd. Urbem appellari teſtatur: lib. II. inquit. Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ Ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις. Et eodem libro ait. Τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν. Vide etiam lib. V. Etymologici mag. auctor in Διιπόλια, πόλιν τὴν ἀκρόπολιν ἔλεγον. Præter jam allegatos lege Pauſaniam in At-

αὐτῶν, πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι, [50] ὡς Ἀριστοφάνης, A

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὴν πόλιν.

ἐλέγοντο δὲ καὶ πατρωνυμικῷ τύπῳ, ὡς Ἄβρων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι εἰσὶ διτταὶ προσηγορίαι παρὰ ποιηταῖς, ἀπό τε τῆς πατρίδος, B καὶ τοῦ συνοικιστοῦ. [51] Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι, [52] καὶ Φαλανθιάδαι, οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς. [53] Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θη- C σεῖδαι, Ἐρεχθεῖδαι. [54] καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον. [55] δευτέρα, πόλις Λακωνική. τρίτη, Καρίας. [56] τετάρτη, Λιγύων. πέμπτη, Ἰταλίας. [57] ἕκτη, Εὐβοίας, Δίαντος κτίσμα, ὡς Ἔφορος D τρίτῃ. Ἄβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων καὶ Δίας, καὶ Ἀρέθουσα. ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, οὕτως ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν.

ὁ πο-

proprio nomine urbem vocabant, uti teſtatur Ariſtophanes.

Primò quidem Solem adoro,
Deinde caſtæ Palladis celebrem urbem.

Cives verò etiam patronymica formatione nuncupabantur; nam uti Abro in denominativis perhibet, duplices apud poëtas denominationes habent, & à patria, & à conditore. Hac igitur de cauſa Halicarnaſſenſes Antheadæ, & Tarentini Phalanthiadæ appellabantur; Athenienſes vero Codridæ, Cecropidæ, Theſeidæ, & Erechtheidæ; taleſque appellationes, à clarioribus patriæ viris deſumptas, uſurpabant. Secunda eſt urbs Laconica: Tertia, Cariæ: Quarta, Ligurum: Quinta, Italiæ: Sexta Eubœæ, à Diante condita, uti Ephorus lib. III. tradidit. Abantis autem liberi fuerunt Alcon, & Dias, & Arethuſa, quorum quidem Dias, cum urbem exſtruxerat, ita à patria appellavit.

Civis

in Atticis, & Ariſtidem in Panathenaica. Tanta olim hujus arcis fuit excellentia & dignitas, ut eam & in eo memorabilia ſpeciali tractatu & quindecim libris Heliodorus Athenienſis, ac Polemon quatuor libris accuratiſſime deſcripſerint, qui injuria temporis omnes interierunt. De Polemone lege Strabonem lib. IX. Marcellinum de vita Thucydidis, Athenæum lib. IX, Harpocrationem in Νεμέα χαράδρα, alioſque. De Heliodoro habemus apud Athenæum lib. VI. & IX, & apud Harpocrationem in Θετταλός: in Νίκη Ἀθηνᾶ: & in προπύλαια.

50 Ὡς Ἀριστοφάνης.] Hi verſus exſtant apud Ariſtophanem in Pluto Act. III. Scen. 3. ſed in vulgatis ejus codicibus locus paulo aliter legitur, nempe hoc modo.

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.

Verum quidem eſt hoſce verſus ſuis conſtare numeris ſi hoc modo legatur, ſed Stephani lectionem, qua neque ipſa metri lex læditur, vulgatæ facillimè præfero. Tota quidem Attica Palladi erat ſacra: ſed quia Stephanus hiſce verbis probare nititur Athenienſium arcem antiquis urbem ſive πόλιν nominatam fuiſſe, in qua Palladis ſimulachrum erat erectum, ſuo tempore hic non poterat legere κλεινὸν πέδον. Imo tanto magis vulgatæ lectioni diffido, quia poſt hos verſus mox ſubſequatur:

Χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος,

Nam χώρα & πέδον fermè ejuſdem ſunt ſignificationis: adeo ut manifeſtam obſervare liceat differentiam, ſi hic legatur κλεινὴν πόλιν: ita olim Athenienſium Arcem dictam fuiſſe, ex aliis auctoribus antea probavimus

51 Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι.] Differunt libri ſcripti & editi. Voſſianus codex habet: Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀθεάδαι. Et vulgati Xylandri editionem præcedentes: Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀυθεάδαι. Halicarnaſſenſes à poëtis etiam Antheadæ appellabantur ſecundum Pauſaniam lib. II. ab Antha quodam, qui Neptuni filius fuit. Πολλοῖς δὲ ἔτεσιν ὕστερον, εἰς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες, Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γεγονότες ἀπ' Ἀετίου τοῦ Ἄνθα. *Multis autem poſtea annis ex Trœzene in coloniam miſſi, Halicarnaſſum in Caria, & Myndum condiderunt qui ab Aetio Anthæ filio originem ducebant.* Et paulo ante expreſſis verbis refert Antham Neptuni filium fuiſſe. τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρός. Sed ut verum fatear vox illa Ἄνθα videtur in mendo cubare, nam ab nomine ejuſmodi terminationis patronymicum Ἀνθεάδαι non commodè deducitur; uti ex Stephano deinde fiet manifeſtum, cum ad vocem Ἁλικαρνασσὸς pervenerimus.

52 Καὶ Φαλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.] Aldina & Florentina habent: Καὶ Φαλανθιάδαι καὶ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο. Præfero tamen Xylandri editionem quam ſequimur. Sic Tarentini antiquitus etiam appellabantur à Phalantho quodam Spartano; nam ut refert Servius ad Æneid. lib. III. *Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt, & quum utraque pars affligeretur, Lacones quibus juventus deerat, præceperunt ut virgines cum quibuſcunque concumberent, factumque eſt ut poſt ſedata bella juventus incertis parentibus nata, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalantho octavo ab Hercule profecti ſunt, delatique ad breve oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricaverat.* Ab eo igitur Phalantho, qui oppidum illud valdè auxit, Tarentini Phalantiadæ dicti ſunt. Conſule etiam Pauſaniam in Phocicis, & Strabonem lib. IV, & Juſtinum lib. III. cap. IV. ubi dux ille malè *Palantus*, & nati ex promiſcuo fæminarum concubitu, non rectè *Partheniæ* vocantur.

53 Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, Ἐρεχθεῖδαι.] In antecedentibus auctor dixerat, quo nomine cives Athenienſes vulgò appellarentur, nunc varios adfert modos, quibus à poëtis patronymicè ſint inſigniti: tam plurima hujus rei exempla apud poëtas ſunt obvia, ut ea producere non ſit neceſſe. A Codro igitur ultimo Athenienſium rege, qui ſe pro patriæ ſalute certiſſimæ morti objectavit, Codridæ, à Cecrope Cecropidæ, à Theſeo Theſeidæ, & Erechtheo Erechtheidæ dicti ſunt. Vide Euſtath. ad Iliad. B. pag. 285. qui totidem penè verbis hæc ex noſtro auctore tranſcripſit.

54 Καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον.] Sic libri ſcripti & editi exhibent: ſed corrupta ſine dubio lectio: reſcribendum videtur, καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρων ἐνόμιζον. [illegible] aliter paulo ante dixerat. Καὶ Φαλανθιάδαι, Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς.

55 Πόλις Λακωνική.] Hujus oppidi Laconici meminit Suidas. Ἀθήνησιν, ἐν ταῖς Ἀθήναις. Ἀθήνη δὲ πόλις Λακωνικῆς. *Athenis, in Athenis. Athene verò in ſingulari fuit urbs agri Laconici.*

56 Τετάρτη, Λιγύων.] Salmaſius in Pall. reperit: τετάρτη Λιγύσκος, & ita mihi exhibuit Voſſ. cod. quam lectionem etiam Aldina & Florentina profitentur. Videtur legendum: τετάρτη, Λιγυστὶς, uti Λιβυστὶς, *pelle Libyſtidos urſæ*, apud Virg. Forte hanc intelligit, quæ à Plinio lib. III. cap. IV. Athenopolis dicitur.

57 Ἕκτη Εὐβοίας, Δίαντος κτίσμα.] Strabo libro X. in Eubœæ deſcriptione hujus oppidi meminit, & Euſebius in Chronico, cui loco multa videntur excidiſſe: & forte ita in integrum eſt reſtituendus, ſi legatur hoc modo. Κέκροψ Ἀθήνας ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ Δίας Ἀθήνας τὰς καὶ Διάδας ἐν

Εὐβοίᾳ

ὁ πολίτης Ἀθηναῖος, καὶ Ἀθηναϊκός. τὰς A δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι. ἑβδόμη, Ἀκαρνανίας, ὡς Δημήτριος. Ἀθηναίους [58] ἐν τῷ Κουρήτιδι κτίσαντας πόλιν, Ἀθήνας προσαγορεῦσαι. [59] τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον. [60] ὀγδόη, Βοιωτίας, ἡ ἐκ τῆς B λίμνης ἀναφανεῖσα μετὰ τὸ πρότερον ἐπικλυσθῆναι τῆς Κωπαΐδος, ὅτε [61] Κράτης αὐτὴν διετάφρευσεν. ἐκλήθη δὲ ἡ πόλις, ὥς τινες μέν φασιν, Ἀθῆναι. ἄλλοι δὲ Ὀρχομενός, ὡς οἱ Βοιωτοί. ἔστι καὶ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ C χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός. ἔστι καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν.

Civis dicitur Athenæus, & Athenaïcus: Athenas vero & Diadas nominari ajunt. Septima eſt Acarnaniæ; tradit enim Demetrius, Athenienſes in Curetide urbem ædificantes, eam Athenas denominaſſe; nam quam nunc Acarnaniam, eam Curetin appellabant. Octava, Bœotiæ, quæ ex palude rurſum apparere cœpit, poſtquam antea Copaïdis aquis eſſet obruta, cum Crates eam foſſa cinxiſſet. Urbs autem hæc, uti quidam ajunt, Athenæ, verum ſecundum alios Orchomenus dicitur, uti ipſi Bœoti teſtantur. Eſt item Athenæ locus in Ponto Euxino, uti Arrianus perhibet; ibique & Græcum templum exſtat.

ΑΘΛΙΒΙΣ [62], πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Ἀθλιβίτης. [63] Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμείου, ἐν τῷ πρὸς Ἀδριανὸν [64] γράφων διὰ τοῦ ρ, D φησὶν Ἄθριβις. [65] οὕτω καὶ Στράβων. ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Ἀραβίᾳ. τὸ ἐθνικόν, Ἀθριβίτης.

ATHLIBIS, urbs Ægypti, cujus civis Athlibites dicitur. Sed Nicanor Hermei filius, in tractatu ad Adrianum, ſcribens cum R, Athribis dicit; & ita quoque Strabo. Eſt & alia in Arabia, cujus gentile Athribites vocatur.

ΑΘΜΟΝΟΝ [66], οὐδετέρως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. τὸ μέντοι Ἀθμονῆζε, E καὶ Ἀθμονῆσι, δοκεῖ ἀπὸ τῆς Ἀθμόνη εἶναι. τὸ ἐθνικόν, Ἀθμονεύς. τὸ θηλυκόν, Ἀθμονίς. ἐν τόπῳ, Ἀθμονοῖ. καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως δῆλα.

ATHMONUM, genere neutro, eſt populus Cecropidis tribus. Equidem adverbia illa, ad Athmonem, & in Athmone, videntur ex Athmone derivari. Gentile, Athmonenſis; fæmininum Athmonis. In loco, in Athmono; & ſimiliter reliqua, quæ manifeſta ſunt.

ΑΘΥΜΒΡΑ [67], πόλις Καρίας πρὸς F Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κτίσμα. ἥ τις μετὰ ταῦτα Νύσσα ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Ἀθυμβρεύς, τῷ λόγῳ τῶν Καρικῶν.

ATHYMBRA, urbs Cariæ, ad Mæandrum ab Athymbro condita, quæ poſtea Nyſſa vocata eſt. Gentile Carico modo Athymbreus dicitur.

ΑΘΥΡΑΣ [68], ἐπίνειον καὶ ποταμὸς περὶ τὸ Βυζάντιον. ἔστι δὲ καὶ κόλπος Ἀθύρας. κλί- G νεται δὲ ἰσοσυλλάβως, [69] ὡς Εὐφορίων,

Ὕδατα δινήεντος ἀμειψάμενος Ἀθύραο.

τὸ ἐθνικὸν διὰ τῆς αι διφθόγγου Ἀθυραῖος, ὡς

ATHYRAS, navale cum fluvio circa Byzantium. Eſt item & ſinus Athyras. Declinatur autem pariſyllabicè, uti teſtatur Euphorion.

Qui tranſivit aquas vorticoſi Athyræ.

Gentile cum æ diphthongo, Athyræus vocatur, uti

Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. *Cecrops Athenas in Attica, & Dias Athenas in Eubœa, quas & Diadas nominavit, ædificavit.* Verum minima mutatione legi poſſet: Κέκροψ Ἀθήνας, Δίας δὲ Διάδας ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν.

58 Ἐν τῷ Κουρήτιδι.] Aliæ editiones exhibent, ἐν τῇ Κουρίτιδι, quod præferendum videtur.

59 Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον.] Aldina & Florentina habent, τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῖτιν ὠνόμαζον. Uti paulo ante habuimus, ἐν τῇ Κουρίτιδι.

60 Ὀγδόη, Βοιωτίας.] Hujus oppidi aliqua exſtat memoria apud Pauſaniam in Bœoticis. Λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοί, καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὲ καὶ Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ὥρᾳ χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν. Hanc Crates foſſa cingebat, in quam collecta aqua ſuperſtagnante, ſolum urbis ſiccabatur.

61 Ὅτε Κράτης.] Plurimi hoc nomine eruditione inſignes viri exſtiterunt. Fuit Crates Academicus, antiquus comicus, Cynicus, Peripateticus, Grammaticus & idem Stoicus: ſed quemnam horum Stephanus intelligat, aliis dijudicandum relinquo. Vide Menagium ad Diog. Laert. pag. 104. & in addendis pag. 4.

62 Ἄθλιβις πόλις Αἰγύπτου.] Hujus urbis meminit Ptolemæus lib. IV. cap. V. Quid urbis nomen denotet, legimus apud Etymologici magni auctorem, cujus verba ita ſunt reſtituenda: Ἄθριβις πόλις Αἰγύπτου. γράφεται δὲ καὶ Ἄθλιβις, ἧς ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δὲ διὰ τοῦ Ρ. τὸ Δέλτα τῆς νησοειδοῦς Αἰγύπτου ἐστὶ κεφαλή, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχομένων Νείλῳ μεθυσκομένων. ὅθεν τὸν νομὸν Ἀθριβίτην προσηγόρευσαν. ὥσπερ εἴ τις ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν, οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι, πλὴν καρδίαν. Ἀπίων οὕτως καὶ Ὠρίων.

63 Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμείου.] Vide Voſſium de Hiſt. Græcis lib. II. cap. XII.

64 Γράφων διὰ τοῦ ρ.] Hoc modo etiam Ptolemæus ſcripſit lib. IV. cap. V.

65 Οὕτω καὶ Στράβων.] Athribiticæ præfecturæ meminit Strabo lib. XVI.

66 Ἄθμονον, οὐδετέρως, δῆμος.] Apud Harpocrationem Ἀθμονία dicitur, neque aliter apud Suidam qui eum tranſcripſit. Erat apud hunc populum templum Veneris Οὐρανίας à Porphyrione rege exſtructum, qui ante Actæum in regione Attica regnavit: item fanum Dianæ Amaryſiæ teſte Pauſania in Atticis.

67 Ἄθυμβρα, πόλις Καρίας.] Tria, uti ex Epitomatore apparet, hæc civitas ſortita fuit nomina. Nam vocata fuit, Ἄθυμβρα, & Νύσσα, & Πυθόπολις. Vide Stephanum in Νύσσῃ & Πυθόπολις.

68 Ἀθύρας, ἐπίνειον, καὶ ποταμὸς &c.] Navale, fluvius & ſinus, quantum ex Plinio, Mela, & Ptolemæo queam colligere circa Byzantium in Propontidem exeunt: & apud priores abſque adſpiratione *Atyras* legitur.

69 Ὡς Εὐφορίων.] Stephanus quam plurimis locis laudat Euphorionem, ſed quia duo hoc nomine exſtiterunt, difficillimum eſt diſcernere, quis horum hoc loco à Steph. citetur. Lege Suidam, & Voſſium de Hiſt. Græc. l. I. c. XVI.

ὡς Ῥῆβας, Ῥηβαῖος. ἔστι δὲ καὶ Σκυθίας ποταμὸς Ἀθύρας, [70] ὡς Νυμφόδωρος. A

ΑΘΩΣ [71], ὄρος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἄθω γίγαντος, [72] ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας,

[73] Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος ἰδὼν Θρηΐκιος B
ὑπ' ἄστροις
Ἔκλυεν οὐ δηθέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ὃς ἀναπτῶν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκε βέλεμνα C
Ἠλιβάτου προθέλυμνα Καναστραίης πέρας ἀκτῆς.

[74] βάλλεται δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους. [75] εἴρηται δὲ καὶ Ἄθοος, ὡς τὸ Κῶς Κόος. λέγεται καὶ κατὰ συναίρεσιν, Ἄθους. [76] ἡ κλίσις διπλῆ, D καὶ Ἄθοος, καὶ Ἄθως. [77] τὸ τοπικὸν Ἀθῶος, χωρὶς τοῦ ι, καὶ Ἀθώους, τοὺς ἐνοικοῦντας. [78] τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ ι ἐκ τῆς θωῆς. παρὰ τὸ ἀμφότερον, τὸ θηλυκὸν, Ἀθωΐς. ἔστι δὲ καὶ Ἄθως πόλις, E ἐπὶ τῷ Ἄθῳ. καὶ ὁ πολίτης Ἀθωΐτης.

ΑΙΑ [79], πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου, [80] θα-

uti Rhebas Rhebæus. Eſt autem & fluvius Athyras in Scythia, uti Nymphodorus auctor eſt.

ATHOS, mons Thraciæ, qui à gigante Atho nomen accepit, uti Nicander inquit in libro v. de Europa.

Et Atho quidam, cum tantam altitudinem vidiſſet, à ſolo Thracio
Solvit eam, fundatam prius ſub immenſa palude:
Quam radicitus avellens, ambabus manibus circa Lemnum jactavit
Prope pedem excelſi promontorii Canaſtræi.

Montis autem umbra ſe extendit ad trecenta ſtadia uſque. Vocatuſque fuit etiam Athous, uti Côs Cous, & per contractionem Athûs dicitur. Inflexionem habet duplicem Ἄθοος & Ἄθως. Locale eſt Athous abſque I ſubſcripto, & Athoos incolas appellant. Cum vero impunitatem ſignificat, in penultima circumflectitur, & i ſubſcriptum habet, ſi ex voce Θωῆς deducatur. Ex utroque fit fæmininum Athois. Eſt autem & Athôs oppidum in monte Atho, cujus oppidanus Athoïtes vocatur.

ÆA, urbs Colchidis, quam Æeta condidit, à ma-

[70] Ὡς Νυμφόδωρος.] Fuit Nymphodorus Amphipolites, de quo legimus apud Clementem Alexand. lib. I. Στρωματέων: Et alius Syracuſanus de quo Athenæus lib. VI. VII. & XIII. & apud Ælianum de animal. lib. XI. & XVI. Sed uter horum debeat intelligi, conjectura minimè aſſequi poſſum.

[71] Ἄθως, ὄρος Θρᾴκης.] Multi hunc montem Macedoniæ attribuunt, ſed re vera Thraciæ eſt adſcribendus cum Plinio lib. IV. cap. XII. Mela lib. II. cap. II. Apollonii Rhodii Scholiaſte ad lib. primum, aliiſque plurimis.

[72] Ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας.] Vide Ger. Joh. Voſſium de Hiſt. Græcis lib. IV. cap. XIV.

[73] Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος &c.] In toto Stephano vix alter eſt iſto corruptior locus. Et nihil juvant veteres libri. Miratur vir ſummus & incomparabilis Iſaacus Voſſius eruditos, qui hunc locum citant, ita illum tranſilire, tanquam ſi plana eſſent omnia, cum tamen nullus in hiſce verbis ſit ſenſus. Procul dubio ſcripſerat Nicander.

Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος ἰδὼν Θρηΐκιος ἀπ' ἄκρου
Ἔκλυσεν, ἑδηθέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ἧς ἀνασπῶν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκ' ἐπὶ Λήμνῳ
Ἠλιβάτου προθέλυμνα Καναστραίης πέρας ἄκρης.

[74] Βάλλεται δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους.] Quo montes ſunt altiores, eo etiam longiorem umbram ejaculentur. Apud Apollon. Rhod. elegantiſſimus exſtat locus de umbra hujus montis.

Ἠρι δὲ νισσομένοισιν Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη
Θρηϊκίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν,
Ὅσσον ἐς ἔνδιον κεν εὔστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.

Cæterum dubia luce pergentibus aperiebatur Athonis umbo
Thracius, qui Lemnum, licet tantum diſtantem,
Quantum inſtructior oneraria conficiat in meridiem,
Extantiſſimo inumbrat faſtigio, vel Myrinam uſque.

Quod hic canit Apollonius, confirmatur à Plinio lib. IV. cap. XII. *Oppida habet* (ſcil. Lemnos) *Hephæſtiam & Myrinam, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram.* Etym. Mag. auctor. Ἐν τῇ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἣν τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει.

[75] Εἴρηται δὲ καὶ Ἄθοος, ὡς τὸ Κῶς Κόος.] Salmaſius in Palatinis codicibus invenit, εἴρηται δὲ καὶ Ἀθῶος, ὡς τὸ Κῶς Κῶος. Hæc epitomator de caſu recto & non de obliquo intelligere videtur: nam infra inquit, ἡ κλίσις διπλῆ, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθως, quæ de caſu obliquo procul omni dubio intelligi debent.

[76] Ἡ κλίσις διπλῆ, καὶ Ἄθοος, καὶ Ἄθως.] Codex Voſſianus mihi exhibuit: ἡ κλίσις διπλῆ, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθω. Et ita Salmaſius in Palatinis codd. invenit.

[77] Τὸ τοπικὸν Ἀθῶος, χωρὶς τοῦ ι.] Imo contrarium ſuſtinet Etymologici Mag. auctor. Ἀθῷος, σημαίνει τὸν ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενον· κατὰ τὴν ἀκρίβειαν δὲ, ὤφειλεν ἔχειν τὸ Ι καὶ προπερισπᾶσθαι. [legerem προπαροξύνεσθαι, & ſic etiam infra] ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ Ἄθως ὄρους ἐγένετο. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς ως, διὰ τοῦ ωος παράγωγα σὺν τῷ ι γράφεται καὶ προπερισπᾶται. οἷον Μίνως Μινῷος. πάτρως πατρῷος &c. οὕτω καὶ Ἄθως Ἀθῷος ὤφειλεν εἶναι. Fortaſſis hæc differentia inde oritur, quod apud Stephanum ſcribatur Ἄθωος, & in Etymologico Ἀθῷος, nam circumflexa magis deſiderant cum I ſcribi, quam illa quæ non circumflectuntur.

[78] Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ I.] Ita habent ſcripti codices & editi omnes. Conqueritur Salmaſius ad oram ſui codicis hunc locum eſſe corruptiſſimum & nihil opis in veteribus libris reperiſſe: Senſus tamen erit planus ſi eum ita legere & conſtituere liceat. Τὸ δὲ Ἀθῷον ἐκ τῆς θωῆς, δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ I γράφεται. Contrarium confirmat Etymol. Mag. auctor in voce Ἀθῷος. ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Ἀθῴου τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀζημίου, καὶ τὸ I ἀποβάλλει, καὶ προπαροξύνεται. οὕτως ὁ χοιροβοσκός. Starem tamen à partibus Stephani: Etymologus ſibi ipſe contradicit, nam in præcedenti voce dixerat: Ἀθῷος, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωὴ, ἰῶ ἰωὴ, ἡ ἐκπεμπομένη βοὴ ἢ φωνή, οὕτω παρὰ τὸ θῶ τὸ καταβάλλω καὶ ζημιῶ, θωὴ, ἡ ζημία· ὁ γὰρ ζημιούμενος, καταβάλλεταί τι. ἐξ αὐτοῦ γίνεται θωός. καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἄθωος, ὁ ἀζήμιος. ἔχει δὲ τὸ I ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ εἴρηται θωΐη, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Hæc valde probo, licet Etymologus poſtea eadem rejiciat. Nam ſi apud Archilochum θωΐη reperiatur, neceſſe eſt Ἀθῷος cum iota ſubſcribi.

[79] Αἶα, πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου &c.] Hujus oppidi meminit Apollon. Rhod. lib. II. verſu 1096.

Ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου.
Æa proficiſcebantur ab Æata Cytæo.

Et Valerius Flac. lib. I. Argonauticor.

Barbarus in patriis ſectatur montibus Æam,
Phaſis amore furens. - - -

Quod

[80] θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια, ἣν A περιρρέουσι δύο ποταμοὶ, Ἵππος [81] καὶ Κυάνεος, ποιοῦντες αὐτὴν χερρόνησον. [82] ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι, ὡς Ἀσία Ἀσιάτης, οὕτως Αἶα Αἰάτης καὶ Αἰήτης. ἔστι δὲ καὶ Θετταλίας ἄλλη, [83] ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς. B τῆς μὲν προτέρας λέγων,

---- Εἰς Αἶαν πλέων.

τῆς δὲ δευτέρας, οὕτως,

Ἔστιν τις Αἶα Θεσσαλῶν παγκληρία.

ἔστιν Αἶα καὶ [84] Μακεδονίας πηγὴ, ὡς [85] Ἀντί- C μαχος ἐν Θηβαΐδι. τὸ ἐθνικὸν Αἰαῖος, ὡς Γαζαῖος. τὸ θηλυκὸν, Αἰαία.

ΑἸΑΜΗΝΗ, Ναβαταίων χώρα, [86] ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Αἰαμηνός. D

ΑἸΑΝΗ [87], πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Αἰανοῦ παιδὸς Ἐλύμου, τοῦ βασιλέως Τυρρηνῶν, μετοικήσαντος εἰς Μακεδονίαν. τὸ ἐθνικὸν Αἰαναῖος. [88] Ἰχναῖος γὰρ λέγουσι, καὶ Ἐδεσσαῖος, [89] καὶ Βερροιαῖος. E

ΑἸΑΝΙΤΙΣ, Ναβαταίων χώρα, Οὐράνιος Ἀραβικῶν δευτέρῳ. [90] τὸ ἐθνικὸν, Αἰανίτης. προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ αἰανίτια γράφει δίχα τοῦ ι. F

ΑἸΒΟΥΔΑΙ [91], νῆσοι πέντε τῆς Βρεττανικῆς,

à mari trecentis ſtadiis diſtans, hanc duo flumina Hippus & Cyaneus circumfluunt, ipſam peninſulam facientes. Videtur in contrarium ex illa voce derivari Æetes; uti Aſia Aſiates, ſimiliter Æa Æates & quoque Æetes. Eſt vero & alia Theſſaliæ civitas, cujus Sophocles meminit: De priori quidem ita dicens,

---- *Æam navigans.*

De ſecunda vero hoc modo.

Eſt quædam Æa tota Theſſalorum hæreditas.

Eſt item Æa fons Macedoniæ, uti Antimachus in Thebaïde refert. Gentile Ææus, uti Gazæus; & in fæminino genere Ææa.

ÆAMENE, Nabatæorum regio, auctore Uranio in Arabicorum ſecundo. Gentile Æamenus.

ÆANE, oppidum Macedoniæ, quod nomen habet ab Æano Elymi filio, Tyrrhenorum rege, qui in Macedoniam coloniam deduxit. Gentile, Æanæus. Dicunt enim Ichnæus, & Edeſſæus, & Berhœæus.

ÆANITIS, Nabatæorum regio, de qua Uranius Arabicorum ſecundo mentionem fecit. Gentile eſt Æanites. Incipit perinde ut primitivum à diphthongo. Sophocles autem Aanitin ſcribit abſque jota.

ÆBUDÆ, inſulæ quinque Britanniæ, ut

Quod ad ſitum attinet haud abſimilem invenimus apud Ptolemæum lib. v. cap. x.

Ἵππου ποταμοῦ ἐκβολαί	οα	λϛ	∠
Νεάπολις	οα ∠	μϛ	δ
Κυανέου ποταμοῦ ἐκβολαί	οα ∠	μϛ	ϛ
Σιγάνεον	οα ∠	με	∠ δ
Αἰάπολις	οβ	με	∠ϛ

Vide Stephanum in voce Διοσκουριάς, ubi refert oppidum nunc vocari *Sebaſtopolin.*

[80] Θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια.] Aut Stephanus eſt corruptus, aut Plinius apud quem lib. VI. cap. IV. ita legimus. *Maximè autem inclaruit Æa, XV. paſſuum à mari, ubi Hippos & Cyanos vaſti amnes è diverſo in eum confluunt.* Nam trecenta ſtadia conficiunt 37. M. D. paſſ. uti computantibus erit manifeſtum. Hæc abſque præſtantioribus MSS. non facile conciliari poſſunt.

[81] Καὶ Κυάνεος.] In MS καὶ Κύανος. Sed legendum eſſe, καὶ Κυάνεος apparet ex Ptolemæo jam allegato. Apud Plinium tamen *Cyanos* legitur, quod mendi ſuſpicionem non fugit. Ab aliis hic fluvius *Glaucus* appellatur: ſed quæ cauſa fuerit mutationis nondum mihi eſt perſpectum.

[82] Ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι &c.] Dixerat in principio hujus tmematis civitatem conditam ab Æeta, quaſi ab illo ſic eſſet appellata. Ergo jam opponit; dicens ab Æa potius τὸ Æetes derivari poſſe: nam poſtea ſubjicit, gentile Αἰαῖος dici. Sed promiſcuè appellatur. Nam Circen Ææam vocat Homerus Odyſſ. I.

Ὡς δ' αὕτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.

Alterius gentilitii, (ſcilicet Æates ſive Æetes) meminit Valerius Flac. lib. I. Argon.

Hunc ferus Æetes, Scythiam Phaſimque rigentem
Qui colit. ----

[83] Ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς.] Fabulæ nomen non expreſſit; & loca quæ hic producuntur tanti non videntur pretii, ut tempus noſtrum teramus ad inveſtigandum.

[84] Μακεδονίας πηγή.] Omnes diſſentiunt de loco hujus fontis. Heſychius: Αἶα. γῆ, γαῖα κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ γ, καὶ ὥς τινες κρήνη ἐν Παφλαγονίᾳ. Et Etymologici Mag. auctor fontem hunc in Pæonia collocat. Αἶα ὑπὸ Κυρηναίων τηθὶς καὶ μαῖα, καὶ ἀδελφὴ Κρήτης. καλεῖται δὲ καὶ κρήνη ἐν Παιονίᾳ. Sed fortaſſis hi omnes fontem cum fluvio confundunt: nam fuit Æas fluvius Macedoniæ ex Pindo monte oriens ac in mare Jonium inter Dyrrachium & Apolloniam ſeſe præcipitans, de quo fit mentio apud Ovid. lib. I Metam.

Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Æas.

[85] Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.] Conſule Suidam, qui quinque Antimachos enumerat, è quibus unum eligat lector.

[86] Ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.] Ex ſcriptis codicibus ita repoſuimus. Inſulſè, imo ridiculè omnes exhibent editiones: ὡς Οὐράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ.

[87] Αἰανὴ πόλις Μακεδονίας.] Totidem verbis Suidas hunc Stephani locum in ſuum Lexicon tranſcripſit.

[88] Ἰχναῖος γὰρ λέγουσι.] Sic habent omnes vulgati codices, ſed perperam. Codex Voſſ. Ἰχναῖος γὰρ λέγουσι, de qua lectione non eſt dubitandum: nam Stephanus illud ipſum gentile format à voce Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας, quem locum vide.

[89] Καὶ Βερροιαῖος.] Legerem hoc loco, καὶ Βεροιαῖος, uti habet ipſe Stephanus in voce Βέροια.

[90] Τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης. προκατελήφθη γὰρ.] Hæc ut opinatur Salmaſius ita ſunt legenda & diſtinguenda. Τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης, προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ. διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ Αἰάντιαν γράφει, καὶ δίχα τοῦ ι. Sed hæc non placent: totum locum ita ſcriberet Incomp. Gronovius. τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης, προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ Αἀνῖτιν γράφει δίχα τοῦ ι. In Voſſiano cod. inveni, τὸ ἐθνικὸν Αἰανῖται &c.

[91] Αἰβοῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Βρεττανικῆς.] MSS Αἰβοῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Πρεττανικῆς. Sed literæ B & Π ſæpe confunduntur, ut unicuique eſt manifeſtum. Accuratè loquendo non ſunt Britanniæ, ſed Hiberniæ inſulæ, niſi Britanniæ nomine etiam Scotia & Hibernia comprehendantur aut confundantur. Ptolemæus lib. II. cap. II. Ὑπέρκεινται δὲ

νῆσοι

κῆς, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. τὸ ἐθνικὸν, A Αἰβουδαῖος.

ΑἼΒΟΥΡΑ [92], πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων. ὁ πολίτης Αἰβουραῖος, ὡς ἀρουραῖος. [93] Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην. [94] Ἄργουρα, πόλις Εὐβοίας, Ἀρ- B γουραῖος. [95] Ἴουρα, Ἰουραῖος. καὶ σχεδὸν πάντα τὰ εἰς ρα. δύναται δὲ Αἰβουράτης, ὡς Αἴγειρα Αἰγειράτης, [96] Κίβυρα Κιβυράτης.

ΑἸΓΆΤΗΣ [97], Αἰολίδος ἄκρα, [98] ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κανὴ δὲ Καναὶ λέγεται. Ἀρτε- C μίδωρος δὲ Αἴξ εἶπε τὴν εὐθεῖαν, οὐκ ἀναλόγως. [99] τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος. καὶ τὸ πέλαγος οὕτως. ἔστι δὲ πόλις Φοινίκων, ὡς Ἑκαταῖος.

ΑἸΓΑΊΟΝ ΠΈΛΑΓΟΣ [1], λέγεται D καὶ ἀρσενικῶς Αἰγαῖος πόντος. [2] ἔστι δὲ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίῤῥα, ὡς Ἡσίοδος: [3] λέγεται παρὰ αἶγα ποτὲ φερομένην, ἀπὸ τοῦ περὶ

A ut Marcianus in circuitu refert. Gentile dicitur Æbudæus.

ÆBURA, oppidum eſt Iberiæ, uti Strabo tradidit, cujus oppidanus Æburæus dicitur, veluti ἀρουραῖος, Colura Coluræus, civitas circa B Prienen. Argura, oppidum Eubœæ, Arguræus; Jura Juræus habet, & ita fermè omnia illa nomina, quæ in ρα exeunt. Poteſt etiam dici Æburates, ſicuti Ægira Ægirates, Cibyra Cibyrates.

ÆGA, promontorium Æolidis, uti Stra- C bo teſtatur, quod nunc Cane, & Canæ vocatur. Artemidorus vero in caſu recto Αἴξ dixit, non præter rationem. Locale eſt Ægæus. Et ita etiam mare vocatur. Eſt porro quoque oppidum Phœnicum, uti Hecatæus perhibet.

D ÆGÆUM MARE, & in maſculino genere Ægæus pontus dicitur. Eſt & Ægæus campus Cirrhæ annexus, ut apud Heſiodum exſtat. Nomen accepit à capra, quæ olim à monte ad

νῆσοι τῆς Ἰουερνίας, αἵ τε καλούμεναι Ἔβουδαι, ε τὸν ἀριθμὸν, ὧν ἡ μὲν δυτικωτέρα καλεῖται

Ἔβουδα	ιε	ξβ
Ἡ δὲ ἑξῆς αὐτῆς πρὸς ἀνατολὰς ὁμοίως		
Ἔβουδα	ιε 𐅵	ξβ
Εἶτα Ῥικίνα	ιζ	ξβ
Εἶτα Μαλεός	ιζ 𐅵	ξβ ς
Εἶτα Ἐπίδιον	ιη	ξβ.

Camdenus, qui præ cæteris videtur fidem mereri, affirmat occidentalem Ebudam appellari hodie *Lewes*, & orientalem *Skye*. Et Ricina ipſi dicitur *Racline*, Maleos *Mula*, & Epidium *Iva*.

92 *Αἴβουρα, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων.*] Apud Strabonem non invenio ita ſcriptum, ſed Ἔβουρα, ita enim apud ipſum lib. tert. legitur: Ἐντεῦθεν δ᾽ ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ, καὶ πόλις Ἔβουρα, καὶ τὸ τοῦ Φωσφόρου ἱερὸν, ἣν καλοῦσι Λουκεμδουβίαν. *Inde ſupra Bætim navigatur, & urbs ſuccedit Ebura, & Luciferi fanum quod vocant Lucem dubiam.* An hoc oppidum intelligat Stephanus, judicet lector. Situm hujus oppidi non ſatis accuratè noſter expreſſit: alio loco accuratius. Ἔβορα, παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα. Sed an pro eadem, de qua nunc agimus debeat haberi, difficulter dixerim. Apud Ptolemæum tria hoc nomine oppida reperiuntur Ἔβορα Turdulorum, & Ἔβορα Hedætanorum, & Ἔβουρα Luſitanorum: adeo ut ex ſimilitudine τῶν στοιχείων, Stephanum de ultima loqui, non vane conjecerim.

93 *Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην.*] Locum vel urbem non novi. Si circa Prienen Joniæ oppidum Βοῦρα eſſet ſita, ſuſpicarer hic debere legi: Βοῦρα Βουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην.

94 *Ἄργουρα, πόλις Εὐβοίας.*] Fortaſſis reſcribendum eſt: Ἄργουρα, τόπος Εὐβοίας, ita enim habet Stephanus in iſthac dictione.

95 *Ἴουρα Ἰουραῖος.*] Aliis locis nihil exſtat de hac voce apud Epitomatorem. In Burgundionum finibus mons reperitur hoc nomine cujus meminit Cæſar lib. I. de bello Gallico; & Ἴουρα quoque ab interprete Græco appellatur.

96 *Κίβυρα Κιβυράτης.*] Obiter etiam hujus oppidi auctor meminit in voce Καβαλίς. Vide & Strabonem lib. XIII.

97 *Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα.*] Sic habent ſcripti libri & editi, ſed peſſimè. Procul dubio legendum eſt, Αἶγα, τῆς Αἰολίδος ἄκρα, uti jam monuit Caſaubonus

98 *Ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κανὴ δὲ Καναὶ λέγεται.*] Videtur reſtituendum: ὡς Στράβων, ἣν νῦν Κάνην δὲ Κανὰς λέγουσι. Nam in cod. Voſſiano perperam exaratum eſt, ὃ νῦν Κάνην δὲ Κανὰς λέγεται. Hæc ſi cum Strabone conferantur, unicuique erit manifeſtum hunc locum eſſe mutilum & multa ei excidiſſe: nam quæ nobis exhibet cod. Voſſ. potius de monte, quam promontorio ſunt accipienda: Sed ipſum Geographi locum ex lib. XIII producamus. Αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγα τινὲς ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγᾶν, ὡς Ἀκτᾶν, καὶ Ἀρχᾶν. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὃ νῦν Κάνην καὶ Κανὰς λέγουσι. *Ea regio uſque ad Arginuſas pertinet, iiſque imminens promontorium, quod Æga nonnulli appellant, quaſi capram: eſt autem Ægân pronunciandum, ut Archân & Actân: Sic enim totus mons appellatur, quem nunc Canen & Canas appellant.* Vide Caſaubonum ad illum locum.

99 *Τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος. καὶ τὸ πέλαγος οὕτως.*] Ita hunc locum curavimus, qui antea in vulgatis peſſima interpunctione laborabat, ibi enim diſtinguebatur hoc modo. Τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος. καὶ τὸ πέλαγος. οὕτως ἐστὶ δὲ πόλις Φοινίκων, ὡς Ἑκαταῖος.

1 *Αἰγαῖον πέλαγος.*] Si omnia colligerem, quæ de Etymologia Ægæi maris, à poëtis, Scholiaſtis & aliis fabulantur, commentarii fines excederent. Strabo lib. VIII. putat nomen accepiſſe ab Ægis Eubœæ oppido, & lib. XIII. ab Æga Æolidis promontorio. Feſtus à crebris inſulis quæ procul aſpicientibus videantur ſpecies αἰγῶν caprarum. Plinius ab Æge ſcopulo inter Tenedum & Chium. Vide & Suidam. & Apollonii Scholiaſt. ad lib. primum, & Stephanum in Κάρυστος, & alios quam plurimos.

2 *Ἔστι δὲ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίῤῥα, ὡς Ἡσίοδος.*] Hunc locum ſollicitavit Grævius vir doctiſſimus in lectionibus Heſiodeis cap. XXV: putatque eum ita debere conſtitui. Ἔστι δὲ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κύρβῃ. Nam uti optime obſervavit, Cirrha in Creta nulla eſt. Stephanus: Ἱερὰ Πύτνα πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ᾽ οὕτως ἱερὰ Πύτνα. Hunc locum errore oculi vel manus malè tranſcripſit, eximia enim viri eruditio non patitur aliter judicare. Ego autem in verbis Stephani, quæ ſatis ſana ſunt, nihil mutandum aut emendandum cenſeo: & illa non de colle Cretenſi, ſed de campo quodam Phocidis accipio: nam præterquam quod hoc ex mentione de Pytheo facta evinci poſſet, inſuper etiam certiſſimum eſt, ita quondam Euſtathium hunc locum intellexiſſe, uti manifeſtè liquet ex commentariis ad Dionyſium, ſic enim inquit pag. 22. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον πέλαγος Αἰγαῖον, ἀλλὰ καὶ πεδίον [illegible] τὴν Φωκίδα γῆν ἱστορεῖται καλούμενον Αἰγαῖον ἐκεῖνο, παρὰ τὸ ἐκεῖ ῥέοντα Αἴγαν ποταμόν. Adeo ut neque applauſum in eo præbere queam, Stephanum hæc Heſiodi verba reſpexiſſe, quæ leguntur in Deorum Generatione.

Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι.

Nam Poëta de *monte* & Stephanus de Campo Ægæo loquitur, non in Creta, ſed in Phocide ſito.

3 *Λέγεται παρὰ αἶγα ποτὲ φερομένην ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρους.*] Viri docti hunc locum citantes, ita eum tranſiliunt, ut in

περὶ τὸ Πύθιον ὄρους, [4] ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ πεδίον Αἰγαῖον. A

Αἰγαὶ πολλαί [5], πόλις Κιλικίας, [6] Μακεδονίας, ἥτις καὶ Μηλοβότειρα ἐλέγετο, τῆς Θρακησίων χερρονήσου. καὶ ἡ ἐν Μυρρίνῃ, ἐν τῇ Αἰολίδι. καὶ Λυδίας, καὶ Λοκρίδος, καὶ Αἰτωλίας, B [7] καὶ Εὐβοίας, ἧς Ὅμηρος ἐν τῷ Ν. τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ μὲν δισυλλάβου, Αἰγαῖος. [8] ἀπὸ δὲ τρισυλλάβου, εὕρηται καὶ οὕτως, Αἰγεάτης.

Αἴγειρα [9], πόλις Ἀχαΐας. [10] ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, τό, τε C Αἴγιον. καὶ ἔστιν Αἴγειρα. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης. τὸ κτητικὸν Αἰγειρατικὸς, ὡς Πλελεάτης

ad Pythium venit, à quo & campus Ægæus dicitur.

ÆGÆ multæ reperiuntur. Hoc nomine urbs eſt in Cilicia, in Macedonia (quæ etiam Melobotira dicebatur) in Thracenſi Cherſoneſo, in Myrrhina, in Æolide, in Lydia, in Locride, in Ætolia, & in Eubœa, cujus Homerus Iliade N meminit. Gentile à diſſyllabo eſt Ægæus, ſed à triſyllabo, Ægeates invenitur.

ÆGIRA, urbs Achaïæ. Quidam ab Ægialeo regionem Ægialeam nominant, in qua eſt Ægium, & Ægira. Gentile, Ægirates. Poſſeſſivum Ægiraticus, uti Ptreleates

ut in mendi ſuſpicionem ne quidem veniat: verum neque ſana eſt hæc lectio, nec, quam illi affinximus, interpretatio. Salmaſius in MSS Palatinis invenit: λέγεται παρ᾽ Αἰγὰν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ Πύθιον ὄρους. Codex Voſſ. λέγεται παρ᾽ ἃ Αἰγὰν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρος. Sed in Pall. & in Voſſiano locus leviter eſt corruptus, quem ita reſtituere oporteret: λέγεται παρ᾽ Αἰγὰν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πυθεῖον ὄρους. Non eſt hîc fruſtrandus ſua laude J. Caſaubonus vir incomparabilis, qui quondam hunc Stephani locum à fœdiſſimo illo mendo vindicavit, indicans hæc verba in antiquis membranis διὰ σημείων exarata fuiſſe; adeo ut librarius imperitus hanc notam ποτ, quæ ποταμὸν ſignificat, non intelligens, ποτὲ ſcripſerit, & Αἰγὰν in αἶγα commutaverit. Quemadmodum veteres, ita etiam nos aliquando integris notis, vel literis & ſignis in ſcribendo vocem comprehendimus & contrahimus: quæ ſcribendi ratio potiſſimùm duplicem ſcopum habet, nempe celeritatem, & obſcuritatem iis in rebus, quas alios celare nitimur. Sic librarii pro γράφει hac figura ꝩ, & pro γράφεται ꝩαι iſthac utuntur, hæc Ἡρο apud illos valet Herodotus, & illa Ἡρω Herodianus. Sic etiam in antiquorum Medicorum libris membra corporis humani per compendia plerumque exprimuntur. Sic ꝏ τὸν ἐγκέφαλον: ita ʘ τὴν κεφαλήν: hoc modo ⌒⌒ τοὺς ὀφθαλμοὺς deſignant & ſic reliquis alia figura ἀπὸ τῶν ταχυγράφων ἢ ὀξυγράφων affingitur. Sed ſcriptura διὰ σημείων olim præcipuè utebantur Aſtrologi & Mathematici, uti noſtro tempore Chymicorum filii, ne putrida illorum ſecreta omnibus & ſingulis innoteſcant. De hoc ſcribendi genere lege Joan. Wowerium Polymath. cap. v.

4 Ἀφ᾽ οὗ τὸ πεδίον Αἴγαιον.] Sic habent libri ſcripti & editi. Et licet alii admonuerint hoc loco ſcribendum eſſe, ἀφ᾽ οὗ τὸ πεδίον Αἰγαῖον, ego tamen nihil immutandum cenſeo: nam ſolent Attici Αἴγαιον, & communis idiomatis imitatores Αἰγαῖον efferre. Attici in plurimis vocabulis mutant accentum, licet eandem vocis ſcripturam ſervent: ſic dicunt ἱέρεια pro ἱερεία, εὔκλεια pro εὐκλεία, θύεια pro θυεία, & ita hic Αἴγαιον pro Αἰγαῖον. Suidas in illa voce: Αἰγαῖον οὖν πέλαγος τὸ φοβερώτατον. Ἀττικώτερον δὲ τὸ Αἴγαιον.

5 Αἰγαὶ πολλαί, πόλις Κιλικίας.] Omnes vulgati codices ita exhibent; ſed planiori ſenſu in MSS legitur: Αἰγαὶ, πόλεις πολλαί. Κιλικίας & ſic porrò. Oppidi hujus Ciliciæ meminit Ptolemæus lib. v. cap. viii. & eundem ei ſitum adſcribit Lucanus lib. iii. hiſce verbis.

Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſos,
Corycium que patens exeſis rupibus antrum,
Mallos, & externæ reſonant navalibus Ægæ.

6 Μακεδονίας, ἥτις καὶ Μηλοβότειρα ἐλέγετο.] Varia hæc civitas ſortita fuit nomina: alterum [illegible] hîc eſt Μηλοβότειρα. Vocatur etiam Bunomus & Bunomea, & Pella (uti ipſe teſtatur Stephanus in iſthac voce) & Edeſſa apud Juſtinum lib vii. cap. i, cujus locus ita eſt legendus. *Urbem Edeſſam ob memoriam muneris Ægeas, populum Ægeadas vocavit.* Sed Plinio lib. iv. cap. x. ſingulari numero Æge dicitur. *Æge, in quo mos ſepelire reges.* Accuratiſſimum atque amœniſſimum urbis ſitum lege apud Livium lib. xliv. cap. 46.

7 Καὶ Εὐβοίας, ἧς Ὅμηρος ἐν τῷ Ν] Lego: Καὶ Εὐβοίας, ἧς Ὅμηρος ἐν τῷ Ν Ἰλιάδος: nam ibi locus exſtat quem reſpicit.

Τρὶς μὲν ὀρέξατ᾽ ἰὼν, τὸ δὲ τέτρατον, ἵκετο τέκμωρ
Αἰγάς. - - - -
Ter quidem porrexit greſſum, quarto autem pervenit
ad locum deſtinatum
Ægas.

Multarum profectò Ægarum hoc loco meminit Stephanus, de quibus ne γρῦ quidem apud hiſtoricos aut Geographos exſtat. Æolidis tamen mentio facta eſt Plutarcho in Themiſtocle; ἔφυγεν εἰς Αἰγὰς, Αἰολικὸν πολισμάτιον. & Plinius lib. v. cap. xxx. Sed miror Stephanum nihil dixiſſe de Ægis Achaïcis, de quibus apud Strabonem lib. viii, & Lycophronis Scholiaſt. pag. 27. Tempore autem Pauſaniæ oppidum illud pagus erat, ut teſtatur in Arcadicis, cujus ſitum accuratè in Achaïcis demonſtrat.

8 Ἀπὸ δὲ τρισυλλάβου, εὕρηται καὶ οὕτως, Αἰγεάτης.] Hic locus ante in vulgatis mala interpunctione laborabat, quem ita diſtinguendum admonuit Salmaſius in Plin. exercit. pag. 156. Hinc liquet urbis nomen non tantum fuiſſe Αἰγαὶ, ſed etiam Αἰγαία & Αἴγεια: nam tribus ſyllabis effertur à Theophraſto in libello de ventis, de quo loco nihil dicimus, quem jam dudum emendavit incomparabilis J. Voſſius.

9 Αἴγειρα, πόλις Ἀχαΐας.] Clariſſimè ejus ſitum nobis Polybius lib. iv. hiſce verbis demonſtrat. Ἡ δὲ τῶν Αἰγειρατῶν πόλις κεῖται μὲν τῆς Πελοποννήσου κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, μεταξὺ τῆς Αἰγιέων καὶ Σικυωνίων πόλεως. κεῖται δ᾽ ἐπὶ λόφων ἐρυμνῶν καὶ δυσβάτων. νεύει δὲ τῇ θέσει πρὸς τὸν Παρνασσὸν, καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς ἀντιπέρας χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. *Oppidum porrò Ægira, ſitum eſt in ea Peloponneſi parte, quam Corinthiacus ſinus alluit, inter Ægium & Sicyonem, collibus quibuſdam impoſita egregie munitis & inacceſſis. Spectat ejus ſitus Parnaſſum & vicina loca in regione oppoſita; diſtatque à mari ſtadia ſeptem.* Lege etiam Plinium lib. iv. cap. v. Melam lib. ii. cap. iii. & Ptolemæum lib. iii. cap. xvi.

10 Ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, τό, τε Αἴγιον. καὶ ἔστιν Αἴγειρα, τὸ ἐθνικὸν Αἰγειράτης.] Quis non animadverteret hunc locum in mendo deliteſcere? Magnum Salmaſium in eo reſtituendo valde fluctuantem & dubitantem reperio, dum tribus modis illi medicinam adhibere nitatur. Primò contendit hanc veram eſſe lectionem: ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως, τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, ἢ τὸ Αἴγιον καὶ τὴν Αἴγειραν. Deinde poſt τό, τε Αἴγιον inquit deeſſe ἀπὸ Αἰγέως, vel ſimile quid. Et denique ultima hujus loci verba ita corrigit: καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης. Ex diverſo hoc emendandi modo, totum locum procul omni dubio ſic conſtituiſſet. ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, τό τε Αἴγιον ἀπὸ Αἰγέως. καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης. Sed ſi mei arbitrii res foret minori adhuc mutatione locum ita conſtituerem: ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγιάλειαν φασὶ, ἐν ᾗ τε Αἴγιον ἐστὶ καὶ Αἴγειρα. τὸ ἐθνικὸν Αἰγειράτης. Hanc veram lectionem puto: nam Achaïa antiquis temporibus Ægialea appellata fuit, uti liquet ex Strabonis lib. viii. Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν, ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν παλαιὸν Αἰγιάλεια, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Αἰγιαλεῖς. Vide

της Πτελεατικός.[11] Παυσανίας δὲ ἕκτῃ λέγει, τὴν Ὑπερησίαν Αἴγειραν μετωνομάσθαι διὰ τοιάνδε αἰτίαν. ([12] ἣν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.) Σικυωνίων στρατὸς ἀφίξεσθαι ἔμελλεν αὐτοῖς. οἱ δὲ ἀθροίζουσιν αἶγας, καὶ τοῖς κέρασιν ἔδησαν δᾶδας, καὶ ἐξάπτουσι διὰ τῆς νυκτός. νομίσαντες οὖν τὴν φλόγα τοῦ ἐπικουρικοῦ πυρός, ἔφυγον. οἱ Ὑπερησιεῖς δὲ Αἴγειραν τὴν πόλιν ὠνόμασαν. τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Αἰγειράτης. καὶ θηλυκὸν, Αἰγειρᾶτις. Φίλων δὲ φησι, Κιλικίας πόλιν εἶναι Αἴγειραν.

tes Pteleaticus. Refert Pauſanias lib. VI, Hypereſiam (quam Homerus Ὑπερησίην vocat) talem ob cauſam Ægiram transnominatam fuiſſe. Cum Sicyoniorum exercitus Hypereſienſium agrum eſſet invaſurus, capras omnes in unum coegerunt, adligataſque ad cornua faces nocte accenderunt: Sed ſuſpicantes eſſe flammam ignis auxiliarii, aufugiebant. Hinc Hypereſienſes urbem Ægiram appellarunt. Gentile ſimiliter dicitur Ægirates, & fœmininum Ægiratis. Verum Philo inquit Ægiram Ciliciæ urbem eſſe.

ΑἸΓΕΙΡΟΥΣΑ[13], πόλις τῆς Μεγαρίδος,[14] ὡς Στράβων.[15] λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ. τὸ ἐθνικὸν Αἰγειρεὺς, ὡς τοῦ Φιλίππου Φιλιππεὺς, Ταρσοῦ Ταρσεύς. τῆς δὲ Αἰγειρούσης Αἰγειρουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος. ἢ Αἰγειρούσιος, ὡς Πιτυούσιος.[16] ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγειρόεσσα, ὡς Ἡρόδοτος.

ÆGIRUSA, oppidum Megaridis, uti Strabo teſtatur. Dicitur etiam Ægirus, uti Theopompus lib. LVI. perhibet. Gentile Ægirenſis, uti à Philippo Philippenſis, Tarſo Tarſenſis: ſed ab Ægiruſa Ægiruſæus, uti Scotuſæus; vel Ægiruſius, uti Pityuſius. Ægiruſa quoque Æolidis oppidum eſt, uti Herodotus tradidit.

ΑἸΓΕΣΤΑΙΟΙ, οἱ Θεσπρωτοὶ, ἀπό τινος[17] Αἰγέστου στρατηγοῦ, ὡς Ἀμυμναῖοι, ἀπὸ Ἀμύμνου.

ÆGESTÆI, Theſproti ſunt; ita à duce Ægeſto nuncupati: uti Amymnæi ab Amymno.

ΑἸΓΗΙΣ[18], φυλὴ τῆς Ἀττικῆς,[19] ἀπὸ Αἰγέως τοῦ Πανδίονος.

ÆGEIS, eſt tribus Attica, quæ ab Ægeo Pandionis filio nomen accepit.

ΑἸΓΗΛΟΙ[20], ἔθνος Μηδικόν.

ÆGELI, gens Medica.

ΑἸΓΙΑΛΟΣ[21], μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ

ÆGIALUS, locus eſt inter Sicyonem &

& Euſtathium ad lib. 2. Iliad. pag. 292. qui eandem ſententiam ex Geographo magis ibi confirmat: & Etymologici mag. auctorem, qui habet Αἰγιάλεια ἡ νῦν Ἀχαΐα. Quod etiam confirmatur verbis Johan. Antiochenſis περὶ ἀρχαιολογίας ubi inquit ἀπὸ Αἰγιαλέως βασιλέως Σικυῶνος. Αἰγιάλεια ἡ νῦν Πελοπόννησος.

11 Παυσανίας δὲ ἕκτῃ λέγει.] Hiſtoria hæc à Pauſania in Achaïcis, ſive libro ſeptimo narratur, adeo ut reſcribendum ſit, Παυσανίας δὲ ἑβδόμῃ λέγει: niſi quis poſſet probare in veteribus libris aliam diviſionem obtinuiſſe. Apud Pauſaniam pluribus verbis hæc narratio deſcribitur, cujus verba & Epitomatorem Stephani in compendium redegiſſe liquidò apparet, ita enim Pauſanias. Ὁμήρου δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὑπερησία ὠνόμασται. τὸ δὲ ὄνομα τὸ νῦν ἐγένετο Ἰώνων ἐνοικούντων. ἐγένετο δὲ ἐπ᾽ αἰτίᾳ τοιᾷδε. Σικυωνίων ἀφίξεσθαι στρατὸς ἔμελλεν αὐτοῖς πολέμιος ἐς τὴν γῆν. οἱ δὲ (οὐ γὰρ ἐδόκουν ἀξιόμαχοι τοῖς Σικυωνίοις εἶναι) ἀθροίζουσιν αἶγας, ὁπόσαι σφίσιν ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ· συλλέξαντες δὲ ἔδησαν πρὸς τοῖς κέρασιν αὐτῶν δᾶδας, καὶ ὡς πόρρω νυκτὸς ἦν, ἐξάπτουσι τὰς δᾶδας. Σικυώνιοι δὲ (ἰέναι γὰρ συμμάχους τοῖς Ὑπερησιεῦσιν ἤλπιζον καὶ εἶναι τὴν φλόγα ἐκ τοῦ ἐπικουρικοῦ πυρὸς) οἱ μὲν οἴκαδε ἐπανέρχονται. Ὑπερησίας δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ νῦν μετέθεντο ἀπὸ τῶν αἰγῶν.

12 Ἣν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.] Locus quem innuit Epitomator exſtat Iliad. B. verſu 573.

Οἵ θ᾽ Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν.

Vel Odyſſ. O. verſu 252.

Ὅς ῥ᾽ Ὑπερησίην δ᾽ ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς.

13 Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος.] Locus hic videtur ex eo nomen accepiſſe, quod populis nigris abundaverit, nam αἴγειρος hujuſmodi arboris ſpeciem denotat. Multa autem oppida à fructibus & à plantis in vel circa ea creſcentibus nomen obtinuiſſe docet Epitomator in voce Ἀγνοῦς. Sic Πιτυοῦσα dicta fuit à copia pinuum; ſic Δάφνη, παρὰ τῶν ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν; ſic Ἐρεικοῦσα ab Ericis, & ſimiliter multa alia.

14 Ὡς Στράβων.] Locus reperitur libro nono.

Αἴας δ᾽ ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Ἐκ τε πολίχνης.
Ἔχε Αἰγείρουσαν, Νισαίην τε, Τριπόδων τε.

ἣ ἐστι χώρα Μεγαρική. Xenophon lib. v. Hellen. etiam teſtatur eſſe oppidum agri Megarici.

15 Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος.] Ita etiam à Suida in αἴγειρος oppidum appellari videtur. Αἴγειρος ὄνομα πόλεως. Sed apud Etymologici mag. auctorem corruptiſſime Αἴγειρον reperitur pro Αἴγειρος.

16 Ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγείρουσα, ὡς Ἡρόδοτος.] Innuit locum Herodoti, qui exſtat lib. 1. ubi undecim civitates Æolicas enumerat, & hanc ſua dialecto Ægiroeſſam appellat. Αἵδε δὲ αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισαι, Νέον τεῖχος, Τῆμνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύνεια.

17 Αἰγέστου στρατηγοῦ.] Varii fuêre Ægeſti. Strabo agnoſcit Αἴγεστον Trojanum qui miſſus à Philoctete in Siciliam Ægeſtam condidit: hunc etiam Dionyſ. Hal. memorat. Lycophron de Ægeſte Trojano:

Αἴγεστε τλῆμον σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς,
Πένθος μέγιστον. - - - -

18 Αἰγηΐς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Hujus tribus etiam meminit Heſychius, & Ortelio eadem videtur quæ à Polluce Αἴγις appellatur. Sed puto ibi mendum latere.

19 Ἀπὸ Αἰγέως τοῦ Πανδίονος.] Vide Pauſaniam lib. 1. Sed alii referunt Ægeum Scyrii filium eſſe, ut teſtatur Apollodorus lib. III. vel qui eum in compendium redegit. Ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν, ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος.

20 Αἰγηλοὶ, ἔθνος Μηδικόν.] Herodotus lib. tertio, uti obſervat Ortelius in Theſauro Geog. mentionem facit de Æglis (Αἴγλοι) populis Perſicis. Qui an iidem ſint, judicabis.

21 Αἰγιαλὸς, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου καλούμενος τόπος.] Hic locus non videtur eſſe integer, & forte ita eſt reſtituendus. Αἰγιαλὸς ἡ Πελοποννήσου, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου, οὕτως καλούμενος τόπος. Metuo ne Stephanus Sicyonem confundat cum eo loco, qui ipſi Αἰγιαλὸς dicitur. Pauſanias lib. II. inquit: συμμαχήσοντα ἐπηγάγετο Σικυῶνα ἐκ τῆς Ἀττικῆς (ſcil. Laomedon) καὶ θυγατέρα τε συνῴκισεν αὐτῷ Ζευξίππην. καὶ ἀπὸ τούτου βασιλεύσαντος ἡ γῆ Σικυωνία, καὶ Σικυὼν ἀντὶ Αἰγιάλης ἡ πόλις ὠνομάσθη. *Laomedon ex Attica belli gerendi ſibi ſocium Sicyonem adſcivit, data ei in matrimonium filia Zeuxippa: à quo poſtea*

jam

τοῦ Βουπρασίου καλούμενος τόπος, [22] ἀπὸ A Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου, ὡς [23] Ἴστρος ἐν ἀποικίαις τῆς Αἰγύπτου. [24] ἔστιν ἕτερος Αἰγιαλὸς, προσεχὴς τῷ πόντῳ, μετὰ τὴν Κάραμβιν ἄκραν, [25] ὡς Ἀπολλώνιος. [26] ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον. Ὅμηρος, B

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε.

γράφεται δὲ,

[27] Κρῶμναν Κρωβιαλόν τε.

ἔστι καὶ Θρᾴκης Αἰγιαλὸς παρὰ τῷ Στρυμόνι, ὡς Ἑκαταῖος. ἔστι καὶ ἄλλος Αἰγιαλὸς, μέγας C καλούμενος, ἐν Αἰθιοπίᾳ κατ' Αἴγυπτον. τὸ ἐθνικὸν Αἰγιαλεὺς, ἀπὸ τῆς Αἰγιαλοῦ γενικῆς, ὡς Ἀλεξάνδρου, Ἀλεξανδρεύς. εὑρίσκεται δὲ καὶ Αἰγιαλεὺς ἐπὶ ἰχθύος. τὸ θηλυκὸν Αἰγιάλεια, καὶ Αἰγιαλὶς παρὰ Ἀλκμᾶνι. D καὶ Αἰγιαλίτης ἀρσενικῶς.

ΑἸΓΙΚΟΡΕΩΣ, οὐκ ἔστι δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὡς τινες, ἀλλὰ φυλὴ παλαιὰ, [28] μία τῶν τεσσάρων τῶν ἀπὸ Ἴωνος. [29] τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν, Αἰγικορεῖς, Ἐργαδεῖς, Τε- E λέοντες, Ὁπλῖται. ἡ φυλὴ τοίνυν Αἰγικορεῖς.

ΑἸΓΙΛΙΑ [30], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.

& Bupraſium, ita dictus ab Ægialeo Inachi filio, uti refert Iſter in Coloniis Ægyptiacis. Alius etiam eſt Ægialus poſt promontorium Carambin, Ponto proximus, quemadmodum Apollonius tradidit. Habet vero & vicum ejuſdem nominis. Homerus:

Et Cromnam, Ægialumque.

Scribitur autem,

Cromnam, Crobialumque. - - -

Eſt & Ægialus in Thracia juxta Strymonem, uti Hecatæus docet. Et item alius Ægialus in Æthiopia juxta Ægyptum, qui Magnus vocatur. Gentile Ægialenſis, à genitivo Αἰγιαλοῦ, uti Alexandrenſis ab Ἀλεξάνδρου. Invenitur etiam Αἰγιαλεὺς, de piſce. Fœmininum eſt Ægialea, & Ægialis apud Alcmanem reperitur: & in maſculino genere Ægialites.

ÆGICOREOS, non eſt populus Atticæ, uti quidam volunt; ſed antiqua tribus, una ſcilicet ex quatuor, quæ ab Jonis filiis nomen habent. Quatuor iſtæ erant Ægicorenſes, Ergades, Teleontes, Hoplitæ. Tribus nunc Ægicoris dicitur.

ÆGILIA, populus Antiochidis tribus,

jam regnum adepto, & regio tota Sicyonia, & urbs, quæ ante Ægiale fuit, Sicyon nuncupata eſt. Hinc eſt quod apud Heſychium legamus: Αἰγιαλεῖς, οἱ μετὰ Ἀγαμέμνονος στρατευσάμενοι πρότερον Ἴωνες. νῦν δὲ Ἀχαιοὶ ἐν Σικυῶνι. Non tantum in Peloponneſo fuit urbs aut locus qui hoc nomine appellabatur, ſed tota Peloponneſus olim Ægialea vel Ægialus vocabatur. Idem Pauſan. eodem libro. Σικυώνιοι δὲ (οὗτοι γὰρ ταύτῃ Κορινθίοις εἰσὶν ὅμοροι) περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο. καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι, καὶ Αἰγιάλειαν αὐτὸν οἰκίσαντα πρῶτον ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν. Vide etiam Apollodorum l. II. circa initium, cujus verba infra producam.

[22] Ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου.] Conſentit etiam Etymologici mag. auctor cujus locum producam, quia in vulgatis eſt corruptiſſimus. Ἀπία τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ, καὶ Μελείης τῆς Ὠκεανοῦ. Totus hic locus ſine ulla dubitatione ita eſt conſtituendus. Ἀπία τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου, ἀφ' οὗ ἐν Ἄργει ποταμὸς, καὶ Μελίσσης τῆς Ὠκεανοῦ. Ita hunc locum eſſe legendum apparet manifeſtè, ex illo qui Apollodorum in compendium redegit; ita enim inquit lib. II. Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος γίνεται παῖς Ἴναχος. ἀφ' οὗ ποταμὸς ἐν Ἄργει Ἴναχος καλεῖται. τούτου, καὶ Μελίσσης τῆς Ὠκεανοῦ, Φορωνεύς τε καὶ Αἰγιαλεὺς παῖδες ἐγένοντο. Αἰγιαλέως μὲν οὖν ἄπαιδος ἀποθανόντος, ἡ χώρα ἅπασα Αἰγιάλεια ἐκλήθη. Sed longè aliud ſentit Plinius lib. IV. cap. V *Achaia nomen provinciæ ab Iſthmo incipit: antè Ægialos vocabatur propter urbes in litore per ordinem diſpoſitas.*

[23] Ἴστρος ἐν ἀποικίαις τῆς Αἰγύπτου.] Idem Iſtri liber citatur in voce Ὤλενος. De reliquis ejus ſcriptis Vide Voſſium de Hiſt. Græc.

[24] Ἔστιν ἕτερος Αἰγιαλὸς, προσεχὴς τῷ πόντῳ, μετὰ τὴν Κάραμβιν ἄκραν.] Hujus meminit eruditiſſimus Scholiaſt. Apoll. Rhod. in lib. II. ἔστι γὰρ Αἰγιαλὸς σταδίων μυρίων κάμψαντι τὴν Κάραμβιν μέχρι Σινώπης. Sed aliter Strabo lib. XII. qui refert eſſe littus centum ſtadiis longum, adeo ut numerus apud Scholiaſt. vel apud Strabon. ſit vitiatus.

[25] Ὡς Ἀπολλώνιος.] Locus hujus poëtæ, quem reſpicit Stephanus, reperitur lib. II.

Ἔνθεν δ' αὖτε Κάραμβιν ἅμ' ἠελίοιο βολῇσι
Γνάμψαντες, παρὰ πουλὺν ἔπειτ' ἤλαυνον ἐρετμοῖς
Αἰγιαλὸν, πρόπαν ἦμαρ ὁμῶς, καὶ ἐπ' ἤματι νύκτα.

[26] Ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον.] Hæc Stephanus & quæ ſequuntur videtur tranſcripſiſſe ex Strabonis lib. duodecimo. Ὁ δὲ Αἰγιαλὸς ἔστι μὲν ᾐὼν μακρὰ, πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων. ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ,

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

Γράφουσι δέ τινες, Κρῶμναν Κωβιαλόν τε. Lege etiam Arriani periplum Ponti Euxini.

[27] Κρῶμναν Κρωβιαλόν τε.] Alii ſcribunt, Κρῶμναν Κωβιαλόν τε. Vide Homerum Iliad. B. & Euſtathius ad illum locum, qui verbis Strabonis & Stephani commentarios ſuos egregie illuſtravit.

[28] Μία τῶν τεσσάρων τῶν ἀπὸ Ἴωνος.] Non ſatis inter ſe conveniunt auctores: cum quibuſdam enim Stephanus noſter exiſtimat quatuor haſce tribus, in quas populus Atticus ſub Erechtheo fuit diviſus, nomina ab Jonis filiis accepiſſe. Jul. Pollux lib. VIII. cap. IX. Ἀπὸ δὲ Ἴωνος παίδων ἐπὶ Ἐρεχθέως, Τελέοντες, Ὁπλῖται, Αἰγικορεῖς, Ἐργαδεῖς. Ita hic locus eſt legendus, quem Canterus novar. lection. lib. V. cap. XIX. ex Herodoto malè emendavit, qui lib. V. etiam ſtatuit haſce tribus ab Jonis filiis ita fuiſſe inſignitas. Verum ab hiſce ſcriptoribus diſſentit Plutarchus in Solone, qui expreſſè ſcribit quoſdam tradere, eas nomen accepiſſe non ab Jonis filiis ſed, à generibus, in qua hominum ſtudia à primordio diſtributa fuêre. Neque aliter teſtatur Strabo lib. VIII. Ὁ δὲ πρῶτον (ſcilicet Ἴων) μὲν εἰς τέσσαρας φύλας διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους. τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργοὺς, τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας.

[29] Τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν, Αἰγικερεῖς.] Ita habent omnes vulgati codices: in MS Voſſiano: τέσσαρες δ' ἐξ αὐτοῦ, Αἰγικορεῖς. Sine dubio legendum eſt: τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν Αἰγικορεῖς: nam infra Stephanus, ἡ φυλὴ τοίνυν Αἰγικορεῖς. Et in voce Ἀντιγονὶς legimus, ὁ φυλέτης Ἀντιγονεὺς, ὡς Αἰγικορεύς.

[30] Αἰγιλία, δῆμος τῆς &c.] Apud Harpocrat. habes. Αἰγιλία, δῆμος φυλῆς Ἀντιοχίδος. ἔνθεν ὁ δημότης Αἰγιλιεύς. Doctiſſimus Meurſius, qui de Populis Atticis nobis libellum reliquit, Suidam & Stephanum ita quoque ſcripſiſſe affirmat: Verum errat; nam gentilitia non concordant.

λῆς. ὁ δημότης, Αἰγιαλεύς. τὰ τοπικά, A Αἰγιλιᾶθεν, Αἰγιλιάδε, Αἰγιλιοῖ. [31] Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου Αἰγιάλεια. [32] ὁ οἰκήτωρ, Αἰγίλιος, ὡς Κυθήριος.

ΑἸΓΊΛΙΨ [33], πλησίον Κροκυλείας τῆς B Ἠπείρου. Ὅμηρος,

[34] Καὶ Κροκύλειαν ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν.

εἴληχε δὲ τὴν προσηγορίαν [35] διὰ τὸ πετρώδη εἶναι, καὶ ὑψηλὴν, καὶ ἀπρόσβατον. τὸ ἐθνικὸν, C Αἰγιλίπιος, [36] ὡς Κίνυφος Κινύφιος, Ἄραβος Ἀράβιος, Φρυγὸς Φρύγιος, καὶ τῶν ὁμοίων.

ΑἸΓΊΜΟΡΟΣ [37], νῆσος Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγιμορίτης. δὶ ἔθους γὰρ τοῖς Λίβυσιν ὁ χαρακτήρ. D

ἌΙΓΙΝΑΙ [38], τρεῖς. νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, [39] ἥ τις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Αἴγινα ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης, Αἰακοῦ δὲ μητρός. [40] ὁ πολίτης Αἰγινεύς, ὡς Στράβων. ὡς οἱ πολλοὶ, Αἰγινήτης. [41] ὁ δὲ E τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος, Αἰγινῆται. [42] ὡς

bus; cujus popularis Ægialenſis dicitur. Localia ſunt, ex Ægilia, ad Ægiliam, in Ægilia. Eſt item inſula inter Cretam & Peloponneſum Ægilia dicta, cujus incola Ægilius appellatur, ſicut Cytherius.

ÆGILIPS, locus prope Crocyliam Epiri, de quo Homerus.

Et Crocyliam habitabant, & aſperam Ægilipem.

Denominationem ſortitus eſt ex eo, quod petroſus, altus & inacceſſus ſit. Gentile, Ægilipius, uti à genitivo Cinypis Cinypius, Arabis Arabius, Phrygis Phrygius, & ſimilia.

ÆGIMORUS, inſula Libyæ; cujus gentile eſt Ægimorites; quippe iſte modus loquendi Africanis non eſt inſolitus.

ÆGINÆ tres reperiuntur. Una Cycladum inſula eſt, quæ olim Oenone, poſtea vero Ægina vocabatur à filia quidem Æſopi, Æaci matre, cui Ægina nomen erat. Civis inde Æginenſis dicitur, ut Strabo vult; ſed ſecundum multos, Ægineta eſſet. Dicitur autem Æginetæ merx, ſive ſervus Æginetæ. Sic-

Apud Harpocrat. eſt Αἰγιλιεύς, & optimè; ſed apud Stephanum Αἰγιαλεύς, quod ab Αἰγιλία deduci non poteſt: reſcribendum eſt igitur, ὁ δημότης, Αἰγιλιεύς. Inſuper & localia in aliis editionibus profligatiſſimè corrupta ſunt, in quibus legitur Αἰγιαλιᾶθεν, Αἰγιαλιᾶδε, & ſic porro. Unde tribus nomen acceperit, non expreſſit Stephanus; tamen hic addi poſſet ex Athenæi lib. XIV. cum inquit. Αἰγιλίαν δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὠνομασμένον. Hoc eſt: *Ajunt Ægiliam eſſe tribum Atticæ, quæ ab heroe Ægilo nomen habet.* Vide etiam Theocriti Scholiaſt. ad Idyll. I.

31 Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης &c.] Forte hanc innuit inſulam, de qua Plinius lib. IV. cap. XII. *Sunt & in Megarico ſinu Methurides quatuor, Æglia autem* XV. *M. paſſ. à Cythera, eademque a Cretæ Phalaſarna oppido* XXV. *M. paſſ. Ipſa Creta altero latere ad auſtrum, altero ad ſeptentrionem verſa, inter ortum occaſumque porrigitur.* Vide etiam Herod. lib. VI. Et Voſſium ad Melam pag. 111. & 112.

32 Ὁ οἰκήτωρ, Αἰγίλιος.] Si primitivum ſit Αἰγιάλεια, inde derivari non poteſt gentile Αἰγίλιος. Sed puto inſulæ nomen eſſe corruptum, & pro eo debere reſtitui Αἰγίλεια, uti reperitur apud Herodotum lib. jam citato: vel Αἰγιλία, licet nuſquam exſtat, unde optime Αἰγίλιος deducitur.

33 Αἰγίλιψ, πλησίον Κροκυλείας τῆς Ἠπείρου.] Strabo libro decimo oppidum hoc in Acarnania collocat, & loci Homerici, quem allegat Stephanus, ibidem meminit. Nominis etymologiam lege apud Suidam, & Etymologici mag. auctorem.

34 Καὶ Κροκύλειαν ἐνέμοντο &c.] Locus exſtat Iliad. B. verſu 633. Vide Euſtath. ad illum locum.

35 Διὰ τὸ πετρώδη εἶναι. Sic reſcripſimus ex aliis editionibus. Perperam Xylandri editio exhibet διὰ τὸ μετρώδη εἶναι, quod typothetarum videtur eſſe σφάλμα. Cod. Voſſianus: διὰ τὸ πετρώδης ὄντα, καὶ ὑψηλὴν, καὶ ἀπρόσβατος.

36 Ὡς Κίνυφος Κινύφιος.] Gentile hujus oppidi derivatur à genitivo primitivi, uti à Κίνυψ Κίνυπος Κινύπιος, & ita hoc loco debere legi evincitur ex Herodoti libro IV. πλὴν Κίνυπος μούνης. τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει. Et paulo poſt ſequitur. ἐκφέρει ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι ἐπὶ τριηκόσια.

37 Αἰγίμορος, νῆσος Λιβύης.] Ex Antonini Itinerario liquet hanc inſulam à Carthagine diſtare 230 ſtadiis. Hujus inſulæ etiam exſtat memoria apud Ptolemæum lib. IV. cap. III. Plinium, Strabonem & alios.

38 Αἴγιναι τρεῖς. νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Fruſtra hoc themate tres Æginas quæſivi, cum tantum de unica verba faciat ille, quiſquis Stephanum in compendium redegerit. Secutura voce alterius cujuſdam in Ponto ſitæ mentionem facit, cujus quoque Arrianus videtur meminiſſe in Periplo Ponti Euxini. Tertiam ab his duabus diverſam facit Strabo lib. VIII. hiſce verbis: Αἴγινα δ' ἐστὶ μὲν καὶ τόπος τῆς Ἐπιδαυρίας, & deinde pergit ad deſcriptionem iſtius Æginæ, de qua nunc Stephanus agit.

39 Ἥ τις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Αἴγινα ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης,] Ita appellatam fuiſſe etiam agnoſcit Strabo lib. ſupra citato, & Marcianus Heracleota,

- - Μετὰ δὲ ταύτας κατ' Ἐπίδαυρον ἡ
Πρότερον μὲν Οἰνώνη προσηγορευμένη,
Ὕστερον ἀπ' Αἰγίνης δὲ τῆς Ἀσωπίδος
Αἴγιναν ἐκάλεσε κατασχὼν Αἰακός.

Vide Pauſaniam in Corinthiacis, Plinium lib. IV. cap. XII. & alios. Sed præter hæc nomina etiam aliud habuit. Stephanus Μυρμιδονία, χώρα τῶν Μυρμιδόνων. οὕτω γὰρ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη. Et hanc ob cauſam Aginetæ Myrmidones Pindaro appellantur in Nem. Od. III.

40 Ὁ πολίτης Αἰγινεύς, ὡς Στράβων.] Errat noſter: nam Strabo ut plurimum voce Αἰγινήτης uſus fuit, & dubito an Αἰγινεύς apud Geographum reperiatur.

41 Ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος, Αἰγινῆται.] Ita habent excuſi codices; & Voſſianus manu exaratus: ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος Αἰγινήτου. Salmaſius animadvertens hic mendum deliteſcere, ad oram ſui codicis hæc habet: fortaſſe ſcribendum: ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος Αἰγινητικός. Verum nec vulgata, nec conjectura magni Salmaſii mihi ſatisfacit, cum ſcripta codicis Voſſ. lectio præferenda videatur. Stephanus hic loquitur de merce Æginetica, quæ, quum eſſet viliſſimi pretii & multi uſûs, ob crebram permutationem & diſtractionem in proverbium abiit. Scholiaſt. Pindari ad Olympia. Διὰ τὸ ἐμπορεῖον εἶναι τὴν Αἴγιναν. ὅθεν τὸν ἐπὶ μεταβολῆς φόρτον, Αἰγινητικὸν ἔλεγον. Omnem igitur mercem Æginetic[am] viliſſimam appellabant, ſi ſæpiſſimè di[st]raheretur. [L]ocus in hanc rem elegans eſt apud Heſychiu[m] Αἰγιν[ητικ]α, τὰ ῥωπικὰ φορτία, καὶ οἱ πιπράσκοντες αὐτὰ Αἰγινοπῶλαι ἐλέγοντο. Simile huic Belgic[um] jactatur proverbium (Een Koopman van Aals-hupden ofte Swavel-stokken) de iis, qui in rebus viliſſimis mercaturam exercent. Et apud Strabonem lib. VIII. legimus, ἐμπορεῖον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας, τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς. ἀφ' οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναῖον ἐμπολεῖν λέγεσθαι. Attamen ex viliſſimis mercibus mercatores quidam ditiſſimi evaſêre, nam de Soſtrato quodam ita refert Euſtathius

[42] ὡς τοῦ Ῥόδιος, Ῥοδιακός. Αἰγιναῖος δὲ ὁ ἔποικος, [43] ἢ κέρμος, [44] ἢ ὀβολὸς, ἢ ἄλλο τι σκεῦος ἀπὸ Αἰγίνης. καὶ τὸ θηλυκὸν, Αἰγιναία λέγεται. καὶ γυνὴ Αἰγιναία, ὡς [45] Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ποθέου ξενίας. τὸ θηλυκὸν τοῦ Αἰγινήτου, Αἰγινῆτις. σπάνια δὲ τὰ εἰς της ἐθνικὰ τῷ η παραλήγεται, ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς βαρύτονα. εἰσὶ δὲ ταῦτα, Αἰγινήτης, Μαλειήτης. [46] ἔστι δὲ τρύπανον αἰπολικὸν Κεραμιήτης. [47] τὸ δὲ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η, ὡς τὸ μυθιήτης, ὅπερ οὐδ᾽ ἐθνικὸν, καὶ τὸ Ἰουλιήτης, ἀπὸ τοῦ Ἰουλίτης. [48] τὸ δὲ Βαρδηλιήτης, καὶ Μασσαλαΐτης, τέτραπται. τὸ δὲ Κωμήτης, Σιδήτης, Λιμνήτης, τρισύλλαβα. ἀπὸ τοῦ Αἰγινήτης, Αἰγινητικὸν τὸ κτητικὸν, καὶ Αἰγινητικὸς, καὶ Αἰγινητική.

Sicuti Rhodius facit Rhodiacus. Verum Æginæus dicitur advena, ſive urceus, ſive obolus, ſive aliud aliquod vas, quod ex Ægina advehitur; & ejus fœmininum Æginæa dicitur; & mulier Æginæa, apud Dinarchum in oratione de peregrinitate ſua. Fœmininum Æginetæ eſt Æginetis. Raro admodum gentilitia in tes, quæ plures quam duas ſyllabas, & in penultima η habent, ſunt barytona; talia autem ſunt Æginetes & Malietes. Aſt Κεραμιήτης forma Æolica dicitur; & vox πολιήτης, civis, habet pleonaſmum literæ η, uti μυθιήτης, orator, quod neque gentilitium eſt: Et Julietes à Julites. Mutatum verò eſt Βαρδηλιήτης & Μασσαλαΐτης. Aſt Cometes, Sidetes, Limnetes, triſyllaba ſunt. Ab Æginetes fit poſſeſſivum Ægineticum, & Ægineticus, & Æginetica.

ΑἸΓΙΝΗΤΗΣ [49], πολίχνιον, καὶ ποταμὸς Παφλαγονίας. [50] τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὴν τοῦ πρωτοτύπου ἀρχήν. ἔοικε δὲ τὸ ὄνομα δηλοῦν τὴν ἐν τῷ Πόντῳ Αἴγιναν. Παφλαγονία γὰρ τῷ Πόντῳ συνεχής.

ÆGINETES, oppidulum, & amnis Paphlagoniæ. Gentile ſimiliter ſe habet, propter anticipationem primitivi. Videtur autem nomen illud Æginam in Ponto ſignificare. Paphlagonia enim Ponto finitima eſt.

ΑἸΓΊΝΙΟΝ, πόλις Ἰλλυριῶν, [51] ὡς Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγινιεύς.

ÆGINIUM, oppidum Illyriorum, uti Strabo auctor eſt. Gentile Æginienſis.

ΑἼΓΙΟΝ,

ÆGIUM,

ſtathius ad Dionyſium pag. 73. Λέγεται δὲ καὶ Σώστρατός τις Αἰγινήτης ἔμπορος μεγάλα ἐκ φορτίων κερδῆσαι. Sed præterea etiam de Æginetarum ſervis hoc loco aliquid ſubjicit Epitomator, & quid de iis dicere in mente habuerit, divinatu eſt difficillimum: fortaſſis de illorum magna copia & multitudine aliquid indicare ſtuduit: nam certum eſt in Ægina inſula, exceptis dominis & liberis, 47 myriades οἰκετῶν habitaſſe. Scholiaſt. Pindari ad Olym. ode H. ita inquit. Δυνάται οὖν τὸ πολὺ, ἐπὶ τοῦ ὄχλου τίθεσθαι τοῦ ἐν τῇ πόλει. οἷον, ὅπου ἐστὶν ὄχλος, ἐνταῦθα τὸν καθεικότα ὄχλον τῶν συμφερόντων τι νοῆσαι, χαλεπόν ἐστιν. ἀκριβοῦς γὰρ διανοίας καὶ ἠρεμούσης, καὶ ὀλίγων ἀνδρῶν, τὸ ἐπὶ τοιαύτην ἐνεχθῆναι κρίσιν. πλῆθειν γὰρ ἀνδρῶν οὕτω φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν. Nihil certius in re tam incerta proferre potui, & videat lector an aliquid aptius aut certius conjecturâ poſſit aſſequi.

[42] Ὡς τοῦ Ῥόδιος, Ῥοδιακός.] Ante & poſt hæc verba multa excidiſſe certum eſt, nam neque cum antecedentibus aut conſequentibus cohærent. Imo & ipſiſſima verba mendo non carent, cum legendum ſit, ὡς τοῦ Ῥοδίου Ῥοδιακός.

43 Ἢ κέρμος.] Ita legitur in omnibus vulgatis, ſed ſine ulla dubitatione legendum eſt, ἢ κέραμος. Sic mihi codex Voſſianus exhibuit.

44 Ἢ ὀβολός.] Reſpicit Stephanus Αἰγιναῖον νόμισμα, de quo Ælianus var. hiſtor. lib. XII. καὶ πρῶτοι νόμισμα [illegible], καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον. Sed ipſum vocabulum ὀβολὸς uſurpatur ab Euſtathio ad Iliad. B. Ἐκόπη καὶ ἀργύρεον πρῶτον ὑπὸ Φείδωνος ἐνταῦθα, καὶ ἣν φασὶ ἐξαίρετόν τι ἐν ἀργυρείοις, ὁ Αἰγιναῖος ὀβολός. Præterea etiam alii magiſtri Græci hujus rei non fuerunt immemores. Pollux lib. IX. cap. VI. Etymol. Heſych. Pindari Scholiaſt. & alii.

45 Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ποθέου ξενίας.] Hic locus in ſcriptis & omnibus vulgatis codd. circumfertur profligatiſſimè depravatus. Lege confidenter: Δείναρχος ἐν τῷ καθ᾽ αὐτοῦ ξενίας λόγῳ. Ita corruptiſſimum hunc locum debere reſtitui, liquet ex mutilis Harpocrationis verbis, quæ, in voce Ἀγασικλῆς, ita ſunt legenda. Γέγραπται καὶ Δεινάρχῳ λόγος καθ᾽ αὑτοῦ ξενίας, ἐν ᾧ δεδήλωται, ὅτι Ἁλιμουσίοις συνεδίκασε, καὶ διὰ τοῦτο, ξένος ὢν, τῇ πολιτείᾳ ἐνεγράφη. Ex hiſce verbis liquet Dinarchum fuiſſe τὸν ξενίας διωκόμενον: id eſt, peregrinitatis reum: Attamen, cùm oratione demonſtraſſet, ſe cum Alimuſiis de re quapiam ſententiam tuliſſe, in album civium eſt relatus.

46 Ἔστι δὲ τρύπανον Αἰπολικόν.] Conſtanter ita habent ſcripti codices & editi, ſed perperam & ſine ſenſu, uti jam olim obſervavit incomparabilis Caſaubonus ad Theocritum, ubi ait legendum eſſe: ἔστι δὲ κατὰ τρόπον (vel τύπον) Αἰολικὸν . . Κεραμιήτης. Non puto tamen locum eſſe mutilum. Sano ſenſu ita legi poteſt. Κεραμιήτης videtur eſſe gentile cujuſdam oppidi. Plinius lib. V. cap. XXXI *Et in Arconneſo oppidum Ceramus.*

47 Τὸ δὲ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η, ὡς τὸ μυθιήτης.] Deducitur πολιήτης à voce πολίτης per pleonaſmum literæ η, & reperitur apud Hom. Iliad. B. verſu 800. Pro μυθιήτης nititur Salmaſius ad oram ſui codicis reſcribere Μυλιήτης aut Βυθιήτης. Sed nulla hîc emendatione opus eſt, cum τὸ μυθιήτης ſatis ſanum ſit.

48 Τὸ δὲ Βαρδηλιήτης καὶ Μασσαλαΐτης.] Quid ſit Βαρδηλιήτης, fateor me ignorare. Auctor noſter à ſuperiori canone, nempe Σπάνια δὲ τὰ εἰς της ἐθνικὰ &c. quædam nomina & gentilia excipit, quam exceptionem etiam ad Βαρδηλιήτης & Μασσαλαΐτης videtur extendere: ſed Βαρδηλιήτης ab hoc canone non recedit: adeo ut gentile aliquod, aliam terminationem habens, ſit reponendum: ſcriberem itaque, τὸ δὲ Βαργυλιάτης καὶ Μασσαλιώτης. De poſteriori non eſt dubitandum, & quod præcedit, exſtat apud Stephanum in Βάργυλα. Verum ſi hic canon de quo nunc ſit mentio infallibilis ſit habendus, Cicero in mendi ſuſpicionem veniet, epiſtolarum enim lib. XIII. epiſt. 76. legimus: *Præterea Heracleotæ, & Bargiletæ, qui item debent, aut pecuniam ſolvant, aut fructibus ſuis ſatisfaciant.* Ubi tum Bargylatæ ſcribendum eſſet.

49 Αἰγινήτης, πολίχνιον &c.] Ab Arriano in Periplo Ponti Euxini Αἰγινῆτις ſcribitur, ſed puto ibi debere ſcribi Αἰγινήτης, uti Stephanus exhibet.

50 Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὴν τοῦ πρωτοτύπου ἀρχήν.] Diſſentiunt quod ad voces libri ſcripti & editi. In codice Voſſiano ita legitur hic locus: τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὴν πρωτοτύπου πρόληψιν. Simili prorſus phraſi utitur Stephanus in voce Φαρμακοὶ, πόλις Ἰταλίας. ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, διὰ τὴν πρόληψιν τοῦ χαρακτῆρος. Et in Ἀιανῖτις inquit: τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης. προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου. Puto tamen idem hiſce phraſibus intelligi.

51 Ὡς Στράβων.] Locus exſtat lib. VII. Καὶ ἐπὶ τὴν Ἐρίγωνι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριοπῶν πόλεις ᾤκηντο, ὧν τὸ Βρυάνιον καὶ Ἀλαλκομεναὶ καὶ Στύμβαρα. Κύδεναι δὲ Βυσσῶν, Αἰγίνιον δὲ

ΑἼΓΙΟΝ[52], πόλις Ἀχαΐας, ὡς Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ. ὁ πολίτης Αἰγιεὺς, ὡς ὁ χρησμός. A

[53] Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

ΑἸΓΟΣΘΕΝΑ[54], πόλις Μεγαρίδος [55] οὐδετέρως, ὡς Παυσανίας. τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Αἰγοσθενεὺς, ὡς Μεγαρεύς. Πολύβιος δ' Αἰγοσθενίτην φησὶν, ὡς Γάβαλα, Γαβαλίτης. [56] Ἀρκάδιος δ' Αἰγοσθένειαν αὐτὴν φησι, καὶ Φωκίδα πόλιν. B

ΑἸΓΟΣ ΠΟΤΑΜΟΙ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοσποταμίτης. C

ΑἼΓΟΥΣΑ[57], νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος.

ΑἼΓΥΠΤΟΣ[58], καὶ ἡ χώρα, καὶ ὁ ποταμός. ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου. [59] ὡς Χάραξ. Βήλου παῖς ὢν, καὶ Ἀερίας, τῆς καὶ Ποταμίτιδος, βασιλεύσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία. τὸ ἐθνικὸν Αἰγύπτιος, ὡς ἔχει τὸ ἰαμβεῖον. D

[60] Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. E

[61] καὶ

ÆGIUM, civitas Achaïæ, uti Eudoxus in ſexto teſtatur. Civis Ægienſis vocatur, uti habet oraculum.

Nos vero Ægienſes neq; tertii, neq; quarti ſumus.

ÆGOSTHENA, urbs Megaridis, neutro genere ita dicta, uti Pauſanias tradidit. Gentile debebat eſſe Ægoſthenenſis, uti Megarenſis: ſed Polybius Ægoſthenitam dixit: uti Gabala Gabalita. Arcadius autem eam Ægoſtheniam, & urbem Phocenſem nominat.

CAPRÆ FLUMINA, urbs in Helleſponto; cujus gentile eſt Ægoſpotamita.

ÆGUSA, inſula Africæ, quæ ſecundum Africanos Catria dicebatur. Gentile eſt Æguſæus, uti Scotuſæus.

ÆGYPTUS, regio, & fluvius, ita dicta ab Ægypto, uti Charax tradidit; Ægyptus Beli filius, Aeriæ, olim Potamitidi, annos quadraginta tres imperavit. Gentile eſt Ægyptius, uti Jambicum illud habet.

Præſtantes ſunt in ſtruendis machinis Ægyptii.

Hinc

Τυμφαίων ὅμορον. Non ſatis de ſitu hujus oppidi ſcriptores conveniunt. Vide Livium lib. XXXII. XXXIII. & XLV. & Cæſ. III. Civil.

52 Αἴγιον, πόλις Ἀχαΐας.] Ptolemæus propriæ Achaiæ oppidum eſſe ait lib. III. cap. XVI. Sæpiſſime hujus oppidi ejuſque ſitus meminit Polybius lib. II. & Pauſanias in Achaicis. Vide etiam Joh. Tzetzæ hiſtor. chil. IX. Hiſt. CCXCI.

53 Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες &c.] Eſt pars vetuſtiſſimi cujuſdam oraculi, quod integrum legi & inveniri poteſt poſt Oracula Sibyllina.

54 Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος.] Exiſtimo idem eſſe oppidum, de quo Stephanus antea dixerat Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος.

55 Οὐδετέρως, ὡς Παυσανίας.] Numero plurativo & neutro genere Pauſanias vocabulo uſus eſt in Atticis. Ἐν Αἰγοσθένοις δὲ Μελάμποδος τοῦ Ἀμυθάονός ἐστιν ἱερόν. Et eodem libro: ἐν ᾗ Μεγαρεῦσι Πηγαὶ πόλις, ἑτέρα δὲ Αἰγόσθαινα ᾤκισται. Sed utroque loco urbis nomen leviter cenſeo eſſe corruptum: veram lectionem nobis reſervavit Stephanus, uti liquet ex urbe Phocidis, & nomine gentili ex Polybio in medium producto, quod tamen hodie apud Hiſtoricum non exſtat.

56 Ἀρκάδιος δ' Αἰγοσθένειαν αὐτὴν φησι, καὶ Φωκίδα πόλιν.] Ptolemæus quoque Ægoſtheneam mediterraneam Phocidis urbem agnoſcit lib. III. cap. XV.

57 Αἴγουσα, νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία.] Promiſcuè ſcribitur nomen inſulæ, nunc Αἴγουσα, nunc Αἴθουσα: ſed ſcriptionem cum θ longe præferrem, & ita olim ſcripſerat Plinius lib. III. cap. VIII: optimè enim convenit cum Κατρία, uti obſervavit eruditiſſimus Bochartus. Αἴθουσα derivari poſſet ab αἴθω *ardeo, incendo*; & Κατρία à Phœnico ſive Hebraico קטר Kathar, quod *incendere* ſignificat, & de ſuffitibus proprie dicitur.

58 Αἴγυπτος, καὶ ἡ χώρα, καὶ ὁ ποταμός.] Non eſt nobis animus totius Ægypti regionis deſcriptionem in hoſce commentarios rejicere: qui illud deſiderat Melam, Plinium, Herodotum, Diodorum, Strabonem & alios ſcriptores legat, qui accuratiſſimè ejus ſitum, incolarum mores & quicquid habeat memorabile, ob oculos ponent. Nugantur profecto Grammatici omnes qui Αἴγυπτον conantur derivare παρὰ τὸ αἴθω, τὸ καίω: οἱ γὰρ ἄνθρωποι κεκαυμένοι εἰσὶν ἐκ τῆς σφοδρᾶς τοῦ ἡλίου φορᾶς: vel alio inepto modo, quem apud Euſtath. legimus. Mihi autem videtur compoſita ex αἰ pro αἶα, ἡ γῆ, & Γύπτος, quod fit à Κόπτος pro Κόπτος, q. d. αἶα τῶν Κόπτων. Fuit in Ægypto hæc urbs Κόπτος Ptolemæo teſte Nomi Coptici metropolis ſub 26 latitudinis gradu, & longitudinis 62 ſita; cujus etiam meminit Strabo lib. XVII, Joſephus & alii. Neque hoc eſt inſolens in regionum nominibus, ut ab urbe principe & metropoli univerſa regio ut provincia nomen habeat. Stephanus hîc refert fluvium quendam Ægyptum appellatum fuiſſe, ſub quo nomine ab Homero Nilus deſcribitur Odyſſ. Ξ.

Πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον ἐϋρρείτην ἱκόμεσθα.

Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

Et ita etiam Odyſſ. P. verſu 427. locus in hanc rem egregius eſt apud Etymologici magni auctorem in voce Αἴγυπτος, Ὁ γὰρ Νεῖλος, πρότερον Αἴγυπτος ἐκαλεῖτο. σημαίνει δὲ τρία. τὴν χώραν, ὡς τὸ, Αἴγυπτον δὲ με θυμὸς ἄνωγε. τὸν ποταμὸν τὸν Νεῖλον, ὡς τὸ· Στήσας δ' Αἰγύπτῳ ποταμῷ νῆας. Καὶ Αἰγύπτοιο διιπετέος ποταμοῖο. καὶ παρὰ τῷ Θεολόγῳ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἐντεῦθε, Αἴγυπτον τὴν σκυθρωπὴν καὶ διώκτειραν ἁμαρτίας. Sed Ægyptus de fluvio maſculini, & de regione fœminini generis eſt, uti obſervant Grammatici.

59 Ὡς Χάραξ, Βήλου παῖς ὢν, καὶ Ἀερίας, τῆς καὶ Ποταμίτιδος, βασιλεύσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία.] Sanam profecto non haberet mentem, qui affirmaret hunc locum eſſe ſanum & integrum, ſine ulla dubitatione vox Αἴγυπτος ante Βήλου παῖς excidit, & de imperii annis ſcriptores non conveniunt, quos Stephanus auctoritate Characis ſtatuit μγ´ ſive XLIII, & Euſebius ξη´ LXVIII. Locus exſtat in Theſauro temporum, quem tamen tranſcribere libet ex Seldeno de Diis Syris, qui eum fortaſſis ope codd. MSS. valde auxit & emendavit. Ῥαμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξη´. μετωνόμασεν τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον Μεστραία ... Ἕλλησι δὲ Ἀερία ἐλέγετο. Sed numeri facili librariorum lapſu confunduntur & corrumpuntur. Suidas etiam refert ab Ægypto hanc regionem dictam eſſe, cujus verba tam miſere ſunt affecta & depravata ut vix in integrum reſtitui queant. Αἴγυπτος. ὄνομα κύριον· καὶ ἡ χώρα τῶν Αἰγυπτίων. ὅτε ἀφίκετο ὁ Ῥαμεσσῆς, ὁ υἱὸς Βήλου, τοῦ καὶ Διός, εἰς Μεστραίαν, ἐβασίλευε τῶν ἐκεῖ. ὃν μετωνόμασαν Αἴγυπτον, ἀφ' οὗ καὶ Αἴγυπτος ἡ χώρα. *Ægyptus. nomen proprium: & Ægyptiorum regio. Quum Rameſſes, qui filius Beli & Jovis nepos fuit, in Meſtraam perveniſſet, incolis imperavit, quem mutato nomine Ægyptum appellarunt.* Si ita hic locus legatur, eum verè, aut certè in ſpeciem ſanaveris.

60 Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.] Æſchylo hunc verſum attribuit Scholiaſtes Ariſtophanes ad Nebulas, pag. 187. Voſſianus codex: Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 35. & Eraſmi Adagia.

[61] καὶ αἰγυπτιάζειν, τὸ πανουργα, καὶ δόλια A καὶ ὕπουλα πράττειν. τὸ θηλυκὸν, Αἰγυπτία, καὶ τὸ Αἰγύπτιον. [62] ἐκλήθη δὲ Μύαρα ἡ χώρα ὑπὸ Φοινίκων, [63] καὶ Ἀερία, [64] καὶ Ποταμίτις, [65] καὶ Ἀετία, ἀπό τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ. [66] τὸ ἐθνικὸν, ὅσον ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, Ἀετιεύς, [67] ὡς B Ἀερεύς. [68] ὅσον δ' ἀπὸ τοῦ ἐγχωρίου, Ἀετίτης. [69] ἀλλὰ καὶ Ὠγυγία ἐκαλεῖτο, καὶ [70] Ἑρμοχύμιος.

Hinc & *αἰγυπτιάζειν*, id eſt fraudulenta, vaſra & ſubdola facere. In fœminino eſt Ægyptia, & in neutro Ægyptium. Sed à Phœnicibus regio appellata fuit Myara, & Aeria, & Potamitis, & Aetia ab Aeto quodam Indo. Hinc fit gentile, quod ex ſimilitudine alterius formatur, Aetienſis, uti Aerienſis: ſed formâ vernaculâ Aetites dicitur. Enimvero olim etiam Ogygia, & Hermochymius,

61 Καὶ Αἰγυπτιάζειν, τὸ πανοῦργα &c.] In hac ſignificatione etiam reperitur apud Etymologum. *Αἰγυπτιάζειν, τὸ πανουργεύειν καὶ σκυθρωπάζειν*. Et Ægyptios tali ingenio fuiſſe præditos teſtatur etiam Theocritus Idyll. 15.

- - - - *οὐδεὶς κακοεργὸς*
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί. Hoc eſt:
- - - - *Nemo maleficus*
Lædit amplius viatorem, doloſè ſubiens more Ægyptio.

Ad quæ verba ita commentatur Scholiaſtes. *ἠπάτων γὰρ πολυπείρως παίζοντες κακὰ παίγνια παραλογισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς. ἀπατηλοὶ γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι. κεκροτημένοι δὲ, καὶ διαρραπισμένοι ἐθάδες πανούργων ἔργων.* Vide etiam Scholia in Ariſtophanis Nebulas & ſacra Cereris celebrantes. Sed præterea *αἰγυπτιάζειν* etiam neutralem habet ſignificationem, uti apud Lucianum in Lapithis. *Καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν, Αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ.*

62 Ἐκλήθη δὲ Μύαρα ἡ χώρα ὑπὸ Φοινίκων.] Cum vox Μύαρα non ſit Phœnica, hic locus in mendi ſuſpicionem venit, quare & ipſum ſollicitavit Ger. Joh. Voſſius lib. 1. de origine & progreſſu Idololat. qui pro Μύαρα reponeret Μίσαρα, ſed cum tali nomine nuſquam Ægyptus appelletur merito nobis ſuſpectum videtur, & fortaſſis legendum eſt Μεστραία, quod occurrit apud Euſebium, atque Suidam, quorum loca ſupra produximus & emendavimus, & facili negotio ex Hebraico fonte מצרים *Miſrajim* deduci poteſt.

63 Καὶ Ἀερία.] Vide Euſtathium ad Dionyſium de ſitu orbis pag. 35, & noſtras obſervationes ad vocem Ἀερία.

64 Καὶ Ποταμίτις.] Ita reſcripſimus ex aliis editionibus pro καὶ Ποταμίτης, quod malè Xylandri exhibet editio, ſupra in hac voce ipſe Stephanus inquit, τῆς καὶ Ποταμίτιδος βασιλευούσης. Vide & Euſtath. ad Dionyſ. loco ſupra citato.

65 Καὶ Ἀετία, ἀπό τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ.] Exiſtimo Stephanum, ex loco aliquo ſcriptoris antiqui malè percepto, errorem hic errare turpiſſimum, ſtatuentem regionem Ægyptum Aetiam ab Indo quodam Aeto inſignitam fuiſſe: imo miror hunc errorem erudītiſſimum Theſſalonicenſium Archiepiſcopum ſubſcriptorem inveniſſe, qui in ſuis ad Dionyſium commentariis pag. 35. ita ſcribit. *Ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα, καὶ Ἀερία, καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι. καὶ μὴν καὶ Ἀετία ἐκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου.* Merum profectò illud eſt commentum, quod Euſtathius tranſcripſit ex noſtro, & in tota antiquorum turba nemo reperitur, qui unquam affirmaverit hoc nomine regionem Ægyptum appellatam fuiſſe: ſed ex Diodoro conſtat fluvium Ægyptum ſive Nilum ob velociſſimum rapidiſſimumque aquarum impetum olim Aquilæ nomen habuiſſe, ita enim ille lib. primo. *Τούτων δ' ὄντων περὶ ταῦτα, τὸν Νεῖλον φασὶ κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἀνατολὴν ἐπιπολὺ (ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα εἴωθε πληροῦσθαι) ῥαγέντα κατακλύσαι πολλὴν τῆς Αἰγύπτου. καὶ μάλιστα τοῦτο τὸ μέρος ἐπελθεῖν, οὗ Προμηθεὺς εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν, διαφθαρέντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν κατὰ ταύτην τὴν χώραν. τὸν δὲ Προμηθέα διὰ τὴν λύπην κινδυνεύειν ἐκλιπεῖν τὸν βίον ἑκουσίως. διὰ δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ τὴν βίαν τοῦ κατενεχθέντος ῥεύματος τὸν μὲν ποταμὸν ἀετὸν ὀνομασθῆναι, ὕστερον δ' Αἴγυπτον.*

Dum his illi occupati tenentur, Nilus, ajunt, ſub canis Sirii ortum (quando impleri ſolet maximè) ruptis aggeribus magnam Ægypti partem inundatione ſubmerſit, eamque graviſſime, cui Prometheus cum imperio præerat, adeo ut omnes propè homines diluvio abſumerentur. Parumque abfuit, quin ſponte doloris impatientia vitam Prometheus abdicaſſet. Et tum à ſubito irruptiones impetu & undarum violentia nomen Aquilæ fluvius accepit. Et deinde paucis interjectis lineis ita loquitur. *Τὸν ποταμὸν ἀρχαιότατον μὲν ὄνομα σχεῖν Ὠκεάμην, ὅς ἐστιν Ἑλληνιστὶ Ὠκεανός. ἔπειτα, διὰ τὸ γενόμενον ἔκρηγμα φασὶν ἀετὸν ὀνομασθῆναι, ὕστερον δ' Αἴγυπτον.* *Fluvio antiquiſſimum nomen erat Oceames, quod Græcè ſonat Oceanus. Poſt ob eruptionem Aquila dictus, deinde Ægyptus.*

66 Τὸ ἐθνικὸν, ὅσον ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, Ἀετιεύς.] Horum verborum ſenſum ſimillimis Stephani verbis delinire poſſumus. In voce Ἀβρότονον ita infit. *Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει· ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος· ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεύς, οὕτως Ἀβροτονεύς.* Sic etiam hoc loco Ἀετιεύς non vernaculâ formâ, id eſt *τύπῳ ἐπιχωρίῳ*, ſed ex ſimilitudine aliorum formatum eſt, nam uti Ἄλια gentile habet Ἀλιεύς, Αἱμονία Αἱμονιεύς, ſic Ἀετία habet Ἀετιεύς.

67 Ὡς Ἀερεύς.] Neque hoc gentile habet vernaculam ſuam formam, quæ eſſet Ἀερίτης, uti Stephanus in voce Ἀερία dixit, qui præterea addit, incolas etiam Ἀερίους appellari.

68 Ὅσον δ' ἀπὸ τοῦ ἐγχωρίου, Ἀετίτης.] Hæc jam eſt vernacula & ſolita regioni forma, uti nos docet Stephanus in voce Ἄζιλις, ubi ita inquit: *ὅτι τὸ προπαροξύτονον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λυβικῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει.*

69 Ἀλλὰ καὶ Ὠγυγία.] Fortaſſis Ægyptus ita fuit appellata, quia hæc regio omnium antiquiſſima habetur. Nam magiſtri Græci *πᾶν τὸ ἀρχαῖον, ὠγύγιον φασί.* Vide Heſychium, Suidam atque alios.

70 Ἑρμοχύμιος.] Non debet hæc vox emendari, quemadmodum aliqui inter doctos tentarunt, qui pro Ἑρμοχύμιος ſubſtituerant Ἑρμοχήμιος, non conſiderantes veram hujus vocis etymologiam. Non enim componitur ex Ἑρμῆς & Χημία ſive Χαμία (licet Ægyptus quoque Χαμία ſive Χημία ab antiquis dicta ſit) ſed componitur ex Ἑρμῆς & Hebraica חום *chum nigredo*, occurritque aliquoties in trigeſimo Geneſεως, ubi de coloribus pecudum Labanis & Jacobi agitur, adjectaque Græcorum terminatione habes Ἑρμοχύμιος, quaſi diceres, *Mercurii nigrum ſolum.* Luculenter teſtatur Diodorus, Mercurium apud Oſiridem in magna æſtimatione fuiſſe: ab ipſo gentem edoctam eſſe multò accuratius loqui; variarum quoque rerum nova didiciſſe nomina: eundem inveniſſe ſcribendi legendique artificium; ſacrificiaque & religioſos ritus docuiſſe, itemque ſiderum curſus obſervaſſe. In ejus igitur honorem, qui tam neceſſaria incolis impartivit, Ægyptum, antea *Chymiam* dictam, *Hermochymiam* dixerunt: Hinc eſt quod hodie apud Heſychium corruptè legatur. *Ἑρμοχοίνιος γῆ, ἡ Αἴγυπτος τὸ πρότερον οὕτως ἐκαλεῖτο.* Cum legendum ſit *Ἑρμοχύμιος γῆ*: *Id eſt Mercurii nigra terra, ita Ægyptus antea appellabatur.* Ut autem minimè dubiis argumentis rem confirmemus Plutarchum teſtem producamus, qui in libro de Iſide ita loquitur. *Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, Χημίαν καλοῦσι.* *Ægyptum adhuc, cujus ſolum maximè nigrum eſt, uti nigrum illud quod eſt in oculo, Chemiam vocant.* Sed pro Χημίαν reſcribendum puto Χυμίαν; nam ab Hebraico חום *chum nigredo* non rectè Χημία deducitur: Et quandoquidem hoc vocabulo Plutarchus Ægyptii ſoli nigredinem indicare voluerit, pro certo eſt ſtatuendum, non Χημίαν, ſed Χυμίαν, quod ſit ex Hebraico חום, ab ipſo fuiſſe ſcriptum. Hac de cauſa Græci hanc regionem Μελάμβωλον appellarunt, uti hoc commate teſtatur Stephanus & apud Phavorinum legitur: *Μελάμβωλος, μελανόγεως, Αἴγυπτον μηνύουσα*, &c. quod etiam Virgilius libro IV. Georgicor. hoc verſu expreſſit, cum inquit,

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Præterea non tantum terra Ægyptia nigra erat, ſed & aquam tali colore Homerus commemorat Odyſſ. Δ, verſu 358. ubi de Ægypto loquitur.

Ἐν δὲ

μιος, [71] καὶ Μελάμβολος, καὶ [72] Ἡφαιστία. A
[73] ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος μικρά.

ΑἼΓΥΣ [74], πόλις Λακωνική, [75] ὡς Εὐφορίων. οἱ πολῖται Αἰγῦται, [76] ὡς Παυσανίας. Λυκόφρων δὲ τὸ ἐθνικὸν Αἴγυος, τὸ θηλυκὸν λέγων οὕτω, B

[77] Καὶ πάντα τλήσεται οὕνεκ' Αἰγύας κυνὸς,
Τῆς θηλύπαιδος, καὶ Τριάνορος κόρης.

ὁ λόγος περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς οὔσης, καὶ ἄρρενα μὴ τεκούσης [78] τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθείσῃ. Θεόπομπος C δὲ Αἰγυέας αὐτοὺς φησιν.

ΑἸΓΩΝΕΙΑ, πόλις Μηλιέων, Λυκόφρων.

Ὧν οἱ μὲν Αἰγώνειαν ἄθλιοι πάτραν.

[79] καὶ Ἑκαταῖος. Ῥιανὸς ἑκκαιδεκάτῃ, Αἰγώνην αὐτὴν λέγει. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγωνεύς. D

ΑἼΓΩΣΤΙΣ, πόλις Λοκρίδος, ἢ τόπος, ἢ χωρίον ἐντὸς τῆς πόλεως, ὡς Ἐπαφρόδιτος. ὁ πολίτης, Αἰγωστίτης.

ΑἼΔΗ-

A mius, & Melambolus, & Vulcania vocabatur. Eſt autem quoque alia parva Ægyptus.

ÆGYS, oppidum Laconicum, de quo Euphorion. Oppidani inde Ægytæ dicuntur, uti Pauſanias teſtatur. Lycophron vero gentile facit B Ægyus, & fœminium inde ita appellans.

Et omnia perficiet propter Ægyam canem,
Fœmini-puerperam, & triviram puellam.

Loquitur de Helena Laconica, quæ, Menelao, Alexandro & Deiphobo nupta, nullam prolem C maſculam peperit. Theopompus vero illos Ægyenſes nominat.

ÆGONEA, urbs Melienſium, uti Lycophron auctor eſt.

Quorum quidem Ægoneam miſeri patriam.

D Et ita etiam Hecatæus. Rhianus vero lib. XVI. eam Ægonen nominat. Gentile, Ægonenſis.

ÆGOSTIS, oppidum Locridis, vel locus, vel caſtellum intra urbem, uti Epaphroditus perhibet. Oppidanus inde Ægoſtites.

ÆDE-

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆας ἐΐσας
Ἐς πόντον βάλλουσιν, ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ. Id eſt:
In ea autem portus portuoſus, unde naves æquales
In pontum deducunt, poſtquam hauſerunt nigram aquam.

Inter varia aquæ epitheta, quibus Homerus utitur, illud ipſi minus familiare fuit, nam ſemel adhuc occurrit Iliad. B, ubi Æſepum Lyciæ amnem deſcribit. Non eſſet profectò boni, multo minus divinioris ingenii poëtæ, epithetis promiſcuè & ſine ratione uti, quibus plerumque veræ rerum imagines ob oculos ponendæ, & lectorum animis infigendæ ſint. Sed quid evidentius quam quod Joſ. 19: 26. & Jer. 2: 18. hic fluvius *Schicor* vel *Sibor* à nigrore appelletur; ex eo quod turbidus ſit & nigricans, ob limum quem advehit ſecum ex Auſtrinis partibus: hinc Græcis vocatus fuit Μέλας teſte Plutarcho & Euſtath. in Dionyſ. atque etiam veteribus Latinis *Melo*, ut tradunt Feſtus & Servius. Enimverò, idem illud, quod de terra & aqua Ægyptia affirmamus, de incolis probari poteſt, qui corpora ex ardore ſolis nigriora habent, uti liquet ex hoc ſenario; Χρόαν δὲ τὴν σὴν ἥλιος λάμπων, φλογὶ Αἰγυπτιώσει: Id eſt, *Cutem tuam ſol ſplendens Ægyptiam reddet*, hoc eſt, nigram more Ægyptiorum. Hinc apud Heſychium legimus: Αἰγυπτιῶσαι, μελᾶναι: *Denigrare, ſive atrum reddere.* Sed Salmaſius iſthoc loco ſcribendum cenſet Αἰγυπτῶσαι, μελᾶναι. Quod ibitum propriè ſignificaret, *nigrum reddere uti ſolum Ægyptium eſt*, nam non poteſt formari tale verbum ab Αἰγύπτιος, ſed ab Αἴγυπτος; & tali forma etiam apud Phavorinum legitur: Αἰγυπτῶσαι μελᾶναι καὶ ἐπικαῦσαι, verum ſi ſcribendum eſſet Αἰγυπτιῶσαι, libenter concederem illud ab Αἰγύπτιος formari debere. Ex hiſce autem omnibus ſatis apparet, nulla hac in voce Ἐρεμβόχυμος emendatione opus eſſe, cum non duntaxat *ſolum*, ſed etiam *aqua* & *incoli* atro colore tincti ſint.

71 Καὶ Μελάμβολος.] Sic exhibent omnes vulgati codices & ſcripti: ſed legendum eſſe καὶ Μελάμβωλος vel pueris, qui extremis labris hujus linguæ elementa deguſtarunt, eſt manifeſtum. Suidas, Μελάμβωλος· μελανόγαιος. Αἴγυπτος μεδίουσα. Vide etiam Phavorinum.

72 Ἡφαιστία.] Illud nomen habet à Vulcano qui Græcè Ἥφαιστος dicitur. Cum Mercurius in Ægypto regnaſſet & obiiſſet, Vulcanus regnum ſuſcepit, & regionem de ſuo nomine Ἡφαιστίαν, q. d. Vulcaniam, nominavit, teſtibus Diodoro, Suida aliiſque.

73 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος.] In lib. Notit. fit mentio de peculiari Ægypti regione in Ægypto; qui eam in ſex provincias dividit, uti annotavit Ortelius in Theſauro Geographico. Hanc ſi non intelligat Stephanus, intelliget procul dubio regiunculam Peloponneſi cujus meminit Pauſanias in Arcadicis & noſter in voce Ἦλις.

74 Αἴγυς, πόλις Λακωνική.] Codex Voſſ. Αἴγυς πόλις Λακωνικῆς. Sed res eodem redit. De origine urbis nihil conſtat: verum à quibus fuerit deleta legimus apud Pauſaniam, cujus locum mox producam.

75 Ὡς Εὐφορίων.] Auctor ſatis notus quique paſſim à Stephano allegatur, hic quidem ſine libri nomine, ſed aliis locis libri plerumque nominantur.

76 Ὡς Παυσανίας.] Locus quem reſpicit Epitomator, ubi hujus oppidi cives Αἰγῦται appellantur, exſtat in Laconicis hiſce verbis. Ἀγησιλάου δὲ παῖς ἐγένετο Ἀρχέλαος. ἐπὶ τούτου Λακεδαιμόνιοι πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων ἠνδραποδίσαντο Αἴγυν, ὑποπτεύσαντες ὡς οἱ Αἰγῦται φρονοῦσι τὰ Ἀρκάδων. Χαρίλαος δὲ ὁ τῆς ἑτέρας οἰκίας βασιλεὺς συνεξεῖλε μετὰ Ἀρχελάου τὴν Αἴγυν. *Ageſilaus Archelaum filium ſibi ſucceſſorem reliquit. Dum hic regnaret, Lacedæmonii unam de finitimis urbibus, Ægun nomine, bello ſubactam exciderunt, Ægytarum ad Arcades defectionem metuentes. In ea urbe evertenda opem tulit Archelao Charilaus ex altera familia rex.*

77 Καὶ πάντα τλήσεται οὕνεκ' Αἰγύας κυνός.] Aliter hic verſus in editionibus Lycoph. legitur, nempe: καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' Ἀργείας κυνός. Sed Steph. lectionem veram eſſe putat Meurſius ad Lycophronem pag. 272; ubi tamen nullam ſuæ opinionis rationem allegat. Non ſumus certi an non Stephanus in mendoſum Lycophronis locum inciderit. Qua de cauſa nihil mutarem, niſi aliunde lux affulgeat. Nam vox Ἀργεία ſano ſenſu de Laconica dici poteſt, quæ olim hoc nomine fuit inſignita, uti notum eſt ex Strabone, lib. VIII. Pindari Scholiaſta ad Iſthm. Euſtathio in Homerum & Dionyſium aliiſque. Et hinc Helena (quæ alias Laconica appellatur, uti infra à Stephano, ὁ λόγος περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς οὔσης.) à Virgilio lib. I. Æneid. *Argiva* dicitur.

Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre jubet: pallam ſignis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho
Ornatus Argivæ Helenæ.

Et nugatur profecto Servius ad illum locum, cum dicit Helenam à vicinitate Argivam appellari.

78 Τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθείσῃ.] In levi mendo cubat hic locus: vel enim conjunctio καὶ ante Δηϊφόβῳ tranſponenda videtur; vel ante Δηϊφόβῳ talis copula excidit.

79 Καὶ Ἑκαταῖος. Ῥιανὸς ἑκκαιδεκάτῃ.] Fortaſſis reſcriben-

A ΑἼΔΗΨΟΣ[80], πόλις Εὐβοίας. [81] Στραβων ἐννάτῳ. κεῖται δὲ κατὰ Αἴδηψον τῆς Εὐβοίας, ὅπου τὰ θερμὰ λουτρὰ Ἡρακλέους. [82] ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ, καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν. [83] Καλλίμαχος Δαιδάλῳ,

B Ἐν δὲ λάχαινε μὲν ἔργα σιδήρου.

οἱ γὰρ Εὐβοεῖς σιδηρουργοὶ καὶ χαλκεῖς ἄριστοι. Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ, [84] ἐκεῖ χαλκὸν πρῶτον εὑρεθῆναι. [85] καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο οἱ Κούρητες, οἱ μετὰ Διὸς ἐλθόντες. οὓς φύλακας τῆς νήσου, καὶ τοῦ ἱεροῦ [86] τῆς Ἥρας C κατέλιπον. ἀφ' οὗ οἱ Χαλκιδεῖς ὠνομάσθησαν. ὁ πολίτης, Αἰδήψιος. [87] Καλλίμαχος Ἑκάλῃ,

[88] Ἄρκιος ἢ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.

ΑἸΔΟΥΣΙΟΙ[89], σύμμαχοι Ῥωμαίων πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατίᾳ, Ἀπολλόδωρος ἐν D χρονικῶν δ.

ΑἸΖΙΚΗ, Θρᾴκης μέρος, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΑἸΘΑΙΑ,

A ÆDEPSUS, urbs Eubœæ, uti Strabo lib. IX. teſtatur. Eſt vero ſita juxta Ædepſum Eubœæ, ubi Herculis balnea calida exiſtunt. Sed in Eubœa etiam erant ferrea & ænea metalla. Callimachus in Dædalo.

B *Ubi quidem ferri opera fodiebat.*

Eubœenſes enim optimi ſunt fabri ferrarii & ærarii. Teſtatur autem Epaphroditus, æs ibi primo inventum fuiſſe. Atque illic Curetes, qui cum Jove venerant, primi ære induebantur; quos ibi C cuſtodes inſulæ, templique Junonis reliquit. Hinc eſt quod Chalcidenſes nominati ſint. Civis Ædepſius dicitur. Callimachus in Hecale.

Arcius qui manibus Ædepſium enſem prahendit.

ÆDUSII, Romanorum ſocii juxta Celto- D galatiam, uti Apollodorus in IV. Chronicorum teſtatur.

ÆZICA, pars Thraciæ; auctore Hecatæo in Europa.

ÆTHÆA,

ſcribendum eſt: οὕτω καὶ Ἑκαταῖος. Ῥιανὸς δὲ ἐκκαιδεκάτῃ, Αἰγώνην αὐτὴν λέγει. Et ſic conſtabit ſenſus.

80 Αἴδηψος, πόλις Εὐβοίας.] Salmaſius in Schedis Palatinis, & nos in codice Voſſiano invenimus, Αἴγηψος, πόλις Εὐβοίας. Sed ob literarum ordinem vulgata lectio videtur præferenda. Et ſic etiam infra pro Αἰδήψιον ἄορ exhibent Αἰγήψιον ἄορ.

81 Στράβων ἐννάτῳ.] Deſumpſit hunc locum ex libro nono. Sed idem Strabo in Eubœæ campo Lelanto aquas calidas ſcribit erumpere ad ſanandos morbos aptas, non longe à Chalcidenſium urbe. Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Χαλκιδέων πόλεως τὸ Λήλαντον καλούμενον πεδίον, ἐν δὲ τούτῳ θερμῶν τε ὑδάτων εἰσὶν ἐκβολαὶ πρὸς θεραπείαν νόσων εὐφυεῖς, οἷς ἐχρήσατο καὶ Σύλλας Κορνήλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών. Verum malè apud Ptolem. lib. III. cap. XV. hic locus Ἄδιψος dicitur, & etiam apud Plut. in vita Syllæ: Διαπλεύσας οὖν εἰς Ἄδιψον, ἐχρήσατο τοῖς θερμοῖς ὕδασι, ῥαθυμῶν ἅμα καὶ συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. Quem locum Xylander emendavit. Sed inſuper apud eundem Plutarchum multo fœdius mendum occurrit lib. IV. Sympoſ. quæſtione tertia, ubi hic Eubœæ locus profligatiſſime Γάληψος dicitur. Τῆς Εὐβοίας ὁ Γάληψος, οὗ τὰ θερμὰ χωρίον ἐστὶν αὐτοφυές, πολλὰς πρὸς ἡδονὰς ἔχον ἐλευθερίους. Optimè novi in Thracia eſſe Galepſum, ſed hoc nomine nullus, quod ſciam, in Eubœa locus obſervatur, quare procul dubio apud Plutarchum Αἴδηψος eſt reſcribendum, & ita etiam in libro de Amore fraterno ubi Ἔδηψος excuſum eſt.

82 Ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν.] Fortaſſis Epitomator alludit ad locum Strabonis, quem paſſim ſequitur, qui exſtat lib. X. Καὶ μέταλλον δ' ὑπῆρχε θαυμαστὸν χαλκοῦ, καὶ σιδήρου κοινόν, ὅπερ οὐχ ἱστοροῦσιν ἀλλαχοῦ, συμβαῖνον. νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπεν. *Mirabile etiam metallum æris & ferri commune ibi fuit, quale negant alibi exſtitiſſe; nunc utrumque intercidit.* Idem de hiſce metallis teſtatur Plutarchus in libello de Oraculorum defectu, cujus locum infra hoc eodem tmemate producam.

83 Καλλίμαχος Δαιδάλῳ.] MSS. Καλλίμαχος Δαίδαλ. Non diſtinguit auctor inter Callimachum Cyrenæum & Callimachum Grammaticum de quibus apud Suidam & Athenæum lib. III.

84 Ἐκεῖ χαλκὸν πρῶτον εὑρεθῆναι.] Vide Stephanum in voce Χαλκίς, cujus verba Euſtathius compilavit in Παρεκβολαῖς ad lib. II. Hom. Iliad. pag. 279.

85 Καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο.] Hinc diſcimus quo loco ſe Curetes armaverint, quod apud Mythologos non paſſim eſt obvium: Eos fuiſſe armatos ſatis teſtantur. Strabo lib. X. Τούτους δ' ὠνόμαζον Κουρῆτας νέους τινάς, ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἀποδιδόντας. *Curetas autem appellabant juvenes quoſdam, qui in armis ſaltarent.*

86 Τῆς Ἥρας.] Salmaſius in MSS invenit, τῆς Ῥέας. & exiſtimat ita eſſe legendum, uti ad oram ſui codicis obſervavit. Qui fabulam novit de hac lectione non ambiget.

87 Καλλίμαχος Ἑκάλῃ.] Etymologici magni auctor: Ἑκάλη, ἡρωΐς. εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος. Idem poëma & auctor etiam Athenæo citantur lib. ſecundo.

88 Ἄρκιος ἢ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.] Ita conſtanter habet libri ſcripti & editi, ſed quiſnam hic *Arcius* fuerit, non facile dixerim, cum nemo antiquorum, quod ſciam, ejus meminerit. Ego autem puto locum eſſe mendoſum, & legi debere:

Ἀκρίσιος χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.

Acriſius hic Mythologicis ſatis eſt cognitus, de quo legendi omninò Apollodorus, Hyginus, Pauſanias, Ovidius, aliique: Fortaſſis idem hic erit de quo apud Plinium legimus lib. VII. cap. LVI. *Clypeos invenerunt Prœtus & Acriſius inter ſe bellantes, ſive Chalcus Athamantis filius.* Per Αἰδήψιον ἄορ intelligi debere exiſtimo mucronem vel gladium Euboicum, qui aquæ tinctura durabatur, quod genus enſium deſcripſit Plutarchus in libro de Oraculorum defectu, hiſce verbis: Καὶ μετάλλων, τὸ μὲν ἐξαμαυρώσεις γεγονέναι κενάς, ὡς τῶν περὶ τὴν Ἀττικὴν ἀργυρείων, καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίτιδος, ἐξ ἧς ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὡς Αἰσχύλος εἴρηκε.

Λαβὼν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοϊκὸν ξίφος. Hoc eſt,

Jam metalla quadam prorſus exinanita jacent; ut in Attica ſectura argentaria, & in Eubœa æris vena, ex quo cudebantur gladii, qui aquæ tinctura durabantur, quorum ſic meminit Æſchylus:

Sumens acutum mucronem Euboïcum *manu.*

Idem Plutarchus ejuſmodi gladio Brutum comparavit: ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ὥσπερ τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, σκληρὸν ἐκ φύσεως, καὶ οὐ μαλακὸν ἔχων ὑπὸ λόγου τὸ ἦθος. *Cæterum ille gladiorum inſtar qui candentes, frigida extincti ſunt, duris præditus natura non ex literarum cultura mollibus moribus.*

89 Αἰδούσιοι, σύμμαχοι Ῥωμαίων.] Exiſtimo Stephanum intelligere Æduos, quorum ſitus accurate deſcribit Ptolemæus lib. II. cap. VIII. Ἀπὸ ἀνατολῶν δὲ τῶν Ἀρουέρνων μέχρι τοῦ πρὸς ἄρκτους ἐκτροπῆς τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ, τὸ τῶν Αἰδούων ἔθνος. Non immeritò Stephanus eos συμμάχους τῶν Ῥωμαίων appellat, quos Strabo lib. IV. Romanorum cognatos nuncupat. Οἱ δὲ Ἔδουοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Hinc apud Tacitum legimus lib. II. Annal. ubi de Æduis loquitur: *Quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. uſurpant.* Ad quem locum vide quæ Lipſius obſervavit. Lege & Cæſarem de bello Gallico lib. I. Lucanum lib. I. Sidonium Apoll. lib. VII. epiſt. VII. & alios.

ΑἸΘΑΊΑ, πόλις Λακωνικῆς μία τῶν A
ἑκατόν. [90] Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ.
[91] τὸ ἐθνικὸν, Αἰθαιεὺς, Θουκυδίδης πρώτῃ.

ΑἸΘΑΛΗ [92], νῆσος Τυρσηνῶν. Ἑκα-
ταῖος Εὐρώπῃ. ἔοικε δὲ κεκλῆσθαι [93] διὰ τὸ
σίδηρον ἔχειν, τὸ ἐν Αἰθάλῃ τὴν ἐργασίαν ἔχον- B
τα. [94] Φίλιστος δὲ ἐν ε Σικελικῶν Αἰθάλειαν
αὐτὴν καλεῖ, καὶ Ἡρωδιανὸς, καὶ Ὦρος.
[95] Πολύβιος δὲ ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει
Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι, [96] ἀφ' ἧς
ἦν ὁ Γλαῦκος, εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. C
δύο γὰρ ἦσαν. οὗτος μὲν Σάμιος, ὅς τις καὶ [97] ἔρ-
γον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς
Ἡρόδοτος. ὁ δ' ἕτερος Λήμνιος, ἀνδριαντοποιὸς
διάσημος, [98] ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις, ἴσως
ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων. D
ἐκεῖ

ÆTHÆA, oppidum Laconicum, unum ex centum, uti Philochorus in tertio Atthidis teſtatur. Gentile Æthęenſis, apud Thucydidem primo.

ÆTHALE, inſula Tyrſenorum auctore Hecatæo in Europa. Videtur autem ita à ferro appellata, quod in hac inſula conficitur. Philiſtus vero Sicular. rerum lib. v, eam Æthaliam vocat, ut & Herodianus & Orus. Aſt Polybius in lib. XXXIV. inquit, Lemnum Æthaleam nominari, ex qua Glaucus erat, unus ex illis, qui ferri conglutinationem invenerunt. Quippe duo erant, iſte quidem Samius, quique Delphis opus illud celeberrimum dedicavit, uti Herodotus tradidit. Alter vero erat Lemnius, inſignis ſtatuarius. Sed fortaſſis urbs ita vocabatur ab erumpente fumo ex Vulcani officinis.
Hæc

[90] Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ.] Hujus ſcriptoris liber ſecundus citatur in dictione Ἄρειος πάγος. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I. cap. XVIII.

[91] Τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεὺς, Θουκυδίδης πρώτῃ.] Non ita gentile apud Thucydidem formatum reperio, ſed ſine diphthongo in ſecunda ſyllaba. Ἐν ᾧ καὶ Εἵλωτες αὐτοῖς, καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε, καὶ Αἰθεεῖς, ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. *In quo Helotes, & ex limitaneis Thuriatæ & Atheenſes, Ithomen ſucceſſerunt.* Quis autem veram ſervaverit lectionem, tute ipſe judicabis.

[92] Αἰθάλη, νῆσος Τυρσηνῶν.] Græcis ſcriptoribus hæc inſula, quæ ſita eſt contra Populonium urbem Hetruriæ, à qua 10 vel 12 mill. paſſ. abeſt, dicitur Αἰθάλη, ſic legimus apud Ptolemæum lib. II. cap. primo. Straboni lib. v, & Diodoro lib. IV. Αἰθαλία appellatur. Latinis auctoribus dicitur *Ilua*. Plinius lib. III. cap. VI. *Ilua cum ferri metallis, circuitu centum millia, à Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta.* Vide etiam Livium lib. XXX, Silium lib. VIII. & Virgil. lib. X. Latinum illud nomen videtur factum ex Græco: Latini enim mutant θ in B, pro οὖθαρ dicunt *uber*: ἐρυθρὸς, detracto ε fit *ruther* & inde *ruber*, & ex ἄλλοθι videtur *alibi* factum. Deinde etiam mutant αι Diphthongum in I, adeo ut ex Αἰθάλη fit *Ibla*, & per μετάθεσιν τῶν στοιχείων, *Ilba* & inde *Ilua*: imo ex *Ilba* videtur factum nomen *Elba*, quod etiamnum hodie obtinet, & jam inde à temporibus Gregorii magni obtinuit, qui Dialogor. lib. III. cap. XI. Populonium oppidum memorat XII. *millibus diſtans ab Elba inſula.*

[93] Διὰ τὸ σίδηρον ἔχειν.] Omnes ſcriptores quos præcedenti commentario percenſuimus de ferri metallis mentionem faciunt: Illud duntaxat ex Rutilii Itinerario addam.

Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis;
Qua nihil uberius Norica gleba tulit,
Non Biturix largo potior ſtrictura camino:
Nec quæ Sardonio ceſpite maſſa fluit,
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix
Quam Tarteſſiaci glarea fulva Tagi.

[94] Φίλιστος δὲ ἐν ε Σικελικῶν, Αἰθάλιαν &c.] Jam alios auctores produximus, qui eodem prorſus modo hanc inſulam appellabant. De Philiſto rer. ſicular. ſcriptore præſtantiſſimo lege Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I. cap. VI. Sed puto hic debere ſcribi Αἰθάλειαν; nam infra in formandis gentilitiis inquit: τὸ ἐθνικὸν, ἐκ τοῦ Αἰθάλεια Αἰθαλείτης, ὡς Ζελείτης. ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη Αἰθαλίτης. Adeo ut ab Αἰθάλια, qua voce Philiſtus uſus fuiſſet, gentile non deduxerit: Verum poſtquam hæc typographo exhibueram in Voſſ. cod. hunc locum ita exaratum reperi, uti eum jam conceperam. Ariſtoteles in Mirandis etiam hanc inſulam Αἰθάλειαν nuncupavit. Ἐν δὲ τῇ Τυρρηνίᾳ λέγεταί τις νῆσος Αἰθάλεια ὀνομαζομένη, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου πρότερον μὲν χαλκὸς ὠρύσσετο, ἐξ οὗ φασὶ πάντα κεχαλκευμένα παρ' αὐτοῖς εἶναι. *Apud Etruriam inſula fertur eſſe nomine Æthalia; in qua ex iiſdem metallis antea æs erutum fuerit, unde omnia ænea vaſa apud illos conflata eſſe tradunt.*

[95] Πολύβιος δὲ ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθαλίαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι.] Etymologici magni auctor teſtatur Lemnum Αἰθάλην appellatam fuiſſe. Αἰθάλη ἐκαλεῖτο ἡ Λῆμνος. ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν, ἐκ τῶν Ἡφαίστου χαλκείων. Hinc nomen habere, etiam infra Stephanus perhibet, cujus locum mox emendabimus.

[96] Ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος, εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. δύο γὰρ ἦσαν. οὗτος μὲν Σάμιος &c.] Vel hic locus in graviſſimo mendo cubat, vel parum conſideratè ſcripſit Stephanus ex Herodoti lib. primo hunc Glaucum, qui ſolus omnium ferri compactionem ſive conglutinationem invenit, nunc *Lemnium*, & nunc *Samium* fuiſſe. Herodotus manifeſtè affirmat ipſum *Chium* fuiſſe, ita enim ſe habent ejus verba. Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπειτα τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ, ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον, δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων. Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα. Et licet à partibus Stephani ſtet Suidas, qui narrat à Glauco quodam *Samio* qui primus ferri conflationem invenit, dimanaſſe proverbium Γλαύκου τέχνη (quod de iis dicitur, qui facile rem aliquam conficiunt) nihilominus tamen omnes ſcriptores antiqui contra eos militant. Athenæus lib. V. qui ſine ulla dubitatione eundem Herodoti locum, quem hic innuit Stephanus, conſuluit, etiam perhibet hunc Glaucum *Chium* fuiſſe, ita enim inquit. Ἡγήσανδρος δὲ ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, Γλαύκου φησὶ τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου, οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει. *Hegeſander Delphus, in libro cui titulus eſt, Commentarius ſtatuarum & imaginum, ſcribit, Glauci Chii Delphis opus eſſe engythecæ ferreæ ſimile, Alyattis donarium, cujus meminit Herodotus.* Neque ab Herodoto & Athenæo diſſentit Pauſanias qui in Phocicis ita ſcribit. Τῶν δὲ ἀναθημάτων ἃ οἱ βασιλεῖς ἀπέστειλαν οἱ Λυδῶν, οὐδὲν ἔτι ἦν αὐτῶν εἰ μὴ σιδηροῦ μόνον τὸ ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος, τοῦτο Γλαύκου μέν ἐστιν ἔργον τοῦ Χίου, σιδήρου κόλλησιν ἀνδρὸς εὑρόντος. *Ex tam multis, quæ Apollini miſerunt Lydorum reges, donis, reliquum jam nullum eſt, præter ferream Halyattis crateræ baſin. Eam fecit Glaucus Chius, qui primus ferri artem ferruminandi excogitavit.* Vide etiam Euſebium & Scaligeri in eum commentaria.

[97] Ἔργον ἀοιδιμώτατον.] Omnes ſummopere laudant hujus Glauci opus, ſed qua in re ejus præſtantia erat ſita, nemo expreſſit niſi Athenæus, referens Hegeſandrum illud Delphis vidiſſe, libro ſuprà citato: quique illud ideo ſpectatu dignum exiſtimabat, quia in eo animalcula quædam inſecta, & puſillæ plantæ torvo cælatæ erant.

[98] Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις, ἴσως ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων.] Manifeſtè hic nonnulla deſiderantur,
licet

ἐκεῖ γὰρ ἀνωμολόγηται ταῦτα. τὸ ἐθνικὸν ἐκ τοῦ Αἰθάλεια, Αἰθαλεύτης, ὡς Ζελεύτης. [99] ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη, Αἰθαλίτης, ὡς Σινωπίτης, Ἰοππίτης. δύναται [1] τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ τοῦ Χῖος. [2] οὕτω γὰρ ἡ Χίος ἐλέγετο. καὶ οἱ πολῖται, Αἰθαλεῖς.

A Hæc enim ibi in confeſſo ſunt. Gentile ex Athalæa, eſt Æthalætes, uti Zelætes; verum ex Æthale, fit Æthalita, uti Sinopita, Joppita. Poteſt etiam Æthalita ſumi pro aliquo ex Chio; ita enim Chius olim appellabatur. Et Cives Æthalenſes dicuntur.

B

ΑἸΘΑΛΙ΄ΔΑΙ [3], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Αἰθαλίδου. καὶ ὁ δημότης, Αἰθαλίδης. [4] οἱ δὲ, Αἰθαλεῖς τοὺς δημότας. τὸ θηλυκὸν, Αἰθαλίς. [5] τὸ τοπικὸν, Αἰθαλιδῶν. ἐς Αἰθαλιδῶν. ἐν Αἰθαλιδῶν.

ÆTHALIDÆ, populus Leontidis tribus, qui ab Æthalida nomen habet. Et Æthalides tribulis vocatur. Quidam vero tribules etiam Æthalenſes appellant. Fœmininum eſt Æthalis. Locale, ex Æthalidis, ad Æthalidas, in Æthalidis.

C

ΑἸΘΗ΄Ρ [6], ὁ ὑπὲρ τὸν αἰθέρα πεπυρωμένος τόπος. [7] λέγεται καὶ θηλυκῶς. τὸ παράγωγον, αἰθέριος, καὶ αἰθερία. [8] καὶ τοῦ αἰθέρος, αἰθερίτης.

ÆTHER, locus ſupra aëra inflammatus, quæ etiam in fœminino genere ita dicitur. Derivativum eſt Ætherius, Ætheria. Et à genitivo Ætheris, Ætherites factum eſt.

ΑἸΘΙΚΙ΄Α [9], ὡς Κιλικία, [10] Θεόπομπος τεσσαρακοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικὸν, [11] Αἴθικες, ὡς Κίλικες. ἐν Θετταλίᾳ δ᾽ ᾤκουν ἐν τῷ Πίνδῳ ὄρει. [12] Μαρσύας δὲ μέσον τῆς Τυμφαίας, καὶ Ἀθα-

D ÆTHICIA, uti Cilicia, auctore Theopompo, rerum Philippicar. lib. XXXIX. Gentile Æthices, uti Cilices. Habitabant autem iſti in Theſſalia, in monte Pindo: quamquam Marſyas regionem hanc mediam inter Tymphæam & Atha-

licet ita in ſcriptis & vulgatis codicibus legatur: Si mei arbitrii res foret hunc locum tali modo reſtituerem. Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις, ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν, ἐκ τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων. Hanc veriſſimam hujus loci lectionem eſſe evincitur ex Etymologici magni auctore, apud quem ita legitur. Αἰθάλη ἐκαλεῖτο ἡ Λῆμνος. ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν, ἐκ τοῦ Ἡφαίστου χαλκείων. In Lemno eſſe graviſſimas ignium & vaporum eruptiones nemo dubitat, & hæc eſt cauſa, quod Vulcanus in eam è cœlo delapſus fingatur, ὅτι πῦρ ἐκεῖ γῆθεν ἀνεδίδοτό ποτε αὐτόματον, quia olim ibi è terra erumpebat ſpontaneus ignis, ut ſcribit Euſtathius ad Iliad. A pag. 158. Hinc apud Lycophronem legimus,

---- πιφρώσας γυῖα Λημναίῳ πυρί.
Adurens igne membra Lemnio.

Et Seneca in Hercule Oetæo verſu 1359.

Quæ tanta nubes flamma Sicanias vomit?
Quæ Lemnos ardens?

Et ignis iſte Lemnius maximè erumpebat è monte Moſychlo, de quo apud Heſychium legimus & Nicandrum in Theriacis verſu 472. Ad quem locum etiam Scholiaſtam vide.

99 Ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη Αἰθαλίτης, ὡς Σινωπίτης, Ἰοππίτης.] Sic habent omnes editiones: In Voſſiano codice τὸ Ἰοππίτης non legitur, quod fortaſſis ibi excidit.

1 Τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ τοῦ Χῖος.] Hoc loco Χῖος eſt ὁ τῆς Χίου πολίτης. ἀπὸ τοῦ Χίος regulariter fieret Χίιος, verum κρᾶσις fit Χῖος, uti Δῖος.

2 Οὕτω γὰρ ἡ Χίος ἐλέγετο.] Chium dictam fuiſſe Æthaliam docet Plinius lib. V. cap. XXXI. *Par claritate ab ea diſtat* XCIII. *M. paſſuum, cum oppido Chios libera, quam Æthaliam Ephorus priſco nomine appellat.*

3 Αἰθαλίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Simili modo apud Harpocrationem: aſt apud Suidam legimus: Αἰθαλεῖδης. Δῆμος ἐστὶν Αἰθαλεῖδαι τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἧς ὁ φυλέτης Αἰθαλεΐδης.

4 Οἱ δὲ, Αἰθαλεῖς τοὺς δημότας.] Qui tali modo populares nuncupant, non deducunt illud nomen à voce Αἰθαλίδαι vel Αἰθαλεῖδαι, ut eſt apud Stephanum & Harpocrationem, & Suidam, ſed à vocabulo Αἰθαλιά; tali enim appellatione hæc tribus ab Heſychio inſignitur. Αἰθαλιά, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

5 Τὸ τοπικὸν, Αἰθαλιδῶν &c.] Codex Voſſianus: τὰ τοπικά, Αἰθαλιδῶν· ἐς Αἰθαλιδῶν &c. Quæ lectio omnino videtur præferenda. Sed exiſtimo poſt, τὰ τοπικὰ præpoſitionem excidiſſe, & debere legi, τὰ τοπικὰ ἐκ Αἰθαλιδῶν. Sæpiſſime tali modo, nempe à genitivo plurali addendo præpoſitionem, localia ex Athenienſium Demis formantur. Vide in vocibus Βάτη, Ἐχελίδαι, Εὐπυρίδαι & aliis locis.

6 Αἰθήρ, ὁ ὑπὲρ τὸν αἰθέρα πεπυρωμένος τόπος.] Hic locus Salmaſio de mendo eſt ſuſpectus, qui ad oram ſui codis ſcripſit debere legi: Αἰθήρ, ὁ ὑπὲρ τὸν ἀέρα πεπυρωμένος τόπος. Heſychius: Αἰθέρος, ἀέρος, ἢ ὑπὲρ τὸν ἀέρα ὄντες.

7 Λέγεται καὶ θηλυκῶς.] Non rectè, ut obſervat Salmaſius ad marginem ſui libri, αἰθήρ fœminino genere dicitur, ſed αἴθρα: & hunc in finem locum ex Simmiæ Rhodii Alis in medium produxit, cujus verba ita ſonant: ὅσ᾽ ἕρπει δι᾽ αἴθρας χάος τε. *Quæcunque nunc peragrant aëris regionem & Chaos.* Alia quædam ad hunc locum annotavit vir incomparabilis, ſed vetuſtate & ſitu adeo ſunt exeſa, ut ea legere nequeam. Verum parum conſiderate hæc ſcripſit vir ille ſummus, nam apud Pindarum & alios poëtas ſæpius genere fœminino hæc vox occurrit. In principio Olymp. ſic canit.

μηκέθ᾽ ἁλίου σκόπει — *ne amplius ſole conſidera*
ἄλλο θαλπνότερον — *aliud foventius*
ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον — *interdiu lucidum aſtrum,*
ἐρήμας δι᾽ αἰθέρος. — *deſertum per ætherem.*

Sic etiam Ode XIII. Αἰθέρος ψυχρᾶς. Nem. Od. H. πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. Et apud Sophoclem in Oedipo Tyr. οὐρανίαν δι᾽ αἰθέρα.

8 Καὶ τοῦ αἰθέρος.] Hoc loco ſubintelligendum eſt τῆς γενικῆς uti monet Salmaſius in ſuo codice. Sed legendum videtur: καὶ ἐκ τοῦ αἰθέρος γενικῆς, αἰθερίτης.

9 Αἰθικία.] An hæc vox de regione, an vero de urbe aliqua debeat accipi, non exprimit Epitomator, ſed quia eam comparat cum nomine regionis, eam quoque hîc pro regione accipiendam puto. Urbem tamen hoc nomine commemorat Strabo libro ſept. circa finem.

10 Θεόπομπος.] Quam plurimis in locis hic auctor à Stephano allegatur: nunc libri titulum expreſſit, quod alias quandoque omittit. De eo Vide Voſſium in ſyntagmate de Hiſtor. Græcis lib. I. cap. VI.

11 Αἴθικες.] Hanc gentem Stephanus collocat in Theſſalia, & ibi in monte Pindo, Marſyas vero inter Tymphæam & Athamaniam: à quo non diſſentit Strabo lib. VII. eundem huic genti ſitum adſcribens, inter Athamanes & Tymphæos. Μολοττοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες καὶ Αἴθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσται, Παρωραῖοι τε καὶ Ἀτιντᾶνες, οἱ μὲν πλησιάζοντες τοῖς Μακεδόσι μᾶλλον, οἱ δὲ τῷ Ἰονικῷ κόλπῳ.

12 Μαρσύας.] Tres hoc nomine hiſtorici exſtiterunt: Sed quemnam horum intelligat Stephanus dictu eſt difficillimum. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I. cap. X.

Ἀθαμανίας κεῖσθαί φησι τὴν χώραν. [13] τὸ δὲ ἔθνος ἐπιεικῶς παραβόλοντε καὶ βάρβαρον, καὶ λῃστείας ἐπιεικῶς προσκείμενον.

A Athamaniam jacere dicat. Gens eſt audaciæ projectæ & barbara, latrociniiſque ſupra modum dedita.

ΑΙΘΙΟΨ, ὡς Κίλιξ.

ÆTHIOPS, uti Cilix.

[14] Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Æthiopes, qui bifariam diviſi ſunt, ultimi hominum.

οὐ γὰρ ἀληθὴς [15] ὁ Ὑψικράτους λόγος, ὡς οὐδὲν εἰς οψ λήγει παρ' Ὁμήρῳ, εἰ μὴ τὸ Καλαύροψ. [16] εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ, καὶ τὸ μέροψ. λέγεται καὶ Αἰθιοπία γυνή. [17] Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ,

B Itaque non eſt verum quod Hypſicrates affirmat, nullum apud Homerum nomen exſtare, quod in οψ deſinat, niſi Καλαύροψ: reperiuntur autem & ὄψ, *vox*; & μέροψ, *vocem diviſam habens.* Dicitur etiam Æthiopia fœmina, uti eſt apud Euri-
C pidem in Erechtheo,

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα.

Ipſam Æthiopiam in terra incolumem conſervaſti.

καὶ Αἰθιοπίς, [18] ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρχελάῳ,

Et Æthiopis, uti idem in Archelao habet.

Αἰθιοπίδος γῆς ἡνίκα τακῇ χιών.

Æthiopidis regionis tum nix liqueſcat.

καὶ Αἰθιοπηὶς, ἀπὸ τοῦ Αἰθιοπηεύς. ἐξ οὗ τὸ Αἰθιοπῆας [19] παρ' Ὁμήρῳ. [20] τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γῆν πρώτην φασὶ παγῆναι. [21] πρῶτοι δὲ θεοὺς ἐτίμησαν, καὶ νόμοις ἐχρήσαντο. [22] ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύας, ἄνδρας

Et Æthiopeis, quod ab Æthiopeeus; & inde
D apud Homerum illud Αἰθιοπῆας. Ferunt regionem Æthiopiam primam excultam fuiſſe, ejuſque incolas primos omnium Deos coluiſſe, & legibus uſos fuiſſe: Mithram & Phlegyam genere

[13] Τὸ δὲ ἔθνος, ἐπιεικῶς παραβόλοντε, καὶ βάρβαρον.] Ingenium & mores hujus gentis nunc deſcribuntur ex Marſya: ſed quia hæc gens malè audit, etiam vicinæ gentes male audiunt, nam de Tymphæis legimus apud Heſychium, cujus locus cum ſit corruptus, ita eſt reſtituendus. Τύμφαιον ἔθνος, ἄγριον ἔθνος. λέγει δὲ καὶ τοὺς Θεσπρωτούς. Nam Tymphe Theſprotiæ mons eſt, de quo, præter alios, noſtrum Epitomatorem vide. Et ab antiquis etiam ſcriptoribus Theſſala gens eſt decantata, & veneficiis & præſtigiis præ cæteris infamis: hinc Theſſala mulier, Theſſala vox, & Theſſala portenta.

[14] Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ &c.] Exſtat hic Homeri verſus Odyſſ. A. verſu 23. Sed in hodiernis editionibus legitur:
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

[15] Ὁ Ὑψικράτους λόγος.] Hujus Grammatici meminit Aulus Gellius lib. XVI. Noctium Att. cap. XII. *Idque dixiſſe ait Hypſicratem quempiam Grammaticum; cujus libri ſane nobiles ſunt ſuper his, quæ à Græcis accepta ſunt.* Vide & Varronem lib. IV de Lingua Lat. Fuit item Hypſicrates Amiſenus hiſtoricus præſtantiſſimus de quo legimus apud Lucianum in Macrobiis, & Tatianum in oratione ad gentes.

[16] Εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ, καὶ τὸ μέροψ.] Imperitiam hujus Grammatici hiſce verbis refutat, ſtatuentis nullum apud Homerum nomen reperiri, quod in οψ deſinit, niſi τὸ Καλαύροψ, illud enim Iliad. Ψ legimus verſu 845.
Ὅσσον τίς τ' ἔρριψε καλαύροπα βουκόλος ἀνήρ.
Verum præter ὄψ & μέροψ jam Stephano allegata, reperiuntur apud poëtam alia inſuper nomina in οψ deſinentia: νώροψ invenitur Iliad. B. H. N. Π. & quam plurimis aliis in locis: οἶνοψ exſtat Odyſſ. Φ verſu 144: αἶθοψ Iliad. Δ & aliis innumeris locis. Fortaſſis & plura, ſeriò Homerum evolventi occurrerent.

[17] Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ.] Hæc fabula hodie non exſtat, obiter tamen ab aliis citatur, ab Heſychio in ζῶστρος. Et in Etymologico magno legimus in voce Ἀσιάτης. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου.

[18] Ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρχελάῳ.] Hujus fabulæ meminit Pindari Scholiaſt. pag. 173.

[19] Παρ' Ὁμήρῳ.] Innuit Epitomator locum Homeri, quem habemus Iliad. A. verſu 423.
Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.
Jupiter enim in Oceanum ad inculpatos Æthiopas Heſternus ivit ad convivium.

[20] Τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γῆν πρώτην φασὶ παγῆναι.] Ingens ſemper inter Ægyptios & Æthiopiæ incolas, qui ſub meridie habitant, de antiquitate certamen fuit, uti narrat Diodorus lib. primo. Si Æthiopes primi exſtiterint, neceſſariò ſequitur, eos ante omnes terram excoluiſſe. Sed hanc litem decidit Moſes ubi inquit *Meſraim genuiſſe Ludæos* ſive Æthiopes. Non dubitamus primos homines ex Armeniæ montibus fuiſſe profectos, in quibus arca ſubſtiterat, ad auſtri regiones paulatim deveniſſe, & per Aſſyriam Babyloniam, Syriam & Ægyptum, denique in Æthiopiam uſque penetraſſe. Itaque locorum ſitus poſtulat, ut Ægyptus prior culta & habitata fuerit.

[21] Πρῶτοι δὲ θεοὺς ἐτίμησαν.] Cum præcedenti commentario negaverim eos primos terram coluiſſe, neceſſario ſequitur nec ipſos primùm Deum coluiſſe. Nugantur igitur Mythologici qui Arcadibus attribuunt, quod ante alios ſupremum numen coluerint. Hyginus Fab. CCLXXIV. *Arcades res divinas primi Diis fecerunt.*

[22] Ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων, Μίθραν δὲ Φλεγύας.] Primos in Æthiopia legiſlatores appellat Mithram & Phlegyam: ſed nuſquam, quod ſciam, Mithra accipitur pro legiſlatore aut numine, quod ab Æthiopibus colitur. Hoc nomine *Solem* apud Perſas cultum norunt omnes. Strabo lib. XV. Τιμῶσι τὸν ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Heſychius: Μίθρας, ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης, ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. Plutarch. cum in Iſide eorum ſententiam in medium produxiſſet, qui apud Perſas *Bonum genium* ſtatuiſſent *Oromaſdem & malum genium Arimanium*, inſuperaddit: μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι, διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσι: Hoc eſt: *Utriuſque autem medio Mithram eſſe: quia Mithram Perſæ mediatorem nominant.* Vide Xenophontem in Oeconomico, ubi Cyrum per Mithram tanquam ſummum & Deorum maximum jurantem introducit. Præterea Suidam, & Juliani Cæſaris in eundem Mithram prolixam ſatis orationem, quam legere poſſint, quibus Mythologica tanti ſunt. Hanc vocem ergo Romani à Perſis mutuarunt atque acceperunt, qui aliquando huic Mithræ ſummi numinis virtutes attribuerint; dum ipſum omnipotentem, invictum, ſanctum, & quæ hujuſmodi ſunt plura, appellent: ex variis inſcriptionibus, quæ apud Gruterum pag. 34. & aliis locis leguntur, unicam tantum huc tranſcribam, quæ ita ſe habet.

OMNIPOTENTI
DEO. MITHRÆ
APPIUS. CLAUDIUS
TARRONIUS. DEXTER
V. C. DICAT.

Præterea Romani etiam Mithriaca ſacra celebrarunt, teſte Lampridio in vita Commodi, de quibus, quia alii explicarunt, nunc nihil dicemus. Imo Mithræ nomen tam univerſale fuit, ut ubicunque illud agnoverint, locus in hanc rem nobilis exſtat apud Porphyrium de Muſarum antro, ubi inquit. Σπήλαια τοίνυν καὶ ἄντρα τῶν παλαιοτάτων πρὶν καὶ ναοὺς

ἄνδρας Αἰθίοπας τὸ γένος, [23] ὡς Φαβωρῖνος A περὶ τῆς Αἰθιόπισσα, πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήμασιν εἴρηκεν.

ΑἸΘΙΟΠΙΟΝ [24], χωρίον Λυδίας, παρὰ Ὕλλῳ, πλησίον τοῦ Εὐρίπου. ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία. οἱ δὲ, ὅτι παρὰ τοῖς Αἰ- B θίοψι διάγουσαν Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτήν. [25] οἱ δὲ, τὴν αὐτὴν τῇ σελήνῃ, παρὰ τὸ αἴθειν, ὡς Καλλίμαχος. οἱ δὲ, ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῇ Ἑκάτῃ, ἥτις ἀεὶ δᾷδας κατέχει, [26] ὡς Ἐρατοσθένης.

ΑἸΘΥΣΣΕΙΣ, ἔθνος Λιβυκὸν, [27] Μαρ- C μαρίδαις πάροικον, ὡς Ῥιανός.

ἌΙΚΑΛΟΝ, φρούριον τῆς Ἰταλίας, [28] Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

ΑἼΛΑΝΟΝ [29], πόλις Ἀραβίας, ἧς ὁ D πολί-

nere Æthiopes, harum rerum auctores nominant, uti teſtatur Phavorinus de Æthiopiſſa. Sed latius ea de re in Apparatu ad Gentilia dictum eſt.

ÆTHIOPIUM, oppidulum Lydiæ juxta Hyllum, prope Euripum, unde Diana Æthiopia dicitur; verum ſecundum quoſdam ita appellatur quod cum apud Æthiopas verſaretur, eam Apollo abduxerit: ſed ſecundum nonnullos παρὰ τὸ αἴθειν, id eſt, ab ardore, quod Luna ſit, ut Callimachus auctor eſt: Quidam quod ea Hecate ſit, quæ facibus uti exiſtimabatur, uti Eratoſthenes tradidit.

ÆTHYSSEI, gens Libyca, Marmaridis proxima, ut Rhianus perhibet.

ÆCALUM, Italiæ caſtellum, auctore Dionyſio, lib. XVI. de antiquitate Romana.

ÆLANA, oppidum Arabiæ, cujus oppidanus

ναοὺς ἐπινοῆσαι θεοῖς ἀφοσιούντων. καὶ ἐν Κρήτῃ μὲν Κουρήτων, Διΐ. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ σελήνῃ καὶ Πανὶ Λυκείῳ. καὶ ἐν Νάξῳ Διονύσῳ. πανταχοῦ δ᾽ ὅπου τὸν Μίθραν ἔγνωσαν, διὰ σπηλαίου τὸν θεὸν ἱλεοῦνται. *Antiquiſſimi mortalium, priuſquam templa excogitarentur, ſpecus & antra Diis conſecrarunt: & in Creta quidem Curetes Jovi: in Arcadia autem Lunæ & Pani Lycæo: & in Naxo Baccho: ibicunque vero Mithram agnoverunt, eidem Deo in ſpecubus ſacra fecerunt.* Sed aliam ſignificationem habet vox Mithra apud Apulejum lib. ultimo, uti viri docti exiſtimant, ubi pro ſummo ſacerdote ſumi volunt. Sed locus ita eſt legendus: *Ad iſtum modum deprecato ſummo numine, complexus Mithratum ſacerdotem, & meum jam parentem, colloque ejus multis oſculis inhærens, veniam poſtulabam, quod Deum condignè tantis beneficiis remunerari nequirem.* Sed hoc obiter addam, Mithram pro Sole apud Æthiopes non fuiſſe cultum, ſiquidem *Aſſabinus* ipſis idem ac Sol fuerit, uti colligimus ex Plinii lib. XXII. cap. XIX. Ex hoc igitur Stephani loco obſervamus, Mithram & Phlegyam genere Æthiopes primos in Æthiopia legiſlatores extitiſſe, qui, quoniam plerumque divulgabant ejuſmodi homines cum aliquo numine collocutos fuiſſe, etiam divino honore ab imperito populo colebantur. De *Mithra* ejuſque per orbem terrarum cultu ſatis diximus, ſed qualis fuerit hic *Phlegyas* amplius deliberandum cenſeo, cum nemo antiquorum, quod ſciam, ejus mentionem fecerit. Verum cum certum ſit, quod nullum nomen apud Græcos in accuſativo ſingulari per ας deſinat, merito nobis illud eſt ſuſpectum: imo ſit ſanum, non tamen illa terminatio erit ſana: lego itaque, ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύαν.

[23] Ὡς Φαβωρῖνος περὶ τῆς Αἰθιόπισσα, πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήμασιν εἴρηκεν.] Hæc ſunt corruptiſſima & profligatiſſima; imo ita hæc dicuntur, quaſi Phavorinus προτεχνολογήματα τῶν ἐθνικῶν conſcripſiſſet, quo profectò nihil falſius de hoc ſcriptore excogitari poteſt: attamen hunc locum ita accipit vir doctiſſimus in ſyntagmate ſuo de Hiſtoricis Græc. lib. II. cap. X. ubi agit de ſcriptis Phavorini à Stephano citatis. Verum hunc locum aliter interſtinctum & exaratum Salmaſius in vetuſtiſſimis Palatinæ Bibliothecæ ſchedis, & nos in codice Voſſiano invenimus, ubi hunc in modum legebatur: Ὡς Φαβωρῖνος περὶ τοῦ Αἰθιόπισσα. πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήμασιν εἴρη). Hæc veriſſima eſt hujus loci lectio: & iſtis verbis nihil puto deeſſe quam particula δὲ, poſt vocem πλατύτερον. Quis autem illa προτεχνολογήματα τῶν ἐθνικῶν conſignaverit, an Stephanus, an verò Epitomator, ad quæ lector remittitur, non exprimitur, & doctioribus dijudicandum relinquo; hoc tamen nego & pernego Phavorinum illorum auctorem fuiſſe. Illa autem vox προτεχνολογήματα non paſſim eſt obvia, & ingenuè fateor me illam in antiquis Græcorum ſcriptis nondum reperiſſe. Sed apud Hermogenem, Dionyſ. Hal. & alios exſtat τεχνολογεῖν. Et apud Alexandrum Aphrodis. ἐπὶ τοῖς περὶ τοῦδε τεχνολογηθεῖσι προτεχνολογέω. Et alio loco ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ προτεχνολογεῖταί τινα χρήσιμα. Adeo ut προτεχνολογεῖν nihil aliud ſit, quam *ante artis traditionem artificioſe aliquid præfari:* Hinc igitur deducitur προτεχνολόγημα, quod nihil aliud quam *præfationem de quadam arte* denotat. Et poſtea fortaſſis factum eſt, ut generalior vocis uſus ad quaſlibet præfationes libris præfixas tranſlatus ſit, & non incommode hoc loco ipſius Stephani præfatio de ſuo περὶ τῶν ἐθνικῶν opere intelligi poſſet.

[24] Αἰθιόπιον χωρίον Λυδίας.] Hujus loci ſitus eſt incertus: niſi cum Harpocratione & Suida dicamus in Eubœa ſitum eſſe. Harpocration: Αἰθιόπιον, ὄνομα χωρίου ἐν Εὐβοίᾳ: ac proinde vereor ne aut erret Stephanus, aut ſit corruptus: nam Euripus fretum eſt illud anguſtum inter Achaiam, & Eubœam. Sed turbas nobis excitabit illud παρὰ Ὕλλῳ: Hyllus enim propriè Aſiæ minoris fluvius eſt, ex Phrygia ortum ducens, & in Hermum circa Lydiam defluens. Pro παρὰ Ὕλλῳ Salmaſius in Pall. codicibus invenit περὶ Ὕλλον. Totum ego Epitomatoris locum ita conciperem. Αἰθιόπιον, χωρίον Εὐβοίας, παρὰ Δήλιον, πλήσιον τοῦ Εὐρίπου. Delium enim oppidulum eſt propè Aulidem Bœotiæ portum Eubœæ oppoſitum.

[25] Οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ σελήνῃ.] Simili prorſus modo habemus apud Scholaſt. Ariſtophanis ad Εἰρήνην. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος, Ἀπόλλων ἐνενόμιστο. ἡ δὲ Ἄρτεμις σελήνη. Et Etymologici magni auctor: Ἄρτεμις, ἡ θεὸς, ἀερότεμίς τις οὖσα, ἡ τὸν ἀέρα τέμνουσα. ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ σελήνῃ.

[26] Ὡς Ἐρατοσθένης.] De præſtantiſſimo hoc ſcriptore legendus omnino Voſſius de Hiſt. Græc. lib. I. cap. XVII.

ÆRÆ, urbs Macedoniæ & item Joniæ alia. Gentile Ærenſis; ſed à Macedonico oppido Æræus deducitur. Eſt quoque alia juxta Helleſpontum, cujus gentile Ærates dicitur apud Androtionem libro VI. Hiſtoriæ Atticæ.

ÆSA, oppidum Thraciæ, Pallenæ finitimum, cujus gentile Æſæus dicitur, uti Æa Ææus.

ÆSYME, Thraciæ civitas, de qua Homerus.

Quem ab Æſyma compreſſa peperit mater.

Gentile Æſymæus, quemadm. Dyme Dymæus.

ÆSON, urbs Theſſaliæ ab Æſone Jaſonis patre ita dicta, cujus nomen cum o parvo declinatur, uti vult Heſiodus. Æſonides autem fit ab Æſone.

Æſonemque atque Pheretem Amithaonaque gandentem equis.

Gentile Æſonius. Et Pherecydes urbem Æſo-

Sic ipſe Stephanus in voce Αἴγυς diſtinguebat oppidani nomen à gentili: οἱ πολῖται Αἰγύται, ὡς Παυσανίας. Λυκόφρων δὲ τὸ ἐθνικὸν Αἴγυος.

[96] Παρὰ Ἀνδροτίωνι ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος.] Eadem Androtionis hiſtoria Atticæ & liber ſextus citantur à Stephano in Γενήσιος & aliis locis. Videſis Voſſium de Hiſt. Græc. lib. III.

[97] Προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ.] Optime Xylander rejecit depravatam lectionem Florentinæ editionis, in qua legebatur: Προσεχὴς τῇ Παραπαλλήνῃ.

[98] Αἰσαῖος. ὡς Αἶα Αἰαῖος.] Aldina Florentinaque editiones: Αἰσαῖος. καὶ Αἶα Αἰαῖος. Fortaſſis legendum eſt: τὸ ἐθνικὸν Αἰσαῖος. ὡς Αἶα Αἰαῖος.

[99] Αἰσύμη, πόλις Θρᾴκης.] Oppidum hoc in Thraciæ & Macedoniæ confiniis ſitum fuiſſe inde ſatis apparet, quod nunc Thraciæ & alio loco ab Epitomatore Macedoniæ adſcribitur: Οἰσύμη πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης πέμπτῃ, ἡ νῦν Ἠμάθεια. ταύτην Αἰσύμην Ὅμηρος ἔφη. Hoc Geographis non eſt inſolens, urbes in confiniis extructas de ſua regione in aliam tranſportare. Sed qua ratione Heſychius urbem hanc Troïcam appellaverit non video: Αἰσύμη πόλις Τρωική: Ubi fortaſſis Θρᾳκικὴ reſcribendum eſt: à partibus Stephani ſtat Euſtathius, cujus verbis ad Iliad. Θ pag. 714. uſus eſt. τὸ δὲ ἐξ Αἰσύμηθεν, ἀντὶ τοῦ ἐξ Αἰσύμης πόλεως Θρᾳκικῆς, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας δηλοῖ. Ita etiam hunc Homeri locum accipit Etymologici Mag. auctor, & præter hunc etiam Suidam vide.

[1] Ὅμηρος.] Hæc poëtæ verba habes Iliad. Θ. verſu 304.

[2] Αἴσων πόλις Θεσσαλίας. ἀπὸ Αἴσωνος.] Hanc Apollonii Rhodii Schol. ad lib. I. Magneſiæ urbem facit auctoritate Pindari & Pherecydis. Sed merito aliquis dubitare poſſet, an non potius urbs nomen eſſet ſortita ab Æſone fluvio, quem prope Theſſaliam deſcripſit Plutarchus in Æmilio. Plurimæ enim urbes per totum terrarum orbem à fluviis, quibus adjacent, denominationem accipiunt.

[3] Ἀπὸ Αἴσωνος.] Sine ulla dubitatione reſcribendum eſt, ἀπὸ Αἴσονος quod manifeſtiſſime apparet ex verbis mox ſubſecuturis: οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται, ὡς Ἡσίοδος. τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος. Verum ſcriptionem per ω probant aliæ editiones in quibus, ſed corruptiſſime excuſum eſt, οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ω κλίνεται. Idem mendum occurrit apud Apollodorum lib. I. Ἰάσων Αἴσωνος [Lege Αἴσονος] ἐξ Ἰωλκοῦ. Hæc ſcribendi ratio cum ο parvo hinc indubitanter colligitur, quod & Latini poëtæ mediam iſtius vocis ſyllabam corripiant. Ovid. lib. VII. Metam.

Et caſu, ſolito formoſior Æſone natus
Illa luce fuit. ---- Et eodem loco.
Et jam fortis erat, pulſuſque reſederat ardor
Cum videt Æſoniden: extinctaque flamma reluxit.

Anonymus in præfatione ad Argonautica etiam hunc ſcribendi modum imitatur. Καὶ τίκτει ἐξ αὐτοῦ Αἴσονα, Φέρητα, Ἀμυθάονα. καὶ γίνεται ἐκ μὲν Αἴσονος Ἰάσων.

[4] Ὡς Ἡσίοδος. τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος. ἠδὲ Φέρητα αἰεί.] Hic locus miſerrimè depravatus in ſcriptis & vulgatis libris circumfertur: Quod etiam Salmaſius ad oram ſui codicis eſt ſubodoratus, ſed ejus emendationi nequaquam aſſenſum præbere queam: imo cui bono omnes tanti viri juveniles curas in lucem emitterem? Videamus ergo an aliquid certi ad mutili & obſcuri hujus loci reſtitutionem conjectura poſſimus aſſequi. Priora hujus loci verba in vulgatis ita diſtinguuntur, quaſi Epitomator niteretur ex Heſiodo probare Αἴσων in genitivo per ο declinari: verum quoniam in Heſiodi operibus quæ nunc exſtant Æſonis nomen, quod ſciam, non legatur, ſed Αἰσονίδης in Deorum generatione, quod eſt patronymicum inde deductum, hinc non levis oritur ſuſpicio, poëtæ nomen corruptum, & aliud ejus loco eſſe reſtituendum. Deinde, pro τὸ δὲ Αἰσονίδης, ἀπὸ τοῦ Αἴσωνος in aliis editionibus excuſum eſt: τὸν δὲ Αἰσονίδης, ἀπὸ τοῦ Αἴσονος, quod mendo non caret: ſed Xylandri editionem ſequimur, ex qua hæc verba ſatis quidem ſana divulgamus, ſed quid huc faciant non video, imo iis mox alium locum aſſignabimus. Quod denique attinet ad illa verba, ἠδὲ Φέρητα αἰεί, ſunt pars verſus Homerici ex Odyſſ. Λ deſumpta, quæ profecto tantum nobis luminis ſuppeditarunt, ut luxata hæc & confuſa Stephani verba hoc modo in integrum reſtituere confidenter aggrediamur, lege itaque: Ὡς Ὅμηρος.

Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

Τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος. Quæ lectio, rem rectè conſideranti, veriſſima, ut ſpero, videbitur.

[5] Τὸ ἐθνικὸν, Αἰσώνιος.] Sic habent MSS & vulgati codices: ſed ut verum fatear, gentile mihi eſt ſuſpectum, & legendum videtur: Τὸ ἐθνικὸν Αἰσόνιος. Quod confirmari poteſt loco Ovid. Metam. lib. VII. ubi inquit.

Somnus in ignotos oculos ubi venit; & auro
Heros Æſonius potitur, ſpolioque ſuperbus, &c.

Apud Poëtam antepenultima corripitur, quæ ſecundum vulgatam Stephani lectionem ſine dubio eſſet producenda. Imo omnia illa nomina hac ſectione à voce Αἴσων deducta, quæ ω habent in ſecunda ſyllaba, mihi diſplicent, uti Αἰσωνία, Αἰσωνιεύς, Αἰσωνιάτης & Αἰσωνίς. Nam in vocabulo Αἱμονία Stephanus Αἵμων cum Αἴσων confert: quæ eodem modo inflectuntur ut Αἴσων, non tamen ab utroque formantur gentilia quæ in ſecunda ſyllaba cum ω ſcribuntur: λέγεται δὲ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἱμόνιος. καὶ Αἵμονές εἰσι. Attamen mihi illud Apollonii Rhodii ex lib. primo Argonaut. poſſet objici:

Κλῦθι ἄναξ Παγασάς τε πόλιν τ' Αἰσωνίδα ναίων

Exaudi domine, qui Pagaſas & Æſonidem incolis.

Hic poëta ſecundam ſyllabam producit & per ω ſcribit. Sed facilis ad eam rem eſt reſponſio. Solent enim poëtæ brevem ſyllabam aliquando producere & ο in ω mutare, quod ipſum Stephanus docet in voce Βιστωνία, ubi hæc leguntur. ἡ ἐθνικὸν, διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίστονος. τὸ θηλυκὸν Βιστονίς. ἐκτείνεται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνὶς, διὰ τοῦ ω, καὶ Βιστώνιος ποιητικῶς.

[6] Καὶ Φερεκύδης.] Libri index reticetur. De Pherecyde

ejuſque

Αἰσωνίαν φησί. τῆς δ' Αἰσωνίας τὸ ἐθνικὸν δύναται Αἰσωνιεύς, ὡς Ὑριεύς, [7] Ὀρθωσιεύς, Ἀφροδισιεύς, Δημητριεύς. καὶ Αἰσωνιάτης, ὡς Κυδωνιάτης, ὡς Κροτωνιάτης. τὸ δ' Αἰσωνίς, ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ ἀρσενικοῦ. καὶ Αἰσωνία. [8] ὀξύτονον τὸ Αἰσών. τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων, ὀξύνεται, εἰ μὴ διαστολὴν ἔχει σημαινομένου, ὡς τὸ Κρότων βαρύνεται. [9] ὀξυνόμενον γὰρ, δηλοῖ ζωΰφιον, ἢ χαρακτῆρι ὑπάγοιτο, ὡς τὸ Ἴτων, συναπενεχθὲν τῷ Τρίτων, [10] Γείτων, Βίτων. οἷον, ἠϊών. [11] Κράννων, Γύρτων, Νέων. σεσημείωται τὸ [12] Οὔλπων, ἔστι πόλις Ἰταλίας. [13] πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ ω.

ΑἼΤΝΗ [14], πόλις Σικελίας, ἀπὸ Κατάνης. Ἱέρωνος κτίσμα. ὁ οἰκήτωρ Αἰτναῖος. [15] ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον.

ΑἸΤΩΛΙΑ, χώρα, [16] ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυ-

A Æſoniam appellat. Sed Æſoniæ gentilitium poſſet eſſe Æſonienſis, uti Hyrienſis, Orthoſienſis, Aphrodiſienſis, Demetrienſis: Et Æſoniates, uti Cydoniates & Crotoniates. Verum Æſonis à genitivo maſculini deducitur, & item Æſonia. Æſon accentum acutum habet in ultimâ. Nomina enim B duarum ſyllabarum in ων de urbibus prolata, acuuntur in ultima, niſi & inſuper aliam ſignificationem habeant, uti Κρότων, quod in penultima acuitur: nam cum accentu in ultima, animalculum ſignificat; vel à regula excipiuntur uti Iton, cui C non eſt diſſimile Triton, Chiron, Biſton: & ita etiam ἠϊών littus, Cranon, Gyrton, Neon; notatur item Ulpon, quod Italiæ oppidum eſt. Illorum omnium declinatio fit per Ω.

ÆTNA, urbs Siciliæ, à Catana LXX ſtadiis diſtans, quam Hiero condidit. Incola appellatur D Ætnæus. Urbs vero antea Ineſſum nominabatur.

ÆTOLIA, regio quæ ab Ætolo Endymio-

ejuſque ſcriptis lege Diogenem Laërtium lib. 1. & Menagii ad illum locum commentarios, qui multa de eo ex variis ſcriptoribus congeſſit.

7 Ὀρθωσιεύς.] Idem gentile occurrit in voce Δημητριάς, ſed de urbe Ὀρθωσιὰς in Phœnicia ſita, ſive Ὀρθωσία, ut quibuſdam dicitur, nulla in hac Epitome fit mentio. In aliis editionibus malè ſcribitur Ὀρθοσιεύς cum ο parvo.

8 Ὀξύτονον τὸ Αἰσών. τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων ὀξύνεται.] Ergo malè hæc vox in principio tmematis accentum habet in penultima.

9 Ὀξυνόμενον γὰρ, δηλοῖ ζωΰφιον.] Simili modo diſtinguit Stephanus in voce Βιστωνία & in Κρότων. τὸ μὲν τοι ἐπὶ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κυνῶν, ὀξύνεται. Ita hic locus eſt legendus, uti ad illum locum demonſtrabimus. Male igitur accentus collocatur in Heſychii codicibus. Κρότων, οὕτω καλεῖται ὃ τινὲς κίκι Αἰγύπτιον, οἱ δὲ σησαμίδα ἀγρίαν, καὶ τὸ ζῷον τὸ ἐν κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον, ἄλλοι δὲ πυρσούς. Vide quoque Suidam, & Etymol. Mag. auctorem.

10 Γείτων, Βίτων. οἷον, ἠϊών.] Hæc corrupta ſunt, infra enim requirit Stephanus, ut eorum κλίσις fit διὰ τοῦ ω: atqui γείτων in genitivo habet γείτονος & non γείτωνος. Pro eo itaque reſcriberem Χείρων quod in obliquo habet Χείρωνος, eſtque nomen illius qui Χειρωνίαν condidit, uti legimus apud noſtrum in Κάρυστος. Ad Βίτων quod attinet, pro eo reſtituerem Βίστων quod etiam eſt nomen proprium & per ω declinatur, uti videre licet in Βιστωνία, ubi eundem Epitomator canonem exhibet. Ἠϊὼν triſyllabum eſt, & canon de diſſyllabis loquitur, & de nominibus urbium: ſed fortaſſis pro ἐπὶ πόλεων legendum eſt ἐπιπολεῖστον. tumque ſe canon etiam ad alia nomina poſſet extendere.

11 Κράννων.] Sic habent ſcripti & vulgati libri, ſed ſine dubio Κράνων eſt ſcribendum.

12 Οὔλπων, ἔστι πόλις Ἰταλίας.] Oppidum Italiæ hoc nomine non novi, & Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione de eo, quod ſciam, mentionem nullam facit. Sed ſine dubio Οὐίβων eſt legendum. Vide Strab. lib. VI.

13 Πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ ω.] Accuratiorem hac de re, atque huic non diſſimilem, Etymologici Mag. auctor canonem exhibet in voce Μῃονία. Τὰ εἰς ων ὀξύτονα τῇ αι διφθόγγῳ παραληγόμενα, εἰ μὴ ὦσιν ἐθνικὰ, τρέπουσι τὸ ω εἰς ο ἐπὶ τῆς γενικῆς. οἷον, Παιὼν Παιόνος, Παίονας ἄνδρας ἄγων. Μαιὼν Μαιόνος. εἰ δὲ μὴ ὦσιν ἐθνικὰ, φυλάττει τὸ ω. οἷον βαιὼν βαιῶνος. ἔστι δὲ εἶδος ἰχθύος. Παιὼν Παιῶνος κύριον.

14 Αἴτνη πόλις Σικελίας, ἀπὸ Κατάνης, Ἱέρωνος κτίσμα.] Hunc locum non eſſe integrum obſervavit Salmaſius in margine ſui codicis, eumque ita conatur reſtituere: Αἴτνη, πόλις Σικελίας, ὑπὲρ Κατάνην &c. Sed poſtea addit, ipſi hanc lectionem non ſatisfacere. Cluverius lib. 1. Siciliæ antiq. hunc locum Stephani producens nihil in eo mendi ſuſpicatur, & hæc verba ita in Latinum tranſtulit, quaſi Hiero Catanenſis fuiſſet, quo nihil falſius excogitari poteſt. Scio equidem, ſi gentile alicujus oppidi non ſit in uſu, periphraſim eſſe licitam, uti fuſius docuimus pag. 13. ad vocem Ἀβόργονον. Neque me latet Hieronem etiam Ætnæum appellatum fuiſſe, uti colligimus ex Pindari Pythionicis, quarum prima ode inſcribitur ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩι ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩι ΑΡΜΑΤΙ. *Hieroni Ætnæo Syracuſio curru victoriam adepto:* Quod idem eſt ac ſi dixiſſet Καταναίῳ: Nam ipſe Hiero Catanæ nomen in Ætnam mutavit teſtibus Diodoro lib. XI, & Strabone lib. VI. Sed hoc in victoribus non fuit inſolens, ut vel pecunia corrupti, vel ex amore cujuſdam perſonæ aut loci, aliunde quam ex natali patria proclamari vellent. Dicon Cauloniates Italus, quum puer viciſſet, Cauloniatem ſe ἀναγορευθῆναι juſſit: verum in reliquis deinde victoriis, accepta pecunia, Syracuſanum, uti Pauſanias lib. VI. perhibet. Sic etiam ipſe Hiero non tantum ſe Syracuſium de urbe patria, ſed quoque Ætnæum ſeſe prædicavit ab Ætna civitate, alias Catana, quam prope Ætnam Siciliæ montem reſtauraverat & exornaverat ipſe. Si igitur hæc Epitomatoris verba non ſunt emendanda uti Salmaſio ſunt emendata, neque ſic accipienda uti ea Cluverius intellexit, aliud iis remedium ut adhibeamus eſt neceſſe. Puto in illis eſſe hiatum, & Stephanum reſpexiſſe verba Strabonis lib. VI, quibus commodiſſime lacuna illa ſuppleri poſſet. Οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντες, τὴν Ἴνησσαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα. καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν. Certum eſt Stephanum ut plurimum Strabonem ſequi, qua de cauſa ex hiſce Strabonis verbis mutilum hunc locum ita reſtituerem & ſupplerem. Αἴτνη πόλις Σικελίας, Κατάνης ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα, Ἱέρωνος κτίσμα. Verum hæc conjectura ſi lectori non placeat, aliam inſuper addam, nempe illud ἀπὸ Κατάνης ita poſſe accipi, quaſi ex Catanæ ruinis Hiero urbem condidiſſet. Vide Diod. lib. 11: 14; & 15. Nam ſimilis ferme locutio occurrit apud Matth. 3: 14. Τὸ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου. Videat Lector an aliquid aptius aut certius conjecturâ poſſit aſſequi.

15 Ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον.] Ita urbem fuiſſe appellatam etiam Strabo teſtatur lib. VI, ſed ibi corrupte Ἴνησσα legitur. Et male apud Diodorum lib. XI. Ἐννησία dicitur: Verum de Strabonis & Diodori locis vide Cluverium Sicil. ant. lib. 1. pag. 122. Bochartus in Ætna & Ineſſo Phœnicum veſtigium obſervavit, uti oſtendit in ſuo Phaleg. pag. 585.

16 Ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος. ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης ὑπὸ Σαλμωνέως &c.] Hanc hiſtoriam Strabo accepit ex Ephoro, & Stephanus ex Strabone lib. VIII, ubi eadem hunc in modum deſcribitur. Ἔφορος δέ φησιν, Αἰτωλὸν ἐκπεσόντα ὑπὸ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως Ἐπειῶν τε καὶ Πισατῶν ἐκ τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὀνομάσαι τε ἀφ' αὑτοῦ τὴν χώραν καὶ συνοικίσαι τὰς αὐτόθι πόλεις. Cauſa ob quam ex Elea Ætolus ejiciebatur hæc erat, quod Apin Phoronei filium peremiſſet, uti nos docet Apollod. lib. 1. & Pauſaniam lib. V. qui Apin Jaſonis filium fuiſſe perhibet.

Ἐνδυμίωνος. [17] ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης ὑπὸ Σαλμωνέως, συνῴκισε τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Αἰτωλίαν. [18] πρότερον δὲ Ὑάντις ἐκαλεῖτο. [19] τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλὶς, καὶ Αἰτώλιος. [20] ἔστι καὶ Αἰτωλία πόλις Πελοποννήσου. ἣν συγκαταλέγει ταῖς Λακωνικαῖς πόλεσιν, [21] Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος. [22] ὀξύνεται δέ. τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ παρὰ τὸ ω τὸ τ ἔχοντα, ὀξύνεται. Καστωλός, Πακτωλός, ἁμαρτωλός. [23] τὸ Σπάρτωλος, θηλυκόν ἐστι. καὶ τὸ Μαυσωλὸς, οὐκ ἔχει τὸ τ. [24] ἔστι καὶ Αἰτωλὸς ἐπίθετον, παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτεῖν. τὸ κτητικὸν Αἰτωλικόν. [25] λέγονται καὶ Αἰτωλιταὶ, οἱ Αἰτωλίζοντες, [26] καὶ τὰ Αἰτωλῶν φρονοῦντες.

ἈΚΑΔΗΜΕΙΑ [27], γυμνάσιον Ἀθήνησιν,

A mionis filio nomen accepit; qui à Salmoneo Piſſa ejectus regionem à ſe appellatam incoluit: quæ antea Hyantis nuncupabatur. Gentile Ætolus & Ætolius. Eſt item Ætolia Peloponneſi oppidum, quod Androtion in hiſtoria Attica inter Laconicas civitates recenſet. Vox B Ætolus accentum habet in ultima. Nam nomina maſculina in ωλος, τ ante Ω habentia acuuntur in ultima, uti Caſtolus, Pactolus, ἁμαρτωλὸς peccator: ſed Spartolus fæmininum eſt, & Mauſolus Τ non habet. Eſt item Ætolus adjectivum, C quod à verbo αἰτεῖν petere, deſcendit. Poſſeſſivum Æcolicum. Appellantur Ætolitæ qui Ætolorum mores imitantur, & qui ſuperbe Ætolorum modo animos tollunt.

ACADEMIA, gymnaſium Athenienſe,

[17] Ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης.] Ubinam Piſſa fuerit ſita Epitomator non addidit: interim tamen hoc diſcimus ex Euſtathio in lib. 11. Iliad. qui totum Stephani de Ætolia locum in ſuos commentarios rejecit. Αἰτωλία ἡ χώρα καὶ Αἰτωλοὶ τὸ ἔθνος, ἀπὸ Αἰτωλοῦ καλοῦνται υἱοῦ Ἐνδυμίωνος. ὃς ἐκπεσὼν Πίσσης τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ὑπὸ Σαλμωνέως, συνῴκισε τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Αἰτωλίαν &c. Montem Piſæum Plutarchus in Peloponneſo collocat, ita enim in Paralellis legitur: Τλησίμαχος εἰδὼς τὴν συνωμοσίαν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπέστησε τὸν ὄχλον, εἰπὼν ἑωρακέναι τὸν πατέρα μεθ' ὁρμῆς εἰς τὸ Πισαῖον ὄρος φέρεσθαι, μείζονα μορφὴν ἀνθρώπου κεκτημένον. *Tleſimachus conjurationis conſcius multitudinem avertit, quod diceret à ſe conſpectum patrem ſuum qui forma, quam humana eſt, auguſtiore ad Piſæum montem ſe proriperet.*

[18] Πρότερον δὲ Ὑάντις ἐκαλεῖτο.] Certum eſt Hyantes è Bœotia fuiſſe profectos qui Ætolorum inquilini facti ſunt, quod Strabo confirmat lib. x. teſtimonio Apollodori hiſce verbis. Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὕαντας ἱστορεῖσθαι, καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους. Ab iis fortaſſis Ætolia Hyantis appellata eſt.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλὶς, καὶ Αἰτώλιος.] Conſentiunt in hanc ſcripturam codices ſcripti & editi: ſed reſcribendum eſt: τὸ ἐθνικὸν, Αἰτωλὸς, καὶ Αἰτώλιος.

[20] Ἔστι καὶ Αἰτωλία πόλις Πελοποννήσου.] Ortelius in Theſauro Geogr. affirmat, Polybium libro quinto hujus oppidi meminiſſe, ſed falſiſſimum eſt.

[21] Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος.] Sine dubio libri numerus excidit. Salmaſius in ſcriptis codicibus invenit perperam, Ἀνδροτίων καὶ Ἀτθίδος, & ita etiam nobis cod. Voſſ. exhibuit. Reſcriberet Salmaſius, Ἀνδροτίων κ' Ἀτθίδος. Verum an ex tot libris conſtiterit Androtionis opus, non ſum certus: duodecimus citatur ab Harpocratione in Ἀμφίπολις.

[22] Ὀξύνεται δέ. τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ, παρὰ τοῦ ω τὸ τ ἔχοντα &c.] Sententia claudicat & oratio eſt imperfecta: nam nomen, quod accentu acuto in ultima ſignari debet, non additur: Lego igitur: ὀξύνεται δὲ τὸ Αἰτωλός. τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ & ſic porro. Hanc lectionem etiam confirmant verba Euſtathii ad Iliad. B pag. 311, qui hunc Stephani locum tranſcripſit. ὀξύνεται δὲ τὸ Αἰτωλὸς, ὡς ὁ Πακτωλὸς καὶ ἁμαρτωλός. καὶ ὅλως τὰ ἔχοντα τὸ τ παρὰ τοῦ ω ἀρσενικά. διότι τὸ Μαύσωλος, προπαροξύνεται ὡς μὴ ἔχον τὸ τ.

[23] Τὸ Σπάρτωλος, θηλυκόν ἐστι. καὶ τὸ Μαυσωλὸς οὐκ ἔχει τὸ τ.] Hæc vocabula in omnibus Stephani codicibus accentum acutum habent in ultima, cum deberet προπαροξύνεσθαι. De Μαύσωλος certi ſumus ex Euſtathio, cujus verba in hanc rem commentario præcedenti produximus: quod ad Σπάρτωλος attinet quia fœminini generis eſt, uti etiam ex Harpocratione liquet, accentu in penultima ſignari debet, ſiquidem ſe canon ad maſculina ſolummodo extendat.

[24] Ἔστι καὶ Αἰτωλὸς ἐπίθετον, παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτεῖν.] Huc videntur pertinere verba Euſtathii ad Iliad. B. pag. 311. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ Αἰτωλὸς ὄνομα ἐχρησίμευσε τῇ κωμῳδικῇ παροιμίᾳ, τῇ λεγούσῃ, τὴν μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν. καὶ ἤγουν ὁ δεῖνα, καὶ δωροδοκεῖται καὶ ῥᾳδιουργεῖ. τὴν χειρῶν μὲν αἰτῶν, τῷ δὲ νῷ κλέπτων. ἔοικε γὰρ ὁ αἰτωλὸς ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν παρῆχθῆναι. καὶ δηλοῖ καὶ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας εἰπὼν, ὅτι ἔστι καὶ αἰτωλὸς ἐπίθετον, παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτεῖν. Reſpicit ſine dubio Euſtathius locum Ariſtophanis in Equitibus non procul ab initio; & idem hic comici locus exſtat apud Plutarchum in libro de curioſitate, ubi animum hominis curioſi comparat cum Ætolorum manibus. Cæterum Ætoli ob totius regionis ſterilitatem ſubinde cogebantur vicinos non tantum, verum etiam longe remotos agros invadere, ut haberent unde viverent, hoc manifeſte apud Athenæum lib. VI. nos docet elegantiſſimum illud carmen Ithyphallicum Demetrio Poliorcetæ cantatum, cum Athenas ingrederetur, cujus ultimam partem ſubjiciam.

Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον φίλτατε.
Κύριος γὰρ εἶ σύ.
Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος.
Σφίγγα περικρατοῦσαν.
Αἰτωλικὴν, ὅς τις ἐπὶ πέτρας καθήμενος
Ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
Τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
Κ' οὐκ ἔχω μάχεσθαι.
Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας.
Νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω.

Imo paſſim apud Polybium Ætolorum rapinæ & avaritia notantur: libro IV. legimus. Ὡς ἂν εἰθισμένοι [Ætoli ſcilicet] μὲν ζῆν ἀπὸ τῶν πέλας, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν. ἣ δουλεύοντες, ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια. Et deinde eodem libro ſubjungit. Αἰτωλοὶ γοῦν τούτῳ τῷ τρόπῳ χρώμενοι, καὶ λῃστεύοντες συνεχῶς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολέμους ἀνεπαγγέλτους φέροντες πολλοῖς, οὐδ' ἀπολογίας ἔτι κατηξίουν τοὺς ἐγκαλοῦντας.

[25] Λέγονται καὶ Αἰτωλιταὶ, οἱ Αἰτωλίζοντες.] Conſtanter ſic habent libri ſcripti & vulgati. Attamen Salmaſius ad oram ſui codicis hunc locum ita reſtituendum putat. Λέγονται καὶ Αἰτωλισταὶ, οἱ Αἰτωλίζοντες.

[26] Καὶ τὰ Αἰτωλῶν φρονοῦντες.] Non poſſum aſtipulari opinioni Henr. Stephani de Lingua Græca optimè meriti, qua cenſet τὰ Αἰτωλῶν φρονεῖν ſignificare, *Ætolorum partes ſequi, & iiſdem favere.* Ego autem puto τὰ Αἰτωλῶν φρονεῖν idem eſſe ac ſi dicas τὰ μεγάλα φρονεῖν: nam Ætoli mortalium arrogantiſſimi, ſuperbiſſimi & ferociſſimi fuere & rebus proſperis, & rebus adverſis; quare apud Polybium lib. 11. Sic deſcribuntur: καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλοὺς τοὺς μέγιστον ἔχοντας τὸ φρόνημα νενικηκέναι. Et ab Athenæo lib. x. ex eodem hoc loco Polybii appellantur Αἰτωλοὶ οἱ μέγα φρονοῦντες. Imo hac de cauſa eidem Polybio dicuntur πεφρονηματισμένοι, hoc eſt, *magnifice & animo elato de ſe ſentientes.* De eorum ſuperbia, ferocitate & arrogantia etiam vide Livium lib. XXXVI. cap. XLIX, & Juſtinum lib. XXVIII. cap. II.

[27] Ἀκαδήμεια, γυμνάσιον Ἀθήνησιν.] Hoc nomine appellabatur locus nemoroſus extra Athenas, in quo primus Plato Philoſophiam docuit. Eſt itaque proprium nomen

iſtius

σιν, [28] οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι. κέκληται ἀπὸ Ἀκαδήμου. γράφεται καὶ διὰ τοῦ ε, Ἑκαδήμεια. περὶ οὗ ἐν τῷ ε λέξομεν. [29] διὸ καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως.

ἈΚΑΚΉΣΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀκάκου παιδὸς Λυκάονος, [30] ὡς Παυσανίας ὀγδόῃ. [31] τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος. ὡς Ἀνακτόριος, Βυζάντιος. [32] Ἀκαλησσεύς, ὡς Τυμνησσεύς, ἢ Ἀκαλήσιος.

ἈΚΑΜΆΝΤΙΟΝ, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, [33] Ἀκάμαντος κτίσμα τοῦ Θησέως, ᾧ [34] συμμαχήσαντι πρὸς τοὺς Σολύμους τὸν τόπον δέδωκε. τὸ ἐθνικὸν Ἀκαμάντιος, ὡς Βυζάντιος. τὸ δὲ κτητικὸν τοῦ Ἀκάμαντος, διὰ τῆς ει, διφθόγγου. λέγεται καὶ Ἀκαμαντὶς, ὡς Βυζαντίς. [35] Παρθένιος δ᾽ ἐν Ἀφροδίτῃ, Ἀκαμαντίδα αὐτὴν φησι. [36] ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, [37] ὡς Σιμωνίδης.

ἌΚΑΝΘΟΣ [38], πόλις Θράκης, ἀκάνθαις πεφραγμένη, [39] ὑπὲρ τὸν Ἄθω, ὅθεν κέκληται. ἢ ἀπό τινος Ἀκάνθου, [40] ὡς Μνασέας. [41] ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. δευτέρα, τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος ἐχομέ-

A ſe, à quo Philoſophi Academici nomen ſortiti ſunt. Ita autem ab Academo quodam appellatum eſt. Sed etiam Ecademia per E ſcribitur, de quo in litera E dicturi ſumus, quia ſic frequentius uſurpatur.

ACACESIUM, urbs Arcadiæ, quæ ab B Acaco Lycaonis filio, perhibente Pauſania lib. VIII, nomen accepit. Gentile Acaceſius, uti Anactorius, Byzantius. Acaleſſenſis, uti Tymniſſenſis, vel etiam Acaleſius dicitur.

ACAMANTIUM, urbs magnæ Phry- C giæ, ab Acamante Theſei filio condita, cui, cùm ſtrenue contra Solymos pugnaſſet, locum [urbis condendæ pater] conceſſit. Gentile eſt Acamantius, uti Byzantius. Acamantis vero poſſeſſivum cum ει diphthongo ſcribitur. Dicitur quoque Acamantis, uti Byzantis. Parthenius D autem in Venere eam Acamantidem nominat. Et tribus quædam regionis Atticæ Acamantis vocabatur, uti Simonides auctor eſt.

ACANTHUS, oppidum Thraciæ, ſuper Athonem ſitum, ſpiniſque circumſeptum, quamobrem etiam ita dictum eſt. Vel ab Acantho quo- E dam nomen habet, uti Mnaſeas teſtatur. Eſt præterea in Ægypto Acanthus, trecentis viginti ſtadiis à Memphide diſtans. Secunda hæc Thebaïcæ ſpinæ prægrande nemus habet, ex qua gummi colli-

iſtius loci, ſed uſus ſignificationem vocis ad quodvis gymnaſium, in quo ſcientiæ & artes liberales docentur, tranſtulit & produxit, & quod κύριον erat προσηγορικὸν effecit. Sed abuſive & impropric Amſtelodami iſte locus, ubi hiſtriones comœdias & tragœdias agunt, *Academiæ* nomine inſignitur.

[28] Ὧν οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι.] Vitioſa ſine dubio lectio, quam ſic reſtituo: Ἀφ᾽ οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι.

[29] Διὸ καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως.] Tempore Stephani itaque *Ecademia* magis erat in uſu, quam *Academia*, & ita eſſe ſcribendum poſtea demonſtrabit, licet uſus & conſuetudo nunc aliter obtinuerint.

[30] Ὡς Παυσανίας ὀγδόῃ.] Locum Pauſaniæ, qui ita eſt legendus, ſubjungam. Τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι, καὶ Ἄκακον τὸν Λυκάονος γενέσθαι ὡς τροφέα, Ἀρκάδων ἐστὶν ἐς αὐτὸν λόγος. *Enutritum illic Mercurium puerum, & Acacum Lycaonis filium, ejus nutricium fuiſſe, Arcadum ſermo vulgavit.* Hinc à Callimacho Hymno in Dianam Apollo Ἀκακήσιος appellatur verſu 143.

[31] Τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος, ὡς Ἀνακτόριος.] Quam egregiè gentile Ἀκακήσιος cum Ἀνακτόριος conveniat nemo non videt: nam Ἀνακτόριος primitivum habet Ἀνακτόρεια Acarnaniæ oppidum.

[32] Ἀκαλησσεύς, ὡς Τυμνησσεύς, ἢ Ἀκαλήσιος.] Neque hic locus ſanus eſt, nec, quam ipſi affinximus, interpretatio: eſt enim valdè confuſus & perturbatus. Ἀκαλησσεὺς derivari non poteſt ab Ἀκακήσιον, ſed Ἀκακησιεύς, cui profecto non reſpondet Τυμνησσεύς, quod etiam in mendo cubat, & licet emendaverim Τυμνισσεύς, quod gentile à Τυμνισσὸς factum eſt, non tamen video quod ad rem faciat, ſiquidem in penultima requiratur Jota, ut cum Ἀκακησιεὺς conveniat. Quid denique in textu faciat, ἢ Ἀκαλήσιος, non capio: totum itaque locum aliis relinquo, quibus ingenium eſt præſtantius, & qui integrioribus codicibus uſi ſunt.

[33] Ἀκάμαντος κτίσμα, τοῦ Θησέως.] Ex Pauſaniæ libro primo diſcimus Acamantem Theſei filium fuiſſe.

[34] Συμμαχήσαντι πρὸς τοὺς Συλύμους.] Fortaſſis legendum eſt: Εὐμαχήσαντι πρὸς τοὺς Σολύμους.

[35] Παρθένιος δ᾽ ἐν Ἀφροδίτῃ.] Puto eſſe Heraclidis & Eudoræ filium, Elegiacorum & variorum carminum poëtam. Hic à Cinna captus eſt, cum Romani Mithridatem debellarunt: verum ob eruditionem in libertatem eſt reſtitutus: Ἔγραψε δὲ ἐλέγεια εἰς Ἀφροδίτην. Vide Suidam.

[36] Ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς.] Hæc tribus ab Acamante quodam nomen habet teſte Heſychio: Ἀκαμαντὶς φυλὴ ἀπὸ Ἀκάμαντος. Clarius apud Suidam exſtat. Ἀκαμαντὶς, καὶ Ἀκάμας μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως. Hujus tribus etiam meminere Harpocration & Pollux.

[37] Ὡς Σιμωνίδης.] Cum multi hoc nomine ſcriptores exſtiterint, ex omnibus aliquis erit eligendus. Intelligo Simonidem, qui Melicertes cognominabatur. Vixit teſte Suida ante bellum Peloponneſiacum, ſcripſitque genealogiæ & inventionum libros.

[38] Ἄκανθος, πόλις Θράκης.] De ſitu hujus oppidi legendus Plinius lib. IV. cap. X. Et Pomp. Mela lib. II. cap. II. *Inter Strymona & Athon, Turris Calarnea, &* Κάπρου λιμὴν, *urbs Acanthos, & Echymnia.*

[39] Ὑπὲρ τὸν Ἄθω.] Salmaſius in calamo exaratis libris invenit, ὑπὲρ τῶν Ἄθων. Verum ipſi ſuſpectum eſt illud ὑπὲρ τὸν Ἄθω. Et quia ſæpiſſimè in MSS præpoſitiones hæ περὶ, παρὰ & ὑπὲρ confunduntur, reſcribendum hic putat, περὶ τὸν Ἄθω, vel παρὰ τὸν Ἄθω, addens inſuper hoſce Marciani Heracleotæ verſus.

Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἄκανθός ἐστιν Ἀνδρίων ἀποικία,
Παρ᾽ ἣν διώρυξ δείκνυται τετμημένη
Ἑπτὰ σταδίοις, Ξέρξην δὲ λέγεται αὐτὴν τεμεῖν.

[40] Ὡς Μνασέας.] Libri index hic non additur, & ſimiliter in Δάρδανος producitur. Sed in voce Ἐ[illegible] liber tertius περιηγήσεως allegatur. De hoc ſcriptore lege Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I. cap. XXI.

[41] Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. δευτέρα, τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς.] Hæc juxta exemplum aliarum editionum ſuperioribus annectimus & à Xylandri editione recedimus, in qua hæc perperam & ſine neceſſitate diſtinguebantur, ut conferenti apparebit. Sed in hiſce verbis aliud latet ulcus, quæ ita interſtinguuntur, quaſi Acanthus urbs Ægypti, quæ à Memphi diſtat trecentis & viginti ſtadiis, alia ſit ab ea in qua erat ſpinæ Thebaïcæ ingens lucus: Sed hæc juxta opinionem

εὐμεγέθης, [42] ἐξ ἧς καὶ τὸ κόμμι συνάγεται. [43] τρίτη ἄλλη ἐν τῇ χερρονήσῳ παρὰ τὴν Κνιδίαν. ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας. τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀκάνθου, Ἀκάνθιος. ἐξ οὗ καὶ παροιμία, [44] Ἀκάνθιος τέττιξ, ἐπὶ τῶν ἀφώνων. [45] τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες, ὡς Σιμωνίδης. τὸ θηλυκὸν Ἀκανθιάς. [46] τῆς δὲ Ἀκάνθου, Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ὁ πολίτης, ὡς Λεοντοπολίτης, καὶ Λυκοπολίτης, καὶ Κυνοπολίτης, περὶ ὧν εἰρήσεται.

colligitur. Tertia in cherroneſo juxta Gnidiam, & præterea alia in Athamania ſita eſt. Ab Acantho fit gentile Acanthius. Hinc eſt in proverbio, Acanthia cicada, quod de mutis dicitur; tales enim ſunt iſtius regionis cicadæ, uti Simonides perhibet. Fœmininum eſt Acanthias. Verum ab Ægyptia Acanthopoli fit Acanthopolites, ita enim oppidanus dicitur, uti Leontopolites, & Lycopolites, & Cynopolites, de quibus poſtea dicetur.

ἌΚΑΝΝΑΙ[47], ἐμπόριον περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. τὸ ἐθνικὸν Ἀκανναῖος, ὡς Σαβαῖος. καὶ Γερραῖος. καὶ Ἐρυθραῖος, παρ' αὐτοῖς.

ACANNÆ, emporium juxta mare rubrum. Gentile Acannæus, uti Sabæus, & Gerrhæus, & Erythræus, ita enim uſus apud illos obtinuit.

ἈΚΑΡΝΑΝΊΑ[48], χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ. [49] διὸ καλοῦνται οἱ μὲν κειρόμενοι, Κουρῆτες. οἱ δὲ ἀκούρευτοι,

ACARNANIA, regio Curetibus ſeparata ad Achelouni amnem. Hac de cauſa illi qui capite ſunt tonſo Curetes, aſt intonſo Acarnanes

nionem Salmaſii ita eſſent legenda & diſtinguenda: Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος; Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι καὶ δευτέρα, ἐν ᾗ τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος εὐμεγέθες. Ego autem totum locum ſic conſtituerem: ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἐστὶ τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος εὐμεγέθες. Sic mihi planior & clarior videtur verborum conſtructio.

42 Ἐξ ἧς καὶ τὸ κόμμι συνάγεται.] Hæc Stephanus deſumpſit ex Strabonis lib. XVII. Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερὸν, καὶ τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος Θηβαϊκῆς ἐξ ἧς τὸ κόμμι. *Poſt Memphin etiam Acanthus ſimiliter in latere Lybico eſt: ibidem Oſiridis templum & Acanthæ Thebaicæ lucus unde gummi habetur.* Ita hic locus eſt legendus & vertendus uti monuit Salmaſius in Plinianis exercit. pag. 253. Et quia eodem loco fuſius de ſpina Thebaïca & Ægyptia, & de gummis ex iis manantibus egit, eò lectorem malo ablegare, quam actum agere.

43 Τρίτη ἄλλη ἐν τῇ χερρονήσῳ, παρὰ τὴν Κνιδίαν. ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας.] In uno ex Palatinis codicibus legebatur. Γ' ἄλλη ἐν τῇ χερρονήσῳ. παρὰ τὴν Γνιδίαν Δ. ἐστὶ καὶ ἄλλη τῆς Ἀθαμανίας. Sed hæc lectio veri ſpeciem non habet, & tutò vulgatam ſequimur auctoritate Melæ & aliorum. Mela lib. I. cap. XVI. *Tum tres ex ordine ſinus, Thymnias, Schœnus, Bubeſſius. Thymniæ promontorium Aphrodiſium eſt: Schœnus ambit Hyllam, Bybeſſus Acanthum: Gnidus in cornu peninſulæ.* Plinius lib. V. cap. XXVIII. *Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Eſt in promontorio Gnidos libera, Triopia, dein Peguſa & Stadia appellata.*

44 Ἀκάνθιος τέττιξ.] Plinius lib. XI. cap. XXVI. diſtinguit inter cicadas mutas & cicadas canentes. Hinc ortum duplex proverbium, *Cicada vocalior*, quod in homines impendio garrulos torquetur: & *cicada acanthia*, quod de mutis, indoctis atque ignaris dici ſolet. Etymologici [illegible]uctor. Ἀκάνθιος [ſcribe Ἀκάνθιος] εἶδος τέττιγος. [illegible] τὸ ἄφωνον. Sed errorem errat turpiſſimum, quem [illegible] verbis refutabimus: Ἀκανθίας. οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον τέττιγος, ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις. ὥσπερ καὶ ὁ [illegible]χέτας οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν.

45 Τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες.] Quænam eſt intelligenda regio? Vel Ægyptum, vel Thraciam, vel Athamaniam intelligit Epitomator; aliarum enim hoc tmemate non meminit. Solinus ſcribit cap. II. *Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec uſquam alibi, quod ſilentium miraculo eſt, nec immerito, cum vicinæ quæ ſunt Locrenſium, ultra cæteras ſonent. Cauſas Granius tradit, cum obmurmurarent illic Herculi quieſcenti, Deum juſſiſſe ne ſtreperent.* Vide & Antigonum in Mirabilibus.

46 Τῆς δὲ Ἀκάνθου, Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ὁ πολίτης.] In Voſſiano codice, licet partim malè, exaratum eſt: τῆς δὲ Ἀκανθίλω Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις. Stephanus antea dixerat: τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀκάνθου, Ἀκάνθιος, verum hæc forma non eſt Ægyptia. Nunc ab oppido Ægyptio format Ἀκανθοπολίτης: ac proinde exiſtimo hic aliquid excidiſſe, & totum locum ita eſſe reſtituendum. Τῆς δὲ Αἰγυπτίας Ἀκάνθου, vel potius τῆς δὲ Ἀκανθοπόλεως, Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις καὶ ὁ πολίτης, ὡς Λεοντοπολίτης &c.

47 Ἄκανναι, ἐμπόριον περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Inter montem Elephantem & Aromata promontorium à Ptolemæo lib. IV. cap. VII. Ἀκκάναι collocatur: ſed ibi accentus in antep. tranſponendus, alterum κ tollendum, & ν geminandum videtur.

48 Ἀκαρνανία, χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ.] Hic locus Salmaſio eſt ſuſpectus, ſed illa pars paginæ ubi opinionis rationem exhibet, vetuſtate tantopere eſt detrita, ut ex verbis ſenſum percipere nequeam, quibus ex Strabonis decimo hæc addidit. Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῷον ποταμόν. *Ætolos & Acarnanes invicem conterminos medius fluvius Achelous diſtinguit.* Ad me quod attinet aperte dico, ex præcedentibus & conſequentibus ſatis poſſe deprehendi locum non eſſe integrum, ſed inter πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ, & διὸ καλοῦνται, hiatum debere notari, quem iſtis verbis à Salmaſio è Strabone allegatis ſupplere opis non eſt noſtræ. Nam in iis nulla latet cauſa, quare illi qui capite erant raſo Curetes, & intonſo Acarnanes appellarentur. Non dubito, quin ante διὸ καλοῦνται hæc Strabonis verba ex libro jam citato præceſſerint. Ἀρχέμαχος δ' ὁ Εὐβοεύς φησι, τοὺς Κουρῆτας ἐν Χαλκίδι συνοικῆσαι. συνεχῶς δὲ περὶ τοῦ Ληλάντου πεδίου πολεμοῦντας, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι τῆς κόμης ἐδράττοντο τῆς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς κατέσπων, ὄπισθεν κομῶντας γενέσθαι, τὰ δ' ἔμπροσθεν κείρεσθαι. διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι. *Archemachus Euboënſis Curetas ait Chalcidem incoluiſſe, cumque continenter de Lelanto campo dimicarent, anterioreque eos coma hoſtes apprehenderent & proſternerent, comam alere in occipite, radere ſinciput inſtituiſſe: atque adeo Curetas à Kura, quæ eſt tonſura dictos.* Certiſſimum eſt ſcripſiſſe Stephanum aut hoc aut ſimili modo; & qui naſum habet, in Epitomatoris verbis nullum ſenſum odoraturus eſt.

49 Διὸ καλοῦνται οἱ μὲν κειρόμενοι Κουρῆτες, οἱ δὲ ἀκούρευτοι Ἀκαρνᾶνες. ἔνιοι &c.] Sine dubio Stephanus in genuio ſuo opere Strabonem citaverat, cujus verba Epitomator etiam in compendium redegit. Locus Strabonis exſtat lib. X. & ita ſe habet. Διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι. μετοικῆσαι δ' εἰς Αἰτωλίαν, καὶ κατασχόντας τὰ περὶ Πλευρῶνα χωρία, τοὺς δὲ πέραν οἰκοῦντας τοῦ Ἀχελώου, διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλὰς, Ἀκαρνᾶνας καλεῖσθαι. Ἔνιοι δ' ἀπὸ ἥρωός τινος μὲν τυχεῖν ἑκάτερον τὸ φῦλον. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας ὀνομασθῆναι. Hinc etiam manifeſte apparet Epitomatori non eſſe inſolens, aliorum auctorum verba & integras ſententias à Stephano allegatas in compendium redigere, cujus rei paſſim apud noſtrum plurima exempla occurrunt. Vide in voce Ἄγγελος & aliis locis.

K

ρῦτοι, Ἀκαρνᾶνες. [50] ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἥρωος A τοὔνομα ἔχειν τὸ ἑκάτερον φῦλον. οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου, τοὺς Κουρῆτας εἶναί φασιν. οἱ δὲ, θηλυστολοῦντας [51] ὡς αἱ κοῦραι τοὔνομα σχεῖν. εἶναι γὰρ καὶ τοιοῦτόν τινα ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν, [52] ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας, καὶ B κρώβυλον, καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι. καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους τὴν κόμην, ὅτ' ἐξῄεσαν εἰς τὴν μάχην, [53] καταφρονηθῆναι ὑπὸ Περσέως. τὸ ἐθνικὸν Ἀκαρνὰν, ὡς Αἰνιὰν, [54] Ἀπυντὰν, Ἀθαμὰν, [55] Αἰζάν. ἁπλᾶ γάρ. C [56] τὸ Τιτανόπαν σύνθετον. περὶ δὲ Δύμαν εἴρηται. ἐκ τῆς γενικῆς τοῦ Ἀκαρνᾶνος, Ἀκαρνανία, ὡς Κιλικία. Φρυγία. καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκαρνανίς.

ἈΚΑΡΑΣΣΟΣ, πόλις Λυκίας, [57] ὡς Καπίτων. τὸ ἐθνικὸν Ἀκαράσσιος. καὶ Ἀκα- D ρασσεύς,

A nanes appellantur. Alii utramque gentem ſuum ab heroë aliquo nomen habuiſſe exiſtimant. Sunt vero qui è Curio monte Curetas appellatos ſentiunt. Perhibent alii, eos hoc nomine adfectos, quod puellarum (quæ Græcè Curæ dicuntur) in morem muliebres veſtes gererent: B tale nimirum quoddam viguit ſtudium apud Græcos, ut Jones inde ſtolitrahi dicti ſint: quique & capillorum plexui cincinnum & cicadam inſerebant. Et hac de cauſa Leonidas cum ſuis, quia in pugnam exeuntes ſe pecterent, à Perſis contemti C ſunt. Gentile eſt Acarnan, uti Ænian, Atintan, Athaman, Azan: illa enim ſimplicia ſunt. Titanopan compoſitum eſt: de Dyman poſtea dicetur. A genitivo Acarnanis fit Acarnania, uti Cilicia, Phrygia; & Acarnanis fœmininum eſt.

ACARASSUS, Lyciæ oppidum, de quo D Capito teſtatur. Gentile Acaraſſius, & Acaraſſenſis,

[50] Ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἥρωος.] Ab Acarnane filio Alcmæonis, ut teſtantur Strabo lib. x. Apoll. lib. III, & Pauſanias in Arcadicis.

[51] Ὡς αἱ κοῦραι.] Sic habent libri ſcripti & editi; & quanquam hæc lectio tollerari poſſet, nam per μεταπλασμὸν Poëtæ dicunt κούρη pro κόρη, malo tamen Strabonem ſequi, ex quo hæc de Curetibus ſunt deſumpta, & cum ipſo, ὡς αἱ κόραι legere.

[52] Ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον, καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι.] Maximè depravatus hic locus in vulgatis codicibus circumfertur. Aldina & Florentina habent: ὡς καὶ Ἴαινας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι. Salmaſius in Palatinis, & nos in Voſſiano MS magis probabilem lectionem invenimus, quam ibi hoc modo exaratam legimus: ὡς καὶ Ἴαρνας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι. Hiſce verbis nihil deeſt, niſi εἰρῆσθαι poſt ἑλκεχίτωνας collocandum. Hanc indubitatam eſſe hujus loci lectionem colligi poteſt ex Strab. x. ubi de Curetibus ſcribit. εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι. καὶ Ἴαονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι, καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν &c, Stephanum in genuino ſuo opere hîc Strabonem examuſſim fuiſſe ſecutum ſole meridiano clarius apparet; atque hac de cauſa certum eſt, aliquando Stephanum ex Strabone, & rurſum Strabonem ex Stephano poſſe ſuppleri & corrigi. In verbis Strabonis, quæ jam produximus, eſſe lacunam, cujus ſupplementum ex Stephano peti debet, confidenter affirmo: multo clariora & perfectiora forent, ſi hunc in modum conſtituerentur. εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι. καὶ Ἴαονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλεχθῆναι, καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους τὴν κόμην, ὅτ' ἐξῄεσαν εἰς τὴν μάχην, καταφρονηθῆναι λέγουσι. Conferat hanc lectionem qui volet, & videbit haud eſſe contemnendam. Imo miror doctiſſimum Caſaubonum in ſuis ad Strabonem commentariis nullam de hoc Stephani loco mentionem feciſſe, cum tamen ſe ipſum ſatis in Epitomatore verſatum ubique prodat. Antiquos Græcos ejuſmodi capillorum plexum obſervaſſe luculenter teſtatur Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nebulas. Τοὺς δὲ τέττιγας παρέλαβεν, ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀναπλοκὴν τῶν τριχῶν χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι, τεκμήριον ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς οἱ τέττιγες. καὶ Θουκυδίδης. καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλων ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Hoc eſt: *Cicadas autem aſſumpſit; quandoquidem antiqui in capillorum plexu aurea cicada utebantur, ut hoc ſigno comprobarent, ſe, ut cicadæ, indigenas eſſe. Et Thucydides.* (locus exſtat lib. I. circa initium.) *Nec multum tempus eſt, ex quo apud eos illi, qui de ſenioribus erant ditiores, ferre deſierunt lineas tunicas & aureas cicadas, quas capitis comam religantes cincinnis inſerebant.*

[53] Καταφρονηθῆναι ὑπὸ Περσέως.] Sic habent libri ſcripti & editi: ſed conſtat ex Strabonis libro decimo jam toties allegato corrigendum eſſe, καταφρονηθῆναι ὑπὸ Περσέων. Hiſtoria eſt apud Herodotum in Polymnia: ubi refert exploratorem illum, quem Xerxes miſerat, Lacedæmonios offendiſſe τοὺς μὲν γυμναζομένους, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. Quod cum ad Xerxem eſſet relatum, eos quaſi contempſit, & ipſi viſi ſunt rem ridiculam facere.

[54] Ἀπυντάν.] Optimè ſic legebatur in Xylandri editione, quam ſequimur: peſſime vero in Aldina & Florentina Ἀπαυντὰν excuſum eſt. Ἀπυντία, μοῖρα Μακεδονίας. οἱ οἰκήτορες Ἀπυντᾶνες. In ſingulari numero igitur oppidanus Ἀπυντὰν dicitur.

[55] Αἰζάν.] Mendum eſt in hac voce, eam autem ſanaveris tollendo I, & legendo Ἀζάν. Vide in voce Ἀζανία, & commentarium 97 ei ſubjectum.

[56] Τὸ Τιτανόπαν σύνθετον, περὶ δὲ Δύμαν εἴρηται.] Locus mendoſus: legendum eſt: τὸ Τιτανόπαν σύνθετον. περὶ τοῦ Δυμᾶν εἰρήσεται. Schedæ Palatinæ & codex Voſſianus Δυμᾶν pro Δυμὰν exhibent. Vide in iſthac voce, & ibi rationem noſtræ emendationis obſervabis. Pro εἴρηται reſcripſimus εἰρήσεται, & ſimili modo loquitur paſſim aliis locis, in Ἀκμόνια: ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Ὑάντος πεδίῳ. Sed de vocabulo illo Τιτανόπαν aliquid ſubjiciamus. Varia olim monſtra fingebant Panum, Faunorum, Satyrorum, quidam interpretantes non hæc puſilla & ruſtica numina, ſed prodigia animalium. Sic *Ægipanes*, *Cynopanes*, *Tragopanes* dicebant, de quibus Cl. Voſſius ad Melam lib. III. cap. IX. Sed habes ibi ex Arcadio Grammatico Græco è priſcis & Ἑρμόπανες, hoc eſt quod proprie ad hunc locum & Τιτανόπανα pertinet. Solebant enim ex una & continenti materia duorum deorum, præſertim quibus affinia eſſent officia, imagunculas effingere, ut alia hinc alia illinc appareret facies, atque illæ, ut feliciores ad duplicanda verba Græcos Latinis merito Livius prædicat, vocabulis ex utriuſque nomine compoſitis appellabantur. Sic *Hermathena*, quæ ab altera parte Mercurium, ab altera Minervam oſtendebat, Cicer. ad Att. lib. I. ep. I. Sic *Hermeraclæ*, quæ Mercurios & Hercules, eidem eodem libro ep. 10. Sic *Hermerotes Cidæ* nobilis ſtatuarii apud Martialem lib. 10. epigr. 83. quæ Mercurium & Cupidinem junctos habebat: Et *Hermerotes* Tauriſci Tralliani laudantur Plinio lib. 36. I. Tales & *Hermopanes* Mercurii cum Pane copulatæ imagines. Denique hujuſmodi duplex ſimulacrum fuiſſe illum Τιτανόπανα cenſeo, quod hoc latere Pan agnoſcebatur, illò, qui, dum nondum diſcretum chaos,

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Nec mirum hos deos conjungi. Nam mythicæ theologiæ myſtagogi Pana Solem ipſum interpretabantur. Macrobius I. Saturn. 22. *Pan ipſe, quem vocant Inuum, ſub hoc habitu, quo cernitur, Solem ſe eſſe prudentioribus permittit intelligi.*

[57] Ὡς Καπίτων.] Fuit hiſtoricus Lycius, qui demum poſt Julianum claruit. Aliquoties à Stephano allegatur. Vide Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. III.

ρασεύς, συνήθες ἀεὶ τοῖς τὴν χώραν οἰκοῦσιν.

ἈΚΑΡΡΑ, πόλις Ἀχαΐας. [58] τὸ ἐθνικὸν ἐκ τῆς τέχνης, Ἀκαρραῖος, ὡς Γεφυραῖος, Κερκυραῖος. ἢ Ἀκαρράτης ὡς Αἰγειράτης.

ἈΚΕΛΗ [59], πόλις Λυκίας. οἱ πολῖται, Ἀκελῆτες. τὸ θηλυκὸν Ἀκελῆτις. ἔοικε δὲ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀκέλλου τοῦ Ἡρακλέους, καὶ Μάλιδος παιδὸς, [60] δούλης τῆς Ὀμφαλίδος, ὡς Ἑλλάνικος. Ἡρωδιανὸς, Ἀκελήσιός φησιν, ὡς Μενδήσιος. ὥστε Ἀκέλης εἶναι, ὡς Μένδης. ᾧ συνᾴδει μὲν ἡ λοιπὴ χρῆσις. Ἑλλάνικος δὲ εἶπεν εἰς πόλιν Ἀκέλλην. ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι. [61] ὁ γὰρ τεχνικὸς, [63] τὰ διὰ τοῦ σιος, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ τ ὑπάρχῃ πρὸ τοῦ ι, πλὴν τῶν τριβραχέων κυρίων.

ἈΚΕΣΑΙ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀκεσαῖος, [63] ὡς Πηγασαῖος. καὶ Ἀκεσίτης, ὡς Πηγασίτης.

ἈΚΕΣΑΜΕΝΑΙ, ὡς Ἀλαλκομεναί, Κλαζομεναί, πόλις Μακεδονίας, ὡς Θεαγένης. κτίσμα Ἀκεσαμένου, ἑνὸς τῶν ἐν Πιερίᾳ βασιλευσάντων. τὸ ἐθνικὸν Ἀκεσαμένιος, ὡς Κλαζομένιος.

ἈΚΕΣΤΗ [64], πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα.

A raſſenſis, talis enim forma regionem habitantibus non eſt inſolens.

ACARRHA, urbs Achaïæ. Hinc gentile deducitur ex lege noſtræ artis, Acarrhæus, uti Gephyræus, Cercyræus: vel Acarrates, uti Ægirates.

B ACELE, oppidum Lycię, cujus oppidani dicuntur Aceletes, & fœmininum Aceletis. Videtur autem ita dici ab Acelle Herculis & Malidis, Omphales famulæ, filio, quemadmodum Hellanicus teſtatur. Herodianus inquit C Acelesius, ſicut Mendeſius: Ergo [urbis] nomen eſt Aceles, ut Mendes, cui quidem reliqua vocis declinatio reſpondet. Verum Hellanicus ad urbem Ἀκέλλην dixit, quo loco præſtaret Ἀκέλητα eſſe. Grammaticus omnia nomina in σιος D exeuntia, in antepenultima acuit, quoties S ante I habent, exceptis nominibus propriis, quibus tria ſunt brevia.

ACESÆ, urbs Macedoniæ, cujus gentile Aceſæus dicitur, uti Pegaſæus: & Aceſites, uti E Pegaſites.

ACESAMENÆ, uti Alalcomenæ, Clazomenæ, urbs Macedoniæ, auctore Theagene, ab Aceſameno condita, qui unus ex illis fuit, qui in Pieria regnarunt. Gentile, Aceſamenius, uti Clazomenius.

F ACESTA, urbs Siciliæ, uti Ageſta,

58 Τὸ ἐθνικὸν ἐκ τῆς τέχνης.] Sæpiſſime Stephanus diſtinguit inter gentilia quæ κατὰ τύπον ἐπιχώριον, & quæ ἐκ τῆς τέχνης formantur. In voce Ἀβρότονον. τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. In Ἀδάρου πόλις: ὁ πολίτης τῷ τεχνικῷ λόγῳ Ἀδαροπολίτης. εἰ μὴ ὀφείλοι τῷ Πιερικῷ τύπῳ. In Ἀδράστεια: τὸ ἐθνικὸν Ἀδραστεύς. οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνός. Sed hæc & ſimilia toties occurrunt, ut ubique admonere non videatur neceſſe.

59 Ἀκέλη, πόλις Λυκίας.] In oppidi nomine latet mendum: legendum eſt ſine ulla dubitatione, uti ex ipſo Epitomatore probabimus, Ἀκέλης, πόλις Λυκίας. Nam noluit in idem incidere vitium, quod in Hellanico inferius culpat. Ἑλλάνικος δὲ εἶπεν, εἰς πόλιν Ἀκέλλην. ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι. Errat Etymologici Mag. auctor, ubi ſcribit, Ἀκέλης Ἀκέλητος ὄνομα ποταμοῦ. Conditoris nomen apud noſtrum cum λλ ſcribitur, ubi forte alterum redundat.

60 Δούλης τῆς Ὀμφαλίδος.] Mendum obſervavit ad oram ſui codicis Salmaſius, legendum ipſi videtur, hoc modo: Δούλης τῆς Ὀμφάλης Λυδῆς. Nam fuit teſte Palæphato aliiſque Mythologicis filia Jardani Lydorum regis, quæ Ὀμφάλη conſtanter appellatur, unde ejuſmodi caſus obliquus nequaquam inflecti poteſt. Terentius in Eunucho:

Qui minus quam Hercules ſervivit Omphalæ.

61 Ὁ γὰρ Τεχνικός.] Non intelligerem hoc loco Apollonium Dyſcolum Herodiani patrem, qui à Stephano aliiſque etiam Τεχνικὸς appellatur, ſed ipſum Herodianum, cujus hoc ipſo tmemate ſuperius meminit. Herodianus enim etiam hoc cognomine inſignitur, uti demonſtravimus ex Euſtathio pag. 12. comment. 16.

62 Τὰ διὰ τοῦ σιος, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ τ ὑπάρχῃ πρὸ τοῦ ι.] Sic legunt codices ſcripti & vulgati: puto tamen Stephanum ſcripſiſſe hoc modo. Τὰ διὰ τοῦ σιος, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ σ ὑπάρχῃ πρὸ τοῦ ι.

63 Ὡς Πηγασαῖος. καὶ Ἀκεσίτης, ὡς Πηγασίτης.] In mendi ſuſpicionem veniunt Πηγασαῖος & Πηγασίτης quæ gentilia ſine dubio à Πήγασαι eſſent deducenda: ſed quomodo Πήγασαι cum Ἀκέσαι conveniant, vel cæcus videret. Præterea Stephanus in Πήγασαι inquit, οἱ πολῖται Πηγασεῖς, qui eſt ὁ εἰθισμένος τοῖς Καρικοῖς τύπος, uti noſter in voce Ἄβαι docuit.

64 Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα.] Primo intuitu hic locus leviter videtur corruptus, & in hunc modum fortaſſis reſtituendus: Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἀγέστη: nam ſi legas uti habent vulgati codices, ſimilitudo claudicabit, & Ἀκέστη & Ἄγεστα non ſatis accurate ſibi invicem reſpondebunt. At ſi proba ſit noſtra lectio Ἀκέστη & Ἀγέστη diverſa erunt oppida, quod nullo veterum teſtimonio confirmari poſſet. Attamen magnus Salmaſius in Plin. exercitat. pag. 111. ita ſcribit: *Aliud nomen eſt* Ἀκέστης, *ergo & alia urbs* Ἀκέστα, *quam* Αἰγέστα. Sed quam procul hæc opinio à vero diſtet ſtatim videbimus: imo hujus erroris fons partim apud Salmaſium ipſum reperitur, qui hæc Stephani verba errore oculi vel manus malè tranſcripſit: Ἀκέστα, πόλις Σικελίας, ὡς Αἰγέστα, παρὰ τὸν Ἀκέστην. Quare autem illa, quæ in ſuo Stephani codice intacta reliquit, ita hic transformaverit & ſcribi voluerit, rationem nullam allegat. Si mei arbitrii res foret, Stephani verba ita conſtituerem. Ἀκέστα, πόλις Σικελίας, ἡ καὶ Ἐγέστα. Certum eſt antiquos A & E aliquando promiſcue uſos fuiſſe: dixerunt enim Ἀγβάτανα & Ἐκβάτανα: Ἀκαδήμεια & Ἐκαδήμεια: Ἄδανα & Ἔδανα: Tzetzes in Lycophronem habet Ἄπαλλα & Ἔπαλλα: atque hoc etiam in multis aliis eſt manifeſtum; adeo ut diverſa hæc ſcribendi ratio non ſemper diverſas faciat urbes & loca. Verum hæc variatio in oppidi nomine tam multiplex, ex ipſius conditoris nomine multifariam variato, originem traxit; nam quod modis conditoris nomen, tot etiam modis oppidi nomen profertur. Stephano hic dicitur Ἀκέστης, & ita etiam aliquoties Virgilio lib. 1. & v. & Silio lib. XIV: Dionyſ. Hal. Αἴγεστος: Tzetzæ ad Lycoph. Αἰγέστης: Et Stephano denique in Ἐγέστα appellatur Ἔγεστος ſive Ἐγέστης. Hinc variæ illæ formæ quas oppidi nomen induit. Hinc Ἀκέστη & Ἀκεσταῖοι *Aceſtai*, & Latina formatione *Aceſtani*, quod aliquoties occurrit apud Servium in lib. 1. Æneid. Hinc Αἴγεστα, &

σα, παρὰ τὴν Ἀκέστην. τὸ ἐθνικὸν, Ἀκεσταῖος. τὸ θηλυκὸν, Ἀκεσταία.

ἌΚΗ[65], πόλις Φοινίκης. τὰ εἰς κη λήγοντα δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων ἢ χωρῶν βαρύνεται. [66] αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. [67] Κοιλοσυρίτας δ' αὐτοὺς ὠνόμαζον. [68] Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινικῶν φησὶν, ὅτι ἐκλήθη ἀπὸ Ἡρακλέους. [69] χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων πειραχθεὶς, τῷ τῆς Λερναίας ὕδρας ἰῷ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν. ἀνεῖλε δὲ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον, ἐπ' ἀνατολὰς ἰτέον, [70] μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλήσιον. ἐκείνης γὰρ καταπλασάμενον, τῶν ἑλκῶν ἀπαλλαγήσεσθαι. εὗρε δὲ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν προειρημένην πόαν, [71] ἧς ὁ καρπὸς, ἤτε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ ταῖς κεφαλαῖς. ὁπόσας γὰρ ἄν τις ἀποκείρῃ, φύονται αὖθις ἕτεραι. [72] κολοσσίον μέντοι κα-

ſta, quæ ab Aceſte nomen habet. Gentile Aceſtæus, & fœmininum Aceſtæa.

ACE, urbs Phœniciæ. Nomina urbium aut regionum duarum ſyllabarum in κη deſinentia in penultima acuuntur. Hæc poſtea Ptolemaïs appellabatur. Eos autem Cœloſyritas nominabant. Claudius Julius libro primo Phœniciorum refert, Herculem ei nomen indidiſſe. Nam cum ipſi ab Euryſtheo principe difficillima injuncta eſſent certamina, laborabat ulceribus, quæ ex venenatis Hydræ Lernææ morſibus acceperat. Delphicum oraculum [à quo medelam poſcebat] reſponſum tulit ad orientem ipſi pergendum eſſe tamdiu, donec inveniret amnem, in quo herba naſceretur Hydræ ſimilis, quam ſi emplaſtri modo imponeret, futurum ut ab ulceribus liberaretur. Invenit fluvium & herbam Apollinis oraculo monſtratam, cujus caulis atque radix varietate macularum & capitibus Hydram imitantur: quot enim aliquis demetat, tot alia deinde renaſcuntur. Radicem hanc Colo-

Αἰγεσταῖοι, & Ἔγεστα & Ἐγεσταῖοι. Hinc denique Latini ſuum *Segeſta* deduxerunt, uti egregie oſtendit Pompejus Feſtus. *Segeſta*, inquit, *quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt; quod videtur Æneas condidiſſe, præpoſito ibi Egeſto; qui eam Egeſtam nominavit. Sed præpoſita eſt ei S. litera, ne obſceno nomine appellaretur: ut factum eſt in Malevento, quod Beneventum dictum eſt: & in Epidamno, quod uſurparunt Dyrrachium.* Plura de oppidi ſitu & in eo memorabilibus congeſſit Cluverius Sicil. antiq. lib. II.

65 Ἄκη πόλις Φοινίκης.] Urbem hanc quaſi *medelam* nominavit Hercules in memoriam reſtitutæ ſanitatis: Verum alii nomen urbis Pœnorum lingua dictum fuiſſe cenſent עכו *Accho*, quod *confractum* vel *compreſſum* denotat, & reperitur Jud. I: 31. A Joſepho ant. Jud. lib. v. cap. I. Ἄρκη appellatur, ſi locus ſit ſanus. Teſtantur ferme omnes urbem fuiſſe, ſed Demetrius apud Suidam Ἀκρόπολιν eſſe perhibet, qua de re etiam videndus Etymologus. Oppidum eſt maritimum, Tyro proximum. Plinius lib. v. cap. XIX. *Juxtà colonia Claudii Cæſaris Ptolemais, quæ quondam Ace.* Scribit tamen Pauſanias in Arcadicis, etiam Acen in Arcadia ſitam eſſe, ubi Oreſtes ſanatus fuit.

66 Αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο.] Cod. Voſſianus: αὕτη δὲ Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Ace fuit antiquiſſima urbis denominatio, & primum Ἄκη, & deinde Πτολεμαῒς appellabatur: Adeo ut hic aliquid excidiſſe videatur, & debere legi. Αὕτη ὕστερον Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Stephanus in Δῶρος ex Characis lib. XI. ita refert. Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπ' Ἀντιόχου, ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Ἄκην λεγομένην. Vide quoque noſtrum in voce Πτολεμαῒς. Et Strabon. lib. XVI.

67 Κοιλοσυρίτας δ' αὐτοὺς ὠνόμαζον.] Hæc profecto ſunt ineptiſſima & ridicula, & tamen ſic exhibent libri ſcripti & editi. Nullus dubito, quin ante & poſt hæc verba multa exciderint: nam hoc loco non de Phœniciæ aut Cœloſyriæ incolis, ſed de Acæ ſive Ptolemaïdis oppidanis agendum videtur, qui infra Ἀκαῖοι dicuntur. Vix puto hæc eſſe Stephani verba, & ſi ſint, ipſe ab orco eſt revocandus, ut illa in integrum reſtituat.

68 Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων.] Varie hujus Hiſtorici nomen exaratur. In Ἰουδαία habet Epitomator: ὡς καὶ Κλαύδιος Ἴολαος: & in Λάμπη: Κλαύδιος δὲ Ἴουλιος. Ita etiam appellatur ab Etymologici Mag. auctore in Γάδειρα. ὥς φησι Κλαύδιος Ἴουλιος ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις. Verum lege Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. III.

69 Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων πειραχθεὶς, τῷ τῆς Λερναίας ὕδρας ἰῷ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν.] Schedæ Palatinæ & Voſſianæ cum vulgatis cod. non conveniunt, in quibus hoc modo eſt exaratum. Χαλεπωτάτου γὰρ ὑπάρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταχθεὶς ἄθλῳ παραχθεὶς τῷ τῆς Λερναίας Ὕδρας ἰῷ & ſic porro. Maxime depravata & mutila in ſcriptis & vulgatis codicibus hæc circumferuntur, ut ne probus quidem ſenſus hinc elici queat. Suſpicor tamen hunc locum ita eſſe conſtituendum. Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπ' ἄρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταχθέντων ἄθλων, τῷ τῆς Λερναίας Ὕδρας ἰῷ, καὶ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν. Lucem aliquam adfert locus Apollodori ex lib. II. Δεύτερον δὲ ἆθλον ἐπέταξεν (ſcilic. Euryſtheus) αὐτῷ τὴν Λερναίαν Ὕδραν κτεῖναι.

70 Μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλήσιον.] Male ſic legitur in vulgatis; aſt recte in MSS: Μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλησίαν. Intelligit ſine dubio Stephanus Dracunculum, cujus caulis verſicolor eſt, & maculis reſperſus purpureis adeo ut hydram ſive anguem plane & examuſſim referat. Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca. Τὸ δρακόντιον βοτάνη ἐστὶ, ὅπερ ἀβληχρὰ λέγεται, διὰ τὸ τὴν ῥίζαν αὐτοῦ, τοῦ δήγματος τοῦ δράκοντος θεραπευτικὸν εἶναι. ἢ διὰ τὸ βλήχεσθαι ποιεῖν τὰς ὀδύνας. ἰσαζομένη δὲ, κατὰ τὴν ὁμοιότητα δηλαδὴ, ἤγουν ὁμοίαν. θηρὸς δὲ, ἤγουν τοῦ δράκοντος. Et infra inquit Stephanus: ἧς ὁ καυλὸς ἤτε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς.

71 Ἧς ὁ καρπὸς, ἤτε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ ταῖς κεφαλαῖς.] Locus eſt corruptus, quem ſchedæ Palatinæ & Voſſianæ ita habent. ἧς ὁ καυλὸς ἤτε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ ταῖς κεφαλαῖς. Poſteriora tamen in MSS non ſunt emendatiora, quæ Caſaubonus ad Athenæum & etiam Salmaſius in Plinianis exerc. ita corrigunt: τῷ ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς. Caulis igitur Dracunculi ſive Ari varietate macularum ſerpentes imitatur: radici vero Dracunculi ſive Ari attribuit Claudius Julius κεφαλὰς, eaſque ad inſtar hydræ capitum, ubi cæſæ fuerint renaſci dicit. Radix autem illa craſſa eſt & rotunda, quæ aliis ad latera admiſſis ſe propagat, ut tradunt Herbarii neoterici, & illi qui ipſam plantam viderunt. Conſtat igitur illa radix capitibus, hoc eſt bulbis ſive nucleis quam plurimis, quique effoſſi renaſcuntur. Capita de bulbis dici res eſt notiſſima: *capita alii, capita ulpici* paſſim apud auctores occurrunt: & apud Græcos, κεφαλαὶ σκορόδων & σκόροδον μονοκέφαλον; quem *unionem* vulgo Latini veteres appellarunt. Apulejus de Dracontia: *Imo radix caput draconis habet.*

72 Κολοσσίον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν &c.] Locus eſt corruptus, quem ſic emendavit Salmaſius in Plin. exercit. Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν. Ibidem Colocaſium tam doctè deſcripſit, ut actum ageret, qui tam eruditæ deſcriptioni aliquid adderet. Radix igitur illa, ſecundum Claud. Julium, plurimas habet κεφαλὰς, qui ſunt bulbi dracontii, quos nunc κολοκάσιον appellat: quod profectò confundit cum Colocaſia altera quæ faba Ægyptia eſt. Ideo inferius

καλοῦσι τὴν ῥίζαν. 73 τὸ δ' ὑπερπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἰδίαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχων Αἰγυπτίοις. περὶ δὲ τὸν Νεῖλον φύεται πολλή. ἡ δὲ περὶ τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυσίατα. 74 τριβομένη δὲ μετὰ τῆς ῥίζης, λευκὸν ἀναδίδωσιν ὀπόν. τούτῳ, φησὶν, Ἡρακλῆς ἰάθη. καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Ἄκην. τὸ ἐθνικὸν, Ἀκαῖος, ὡς Βαρκαῖος.

ἈΚΚΑΒΙΚῸΝ τεῖχος, 75 πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἣν ἔκτισαν Καρχηδόνιοι, 76 ὡς ἐροῦμεν ἐν τῷ περὶ Σαλμύνης. ὁ πολίτης Ἀκκαβικοτειχίτης, ὡς Γορδιοτειχίτης. καὶ Χωλοτειχίτης, ὡς εὑρήσομεν ἐν τῷ χ.

ἈΚΜΟΝΊΑ 75, πόλις Φρυγίας, 78 ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τρίτῳ περὶ Φρυγίας. κτίσαι δ' αὐτὴν Ἄκμονα τὸν Μανέως. 79 ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης. 80 Ἀκμονίτης δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἄκμονος γενικῆς. Ἀκμόνεια, ἀφ' ἧς Ἀκμονειάτης. τοῦτο δέ μοι εἴρηται), 81 ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς, ἀπὸ τῆς ου γενικῆς γίνεται, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρεύς. ἢ ἀπὸ ἰσοσυλλάβου γενικῆς, Ἀπάμας Ἀπαμεύς. Ὑρίας Ὑριεύς. 82 ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἐφ' οὗ μιγεὶς Ἄρης τῇ Ἁρμονίᾳ τὰς Ἀμα-

A Colocaſium appellant. Ciborium vero enatum jucundum ſpectaculum, & edules venas præbet Ægyptiis: plurima autem circa Nilum naſcitur: aſt illa circa Belum ulcera curatu difficilia ſanat: cum radice contrita album ſuccum reddit; quo ſe Herculem ait ſanaſſe, & B urbem hanc ob cauſam Acen appellaſſe. Gentile Acæus, uti Barcæus.

ACCABICUS MURUS, oppidum circa Herculeas columnas, quod Carthaginenſes condiderunt, uti in vocabulo Salmyce dicturi ſu- C mus. Oppidanus inde dicitur Accabicotichites uti Gordiotichites, & Cholotichites, quemadmodum in litera χ inveniemus.

ACMONIA, urbs Phrygiæ, quam Acmon Manei filius condidit, uti perhibet D Alexander Polyhiſtor in tertio de Phrygia. Eſt & aliud Acmonium de quo Pherecydes teſtatur. Acmonites derivatur à genitivo Acmonis. Dicitur etiam Acmonea, à quo fit Acmoneates; quod à me antea eſt demonſtratum. Nomina in ευς deducuntur à genitivo qui in ου deſinit, Ἀλέξανδρος E Ἀλεξανδρεύς, vel à genitivo pariſyllabico, uti ab Ἀπάμας Ἀπαμεύς, Ὑρίας Ὑριεύς. Eſt item aliud Acmonium nemus, in quo Mars, poſtquam cum Harmonia rem habuiſſet, Amazo-

ſerius περὶ Νεῖλον καὶ περὶ Βῆλον φύεσθαι tradit, quod Ari Colocaſii proprium eſt, quum Colocaſia faba in ipſis amnibus ac paludibus naſcatur. Legendum igitur apud eum in ſequentibus: Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν, τὸ ὑποπεφυκὸς κιβώριον. Hic manifeſte idem facit Colocaſium Arum cum faba Colocaſia. ἡ δὲ περὶ τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυσίατα. Hoc Colocaſiæ fabæ, quæ κιβώριον fert neutiquam congruit, ſed Aro Colocaſio prorſus convenit, cui hanc δύναμιν omnes vindicant.

73 Τὸ δὲ ὑπερπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἰδίαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχων Αἰγυπτίοις.] Totus hic locus, cujus partem commentario præcedente emendavimus, juxta opinionem Salmaſii ita eſt conſtituendus: τὸ δὲ ὑποπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἡδεῖαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχον Αἰγυπτίοις. Non dicit radicem quæ Colocaſium vocabatur in cibos admiſſam ab Ægyptiis, ſed Ciborium edules venas ac fila præbuiſſe. Κιβώριον vocat caulem ipſum, & quicquid ex radice ſurgit, atque aquis ſupereminet. Radix ipſa in fundo Nili eſt, caulis demittitur ac è Nilo cæditur, manditurque, non autem radix avellitur. Sed deinde pro ὄψιν ἰδίαν reſcripſimus, auctoritate Strabonis adducti, ὄψιν ἡδεῖαν, & quid per *jucundum illud ſpectaculum* ſit intelligendum, lib. XVII. explicat, ubi de hac faba Ægyptia ita loquitur. Οἱ κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν τοῖς εὐωχεῖσθαι βουλομένοις. εὐωχοῦνται δὲ ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς, ἐνδύνοντες εἰς τὸ πύκνωμα τῶν κυάμων, καὶ συσκιαζόμενοι τοῖς φύλλοις. ἔστι γὰρ [illegible] μεγάλη, ὡς καὶ ἀντὶ ποτηρίων καὶ τρυβλίων χρῆσθαι. ἔχει γὰρ [illegible] καὶ κοιλότητα ἐπιτηδείαν πρὸς τοῦτο.

74 Τριβομένη δὲ μετὰ τῆς ῥίζης.] Subintellige πόα. Superius enim hac voce bis utitur: πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλησίαν: deinde, καὶ τὴν πεπόρισμένην πόαν. Nunc, Τριβομένη δὲ ἡ πόα μετὰ τῆς ῥίζης. Mendoſe habet cod. Voſſianus: τριβόμενος γὰρ μετὰ τὴν ῥίζαν. Sic aliter etiam Salmaſius in Palat. MS. invenit; ſed alii codices cum vulgata conveniebant.

75 Πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας.] Mendum latet in hiſce verbis: vel legendum eſt, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας, vel πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείας στήλας ut in cod. Voſſ. legitur. Alio loco Stephanus hæc habet. Σάλμυκα, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας. Scylax Caryandenſis periplum ſuum ſic exorditur. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν Λιβύῃ. εἰσὶ δὲ ἀλλήλων καταντικρὺ αἱ Ἡράκλειαι στῆλαι &c.

76 Ὡς ἐροῦμεν ἐν τῷ περὶ Σαλμύνης.] Neque hic locus ſe bene habet, ſine dubio legendum eſt: ὡς ἐροῦμεν ἐν τῷ περὶ Σαλμύκης. Sed de hac re in iſthoc vocabulo nulla omnino fit mentio. Plurimas in hoc tractu Carthaginenſium fuiſſe colonias & emporia, notius eſt, quam quod doceri debeat.

77 Ἀκμόνια πόλις Φρυγίας.] A Ptolemæo lib. v. cap. II. hæc inter magnæ Phrygiæ civitates recenſetur, atque inter Juliopolin & Eumeniam collocatur. Et Plinius lib. v. cap. XXIX. *Acmonenſes* eodem tractu ponit. Ortelius vero ibidem *Acmonienſes* legit.

78 Ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ.] Idem auctor & opus à Stephano allegatur in voce Φαρνακία. Vide Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. I. cap. XXII.

79 Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον.] Hæc verba non ſunt hujus loci, inferius eadem hoc commate ab epitomatore repetuntur. Fortaſſis reſcribendum eſt: ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Ἀκμόνιον λεγομένη.

80 Ἀκμονίτης δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἄκμονος γενικῆς. Ἀκμόνεια, ἀφ' ἧς Ἀκμονειάτης. τοῦτο δέ μοι εἴρηται, ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς.] Hæc partim ſunt confuſa & partim mutila. Ἀκμονίτης profecto non deducitur ab Ἄκμονος γενικῆς, unde melius Ἀκμόνιος deduci poſſet. Deinde hoc loco gentile etiam deberet ὁμοφωνεῖν τῷ κτίστῃ, ut in Ἄισων, Ἄιμων & quam plurimis aliis. Totum hunc Epitomatoris locum ego ſic conſtituerem. Τὸ ἐθνικὸν Ἄκμων. Ἀκμόνιος δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἄκμονος γενικῆς. λέγεται καὶ Ἀκμόνεια, ἀφ' ἧς Ἀκμονειάτης. ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς γίνεται, ὡς Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρεύς.] Male in Voſſiano codice ultima verba ita leguntur, Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρεια.

81 Ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς γίνεται.] De hoc canone fuſius egimus in vocabulo Αἰλία, quo nunc lectorem ablegamus.

82 Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἐφ' οὗ μιγεὶς Ἄρης τῇ Ἁρμονίᾳ, τὰς Ἀμαζόνας ἔσχεν, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ.] Vulgati codices ſcriptis non reſpondent, in quibus hoc modo exaratum eſt. Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἀφ' οὗ μιγεὶς Ἄρης τὰς Ἁρμονίας εἶχεν. Sed veri ſpeciem libri ſcripti non habent, uti colligi poteſt ex loco Apollonii à Stephano citato.

Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε
Νύμφης, ἥτ' Ἄρηϊ φιλοπτολέμους τέκε κούρας
Ἄλσεος Ἀκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα.

ζόνας ἔσχεν, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ. A [83] Ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Ὑάντος πεδίῳ. [84] τὸ ἐθνικὸν ἀμφιδοξεῖται, καὶ Ἀκμονιεὺς, καὶ Ἀκμόνιος.

ἈΚΌΝΑΙ [85], πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας. λέγεται κατὰ περίφρασιν, ὁ οἰκῶν B τὰς Ἀκόνας. τὸ ἐθνικὸν Ἀκονίτης, τὸ θηλυκὸν Ἀκονῖτις. οὕτω γάρ τις νῆσος διαφέρουσα μὲν [86] τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ, κειμένη δὲ καταντικρὺ τῆς εὐδαίμονος πόλεως Χαλκηδό- D νος. ἐπικέκληται δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ πρὸς ἀκόνας πεποιημένων λίθων. [87] λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, [88] ὡς

A zones genuit, ut Apollonius l. II. perhibet. Unde nemus illud nomen habeat dicetur, cum de Dœantis campo loquimur. Gentile duobus modis videtur poſſe efferri, Acmonienſis & Acmonius.

ACONÆ, oppidulum prope Hera- B cleam. Per circumlocutionem oppidanus dicitur, qui Aconas incolit. Gentile Aconites, fœmininum Aconitis. Nam hoc nomine inſula quædam eſt eximia apud celeberrimum patricium & ſapientiſſimum magiſtrum Petrum, quæ è regione Chalcedonis urbis D opulentæ ſita eſt, nomen habens ex eo quod multi ibi lapides naſcantur, ex quibus Ἀκόναι, id eſt, cotes parantur. Appellatur etiam aconitum medicamentum venenoſum, de

Ad hæc verba ita ſcribit Scholiaſtes. Ἁρμονία, νυμφὴ Ναΐς. ἐξ [ſic lego] ἧς καὶ Ἄρεος Ἀμάζονας εἶναι φησὶ Φερεκύδης. Et mox hæc ſequuntur: οὐδέποτε ἄλσος Ἀκμόνιον ἐδήλωσεν Ἐιρηναῖος. ἔστι δὲ περὶ Θερμώδοντα, μέμνηται αὐτοῦ Φερεκύδης ἐν β'. Ex hoc Scholiaſtæ loco manifeſte ſatis apparet, illa Epitomatoris verba, ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης, uti antea diximus, ibi nihil ad rem facere, cum idem illud ſit Acmonium, de quo nunc loquitur, uti teſtimonio Pherecydæ ſatis comprobavit.

83 Ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Ὑάντος πεδίῳ.] Salmaſius in ſchedis Palatinis invenit: ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Δρύαντος πεδίου. Codex Voſſianus mihi exhibuit: ἐν τῷ περὶ δὲ Ὑάντος πεδίων. Hic locus itaque in editis & manu exaratis libris profligatiſſime eſt corruptus, ut ante me obſervavit doctiſſimus Xylander, qui in præfatione ad lectorem in ſuam Stephani editionem, varia Epitomatoris loca enumerans, inter alia etiam hunc allegat, de quo conqueritur Epitomatorem lectorem amandare ad Ὑάντος πεδίον, quo ſi ſe ipſum convertat, nihil prorſus eorum quæ promittuntur, ac ne rei quidem umbram inventurum. Sed mirum eſt ipſi hunc locum de mendo non fuiſſe ſuſpectum, cum ex fabulæ narratione certo certius conjici poſſit, Stephanum de hujuſmodi, campo, qui præterea in rerum natura non exſtat, nunquam mentionem feciſſe. Hic locus ergo ita ſanari debet: ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Δοίαντος πεδίου. Stephani verba in hac voce ita ex libris MSS ſunt legenda. Δοίαντος, πεδίον Φρυγίας. Ἄκμονα γὰρ καὶ Δοίαντα φασὶν ἀδελφοὺς, ἀφ' ὧν τὸ Δοιάντιον, καὶ Ἀκμόνιον ἄλσος. Jam manifeſte liquet, Epitomatorem, licet alio lectorem rejecerit, eum tamen inanem non dimiſiſſe.

84 Τὸ ἐθνικὸν ἀμφιδοξεῖται, καὶ Ἀκμονιεὺς, καὶ Ἀκμόνιος.] Præter duo hæc gentilia, alia inſuper duo de hac urbe commodiſſime juxta Stephani canonem formari & deduci poſſent: nam ab Ἀκμόνεια (ita enim etiam illud oppidi nomen ſcribitur) fit Ἀκμονειάτης. Præterea conditori nomen fuit Ἄκμων, quod ſæpiſſime pro gentili uſurpatur, uti præſertim in Αἱμονία obſervare licet. Αἱμονία, ἡ Θετταλία, ἀπὸ Αἵμονος. Αἵμων οὖν καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἄυσων, καὶ Ἀρκὰς καὶ Μαίων, καὶ Ἴων. Et infra in eadem ſectione inquit. λέγεται καὶ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἱμόνιος, καὶ Αἵμονες εἰσιν. Illa autem gentilium differentia etiam cerni poteſt in vocabulis Ἄισων, Ἄυσων, & aliis locis quam plurimis. Similiter ab Ἀκμόνια gentilia derivari poſſunt Ἄκμων, quod eodem modo ſonat ut conditoris nomen, Ἀκμόνιος, Ἀκμονειάτης, & Ἀκμονιεύς. Quod ſi de ultimo gentili non ſit dubitandum, in mendi ſuſpicionem veniunt codices Ciceronis, qui in oratione pro L. Flacco aliquoties ACMONENSIS legunt. *Citat Præco voce maxima legatos Acmonenſes. Idem laudationem, quam nos ab Acmonenſibus Flacco datam proferebamus, falſam eſſe dicebat.* Ciceronem loqui de hac Phrygiæ civitate omnino ambigi non poſſet, ita enim ille in eadem oratione. *Hic ego, judices, ſi vos Acmonenſium decretis, ſi cæterorum Phrygum literis permoveri putarem, vociferarer, &, quantum maxime poſſem, contenderem.* Hinc aperte liquet Ciceronem Phrygiæ Acmoniam intelligere: ſed hinc ille error, quod imperiti librarii exiſtimarunt urbis nomen *Acmona*, non vero *Acmonia* dici; & an non eundem errorem erraverit Gruterus vehementer me dubitare facit tertius index poſt illam editionem, quam notis ſuis auxit, nam ibi hoc modo excuſum eſt: *Acmona, civitas Phrygiæ.* Aſt multo fœdiori mendo conſpurcatæ ſunt editiones Victorii, Pauli Manutii, & Caroli Stephani in quibus legitur *Æmonenſis*, & aliis caſibus & numero *Æmonenſeis*, *Æmonenſium* &c. Neque aliter edi curavit Gabriel Faërnus qui ex operibus Ciceronis ſolam orationem pro Flacco recenſuit & notis illuſtravit. Deduci poſſet illud gentile ab Æmonia vel Αἱμονία cujus gentile eſt Αἵμων. Stephanus in iſthac voce. λέγεται καὶ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἱμόνιος. καὶ Αἵμονες εἰσί. Sed *Æmonia* & inde gentile *Æmonenſis* nihil ad rem faciunt, cum illud antiquum Theſſaliæ, atque hoc Theſſalorum nomen ſit, & Cicero non de Theſſalia, ſed de quodam Phrygiæ oppido loquatur. Idem mendum occurrit etiam apud Plinium. Vide comment. 77. Niſi prævaleat authoritas hujus nummi quem nuper vulgarunt Patinus & Spanhemius, in quo excuſum eſt ΑΚΜΟΝΕΩΝ, unde in caſu recto contra Stephani canonem Ἀκμονεὺς deducitur.

85 Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας.] Recte inquit, prope Heracleam: nam inter doctos [illegible] eſt, an Aconæ non fuerint portus Heracleæ. Solinus cap. XLIII. *Sagaris fluvius ortus in Phrygia, dictuſque à pleriſque Sangarius, exordium facit Maryandini ſinus, in quo oppidum Heraclea adpoſitum Lyco flumini: & Acone portus, qui proventu malorum graminum uſque eo celebris eſt, ut noxias herbas aconita illinc nominemus.* Strabo lib. XII. teſtatur Heracleam portum habuiſſe commodum. Ἡ μὲν οὖν Ἡράκλεια πόλις ἐστὶν εὐλίμενος. Vide & Athenæum libro tertio cujus locum mox producam. Ammianus Marcellinus: *Ultra hæc loca Acheruſius ſpecus eſt, quod accolæ μυχοπόντιον appellant, & portus Aconæ.*

86 Τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ.] Xylander in ſuo indice diſtinguit inter Patricium, & magiſtrum Petrum, cum tamen hæc nomina tanquam tituli honoris & dignitatis, non ſint ſeparanda, ſed τῷ Πέτρῳ tribuenda. Haud abſimili modo legimus apud Photium in Olympiodoro. Ἡλίων δὲ ὁ μάγιστρος καὶ πατρίκιος, καταλαβὼν τὴν Ῥώμην. *Helion vero patricius & magiſter Romam invaſit.* Adeo ut quis ſimul magiſtri & patricii titulo inſigniri poterat. Sed rectius Stephanus patriciam dignitatem magiſterio præpoſuit.

87 Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον.] In Aldina & Florentina peſſime excuſum eſt: λέγεται καὶ ἀκόνιον δηλητήριον

[88] ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν. A ὅτι τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον, [89] μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου. [90] κληθῆναι δέ φασι, διὰ τὸ προφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ Ἡράκλειαν.

de quo Athenæus lib. III. Deipnoſophiſtarum perhibet, rutam edentes ex venenato poculo nihil mali pati. Idem illud ſic appellari ſcribit, quia naſcitur in Aconis: ita enim locus quidam, Heracleæ vicinus, nuncupatur.

ἈΚΟΝΤΙΟΝ [91], πόλις Ἀρκαδίας, B ἀπὸ Ἀκοντίου τοῦ Λυκάονος. ἔστι καὶ ἑτέρα Εὐβοίας, ὡς Ξενογόρας, καὶ Ἀνδροτίων ὀγδόῃ. [92] τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεύς, ὡς Δολιχιεύς. Σουνιεύς. καὶ Ἀκόντιος, ὡς Βυζάντιος. καὶ Ἀνακτόριος.

ACONTIUM, urbs Arcadiæ, quæ ab Acontio Lycaonis filio nomen accepit. Eſt & alia Eubœæ, uti teſtantur Xenagoras & Androtio lib. VIII. Gentile Acontienſis, uti Dulichienſis, Sunienſis: & Acontius, quemadmodum Byzantius & Anactorius.

C ἈΚΟΥΤΕΙΑ [93], πόλις Ἰβηρίας, καθὰ Στράβων ἐν τῷ τρίτῳ. [94] τὸ ἐθνικὸν Ἀκουτανοί, ὡς αὐτός. ἔοικε δὲ τὸ ι κατὰ πλεονασμὸν ἔχειν.

ACUTIA, oppidum Iberiæ, auctore Strabone libro III. Gentile, Acutani, ut idem perhibet. Videtur autem illud I per pleonaſmum habere.

ἌΚΡΑ [95], Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὑδροῦσα λεγομένη. δευτέρα, ἔστι καὶ ἑτέρα ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. [96] τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα, Εὐβοίας.

D ACRA, urbs Japygiæ, quibuſdam Hydruſa dicta. Secunda eſt & altera in ſeſe habens portum Brundiſium. Eſt etiam in Italia. Tertia Syracuſanorum eſt opus, Eubœæ.

τήριον φάρμακον. Proprie enim *ἀκόνιον* coticulam ſive cotem denotat. Sed hæc vox apud Dioſcoridem lib. V. aliam ſignificationem habet. *Γίνεται δὲ καὶ κολλύρια ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀκόνια πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς πάθη ἐπιτήδεια.* Videtur hoc loco eſſe medicamentum, quo oculorum vitia curari & tolli poſſunt.

88 *Ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν.*] In ſcriptis codicibus libri numerus deeſt, legiturque hunc in modum: *ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ Δειπνοσοφιστῶν.* Locus tamen eodem libro apud Athenæum exſtat, ad quem locum Caſaubonus Stephani citat verba, quæ ipſi ita videntur conſtituenda. *Λέγεται δὲ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ἱστορῶν τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον, μηδὲν πάσχοντος ἐκ τοῦ κωνείου.* Non puto tamen hunc locum ita debere aut poſſe emendari: nam quo referendum ſit illud *μηδὲν πάσχοντος* non video; fortaſſis typothetarum *σφάλμα* irrepſit, & pro eo vir doctiſſimus voluit *μηδὲν πάσχοντας*, quod tollerari poſſet: cum tamen vulgata lectio nihil contineat quod ſit culpandum.

89 *Μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου.*] Certo certius poſt hæc verba, quædam exciderunt: nam in allegatis ex Athenæo verbis neceſſario fieri debet mentio de Aconito. Hic erat Stephani ſcopus, Athenæi locum de Aconito producere, uti liquet ex præcedentibus. Hic locus itaque ex eo ſic eſt ſupplendus. *Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ἱστορῶν τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον, μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου ἢ τοῦ ἀκονίτου.*

90 *Κληθῆναι δέ φασι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ* &c.] In Voſſiano MS. legitur, exigua mutatione, *διὰ τὸ προφύεσθαι ἐν τόπῳ.* Locus ita videtur refingendus: *κληθῆναι δέ φησι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ* &c. Nam refert hoc Athenæus, vel potius Athenæus ex Theopompo, qui libro XXXVIII. Hiſtoriæ ſuæ narrat, Clearchum tyrannum per vim multos palam necaviſſe, & quam plurimos venenata potione per inſidias è medio ſuſtuliſſe: cum vero innotuiſſet omnibus propinandi hujus veneni amoris ſpecie ſævus tyranni mos, priuſquam ex ædibus progrederentur, eſu rutæ ſibi caviſſe, cujus præſidio nihil læduntur, vel qui aconitum biberint. Et denique ſubjungit Athenæus: *ὃ κληθῆναί φησι διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν.* Sed Etymologici Magni auctor Aconitum in montibus Aconæis in Mariandynorum finibus naſci affirmat, cujus verba, quia corrupta ſunt, emendata adjiciam. *Ἀκόνιτον, βοτάνη δηλητηριώδης. ὅτι ἐν τοῖς Ἀκοναίοις ὄρεσι τῆς Μαριανδυνίας φύεται.* Procul dubio hæc hauſit ex Nicandro, qui de Aconito ita ſcribit.

Ἴδης ἐν κνημοῖσι, Φαλακραίῃς ἐνὶ βήσσῃς
Πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμορον, ἐν δ' Ἀκοναίοις
Τῆλε λίην Ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρογκοῖς.

Hoc eſt, vertente Salmaſio:

Sæpe Phalacræis nemoroſæ in vallibus Idæ
Thelyphonum invenias, & Cammoron: Aſt Aconarum
Per tetricas cautes nigra longe Aconita leguntur.

91 *Ἀκόντιον, πόλις Ἀρκαδίας.*] Hujus oppidi mentionem facit Pauſanias in Arcadicis, ſive lib. VIII.

92 *Τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεύς, ὡς Δολιχιεύς, Σουνιεύς.*] Ita legunt MSS, & omnes vulgati codices, ſed mendoſe, reponendum eſt: *τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεύς, ὡς Δουλιχιεύς, Σουνιεύς.*

93 *Ἀκούτεια, πόλις Ἰβηρίας, καθὰ Στράβων ἐν τῷ τρίτῳ.*] Fruſtra apud Strabonem *Ἀκούτειαν* quæres: *Ἀκοντίαν* invenies apud Geographum libro citato. *Καρπητανοί τε μετὰ τούτους πρὸς ἄρκτους, εἶτα Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, δι' ὧν ὁ Δουρίας ῥεῖ, κατ' Ἀκοντίαν πόλιν τῶν Οὐακκαίων ἔχων διάβασιν.* *Ab his verſus ſeptentrionem ſunt Carpetani, deinde Vettones & Vaccæi, per quos Durias fluit, urbem Vaccæorum Acontiam perlabens.* Sed merito quis ſuſpicetur, inquit Caſaubonus ad hunc locum, legendum apud Strabonem *Ἀκούτειαν.*

94 *Τὸ ἐθνικὸν Ἀκουτανοί, ὡς αὐτός.*] Facillimè obſervari poteſt reſcribendum eſſe: *τὸ ἐθνικὸν Ἀκουϊτανοί.* nam mox ſubjicit Epitomator, *ἔοικε δὲ τὸ ι κατὰ πλεονασμὸν ἔχειν.* Verum hujuſmodi gentile mihi ab hoc oppido non videtur poſſe formari. Imo mirum eſt, inquit Caſaubonus, *Ἀκουϊτανοὺς* apud noſtrum ab iſta urbe dici: cum ille perpetuo ſic appellet Aquitanos, gentem quamvis *τοῖς Ἴβηρσι προσεμφερῆ*, tamen in Gallia ſitam.

95 *Ἄκρα, Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὑδροῦσα λεγομένη. δευτέρα ἔστι καὶ ἑτέρα ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα*, &c.] Hic locus in ſcriptis & editis exemplaribus profligatiſſime depravatus circumfertur, adeo ut neque ſana ſit noſtra interpretatio, quam ei affinximus: Et ut optime obſervat Cluverius, hæc verba, præterquam quod ipſius auctoris erroribus conſperſa, miſere etiam partim luxata, & partim mutilata ſunt. *Ἄκραν Ἰαπυγίαν* in Italia intellexit: in eo an oppidum fuiſſe, aut quid tandem dicere voluerit, aut qua ratione Hydruntum Brundiſiumque urbes ei admiſcuerit, plane non liquet: niſi quod Japygiæ peninſulæ duæ præcipuæ fuere urbes, quarum altera Hydruſa, altera Brundiſium dicebantur; quarum hæc etiam portu fuit inſigni nobilis, ut ipſe teſtatur in voce *Βρεντήσιον*. Reliqua ex parte ita poſſent reſtitui. *Ἔστι καὶ δευτέρα ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη ἐν Σικελίᾳ Συρακουσίων κτίσμα. τετάρτη . . . πέμπτη Εὐβοίας. Ἕκτη Σκυθίας. Ἑβδόμη Κύπρου. ὀγδόη Ἀκαρνανίας.*

96 *Τρίτη ἐστὶ καὶ Συρακουσίων κτίσμα.*] Jam reſcripſimus: *τρίτη ἐν Σικελίᾳ Συρακουσίων κτίσμα.* Sed hanc Siciliæ civitatem, uti idem vir doctus obſervat, non ſingularis, ut

reliquæ

ϐοίας. [97] ἕκ]η Σκυθίας. ἑϐδόμη Κύπρȣ. A [98] ὀγδόη Ἀκαρνανίας. [99] τὸ θηλυκὸν Ἀκραία. καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἀκραῖος. ἐννάτη ἐστὶν Ἄκρα, ὑπὲρ Ἀντιόχειαν, τὴν περὶ τὴν Δάφνην. [1] Ἀκραῖται δ᾽ οἱ ἐξ αὐτῆς ἐκαλȣ̃ντο. δεκάτη ἐστὶ δὲ [2] πέραν τȣ̃ Τίγρητος Ἄκρα. Ἀῤῥιανὸς B ἑκκαιδεκάτῃ.

bœæ. Sexta Schytiæ: ſeptima Cypri: octavo Acarnaniæ. Fœmininum Acræa, & gentile Acræus. Nona, Acra ſupra Antiochiam circa Daphnen ſita eſt: cives inde Acraïtæ appellabantur. Decima, Acra trans Tigrim eſt condita, cujus Arrianus lib. XVI. meminit.

ἈΚΡΑΓΑΝΤΕΣ [3], πόλεις πέντε. Σικελίας, [4] ἀπὸ ποταμȣ̃ παραῤῥέοντος. [5] φησὶ γὰρ Δȣ̃ρις, ὅτι αἱ πλεῖσαι τῶν Σικελῶν πόλεων, ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, Συρακȣ́σαις, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινȣ̃ντα, καὶ Φοινικȣ̃ντα, καὶ Ἐρύκην, [6] καὶ Κάμικον, [7] Ἀλυκόν τε καὶ Θέρμον, καὶ Καμαρῖναν) ὡς καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. οἱ δὲ ἀπὸ Ἀκράγαντος τȣ̃ Διὸς, καὶ Ἀστερόπης τῆς Ὠκεανȣ̃. ἔστι καὶ Θρᾴκης, καὶ Εὐϐοίας, καὶ Κύπρȣ, D καὶ Αἰτωλίας. Πολύϐιος δὲ, τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομάσθαι Ἀκράγης, διὰ τὸ εὔγεον. τὸ ἐθνικὸν Ἀκραγαντῖνος, ὡς Ἰχανῖνος, Ταραντῖνος, ὥς φησιν Ἡρωδιανός. E

ACRAGANTES, urbes ſunt quinque; quarum una Siciliæ, quæ à flumine prælabente nomen habet. Ait quippe Duris, pleraſque Sicularum urbium ab amnibus nomina accepiſſe: Syracuſas ſcilicet, Gelam, Himeram, Selinuntem, Phœnicuntem, Erycen, Camicum, Halycum, Thermum, & Camarinam, & ſimiliter etiam in Italia fit. Alii vero dictam exiſtimant ab Acragante, Jovis & Asteropes, Oceani filiæ, filio. Eſt & alia Thraciæ, & Eubœæ, & Cypri & Ætoliæ. Polybius vero perhibet fluvium & urbem à regione Acrage, propter terræ fertilitatem, nomen obtinuiſſe. Gentile Agrigentinus, uti Ichaninus, Tarentinus, quemadmodum Herodianus tradit.

ἈΚΡΑΙ- ACRAI-

reliquæ per terrarum orbem urbes, ſed pluralis numeri habuiſſe nomen Ἄκραι, teſtes ſunt auctores Græci & Latini, quotquot ejus meminerunt. Conditas fuiſſe à Syracuſanis Acras teſtis eſt Thucydides lib. VI. his verbis. Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακȣσίων ᾠκίσθησαν. Ἄκραι μὲν ἑϐδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακȣ́σας. Κάσμεναι δὲ ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας. Hoc eſt: *Acra & Caſmenæ à Syracuſanis ſunt conditæ: & quidem Acræ* LXX. *annis poſt Syracuſas; Caſmenæ vero prope* XX. *annis poſt Acras.* Cluverius *Acras* fuiſſe ſtatuit apud Cœnobium, quod inter duo oppida, quibus vulgaria vocabula *Noto* & *Avula*, vulgo incolis dicitur *Santa Maria d'Arcia*: quod & ipſum antiqui *Acrarum* nominis veſtigia ſervare videtur. Edito in loco ſitas fuiſſe *Acras*; unde etiam haud dubie nomen eis quæſitum; teſtatur Silius lib. XIV. hiſce verbis:

Non Thapſos, non tumulis glacialibus Acræ
Defuerunt.

97 Ἕκ]η Σκυθίας.] Puto eundem eſſe locum, quem Ptolemæus lib. III. cap. V. in Sarmatia Europæa collocat, poſt Iſthmum qui juxta Carcinitum fluvium eſt.

98 Ὀγδόη Ἀκαρνανίας.] Hujus meminit Polybius lib. V.

99 Τὸ θηλυκὸν Ἀκραία, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραῖος.] Hæc ita videntur tranſponenda. τὸ ἐθνικὸν Ἀκραῖος, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκραία.

1 Ἀκραῖται δὲ, οἱ ἐξ αὐτῆς ἐκαλȣ̃ντο.] Salmaſius ad oram ſui codicis variis modis illud gentile formavit: Ἀκραῖται κατὰ συγκοπὴν pro Ἀκραιῶται. De illo tamen poſtea videtur dubitare, ſcribens ἐθνικὸν efferendum, Ἀκρεῖται uti Παλεῖται. Verum denique addit, ſe in antiquo MS Palatino inveniſſe Ἀκρaῖται, & in alio, ut exhibent vulgati codices, Ἀκραῖται.

2 Πέραν τȣ̃ Τίγρητος.] Palatini manu exarati codices habent, πέραν τȣ̃ Πίγρητος, & ita etiam mihi Voſſianus cod. exhibuit. Duplicem hanc ſcripturam agnoſcit Euſtathius ad Dionyſium pag. 124. cujus verba hunc in modum ſunt conſtituenda. Ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν μετὰ τȣ̃ Π γράφȣσι. καὶ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ παρά τε τȣ̃ Ἰȣλιανȣ̃, καὶ παρὰ τȣ̃ Ἀῤῥιανȣ̃ δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρȣ. πολλὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἔχȣσιν ὅτω. τῶν ποταμῶν τȣ̃ Εὐφράτȣ καὶ τȣ̃ Τίγρητος, οἳ τὴν μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν ἀπείργȣσιν. ὅθεν καὶ Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κλήζεται ὁ Πίγρης, καὶ ταπεινότερός ἐστι τȣ̃ Εὐφράτȣ. Locus Arriani exſtat lib. VII. §. 7.

3 Ἀκράγας.] Acragas Græcis, Latinis vero hæc urbs *Agrigentum* dicitur. Plinius, lib. III, cap. VIII: *Oppidum Acragas; quod Agrigentum noſtri* dixêre. Vulgo nunc vocatur *Gergenti*, & variantibus, more incolarum, vocalibus *Girgenti*, ac *Giorgenti* etiam dicitur. De ortu hujus urbis vide Thucyd. lib. VI. Marcianum Heracleenſem in Περίπλῳ: Et Polybium lib. IX. Sed opulentiam ſimul & luxum Agrigentinorum eorumque urbis magnificentiam pluribus deſcribit verbis Diodorus Siculus lib. XIII, quæ huc transſcripſiſſe nimis longum foret. Cicero in Verrem lib. IV, nonnulla iſtius urbis templa & ſimulacra recenſet, quorum hodie permultæ reperiuntur reliquiæ. Sed ſingularum ad hanc urbem fabricarum ſitus atque monumenta cui cognoſcere libeat, is adeat hujus urbis deſcriptionem, quam doctiſſimus Fazellus rerum ſuarum Sicular. decad. I, lib. V, cap. I, inſeruit accuratiſſimam. Cœterum urbs hæc tam magna, tam potens, tamque magnifica à Carthaginenſibus expugnata ſimul & direpta dirutaque fuit, uti Diodorus prædicto lib. refert.

4 Ἀπὸ ποταμȣ̃ παραῤῥέοντος.] Pindarus Olympiorum odâ II, dulciſſimo carmine idem tradit, cum inquit.

Κάμοντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
Ποταμȣ̃. Σικελίας τ᾽ ἔσαν
Ὀφθαλμός. αἰὼν τ᾽ ἔφε-
πε μόρσιμος, πλȣ̃τόν
τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ᾽ ἀρεταῖς.

Ad hæc ita Scholia. Ἀρίσαρχος τὴν πόλιν οἴκημα ποταμȣ̃ προσηγορεῦσθαί φησι, διὰ τὸ ὁμώνυμον εἶναι τȣ̃ ποταμȣ̃ Ἀκράγαντι. τὴν γὰρ ὀνομασίαν ἡ πόλις ἀπὸ τȣ̃ ποταμȣ̃ ἔχει. Hoc eſt: *Ariſtarchus ait, urbem (ſcilicet Agrigentum) ideo dici habitaculum fluvii, quod ejuſdem ſit cum fluvio Acragante nominis: Cognomentum quippe urbs à fluvio accepit.* Vide etiam Ælianum Variar. hiſtor. lib. II, cap. XXXIII.

5 Φησὶ γὰρ Δȣ̃ρις.] De hoc ſcriptore ejuſque ſcriptis vide Voſſ. de Hiſt. Græc. I. cap. XV. Meminit Stephanus alterius cujuſdam Duridis, qui in cataclyſmum Epheſi epigramma compoſuit. Vide in voce Ἔφεσος.

6 Καὶ Κάμικον.] Sic editio habet Aldina & Baſileenſis: Aſt in Florentina mendoſe, καὶ Κάμινον excuſum eſt.

7 Ἀλυκόν.] Puto Epitomatorem ex Duride errare, qui urbem Halycum ad amnem ejuſdem nominis ponit: nulla enim hoc nomine urbs aut Græcis aut Latinis ſcriptoribus ad hunc fluvium, qui nunc vulgo *Platani* dicitur, memoratur. Cenſeo hanc debere intelligi, quam alio loco Epitomator Ἀλικύας nominat, & inter Lilybæum & Entellam collocat. Ἀλικύαι, πόλις Σικελίας. Θεόπομπος. μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυϐαίȣ.

ἈΚΡΑΙΦΙΆ[8], πόλις Βοιωτίας. οἱ δὲ, Ἀκραίφιον. [9] Παυσανίας δὲ Ἀκραίφνιον, καὶ οὐδετέρως. ἦν δ' ἀπὸ Ἀθάμαντος κτισθεῖσα, ἢ ἀπὸ Ἀκραιφέως τοῦ Ἀπόλλωνος. [10] καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου παιδὸς αὐτοῦ καὶ Εὐξίππης. [11] ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπιφανεὶς ὁ κάπρος ἐπτόησε. τὸ ἐθνικὸν Ἀκραιφιαῖος, καὶ Ἀκραίφιος. οὕτω γὰρ Ἀπόλλων τιμᾶται, καὶ Ἀκραιφιάς, ὡς Σουνιεύς, Σουνιάς. καὶ Ἀκραιφὶς λίμνη. Ἔφορος δὲ καὶ Ἀκραιφνίους καὶ Ἀκραιφνεώτας. Θεόπομπος δὲ, τὰ Ἀκραίφνια φησι. τὸ ἐθνικὸν Ἀκραιφνιεύς.

A
B
C

ACRÆPHIA, urbs Bœotiæ, quam alii Acrephium appellant; aſt Pauſanias Acrephnium & genere neutro. Erat autem ab Athamante, ſive ab Acræpheo Apollinis filio condita. Et monti ajunt nomen datum à Ptoo ejus filio, quem ex Euxippe genuit: vel quod Latonam cupientem ibi parere aper interveniens ἐπτόησε, id eſt, pavore perculit. Gentile Acræphiæus, & Acræphius: hoc enim titulo Apollo colitur: dicitur & Acræphias, uti Sunieus Sunias, & Acræphis palus. Ephorus vero & Acræphnios & Acræphneotas agnoſcit. Theopompus urbem Acræphnia plurali numero appellat, & gentile Acræphnienſis.

ἌΚΡΙΛΛΑ[12], πόλις Σικελίας οὐ πόρρω Συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος, ὡς Ἄγυλλα Ἀγυλλαῖος.

ACRILLA, urbs Siciliæ non procul à Syracuſis. Gentile Acrillæus, quemadmodum Agylla Agyllæus.

ἈΚΡΌΘΥΝΟΙ[13], πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος, καὶ Ἀκροθυνίτης. [14] ἔστι δὲ παρὰ τὸ Κρῶς. [15] πόλις δέ ἐστιν Ἀράβων. τὸ ἐθνικὸν Κρωΐτης. νόμος διὰ τοῦ ω. D

ACROTHYNI, urbs in cacumine Athonis ſita. Gentile Acrothynus & Acrothynites: eodem modo derivatur quemadmodum à Crôs, quæ Arabum civitas eſt. Gentile Croïtes, & præfectura cum Omega effertur.

ἈΚΡΟΚΌΡΙΝΘΟΣ[16], ἀρρενικόν. οἱ κατοικοῦντες Ἀκροκορίνθιοι. λέγεται δὲ καὶ Κορίνθιος, ἁπλῶς. E

ACROCORINTHUS, maſculini generis eſt. Incolæ Acrocorinthii appellantur. Sed ſimpliciter etiam Corinthius dicitur.

ἈΚΡΟ- ACRO-

8 Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας.] Variis modis hoc oppidi nomen ab auctoribus exaratur, & ejus uſus admodum eſt inconſtans, nunc enim ſingulari, nunc plurali numero effertur ab uno eodem auctore: apud Strabonem lib. IX. in Bœotiæ deſcriptione altero loco habemus Ἀκραιφίαι, & altero Ἀκραίφιον, ubi etiam accurate illius ſitum declarat. Ὑπέρκειται δὲ τὸ Πτῶον, τοῦ Τηνερικοῦ πεδίου καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς Ἀκραιφίῳ. Θηβαίων δ' ἦν τό τε μαντεῖον καὶ τὸ ὄρος· τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. Verum quia in ſecunda ſyllaba ubique cum diphthongo hujus oppidi nomen ſcribitur, Ptolemæus erit emendandus, qui lib. III. cap. XV. habet malè Ἀκρίφια, & non Ἀκραιφία. Livius lib. XXXIII. cap. XV. etiam habet *Acræphia. Plurimi pedites circa Copaidem paludem inventi: ibi ex limo eruta, extractaque ex ſtagno cadavera, ſaxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa: multa facinora Acræphiæ & Coroneæ facta inveniebantur.*

9 Παυσανίας δὲ Ἀκραίφνιον οὐδετέρως.] Locus eſt in Bœoticis lib. IX. eandemque ſcripturam agnoſcunt hodierni Pauſaniæ codices, neque aliter apud Suidam reperies. In Aldina & Florentina edit. urbis nomen deeſt, legiturque in illis hoc modo: Παυσανίας δὲ καὶ οὐδετέρως.

10 Καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου.] Urbs Acræphia in monte Ptoo ſita ab Acræpheo Apollinis filio nomen accepit: mons vero à Ptoo ſic appellatur, qui ſecundum noſtrum filius etiam eſt Apollinis, ſed quem ex Euxippe genuit. Aliud ſentit Pauſanias lib. IX. jam citato. Προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν δεξιᾷ πέντε που καὶ δέκα σταδίους, τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι τοῦ Πτώου τὸ ἱερόν. εἶναι δὲ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον, ἀφ' οὗ τῷ τε Ἀπόλλωνι ἐπίκλησις καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὡς Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκε. *Progreſſus ſtadia ferme* XV *ab urbe ad dexteram Apollinis Ptoi templum videas. Athamantis & Themiſtûs filius fuit Ptous: ab eo Apollini cognomen, & monti nomen datum, uti Aſius verſibus prodidit.* Cum Pauſania etiam convenit Apollod. lib. I. qui refert Athamantem Themiſtum Hypſei filiam uxorem habuiſſe, ex qua Leuconem, Erythroem, Schœneum & Ptoum genuit.

11 Ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπιφανεὶς ὁ κάπρος ἐπτόησεν.] Sic edidit Xylander, ſed priores editiones habent. Ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπιφανεὶς ἐπτόησε. Ita etiam nobis codex Voſſian. & Salmaſio Palatini exhibuerunt, cui ſcriptioni unicam tantum deeſſe ſyllabam in margine ſui libri affirmat, & locum hoc modo emendandum. Ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν κάπρος ἐπιφανεὶς ἐπτόησε.

12 Ἄκριλλα, πόλις Σικελίας.] Hujus oppidi meminit Livius lib. XXIV. cap. XXXV. & Plutarchus in Marcello. Vide Cluverium lib. II. Sicil. antiq.

13 Ἀκρόθυνοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος καὶ Ἀκροθυνίτης.] Hic locus Salmaſio ad Solinum depravatus videbatur, quem ita ibi in integrum reſtituit. Ἀκροάθωοι πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκροάθωος καὶ Ἀκροαθωίτης. Primo intuitu commodiſſime hunc locum tali modo mihi videbatur redintegraſſe vir ſummus, præſertim partes compoſiti conſideranti: nam apud Melam habemus lib. II. cap. II. *Ima ejus tenent parvæ Pelaſgorum coloniæ. In ſummo fuit oppidum Acroathon, in quo, ut ferunt, dimidio longior quam in aliis terris ætas habitantium erat.* Verum ſi codicum MSS ſcripturam recte conſideremus nobis hærebit aqua, an non præſtiterit ex iis Ἀκρόθωοι reſtituiſſe, nam nullum ex Græcis ſcriptoribus Salmaſius exemplum produxit, quibus oppidi nomen Ἀκροάθωοι dicitur. Ipſe in Palatinis ſchedis & nos in Voſſianis ita legebamus: Ἀκρόθωοι πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθωος, καὶ Ἀκροθωίτης. Hanc antiquam fuiſſe ſcripturam etiam colligitur ex prioribus editionibus, in quibus ultimum gentile ſatis ſanum occurrit: τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος, καὶ Ἀκροθωίτης. Præterea codices Thucyd. aliam lectionem non agnoſcunt, lib. V. reperitur. Τὰς δὲ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλεωνὰς καὶ Ἀκροθώους &c. ubi ſecundum Salmaſii opinionem manifeſtum irrepſiſſet mendum, quod tamen alii non exiſtimant, neque etiam puto.

14 Ἔστι δὲ παρὰ τὸ Κρῶς.] Ut planior ſit ſenſus, videtur legendum: Ἔστι δὲ ὡς παρὰ τὸ Κρῶς.

15 Πόλις ἐστὶν Ἀράβων.] Non conſtat ſibi Epitomator, nam alio loco urbem Ægyptiam facit. Κρῶς, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας. ὁ πολίτης Κρωΐτης. καὶ νομὸς Κρωΐτης. ἔστι καὶ Κρωῒς Ἀράβων πόλις. De hoc oppido & præfectura ſuo loco agemus.

16 Ἀκροκόρινθος, ἀρρενικόν.] Satis hoc exemplum haberet ponderis ad probandum nos tantum habere epitomen hujus operis: adeoque non puto ita Stephanum, ſed Epitomatorem ſcripſiſſe: hæc enim ſi à Stephani manu eſſent profecta, non tam conciſa & arida fuiſſent, uti manifeſte apparebit, ſi hæc conferas cum ejuſdem & ſimilis argumenti locis: Verboſior eſt in Ἄρειος πάγος, in Βενναμίαι, Κα-

A Ἀκροκύλεια [17], κεῖται ἐν τῷ κ.

Ἀκρόπολις, [18] πόλις Λιβύης. ἔστι δὲ καὶ Αἰτωλίας. ὁ πολίτης Ἀκροπολίτης, δύναται καὶ Ἀκροπολιεύς, ὡς Τετραπολιεύς.

Ἀκρώρεια [19], ἄκρον ὄρους. ἐν ᾧ οἱ οἰκοῦντες, Ἀκρωρεῖται. [20] B οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο. ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις, Ἀκρωρείτης. παρὰ δὲ Μεταποντίνοις, Ἔριφος. Ἀπολλόδωρός φησιν.

Ἀκρώρειοι, πόλις Τριφυλίας. C [21] τὸ ἐθνικὸν, ὁμόφωνον.

Ἀκτή, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, [22] ἀπὸ Ἀκταίου τινός. ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε, καὶ τοὺς λαούς. [23] Ἀπολλόδωρος D δὲ τἀναντία φησίν. οὕτω γὰρ ἐκλήθη, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθήκειν εἰς θάλασσαν. τριγώνου γὰρ οὔσης, αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχά-

ACROCYLEA, de eo in litera K dicetur.

ACROPOLIS, oppidum Libyæ & item Ætoliæ. Oppidanus inde Acropolita. Poſſet etiam Acropolienſis dici, uti Tetrapolienſis.

ACRORIA, ſumma pars montis; qui autem in ea parte habitant Acroritæ dicuntur: iſthac etiam appellatione apud Sicyonios Bacchus honorabatur: vocabatur autem apud Sicyonios Acrorita, apud Metapontinos Eriphius, ut Apollodorus perhibet.

ACROREI, urbs Triphuliæ, cujus gentile eodem nomine nuncupatur.

ACTA, hoc modo Attica ab Actæo quodam appellabatur. Erat autem ille vir indigena, auctore Phavorino, qui ibi regnavit, atque ita & regionem & populum à ſe ipſo denominavit. Sed contrarium ſtatuit Apollodorus, ſcilicet, ita eſſe dictam παρὰ τὴν ἀκτήν, id eſt, à littore, quia magna illius pars ad mare vergit. Cum enim triangularis ſit, latera utrimque Sunium verſus vergentia mari adja-

μία, Καπετώλιον & ejuſmodi nominibus, & ſatis fuſe ibi diſſerit: Sed hic non exprimitur quid Acrocorinthi nomine intelligi debeat. Id nos docet Pauſanias in Corinthiacis, ἡ δὲ ἐστὶν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφή: *Montis jugum eſt urbi imminens.* Et notante Livio lib. XLV. cap. XXVIII. *Arx erat inter omnia in immanem altitudinem edita.* Adeo ut optime cecinerit Statius lib. VII. Thebaid.

Jam pronis Gradivus equis Ephyreæ premebat
Littora, qua ſummas caput Acrocorinthus in auras
Tollit. - - - - -

[17] Ἀκροκύλεια, κεῖται ἐν τῷ κ.] Nulla profecto de hac voce in illa litera fit mentio: habes ibi Κροκύλειον, νῆσος Ἰθάκης: ſed nihil ad rem facit. Et Κρωκύλεια Acarnaniæ locus eſt, de quo apud Strabonem lib. VIII.

[18] Πόλις Λιβύης.] Sic reſcripſimus pro πόλις Λιβύας; ita enim in omnibus editis & ſcriptis codd. erat exaratum.

[19] Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους.] Ad hunc Stephani locum pertinere videntur hæc verba Heſychii. Ἀκρωρείαις, ταῖς ἄκραις τῶν ὀρέων, ἤτοι ἐξοχαῖς κορυφαῖς. εἰς τρία γὰρ τὸ ὄρος μεμέρισται, εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, καὶ εἰς τέρμα. καὶ Ἀκρώρεια μέν ἐστι ἡ κορυφή.

[20] Οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο.] Quis ille ſit Deus, qui hoc nomine apud Sicyonios colitur, non additur, & fortaſſis excidit. Vidit hunc hiatum Tanaq. Faber vir acutiſſimus, & feliciſſime ſupplevit, legendo, οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο ὁ Διόνυσος. ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις, Ἀκρωρείτης. παρὰ δὲ Μεταποντίνοις, Ἔριφος. Ut hæc Stephani verba probe intelligantur, ſciendum eſt, Diis ipſis aliquando cognomina ex beſtiarum nominibus fuiſſe indita: Hinc eſt quod Apollo Lupinus dicatur & Delphinius, Minerva Equeſtris, ut & Neptunus; Hecate autem leænam ſe & canem libenter vocari audiat. Nobiliſſimus in hanc rem exſtat locus apud Porphyrium lib. III, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, cap. XVII. Αὐχεῖ δὲ καὶ τῶν παλαιῶν ἕκαστος, ὅστις ἐντύχησεν τῆς ἐκ τῶν ζώων ἀνατροφῆς, οὐχ οὕτως τοὺς πατέρας, ὡς τοὺς ἀναθρεψαμένους. ὡς ὁ μὲν λύκαιναν, ὁ δὲ ἔλαφον, ἄλλος αἶγα, ἄλλος μέλιτταν, Σεμίραμις δὲ τὰς περιστεράς, Κῦρος δὲ κύνα, κύκνον δὲ Θρᾷξ, καὶ τοὔνομα τοῦ θρέψαντος ἔφερεν. ὅθεν καὶ θεοῖς ἐπωνυμίαι, Διονύσῳ μὲν εἰραφιώτης, Ἀπόλλωνι δὲ λύκειος, καὶ δελφίνιος, Ποσειδῶνι δὲ ἵππιος, καὶ Ἀθηνᾷ ἱππία. ἡ δὲ Ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα, μᾶλλον ὑπακούει. *Quin etiam gloriatur veterum unuſquiſque, qui ab animalibus forte educatus fuerat, non tam de parentibus, quam de nutritoribus. Ita ut unus lupam nutricem jactet, alius cervam, alius capram, alius apem: Semiramis columbas, Cyrus canem, Thrax cygnum, à quo nomen etiam retulit. Unde cognomina Diis impoſita ſunt, Baccho hædi, Apollini Lycei & Delphini, Neptuno equeſtris, ut & Minervæ: Hecate vero tauri, canis, leænæ nominibus appellata, melius exaudit.* Verum illud Bacchi cognomen Εἰραφιώτης non inde fit, unde fieri voluerunt Euſtathius & Hen. Stephanus, ſed ab Ἔριφος. Heſychius: Ἔριφος ὁ Διόνυσος. ἔριφος ὁ μικρὸς αἴξ. Hiſce jam adjungamus verba Stephani: οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο Διόνυσος, ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις, Ἀκρωρείτης. παρὰ δὲ Μεταποντίνοις, Ἔριφος. Acroritæ appellatione colebatur Bacchus apud Sicyonios, qui idem eſt ac apud Metapontinos, Eriphius. Hinc ſole meridiano clarius apparet Ἔριφος & Ἀκρωρείτης pro eodem ſumi poſſe: & qui caprini generis naturam norunt, ſciunt illi nullum eſſe animal quod ταῖς ἀκρωρείαις ſeu ſummis montium gaudeat magis ac delectetur.

[21] Τὸ ἐθνικὸν ὁμόφωνον.] Multa paſſim apud Epitomatorem occurrunt exempla, ubi oppidi & oppidani nomen eadem appellatione proferuntur. Ἀμφίδολοι, πόλις τῆς Τριφυλίας. καὶ οἱ πολῖται ὁμοίως, ὡς Θούριοι, καὶ Θαυμακοί, καὶ Λεοντῖνοι, καὶ Δελφοί, οὕτως Ἀμφίδολοι.

[22] Ἀπὸ Ἀκταίου τινός.] Alii ab Actæo ſive Actæone Atticam ſic nuncupatam perhibent. Vide Euſtathium ad verſum 423. Dionyſii de ſitu orbis. Regem hunc & ab ipſo Atticam denominatam etiam agnoſcunt Strabo lib. IX: Suidas, Etymologus, aliique.

[23] Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν. οὕτω γὰρ ἐκλήθη, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς &c.] Jam fabulas Stephanus valere jubet, & naturalem ex Apollodoro adfert rationem, quare hoc nomine Attica inſignita ſit: Verum ut hoc ex Apollodori verbis manifeſte demonſtretur, neceſſe eſt, ut hiatus iſte, quem videre mihi videor, ſuppleatur: Totum itaque locum ſic conſtituerem. Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν. οὕτω γὰρ ἐκλήθη παρὰ τὴν ἀκτήν, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθήκειν εἰς θάλασσαν. Quæ lectio, rem conſideranti, veriſſima, ſpero, videbitur: præſertim ſi conferatur cum loco Euſtathii ad verſum ſupra citatum. Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται, καὶ Ἀτθίς. τοῦτο μὲν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναὴ λέγεται. ἐκεῖνο δὲ ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου αὐτόχθονος, ἀφ' οὗ καὶ παρὰ Λυκόφρονι, Ἀκταῖοι οἱ Ἀθηναῖοι. ἢ παρὰ τὴν ἀκτήν. τριγώνου γάρ, φασιν, οὔσης αὐτῆς, πολὺ μέρος καθήκει εἰς τὴν θάλασσαν. διὸ καὶ μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος τεσσάρων φυλῶν Παραλία ἐκλήθη, καὶ ἄλλη Ἀκταία. Quia igitur Attica maxima ex parte littoraris eſt, & utrinque mari alluitur eique objacet, hæc regio παρὰ τὴν ἀκτήν nomen accepit: ejuſmodi autem vocis ſignificationem habemus apud Heſychium. Ἀκτὴ ἐπὶ προὔχουσι ἐν τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ αἰγιαλοῦ. Ἀκτή, ὁ αἰγιαλὸς καὶ ὁ παραθαλάσσιος τόπος. Harpocration: Ἀκτή, ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικὴν οἱ μέν, ἀπό τινος βασιλέως, οἱ δὲ διὰ τὸ τὴν πλείω μοῖραν τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι.

τυγχάνουσι, δι' ἃς τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων οὐσῶν, δύο προσηγόρευσαν, [24] Ἀκταίαν, καὶ Παραλίαν. [25] τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος, καὶ Ἀκταία, καὶ Ἀκταιΐς, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀκτίτης, [26] ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἀντὶ τοῦ Ἀττικοῦ. ὡς αὐλὴ, αὐλίτης. ἔστι καὶ [27] Ἄκτιος Αἰγεὺς, ὡς Εὐφορίων Διονύσῳ. ἔστι δὲ Ἀκτιὰς, καὶ τὸ Ἄκτιον, ἀφ' οὗ τὸ Ἀκτιώτης, ὡς Πηλιώτης, [28] Ζεφυριώτης. ἄμεινον δὲ τοῦτο εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀκτία, τοῦ δηλοῦντος τήν τε χώραν, καὶ τὴν γυναῖκα, ὡς Πελασγία, Πελασγιώτης. ἔστι δὲ Ἀττικὸς, [29] καὶ Ἀττικὴ κατὰ τροπὴν, διὰ τὴν εὐφωνίαν. ἔστι δὲ Ἀκτὴ Μαγνησίας, ἀφ' ἧς [30] Ἄκτιος, καὶ Ἐπάκτιος Ἀπόλλων τιμᾶται. [31] ἔστι δὲ ἑτέρα Ἀκαρνανίας, [32] ἧς μέμνηται Δημάγητος. [33] ἔστι δὲ Πελοποννήσου, ὡς Θουκυδίδης. καὶ ἄλλη ἐν Βοσπόρῳ. [34] καὶ ἕκτη, ἐν Ἰωνίᾳ. Δημήτριος δὲ τὸ σημαν-

A adjacent. Hac de cauſa duas quatuor tribuum ſub Cecrope Actæam & Paraliam appellarunt. Gentile Actæus, & Actæa, & Actæis, & Atthis, & Actites. Hinc lapis Actites, qui in tragœdia pro Attico ſumitur, ut ab Aule Aulites. Dicitur quoque B Actius Ægeus, apud Euphorionem in Baccho: & item Actias, & Actium, à quo fit Actiotes, ſicuti Peliotes, Zephyriotes. Præſtat tamen hanc vocem deducere ab Actia, quæ vox & regionem & fœminam denotat, C quemadmodum à Pelaſgia Pelaſgiotes. Dicitur etiam Atticus & Attica mutata litera euphoniæ gratia. Eſt præterea Acta Magneſiæ, ubi Actius & Epactius Apollo honoratur. Eſt præterea alia Acarnaniæ cujus meminit Damaratus: & Peloponneſi, uti Thucydides perhi- D bet; & item alia in Boſporo. Et ſexta in Jonia. Sed ſolus Demetrius memorat hanc vocem

[24] Ἀκταίαν δὲ Παραλίαν.] Huc pertinet locus Euſtathii jam proxime allegatus. Stephanus in voce Πάραλος: ἔστι δὲ δὲ Παραλία τῆς Ἀττικῆς. οἱ οἰκήτορες λέγονται δὲ παράλιοι. Non recte igitur Heſychius totam Atticam Paraliam nominaverit: Παραλία, ἡ Ἀττικὴ, ἔνθεν δὲ ἡ ναῦς, πάραλος. niſi quis dicat vocem hoc loco προσηγορικῶς debere intelligi.

[25] Τὸ ἐθνικὸν Ἀκταῖος δὲ Ἀκταία.] Athenienſes à Græcis etiam Actæos appellatos fuiſſe præter alios teſtatur Etymologici Mag. auctor. Ἀττικὸς, τὸ ἐθνικὸν, ὁ Ἀθηναῖος, εἴρηται παρὰ τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς δὲ Ἀττικός. Ἀκτὴ γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττική. ὅθεν δὲ Ἀκταῖοι οἱ Ἀθηναῖοι ἐκαλοῦντο. Etiam Latini ea voce utuntur. Ovid. lib. II. Metam. cap. XII.

Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.

[26] Ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα.] Hujus lapidis meminit etiam Suidas duobus in locis, & Heſychius in vocabulo Ἀκταία, ſed quia locus eſt corruptus & mutilus, eum ſic in integrum reſtituere conabor: Ἀκταία, ἡ Ἀττικὴ πρώτως οὕτως ἐκαλεῖτο. καὶ ἡ ἐκ τοῦ Ἀκτίτου λίθου κατεσκευασθεῖσα εἰκὼν, ἡ ἐκ τοῦ Πεντελικοῦ. Antiquos ex hoc lapide ſimulachra confeciſſe, plurimorum teſtimonio conſtat. Epigramma Nicodemi Heracleotæ:

Πραξιτέλης ἔπλασε Δανάην, καὶ φάρεα νυμφῶν
Λύγδινα, καὶ πέτρης Πᾶνά με Πεντελικῆς.

Cicero lib. I. epiſt. VIII. ad Atticum: *Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, jam nunc me admodum delectant.* De hoc lapide & marmore etiam mentionem faciunt Strabo lib. VIII: Lucian. in Jove Tragœdo, aliique. Lapis autem ille generali appellatione Ἀκτίτης inſigniebatur, quia in regione Attica exſcindebatur, verum Pentelicus dicebatur, quia in pago quodam Attico, ad tribum Antiochidem pertinente, naſcebatur. Stephanus: Πεντέλη δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης Πεντεληθεύς. τὸ κτητικὸν, Πεντελικός. Lege etiam Pauſan. in Atticis.

[27] Ἄκτιος Αἰγεύς.] Fuit hoc nomine rex Athenienſium, filius Pandionis minoris de quo Pauſan. in Atticis: Hyginus Fab. XXVI. & alii ſcriptores Mythologici.

[28] Ζεφυριώτης.] Optime ſic habebant priores editiones, quas nunc ſequimur. Xylander male edidit Ξεφυριώτης. Sed hæ literæ aliquando librariorum lapſu confunduntur.

[29] Καὶ Ἀττικὴ κατὰ τροπήν.] Strabo lib. IX. ferme idem tradit. Καὶ Ἀκτὴν φασὶ λεχθῆναι τὸ παλαιὸν δὲ Ἀκτικὴν, τὴν νῦν Ἀττικήν.

[30] Ἄκτιος δὲ Ἐπάκτιος Ἀπόλλων τιμᾶται.] Diverſis & plurimis in locis hoc nomine Apollo colitur. Vide locum Strabonis pag. 36. comment. 62. quem ex libro XIII. produximus, & inſuper aliam ex lib. I. Apollonii Rhod. Hiſce duobis tertium addam ex Æliano de animal. lib. XI. cap. VIII. Ἐν δὲ τῇ Λευκάδι ἄκρα μέν ἐστιν ὑψηλὴ, νεὼς δὲ Ἀπόλλωνι ἵδρυται, καὶ Ἄκτιόν γε αὐτὸν οἱ τιμῶντες ὀνομάζουσι.

[31] Ἔστι δὲ ἑτέρα Ἀκαρνανίας.] Ptolemæus lib. III. cap. XIV. in Acarnania ad ſinum Ambracicum Actium collocat, & fortaſſis de eo nunc loquitur Stephanus. Scylax Caryandenſis in Periplo portum hoc nomine in Acarnania ſtatuit. Καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου αἵδε, Ἀνακτόριον καὶ λιμὴν· Ἀκτὴ, καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν.

[32] Ἧς μέμνηται Δημάγητος.] Nec apud noſtrum, nec apud alios ejuſmodi nominis ſcriptor producitur, quare cenſeo nomen eſſe corruptum, licet conſtanter ita legant aliæ editiones: MSS codices habent Δαμάγητος, quod etiam vitio non caret. Sine dubio legendum eſt, ἧς μέμνηται Δημάρατος. Hic etiam ab Apollonii Scholiaſta citatur: ſcripſit libros de fluminibus & de Phrygia; è priori opere tertium librum Plut. de Fluminib. & è poſteriori quartum adducit. Plura ſcripſit, de quibus lege Voſſ. de Hiſt. Gr. pag. 352. lib. III.

[33] Ἔστι καὶ Πελοποννήσου, ὡς Θουκυδίδης.] In Peloponneſo eſſe urbem *Actam* ſolus teſtatur Heſychius: Ἀκτὴ ὁ αἰγιαλὸς, καὶ ὁ παραθαλάσσιος τόπος. ἔστι δὲ καὶ πόλις Πελοποννήσου. Sed quantum ponderis & authoritatis in Geographicis habeat hujus Grammatici teſtimonium, omnes non ignorant, qui huic ſtudio dederunt operam. Neque puto Stephanum noſtrum hic intelligere civitatem hoc nomine, neque Thucydis teſtimonium hoc docere. Nam non fuit oppidum *Acte* in Peloponneſo, ſed totus Peloponneſi littoris tractus orientalis à Græcis Ἀκτὴ dicebatur. Scumnus Chius deſcribens omnes Peloponneſi partes, pro ut ventis objacent, quæ jam diximus confirmat.

Τὰ μὲν οὖν βόρεια τῆς Πελοποννήσου μέρη
Σικυώνιοι κατέχουσ', οἵτε πρὶν ποτὲ
Κόρινθον οἰκήσαντες ἐπιφανῆ πόλιν.
Ἀλλ' οἵ τ' Ἀχαιοὶ τοὺς πρὸς ἑσπέραν πόρους
Καὶ Ζέφυρον Ἠλεῖοί τε καὶ Μεσσήνιοι,
Τὸ πρὸς μεσημβρίαν τε. Καὶ νότον κλίμα
Λάκωνες. Ἀργεῖοί τε πρὸς ἀνίοντα δὲ
Ἥλιον, ὅσαι κατέχουσιν τὴν Ἀκτὴν πόλεις.

Hinc jam ſatis apparet quinam populi verſus Boream, quinam ad occidentem, quinam ad meridiem, & quinam in Peloponneſo ad orientem habitant, nempe omnium urbium incolæ, quas Acta continet. Et inſignis eſt locus Polybii lib. V. Hiſtoriar. Ἔδοξε δὲ ναῦς πλεῖν, τρεῖς μὲν περὶ τὴν Ἀκτὴν, καὶ τὸν Ἀργολικὸν κόλπον, τρεῖς δὲ κατὰ Πάτρας, καὶ Δύμην, καὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν. Imo omnia iſta oppida à Thucydide lib. IV. Actæa appellantur: Καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς Ἀκταίας καλουμένας, ἃς πρότερον Μιτυληναίων νεμομένων Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευθεροῦν. Et apud Diodorum lib. XV. legimus: οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες: quo loco, uti optime obſervavit Palmerius, Epidaurii, Trœzenii aliique intelligendi ſunt.

[34] Καὶ ἕκτη ἐν Ἰωνίᾳ.] Palatini codd. & Voſſianus: καὶ πέμπτη ἐν Ἰωνίᾳ. Sed Vulgata lectio videtur præferenda.

σημαντικῆς τοῦ αἰγιαλοῦ, [35] καὶ τὸ περὶ τὸν Ἄθω χώρας μόνον ἐμνημόνευσεν.

ἈΚΤΙΑ [36], πόλις Ἀκαρνάνων, [37] ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀρξαμένοις. [38] ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν, καὶ ἱππικὸς καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν. [39] ὁμωνύμως δὲ λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου, καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ πολίτης. λέγεται καὶ Ἀκταῖος Ἀπόλλων, [40] καὶ Ἀκτιακός. [41] λέγεται καὶ Ἀκτιαιῶτις θηλυκόν. [42] Ἀρκάδιος δὲ ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ φησὶν, Ἀκτία, καὶ ἡ πόλις, καὶ ἡ ἑορτή. ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται, τὰ Ἄκτια. ἡ δὲ πόλις, λέγεται οὐδετέρως, τὸ Ἄκτιον.

ἈΚΥΛΗΙΑ [43], πόλις Ἰταλίας. [44] Στρά-

A vocem littus ſignificare, & circa Athonem hoc nomine locum reperiri.

ACTIUM urbs Acarnanum, prima, ſi ab Ambracico ſinu initium ſumas. In ea ſingulis trienniis certamen gymnicum, & B equeſtre, & navale fuit. Idem nomen gerunt & templum Apollinis, & promontorium, quod ſinus os conficit, & oppidum, & Apollo & Oppidanus. Dicitur etiam Actæus Apollo & Actiacus. Sed Arcadius in orthographia inquit, Actia & C urbem & feſtum denotat: ſed feſtum τὰ Ἄκτια accentu in penultima notatur. Verum urbs genere neutro Actium dicitur.

AQUILEIA, urbs Italiæ, cujus meminit Stra-

[35] Καὶ τὸ περὶ τὸν Ἄθω χώρας.] Præter Demetrium, etiam hujus loci mentionem fecit Thucydides lib. IV. ubi de Braſida loquitur. Στρατεύει ἐπὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην, ἐστὶ δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως διορύγματος ἔσω προύχουσα καὶ ὁ Ἄθως ὄρος ὑψηλὸν τελευτᾷ ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος.

[36] Ἄκτια, πόλις Ἀκαρνάνων.] Sic ultima, ſic priores editiones, tamen prorſus ſunt mendoſæ: Palatini codd. & Voſſianus recte exhibent Ἄκτιον πόλις Ἀκαρνάνων: & ita eſſe legendum infra ipſum Stephanum, ubi Arcadium refutat, conſentientem habemus: ἡ δὲ πόλις λέγεται οὐδετέρως, τὸ Ἄκτιον. Adeo ut hinc ſatis videatur evinci illud à Stephani manu non eſſe profectum. Præterea Græci Latinique ſcriptores omnes quotquot hujus oppidi meminere, illud genere neutro efferunt. Ptolem. lib. III. cap. XIV. Appian. bellor. civil. lib. IV. Strab. lib. X. Cicero Epiſt. lib. XVI. Epiſt. VI: Livius lib. XLIV. cap. I: & Mela lib. II. cap. III.

[37] Ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀρξαμένοις.] Hinc accurate diſcimus oppidi ſitum: ſed locus videtur mutilus, quem citra ſcrupulum ita reſtituo: Ἄκτιον, πόλις Ἀκαρνάνων, πρώτη ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀρξαμένοις. Hoc modo hunc locum debere ſuppleri ſatis apparet ex Strab. lib. X, ex quo eum deſumſit Stephanus: Ἀπὸ γὰρ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις, καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, πρῶτόν ἐστιν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον. ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό, τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος, καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου.

[38] Ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν, καὶ ἱππικὸς &c.] Cum aliis ſcriptoribus non convenit Stephanus, qui ſtatuit hoſce ludos & certamina ſingulis trienniis fuiſſe celebrata: contra refert Strabo lib. VII. illic quinquennale certamen, & ludos quoque Actios Apollinis in honorem fuiſſe editos, ob devictos ibi ab Auguſto Antonium & Cleopatram; quorum cura Lacedæmoniis fuit demandata. Τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ τὸ μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πεντετηρικὸν, ἐν ἄλσει ἔχοντι γυμνάσιόν τε καὶ στάδιον, τὸ δ' ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀποδέδεικται δ' ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια, ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος. τὴν δ' ἐπιμέλειαν ἔχουσιν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι. Idem etiam teſtatur Dio lib. LI. de Auguſto: ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας. Hi tamen ludi & certamina ante Auguſtum ibi fuere celebrata: nam de iis omnino loquitur Æneas apud Virgil. lib. III.

> *Ergo inſperata tandem tellure potiti*
> *Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras;*
> *Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.*

Sed hi ludi ab Auguſto fuerunt egregie inſtaurati, & multo magnificentius editi. De hiſce ludis etiam fit mentio apud Ariſtidem orat. IV. & ab ipſo vocantur *Apollonia*, hoc eſt, feſtum Apollinis, in quo τὴν ἱπποδρομίαν Ῥωμαῖοι ποιοῦσι τῷ θεῷ.

[39] Ὁμωνύμως δὲ λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.] Præter Strabonis teſtimonium, quod ſupra produximus, etiam habemus Polybii, quod exſtat lib. IV. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγε παρὰ Χαράδραν, σπεύδων διαβιβάσαι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον. ὃς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον. *Ipſe propter Charadram cum exercitu ire pergit, ad trajici*[illegible] *ſinum Ambracicum properans, qui juxta fanum Acarnanum, quod Actium dicitur.*

[40] Καὶ Ἀκτιακός.] Hinc *bellum Actiacum*, ſive *victoria Actiaca*, quæ notior eſt ex Plutarcho, Dione aliiſque, quam doceri debeat. Minime vero convenit illud epitheton frondibus ſive ramis olivæ, quæ Palladi totius regionis Atticæ tutatrici ſacra eſſe dicitur: ab Ἀκτῇ enim, quo nomine gaudet Attica, non deducitur Ἀκτιακὸς, ſed Ἀκταῖος, Ἀκταία, uti jam docuit Stephanus: ergo in mendo cubat locus Ovidii lib. pr. Faſtor. ubi de ejuſmodi frondibus mentio fit:

> *Frondibus Actiacis* [lego Actæis] *comptos redimita capillos*
> *Pax ades & toto mitis in orbe veni.*

Sic idem Poëta de Actæis arcibus loquitur lib. II. Metam.

> *Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces*
> *Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.*

[41] Λέγεται καὶ Ἀκταιῶτις θηλυκόν.] Sic curavimus edi ex MSS & prioribus editionibus: peſſime in Baſileenſi excuſum eſt: λέγεται καὶ Ἀκτιῶτος θηλυκόν. Sed ſi fœminino genere Ἀκταιῶτις, ergo etiam maſculino genere Ἀκταιώτης dicere licebit: & ſi mei arbitrii res foret, legerem hoc loco: λέγεται καὶ Ἀκτιώτης, καὶ Ἀκτιῶτις τὸ θηλυκόν.

[42] Ἀρκάδιος δ' ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ φησὶν, Ἀκτία καὶ ἡ πόλις.] Jure meritoque Arcadius à Stephano reprehenditur, nam oppidi nomen, uti jam probavimus, neque à Græcis neque à Latinis auctoribus fœminino genere uſurpatur. Arcadii Grammatici præſtantiſſimi opus etiamnum hodie ineditum in Europæ bibliothecis latet, & ſæpiſſime à Salmaſio, Voſſio aliiſque viris doctis allegatur.

[43] Ἀκυληΐα, πόλις Ἰταλίας. Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀκυληΐος, ὡς Μεσσαπία Μεσσάπιος &c.] Ita hunc locum emendavimus & ex Voſſiano codice ſupplevimus: in omnibus editionibus, quæ noſtram præceſſerunt, hunc in modum erat excuſum: Ἀκυληΐα, πόλις Ἰταλίας. Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀκυλήϊος, ὡς Μεσσάπιος, Μεσσάλεια, ἔστι καὶ Ἀκυλήϊος κόλπος. λέγεται καὶ Ἀκυλεήσιος Ἰταλικῷ τύπῳ. Hæc ideo addimus, ut lectores, qui utramque lectionem volunt conferre, hinc animadverterent, quantum noſtra editio ab aliis diſtet. Urbs Latinis ſcriptoribus dicitur AQUILEIA: ſita eſt in Carnorum ditione ad Alſam & Natiſonem amnes: Plinius lib. II. cap. XVIII. *Natiſo cum Turro præfluentes Aquileiam coloniam*, XII. *millia paſſuum à mari ſitam.* Mela lib. II. cap. IV. *Natiſo non longe à mari ditem attingit Aquileiam.* Quo tempore condita ſit urbs demonſtrat Livius lib. XXXVIII, nempe, in conſulatu Q. Marcii Philippi & Sept. Poſthumii Albini anno ab urbe condita IↃLXVI. Magnitudinem Aquileiæ & incolarum frequentiam inter alios Herodianus ſub Maximino imperatore lib. VIII. maxime deprædicat. Quomodo autem Attila rex urbem penitus deleverit & vaſtaverit legi poteſt apud

[44] Σιδηράβων. [45] τὸ ἐθνικὸν, Ἀκυλήϊος, ὡς A
Μεσαπία Μεσάπιος, Λευτερνία Λευτέρνιος,
Λυκία Λύκιος. [46] λέγεται δὲ Ἀκύλεια. καὶ
Ἀκυλήϊος κόλπος. [47] λέγεται δὲ Ἀκυλεήσιος
Ἰταλικῷ τύπῳ.

ἈΚΥΛΙ'ΝΑ, πόλις Ἰλλυρική. Θεόπομ- B
πος. τὸ ἐθνικὸν Ἀκυλιναῖος, ὡς Κωνσταν-
τιναῖος, ἀπὸ τοῦ Κωνσταντῖνα.

ἈΚΥΤΑ'ΝΙΑ [48], ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς
Γαλατίας, [49] μία τῶν τεσσάρων. Μαρκιανὸς
ἐν περίπλῳ αὐτῆς. C

ἌΚΥΤΟΣ, νῆσος περὶ Κυδωνίαν τῆς
Κρήτης. ὁ νησιώτης, Ἀκύτιος.

ἈΚΥ'ΦΑΣ, πόλις [50] μία τῆς Δωρικῆς
τετραπόλεως, ὡς Θεόπομπος.

ἈΚΧΗΝΟΙ' [51], ἔθνος Ἀράβιον, ὡς D
Οὐράνιος φησὶ τετάρτῃ, ἐπὶ τῷ αὐχένι τῆς
ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

ἈΛΑ'ΒΑΝΔΑ [52], πόλις Καρίας, ἡ
ποτὲ Ἀντιόχεια. ἐκλήθη δὲ [53] ἀπὸ Ἀλαβάνδου
τοῦ Εὐίππου, ὡς Χάραξ. ἔστι δὲ ἑτέρα πόλις E
Καρῶν εὐτυχεστάτη, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία,
[54] Ἀλά-

Strabo. Gentile, Aquileius, uti Meſapia Meſapius, Leuternia Leuternius, Lucia Lucius. Dicitur etiam Aquilia, & Aquileius ſinus: quique Italica forma Aquileeſius appellatur.

AQUILINA, urbs Illyrica, cujus Theopompus meminit. Gentile, Aquilinæus, uti Conſtantinæus, quod fit à Conſtantina.

AQUITANIA, una ex quatuor Galliæ provinciis, cujus Marcianus in Periplo meminit.

ACYTUS, inſula circa Cydoniam Cretæ, cujus inſulanus Acytius dicitur.

ACYPHAS, urbs una ex Tetrapoli Dorica, de qua Theopompus mentionem facit.

ACCHENI, gens Arabiæ, auctore Uranio libro IV, juxta collum rubri maris.

ALABANDA, urbs Cariæ, quæ quondam Antiochia appellabatur. Ita autem dicta eſt ab Alabando Euippi filio, uti Charax perhibet. Eſt item alia urbs Carum fortunatiſſima, de qua jactatur proverbium,
Ala-

apud Jornandem in libro de rebus Gohicis, quibus addi poſſunt Caſſiodorus, Freculphus & alii.

44 Σιδηράβων.] Alludit ad locum Strabonis lib. v. Ἀκυλήϊα κτίσμα ἐστὶ Ῥωμαίων, ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις. *Aquileia condita eſt à Romanis contra barbaros, qui ſupra eam incolunt.*

45 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκυλήϊος.] Eo utitur Dionyſius Periegeta verſu 380.

- - - τόθι σύρεται Ἀδριὰς ἅλμη
Πόντον ἐς ἀγχίπορον Ἀκυλήϊον - -
- - - *Ubi trahitur Adrium ſolum*
Mare in finitimum Aquileenſe.

Quæ verba etiam Euſtath. de ſinu Aquileenſi vult intelligi.

46 Λέγεται δὲ Ἀκύλεια.] Fortaſſis reſcribendum eſt: λέγεται δὲ Ἀκυλία; nam ita urbem fuiſſe appellatam ſcribit Euſtath. ad Dionyſium pag. 54. Πόλις δὲ ἡ Ἀκυλήϊα μεγίστη, ἡ λεγομένη δὲ Ἀκυλία τετρασυλλάβως. παρωνομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ ὃς Ἀκύλας παρὰ τοῖς ἐκεῖ ἐλέγετο. *Aquileia urbs eſt maxima, quæ & Aquilia vocatur quatuor ſyllabis; a volucre, quam Itali aquilam appellant, denominata.* Huc etiam videntur pertinere verba Juliani in oratione de Conſtantini rebus geſtis: Τῇ πόλει δὲ ἀετὸς, ὥς φασιν, οἰκιζομένῃ δεξιὸς ἐκ Διὸς ἱπτάμενος τὴν αὐτοῦ φήμην χαρίζεται: hoc eſt: *Urbi cum conderetur, aquila ex parte dextra cœlitus advolans de ſuo nomine vocabulum inpoſuit.*

47 Λέγεται δὲ Ἀκυλεήσιος Ἰταλικῷ τύπῳ.] Supra Stephanus Græcam nominis gentilitii formam indicavit, & nunc Latinam demonſtrat. Oppidani ab hoc urbe Latinis ſcriptoribus & lapidibus antiquis dicuntur Aquileienſes. Græci omnia hæc in *enſis* ſuo ore in ησιος formarunt.

48 Ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς Γαλατίας.] Sic omnes habent editiones: ſed in codice Voſſiano erat excuſum: Ἐπαρχία τῆς Κελτογαλατίας.

49 Μία τῶν τεσσάρων.] Hæc Galliæ in quatuor provincias diviſio non eſt antiqua nec generaliſſima: poſteriores enim omnes Geographi in totidem regiones eam diviſerunt, nempe in *Galliam Narbonenſem, Aquitanicam, Lugdunenſem* & *Belgicam:* Verum antiquis Romanorum temporibus Gallia generali diviſione duplex Ciſalpina & Tranſalpina dicebatur. Sed hæc ſunt notiſſima, & aliis jam ſæpenumero commemorata.

50 Μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως.] Vide Strabonem lib. IX. & inde accuratum oppidi ſitum colligi poteſt.

51 Ἀκχηνοὶ, ἔθνος Ἀράβιον. Putat Cl. Salmaſius ad marginem ſui libri Stephanum in mendoſum Uranii codicem incidiſſe, in quo Ἀκχηνοὶ exaratum erat pro Σακχηνοὶ, quorum etiam meminit ſuo loco Epitomator. Sed notiſſimum eſt τὸ Σ ſexcentis nominibus in principio nunc addi, nunc demi. Ita dicuntur Ἀρδιαῖοι Σαρδιαῖοι, Ἀλμυδησσὸς Σαλμυδησσὸς, Ἐξιτανία Σεξιτανία, Ἐλμάντικα, Σελμάντικα, Ἰνδικὴ, Σινδικὴ, & alia plurima. Plinius lib. VI. cap. XXVIII. hujus populi nomen etiam à primo elemento incipit, & eos *Acchitas* nominat.

52 Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια.] Non ſunt audiendi illi qui cenſent, aut textum eſſe vitiatum, aut Stephanum, binas hoc nomine civitates Cariæ deſcribentem, errorem commiſiſſe: adeo ut egregie nugentur, qui pro Καρίας hoc loco Φρυγίας ſubſtituere conantur. Contra eos militat iſte locus Herodoti, quem ex libro VIII. ad confirmandam ſententiam producunt: nam textum conſideranti luce meridiana clarius apparebit, Herodotum ibi etiam de Alabandis Cariæ loqui, quam rex Phrygiæ liberalitate ſua cuidam Amyntæ incolendam dederat. Verba Herodoti ita ſonant: Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μητροπάτορος. τῷ δὲ ἐκ βασιλέος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι. Verba hæc de rege Phrygiæ, & non de civitate ſunt accipienda: præterea neque in majori neque minori Phrygia oppidum exſtitit, quod Antiochiæ nomen habuit. Intelligo igitur Antiochiam Cariæ ad Mæandrum ſitam, quæ & Alabanda, & Athymbra, & Pythopolis & Nyſſa dicta fuit, uti ex Stephano manifeſte poteſt colligi.

53 Ἀπὸ Ἀλαβάνδου.] Græci aliique gentiles urbium aliorumque locorum nomina à Diis vel heroibus deducere plerumque ſolebant. Stephanus hic non refert an Alabandus apud Caras inter numina aut heroës recenſebatur. Conſtat tamen ex Cicerone lib. III. de Natura Deorum, ibi religioſiſſimè cultum fuiſſe. Ita enim inquit: *Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum. Apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, cum quidam, ei moleſtus, Alabandum Deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.*

[54] Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη. [55] κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα τοῦ γεννηθέντος ἀπὸ Καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ νίκην ἱππομαχικὴν, [56] καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, Ἱππόνικος. [57] ἄλα μὲν τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσιν. [58] ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν. [59] ὁ πολίτης, Ἀλαβανδεύς. [60] οὕτως ἀναγράφεται. [61] λέγεται καὶ κτητικὸν Ἀλα-

A Alabanda Carum fortunatiſſima, à Care condita, & à filio ejus, quem ex Callirrhoë Mæandri filia ſuſceperat, denominata, qui, poſtquam in equeſtri prælio ſtrenue navaſſet operam, Alabandus dictus eſt, quod Carum lingua Hipponicum denotat: Ala enim equum, & banda B victoriam appellant. Hinc & bandum Romani victoriam dicunt. Oppidanus inde Alabandenſis nuncupatur; ita enim in eruditorum indicibus ſcribitur. Poſſeſſivum dicitur Ala-

54 Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη.] Vox πόλις hoc loco ſubaudienda eſt: Nam nomen urbis à Græcis Latiniſque ſcriptoribus neutro genere & numero plurativo effertur. Strabo lib. XIV, unde & ſitum cognoſcas: Τὰ δὲ Ἀλάβανδα κεῖται ὑπὸ λόφοις ... κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα ἄποθεν τῆς πόλεως. Sic etiam Herod. lib. VII. Ἐν τούτων μιῇ Ἀρίδωλις πολέων ἥλω, τύραννος Ἀλαβάνδων τῶν ἐν Καρίῃ. Eodem modo Livius hanc vocem lib. XXXIII. cap. II. & cap. XXXVIII. cap. XIII. uſurpavit. *Hic alteris caſtris ad Harpaſum flumen ventum eſt, quo legati ab Alabandis venerunt.* Vide & Juvenal. Sat. III, Plinium lib. XXXVII, lib. VII. alioſque. Quare autem hæc urbs fortunatiſſima appelletur, habes apud Strabonem lib. ſupra allegato.

55 Κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν.] Mendoſe in MSS. legitur, κτίσμα δὲ Καρεὺς ἦν.] Nomen hujus herois eſt Κάρ, non vero Κάρης, ut malè quis poſſet conjicere ex voce Ὑλλουάλα.

56 Καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, Ἱππόνικος.] Duo itaque ſecundum Stephani mentem Alabandi exſtitere, quorum alter Euippi, alter Caris filius fuit, quem ex Callirrhoe Mæandri filia progenuit: ſed utrum horum Alabandenſes divino honore colunt, non facile dictu eſt, cum antiqui hac in parte non clare diſtinxerint, uti liquet ex loco Ciceronis ſupra citato: vel ſi unicus tantum fuerit, ejus genealogia dubia & incerta eſt habenda. Puto tamen hunc fuiſſe quem Alabandenſes in nummo quodam, in honorem Claudii Britannici divulgato, percuſſerunt: nam anterior ejus pars Britannicum, verſa vero Alabandum nudum cum equo repræſentabat, dextra lapidem pretioſum ſive carbunculum Alabandicum in patera (de quo Plinius lib. XXXVII. cap. VII.) & ſiniſtra bacillum tenentem, cujus figura ex Triſtano hic



exhibetur. Verum hoc dolendum imprimis Triſtanum tantum ectypum hujus nummi vidiſſe, quod tamen cum typo accurate potuit convenire: quare non libenter cum Cl. Seguino Triſtani explicationem rejicerem, quæ examuſſim in urbem & ejus genium quadrat; ſed mallem ſtatuere diverſos fuiſſe nummos, nam in averſa parte Seguini nummus cervum, & juvenem nudum ſine bacillo exhibet.

57 Ἄλα μὲν τὸν ἵππον.] Idem Stephanus affirmat in vocabulo Ὑλλουάλα, ubi inquit. Ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον, ὡς καὶ προτέρον εἴρηται. Neque hoc obſcure in præcedenti numiſmate innuitur.

58 Ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν.] Salmaſius ad oram ſui codicis reſcripſit: ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις βάνδον τὸ σίγνον φασὶν, quod ex gloſſatore quodam confirmare nititur: ſed mallem cum eruditiſſimo Triſtano ſtatuere, hæc verba ab imperita cujuſdam librarii, quam à Stephani manu eſſe profecta. An apud Caras *Banda victoriam* ſignificaverit, mihi non conſtat, ſiquidem perpauca veteris linguæ Caricæ λείψανα apud auctores ſuperſint. Audeo tamen confidenter hoc affirmare, Stephanum, & neotericos qui eum ſequuntur omnes, toto cœlo aberraſſe, cum ait βάνδον apud Romanos *victoriam* ſignificare: tota enim poſterioris ævi ſcriptorum turba ab ipſo diſſentit, apud quos hæc vox pro vexillo, ſive ſigno militari ſumitur, & ita eam explicat Simocatta Hiſtor. Mauric. lib. III, cap. VI. Apud Suidam habes: Βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Id eſt: *Bandum vocant Romani ſignum militare.* Apud Paulum Diaconum de geſtis Longobardorum lib. I, cap. XX. *Tato vero Rodulphi vexillum, quod bandum appellant, abſtulit.* Neque pigebit hic adſcribere inſignem Conſtantini locum: ita enim Imperator loquitur in Tacticis: Μὴ ποιῇς τὰ βάνδα ὅλα ἴσα, ἵνα μὴ μετρῶσι οἱ ἐχθροὶ ὁπόσα βάνδα ἔχεις, καὶ ἐκ τούτου ψηφίζωσι καὶ εὑρίσκωσι τὴν ποσότητα τοῦ στρατοῦ ὅλου, ὅπερ προξενεῖ πολλάκις μεγάλας βλάβας. Διὰ τοῦτο καλόν ἐστιν, ἵνα ποιῇς καὶ μικρότερα βάνδα καὶ μεγαλώτερα. Si βάνδον hoc loco victoriam denotaret, quam inſulſa & inepta eſſet Imperatoris oratio: magis autem fidendum eſt ei, cui probro poſſet verti, voces militares ignoraſſe, quam huic Grammatico, qui potiſſimum Geographiæ & nominibus gentilitiis intentus fuit. Ita etiam barbara illa Mauritii verba Stratag. I. intelligenda ſunt, cum mandat: ΚΑΒΕΤΕ ΝΕ ΒΟϹ ΤΟΥΡΒΕΤΙϹ. ΟΡΔΙΝΕΜ ΣΕΡΒΑΤΕ. ΒΑΝΔΟΣΕΚΙΤΕ. ΝΕΜΟ ΔΕΜΙΤΤΑΤ ΒΑΝΔΟΥΜ. Hoc lectori dijudicandum relinquo, an non facillimâ mutatione vox militaris Belgica **Bende**, hinc deduci poſſet: rectè enim Belgico idiomate dicimus; **een Bende voet-knegten, of een Vaandel voet-knegten**: adeò ut etiam noſtrâ linguâ vox **Bende**, non pro cohorte, uti vulgò fieri ſolet, ſed pro βάνδῳ, id eſt vexillo, ſive ſigno militari ſumi oporteat.

59 Ὁ πολίτης Ἀλαβανδεύς.] Hæc eſt ſolita apud Caras gentilia formandi ratio, uti perhibet Stephanus in voce Ἄβαι. Δωὶα), inquit, καὶ Ἀβεύς τὸ ἐθνικόν. Διὰ τὸν εἰθισμένον τοῖς Καρικοῖς τύπον. Sic etiam exhibent antiqua numiſmata, cujus rei exemplum ex Triſtano ſupra produximus. Præterea Goltzius habuit nummum in honorem Caracallæ percuſſum cum inſcriptione ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ: Et teſtatur Spanhemius ſe in ſingulari nummo Chriſtinæ Auguſtæ eandem epigraphen vidiſſe. Sed à Latinis ſcriptoribus oppidani *Alabandeni* dicuntur, & *Alabandenſes.* Liv. lib. XXXVIII. cap. XIII. *Conſul tribuno militum miſſo cum modica manu, caſtellum vi receptum Alabandenſibus reddit.* Et lib. XLV. cap. XXV. *Mylaſſenſes Alabandenoſque, qui Euromenſium provincia adempta ad ipſos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthoſiam acie vicerunt.*

60 Οὕτως ἀναγράφεται.] Sententia claudicat, & eſt oratio imperfecta: deeſt nomen viri cujuſdam docti & celebris ex hac civitate oriundi atque à Pinacographis in πίνακας relati. Quinam apud Alabandenos eruditione claruere teſtatur Strabo lib. XIV. hiſce verbis. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθη μὲν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος, καὶ ὁ Μόλων. Ad quem locum vide Caſaubonum. Ex hiſce viris Salmaſius ad oram ſui codicis elegit Apollonium & Molonem, conſtituitque locum hunc in modum: οὕτως ἀναγράφονται Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς, καὶ Μόλων. Verum neque incommode hic locus tali modo ſuppleri poſſet: οὕτως γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι, ſæpiſſime enim Stephanus hac phraſi utitur, ut in voce Ἄνιος. τὸ ἐθνικὸν Ἄνιος, ὡς Τήιος. οὕτως γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι.

61 Λέγεται καὶ κτητικὸν Ἀλαβανδιακός.] Latini pro poſſeſſivo

Ἀλαβανδιακὸς, [62] καὶ Ἀλαβανδιακὸν σύγγραμμα, ἐξ οὗ καὶ [63] Ἀλαβανδιακὸς σολοικισμὸς, ὡς [64] Φιλόξενος ὁ τὴν Ὀδύσσειαν ἐξηγούμενος, ὅταν ἡ μὴ ἀπαγόρευσις ἀντὶ τοῦ οὐ κεῖται. ὡς τὸ, A

Μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων. B

ἈΛΆΒΑΣΤΡΑ [65], πόλις Φρυγίας. Ἡρόδοτος. [66] ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος, ὡς φησὶ Νικάνωρ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαβαστρείτης, ὡς Ἀβδηρείτης.

ἈΛΑΒΟΎΡΙΟΝ, πόλις Συρίας. Χάραξ ὀγδόῃ χρονικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαβούριος. C

ἈΛΑΒΩ͂Ν [67], πόλις, [68] καὶ ποταμὸς, ὡς [69] Δημήτριος ἐν συνωνύμοις. κλίνεται Ἀλαβῶνος. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβώνιος, ὡς Κολοφώνιος.

ἈΛΑΖΩ͂Ν [70], ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις. ὀξύνεται [71] διὰ τὸ ἐπιθετικὸν, καὶ φυλάττει τὸ ω πρὸς ἀντιδιαστολήν. D

ἉΛΑῚ ἈΡΑΦΗΝΊΔΕΣ, [72] καὶ ἉΛΑῚ ἈΙΞΩΝΊΔΕΣ, δῆμοι, ὁ μὲν τῆς

Alabandiacus & Alabandiacum ſcriptum: hinc & ſolœciſmus Alabandiacus, cujus meminit Philoxenus qui Odyſſeam commentariis enarravit, videlicet quando μὴ, ut prohibendi adverbium, pro οὐ ponitur, ut in illo verſu:

Non mei gratia Neptunus qui terram quatit.

ALABASTRA, oppidum Phrygiæ, auctore Herodoto: in quo lapis eximius reperitur, uti Nicanor perhibet. Gentile, Alabaſtrita, uti Abderita.

ALABURIUM, urbs Syriæ, cujus meminit Charax lib. VIII. Chron. Gentile, Alaburius.

ALABO, urbs & fluvius: auctore Demetrio in Synonymis. Flectitur, Alabonis. Gentile Alabonius dicitur, uti Colophonius.

ALAZON, gens Scythis finitima. Acuitur propterea quod etiam adjectivum ſit, & differentiæ gratia ω ſervat.

HALÆ ARAPHENIDES, & HALÆ ÆXONIDES, demi ſunt, alter

ſivo utuntur *Alabandicus*: Plinius lib. XXI. cap. IV. ubi de roſarum generibus loquitur: *Mox Alabandicam viliorem albicantibus foliis.* Et lib. XIX. *Cannabia vellitur poſt vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur, optima Alabandica plagarum præcipue uſibus.*

62 Καὶ Ἀλαβανδιακὸν σύγγραμμα.] Adagium hoc plerumque dicitur de opere ſive ſcripto inepto ac barbaro. Vide Eraſmum.

63 Ἀλαβανδιακὸς σολοικισμός.] Barbaries linguæ apud Caras (& inter illos apud Alabandenſes, quod nos docet illud proverbium) præ cæteris Græciæ populis erat frequentiſſima & maxime conſpicua; illi enim per totam Græciam aliaſque circumjacentes regiones mercede militantes, uti Strabo lib. XIV. teſtatur, cum aliis populis & infimæ ſortis hominibus plurimum negotii exercere neceſſe habebant, quorum moribus & linguæ facillime aſſueſcebant; adeo ut tandem Carice loqui pro ſolœciſſare & male Græce loqui ſumptum ſit. Quid proprie ſit ſolœciſmus docet Apollonius Alexandrinus de Syntaxi lib. III. cap. III. & IV. Chœroboſcus apud Etymol. Mag. auctorem in voce Σόλοικοι: & ejus rei plurima occurrunt exempla in Luciani Solœciſta.

64 Φιλόξενος τὴν Ὀδύσσειαν ἐξηγούμενος.] Fuit Grammaticus Alexandrinus qui Romæ docuit, cujus meminit Suidas, & in operibus ejus recenſet librum de notis quæ erant in Iliade, & alterum de Gloſſis apud Homerum. Hujus grammatici paſſim etiam Etymologus meminit.

65 Πόλις Φρυγίας.] Nemo aut Geographorum aut Hiſtoricorum oppidum hoc nomine in Phrygia agnoſcit; imo neque Herodotus, cujus teſtimonium adducit Stephanus, de eo mentionem fecit. Omnes unanimiter illud in Ægypto collocant. Vide Ptolemæum lib. IV. cap. V: & Plinium lib V. cap. IX. Cæterum quia Alabaſtrites lapis macularum ſimilitudine & vario interſtincto colore Synnadicum, qui ex Synnada magnæ Phrygiæ oppido deportabatur, examuſſim referebat, & ad eundem ut plurimum uſum adhibebatur, hinc videtur factum, quod nonnulli Synnadicum illum ſive Phrygium lapidem Alabaſtriten appellaverint, & Alabaſtra ex Ægypto in Phrygiam tranſtulerint.

66 Ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος.] De hoc lapide ita loquitur Iſidorus: *Alabaſtrites lapis, candidus interſtinctus variis coloribus.* Plinius lib. XXXVI. cap. X. *Alabaſtrites naſcitur in Alabaſtro Ægypti & in Syria Damaſco, candore interſtincto variis coloribus.* Varium habebat uſum, nam teſte eodem Plinio lib. XXXVI. cap. VIII cavatur ad vaſa unguentaria, quoniam optime ſervare incorrupta dicitur. Et Juba auctor eſt: Smaragdum, quem Cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, & lapidem, quem Alabaſtriten Ægyptii vocant: quod etiam apud eundem Plin. lib. XXXVII. cap. V. legimus.

67 Ἀλαβῶν, πόλις.] Non addit Epitomator ubinam terrarum hæc ſita ſit civitas: ſcribendum eſt confidenter: Ἀλαβῶν, πόλις Σικελίας. Haud dubie ad amnem ejuſdem nominis collocari debet; ſed quo loco, & ad utram ripam, item quo tempore fuerit incertum eſt.

68 Καὶ ποταμός.] Simili modo fluvii hujus nomen ſcribitur apud Diod. Siculum lib. IV. Πλησίον μὲν γὰρ τῆς Μεγαρίδος φιλοτέχνως ἐποίησε τὴν ὀνομαζομένην Κολυμβήθραν, ἐξ ἧς μέγας ποταμὸς εἰς τὴν πλησίον θάλατταν ἐξερεύγεται, καλούμενος Ἀλαβών. *Nam prope Megaridem mira ingenii ſolertia Colymbethram, quam vocant, fecit; ex qua magnus fluvius Alabon in proximum mare eructatur.* Silio lib. XIIII. dicitur Alabis:

Nec non qui potant Hypſamque Alabinque ſonoros.

A Ptolemæo vocatur Alabus ſive Ἄλαβος. Locum tranſcribam, ut ſimul etiam ſitum cognoſcas ex cap. IV. lib. III.

Ταῦρος ἄκρα	λθ ∠ ι	βλ ζγ.
Ἀλάβου ποτ. ἐκβολαί	λθ γι	βλζ ∠.
Παντάχου ποτ. ἐκβολαί	λθ γ	λζ ∠ ιβ.

69 Δημήτριος ἐν συνωνύμοις.] Fortaſſis intelligendus Demetrius cognomento Ixion, qui, ut Suidas auctor eſt, quædam ad Grammaticam ſpectantia conſcripſit.

70 Ἀλαζών, ἔθνος.] Hanc gentem deſcribit Herod. lib. IV. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενειτέων ἐμπορίου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται. ὑπὲρ δὲ τούτων ἄλλο ἔθνος, οἱ Ἀλαζόνες καλέονται. Puto gentis nomen apud Herodotum eſſe corruptum & cum Ω debere ſcribi: ita enim ſimilia inflectuntur nomina, ſic Ἀλαβῶν Ἀλαβῶνος, & Ἀλιζῶν in genitivo Ἀλιζῶνος habet.

71 Διὰ τὸ ἐπιθετικὸν, καὶ φυλάττει τὸ ω.] Nomen eſſe adjectivum vel pueri norunt, qui linguam Græcam extremis labris quaſi deguſtarunt; nam à Græcis magiſtris pro ſuperbo, jactabundo, arrogante, mendace & impoſtore ſumitur. Suidas Ἀλαζών. πλανός. ὑπερήφανος. ψευδής. παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν. Et Etymolog. Mag. auctor: Ἀλαζών, ὁ ἀπατεὼν καὶ κομπαστής. ὁ ἐν ἄλῃ καὶ πλάνῃ καὶ ἐκ τοῦ περιϊέναι ζῶν, οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύματος, ἀλλ' ἀπὸ ἀπάτης, ὁ ἐπὶ πλέον τὰ ἑαυτοῦ κομπάζων. Vide etiam Heſychium & Phavorinum. Nomen hoc, adjective ſumptum, cum o parvo in caſibus obliquis declinatur, uti ex Suida, Luciano, Platone, aliiſque pro certo conſtat.

72 Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες.] De duobus hiſce Demis etiam fit mentio apud Callimachi ſcholiaſt. Δύο Ἁλαὶ δῆμοι τῆς Ἀττικῆς, Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἁλαὶ Ζωνίδες.

τῆς Αἰγηΐδος, ὁ δ' Αἰξωνεὺς, τῆς Κεκρο- A
πίας φυλῆς. ἑκατέρου [73] ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ι, Ἁλεύς. καὶ Ἁλῆθεν, καὶ Ἁλῆσι, [74] καὶ Ἁληθένδε Ξενόφαντος εἶπε. Τρύφων δ' ἐν παρωνύμοις Ἁλαῖος τρισύλλαβον, καὶ Ἁλαιαῖος τετρασύλλαβον. [75] ὡς Ληναῖος, Ληναιεύς, B
Κρηταῖος, Κρηταιεύς. ἀλλ' ἐν τοῖς ἑξῆς κατ' ἔθος Ἀττικὸν, [76] ἔνδειαν φησὶ τοῦ ι. ἔστι δὲ ὁ δῆμος [77] τῆς Ἀραφηνίδος, μεταξὺ Φηγέως τοῦ πρὸς Μαραθῶνι, [78] καὶ Βραύρωνος. αἱ δ' Αἰξωνίδες, [79] ἐγγὺς τοῦ ἄστεος. [80] ἔστι καὶ λίμνη C
ἐκ θαλάσσης. δασύνεται δὲ τὸ ἁλαί, ὡς καὶ ἐν τῷ δράματι Μενάνδρου. ἀπὸ τοῦ Ἀραφηνίσιν Ἁλαῖς διακεῖται τὰ πράγματα, ὅς ἐστι τόπος Ἀττικῆς.

A alter Ægeïdis, & alter, nempe Æxonenſis, Cecropidis tribus: utriuſque populare nomen abſque I effertur, Halenſis: & ex Halis, & in Halis. Ad Halas Xenophantus dixit. Verum Trypho in Denominativis triſyllabum habet Halæus, & quadriſyllabum Halææus: uti Lenæus Le- B
næenſis, Cretæus Cretæenſis. Sed in ſubſequentibus affirmat, Atticæ conſuetudinis eſſe, ſi in ejuſmodi nominibus Jota deficiat. Araphenidis pagus juxta Marathonem inter Phegeum & Brauronem: Halæ vero Æxonides C
prope urbem ſitæ ſunt. Eſt quoque ſtagnum [hoc nomine] quod à mari conficitur. Vox Halæ in fabula quadam Menandri cum aſpiratione ſcribitur. Quandoquidem res Alis Araphenidibus, qui Atticæ locus eſt, ita conſtitutæ ſint.

ἉΛΑΙ' [81], πόλισμα Βοιωτίας. [82] Παυσα- D
νίας πέμπτῳ. καὶ ἡ πρόσχωρος τῇ Ἀργείᾳ οὕτως Ἁλή.

D HALÆ, civitas Bœotiæ, uti Pauſanias lib. v. teſtatur. Et terra Argivis vicina etiam Hale.

νίδες. Sed ultimum vocabulum mendo laborat, pro quo Αἰξωνίδες ſubſtituendum eſt. Hi Demi etiam occurrunt extra compoſitionem, vide in Αἰξωνία & Ἀραφήν. In antiquis libris manu exaratis & duabus primis editionibus prioris Demi nomen unico vocabulo legebatur Ἁλαραφηνίδες. Quam ſcripturam in totum improbare non audeo neque debeo, cum certum ſit urbium & alia nomina propria, ſi ex pluribus componantur & conſtent vocabulis, plerumque à vulgo aliiſque facilioris pronuntiationis gratia contrahi & compendioſius efferri. Sic pro *Albium Intemelium* [urbs Liguriæ littoralis ſub Archiepiſc. Mediolanenſi, ditionis tamen Genuatium.] dicimus *Albintemelium*. Poſtquam Hiſpani, uti refert Clariſſ. Voſſius ad Melam, ſibi illa firmiter perſuaſerint, quæ de Sancto Jacobo Apoſtolo narrantur, Iria Flavia *ad Jacobum Apoſtolum*, & lingua Hiſpanica *Giacomo Poſtolo* appellari cœpit, ex quibus vocibus *Compoſtel* ſive *Compoſtella* contrahitur, quo nomine illud oppidum etiamnum hodie ab Hiſpanis aliiſque nuncupatur. Ruſtici noſtrates & circumjacentes accolæ pagos illos inter Lugdunum Bat. & Trajectum vulgo **Swammerdam** & **Boorſt** appellant, quæ nomina contrahuntur ex **Swanenburgerdam** & **Bodengraven** / quæ vera ſunt illorum nomina. In Zelandia non procul ab urbe Goeſana pagus quidam inſignitur vulgo **Seraaskerke** / quod nomen componitur ex tribus vocabulis, nam proprie dicendum foret, **Singieus Adriaans Kerke**. Plurima hujus rei exempla in medium produci poſſent, ſed hæc impræſens ſufficere exiſtimo.

73 Ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ι, Ἁλεύς.] Expreſſe Stephanus dicit populare nomen abſque jota debere ſcribi. Contra Harpocration & ex eo Suidas populare nomen ſcripſere non tantum cum I, ſed cum diphthongo: Ἁλαιεύς, ὄνομα δημότου. Ita etiam apud Suidam lege pro δήμου. Contra Stephani canonem apud Demoſth. oratione adverſus Conon. legimus: Ἀρχεβιάδης δημότης Ἁλαιεύς. Verum ſi ex Epitomatoris opinione abſque jota illud nomen efferendum ſit, ipſum puto ſcripſiſſe Ἁλαιεύς & non Ἁλεύς, ex qua voce non I, ſed diphthongum rejecit.

74 Καὶ Ἁληθένδε Ξενόφαντος εἶπε.] Conſtanter ſic legimus in omnibus editionibus, aſt locus mendo non caret: Libri ſcripti: καὶ Ἁληθέσδε Ξενόφαντος εἶπε. Hanc Salmaſius lectionem in Palatinis codd. inveniens, veram exiſtimat. Nihil enim dixerat de adverbio ad locum.

75 Ὡς Ληναῖος Ληναιεύς &c.] Ante hæc verba quædam excidiſſe ſuſpicor, nam non poſſunt comparari cum τετρασυλλάβῳ Ἁλαιαῖος. Locum ita conceperam. Καὶ ἀπὸ Ἁλαῖος Ἁλαιεύς, ὡς Ληναῖος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς.

76 Ἔνδειαν φησὶ τοῦ ι.] Attici è multis vocabulis I abjiciunt. Dicunt enim ἀετὸς pro αἰετὸς, pro κλαίω κλάω, pro καίω κάω, pro ποιῶ πῶ, & ita in ſexcentis aliis.

77 Τῆς Ἀραφηνίδος.] Fortaſſis hoc loco legendum: τῆς Ἁλαραφηνίδος.

78 Καὶ Βραύρωνος.] Male in Aldina & Florentina edit. excuſum eſt: καὶ Βαύρωνος.

79 Ἐγγὺς τοῦ ἄστεος.] Intelligit *Athenas*, quæ κατ' ἐξοχὴν urbs dicebantur. Stephanus in voce Ἀλεξάνδρεια. Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς. ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ Ἀστοὶ καὶ Ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι.

80 Ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης.] Puto Stephanum hoc loco intelligere λιμνοθάλατταν Limnothalattam, ſive ſtagnum mari propinquum, cujus exundatione aquæ ſtagni ſalſæ & marinis prorſus ſimiles redduntur. Verum animadverſione dignum eſt quod Strabo lib. primo refert, nempe ejuſmodi Limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, & quidem duo vel tria ſtadiorum millia à mari diſſitis. Μάλιστα δὲ φησὶ τὴν ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόγχων καὶ ὀστρέων, καὶ χηραμίδων πλῆθος, καὶ λιμνοθάλατται. Idem eodem libro refert Xanthum Lydum tempore Artaxerxis procul à mari vidiſſe lapides conchylii formam referentes, & Limnothalattam in Armenia, & Matienis, & in inferiori Phrygia: adeo ut hinc ſibi perſuaſerit, campos iſtos aliquando mare fuiſſe. Et lib. IV. ſupra Rhodani oſtia etiam ejuſmodi ſtagnum collocat: Ὑπέρκειται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ λιμνοθάλαττα. Imo Ptolemæus in deſertis Libyæ etiam talia ſtagna lib. & cap. IV. commemorat. Ἔχει δὲ ἡ ἐπαρχία ὄρη τὰ καλούμενα,

Ἡρακλέους θῖνας, ὧν τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας	μη	γο	κθ		
Καὶ τὸ Οὔελπα ὄρη	μζ	γο	κε	∠	
Καὶ τὸ Βαικόλικον ὄρος	να		κϛ	∠	
Καὶ λιμνοθάλασσαν, τήν τε ἀπὸ τοῦ Λάθωνος ποταμοῦ ἐκτρεπομένην λίμνην ἧς τὸ μέσον ἐπέχει	μζ	∠ δ	λα	ϛ	

Καὶ τὴν ὑπὸ Παλίουρον λίμνην, ἐν ᾗ ἐστι κογχύλιον. Ita debet hic locus legi & à fœdiſſimo typothetarum mendo liberari. Vide Ariſtotelem lib. VIII. Animal. & Hannonis periplum, ubi etiam ejuſmodi ſtagnum in inſula quadam deſcribitur, & λίμνη θαλασσώδης dicitur. Sed nemini mirum videatur ejuſmodi limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, cum anno MCDLXII prope Bernam in Helvetia in intimis terræ viſceribus integra navis cum omni apparatu & quadraginta defunctorum hominum ſceletis detecta ſit.

81 Ἁλαὶ πόλισμα Βοιωτίας.] In Voſſiano codice hunc in modum legebatur: Ἁλαί, πληθυντικῶς πόλισμα Βοιωτίας. Hac de cauſa ſequentia ita conſtituerem: καὶ ἡ πρόσχωρος τῇ Ἀργείᾳ ἑνικῶς Ἁλὴ λέγεται. Hanc lectionem non eſſe ineptam, unuſquiſque aſſentietur, qui utramque contulerit.

82 Παυσανίας πέμπτῳ.] Locus Pauſaniæ non eſt lib. v. ſed lib. IX. in Bœoticis, quare legendum ἐννάτῳ: & verba ita ſonant, ad quæ fortaſſis Epitomator reſpicit. Ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ ποταμοῦ, Βοιωτῶν ἔσχατοι ταύτῃ πόλισμα οἰκοῦσιν Ἁλὰς ἐπὶ θαλάσσῃ, ἣ τὴν Λοκρίδα ἤπειρον ἀπὸ τῆς Εὐβοίας διείργει.

Ad flu-

Ἁλὴ λέγεται), ὀξύτονον. ἔστι δὲ ἑτέρα [83] καταντίον Μάσητος. [84] καὶ τῆς Κιλικίας ἡ πόλις ἐπιθετικῶς λεγομένη Ἁλαί. ἀπὸ δὲ τούτου, [85] Ἀλήϊον πεδίον. [86] Ἁλαί, τὸ ἐθνικὸν Ἁλαεύς. ἀφ' οὗ τὸ Ἀλήϊον. ἔστι δὲ Ἅλικος κτῆμα Κιλικίας. [87] καὶ Ἁλίκη, ἡ χώρα. [88] καὶ χωρίον Ἅλικος πρὸς τῇ Αὐγούστᾳ, καὶ ὄρος ὁμώνυμον.

Hale dicitur, & accentu in ultima notatur. Eſt quoque alia è regione Maſetis: & urbs quædam Ciliciæ adjective Halæ dicta eſt, quæ & campo Halejo nomen dedit. Halæ gentile habet Halεύς, unde vox Haleïum deducitur. Halicus præterea poſſeſſio quædam eſt Ciliciæ, & regio Halica: item locus Halicus prope Auguſtam & mons ejuſdem nominis.

ἈΛΑΛΚΟΜΕΝΙΟΝ [89], πόλις Βοιωτίας, [90] ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως, ὃς δὲ ἵδρυσε τὴν Ἀθηνᾶν Ἀλαλκομενηΐδα. [91] οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν, ὡς Ἀρίσταρχος, ἦν γὰρ ἂν δὲ Ἀλαλκηΐς, ἀλλ' ὡς Θησεὺς Θησηΐς, οὕτως Ἀλαλκομενεὺς Ἀλαλκομενηΐς, ὥσπερ δὲ Βρισεὺς Βρισηΐς, καὶ Νηρεὺς Νηρηΐς. [92] ἐκ τοῦ Ἀλαλκομενέως δὲ, καὶ Ἀθηναΐδος τῆς Ἱπποβότου, Γλαύκωπος, ἀφ' οὗ τὸ Γλαυκώπιον, καὶ Γλαυκῶπις. [93] καὶ Ζεὺς Πολιεύς. καὶ Ἀθηνᾶ Πολιάς. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαλκομενιεύς, καὶ Ἀλαλκομένιος, καὶ Ἀλαλκομενία ἡ Ἀθηνᾶ ἐκεῖ τιμᾶται).

ALALCOMENIUM, urbs Bœotiæ ab Alalcomeneo quodam dicta, qui & Minervam Alalcomeneïdem erexit: nomen enim non habet à voce ἀλαλκεῖν, uti Ariſtarchus perhibet, quandoquidem tunc Alalceïs nominanda foret. verum ſicuti à Theſeus fit Theſeïs, ita ab Alalcomeneus Alalcomeneïs, à Briſeus Briſeïs, & à Nereus Nereïs. Quin & Glaucopis (unde & Glaucopium deducitur) appellata creditur à Glaucope Alalcomenei filio & Athenaïde Hippobotæ filia. Et Jupiter Polieus & Minerva Polias. Gentile dicitur Alalcomenienſis, & Alalcomenius, & Alalcomenia Minerva illic honoratur.

Ad fluminis dexteram ſunt Bœotiorum extremi, ejus nempe accolæ maris, quod Locrorum continentem agrum ab Eubœa dividit; Halas oppidulum inhabitant.

83 Καταντίον Μάσητος.] Suſpicor Epitomatorem errare, cum haſce Halas diſtinguit ab illa Hala quæ Argivis eſt finitima: nam ipſe Maſetem in Argivorum ditione collocat. Μάσης, πόλις Ἀργείων. Παυσανίας δευτέρῳ. Ὁδός ἐστι ἐπὶ Μάσητα. Thuc. lib IV. hunc agrum ſive locum Ἁλιάδα nuncupavit. Καὶ φρούριον καταστησάμενοι, ἐλῄστευον τὴν ἔπειτα χρόνον τήν τε Τροιζηνίαν γῆν, καὶ Ἁλιάδα, καὶ Ἐπιδαυρίαν. *Impoſitoque præſidio, poſtea Trœzenium, & Halienſem, & Epidaurium agrum latrociniis infeſtabant.*

84 Καὶ τῆς Κιλικίας.] Manifeſte hujus oppidi ſitus ſciri vix poteſt: non vane tamen quis conjecerit ex fabula, quæ de Pegaſo & Bellerophonte narratur, haud longe à Tarſo Ciliciæ diſſitum fuiſſe. Vide in voce Ταρσός.

85 Ἀλήϊον πεδίον.] Quia Grammatici duplicem vocis Etymologiam agnoſcunt, idcirco prima vocalis nunc aſpero, nunc leni ſpiritu exaratur. Clare hoc docet Etymologici magni auctor in voce Ἀλήϊον. Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ μὲν ἐψίλωσαν αὐτό, ἀπὸ τῆς ἄλης τοῦ Βελλεροφόντου. οἱ δὲ ἐδάσυναν, ἀπὸ τοῦ τοὺς ἅλας ἐκεῖ πήγνυσθαι. Hinc itaque colligi poſſet ſupra dictæ urbis etymon, nempe quod ibi primo ſal indurabatur.

86 Ἁλαί, τὸ ἐθνικὸν Ἁλαεύς.] Neque ab oppido Bœotiæ, neque ab oppido Ciliciæ ejuſmodi gentile deducitur. Bœotiæ urbis cives à Plutarcho in Sylla Ἁλαῖοι appellantur, neque aliter quondam Ciliciæ urbis oppidani dicti fuere, uti obſervavit doctiſſimus Spanhemius in penu antiquaria Pyrrhi Ligorii, quam habet Chriſtina Auguſta; ibi enim Hadriani nummum vidit, in cujus averſa parte Bellerophon Pegaſo vectus & Chimæra depinguntur, cum inſcriptione ΑΛΑΙΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ.

87 Καὶ Ἁλίκη ἡ χώρα.] Refert Pauſanias lib. II. ſive in Corinthiacis, Halicen ſua ætate deſertam fuiſſe, & ſe nullum ſcriptum fide dignum vidiſſe, in quo vel de Halicenſi civitate, vel de Halicenſi quopiam homine ulla fieret mentio. Intelligit locum in Peloponneſo circa Argos.

88 Καὶ χωρίον Ἅλικος πρὸς τῇ Αὐγούστᾳ.] Fortaſſis nunc locum intelligit Ciliciæ littoralem, inter Corycum & Pompejopolin, quo tractu à Geographis etiam Auguſta ſive Sebaſte collocatur.

89 Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας.] Hujus oppidi nominis uſus admodum eſt inconſtans, nunc enim forma & genere fœminino, nunc vero forma & genere neutro uſurpatur. Epitomator ipſe ſibi non conſtat, hic neutro, & aliis in locis fœminino genere effert. In voce Τέλφουσα inquit: Ἔφορος δὲ Τελφωσέων ὄρος ἐν Ἀλαλκομεναῖς, & alio loco: Ὕαντες, ἔθνος περὶ Ἀλαλκομενίαν. Reperiuntur item alii, qui vocem quidem fœminino genere, ſed numero plurali efferunt. Pauſanias lib. IX: Ἀλαλκομεναὶ δὲ κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη, κεῖται δὲ ὄρους οὐκ ἄγαν ὑψηλοῦ πρὸς τοῖς ποσὶν ἐσχάτοις. Hinc apparet præterea non eſſe urbem, ſed vicum ad imas radices montis non admodum excelſi ſitum: ſed non uno loco is, qui Stephanum in compendium redegit, urbem cum vico confundit. Etiam Strabo hac voce utitur genere fœminino & neutro, ita enim ſcribit lib. IX. Ἡ δὲ Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου, ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα. Paulo poſt eandem vocem numero plurali & fœminino genere uſurpavit: αἱ δὲ ἄλλαι κύκλῳ εἰσὶν αἵδε. Ἀκραιφίαι, Φοινικίς, Ὀγχηστός, Ἁλίαρτος, Ὠκάλεαι, Ἀλαλκομεναί. Talem vocabuli uſum etiam apud Euſtathium in Homerum, & apud Etymologici magni auctorem invenies. Sita eſt hæc urbs ad lacum Copaïdem, inter Haliartum & Coronæam.

90 Ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως.] Pauſanias libro ſupra citato, cujus verba ita ſunt conſtituenda: γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομενοῦς ἀνδρὸς αὐτόχθονος, ὑπὸ τούτου δὲ Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν. οἱ δὲ εἶναι δὲ τὴν Ἀλαλκομενίαν μίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. Ἀπωτέρω δὲ τῆς κώμης, ἐπεποίητο ἐν τῷ χθαμαλῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον ἐλέφαντος. *Loco nomen datum ferunt ab Alalcomeneo homine indigena, à quo fuerit Minerva enutrita. Dixere alii Ogygi filiam Alalcomeniam fuiſſe. Non ita procul à vico, plano loco erecta fuit Minervæ ædes; in ea priſcum fuit ex ebore ſignum.* Sed male apud Pauſaniam ſcribitur ἀπὸ Ἀλαλκομενοῦς pro ἀπὸ Ἀλαλκομενέως, nam herois nomen in caſu recto Ἀλαλκομενεύς dicitur, uti ex Euſtathio & Etymologo manifeſtiſſime apparet.

91 Οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν.] A grammaticorum partibus non ſtat Stephanus, qui omnes in dubium vocant an ab heroe, an vero à voce ἀλαλκεῖν Minervæ nomen ſit deducendum. Euſtathius ad Iliad. Δ pag. 439. ita ſcribit. Ἀλαλκομενηῒς δὲ ὡς γίνεται ἀπὸ τοῦ ἀλαλκεῖν ἤτοι βοηθεῖν διαφερόμενος. ἢ ἀπό τινος Ἀλαλκομενέως ἥρωος. Eadem etiam habemus apud Etymologici Mag. auctorem in vocabulo Ἀλαλκομενηΐς.

92 Ἐκ τοῦ Ἀλαλκομενέως δὲ, καὶ Ἀθηναΐδος τῆς Ἱπποβότου, Γλαύκωπος, ἀφ' οὗ τὸ Γλαυκώπιον, καὶ Γλαυκῶπις. καὶ Ζεὺς Πολιεύς. &c.] Totus hic locus tam miſere eſt affectus, ut commodum inde ſenſum percipere nequeam: plurima videntur deſiderari, nec à ſcriptis codicibus, aut ingenio præſidium. Quædam habet Scholiaſtes Apollonii ad verſum 1281. libri primi, quæ ad hunc locum poſſunt pertinere, ſed merito illa præterimus, quia locum hunc prorſus deſperatum non ſanat.

93 Καὶ Ζεὺς Πολιεύς.] Vide Stephanum noſtrum in voce Πόλις.

πιμᾶται). [94] τοῦ δὲ Ἀλαλκομενή, Ἀλαλκομεναῖος.

ἈΛΑΜΑΝΟΙ [95], ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.

ἈΛΑΡΌΔΙΟΙ, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον, [96] ὡς Ἡρόδοτος φησίν.

ἈΛΑΝΟ͂Σ, ὄρος [97] Ἁρματίας.

Ἄ́ΛΒΑ [98], πόλις Ἰταλίας, [99] ἣν ἔκτισαν οἱ ἀπὸ τοῦ Λαβινίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες. [1] ἔστι δὲ ἡ Ἄλβα καθ' Ἑλλάδα, λευκή. κλίνεται δὲ Ἄλβας, ὡς Χάραξ. [2] ἔστι καὶ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις, [3] Τιβε-

A ratur. Sed ab Alalcomene deducitur Alalcomenæus.

ALAMANI, gens Germanis finitima.

ALARODII, populus circa Pontum, B cujus Herodotus meminit.

ALANUS, mons Sarmatiæ.

ALBA, urbs Italiæ: quam ab Lavinio profecti Latini, origine Trojani, condiderunt. Alba autem Græcis λευκὴ denotat. In genitivo C caſu habet Ἄλβας, uti Charax perhibet. Eſt & fluvius Albas; qui nunc vocatur Tiberis, à Tibe-

94 Τοῦ δὲ Ἀλαλκομενή, Ἀλαλκομεναῖος.] Suſpecta hæc lectio: fortaſſis reſcribendum eſt: τοῦ δὲ Ἀλαλκομεναί, Ἀλαλκομεναῖος. Similiter etiam Ἀμύκλαι facit Ἀμυκλαιεύς, Ἀλαὶ Ἀλαῖος, Ἀραὶ Ἀραῖος, Ἀφεταὶ Ἀφεταῖος, & ſic in reliquis. Merito noſtra emendatio vulgatæ lectioni eſt præferenda, quia nuſquam oppidi nomen Ἀλαλκομενὴ dicitur.

95 Ἀλαμανοί, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.] Sic plerumque Græci ſcribunt hujus gentis nomen, excepto Zoſimo, qui ut puto minus recte Ἀλαμανοὶ habet: pro quo Latini ſcriptores *Alamanni* & *Alemanni* uſurpant. Alemannos non fuiſſe Germanos ſatis evinci poteſt ex hoc Stephani loco, qui gentem Germanis finitimam eſſe affirmat. Idem etiam indicat locus Euſtathii ad Dionyſium: τοὺς Γερμανούς, οἷς οἱ Ἀλαμανοὶ πρόσχωροι, λευκὰ λέγεται φῦλα. Ad antiquam hujus populi ſedem quod attinet, de ea optime judicat Cluverius lib. III. cap. IV. Germaniæ antiq. eam fuiſſe inter Mœnum, Rhenum ac Danubium: & ſi Alemanni non fuerint Germani, nulli certe alii eſſe poſſunt quam Γαλατικὰ illa ἔθνη Strabonis inter Danubium & Rhenum, & quos Gallos vocat Tacitus *Decumates agros* inter eoſdem amnes exercentes. Huc directo quoque facit ipſum Alemannorum nomen, de cujus etymologia veriorem teſtem habere nequimus, quam eum, qui origini gentis ſive tranſmigrationi è Gallia in Germaniam, fuit proximus: de quo ſic Agathias lib. I Οἱ δὲ Ἀλαμανοί, εἴγε χρὴ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ, καὶ τὰ Γερμανικὰ εἰς τὸ ἀκριβὲς ἀναγραψαμένῳ, ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες. καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. *Alamani, ſi Aſinium Quadratum ſequi liceat, hominem Italum, & qui res Germanicas accurate conſcripſit, convenæ ſunt, & miſcellanei homines, quod & appellatio eorum lingua indicat.* Nam All omnem ſignificat & Man hominem; unde Alemannen.

96 Ὡς Ἡρόδοτος.] Vide Herodotum lib. III. & VII. Sed poſteriori loco gentis nomen duplici lambda exaratur. Ἀλλαρόδιοι δὲ καὶ Σάσπειρες, κατάπερ Κόλχοι ὡπλισμένοι ἐστρατεύοντο. *Alarodii & Saſpires eodem quo Colchi ornatu militabant.*

97 Ὄρος Ἁρματίας.] Conſtanter ita legunt codices ſcripti & editi, ſed minus recte: ſcribendum eſt: ὄρος Σαρματίας, uti manifeſte colligitur ex Euſtathio ad verſum 305. Dionyſii Alexand. Ὅτι Ἀλανὸς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔοικεν ὀνομάζεσθαι. Et Marcianus Heracleota in periplo inquit. Ὁ δὲ Ῥύδων ποταμὸς ἐκ τοῦ Ἀλανοῦ ὄρους φέρεται. Παροικεῖ δὲ τό, τε ὄρος καὶ τὴν χώραν ταύτην ἐπὶ πολὺ διῆκον τὸ τῶν Ἀλανῶν Σαρματῶν ἔθνος.

98 Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας.] Ad ſitum oppidi quod attinet, nemo de illo accuratius ſcripſit quam Dionyſ. Halicar. lib. I. hiſce verbis: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἑπομένοις χρόνοις ἐγένετο. τότε δὲ ᾠκίζετο, πρὸς ὄρει καὶ λίμνῃ κατεσκευάσθη, τὸ μέσον ἀπέχουσα ἀμφοῖν. καὶ ἦν ὥσπερ τείχη τῆς πόλεως ταῦτα, δυσάλωτον αὐτὴν ποιοῦντα. *Verum hæc evenerunt poſtea: olim cum ædificaretur, apud montem & lacum exſtructa eſt; ita ut medium inter utrumque obtineret ſpatium: ac veluti muri uterque urbem tuebantur, ne facile caperetur.* Ex hiſce verbis urbis ſitus minime ignorari poteſt, uti obſervat Cluverius, quando & mons hodieque exſtat, & item lacus. Mediam inquit Dionyſius fuiſſe urbem inter montem & lacum; idque tam arcto ſpatio, uti hinc lacus inde mons vice murorum eſſent. Hoc ſane nullo pacto de hodierno oppido *Albano*, in via Appia mille paſſus ab Aricia diſſito, intelligi poteſt, ut quod duo millia paſſuum ab lacu & locis inter hunc & montem ſitis abeſt. Fuit ergo Alba ad orientalem lacus ripam ſupra jam dictum oppidum *Albanum*, in iis tumulis, qui medii inter montem & lacum intercedunt.

99 Ἣν ἔκτισαν οἱ ἀπὸ τοῦ Λαβινίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες.] Conditor hujus urbis fertur Aſcanius, Æneæ filius, cognomento Jülus, quem alii ex Crëuſa in Troade, alii ex Lavinia, Latini filia, Lavinii genitum tradunt. Virgilius lib. V. Æneid.

Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.

Huc etiam pertinet locus Livii dicentis. lib. I. *Aſcanius abundante Lavinii multitudine, florentem jam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, ſeu novercæ reliquit. Novam ipſe aliam ſub Albano monte condidit: quæ ab ſitu porrectæ in dorſo urbis Longa Alba appellata. Inter Laviniam & Albam Longam, coloniam deductam*, XXX. *fermè interfuere anni.* Sed veriores certioreſque Albæ Longæ conditores apud Dionyſ. Hal. lib. II. circa initium reperiuntur.

1 Ἔστι δὲ ἡ Ἄλβα καθ' Ἑλλάδα, λευκή.] Ultima vox apud Epitomatorem adjective ſumenda eſt. Ad promontorium Sallenticum ſive Japygium in Calabria oppidum hoc nomine collocatur; ſed nihil ad rem facit. Ab alba ſue, ut nugantur Grammatici aliique, urbs nomen accepit. Aurelius Victor de origine gentis Romanæ: *Aſcanius completis in Lavinio* XXX. *annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus adveniſſe ex numero porcorum, quos peperat ſus alba, circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita eſt, Albanus nuncupatur, civitatem communiit; eamque ex forma, quod ita in longum porrecta eſt, Longam, ex colore ſuis Albam cognominavit.* Vide etiam Varronem de re ruſt. lib. II. cap. III. & de ling. Lat. lib. IV.

2 Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις.] Conſtanter ita legunt codices ſcripti & editi, ſed mendum latet in hiſce verbis, quod neque ſubodoratus eſt vir doctiſſimus in epiſtolis criticis, ubi aliquot errores ex Euſtathio auferre nititur. Nemo aut Græcorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine inſignivit, quare cum Cluverio legendum exiſtimo: Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἀλβούλας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις. Antiquiſſimum illud eſt mendum, & quod tempore Euſtathii codices Stephani omnino obſederat. Nunc quidem in Henrici Steph. editione male Ἄλβουλος excuſum eſt, ita enim ſcribit Archiepiſcopus ille ad Dionyſium: καὶ ὅτι ὁ Τίβερις, Ἄλβουλος ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη: ſed in notis ad Dionyſium obſervavit, in quibuſdam codicibus Ἄλβας, quod ex Stephano hauſtum eſt, reperiri; ex qua ſcriptura imperiti librarii tandem ad Latinam terminationem Ἄλβουλος finxere. Tiberis igitur antiquis temporibus à Græcis Ἀλβούλας dicebatur, teſte Dionyſio Hal. lib. I. Unde Latini ſuum *Albula* formarunt. Plinius lib. III. cap. V. *Tiberis; ante Tybris appellatus; & prius Albula.* Virgil. lib. VIII. Æneid.

Tum

[3] Τιβερίνου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος. A λέγεται καὶ Ἄλβη. ὁ πολίτης, Ἀλβανός· ὡς καὶ [4] οἶνος Ἀλβανὸς, ἡδύς τε καὶ καλός. [5] λέγεται καὶ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος, [6] ἐν ᾧ ἱεροποιίαι ἐγένοντο. [7] καὶ λίμνη Ἀλβανίς. [8] ἔστι καὶ Ἄλβη πόλις Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν Ἀλβαῖος, ὡς Θη- B βαῖος.

Tiberino rege, qui in eo interiit. Dicitur etiam Albe. Oppidanus inde Albanus, uti & vinum Albanum, quod perdulce eſt atque præſtans. Locus quidam in Italia etiam Albanus appellatur, in quo ſacrificia fiebant: & item lacus Albanus. In Creta quoque urbs Albe reperitur. Gentile dicitur Albæus, ut Thebæus.

ἈΛΒΑΝΊΑ[9], χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.

ALBANIA, regio prope orientales Iberos ſita.

ἈΛΒΊΩΝ, νῆσος Βρεττανική. [10] Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλ- C βιώνιος.

ALBION, inſula Britannica, cujus Marcianus in periplo meminit. Gentile, Albionius.

ἌΛΓΙΔΟΣ[11], πόλις Ἰταλίας. [12] τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος, ὡς Τενέδιος, Ἀράδιος.

ALGIDUS, urbs Italiæ, cujus gentile Algidius dicitur, uti Tenedius, Aradius.

ἈΛΈΑ[13], πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ. ἔστι καὶ Θετταλίας, καὶ D ἄλλη Καρπητανῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. ὁ πολίτης Ἀλεὸς, [14] ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ, ὡς

ALEA, urbs Arcadiæ, auctore Theopompo libro quinquageſimo ſexto: & Theſſaliæ, & alia Carpetanorum gentis Celticæ. Oppidanus dicitur Aleus, quod perinde ſonat ac conditoris nomen

Tum reges, aſperque immani corpore Tybris:
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.

Vide etiam Varronem de ling. Lat. lib. IV: Livium lib. I: Pompejum Feſtum: Iſidorum lib. XIII. Origin. cap. XXI. & Servium ad jam allegatum locum Virgilii.

3 Τιβερίνου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος.] Legendum videtur: ἀπὸ Τιβερίνου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος. Quidam de hoc rege mentionem facientes eum non *Tiberinum*, ſed *Tiberium* appellant, quod Salmaſius ad oram ſui Stephani reprehendit. Feſtus: *Albula Tiberis fluvius dictus ab albo aquæ colore: Tiberis autem à Tiberio Silvio, rege Albanorum: quod is in eo exſtinctus ſit.* Euſtathius ad Dionyſium pag. 50. Τίβερις οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασιλέως Τιβερίου ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλαι τε ἱστορίαι βοῶσι, καὶ ὁ τοῦ Δίωνος. Τίβεριον δὲ ἐν τούτῳ ἡ ἱστορία φησὶν, οὐ τὸν μετὰ τὸν Αὔγουστον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον. Verum alii, quotquot hujus regis meminere, omnes eum Tiberinum nuncupant. Sic etiam Anonymus in Hiſtoriarum Συναγωγῇ. Τιβερῖνος ἔτη ὀκτώ. Τελευτῆσαι δὲ τοῦτον ἐν μάχῃ παρὰ τῷ ποταμῷ Ἀλβούλᾳ λέγεται. παρενεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἐπώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπε τὸν ποταμὸν Ἀλβούλαν καλούμενον τὸ πρότερον.

4 Οἶνος Ἀλβανός.] Vinum illud ſatis eſt notum. Dioſcorides lib. V. cap. X: ὁ μὲν οὖν δοκῶν πρωτεύειν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ οἴνων Φάλερνος καλεῖται. ὁ δὲ Ἀλβανὸς ἁδρομερέστερος τοῦ Φαλέρνου, ἔγλυκος. *Inter Italica vina, quod principem locum obtinet, Falernum vocatur. Albanum, quod craſſius Falerno, dulce eſt.* Vide etiam Strabon. lib. V: Columellam rerum ruſticar. lib. III. cap. VIII: & Dionyſ. Hal. lib. I.

5 Λέγεται καὶ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος.] Kircherus in veteris Latii deſcriptione contendit apud Stephanum reſcribendum eſſe: λέγεται καὶ Ἀλβανὸν ἐν Ἰταλίᾳ ὄρος. Sed jam ante multos annos hunc Epitomatoris locum ita emendaverat Cluverius lib. III. Italiæ antiquæ, cujus ſcrinia reverendus ille pater paſſim compilavit.

6 Ἐν ᾧ ἱεροποιίαι ἐγένοντο.] Sic ex aliis editionibus & MSS reſcripſimus, pro ἐν ᾧ ἱεροποιίαι ἐγένετο, uti perperam Xylandri exhibet editio. Hæc ſacrificia fiebant *Feriis Latinis* in monte Albano, quas totius Latii populus ibi celebrare ſolebat. Varro de ling. Lat. lib. V. *Latinæ feriæ dies conceptivus dictus à Latinis populis; quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit jus cum Romanis: à quibus Latinis Latinæ dictæ.* Livius lib. XXII. *Feriæ Latinæ Pontificum decreto inſtauratæ ſunt: quod legati ab Ardea queſti in ſenatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem, ut adſolet, datam non eſſe.* Sed nemo antiquorum haſce ferias, in monte Albano agitari ſolitas, accuratius deſcripſit quam Dion. Halicarnaſſeus lib. IV, quem legiſſe non pœnitebit.

7 Καὶ λίμνη Ἀλβανίς.] Lacus iſte Albanus prodigio quodam eſt celeberrimus. Vide Val. Max. lib. I. cap. VI: Plutarchum in Camillo, Livium lib. V: & Ciceronem lib. V. Divinationum.

8 Ἔστι καὶ Ἄλβη πόλις Κρήτης.] Neminem hactenus quærendo invenire potui, qui minimam de hoc Cretæ oppido mentionem fecerit.

9 Χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.] Optime hujus regionis ſitum docet Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Dionyſii περιήγησιν pag. 97. Ἐκεῖ δὲ καὶ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλβανοί, ποιμενικοὶ, καὶ μετρίως πολεμικοὶ, μεταξὺ Ἰβήρων καὶ Κασπίας. Mela lib. III. cap. V. *Intus ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii, & Amazones, ſed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani & Moſchi.* Eundem ſitum Albanis tribuit Agathemerus lib. II. cap. VI: Ὑπόκειται δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ ἡ Κολχική, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ ἡ Ἀλβανία, ἧς μεταξὺ κεῖται ἡ Ἰβηρία. Nomen habent Albani ab Albano flumine, uti quidam volunt: ſed Juſtinus Albanos Herculem ex Italia ab Albano monte ſecutos narrat, cum Geryone extincto armenta ejus per Italiam duceret, atque inde dictos.

10 Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.] Locus, quem forte reſpicit Epitomator, ita ſe habet: Ἀκολούθως τοίνυν καὶ τῆς Ἀλβίωνος νήσου τὸν περίπλουν ἐκθήσομεν. ἡ Ἀλβίων νῆσος ἡ Πρεττανικὴ περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ὠκεανῷ τῷ καλουμένῳ Δουηκαληδονίῳ &c.

11 Ἄλγιδος, πόλις Ἰταλίας.] A pleriſque Græcis Latiniſque ſcriptoribus oppidum *Algidus* dicitur, excepto Dionyſ. Halicarnaſſeo, à quo ejus nomen Ἀλγιδὼν dicitur, ita enim ille lib. X: ἀκούων περὶ πόλιν Ἀλγιδόνα ἀθρόας εἶναι τάς τε Οὐολούσκων καὶ Αἰκανῶν δυνάμεις. Et ita etiam appellatur à Procopio Gothicar. rer. lib. III. Oppidi ſitum non obſcure indicat Strabo lib. V. hiſce verbis: Ἄρχεται δὲ ἡ Λατίνη ὁδὸς ἀπὸ τῆς Ἀππίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης. εἶτα διὰ Τουσκλανοῦ ὄρους ὑπερβᾶσα, μεταξὺ Τούσκλου πόλεως καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους, κατιοῦσιν ἐπ' Ἄλγιδον πολίχνιον καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα. Hoc eſt: *Incipit via Latina ab Appia, ad ſiniſtram ab ea prope Romam deflectens; ac ſuper Tuſculanum montem tranſit, inter Tuſculum oppidum & montem Albanum: deſcenditque ad Algidum oppidulum & Pictas diverſoria.*

12 Τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος.] Romanis oppidani dicebantur ALGIDENSES. Nam Plinius lib. XIX. cap. V. inter genera raphanorum *Algidenſe à loco* ſic dictum refert.

13 Ἀλέα, πόλις Ἀρκαδίας.] Plinius hoc oppidum inter mediterranea collocat lib. IV. cap. VI. Ejus etiam meminit Pauſanias lib. VIII. hiſce verbis; Μετὰ δὲ Στύμφαλόν ἐστιν Ἀλέα, συντελοῦσα μὲν ἐς Ἀργολικόν, μετέχουσα δὲ αὐτή. *Poſt Stymphalium Alea numeratur, Agrolici conventus particeps.*

14 Ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ.] Idem Pauſanias in Arcadicis conditorem urbis Aleum appellavit: Ἀλεὸν δὲ τὸν Ἀφείδαντος γενέσθαι σφίσιν ἀποφαίνουσιν οἰκιστήν. *Aleum Aphidantis filium conditorem celebrant.*

ὡς Δάρδανος. ἔστι δὲ ἄλλο ἐθνικὸν Ἀλεά- A της, ὡς τῆς Τεγέας Τεγεάτης. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, [15] ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας. [16] καὶ ὁπότε δηλοῖ τὴν φυγὴν, βαρύνεται. [17] ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξύνεται. ἐχρῆν δὲ καὶ τοῦτο βαρύνειν. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλέου, λέγεται καὶ B Ἀλεαῖος.

ἈΛΕΞΆΝΔΡΕΙΑ [18], πόλεις ὀκτωκαίδεκα. πρώτη, ἡ Αἰγυπτία, ἤτοι Λίβυσσα, ὡς οἱ πολλοὶ, [19] ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου. [20] Ἰάσων δὲ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας C ἐν τέσσαρσι βιβλίοις, φησί. τὸν μὲν οὖν τόπον τῆς πόλεως ὄναρ [21] ἐχρησμοδοτήθη οὕτω,

[22] Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλή- D
σκουσιν.

Ἐκέλευσε δὲ [23] διαγράφειν τὸ σχῆμα τοῦ ἀρχι-

men, uti etiam Dardanus. Sed & aliud gentile in uſu eſt, nempe Aleates, uti à Tegea fit Tegeates. Refert autem Herodianus vocem ἀλέα etiam de calore ſumi, & cum inpenultima acuatur effugium denotare: verum ſi de Minerva accipiatur, in ultima eſſe acuendam. Sed oportebat in penultima accentu ſignari. Ab Aleo etiam Aleæus deducitur.

ALEXANDRIA, urbes hoc nomine exſtant XVIII. Prima Ægyptia, ſive Libyca, uti multi tradidere, ab Alexandro Philippi filio ita denominata. Sed Jaſon, qui vitam Græciæ libris quatuor conſcripſit, refert: de urbis loco per inſomnium [Alexander] ejuſmodi oraculum accepit.

Inſula deinde quædam eſt in undoſo ponto,
Ante Ægyptum: Pharum autem illam nominant.

Deinde autem juſſit architectos formam urbis deli-

[15] Ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας.] Hac ſignificatione vocem uſurpant Magiſtri Græci. Etymologici Mag. auctor: Ἀλέα, ἡ θερμασία. ἀλέα λέγεται ὁ τόπος, ὁ ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος. παρὰ τὸν ἥλιον (ἅλιος γὰρ ὁ ἥλιος λέγεται) μεταφορικῶς δὲ καὶ πάντα τόπον θέρμην ἔχοντα. Proprie locus apricus, ſive ſole tepens Ἀλέα dicitur: nam ἅλιος Dorice Sol appellatur, qui communi lingua ἥλιος. Transfertur autem Ἀλέα & ad omnia loca colorem habentia. Heſychius: Ἀλέα, θέρμη, θάλπος. Hinc ἀλεάζω, θερμαίνεσθαι.

[16] Καὶ ὁπότε δηλοῖ τὴν φυγὴν, βαρύνεται.] Etymologici Magni auctor: Ἀλέαζ, ἐκκλῖναι, ἀναχωρῆσαι. κυρίως δὲ τὸ ἀπὸ πυρὸς ἐκφυγεῖν. ἀλέα γὰρ ἡ θέρμη τοῦ πυρός. Sed quomodo nugentur Grammaticorum filii in ejuſmodi rebus, facile eſt animadvertere, cum contrarium ſtatuat in voce Ἀλεείνω, τὸ ἐκφεύγω καὶ ἐκκλίνω, οἱονεὶ εἰς τὴν θερμασίαν ἐκ τοῦ ψύχους ἀποφεύγω. Nobis ſatis ſit hinc probari poſſe τὸ ἀλέα, etiam effugium ſive vitationem denotare.

[17] Ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξύνεται.] De hac Minerva legendus Pauſanias in Arcadicis loco ſupra citato. Aleæ Minervæ ejuſque fani meminit etiam Herodotus lib. I. cujus verba, quia de mendo ſunt ſuſpecta in medium producere & emendare non pigebit: Αἱ δὲ πέδαι αὗται ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλαίης Ἀθηναίης, κρεμάμεναι. Quid audio? An Lacedæmonii compedes quibus vincti erant, circa templum Minervæ Aleæ, quod Tegeæ fuit, ſuſpenderunt? Templum & ſimulachrum hujus Deæ non fuit Tegeæ, ſed Aleæ in Arcadiæ oppido, de quo hoc commate loquitur Stephanus: quare hæc verba ἐν Τεγέῃ, non ab Herodoti, ſed ab imperita librarii manu profecta, è textu expungerem, utpote qui Aleam Arcadiæ civitatem ignorans, Minervæ Aleæ templo in Tegea locum aſſignavit, quia hic de Tegeatibus ſermo non obſcurus inſtituitur. Verum ſi hoc non placeat, pro ἐν Τεγέῃ ſine ulla dubitatione ἐν Ἀλέῃ reſcribendum eſſe nemo ibit inficias.

[18] Πόλεις ὀκτωκαίδεκα.] De numero urbium quibus Alexandria nomen eſt etiam loquitur Euſtathius in Dionyſ. de ſitu orbis. Ἀριθμοῦνται δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀλεξάνδρειαι ὑπὲρ τὰς ιη. τούτων μία καὶ αὕτη, πόλις Λίβυσσα, ἤτοι Αἰγυπτία. Certum eſt, plures quam octodecim hoc nomine reperiri. Faſti Siculi duodecim ab Alexandro urbes ex ſuo nomine conditas recenſent: Alexandriam ad Pentapolin Mempheos emporium, quæ prius Tettus dicebatur: II. Alexandriam in Ægypto: III. ad Harpam: IV. Cabioſam: V. Scythiam in Ægeis: VI. ad Porum: VII. ad Cypridis flumen: VIII. in Troade: IX. in Babylone: X. ad Meſargares: XI. in Perſide: XII. Caſon. Ex hiſce Stephanus præter ſecundam, quæ eſt Ægypti, quintam ad Cypridis flumen octavam, quæ eſt Troadis, nullam agnoſcit & enumerat. Sed Stephanus multas Alexandrias quaſi diverſas memorat, quæ prorſus eædem ſunt: cujus rei in ſubſequentibus commentariis nonnulla documenta daturi ſumus.

[19] Ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου.] Sic etiam teſtatur Arrianus lib. III. de exped. Alexandri Magni. Ἐλθὼν δὲ ἐς Κάνωβον, καὶ κατὰ τὴν λίμνην τὴν Μαρείαν περιπλεύσας, ἀποβαίνει ὅπου νῦν Ἀλεξάνδρεια πόλις ᾤκισται, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος κάλλιστος κτίσαι ἐν αὐτῷ πόλιν, καὶ γενέσθαι ἂν εὐδαίμονα τὴν πόλιν. *Cumque Canopum veniſſet, Mareotida paludem circumvectus, eo loci appulit, ubi nunc Alexandria ab Alexandri nomine ita dicta, condita eſt. Ejus loci ſitus ei maxime opportunus condendæ urbi eſt viſus, & opulentam urbem fore jam tum animo præſagiebat.* Vide Curtium lib. IV. cap. XXI. Diodorum Sicul. lib. XVII. Vellejum Paterc. lib. I. cap. XIV: Plinium lib. V. cap. X. Livium lib. VIII: Strabonem lib. XVII: Hirtium de bello Alexandrino: Euſebium: Cedrenum: Eutropium: Dionis Chryſoſtomi orationem ad Alexandrinos: Ariſtidem oratione εἰς Ῥώμην, & alios quam plurimos. Qui ſcire avet, qualis hodiernus ſit Alexandriæ ſtatus, Bellonium, & aliorum peregrinationes conſulat.

[20] Ἰάσων δὲ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.] Suidas etiam teſtatur ipſum ſcripſiſſe libros IV. de Græcia: qui præter Græciæ antiquitates, etiam res geſtas Alexandri Mag. complectebantur. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. II. cap. XII.

[21] Ἐχρησμοδοτήθη οὕτω.] Alexandro in quiete ſpectrum oblatum oraculum hoc edidiſſe, auctor eſt Plutarchus in ipſius vita, ubi eadem carmina, quæ à Stephano producuntur, legi poſſunt.

[22] Νῆσος ἔπειτά τις &c.] Hæc quidem ipſum ſpectrum pronunciat, ſive vir ille veneranda canitie, uti refert Plutarchus in vita Alex. Mag. ſed ex Homero ſunt deſumpta. Vide Odyſſ. Δ.

[23] Διαγράφειν τὸ σχῆμα.] Qui ſpatium condendæ urbi deſignat, murorum ambitum circumſcribit, vias omnes ad lineam dirigit, ſitum ædificiorum publicorum delineat is proprie *urbem metari* dicitur. Plutarchus in vita Alexandri: Εἰπὼν ὡς Ὅμηρος ἦν ἄρα τά τε ἄλλα θαυμαστὸς καὶ σοφώτατος ἀρχιτέκτων, ἐκέλευσε διαγράψαι τὸ σχῆμα τῆς πόλεως τῷ τόπῳ συναρμόττον. Plinius de eadem hac Alexandria lib. V. cap. X: *Metatus eſt eam Dinocrates Architectus pluribus modis memorabili ingenio.* Et lib. VII. cap. XXXVII: *Dinocrates metatus eſt Alexandro condente in Ægypto Alexandriam.* Neque aliter de metatione hujus urbis locutus eſt Euſtathius ad Dionyſium pag. λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὴν ἀρχὴν ἡ πόλις ἐμελετᾶτο κτισθῆναι, καὶ διεγράφετο, γῆν μὲν μὴ εἶναι περίχωρον λευκὴν ἧς χρεία ἦν τῇ διαγραφῇ κατὰ τὸ σύνηθες, ἀλφίτοις δὲ διαγραφῆναι αὐτήν. Hoc eſt: *Narratur etiam, quando primum civitas ut ædificaretur inſtituta, ac metanda jam eſſet, cretam, qua in meta-*

ἀρχιτέκτονας. [24] οὐκ ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον. ὄρνιθες δὲ καταπτάντες, τὰ ἄλφιτα αἴφνης διήρπασαν. ταραχθεὶς οὖν Ἀλέξανδρος, οἱ μάντεις θαῤῥεῖν ἔλεγον· πάντων γὰρ τὴν πόλιν τροφὸν γενήσεσθαι. [25] ταῦτα καὶ Ἀῤῥιανός. [26] ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις, [27] καὶ Φάρος, [28] καὶ Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι. [29] ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς· ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, [30] ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὖρψ. ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν [31] Σεβαστή, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομετιανή, [32] καὶ Ἀλεξυντηρία. [33] τῷ δὲ συνοικισμῷ, τριακοντατεσσάρων ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, ὀκτὼ δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος

A delineare, qui cum cretam non haberent, polenta eam denotarunt: ſed aves advolantes repente farinam ſurripuerunt. Quo augurio Alexandro obtorpeſcenti augures animum dedere, affirmantes hanc urbem multorum alumnam eſſe futuram: Quod etiam Arrianus tradidit. Urbs hæc etiam B Rhacotis dicta eſt, & Pharus, & Leontopolis, quia Olympiadis venter leonis imagine obſignatus fuit. Verum per excellentiam πόλις, & ex illa oriundi πολῖται dicebantur; quemadmodum Athenæ Aſtu, & Athenienſes Ἀστοὶ & Ἀστικοὶ (id eſt cives & urbani) & Roma URBS appellabatur. In C rebus Romanis etiam Sebaſte, & Julia, & Claudia, & Domitiane & Alexunteria nuncupata fuit. Locus cohabitationi deſtinatus longitudinem triginta quatuor, & latitudinem octo ſtadiorum occupabat; totius autem urbis ambitus centum

metatione ex more uterentur, defuiſſe, itaque farina urbem metatam eſſe.

[24] Οὐκ ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον. ὄρνιθες δὲ καταπτάντες.] Apud diverſos ſcriptores hæc hiſtoria refertur. Valerius Max. lib. I. cap. IV. *Cum rex Alexander urbem in Ægypto conſtituere vellet, Architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo proximo lacu emerſa, polentam depaſta eſt: quod ſacerdotes Ægyptiorum interpretati ſunt, advenarum frequentiam alimentis ſuffecturam urbem.* De hoc prodigio etiam ſcripſit Curt. lib. IV. cap. XXI. *Fama eſt, cum rex urbis futuræ muris polentam, ut Macedonum mos eſt, deſtinaſſet, avium greges advolaſſe, & polentam eſſe paſtas. Cumque id omen pro triſti à pleriſque eſſet acceptum; reſpondiſſe vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multiſque eam terris alimenta præbituram.* De hoc oſtento lege quoque Plutarchum in vita Alexand. Mag. & Strabonem lib. XVII.

[25] Ταῦτα καὶ Ἀῤῥιανός.] Exiſtimo Stephanum ipſum intelligere, qui de expeditione Alexandri Magni hiſtoriam poſteris reliquit, quæque hodie omnium manibus teritur. Sed magis cum Plutarcho, Curtio, & Valerio Max. convenit, quam cum Arriano quem producit: nam nihil de avium advolantium grege è proximo lacu, quæ polentam depaſcebantur, commemorat. Hiſtoria apud Arrianum lib. III. ita ſe habet: Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε. ἐθέλειν μὲν Ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι δὲ ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράψουσι· τῶν δὲ τεκτόνων τινὰ ἐπιφρασθέντα, ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμιζον ξυναγαγόντα, ἐπιβάλλειν τῇ γῇ, ἵνα περ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο. καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ, ὅντινα τῇ πόλει ἐποίει. τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάντεις, καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα (ὃς δὴ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι ἐλέγετο) Ἀλεξάνδρῳ φάναι, εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὴν πόλιν, τά τε ἄλλα, καὶ τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα.

[26] Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις.] Ipſe Stephanus: Ῥακῶτις, οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο. Ibi quidem Ῥακώτης legitur, ſed male. Strabo lib. XVII. partem Alexandriæ, navalibus imminentem *Rhacotin* appellavit. Κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδοσαν τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεώς ἐστι μέρος. Plinius etiam hujus loci meminit, cujus verba lib. V. cap. X. ita ſunt legenda, uti jam ab aliis eſt obſervatum. *Juxta Mareotin lacum, qui locus ante Rhacotis nominabatur.*

[27] Καὶ Φάρος.] Stephanus in iſthoc vocabulo: Φάρος καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἐκαλεῖτο. Præter Stephanum neminem antiquorum habemus ea in re conſentientem; neque puto id ſemper verum fuiſſe. Si Alexandria unquam Pharus fuerit dicta, id Ptolemæorum tempore factum eſt, cum Pharus continua mole, idque impenſis Cleopatræ, Alexandriæ jungebatur. Nam Pharus prius octo ſtadiorum intervallo ab Alexandria aberat, & poſtea ponte cum oppido conjungebatur, uti teſtatur Cæſar lib. III. de bello Civil. *A ſuperioribus Ægypti regibus, in longitudinem paſſuum* DCCCC. *in mare jactis molibus, anguſto itinere, & ponte cum oppido conjungitur.*

[28] Καὶ Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα. &c.] Paulo aliter hæc refert Euſtathius ad Dionyſium pag. 33. Ταύτην καὶ ἄλλοις μὲν ὀνόμασι διαφόροις κληθῆναί ποτε φασί. ὀνομασθῆναι δὲ καὶ Λεοντόπολιν, διὰ τὸ τὴν Ὀλυμπιάδος καὶ τοῦτον Ἀλέξανδρον, ἧς ἡ γαστὴρ ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι λέγεται. Vide Plut. in Alex. vita.

[29] Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις.] Idem etiam de Alexandria teſtatur Euſtathius loco jam aliquoties allegato. Λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχὴν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις. καὶ ὡς αἱ Ἀθῆναι ποτὲ, ἄστυ. Eleganter Stephanus de Athenis dixit. Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστοὺς ἐκάλουν. πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰ ἄστη καὶ τὰς πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦνται. ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι.

[30] Ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὖρψ.] Hoc & Græcis & Latinis familiare fuit, Romam κατ' ἐξοχὴν urbem nominare. Triſtium libros ſic incipit Ovidius

Parve, nec invideo, ſine me liber ibis in Urbem,
Hei mihi, quo domino non licet ire tuo.

[31] Σεβαστή, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομετιανή.] Nomina illa varia ipſius Alexandriæ puto propter beneficia quædam ab illis principibus in civitatem collata: quæ etſi viventibus ipſis per adulationem Ægyptiorum floruerint, poſt mortem illorum omiſſa, vicit memoria prioris conditoris. Claudius, referente Suetonio in ipſius vita, aliquid muſeo Alexandrino addidit, ob quod beneficium urbs fortaſſis, ipſo vivente, de ſuo nomine nomen gerebat: ſic Ælia aliquandiu pro Hieroſolymis valuit, quia urbem Ælius Adr. reſtauraverat: ſed poſt Imperatoris mortem, priſtinum nomen introductum eſt.

[32] Καὶ Ἀλεξυντηρία.] In MSS: Ἀλλεξεντηρία & Ἀλλ' ἐνξεντηρία. Sed fortaſſis ſcribendum eſt Ἀλεξαντηρία: nam teſtatur Quintil. lib. I. Inſt. Orat. 4. in vetuſtis operibus urbis Romanæ, & celeribus templis *Alexanter* & *Caſſantra* legi.

[33] Τῷ δὲ συνοικισμῷ τριακοντατεσσάρων ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, ὀκτὼ δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος, σταδίων ἑκατὸν δέκα.] Numeri ſunt corrupti, quod ſæpiſſime in antiquorum ſcriptis evenit: nam ſi totius urbis ambitus CX. ſtadia contineat, neceſſariò urbis longitudo & latitudo major eſt habenda: quare ut totius urbis ambitus cum longitudine & latitudine accurate conveniat, hic locus legendus eſt hunc in modum: τῷ δὲ συνοικισμῷ τριάκοντα ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, δέκα δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος σταδίων ὀγδοήκοντα. Ita hunc locum debere reſtitui ſuadet Curtius lib. IV. cap. XXI, ubi eundem ſtadiorum ambitum Alexandriæ attribuit. *Complexus quicquid ſoli eſt inter paludem & mare, octoginta ſtadiorum muri ambitum deſtinat: & qui exædificandæ urbi præeſſent relictis, Memphin petit.* Hunc verum hujus urbis fuiſſe ambitum etiam colligimus ex præſtantiſſima Agrippæ oratione ad populum Judaicum habita, quam Joſephus lib. II. de bello Jud. reliquit, inter alia ibi de Alexandria hæc leguntur: πρὸς δὲ καὶ μεγέθους, μῆκος μὲν γε αὐτῆς, τριάκοντα σταδίων, εὖρος δὲ οὐκ ἔλαττ-

μέτρος ϛαδίων ἑκατὸν δέκα. [34] δευτέρα ἐϛὶ πόλις Τρωίας, [35] ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιὸς, ὃς ἔγραψε τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον τῶν Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, περὶ ἧς [36] Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν. [37] τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ. ἣν ἔκτισε πρὸ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας, ἑπτακαίδεκα ὢν ἐτῶν. [38] τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν, ἔθνους Ἰχθυοφάγων, κατὰ τὸν περίπλουν τῆς Ἰνδικῆς. [39] πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, κατὰ τὴν Ἰνδικήν. [40] ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς. [41] ἑβδόμη, ἐν Ἀρίοις, ἔθνει Παρθυαίων κατὰ τὴν Ἰνδικήν. [42] ὀγδόη,

tum & decem ſtadiis menſurabatur. Secunda urbs eſt Troadis, in qua natus eſt Hegemon poëta epicus, qui ſcripſit bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios geſtum, de qua urbe Demoſthenes libro IV. rerum Bithyniacarum mentionem facit. Tertia Thraciæ prope Macedoniam, quam Alexander condidit ante magnam Alexandriam, cum adhuc ſeptendecim annorum eſſet. Quarta, urbs Neartorum apud Ichtyophagos, juxta Indiæ periplum. Quinta, in Opiane, prope Indiam. Sexta, rurſum Indiæ. Septima, apud Arios, gentem Parthicam, quæ prope Indiam eſt. Octava,

οὐκ ἔλαττον δέκα. Strabo quidem de toto ambitu ſilet, ſed urbis longitudinem etiam XXX. ſtadiorum, & latitudinem ſeptem vel octo ſtadiorum facit. Stephani calculum ſuperat Plinii computatio, tradentis lib. V cap. X. Alexandriæ ambitum XV. M. paſſuum fuiſſe, qui CXX. ſtadia conficiunt: adeoque Pintiani reprehenſione minime digni ſunt, qui Plinium ex Curtio caſtigare nituntur, apud quem pro XV. M. paſſ. tantum X. M. paſſ. ſubſtituunt.

34 Δευτέρα ἐϛὶ πόλις Τρωίας.] Hanc urbem Anonymus (vel ipſe Scaliger, uti exiſtimat Holſtenius) in Olympiadum ἀναγραφῇ appellat τὴν Τρωϊκὴν Ἀλεξάνδρειαν. Chronicon Alexandrinum manifeſte Alexandrum Mag. hujus conditorem ſtatuit: ſed ſcrupulum movet Strabo lib. XIII, qui prima civitatis fundamenta Antigono videtur tribuere, à quo antea Antigonea vocata fuit, deinde Alexandria à Lyſimacho in honorem Alexandri: huic etiam adſtipulatur Plinius lib. V. cap. XXX: *Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipſaque Troas, Antigonea, nunc Alexandria colonia Rom.* Illud etiam quodammodo confirmari poſſet ex nummo Titi Veſpaſiani apud Goltzium in theſauro, ubi oppidi nomina hoc ordine diſpoſita ſunt: COL. TROJAS ANTIGONIA ALEXANDRIA LEGIO XXI. Hic etiam *Antigonia Alexandriam* præcedit, quaſi *Antigonia* magis antiquum eſſet nomen quam *Alexandria*. Sed ego cum aliis viris doctis crediderim ab Alexandro exſtructam, poſtea vero ab Antigono incrementum & nomen accepiſſe; eoque deleto rurſum prævaluiſſe priſtinum nomen, quod utique Lyſimachus potius reduxerit, quam ut hoſtem ſuum Antigonum iſthoc honore frui ſineret. In Actis Apoſtolorum cap. XVI. verſu VIII. *Troadis* meminit Lucas, quæ pro Alexandria hac eſt accipienda, nam à ſcriptoribus ſubinde *Troas*, & ſubinde *Alexandria Troas* dicitur: Triſtanus in nummis Caracallæ & Criſpinæ Auguſtæ hanc inſcriprionem in averſa parte invenit. COL. AUG. TROAS. Et Spanhemius in hujus Alexandriæ nummis: COL. AUG. TRO. ALEXA. Id eſt: *Colonia Auguſta Troas Alexandria*. Plerumque hoc nomine inſigniebatur ad differentiam aliarum Alexandriarum: Livius lib. XXX. cap. XLII: *Tres eum civitates tenebant, Smyrna, & Alexandria Troas, & Lampſacus: quas neque vi expugnare ad eum diem poterat; neque conditionibus in amicitiam pellicere.*

35 Ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιός.] Præter hunc bellum etiam Dardanica literis mandavit. Ex iis commemorat Ælianus hiſtoriam de dracone paſtorem Theſſalum amante. Vide eum lib. VII. Hiſt. Animal. cap. XI. Alius eſt ab Hegemone Thaſio, qui Gigantomachiam, & priſcam comœdiam & parodias, & alia reliquit, ut obſervat Voſſius de Hiſt. Græc. lib. III.

36 Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν.] Multis in locis hic hiſtoricus Stephano adeſt. Patria ejus cognoſcitur ex vocabulo Ἡραία, ubi Stephanus inquit: Πιϛὸν δὲ μᾶλλον τοῦ Βιθυνοῦ Δημοσθένους, ἐν τῷ ιδ´ βιβλίῳ. Aliis locis ejuſdem Demoſthenis lib. nonus & decimus citatur. Vide noſtrum indicem auctorum à Stephano allegatorum.

37 Τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ.] Conſtanter ita legunt codices ſcripti & editi, ſed reſcribendum eſt: τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. Et vereor ne tertia hæc Alexandria eadem ſit cum decima ſexta, de qua ſic infra ſcribit Stephanus: ὀκτωκαιδεκάτη, κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον. Nam ſinus ille Melas in Thracia fuit, uti nos docet Plinius lib. IV. cap. XI. *Circa quem locum fluvius Melas, à quo ſinus appellatur. Oppida, Cypſella, Biſanthe, Macrontichos dictum, qua à Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria.* Vide etiam Ptolemæum lib. III. cap. XII.

38 Τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν.] Neartos Geographi non norunt, multo minus Alexandriam in iſthac regione. Fortaſſis reſcribendum erit: τετάρτη, πόλις Ὠρειτῶν. Plinius lib. VI. cap. XXIV. *Mox Ichthyophagos Oritas, propria, non Indorum lingua utentes, per CC mill. paſſ. Indo poſuere Arbiorum gentem per CC mill. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus vivere.* Eundem fuiſſe populum exiſtimo, qui à Diodoro lib. XVII. Νεαρεῖται dicuntur, & Dionyſio verſu 1096 Ὠρεῖται. Ego antiquum illorum nomen Ὠρεῖται fuiſſe arbitror, ſed quod hunc in modum ſcribebatur ΗΩΡΙΤΑΙ, cujus primum elementum Η ſaltem fuit ἐπίσημον, non vero litera, cujus rei Scaliger alibi plura adfert exempla. Librarii uſum ejuſmodi aſpirationis non capientes, eam in proximæ figuræ literam Ν commutarunt, adeo ut pro ΗΩΡΙΤΑΙ reponerent ΝΩΡΙΤΑΙ ex quo tandem Νεωρεῖται & Νεάρται factum eſt.

39 Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, κατὰ τὴν Ἰνδικήν.] Nullam profecto prope Indiam Ὀπιανὴν collocant Geographi, quare hic omnino reſcribendum putat Salmaſius: ἐν τῇ Ἀρειανῇ, κατὰ τὴν Ἰνδικήν. Arianem uſque ad Indiam pertinere conſtat ex Strabone, & diverſam eſſe ab Aria. Diverſa igitur hæc Alexandria Ἀρειανῆς ab altera Alexandria, quæ cognominatur ἐν Ἀρίοις. Et putat Salmaſius hanc Ἀρειανῆς Alexandriam ipſam eſſe, quam ſub Caucaſo condidit Alexander, quum Bactra trans montem illum tranſiturus eſſet. Nullam etiam reperit apud noſtrum in mentione omnium urbium, quæ hoc nomen tulere, cui melius iſta conveniant. Ἀρειανὴ uſque ad Indum amnem teſte Strabone pertinebat. Sub Paropamiſo & Caucaſo tota erat. Hinc Dionyſius canit omnes populos, qui Paropamiſum accolerent in univerſum appellatos Ἀρειηνούς.

- - - ὅσσοι τε παρὰ πτύχα Παρνησοῖο
Ναίουσ᾽ ὁμῶς μάλα πάντες ἐπωνυμίην Ἀρειηνούς.

Idem alio loco Ἐρυθραίους Ἀρειηνοὺς vocat, quaſi uſque ad Erythræum ſinum ſive Perſicum pertinerent. Latiſſime itaque patebat Ariena regio & multos populos comprehendebat. Strabo lib. XI. μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικήν ἐϛιν Ἀρειανή. *Ergo India proxima Ariane.* Aria ſtrictior ſumitur, quam Strabo cum Magianâ deſcribit lib. XI.

40 Ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς.] Non unam tantum hoc nomine civitatem Alexander in India condidit: & cum Epitomator de ejus ſitu nihil reliquit, quod accuratum decet Geographum, nihil certi proferre queo: Fulgoſus lib. VIII. cap. 15. *Urbes ab Alexandro nominatæ in India, apud Aſſyrios, Ægyptum atque Aſiam, item à Seleuco Seleuciæ, Antiochiæ ab Antiocho, Cæſareæ quoque per terrarum orbem à Cæſaribus conditæ.*

41 Ἑβδόμη, ἐν Ἀρίοις, ἔθνει Παρθυαίων, κατὰ τὴν Ἰνδικήν.] Hoc in loco, notante magno Salmaſio, Stephanus Arios cum Arienis eoſdem ſtatuit; nam Ἀρειανοὶ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ſunt. Arii vero proprie ſumpti vicini non ſunt Indiæ, utpote qui habeant ab oriente Paropamiſadas. Inter provincias & ſatrapias orientis & imperii Parthici nullam nominant

⁴² ὀγδόη, τῆς Κιλικίας. ⁴³ ἐννάτη, ἐν Κύπρῳ. ⁴⁴ δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῆς Καρίας, ἐν ᾗ Ἀδώνιον ἦν, ἔχον Πραξιτέλους Ἀφροδίτην. ⁴⁵ ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα. ⁴⁶ δυοδεκάτη, ἐν Ἀραχώτοις. ⁴⁷ τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρήνῃ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης. ⁴⁸ τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ Σωριανοῖς Ἰνδικῷ ἔθνει. ⁴⁹ πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμοροῦσα τῇ Ἰνδικῇ. ⁵⁰ ἑκκαιδεκάτη, κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον. ⁵¹ ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισάδαις. ⁵² ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος αὐτοῦ

A Octava, Ciliciæ. Nona, in Cypro. Decima, juxta Latmum Cariæ, in qua Adonidis templum eſt, quod Praxitelis Venerem habet. Undecima, juxta Bactra. Duodecima, in Arachotis. Tertia decima in Macarene, quam fluvius Maxates præterfluit. B Quarta decima, apud Sorianos gentem Indicam. Quinta decima, apud Arachotos, Indiæ contermina. Sexta decima, juxta ſinum Melanem. Septima decima, in Sogdiane, juxta C Paropamiſadas. Octava decima, ad Tanaïdem ab

nant Arianen, ſed Ἀρείαν ſolam recenſent auctores antiqui, Iſidorus Characenus, Arrianus, Ptolemæus aliique. Unde ſatis oſtenditur Ἀρείαν & Ἀρειανὴν eandem fuiſſe, ſed modo ſtrictius modo latius ſumi ſolitam. Hujus oppidi meminit Iſidorus Characenus, cujus verba ex mente Salmaſii ita ſunt conſtituenda: ἐντεῦθεν Ἀρεία, σχοῖνοι λ'. ἔνθα Κανδάκ πόλις, καὶ Ἀρτακαύαν πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις. Strabo lib. XV: Μέχρι μὲν Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Ἀρείοις ἀπὸ Κασπίων πυλῶν διὰ τῆς Παρθυαίας, μία ἐστὶ ἡ αὐτὴ ὁδός. Ammian. Marcell. lib. XXI,I: *Abundat autem hac eadem Aria oppidis: inter qua ſunt celebria, Bitaxa, Sarmagina, & Sotira**, *& Niſibis & Alexandria.* Plinius lib. VI. cap. XXIII: *Oppidum Artacoana, Arius amnis qui præfluit Alexandriam ab Alexandro conditam.*

42 Ὀγδόη, τῆς Κιλικί...] Satis notum eſt hoc Ciliciæ oppidum ſitum ad ſinum Iſſicum, inter Iſſum & Seleuciam Pieriæ Hoc tractu deſcribitur à Ptolemæo lib. v. cap. xv. Μετὰ τὴν Ἰσσὸν ἐστὶ πὰς Κιλικίας πύλας, Ἀλεξάνδρεια ἡ κατὰ Ἰσσόν. Μυρίανδρος, Ῥῶσος, ὁ σκόπελος ὁ Ῥωσικός, Σελεύκεια Πιερία, Ὀρόντου ποτ. ἐκβολαί. Willebrandus ab Oldenburg Canonicus Hildeshæmenſis, qui anno cIↃ CC XI. terram ſanctam luſtravit, refert in itinerario ſuo urbem tunc temporis ab indigenis *Alexandrettam* appellari; ejus verba quia urbis ſitum non obſcure indicant, huc tranſcribam. *In prima planitie hujus terra, & in exitu montium* (intelligit ſine dubio montem Amanum qui ſe ab Iſſico ſinu, ſive ab Alexandria uſque ad Euphratem extendit.) *quos uno die magna tranſivimus cum difficultate,* * *& venimus Alexandrettam, qua erat civitas murata, in littore maris ſita, modo deſtructa. Iſtam, ut dicunt indigena, Magnus Alexander, ad cuſtodiam ſui equi Bucephali, qui tunc infirmabatur, laboribus unius diei compoſuit, & à ſuo nomine denominavit: juxta etiam illam prata ſunt equis commodiſſima.*

43 Ἐννάτη, ἐν Κύπρῳ.] Hæc Alexandria non admodum eſt celebris, & dubito vehementer an aliis Geographis ſit commemorata. Faſti Siculi mentionem faciunt de quadam Alexandria ad Cypridis flumen exſtructa, quæ an pro hac eadem ſit habenda, judicabit lector.

44 Δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῆς Καρίας.] Et de hac Cariæ Alexandria altum apud Geographos & hiſtoricos ſilentium. Latmus mons Cariæ non ignobilis eſt, quem Mela lib. I. cap. XVIII. Joniæ tribuit.

45 Ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα.] Bactrianorum urbs metropolis Bactra, alio nomine Zariaſpa dicebatur, condita erat ad amnem ejuſdem nominis. Curtius lib. VII. cap. VII: *Ipſa Bactra regionis ejus caput, ſita ſunt ſub monte Paropamiſo. Bactrus amnis præterit mœnia: is urbi & regioni dedit nomen.* Sed cum urbs & amnis apud alios idem nomen gerant, ex Stephani verbis non facile colligitur, an urbs, an vero amnis intelligi debeat: & quia Geographus lib. XI. refert, Alexandrum in Bactriana & Sogdiana octo urbes ædificaſſe, difficulter huic urbi ſuum ſitum aſſignabimus.

46 Δυοδεκάτη, ἐν Ἀραχώτοις.] Duodecima hæc non eſt eadem neque confundenda cum decima quinta, de qua Stephanus ita loquitur: Πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμοροῦσα τῇ Ἰνδικῇ. Puto Iſidorum Characenum in Σταθμοῖς Parthicis hujus duodecimæ meminiſſe, ſed ab ipſo Alexandropolis appellatur, quod diſcrimen auctores parvi faciunt: εἶτα Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίας, ἔστι δὲ Ἑλληνίς, καὶ παραῤῥεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀραχωτός.

47 Τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρήνῃ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης.] Turpiſſimis mendis hic locus eſt conſpurcatus, quod vidit vir ſummus Salmaſius, qui eum hoc modo in integrum reſtituit: Τρισκαιδεκάτη ἐν Σακασηνῇ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Ἰαξάρτης. Inter tot Alexandrias, nullam in Sacarum regione collocaſſe, non eſt veriſimile, cum alii auctores ibi plures enumerent. Iſidorus in Parthicis Σταθμοῖς duas apud Sacas recenſet: ἔνθα βασίλεια Σακῶν, καὶ πλησίον Ἀλεξάνδρεια πόλις, καὶ πλησίον Ἀλεξανδρόπολις πόλις. Deinde pro Μαξάτης ſubſtituit Ἰαξάρτης, nam nullus hoc nomine fluvius reperitur: Ἰαξάρτης appellabatur Tanaïs Scythicus, ultimus Scythicorum amnium ad ſeptentrionem, qui ſe in mare Caſpium exonerat. Strabo lib. XI: Καὶ ὁ Ἰαξάρτης ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος· τοῦτον ἐν ὀνόμασαν Τάναϊν. Hunc amnem ita nominari etiam ſcribit Arrianus lib. III: Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσίν. Ita hic locus eſt legendus, uti ante alios admonuit Salmaſius. Stephanus tamen non ignoravit hunc amnem ita fuiſſe dictum, ſed eum confundit cum Tanai Mæotico, uti ex voce Τάναις liquido apparebit. Collocat igitur Stephanus quartam decimam Alexandriam ad fluvium Jaxartem finitimis barbaris ſic dictum: qui tamen ab aliis Tanaïs vocabatur. Hæc igitur eadem eſt Alexandria, quam pro decima octava ad Tanaim ab Alexandro conditam perhibet. Erroris autem hujus fons in geminata fluvii appellatione conſiſtere videtur.

48 Τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Σωριανοῖς, Ἰνδικῷ ἔθνει.] Voſſianus cod. παρὰ τοῖς Σαριανοῖς. Fortaſſis *Sorani* iidem erunt, qui à Ptolemæo *Soræ* appellantur, ſuntque populi Indiæ intra Gangem. Ita enim ille lib. VII. cap. I: Μεταξὺ δὲ τοῦ Βιττίγου ὄρους, καὶ τοῦ Διστίθρου Σῶραι νομάδες, ἐν οἷς πόλεις, Σαγάμμαρα, Ἀρκάτου βασίλειον, Σῶρα &c. *Sorani* enim nullibi ſunt niſi in Italia, ſuntque oppidani ita dicti ab oppido *Sora*, ſito ſupra Arpinium & villam Ciceronis apud dextram Liris ripam. Cicero in orat. pro Cn. Plancio: *Nemo Arpinas, non Plancio ſtuduit, nemo Soranus, nemo Caſinas.*

49 Πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμοροῦσα τῇ Ἰνδικῇ.] Jam de Alexandria ad amnem Archotum ſita, ſupra commentario 46 egimus. Hæc alia eſt & Indiæ proxima, & in ea Arachoſiæ parte, quam veteres Ἰνδίαν λευκὴν vocabant.

50 Ἑκκαιδεκάτη, κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον.] Hæc eadem eſt Alexandria, quam ſuprà tertio loco poſuerat, ad quæ Stephani verba commentarios noſtros lege.

51 Ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισάδαις.] Ptolemæus duas in Sogdiana Alexandrias numerat, alteram Ὠξιανὴν cognominatam, alteram ἐσχάτην, quas longiſſime à fluminibus removet. Locum Ptolemæi habes lib. VI, cap. XII. Si hoc loco non intelligamus Ἀλεξάνδρειαν Ὠξιανὴν, eam confundemus cum decima octava, quæ eadem eſt, quam pro decima tertia habuit Epitomator. Nam quæ ἐσχάτη cognominatur, ἐπ' αὐτῷ τῷ Ταναΐδι conſtructam ab ipſo Alexandro auctores commemorant.

52 Ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, αὐτοῦ κτίσμα.] Salmaſius ex libris antiquis hunc locum ita conſtituit: ὀκτω-

αὐτοῦ κτίσμα, [53] ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἀποφαίνεται. [54] ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὸν [55] Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς, ὡς Τιμοσθένης. [56] τὸ ἐθνικὸν, Ἀλεξανδρεὺς, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς. τὸ θηλυκὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Σινωπεὺς Σινωπὶς, οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἀλεξανδρεὺς Ἀλεξανδρίς. Δίδυμος δὲ παρατίθεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους [57] τὸ Ἀλεξανδρίτης. [58] Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως, [59] Ἀλεξανδρειώτην φησὶ, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρειανὸς, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς, Ἡράκλεια Ἡρακλειανός. λέγεται δὲ Ἀλεξάνδρειος κτητικόν. [60] Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῇ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ, ταῦτα πάντα κυροῖ, [61] καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος, καὶ τὸ Ἀλεξανδρίτης, [62] οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης. ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτὸν, [63] παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα, [64] ἐξ

ab ipſo Alexandro condita, uti Ptolemæus libro tertio affirmat. Eſt item locus in Ida Troïca Alexandria dictus, in quo Parin inter Deas judicaſſe referunt, auctore Timoſthene. Gentile Alexandreus, quod à genitivo Alexandri deducitur. Quemadmodum à Sinopeus fit Sinopis, ita ab Alexandreus fit fœmininum Alexandris. Verum Didymus ex Eratoſthene uſum vocabuli Alexandrites in medium producit. Sed Phavorinus in libro quem de Cyrenaïca urbe conſcripſit, Alexandrioten habet. Et ab Alexandreia factum eſt Alexandreianus, uti à Myrleia Myrleianus, Heracleia Heracleianus. Poſſeſſivum etiam Alexandreius dicitur. Aſt Nicanor Hermeæ filius libro primo de Alexandria, omnia hæc ſua authoritate confirmat, & præterea etiam Alexandrinus & Alexandrites, non quidem Alexandreotes. Eſt item Alexandrea herba & planta, quæ ab aliis Alexandra appellatur. Hac

ὀκτωκαιδεκάτῃ, ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου κτίσμα. Hujus oppidi ab Alexandro ipſo conditi meminit Arrianus lib. IV. hiſce verbis: Αὐτὸς δὲ πρὸς τῷ Ταναΐδι ποταμῷ ἐπενόει πόλιν οἰκίσαι, καὶ ταύτην ἑαυτοῦ ἐπώνυμον. Et paulo poſt ſequitur: Αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν, ἣν ἐπενόει, τειχίσας ἐν ἡμέραις εἴκοσι. Palam eſt Tanaïdis nomine apud Stephanum Jaxartem intelligi debere, uti ſupra multis docuimus. Plinius lib. VI. cap. XVI: *Gens hæc obtinet averſa montis Paropamiſi ex adverſo fontis Indi: includitur flumine Ocho: ultra Sogdiani: oppidum Panda, ut in ultimis eorum finibus Alexandria oppidum, ab Alexandro magno conditum. Aræ ibi ſunt ab Hercule ac Libero conſtitutæ, item Cyro ac Semiramide, atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum includente flumine Jaxarte, quod Scythæ Silin vocant: Alexander militeſque ejus Tanaim putavere.* Hæc igitur Alexandria illa eſt, quam Ptolemæus Ἀλεξάνδρειαν ἐσχάτην appellat lib. VI. cap. XII: & ibi metam expeditionum ſuarum poſuit Alexander: ſed eam longius à flumine Ptolemæus collocavit.

53 Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος.] Ptolemæum Geographum non intelligo, ſed regem hoc nomine, qui Lagi filius dicebatur: qui teſte Arriano lib. I. accuratiſſime Alexandri res geſtas conſcripſit. Hujus ſcriptoris etiam meminit Stephanus in voce Ἀγχιάλη.

54 Ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος.] Hæc Alexandria non eſt confundenda cum Alexandria quæ Troas cognominatur, quod nuper à viro quodam doctiſſimo factum animadverto. Nomen habet hic locus ab Alexandro, qui ibi judex inter Deas ſedit. Theophraſtus qui tempore Alexandri Magni vixit Ἀλεξάνδρειαν Δάφνην hanc nominavit, ut videatur non recens nomen ab Alexandro Philippi, ſed antiquius ab Alexandro Paride ſortita, ita enim loquitur lib. III. cap. XVII: ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐστὶ, οἷον ἥτε Ἀλεξάνδρεια καλουμένη Δάφνη.

55 Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς.] De hoc judicio apud Ovidium legito epiſtola XVI. ubi Paris ita introducitur:

Præpoſui regnis ego te; quæ maxima quondam
Pollicita eſt nobis nupta ſororque Jovis:
Dumque tuo poſſem circumdare brachia collo,
Contempta eſt virtus Pallade dante mihi:
Cum Venus & Juno, Pallaſque in vallibus Idæ
Corpora judicio ſuppoſuere meo.

56 Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεὺς, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς.] Igitur hoc gentile ſecundum Stephani canonem non deducitur à voce Ἀλεξάνδρεια, ſed à genitivo primitivi Ἀλεξάνδρου. Idem etiam docet in voce Ἄιλια, πόλις Παλαιστίνης: ſed multo manifeſtius in vocabulo Εὔβοια: Locum, quia valde ad rem facit, ut in MSS concipitur tranſcribam: Τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου Εὐβοιεύς. καὶ Εὐβοιΐς τὸ θηλυκόν. καὶ Εὐβοεὺς, χωρὶς τοῦ ι. καί τοι ἀπὸ τῶν εἰς α παρηγμένα εἰς ευς φυλάττει τὴν παραλήγουσαν. Διὸ δὲ τὸ Ἀλεξάνδρεια οὐ προϋπάρχει τοῦ Ἀλεξανδρεύς. ἔδει γὰρ Ἀλεξανδρειεύς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς. Hoc gentile etiam in nummis Gordiani conſpicitur, in quibus Dianæ Epheſiæ ac Serapidis, vel etiam Phari expreſſæ icones reperiuntur: ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕCΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, aut: ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Reliqua illa gentilia Ἀλεξανδρειώτης & Ἀλεξανδρειανὸς, quæ ab hac voce formantur, non ſunt in uſu apud idoneos auctores, quare pro Grammaticorum nugamentis, vel ſaltem non magnopere æſtimanda videntur.

57 Τὸ Ἀλεξανδρίτης.] Hæc eſſet Ægyptiorum forma: Ægyptii enim, uti docet Stephanus in voce Ἄζιλις, gentilia ſua plerumque in ιτης terminant, præſertim ſi à nominibus in ις deducantur. Attamen nomina quæ apud illos in ος exeunt, etiam habent gentilia in ιτης deſinentia: ſic Κάνωβος habet Κανωβίτης; & ſic Ἀλεξανδρίτης non poſſet formari ab Ἀλεξάνδρεια, ſed à primitivo Ἀλέξανδρος.

58 Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως.] Voſſius in Syntagmate de Hiſtoricis Græcis ex hoc Stephani loco probare nititur Phavorinum Κυρηναϊκὰ ſcripſiſſe, ſed exiſtimo hic ſpecialem urbis cujuſdam deſcriptionem allegari.

59 Ἀλεξανδρειώτην φησὶ, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρειανός.] Hic locus non eſt integer, & ei quædam videntur excidiſſe: ſi mei arbitrii res foret legerem: Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησὶ, καὶ παρὰ τὸ Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρειανὸς, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς &c. Sed apud Epitomatorem in voce Μύρλεια è gentili τὸ Ι rejicitur.

60 Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῇ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ.] Leander Nicanor Hermiæ filius fuit Grammaticus Alexandrinus, ut Suidas in ejus vita perhibet. Hic libros de Alexandria, ubi degebat, conſcripſit, de quorum numero non ſumus certi. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. II. cap. XII.

61 Καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος.] Hoc gentili utitur Strabo lib. XIII, ubi refert Heſtiæam Alexandrinam diſſertationem edidiſſe, utrum, quæ Homerus de bello circa Trojam geſto cecinit, hiſtoria, an fabula ſint: Παρατίθησι δὲ ὁ Δημήτριος καὶ τὴν Ἀλεξανδρίνην Ἑστιαίαν μάρτυρα, τὴν συγγράψασαν περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος. Et in nummo Lepidi hæc inſcriptio legitur, ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ.

62 Οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης.] Fortaſſis ut ſupra legendum: οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρειώτης.

63 Παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα.] Salmaſius in Plinianis exercitationibus locum ex Apuleii herbario producit & corrigit, ubi hæc planta etiam *Alexandra* appellatur: *Eupeplios Græci, Daphnoides, Hypogloſſon, Eupetalon, Digloſſon, Daphne Samothracia, Daphne, Stephanos Alexandra,*

Chamæ-

[64] ἐξ ἧς ἐςέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. A [65] τινὲς δὲ δανάλω αὐτὴν καλοῦσιν· οἱ δὲ, χαμαιδάφνην· [66] οἱ δὲ, ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.

ἈΛΗΣΙΟΣ [67], τῆς Ἤλιδος πέτρης, τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου. ἀπὸ Ἀλησίου [68] τοῦ Σκηλλοῦντος υἱοῦ. B [69] οὗτος ἦν τῶν Ἱπποδαμείας μνηστήρων. οἱ δὲ, Γαργήττου υἱὸν, ἕνα τῶν μετὰ Πέλοπος ἀφικομένων. τὸ ἐθνικὸν Ἀλησιεὺς, [70] ὡς Συμπρασιεύς. [71] ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται C πολὺ ἅλας. ὁ δὲ Εὐφορίων, οὐ γὰρ Ἀλήσιοί ἐστε, φησίν.

ἈΛΘΑΙΑ, πόλις Ὀλκάδων. [72] οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας, [73] πλησιόχωροι Καρχηδόνος, ἣν ἐκάλουν καὶ καινὴν πόλιν. D τὸ

Hac in certaminibus coronabatur Alexander. Hanc nonnulli danaën, quidam chamædaphnen, alii vero epiphyllocarpum ſive phyllocarpum nominant.

ALESIUS, urbs Elidis. Homerus:

Petræ Oleniæ & Aleſii. - - -

Nomen accepit ab Aleſio Scilluntis filio, qui unus ex Hippodamiæ procis fuit. Alii narrant Gargetti filium, unumque ex illis fuiſſe, qui cum Pelope advenêre. Gentile Aleſienſis, quemadmodum Sumpraſienſis. Eſt & Campus Aleſius in Epiro, ubi ſal copioſus conficitur. Euphorion vero inquit, *non enim Aleſii eſtis.*

ALTHÆA, urbs Olcadum. Olcades autem Iberiæ gens eſt, Carthagini, quam novam urbem appellant, finitima. Gen-

chamædaphne, carpophyllon, daphnitis, Latini pervincam; victoriæ folium, laurum Alexandrinum, Macedonicam, lauraginem, muſtellaginem terreſtrem vocant.

[64] Ἐξ ἧς ἐςέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι.] Cave hæc intelligas de Alexandro Magno: ſunt enim de Alexandro Paride accipienda, qui in ag[onali] certamine omnes vincebat [atq]ue ſuperabat. Servius ad lib. v. Æneid. & ſpeciatim ad hæc poëtæ verba;

Solus qui Parid[e]m ſolitus contendere contra.

Sane hic Paris, [se]cundum Troica Neronis, fortiſſimus fuit, adeo ut in Troj[ae] agonali certamine ſuperaret omnes, ipſum etiam Hectorem: qui cum iratus in eum ſtringeret gladium, dixit ſe eſſe germanum, quod allatis crepundiis probavit: qui habitu ruſtici adhuc latebat.

[65] Τινὲς δὲ δανάλω αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ χαμαιδάφνην.] Libri calamo exarati à vulgatis nihil differunt, attamen contendit Salmaſius in margine ſui Stephani hic debere legi: τινὲς δὲ δάφνην αὐτὴν καλοῦσι. οἱ δὲ χαμαιδάφνην. Utroque modo hæc planta appellatur & δανάη & δάφνη, verum quia in Stephani verbis ſequitur, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, à partibus Salmaſii ſtarem, & pro δανάλω etiam δάφνην reponerem. Dioſcorides lib. IV. cap. CXLII. hanc herbam δανάλω appellat; cujus verba ex optimo codice ita emendavit Salmaſius: Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ Ἰδαίαν, οἱ δὲ Δανάλω, οἱ δὲ Ζαλίαν, οἱ δὲ ςέφανον Ἀλεξάνδρου καλοῦσι, φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει. Quæ autem ſit Alexandria, quæ danaë, quæ daphne & chamædaphne apud Salmaſium in Solinum legito.

[66] Οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.] Salmaſius in Plinianis exercitationibus & ad oram ſui codicis teſtatur, ſe in optimo MS. inveniſſe: οἱ δὲ ἐπιφυλλάκανθον, καὶ φυλλόκαρπον: quam lectionem vulgatæ longe præfert. Nam ἐπιφυλλάκανθος dicitur, quod folia pungentia haberet, ut Myrta ſylveſtris. Plinius de illa: *folio acutiore quam Myrti.* Dioſcorides: φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει. Plantam, quam Stephanus vocat φυλλόκαρπον, Plinius καρπόφυλλον & Theophraſtus ἐπικαρπόφυλλον appellavit, quod fructum ex mediis foliis producat, ut & Myrtus ſylveſtris, quæ κεντρομυῤῥίνη Theophraſto, aliis ὀξυμυρσίνη, & Latinis *Ruſcus* dicitur.

[67] Ἀλήσιος, τῆς Ἤλιδος πέτρης, τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου, ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλλοῦντος υἱοῦ.] Conſtanter ſic legunt codd. ſcripti & vulgati omnes; verum quia ab Epitomatore non additur nomen urbis, merito hunc locum mutilatis annumeramus: imo hoc non tantum huic loco deeſt, ſed præterea etiam omni ſenſu eſt deſtitutus, cujus rei mala interpunctio præcipua cauſa eſt: nam illa verba, πέτρης τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου, non ſunt Stephani aut Epitomatoris, ſed Homeri, & deſumpta ex Iliad. Λ. verſu 755. cujus integer locus ita ſonat.

Ὄφρ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυπύρου βήσαμεν ἵππους,
Πέτρης τ' Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου, ἔνθα Κολώνη
Κέκληται. - - -

Donec in Bupraſium frugum ferax egimus equos
Petramque Oleniam & Aleſium, ubi eſt quæ Colone
Appellatur.

Proinde hunc locum ita ſupplerem & diſtinguerem: Ἀλήσιος, πόλις τῆς Ἤλιδος. Ὅμηρος.

Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλησίου. - - -

Ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλλοῦντος υἱοῦ. Hanc veram eſſe lectionem, nemo in dubium vocabit. Non ſemper τὸ Ἀλήσιος cum η ſcribitur, ſed aliquando Ἀλείσιος cum diphthongo, & ita olim Euſtathius, ut Iliad. B teſtatur, in antiquis Homeri exemplaribus invenit.

Πέτρην τ' Ὠλενίην, καὶ Ἀλείσιον ἐντὸς ἔεργε.

Ad quæ verba Archiepiſcopus ita commentatur, & hujus ſcripturæ apud Stephanum meminit: Τὸ δὲ Ἀλείσιον, ἐν μὲν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων, διὰ διφθόγγου φέρεται. ὡς ἀπὸ τοῦ ἀλέω ἀλέσω, ἀλείσιον κατὰ τὸν Ἐτυμολόγον. ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐκθέτης, διὰ τοῦ η γράφει αὐτό. λέγων οὕτω καλεῖσθαι, ἀπὸ Ἀλησίου υἱοῦ Σκιλλοῦντος, ἑνὸς τῶν τῆς Ἱπποδαμείας μνηστήρων. Ita legenda ſunt hæc verba Euſtathii, ſi ex iis verum ſenſum percipere deſideres, uti manifeſte declarat locus Etymologici magni auctoris: Ἀλείσιον, τόπος οὕτω καλούμενος, ὡς λέγει ὁ Χοιροβοσκός. ἀπὸ τοῦ ἀλέω ἀλέσω Ἀλείσιον. Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου. Hinc liquet apud Homerum, loco à Stephano allegato, male ſcribi Ἀλησίου pro Ἀλεισίου. Hanc ſcripturam etiam agnoſcit Strabo lib. VIII: Verum ſua ætate locus appellabatur *Aleſiæum*, eratque ſitus juxta Amphilochidem, ubi ſingulis menſibus in forum conveniebant vicini.

[68] Τοῦ Σκηλλοῦντος.] Sic habent MSS codices & editi: mallem tamen cum Euſtathio ſcribere, τοῦ Σκιλλοῦντος.

[69] Οὗτος ἦν.] Melius in Voſſiano Cod. Οὗτος δὲ ἦν.

[70] Ὡς Συμπρασιεύς.] Illud gentile videtur corruptum: fortaſſis legendum eſt: ὡς Βουπρασιεύς.

[71] Ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας.] Ita Euſtathius etiam hunc locum ex Epitomatore legit, pag. 305. ad Iliad. B. Ἔστι δέ φησι (nempe ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας) καὶ Ἀλήσιον Ἠπείρου, παρώνυμον τῷ ἁλί. ὡς πηγνυμένου ἐκεῖ πολλοῦ ἁλός. Et pag. 883. ad Iliad. Λ. eadem ex Stephano referens, inquit: ἦν δὲ καὶ Ἀλήσιόν φασι πεδίον Ἠπειρωτικὸν, κληθὲν ἀπὸ πηγνυμένου ἐκεῖ πολλοῦ ἁλός. In ſchedis Palatinis & Voſſianis longe aliter hic locus exaratur: Ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πηγνυμένου πολλοῦ ἁλός Hæc lectio magis quidem cum Euſtathiana convenit, ſed à Græcæ linguæ elegantia longe recedit, quare vulgata præferenda videtur. Sed hoc imprimis nunc obſervandum eſt, Stephanum in vocabulo Τράγασαι hunc Epiri locum Ἄλσιον appellare, non vero Ἀλήσιον; ſed quo in loco mendum lateat, poſtea videbimus.

[72] Οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας πλησιόχωροι Καρχηδόνος, ἣν ἐκάλουν καὶ καινὴν πόλιν.] Optime ſuſpicatur Salmaſius hanc gloſſam à ſciolo quodam eſſe appoſitam. Quo enim pertinet hic referre, Carthaginem καινὴν πόλιν dictam eſſe? Hoc ſuo loco Stephanus docebit.

[73] Πλησιόχωροι Καρχηδόνος.] Recte ſic edi curavit Xylander: ſed male in aliis editionibus legitur, πλησιόχωροι Καλχηδόνος.

τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος, ὡς Αἰαῖος. ἢ Ἀλθαιάτης, ἢ Ἀλθαιανός. [74] εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς γραφαῖς Δημητρίου, [75] Ἀλθαιέα. A

ἉΛΙΑΡΤΟΣ [76], πόλις Βοιωτίας· [77] ἀρσενικόν. [78] Ὅμηρος,

– – – ποιήενθ' Ἁλίαρτον. B

[79] λέγεται δὲ κτισθῆναι ὑπὸ Ἁλιάρτου τοῦ Θερσάνδρου. [80] τὸ ἐθνικὸν Ἁλιάρτιος, ὡς Βοιώτιος. [81] Ἀρμενίδας δ' ἐν τῷ ρ, [82] Ἀρίαρτόν φησι.

ἉΛΙΕΙ͂Σ [83], πόλις Λακωνικῆς παραθαλασσία. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως. ὡς ἀπὸ τοῦ Ἁλιεύς. C Ἔφορος ἐν τῷ ἕκτῳ, ὅτι οὗτοι Τιρύνθιοί εἰσι, καὶ ἐξαναστάντες ἐβουλεύοντο οἰκεῖν τινα τόπον, καὶ ἠρώτων τὸν θεόν. ἔχρησε δὲ οὕτω.
[84] Ποῖ τὸ λαβὼν, καὶ ποῖ τὸ καθίζω, καὶ ποῖ τὸ οἴκησιν ἔχων ἁλιέα τε κεκλῆσθαι. [85] ἐλέγοντο D δ' οὕτω, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν Ἑρμιονέων ἁλιευομένους, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος οἰκεῖν τῆς χώρας. [86] τὸ θηλυκὸν, Ἁλίας. καὶ Ἁλικὸς, τὸ κτητικόν.

ἉΛΙ-

A Gentile, Althæus, uti Ææus: ſive Althæates, ſive Althæanus: Verum in Demetrii ſcriptis Ἀλθαιέα invenimus.

HALIARTUS, urbs Bœotiæ, cujus nomen genere maſculino effertur. Homerus

B – – – – *Herboſum Haliartum.*

Dicitur autem ab Haliarto Therſandri filio conditus eſſe. Gentile Haliartius, uti Bœotius. Verum Armenidas Ariartum cum R inquit.

HALIEIS, urbs Laconiæ maritima. Similі modo ſe habet gentile, nam tanquam à C voce Ἁλιεύς deducitur. Refert Ephorus libro ſexto, eos eſſe Tirynthios, qui demigraturi, de loco quodam colendo conſilium inibant, Deumque interrogabant, qui ipſis hunc in modum reſpondit: Ubicunque domicilium acceperis, ubi- D cunque conſederis, & ubicunque habitaveris, piſcatorem dictum eſſe. Ita autem appellabantur, propterea quod multi Hermionenſium piſcatores, eam regionis partem obtinebant. Fœmininum Halias, & poſſeſſivum Halicus dicitur.

HALI-

74 Εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς γραφαῖς Δημητρίου.] Multo melius exhibetur in Palatinis codd. εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς συγγραφαῖς Δημητρίου. Quam emendationem non rejicient illi, quibus diſcrimen inter γράφειν & συγγράφειν omnino non eſt incognitum.

75 Ἀλθαιέα.] Sic quatuor gentilium formæ, in αιος, ατης, ανος & in ευς ab hac voce deducuntur; nam hæc vox Ἀλθαιέα accuſativus eſt à recto Ἀλθαιεύς.

76 Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτίας.] Geographi omnes & hiſtorici hanc urbem Bœotiæ adſcribunt: verum Ptolem. lib. 3. cap. 16. Meſſeniæ mediterraneæ etiam alteram tribuit cognominem. Male hæc urbs in Hymno in Apollinem, qui Homero adſcribitur Ἄμαρτος appellatur.

Τὸν διαβὰς ἵκανες καὶ Ὠκαλέην πολύπυργον
Ἔνθεν ἄρ' εἰς Ἄμαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.

Verſus optime conſtabit, ſi legatur, uti ſine dubio legendum eſt:

Ἔνθεν ἄρ' εἰς Ἁλίαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.

77 Ἀρσενικόν.] Codex Voſſianus, ἀρσενικῶς: De genere hujus vocabuli inter ſe acerrime rixantur Grammatici; Sed antiqua hæc eſt lectio, quam etiam Euſtathius ad Iliad. B ſecutus eſt: Σημείωσαι δὲ ὡς εἴπερ θῆλεος μὲν γένους ἡ Ἁλίαρτος, δυσωπητικῶς δὲ ἔχει οὕτω τὸ ποιήενθ' Ἁλίαρτον, ἄρα κατὰ γένος ὅμοιον προείρηκε καὶ τὸ Πύλον ἠμαθόεντα καὶ ὑλήεντα Ζάκυνθον. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συγγραψάμενος, ἄρρενος γένους παραδίδωσι τὴν Ἁλίαρτον, εἰπών. Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτῶν, ἀρσενικῶς.

78 Ὅμηρος.] Vide locum circa initium Bœotiæ.

79 Λέγεται δὲ κτισθῆναι ὑπὸ Ἁλιάρτου τοῦ Θερσάνδρου.] De urbis conditore præter alios legendus Pauſanias in Bœoticis. Euſtathius uti paſſim ſolet verbotenus hæc ex Stephano tranſcripſit. Ἁλίαρτος δὲ ἀρσενικῶς λέγεται κατὰ τὸν τὰ ἐθνικὰ γράψαντα, κτισθεὶς ὑπὸ Ἁλιάρτου υἱοῦ Θερσάνδρου. Etymologici Magni auctor perhibet, hanc urbem ab Alexandro conditam eſſe, quod an ſit veriſimile, aliis dijudicandum relinquo.

80 Τὸ ἐθνικὸν Ἁλιάρτιος, ὡς Βοιώτιος.] De gentili non eſt dubitandum, cum paſſim apud Pauſaniam, Polybium, Strabonem, Plutarchum alioſque ſcriptores antiquos occurrat: Sed quid Βοιώτιος, quod fit à Βοιωτία, huc faciat non video: niſi quis dicat Ἁλιάρτιος & Βοιώτιος à conditorum nominibus derivari. Apud Suidam tamen corrupte legitur Ἁλιάρτιος, ἀπὸ Ἁλιαρτίας χώρας. Sine dubio ibi reſcribendum eſt: Ἁλιάρτιος, ἀπὸ Ἁλιαρτίας χώρας.

81 Ἀρμενίδας δ' ἐν τῷ ρ, Ἀρίαρτόν φησι.] Scripſit Armenidas Θηβαϊκά, teſte Scholiaſta in lib. 1. Apoll. Rhodii. Lubens mihi perſuadeo, eundem hunc fuiſſe auctorem, quem nunc citat Stephanus, licet Cl. Voſſius male ſuſpicetur, locum Scholiaſtæ eſſe corruptum. Verum an non præter *Thebaica* alia quædam ſcripſerit, hinc dubitari poteſt, nam locus Stephani titulum operis non expreſſit, & ſi vitii ſit immunis, libri centeſimi mentionem facit. Sed meam non diſſimulabo opinionem, cenſeo verba eſſe corrupta & debere legi: Ἀρμενίδας δὲ διὰ τοῦ ρ, Ἀρίαρτόν φησι.

82 Ἀρίαρτον.] Vide etiam Euſtathium ad Iliad. B. loco jam ſæpius à nobis allegato.

83 Ἁλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς.] A Geographis & Hiſtoricis hanc urbem inter Laconicas recenſeri non video, quare mendum ſuſpicor, & pro Λακωνικῆς legendum Ἀργολικῆς, licet in ſcriptis codicibus & aliis editionibus conſtanter ita reperiatur: nam ipſe Stephanus in Τίρυνς, quæ Peloponneſi urbs eſt juxta Argos ſita, teſtatur, quod prius Ἁλιεῖς dicta ſit. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἁλιεῖς, διὰ τὸ πολλοὺς Ἑρμιονέας ἁλιευομένους οἰκεῖν αὐτοῦ. Huc etiam pertinent verba Scholiaſtæ in Thuc. qui ad librum primum ita refert: Ἁλίαι (quod mihi ſuſpectum eſt) πόλις Πελοποννήσου περὶ Τροιζῆνα τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. Euſtathius in ſuis ad Homeri Bœotiam commentariis ſcribit, urbis nomen eſſe Ἁλιῦς, quod an mendo careat valde dubito. Καλεῖται δέ φασι Τίρυνς, ἀπὸ Τίρυνθος ἀδελφοῦ Ἀμφιτρύωνος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἁλιῦς, διὰ τὸ πολλοὺς ἁλιευομένους οἰκεῖν ἐκεῖ. Apud Diodorum lib. XI. legimus: ἐνίκησαν μεγάλῳ στόλῳ καταπλεύσαντες εἰς τοὺς ὀνομαζομένους Ἁλιεῖς.

84 Ποῖ τὸ λαβὼν, καὶ ποῖ τὸ καθίζω, καὶ ποῖ τὸ οἴκησιν ἔχων ἁλιέα τε κεκλῆσθαι.] Oraculum illud valde mendoſum reperitur in libris ſcriptis & editis: Salmaſius ad oram ſui codicis hunc in modum emendare nititur: Ποῖ τὸ λαβὼν, καὶ ποῖ τὸ καθίσων, καὶ ποῖ τὸ οἴκησιν ἕξων ἁλιέα κεκλῆσθαι.

85 Ἐλέγοντο δὲ οὕτω, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν Ἑρμιονέων ἁλιευομένους, κατὰ τοῦτο &c.] Eadem hæc à Strabone referuntur lib. VIII. Ἑρμιόνη δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων. ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. Dicit eos marginem maritimam incolere; verum an urbem, an vicum poſſideant, hinc non cognoſcitur. Solus Stephanus, cujus teſtimonio utitur Euſtathius, de Halienſium urbe mentionem fecit; & fortaſſis Thucydidis Scholiaſtes idem etiam ex Epitomatore hauſit.

86 Τὸ θηλυκὸν, Ἁλίας.] Thucydides libro IV. Halienſium tractum Ἁλιάδα χώραν appellavit. Heſychio Ἁλικὴ dicitur ἐν Πελοποννήσῳ τῶν Ἁλιέων χώρα: Hinc apud eundem legimus: Ἁλικοὶ καλοῦνται οἱ τὰ πρὸς θάλασσαν οἰκοῦντες μέρη τῆς Πελοποννήσου.

ἉΛΙΖΩ͂ΝΕΣ[87], ἔθνος. Ὅμηρος, A
[87] Αὐτὰρ Ἁλιζώνων. - - -

[88] Ἔφορος οἰκῆσαί φησι τοὺς Ἁλιζῶνας [89] τὴν μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας κειμένην. ἴσως δὲ διὰ τὸ ὑπερήφανον τοῦ πλούτου, κατ᾽ ἐναλλαγὴν τοῦ α εἰς ι, οὕτως ὠνομάσθησαν. B

ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΟΣ[90], πόλις Καρίας. [91] Ἄνθης φησὶν, [92] ἀπὸ τοῦ ἁλία περιέχεσθαι τὴν Καρίαν. [93] αὐτὸς δὲ ὁ Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετῴκισε, [94] λαβὼν τὴν Δύμαναν φυλὴν, ὡς Καλλίμαχος. ἢ ἀπὸ τοῦ [94] νάσσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Τροιζῆνος, ὡς Ἀπολλόδωρος. [95] ἐκαλεῖτο δὲ Ἴσθμος, [96] καὶ Ζεφύρια, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία. λέγεται ἀρσενικῶς. C [97] ὁ πολίτης Ἁλικαρνασσεύς, ὡς Ἀψυρτεύς. Ἀνδροτίων ἐν τρίτῃ Ἀτθίδος, [98] Ἁλικαρνάσιός φησι. D καὶ Ἁλικαρνασσὶς θηλυκόν· καὶ Ἁλικαρνασσοῖ, τὸ τοπικόν· καὶ ἐκ τόπου, Ἁλικαρνασσόθεν.

HALIZONES, gens cujus Homerus meminit. A

Sed Halizonum. - - -

Perhibet Ephorus Halizonas habitaſſe oram maritimam inter Myſiam, & Cariam & Lydiam ſitam. Fortaſſis ita dicti ſunt, mutato A in I, quod divitiis ſuperbirent. B

HALICARNASSUS, urbs Cariæ. Refert Anthes eam ſic appellari, quod Caria undique mari cingatur. Ipſe autem Anthes, poſtquam Dymanam tribum occupaſſet, ex Trœzene tranſmigravit, ut Callimachus auctor eſt. C Vel nomen habet ἀπὸ τοῦ νάσσασθαι, quod urbem habitaverit [Anthes] à Trœzene, quemadmodum Apollodorus perhibet. Nominabatur etiam Iſthmus, & Zephyrium, uti Philo teſtatur, & Zephyria. Urbis nomen genere maſculino effertur. D Civis nomen eſt Halicarnaſſenſis, ut Abſyrtenſis. Androtion libro tertio hiſtoriæ Atticæ Halicarnaſſius inquit. Fœmininum eſt Halicarnaſſis, & locale, Ἁλικαρνασσοῖ: & adverbium de loco, Ἁλικαρνασσόθεν.

ἉΛΙ- HALI-

[87] Αὐτὰρ Ἁλιζώνων.] Hæc verba Epitomator ex Homeri Bœotia deſumpſit.

[88] Ἔφορος.] Euſtathius, uti ſequenti commentario apparebit, male hunc ſcriptorem Εὔφορον appellat. Aliquoties obſervavi, librarios *Ephori* nomen in *Euphorum* commutaſſe. Sic in Ἀμαζόνες, ἔθνος γυναικεῖον παρὰ τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος, eo in loco libri veteres conſtanter Εὔφορος exhibent. De corrupto *Ephori* nomine lege Scaligerum ad Euſebium anno MCI.

[89] Τὴν μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας κειμένην.] Hiſce verbis aliquid deeſſe nemo ibit inficias; & tamen ſic exhibent codd. ſcripti & editi: ſine dubio hic locus ita eſt ſupplendus: τὴν παράλιον μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας κειμένην. Hoc manifeſte indicant verba Euſtathii ad Iliad. B. cujus in Homerum & Dionyſium Alexandrinum commentarii, ſi ad noſtra tempora non perveniſſent, in Stephano emendando ſubinde miſerrime hallucinaremur. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλεξάμενος, Ἁλιζῶνας γράφει, οὐ μὴν Ἁλιζώνους. λέγων ὅτι Εὔφορος [legendum Ἔφορος] φησὶ τοὺς Ἁλιζῶνας τὴν παράλιον οἰκῆσαι τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας. Hinc luce meridiana clarius apparet in Stephano lacunam debere notari, ſed ex Euſtathii verbis ſuppleri poſſe: Verum omnem dubitandi anſam tollit depravata codicis Voſſiani lectio, in quam incidebam, poſtquam hæc typographis excudenda exhibuiſſem: Τὴν παραλίναν μεταξὺ Μυσίας &c. Pergit deinde, & etiam reliqua, quæ ad Etymologiam vocis pertinent, tranſcribit. Ἴσως δέ φησι διὰ τὸ ὑπερήφανον τοῦ πλούτου κατ᾽ ἐναλλαγὴν τοῦ α εἰς ι οὕτως ὀνομάσθησαν.

[90] Ἁλικαρνασσὸς, πόλις Καρίας.] Sita eſt urbs ad ſinum Ceramicum inter Jaſum & Gnidum. Mela lib. I. cap. XVI. refert Argivorum coloniam eſſe: Strabo lib. quarto decimo inquit, præter alios Anthem cum Trœzeniis urbis conditores fuiſſe: Vide etiam Pauſaniam in Corinthiacis. In hac civitate extitiſſe Mauſoli monumentum, Artemiſiæ opus, unum de ſeptem mundi miraculis, quis ignorat?

[91] Ἄνθης φησίν.] Plutarchus de Muſica inter vetuſtiſſimos poëtas etiam Anthem nominat, ſed an idem hic ſit aliis dijudicandum relinquo. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λῖνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους.

[92] Ἀπὸ τοῦ ἁλία περιέχεσθαι τὴν Καρίαν.] Ad marginem ſui codicis ſcripſit Salmaſius legendum eſſe, ἀπὸ τοῦ ἁλὶ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν, & ita eſſe reſcribendum cum incomparabili viro cenſeo. Etymologici Magni Auctor: Ἁλικαρνασσὸς, διὰ τὸ πρὸς τῇ ἁλὶ τῆς Καρίας ᾠκίσθαι. οὕτως Ὧρος. Nunſquam vox ἁλία *mare* denotat. Heſychius: ἁλίαν, θαλάττιαν. Et ſubſtantive ſi ſumatur, tum vaſculum ſignificat, in quo ſal contunditur, uti liquet ex alio Heſychii loco, qui cum mutilus ſit, hoc modo ſuppleri debet: Ἁλία, σκεῦος ἐν ᾧ τρίβονται οἱ ἅλες, ἢ εἰς ὃ ἀποτίθενται.

[93] Αὐτὸς δὲ ὁ Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετῴκισε &c.] Cave hæc referas ad Anthem poëtam Anthedonium, jam ſtatim à Stephano allegatum, de quo Plutarchi teſtimonium exhibuimus. Hæc ſunt Callimachi verba referentis, Anthem non tantum ex Trœzene miſiſſe coloniam, ſed coloniæ ducem fuiſſe, & capta Dorienſium tribu, Halicarnaſſum tranſtuliſſe. Præter Callimachi, etiam Strabonis teſtimonium habemus, libro XIV. ita ſcribentis: Ἔχει δ᾽ ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασσός. πρόκειται δ᾽ αὐτὴν ἡ Ἀρκόννησος. Οἰκισταὶ αὐτῆς ἐγένοντο ἄλλοι τε καὶ Ἄνθης μετὰ Τροιζηνίων. *Arcem habet Halicarnaſſus: & ante eam ſita eſt Arconneſus. Conditores urbis ſunt cum alii, tum Anthes cum Trœzeniis.* De hac re etiam vide Pauſaniam lib. II. Sed ibi male Ἄνθας appellari videtur. Ab hoc Anthe Halicarnaſſenſes Antheadæ appellabantur, uti noſter docet in voce Ἀθῆναι. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι, καὶ Φαλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.

[94] Λαβὼν τὴν Δύμαναν φυλήν.] Sic in editis legitur: ſed ſchedæ Palatinæ exhibent, Λαβὼν τὴν Δύμαιναν φυλήν: Hæc mihi veriſſima videtur loci lectio. Ipſe Stephanus: Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων &c. οἱ οἰκοῦντες, Δυμᾶνες. καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν, καὶ Δύμαινα.

[94] Νάσσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Τροιζῆνος.] Puto hæc etiam debere referri ad Anthem. Eſtque hæc locutio Græcis & Latinis non inſolens: Virg. Paſtor ab Amphriſo. Phæd. Fabulator à Phrygia.

[95] Ἐκαλεῖτο δὲ Ἴσθμος.] Hujus denominationis etiam Stephanus alio loco meminit. Ἴσθμος, ἡ Ἁλικαρνασσὸς, τῆς Καρίας πόλις.

[96] Καὶ Ζεφύρια, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία.] In ſcriptis codicibus legitur: καὶ Ζεφύριον, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία. Hanc veram hujus loci lectionem eſſe coniicio ex alio Stephani loco, ubi inquit: Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας. Etiam teſtatur Strabo oppidi nomen antea Ζεφύρα fuiſſe; ita enim ſcribit lib. XIV: Εἶθ᾽ Ἁλικαρνασσὸς, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλουμένη πρότερον.

[97] Ὁ πολίτης Ἁλικαρνασσεύς.] De hoc gentili dubitari non poteſt, cum multi ſcriptores ex hac civitate oriundi, hoc nomine inſigniantur, & etiam nummi hanc inſcriptionem præferant: in nummo Mediceo ſub Geta percuſſo legimus ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΜ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ, & in nummo Lepidi ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.

[98] Ἁλικαρνάσιός φησι.] Urbis nomen apud Herodotum nunc cum ſimplici, nunc vero cum duplici S exaratur, quare gentile nomen etiam ſic ſcribi poſſet: Sed ſchedæ Voſſianæ habent Ἁλικαρνάσσιός φησι.

ἉΛΙΚΥΑΙ, πόλις Σικελίας· Θεόπομπος. [99] μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου. [1] τὸ ἐθνικὸν Ἁλικυαῖος, καὶ Ἁλικυαία.

ἉΛΙΚΥΡΝΑ [2], κώμη Ἀκαρνανίας. [3] Στράβων. ὁ οἰκήτωρ Ἁλικυρναῖος, ὥσπερ Μηκύβερνα, Μηκυβερναῖος.

ἉΛΙΜΟΥΣ [4], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δὲ πόλιν ἡγεῖται. ὁ δημότης, Ἁλιμούσιος. τὰ τοπικὰ, Ἁλιμουντόθεν, Ἁλιμουντάδε, Ἁλιμοῦντι.

ἌΛΙΝΑ [5], πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. [6] ὁ πολίτης Ἀλινδεύς.

ἉΛΙΜΑΛΑ, χωρίον Λυκίας. [7] Καπίτων Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ. οἱ ἐνοικοῦντες Ἁλιμαλεῖς.

ἈΛΙΝΔΟΙΑ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Βέροια. τὸ ἐθνικὸν Ἀλινδοιαῖος, ὡς Βεροιαῖος.

ἈΛΙΣΑΡΝΑ [8], πόλις Τρωάδος χώρας· Θεόπομπος. τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτὸς, [9] Ἀλισαρναῖος.

ἈΛΙΦΕΙΡΑ [10], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ

HALICYÆ, urbs Siciliæ, auctore Theopompo: ſita inter Entellam & Lilybæum. Gentile Halicyæus & Halicyæa.

HALICYRNA, Acarnaniæ vicus, teſte Strabone. Incola dicitur Halicyrnæus, quemadmodum à Mecyberna deducitur Mecybernæus.

ALIMUS, populus tribus Leontidis. Callimachus autem urbem eſſe exiſtimat. Popularis dicitur Alimuſius. Localia ſunt, ex Alimunte, ad Alimuntem, in Alimunte.

ALINDA, urbs Cariæ, ut Polyhiſtor tradidit. Civis Alindenſis appellatur.

ALIMALA, oppidulum Lyciæ, cujus meminit Capito libro ſecundo Iſauricorum. Incolæ Alimalenſes nominantur.

ALINDOEA, urbs Macedoniæ, uti Berœa. Gentile Alindœæus, quemadmodum Berœæus.

ALISARNA, urbs Troadis, auctore Theopompo. Idem etiam habet gentile, Aliſarnæus.

ALIPHERA, urbs Arcadiæ, nomen habens

99 Μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου.] Eodem tractu hoc oppidum à Diodoro Siculo libro XIV. deſcribitur. Ὁ δὲ Διονύσιος τὴν Αἴγεσταν καὶ τὴν Ἔντελλαν πολιορκεῖν ἔταξεν. αὐτὸς δὲ, τοῦ θέρους ἤδη λήγοντος, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Συρακούσας. τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἔλαβε τὴν ἀρχὴν Φορμίων, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἐνενηκοστὴ καὶ ἕκτη. ὁ δὲ Διονύσιος μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ Συρακουσῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικρατείαν. πορθοῦντος δ' αὐτοῦ τὴν χώραν, Ἁλικυαῖοι μὲν καταπλαγέντες, διεπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Hoc eſt: *Dionyſius Ægeſtam atque Entellam obſidere juſſit: ipſe vero, exeunte jam æſtate cum exercitu Syracuſas regreſſus eſt. Anno ad finem delapſo, Athenis ſummum magiſtratum adit Phormio, & Olympias tum agebatur* XCVI. *Tum Dionyſius Syracuſis educto exercitu, Carthaginienſium ditionem invadit. Dumque agros populatur, Halicyenſes, metu perculſi, miſſis in caſtra legatis, ſocietatem cum eo junxerunt.* Obſervat Geographiæ peritiſſimus Cluverius, inter Entellæ ruinas & Lilybæum etiamnum celebre oppidum, vulgari vocabulo *Salemi* dictum: quod profecto antiquum illud nomen Ἁλικύαι in vulgarem linguam converſum gerit: nam Ἁλικύαι recte à voce ἅλς, ſive ἁλικὸς *ſalſus*, & *Salemi* à Latina voce *Salum* deduci poſſet.

1 Τὸ ἐθνικὸν Ἁλικυαῖος.] Sic paſſim à Diodoro hujus oppidi gentile exprimitur: ſed Latino ore oppidani HALICIENSES appellantur. Vide Pl. lib. III. cap. VIII. & Ciceronem oratione tertia in Verrem.

2 Ἁλίκυρνα, κώμη Ἀκαρνανίας.] Scylax Caryandenſis in Periplo refert urbem eſſe, eamque non Acarnaniæ ſed Ætoliæ attribuit: verum qui in Geographicis parum ſunt verſati optime norunt, urbes Ætoliæ & Acarnaniæ à ſcriptoribus ſæpenumero confundi. Scylacis verba hæc ſunt: Μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε. Καλυδὼν, Ἁλίκυρνα, Μολυκρεία, καὶ ὁ Δελφικὸς κόλπος.

3 Στράβων.] Nulla quod ſciam apud Strabonem hujus vici mentio reperitur.

4 Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Hujus demi in Voſſiano codice nulla reperitur mentio. Unde nomen habeat legimus apud Etymol. Mag. auctorem: Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε ἁλίμων, Ἁλιμοῦς καὶ Ἁλιμοῦς. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα χωρία οὕτως ὠνόμασται. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ῥάμνων Ῥαμνοῦς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. In Xylandri editione gentile nomen hujus Demi eſt Ἁλιμούσιος, pro quo ex aliis editionibus Ἁλιμούσιος reſcripſimus.

5 Ἄλινα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης, Ἀλινδεύς.] Locus eſt corruptus, & nullum auxilium à MSS. Schedæ Palatinæ & Voſſianæ legunt: Ἄλινα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης, Ἀλινδρεύς. Sine ulla dubitatione legendum eſt, uti & gentile manifeſte indicat: Ἄλινδα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης Ἀλινδεύς. Ptolemæus lib. V. cap. II. hanc civitatem Cariæ inter Stratonicen & Bargaſſum collocat: Ἀλάβανδα, Στρατονίκη, Ἄλινδα, Βάργασος, Μύλασα &c. Vide etiam Plinium lib. V. cap. XXIX. Arrianus de Exp. Alex. Mag. lib. I. Conſt. Porphyrog. de Them. lib. I. cap. 3.

6 Ὁ πολίτης Ἀλινδεύς.] Bene ſe habet oppidani nomen: in vetere numiſmate ΑΛΙΝΔΕΩΝ, excuſum vidit Ful. Urſinus, uti notis ad Polybii Legat. teſtatur.

7 Καπίτων Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ.] Vide Voſſium de Hiſt. Græcis lib. IV. cap. IV.

8 Ἀλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας.] Melius habet codex Voſſianus: Ἀλίσαρνα, πόλις τῆς Τρωάδος χώρας. Apud Xenophontem variis modis oppidi nomen exaratur: lib. III. Hellen. Ἀλίσαρνα, & Anabaſ. ultimo Ἑλισάρνη reperitur. Hujus oppidi etiam meminit Plin. lib. V. cap XXX, ſed ab ipſo Haliſerne dicitur. Puto tamen Stephanum verum nomen habere.

9 Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτὸς, Ἀλισαρναῖος.] Bene ſe habet hoc gentile: nam eodem modo in antiquis numiſmatibus legitur. Num. Veſpaſiani habet: ΑΛΙΣΑΡΝΑΙΩΝ.

10 Ἀλίφειρα πόλις Ἀρκαδίας &c.] Puto hæc eſſe tranſcripta ex Pauſaniæ Arcadicis, ſed ibi civitatis & gentilitii penultima ſyllaba per η exaratur, quam ſcripturam Stephanus prorſus improbat, nam infra addit: εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου. Pauſaniæ verba ſic ſe habent: Ἔστι δὲ Ἀλίφηρα πόλισμα οὐ μέγα. ἐξελείφθη γὰρ ὑπὸ οἰκητόρων πολλῶν, ὑπὸ τὸν συνοικισμὸν τὸν Ἀρκάδων ἐς Μεγάλην πόλιν. *Eſt & Aliphera civitas haud ſane magna, quod multitudinis bona pars tunc diſceſſit, quo tempore communi Arcadum conſilio Megalopolin colonia deducta eſt.* Paulo poſt de conditore hæc ſubjiciuntur: Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδός. Hunc Ἀλίφηρον etiam is, qui Apollodorum in compendium redegit, lib. III. inter quinquaginta Lycaonis filios enumerat. Mallem tamen Stephani ſcripturam ſequi, quam Pauſaniæ, utpote conſtantiorem, Polybius enim lib. IV. aliquoties urbem Ἀλίφειραν appellat, dicitque antiquitus fuiſſe Arcadicam, quam poſtea Elei ſuæ ditionis fecerunt.

ἀπὸ Λυκάονος παιδὸς Ἀλιφήρου. [11] ὁ πολίτης, Ἀλιφειρεύς. [12] εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου. A

ἈΛΚΟΜΕΝΑΙ [13], πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ, ἀφ' ἧς Ἀλκομενεὺς ὁ Ὀδυσσεύς. ἔστι καὶ τῆς Ἰλλυρίας πόλις. ὁ πολίτης ἀμφοτέρων, Ἀλκομενεύς. καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀλκομένεια. B

ἈΛΛΑΛΙΑ [14], πόλις ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ, [15] κτίσμα Φωκέων, ὡς Ἡρόδοτος. τὸ ἐθνικὸν, [16] Ἀλλαλιαῖος.

ἈΛΛΑΝΤΗ [17] πόλις Μακεδονίας, καὶ Ἀρκαδίας. Θεόπομπος δὲ ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν, Ἀλλάντιον αὐτὴν εἶπε. [18] τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος. C

ἈΛΛΩΡΙΑ [19], πόλις τῆς Κρήτης. Πολυΐστωρ τρισκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀλλαριάτης, ὡς αὐτός φησιν. D

ἈΛΜΗΝΗ [20], πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός. τὸ ἐθνικὸν Ἀλμήνιος,

bens ab Aliphero Lycaonis filio. Civis, Alipherenſis. Penultima cum diphthongo reperitur.

ALCOMENÆ, urbs in inſula Ithaca, unde Ulyſſes Alcomenenſis dicitur. Eſt item Illyriæ oppidum: utriuſque oppidanus appellatur Alcomenenſis, & genere fœminino Alcomenia.

ALLALIA, urbs in inſula Corſica, à Phocæenſibus condita, auctore Herodoto. Gentile, Allaliæus.

ALLANTE, urbs Macedoniæ & Arcadiæ. Sed Theopompus libro primo rerum Philippicarum eam Allantium appellavit. Gentile, Allantius, quemadmodum Cyllenius.

ALLORIA, urbs Cretæ, teſte Polyhiſtore libro tertio decimo. Gentile Alloriates dicitur, ut idem perhibet.

ALMENE, urbs ad Euxinum Pontum ſita, cujus Arrianus meminit. Gentile, Almenius,

11 Ὁ πολίτης, Ἀλιφειρεύς.] Pauſanias oppidani nomen fecit Ἀλιφηρεύς, quod eandem terminationem obtinet, licet in penultima per η ſcribatur; ſed Polybius Ἀλιφειραῖος lib. IV Παραγενόμενος ἐπὶ τὴν τῶν Ἀλιφειραίων πόλιν, κειμένην ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίας.

12 Εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου.] Codices Palatini & Voſſianus legunt: εὕρηται ἡ παραλήγουσα δίφθογγος. Sic etiam urbis nomen exaravit Polybius, ut jam oſtendimus.

13 Ἀλκομεναί, πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ.] De vero hujus oppidi nomine, nihil quod ſciam certi à quoquam ſtatui poſſe, præſertim cum pauci antiquorum ejus meminerint. Plutarchus in Quæſtionibus Græcis hujus urbis nomen non Ἀλκομεναί, ſed Ἀλαλκομεναί eſſe ſcribit. Verum in alia opinione verſatur Apollodorus apud Strabonem lib. X. affirmans, inter Ithacam & Cephalleniam parvam eſſe inſulam Aſteriam dictam, in eaque oppidulum exſtare Alalcomenas, in ipſo iſthmo poſitum. Hæc ſunt Geographi verba: Μεταξὺ δὲ τῆς Ἰθάκης, καὶ τῆς Κεφαλληνίας ἡ Ἀστερία νησίον. Ἀστερὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεται. ἣν ὁ μὲν Σκήψιος μὴ μένειν τοιαύτην οἵαν φησὶν ὁ ποιητής.

- - - - λιμένες δ' ἐνὶ ναύλοχοι αὐτῇ
Ἀμφίδυμοι.

Ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος μένειν καὶ νῦν, καὶ πολίχνιον λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομενὰς, τὸ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἰσθμῷ κείμενον. Sed aperte dicam quod ſentio: Et Plutarchi & Strabonis locus mendo non carent. Tranſcriptores inſigni vecordia primam hujus nominis ſyllabam geminarunt, quod vitii genus haud raro in manu exaratis codicibus occurrit: nam nullo jure Stephani verba in mendi ſuſpicionem venire poſſunt, quia jam antea & ſuo loco de oppido Bœotiæ Ἀλαλκομεναί mentionem fecerat. Si hæc civitas in Ithace eodem nomine fuiſſet inſignita, procul omni dubio ibi etiam ejus meminiſſet: oppidorum enim in variis per totum orbem locis ſitorum homonymiam tam accurate perſequitur Epitomator, ut plurimas omnino enumeret, quæ etiamnum latent & ignorantur, imo quorum apud alios ſcriptores & geographos ne minima quidem memoria exſtat, cujus rei exempla videſis in Ἄβαι, Ἀλεξάνδρεια, & aliis locis quam plurimis. Si igitur oppidi nomen Ἀλαλκομεναί fuiſſet, certiſſime illud, commoda ſe ibi occaſione offerente, recenſuiſſet.

14 Ἀλλαλία, πόλις ἐν Κύρνῳ.] Ad oppidi nomen quod attinet, nuſquam apud antiquos cum duplici lambda exaratum conſpicitur, niſi apud Epitomatorem noſtrum. Aliis ſcriptoribus dicitur Ἀλαλία, quod deinde mutatum eſt in Ἀλαρίαν, & tandem ab imperitis librariis in Ἀλερίαν, & apud Diodorum lib. V. in Κάλαριν. Diodori locum emendat Cluverius, quem tamen hoc modo conſtitutum volo: Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· καὶ τούτων ἡ μὲν Ἀλαρία, ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται. τούτων δὲ τὴν μὲν Ἀλαρίαν, Φωκαιεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνον τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου. *Urbes in ea ſunt duæ inſignes, Alaria & Nicæa dictæ. Alariam Phocæenſes condidere: quumque ad tempus eam habitaſſent, à Tyrrhenis fuerunt ejecti.* Hujus oppidi ruinæ teſte Cluverio paululum à mari remotæ conſpiciuntur: de ejus ſitu conſulendus Ptolem. lib. III: II.

15 Κτίσμα Φωκέων, ὡς Ἡρόδοτος.] Hoc loco pro Φωκέων ſine ulla dubitatione reſcribendum eſt, Φωκαιέων, ut apparebit, ſi Herodoti à Stephano allegatum locum inſpiciamus: exſtat lib. I. hiſce verbis: Οἱ δὲ Φωκαιέες, ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεομένοισι πωλέειν, δειμαίνοντες μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γένωνται, ἡ δὲ αὐτέων νῆσος ἀποκληϊσθῇ τούτου εἵνεκα, πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο ἐς Κύρνον. ἐν γὰρ τῇ Κύρνῳ εἴκοσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν, τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. *Phocæenſes autem, quum ipſis Chii inſulas, quæ Oenuſæ vocantur, licitantibus addicere nollent, metuentes ne illuc emporium transferretur, obque hanc cauſam hæc eorum inſula excluderetur, conceſſerunt in Cyrnum. Hic enim jam ante viginti annos civitatem ex vaticinio condiderant, nomine Alaliam.*

16 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλλαλιαῖος.] Editiones, quæ ante Xylandri editionem ſunt divulgatæ, habent: τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαλιαῖος cum ſimplici lambda, licet oppidi nomen in iiſdem cum duplici exaretur. Hinc conjicerem illud apud noſtrum Epitomatorem ſic eſſe reſcribendum, ſi literarum ordo hoc pateretur.

17 Ἀλλάντη, πόλις Μακεδονίας.] A Plinio lib. IV. cap. X. in Macedonia *Allantenſes* commemorantur; qui ab hoc oppido nomen accepiſſe videntur.

18 Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος.] Sic exhibent editi omnes, ſed aliter codices ſcripti. Schedæ Voſſianæ: τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυπαλλήνιος, ſed hanc ſcripturam non admittimus. Salmaſius in Palatinis invenit Παλλήνιος & Παλλάντιος, verum ultimum gentile corruptum exiſtimat.

19 Ἀλλωρία, πόλις τῆς Κρήτης.] Conſtanter ita legunt libri editi: Multum ab hac lectione recedunt Palatini ſcripti: in optimo Salmaſius optime legit: Ἀλλάρια, πόλις τῆς Κρήτης. Hoc verum oppidi nomen eſſe, quis dubitabit, præſertim ubi viderit, in ſcriptis & editis libris hinc deduci gentile Ἀλλαριάτης? In alio Palatino peſſime legebat, Ἀλλάριον, πόλις Κρήτης. Oppidum eſt admodum ignobile, & nuſquam apud ſcriptores commemoratum.

20 Ἀλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ὡς Ἀρριανός.] Hujus urbis in Arriani Periplo nulla exſtat mentio. Puto hic Ἀρμήνην debere intelligi, de qua infra agit Stephanus, & cujus

79852

νιος, ὡς Παλλήνιος· ἢ Ἀλμηνίτης, ὡς A Σινωπίτης.

ἈΛΛΌΒΡΥΓΕΣ [21], ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος. [22] Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας. [23] Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ, Ἀλλόβρογας. B [24] οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ ι. ὁ δὲ Τεχνικὸς, Ἀλλόβροξ, ἔθνος Γαλατικόν.

ἊΛΜΩΝ [25], πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος· καὶ [26] Σάλμον αὐτήν φησι, κακῶς. τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Ἄλμωνος γενικῆς, C Ἀλμώνιος, καὶ Ἀλμωνία.

ἈΛΜΩΠΊΑ [27], χώρα τῆς Μακεδονίας, ἣν ᾤκουν Ἄλμωπες. Λυκόφρων,

--- [28] Ἐκ δ᾽ Ἀλμωπίας

Παλιμπλανήτην δέξεται [29] Τυρσηνία· D

περὶ Αἰνείου λέγων. [30] ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος. τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ, [31] καὶ Ἀλμώπιος, καὶ Ἀλμωπία, ἀπὸ Ἄλμωπος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἕλλης τῆς Ἀθάμαντος.

ἈΛΌ-

nius, ſicut Pallenius, vel Almenites uti Sinopites.

ALLOBRYGES, gens Gallorum potentiſſima, de qua Apollodorus mentionem facit. Polybius eos Allobrigas appellat per I. Charax vero Allobrogas per o parvum: ſed plurimi id nominis cum I efferunt. Grammaticus inquit: Allobrox, gens Gallica.

ALMON, urbs Bœotiæ, teſte Hellanico, qui eam quoque perperam Salmum appellavit. A genitivo Ἄλμωνος deducitur gentile Almonius & Almonia.

ALMOPIA, Macedoniæ regio, quam Almopes inhabitarunt. Lycophron:

- - - - Sed ex Almopia

Rurſus errantem recipiet Tyrſenia.

Sic de Ænea loquitur. Ita autem regio dicta eſt à gigante Almope Neptuni, & Helles Athamantis filiæ, filio. Gentile, Almops, & à genitivo Ἄλμωπος fit Almopius & Almopia.

ALO-

& cujus Arrianus in Periplo Ponti Euxini mentionem facit.

[21] Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν.] Populi ſunt Galliæ Narbonenſis inter Alpes Grajas, ſive montem Sancti Barnardi (ſic dictum à cœnobio quodam, in quo peregrini hoſpitio excipiuntur) lacum Lemanum, & Hiſaram & Rhodanum amnes contenti. Addit Epitomator ex Apollodoro gentem fuiſſe δυνατώτατον, quæ vox non duntaxat de viribus corporis, ſed etiam de opulentia intelligi poteſt, & de utroque ſi acceperis, debitum in gentem honorem conferes: Nam omnino ante bella Punica. quemadmodum Livius lib. XXI. cap. XXXI. perhibet, nulla alia Gallica gente aut opibus aut fama inferior fuit; & uti Italiæ erat proxima, ſic etiam notiſſima, & Romanis præ cæteris metuenda. Unde hæc gens nomen ſit ſortita, dictu eſt difficillimum: fortaſſis à primario quodam oppido Allobriga: ſic enim Latobrigi ſive Latobrogii ab oppido Latobriga, ad flumen Saltinam in Valleſia ſito, denominationem habent.

[22] Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας.] Cod. Voſſianus corruptiſſime: Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτὴν καλεῖ Ἀλλόβριγας. Sine dubio Epitomator locum aliquem innuit ex libro tertio, ubi aliquoties de hac gente fit mentio.

[23] Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας.] Caſus rectus eſt Ἀλλόβροξ, quem infra ex Τεχνικῷ citat Stephanus noſter. Multa nomina in ξ exeuntia, genitivum in γος terminant: ἅρπαξ ἅρπαγος, σάλπιγξ σάλπιγγος, μάστιξ μάστιγος &c. Sic Ἀλλόβροξ Ἀλλόβρογος. Eodem modo & Latini hanc vocem efferunt. Horat. Epod. XVI.

Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer
Noviſque rebus infidelis Alloborx.

Et Auſonius in catalogo urbium:

Inſinuant quà ſe Sequanus Allobroges oris.

[24] Οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ ι.] Græcos, non vero Latinos ſcriptores intellige: nempe Plutarchum, Strabonem, Polybium, Appianum & alios.

[25] Ἄλμων, πόλις Βοιωτίας.] Conſtanter ita legunt codices vulgati omnes: ſed in manu exaratis exſtat: Ἄλμος, πόλις Βοιωτίας. Ex gentili infra inde deducto ſatis apparet, vulgatam lectionem hinc non eſſe exſtirpandam. Poſſet tamen & manu exaratorum codicum lectio aliquam veri ſpeciem habere, quia poſt hæc verba ſtatim ſequitur; καὶ Σάλμον αὐτήν φησι κακῶς. De nomine & ſitu hujus oppidi Bœotiæ ex aliis ſcriptoribus nihil potui recognoſcere. Puto Stephanum depravatiſſimo Hellanici codice uſum fuiſſe, in eo nunc τὸ Ἄλμων, nunc vero τὸ Σάλμος invenisse, & denique τὸ Ἄλμων pro vero civitatis nomine habuiſſe. Qua in re toto cœlo aberravit, cum ſine dubio Ὄλμων vel Ὄλμος genuinum hujus loci nomen ſit: ipſe Stephanus alibi inquit: Ὄλμωνες, κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὄλμου τοῦ Σισύφου. Ad quæ verba noſtras obſervationes legito.

[26] Σάλμον αὐτήν φησι κακῶς.] Magna hinc Epitomatoris oſcitantia, de qua ſæpenumero viri eruditione præſtantiſſimi conqueſti ſunt, cognoſcitur: nam hoc loco Hellanicum refutare aggreditur, & alio loco ejus erroribus aſſenſum præbet: imo quæ nunc improbat, deinde in hujus onomaſtici geographici ſeriem transfert. Σάλμος, πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμώνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας. Verum ſi oppidi nomen ſit Ἄλμος, uti codices ſcripti præferunt, Hellanicus Stephani reprehenſionem non mereretur, nam certum eſt τὸ Σ nominibus propriis in principio nunc addi, nunc vero demi. Vide pag. 85. comt. 51.

[27] Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας.] Hujus regionis mentio exſtat apud Thucyd. lib. II. hiſce verbis: Ἀνέστησαν δὲ καὶ ἐκ τῆς νῦν Ἑορδίας καλουμένης Ἑορδοὺς, καὶ ἐξ Ἀλμωπίας, Ἀλμῶπας. Et apud Conſtantinum Porph. lib. II. de Them. in Macedoniæ Themate male Ἀλμοπία cum ο parvo appellatur.

[28] Ἐκ δ᾽ Ἀλμωπίας.] Ex hiſce Stephani verbis quondam viri docti Lycophronis locum emendarunt, in quo peſſime legebatur, ἐκ δ᾽ Ἀλμωνίας &c.

[29] Τυρσηνία.] In Palatinis male eſt Τυρσηνίων, quod etiam Voſſianæ ſchedæ exhibent.

[30] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος. τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ &c.] Hæc & quæ ſequuntur verba, ad finem hujus tmematis uſque, non ſatis cohærent: videntur enim tranſpoſita, & hiulca; quare totum locum hunc in modum conſtituerem atque ſupplerem: Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἕλλης τῆς Ἀθάμαντος. τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ, καὶ ἀπὸ Ἄλμωπος γενικῆς Ἀλμώπιος, καὶ Ἀλμωπία. Hanc veram eſſe hujus loci lectionem, in dubium vocari non poteſt. Nemini itaque mirum videatur, quod vocaculam γενικῆς inſeruerim, nam phraſis eſt Stephano familiariſſima, quaque etiam in præcedenti vocabulo uſus eſt: τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Ἄλμωνος γενικῆς, Ἀλμώνιος. In voce Ἀκμόνια hæc habet: Ἀκμονίτης δὲ, ἀπὸ τῆς Ἄκμονος γενικῆς. Ad quem locum vide notas.

[31] Καὶ Ἀλμώπιος.] Plinius lib. IV. cap. X. Almopios in Macedonia collocat. *Ab hoc amne Pœoniæ gentes, Parorei, Heordenſes, Almopii, Pelagones, Mygdones.*

ΑΛΟ'ΠΗ[32], πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ A Α'λόπης[33] τῆς Κερκυόνος, ὡς [34] Φερεκύδης. ἢ τ' Α'κτορος, ὡς Φιλωνίδης. [35] ἔςι ἢ μεταξὺ Λαρίσσης τ' Κρεμαςῆς, κ̀ Ε'χίνȣ. δευτέρα ἔςι [36] κ̀ τ' Α'τ]ικῆς Α'λόπη. [37] τρίτη, Πόντȣ, ἀφ' [38] ἧς Πενθεσίλεια. [39] τετάρτη, περὶ Ε'ὔβοιαν. B πέμπτη, περὶ Δελφȣ́ς. ἕκτη, περὶ Λοκρίδα. Ο'μηρ⊙ τ' μεταξὺ Μυσίας ϗ Καρίας ϗ Λυκίας παράλιόν φησιν,

[40] Ε'λθόντ' ἐξ Α'λόπης, ὅθ' Α'μαζονίδων γένος ἐςίν.

C

ὁ πολίτης κτ̀ τέχνην Α'λοπίτης. [41] ἔςι δὲ καὶ Α'λοπεύς.

ΑʽΛΟ'ΝΗΣΟΣ [42], περὶ ἧς [43] Φί-

ALOPE, urbs Theſſaliæ, quæ nomen habet ab Alope Cercyonis, ut Pherecydes perhibet, vel Actoris filia ſecundem Philonidem. Sita eſt inter Lariſſam Cremaſten & Echinum. Secunda Alope regionis Atticæ eſt. Tertia, Ponti, cujas Pentheſilea cenſetur. Quarta, circa Eubœam. Quinta, circa Delphos. Sexta, circa Locridem. Hanc Homerus ſtatuit maritimam inter Myſiam, Cariam & Lyciam.

Venientes ex Alope, unde Amazonum genus eſt.

Civis ex lege artis Alopites dicitur, quanquam & Alopenſis reperiatur.

HALONESUS, inſula ob quam Phi-

[32] Α'λόπη, πόλις Θεσσαλίας.] Ex hac epitome aliam onfecit Euſtathius ἐν ταῖς Παρεκβολαῖς εἰς τὴν Βῆτα ῥαψωδ. Ἰλιάδ. Η' δὲ Α'λόπη, inquit, πόλις ϗ αὕτη Θεσσαλικὴ, ωνυμεῖ Α'λόπῃ θυγατρὶ Κερκυόν⊙ ἢ Α'κτορ⊙. ἔκειτο δέ ασι μεταξὺ Λαρίσσης τ' κρημνώδȣς ϗ Ε'χίνȣ. Reticentur ab uſtathio auctorum nomina, nempe Pherecydes & Phionides, quorum teſtimonio Stephanus uſus eſt. Pergit einde Archiepiſcopus: ὁ πολίτης, Α'λοπίτης καὶ Α'λοπεύς. ισὶ δὲ ϗ ἕτεραι Α'λόπαι, ὧν μία μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ υκίας. ἣν λέγει φασὶν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ, ἐλθόντ' ἐξ Α'λόπης.

[33] Τῆς Κερκυόν⊙.] Pauſanias lib. I. & Hyginus fab. LXXXVII: hunc Cercyonem Alopes patrem agnoſcunt, on vero Actorem, uti Philonides hic ſtatuere videtur.

[34] Φερεκύδης.] Vide Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. IV. ap. IV.

[35] Ε'ςι δὲ ϗ μεταξὺ Λαρίσσης &c.] De ſitu hujus oppidi ge Strab. lib. IX. & Melam. lib. II: III. qui remotius ab chino collocat.

[36] Καὶ τ' Α'τ]ικῆς Α'λόπη.] In Attica neque fuit oppium neque pagus hoc nomine, ſed ſepulchrum ſive fons: m Alope, cum Neptuno Hippothoontem peperiſſet, ipſo in loco à Cercyone patre interfecta dicitur. Vide uſ. in Atticis. Hyginus ſcribit, fabula jam ſupra allegata, eptunum Alopes corpus in fontem commutaſſe, qui ex lopes nomine cognominatus eſt: adeo ut hinc conjicere eat, in Attica vel ſepulchrum vel fontem iſthac appeltione, non vero oppidum, ſive vicum exſtitiſſe.

[37] Τρίτη Πόντȣ.] Utinam hoc Stephanus aliqua Scripto antiqui auctoritate confirmaſſet! In Ponto fuiſſe Alom, ante Strabonis ætatem opinio erat vulgatiſſima, quam onnulli ex mala codicum Homeri ſcriptura hauſerant; m hi poëtæ verſus Iliad. B.

Α'υτὰρ Α'λιζώνων Ο'δί⊙, κ̀ Ε'πίςροφ⊙ ἦρχον,
Τηλόθεν ἐξ Α'λύβης, ὅθεν ἀργύρȣ ἐςὶ γενέθλη.

Palæphato, Menecrate, Demetrio, aliiſque è veteribus gebantur depravatiſſime hunc in modum:

Α'υτὰρ Α'μαζώνων Ο'δί⊙, κ̀ Ε'πίςροφ⊙ ἦρχον,
Ε'λθόντ' ἐξ Α'λόπης, ὅθ' Α'μαζονίδων γένος ἐςί.

Et multis argumentis hujus ſententiæ falſitatem idem rabo lib. XII. & XIII. prodidit: ejus verba, quia valde ad m faciunt, ex lib. XII. tranſcribam: Οἱ μὲν Α'λιζώνων, οἱ δὲ μαζώνων ποιȣ̃σι. τὸ δὲ ἐξ Α'λύβης, ἐξ Α'λόπης, ἐξ Α'όλης. einde paucis interjectis verſibus ſic pergit: Η' δὲ Α'λύβη, ὡς ες Α'λάβη, ἢ Α'λόπη, πῶς ἂν ἐν τοῖς τόποις τȣ́τοις ἐξητάζετο; ῶς δὲ τηλόθεν; πῶς δ' ἡ τȣ̃ ἀργύρȣ γενέθλη; ταῦτα μὲν ἀπολύεται μεταγραφῇ. γράφει γὰρ ἔτως.

Α'υτὰρ Α'μαζώνων Ο'δί⊙, κ̀ Ε'πίςροφ⊙ ἦρχον,
Ε'λθόντ' ἐξ Α'λόπης, ὅθ' Α'μαζονίδων γένος ἐςί.

ῦτα δ' ἀπολυσάμεν⊙ εἰς ἄλλο ἐμπέπτωκε πλάσμα. ȣ̓δαȣ̃ γὰρ ἐνταῦθα [illegible] Α'λόπη. καὶ ἡ μεταγραφὴ δὲ παρὰ τὴν ἀντιγράφων τ' ἀρχαίων πίστιν, καινοτομȣμένη ἐπίβοςον, χεασμῷ ἔοικεν. Vide etiam lib. XIII. in deſcriptione roadis.

[38] Πενθεσίλεια.] Una ex Amazonibus; vide Hygin. ab. CLXIII: & Juſtin. lib. II: IV.

[39] Τετάρτη, περὶ Ε'ὔβοιαν.] Mihi certe non fit veriſimile vicinis hiſce regionibus circa Eubœam, Phocidem & Locridem tres diverſas civitates, eodem nomine gaudentes, unquam exſtitiſſe. Fuit è regione Eubœæ Alope, quam tamen Scylax ad Locrorum ditionem pertinere affirmat. Μετὰ δὲ Βοιωτȣ̀ς εἰσὶ Λοκροὶ ἔθν⊙. Καὶ εἰσὶ κατὰ Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε. Λάρυμνα, Κυνόσȣρ⊙, Α'λόπη. εἰσὶ δὲ ϗ ἄλλαι πόλλαι Λοκροῖς. Locris in duas partes dividebatur: alteram habebant Locri Eubœæ oppoſiti; alteram vero partem Locri occidui habitabant, qui & Ozolæ appellabantur. Quare in Stephano vellem reponere, τετάρτη, κατὰ Εὔβοιαν, pro περὶ Εὔβοιαν: nihilominus tamen eadem manebit civitas, quæ à Stephano pro ſexta ejuſdem nominis recenſetur. In verbis Scylacis jam allegatis exiſtimo latere mendum, quod viri doctiſſimi & de Geographia optime meriti nondum animadverterunt: nam τὸ Κυνόσȣρ⊙ videtur ex duabus vocibus conflatum, nempe ex Κυν⊙ & Ο'πȣ̃ς, quas imperiti librarii compoſuerunt, pro iis Κυνόσȣρ⊙ exarantes: itaque Scylacis locus fortaſſis ſic eſt reſtituendus: Καὶ εἰσὶ κατὰ Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε. Λάρυμνα, Κῦν⊙, Ο'πȣ̃ς, Α'λόπη. Cynoſurus enim hoc loco vox eſt nihili.

[40] Ε'λθόντ' ἐξ Α'λόπης, ὅθ' Α'μαζονίδων γένος ἐςίν.] Miror profecto Stephanum, alioquin in Strabonis lectione ſatis verſatum commentitium & ſpurium hunc verſiculum, qui nuſquam apud Homerum reperitur, in teſtimonium advocaſſe: nam hæc lectio, contra veterum librorum auctoritatem, à Menecrate & aliis novata, temeritatem ſapit, quemadmodum Strabo locis jam ſupra citatis, clariſſime demonſtravit. Legendum erat

Τηλόθεν ἐξ Α'λύβης, ὅθεν ἀργύρȣ ἐςὶ γενέθλη.

Non poſſum quin hic in tranſitu admoneam, verſiculum qui hunc præcedit ferme in omnibus, quas videre licuit, Homeri editionibus, turpiſſimo mendo eſſe intaminatum: In Gyphaniana, Porti, Hackiana, Amſtelodamenſi aliiſque, hunc in modum legitur:

Αὐτὰρ Α'λιζώνων ὁ Δί⊙, κ̀ Ε'πίςροφ⊙ ἦρχον.

Imperiti editores & fabularum Homericarum ignari interpretes ex Ο'δί⊙ fecerunt ὁ Δί⊙, exiſtimantes τὸ ὁ eſſe articulum præpoſitivum, & ducem illum Δίον appellari, quod non tantum textus Græcus, ſed etiam illorum verſio expreſſe indicat. Næ illi inſigniter errant, nam idem hic eſt, qui Iliad. E ab Agamemnone è curru ejicitur:

- - - Πρῶτ⊙ δὲ ἄναξ ἀνδρῶν Α'γαμέμνων
Α'ρχὸν Α'λιζώνων Ο'δίον μέγαν ἔκβαλε δίφρȣ.

Sed optime ille verſiculus legitur apud Strabonem, Euſtathium alioſque Homeri editores, linguæ Græcæ non imperitos.

[41] Α'λοπεύς.] Bene ſic habent priores editiones, ſed peſſime in Xylandri Α'λπεύς, & in Voſſiano codice Α'λυπεύς legitur.

[42] Α'λόνησ⊙.] Fallitur omnino Ortelius exiſtimans hic quendam Theſſaliæ locum debere intelligi, cum certum ſit ex bello, quod Philippus Athenienſibus intulit, Stephanum de maris Ægæi inſula loqui. Mela lib. II. cap. VII. *In Ægæo mari prope Thraciam Thaſos, Imbros, Samothrace, Scandice, Polyægos, Sciathos, Haloneſos: & quam aliquando, omnibus qui mares erant cæſis, tantum fœminæ tenuiſſe dicuntur.*

[43] Φίλιππος καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο. τὸ ἐθνικὸν Ἁλονήσιος, ὡς [44] Προκοννήσιος· καὶ Ἁλονησίτης, ὡς Χερρονησίτης. [45] ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν, ταυτόν.

ἌΛΟΣ[46], πόλις Ἀχαΐας, καὶ [47] Φθιώτιδος, ὑπὸ τῷ πέρατι τοῦ Ὄθρυος. [48] ἀπέχει δὲ Ἴτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους. [49] κτίσαι δ' αὐτὴν Ἀθάμαντα, [50] ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτῷ ἄλης. [51] Θέων δέ φησιν, ὅτι Ἄλος θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος, ἡ μηνύσασα τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα· ἧς εἰς τιμὴν τὴν πόλιν [52] ὠνόμασαν. δύο δὲ [53] Παρμενίσκος Ἄλους ἱστορεῖ· [54] τὸν μὲν Μαλιακὸν, ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, [55] τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. λέγεται δὲ καὶ [56] ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς. [57] τὸ ἐθνικὸν Ἀλεύς·

Σο-

Philippus & Athenienſes inter ſe bellum geſſere. Gentile, Haloneſius, uti Proconneſius: & Haloneſites; quemadmodum Cherroneſites. Eſt item alia Ioniæ, quæ idem gentile habet.

ALUS, urbs Achaïæ & Phthiotidis ad finem Othryos montis ſita. Diſtat ab Itone circiter ſexaginta ſtadia. Narrant Athamantem eam condidiſſe, & ſic appellaſſe ἀπὸ τῆς ἄλης, ab errore, qui ei accidit. Enimvero Theo refert, Alum fuiſſe Athamantis ancillam, quæ indicavit Inonem ſemina torrere: in cujus honorem urbem ſic appellarunt. Sed Parmeniſcus duas Alos commemorat, alteram Maliacam Achilli, alteram vero Proteſilao ſubditam. Utroque genere & maſculino & fœminino urbis nomen effertur. Gentile, Alenſis.

So-

43 Φίλιππος καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο.] Hiſtoria nota eſt ex Strabone lib. IX. Nam Philippus viribus auctus, cum videret penes Athenienſes imperium maris eſſe, celebriores maris Ægæi inſulas in ſuam poteſtatem redegit. Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους.

44 Προκοννήσιος.] Sic edi curavimus: libri ſcripti & editiones omnes male exhibebant Προικοννήσιος. Stephanus: Προκόννησος, μία τῶν Σποράδων ἐν τῇ Προποντίδι. ὁ πολίτης, Προκοννήσιος.

45 Ἑτέρα τῆς Ἰωνίας.] Apud Strab. lib. XIII. hujus inſulæ fit mentio, ubi per duplex N nomen exaratur. Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἁλόννησος νησίον.

46 Ἄλος, πόλις Ἀχαΐας.] Herodotus lib. VII. de hoc oppido mentionem facit, ſed ibi per duplex A ſcribitur, & etiam in Achaïa ponitur. De hoc oppido etiam loquitur Mela lib. II. cap. III. *At cum littora leguntur, à promontorio Sepiade per Demetrion & Halon & Pteleon & Echinon, ad Pegaſæum ſinum curſus eſt.* In ſcriptis Stephani codicibus hæc vox cum aſpiratione ſcribitur, uti ad oram ſui libri obſervat Salmaſius; & quoſdam ita hanc vocem exaraſſe teſtatur Euſtathius ad Homer. pag. 320. Τινὲς δὲ οἴονται δασύνεσθαι τὴν Ἄλον, ὡς ἀπὸ τῆς ἁλὸς ὅ ἐστι τῆς θαλάσσης, ἀκολούθως τῷ γεωγράφῳ εἰπόντι, Ἄλος καὶ Ἀλιεῖς, ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Λοκρῶν.

47 Καὶ Φθιώτιδος ὑπὸ τῷ πέρατι τοῦ Ὄθρυος.] Sic omnes habent editiones, ſed obſervavit Clariſſimus Voſſius ad Melam in veteribus libris alio modo hæc verba concipi: Καὶ Φθιώτιδος ὑπάρχει τῷ πέρατι τῆς Ὄθρυος, ex quibus verbis locum hunc in modum emendavit: ὑπ' ἀρκτείῳ πέρατι τῆς Ὄθρυος. Hæc incomparabilis viri emendatio etiam confirmari poteſt verbis Strabonis, quæ lib. IX. leguntur. Ὁ δὲ Φθιωτικὸς Ἄλος ὑπὸ τῷ πέρατι κεῖται τῆς Ὄθρυος ὄρους πρὸς ἄρκτον κειμένου τῇ Φθιώτιδι: nam certum eſt Stephanum ex Strabone hunc locum deſumpſiſſe, uti mox probaturus ſum.

48 Ἀπέχει δὲ Ἴτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους &c.] Hæc verba Stephanus & quæ ſequuntur ex Strabone tranſcripſit, cujus locus ita eſt legendus: ἀπέχει δ' Ἴτωνος περὶ ἑξήκοντα σταδίους ὁ Ἄλος, ἢ ἡ Ἄλος, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. ᾤκισε δὲ ὁ Ἀθάμας τὴν Ἄλον.

49 Κτίσαι δ' αὐτὴν Ἀθάμαντα, ἀπὸ τῆς συμβάσης &c.] Epitomatorem ſequitur Euſtathius in ſuis ad Catalogum commentariis. Ἄλος δὲ, οὐ μόνον ἡ Φθιῶτις αὕτη, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀχαΐας πόλις. κτισθεῖσα δέ φασιν ὑπὸ Ἀθάμαντος, ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς αὐτῷ συμβεβηκυίας ἄλης ἤτοι πλάνης, ἣν ἔπαθεν εἰς μανίαν ἐμπεσών. ἕτεροι δὲ ἱστοροῦσι, θεράπαιναν Ἀθάμαντος εἶναι τὴν Ἄλον, τὴν μηνύσασαν τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα. ἧς εἰς τιμὴν ἡ πόλις ὠνόμασται. γυνὴ δὲ Ἀθάμαντος ἡ Ἰνώ.

50 Ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτῷ ἄλης.] Athamantem Bœotia pulſum multum terrarum peragraſſe, & poſt longum errorem in Theſſaliam veniſſe teſtantur paſſim Mythologiæ doctores. Apoll. lib. I. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας, ἐπυνθάνετο τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. χρησθέντος δὲ αὐτῷ κατοικεῖν ἐν ᾧ ἂν τόπῳ ὑπὸ ζώων ἀγρίων ξενισθῇ. πολλὴν χώραν διελθὼν &c.

51 Θέων δέ φησιν, ὅτι Ἄλος &c.] Intelligo illum, qui in Lycophronem eſt commentatus: Stephanus in Αἴνεια: Θέων ὑπομνηματίζων τὸν Λυκόφρονα. In commentariis ad Lycophronem quæ hodie circumferuntur, nulla hujus Ali exſtat memoria: attamen ibi Scholiaſtes refert, Inonem triticum, ne germinaret, torrefeciſſe, & hanc ob cauſam magnam annonæ caritatem invaluiſſe. Similiter neque apud Hygini Epitomatorem Avianum in luculenta hujus fabulæ deſcriptione, ulla hujus ancillæ memoria reperitur, ita enim ille cap. II. *Ino Cadmi & Harmione filia, cum Phrixum & Hellen ex Nebula natos interficere voluiſſet, iniit conſilium cum totius generis matronis, & conjuravit, ut fruges in ſementem quas darent, torrerent, ne naſcerentur.* Vide etiam Apollod. lib. I.

52 Ὠνόμασαν.] Schedæ Voſſianæ num. ſing. ὠνόμασε exhibent.

53 Παρμενίσκος.] Vide Voſſium de Hiſt. Græcis lib. III.

54 Τὸν μὲν Μαλιακὸν, ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ.] Salmaſius, uti videtur, ad oram ſui codicis hunc locum correxit, ſed bona fide dicam, me ex verbis nullum poſſe ſenſum percipere. Incomparabilis Voſſius in ſuo codice MS, quo nos etiamnum utimur, hunc locum hoc modo invenitit: τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρχειν Πρωτεσιλάου: Verum hæc verba, pro ut in MSS. & in vulgatis libris concipiuntur, viro ſummo non ſatis videntur ſana, quare emendabat: τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρκτειον Πρωτεσιλάου, vel ὑπάρκειον quod idem eſt: nam pro ἄρκτος olim quoque ἄρκος ſcribebant euphoniæ gratia, ut Grammaticis notatum. Alos quæ ſub Proteſilao erat, quamque borealem hic vocat Stephanus, etiam Phthiotica dicebatur. Utriuſque & Maliacæ & Achaïcæ meminit Strabo lib. IX, cujus verba à Voſſio ex Plethonis Theſſaliæ deſcriptione emendata tranſcribere libet: ὑπὸ δὲ τῷ Κρηκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες. Καὶ ἡ Ἄλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες.

55 Τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ.] Commentario præcedenti locum ſecundum Cl. Voſſii mentem emendavimus: ſed operæ pretium videtur obiter monuiſſe, Euſtathium iiſdem vocibus hunc Stephani locum in ſua commentaria retuliſſe, ita enim ille ad Iliad. B. λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς ὁ Ἄλος, καὶ θηλυκῶς ἡ Ἄλος. ἦν δὲ καὶ ἑτέρα Ἄλος ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ, καθὰ τὸ ἐν Δελφοῖς γέγραπται τοῖς ἐθνικοῖς. ὃς καὶ Μαλιακόν φησι τὸν Ἄλον τοῦτον τὸν ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ. ἤγουν περὶ τοὺς Μαλιεῖς κείμενον. Tempore igitur Euſtathii hæc verba non aliter legebantur, quam uti nunc in vulgatis codicibus circumferuntur.

56 Ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς.] Idem affirmant Strabo lib. IX. & Euſtathius loco jam allegato.

57 Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεύς &c.] Tria hæc gentilia Ἀλεύς, Ἀλούσιος, & Ἄλιος etiam apud Archiepiſcopum Theſſalonicenſem loco ſupra citato, reperiuntur. ἐθνικὸν τῆς Ἄλου, Ἀλεὺς καὶ Ἄλιος. κατά δέ τινας καὶ Ἀλούσιος.

Σοφοκλῆς ἢ Ἀλεσίες. τινὲς ἢ τ γλωσσογράφων Ἀλίες. A

ἌΛΠΕΙΑ, [58] ἠϊὼν πρὸς ἄρκτον τ Τυῤῥηνίδ☉ ἢ Ἰωνίας θαλάσσης. οἱ κατοικοῦντες Ἄλπιοι, ἢ Ἄλπεις. [59] καὶ Ἄλπια ὄρη, ἢ Ἄλβια. διχῆ γὸ ἡ γραφὴ, [60] ἢ διὰ τ π, καὶ διὰ τ β. καὶ Ἀλβία ἡ χώρα, διὰ τ β. B

ἈΛΠΗΝΟΙ', κώμη πλησίον Θερμοπυλῶν. [61] Ἡρόδοτ☉. [62] ἔςι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν. τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Ἀλπηνοί. C

ἌΛΠΩΝΟΣ [63], πόλις ἢ ὄρ☉ ἐν Μακεδονίᾳ, ὡς Εὐφορίων. ὁ πολίτης, Ἀλπώνι☉. ἡ χώρα ἢ ἡ γυνὴ, Ἀλπωνία. [64] τινὲς ἢ Θετταλίας αὐτὴν φασιν. [65] ἔςι ἢ ἄλλη Λοκρῶν τ Ἐπικνημιδίων, ὡς Ἑλλάνικ☉ ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνίας. D

ἈΛΤΟΣ [66], χωρίον πλησίον Θεσσαλονίκης, [67] ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἄλτι☉. E

ἈΛΥΆΤΤΑ [68], χωρίον Βιθυνίας, ἀπὸ Ἀλυάττου κρατήσαντ☉ τ τόπον. ὁ οἰκήτωρ, Ἀλυαττηνός.

ἈΛΥΒΑΣ [69], τοῦτον οἱ μὲν Μεταπον-

A Sophocles Aleſios, & nonnulli ex Gloſſographis incolas Alios nominarunt.

ALPIA, tractus littoralis verſus ſeptentrionem Tyrrhenii & Jonii maris. Accolæ dicuntur Alpii & Alpenſes. Sunt item montes Alpes & Albii; nam duplici modo vox exaratur & B per P, & per B. Et regio per B, etiam Albia dicitur.

ALPENI, vicus prope Thermopylas, auctore Herodoto. Eſt etiam Locrorum metropolis hoc nomine. Similiter Alpeni gentile C nomen eſt.

ALPONUS, urbs & mons in Macedonia, cujus Euphorion meminit. Civis Alponius, & regio & mulier Alponia dicuntur. Sed nonnulli ſtatuunt, urbem Theſſaliæ eſſe. D Eſt item alia Locrorum Epicnemidiorum, uti Hellanicus libro primo Deucalioniæ perhibet.

ALTUS, caſtellum prope Theſſalonicam, ut Theagenes in Macedoniæ deſcriptione au- E ctor eſt. Gentile, Altius.

ALYATTA, munimentum Bithyniæ, ſic dictum ab Alyatte, qui locum devicit. Incola Alyattenus appellatur.

ALYBAS, hoc nomine quidam Metapon-

58 Ἠϊών.] Codices Palatini & ſchedæ Voſſianæ pro ἠϊὼν habent κιὼν, quod ferri non poteſt: η & κ à librariis facili negotio confunduntur.

59 Καὶ Ἄλπια ὄρη.] Hæc vox numero plurali uſurpatur, uti inquit Euſtathius, quia mons eſt maximus: Ἡ δὲ Ἄλπις, μέγιστον ὄρ☉, διὸ ἢ πληθυντικῶς λέγονται αἱ Ἄλπεις. Vide comment. in Dionyſ. Perieg. pag. 42. Feſtus Pompejus inquit, *Alpes nomen habere à candore nivium, quia perpetuis fere nivibus albeſcunt: Sabini enim alpum dixere, quod poſtea Latini album.* Neque tamen improbabilis videtur Iſidori ſententia, lib. XIV. cap. VIII. ita dicentis: *Alpes proprie montes Galliæ ſunt: de quibus Virgil. Aërias Alpes: & dicendo aërias, verbum expreſſit à verbo: nam Gallorum lingua Alpes, montes alti vocantur.* De Alpium tractu generatim lege Polyb. lib. II: Melam lib. II. cap. IV: Julianum in oratione ad Conſtantinum: Herodianum lib. II. & VIII, multoſque alios, quos omnes recenſere nimis longum foret. Alpium latitudinem demonſtrat Plinius lib. III. cap. XVIII: Strabo lib. IV, & Zonoras lib. II. Annalium: altitudinem Strabo ex Polybii lib. IV. hiſce verbis indicat: Τὰς δ᾽ Ἄλπεις οὐδ᾽ ἂν πεμπταῖ☉ ἀναβαίη τις. Quis primus mortalium Alpium juga tranſcenderit, refert Juſtinus lib. XXIV. cap. IV. *Gens aſpera, audax, bellicoſa, quæ prima poſt Herculem, cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta juga, & frigore intractabilia loca tranſcendit.*

60 Καὶ διὰ τ π, ἢ διὰ τ β.] Utroque modo ſcripſiſſe hoc nomen veteres Græcos, teſtatur etiam Strabo lib. IV: τὰ γὸ Ἄλπια, καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια. Et ex Stephano idem affirmat Euſtathius ad Dionyſ. pag. 42. Ἐκαλεῖτο δὲ καθ᾽ ἕτερ☉ οὐδέτερον, τὰ Ἄλπια, ἢ Ἄλβια δὲ μετὰ τ B.

61 Ἡρόδοτ☉.] Ejus verba leguntur lib. VII. Κώμη δέ ἐςι ἀγχοτάτω ... ὁδοῦ Ἀλπηνοὶ οὔνομα, ἐκ ταύτης δὲ ἐπισιτεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες.

62 Ἔςι ἢ μητρόπολις Λοκρῶν.] Primo intuitu hæſitabam, quibuſnam è Locris hæc civitas eſſet attribuenda: ſed puto eandem eſſe, de qua infra in vocabulo Ἄλπων☉ agitur. Ἔςι ἢ ἄλλη Λοκρῶν τ Ἐπικνημιδίων. Locri Epicnemidii Octæis & Malienſibus contigui, à monte Cnemide ſic dicti ſunt, teſte Strabone lib. IX. Οἱ δ᾽ Ἐπικνημίδιοι, ἀπὸ ὄρους Κνημῖδ☉ προσεχεῖς Οἰταίοις τε, ἢ Μαλιεῦσιν. Herodotus lib. VII. hujus oppidi meminit, ſed numero ſing. eundem prorſus ei ſitum adſcribens: Τείνει δὲ ἡ Ἀνόπαια αὕτη κατὰ ῥάχιν τ ὄρε☉, λήγει δὲ κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν, πρώτην ἐοῦσαν τ Λοκρίδων πρὸς Μηλιέων.

63 Ἄλπων☉, πόλις ἢ ὄρ☉ ἐν Μακεδονίᾳ.] Aſſentior Ortelio, exiſtimanti hunc locum eundem eſſe, de quo præcedenti commate Stephanus egit, nam circa ſitum notabilem non conſpicio differentiam: Hauſit hæc noſter, quemadmodum ipſe fatetur, ex Herodoto & Euphorione qui diverſo idiomate ſcripſerunt: quidam enim è Græcis, propter ſonum pleniorem, H in Ω mutarunt, ut ῥήγνυμι, ῥώγνυμι, ῥηγμὸς ῥωχμὸς, ῥῆγμα ῥωγμὴ, ῥηγὴ ῥωγὴ, ψήγω ψώχω, πτήσσω πτώσσω, ἀρηγὸς ἀρωγὸς & ſic in ſexcentis aliis.

64 Τινὲς δὲ Θετταλίας.] Dubitarunt itaque cui ſolo deberet aſſignari: unde etiam evinci poteſt, Alpenos, vicum prope Thermopylas, & Alponum in Macedonia, ſive ut alii volunt, in Theſſalia, eoſdem fuiſſe: nam omnes norunt harum regionum confinia à ſcriptoribus ſæpe confundi.

65 Ἄλλη Λοκρῶν τ Ἐπικνημιδ.] Sine dubio & hæc eadem eſt urbs de qua ſupra: ἔςι ἢ μητρόπολις Λοκρῶν, quemadmodum luculenter probavimus.

66 Ἀλτὸς, χωρίον πλησίον Θεσσαλ.] Sic ſupplevimus locum ex Voſſiano cod. qui in aliis editionibus mutilus circumferebatur: Ἀλτὸς, πλησίον Θεσσαλονίκης.

67 Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ.] Præter res Macedonicas, etiam Caricas conſignavit, uti apparet in voce Κασταλία: ſæpiſſime autem abſque operis indice allegatur.

68 Ἀλύαττα, χωρίον Βιθυνίας.] Apud Liv. lib. XXXVIII. cap. X. occurrit *Alyattus*, locus circa Tectoſagos in minori Aſia.

69 Ἀλύβας, τοῦτον οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τ Ἰταλίας.] Sic dictum fuiſſe Metapontium etiam teſtatur Joh. Tzetzes Hiſt. Chil. XII. Num. CCCCIV.

Ἀλύβη πόλις ἄριστον τ ἄργυρον φύουσα,
Ὡς ὁ χρυσοῦς κατέλεξεν Ὅμηρ☉ Βοιωτίᾳ,
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐςὶ γενέθλη.
Ἀλύβας δ᾽ ἡ Μεταπόντ☉ πόλις τ Ἰταλίας.

πόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας. [70] τινὲς δὲ, Θρᾴκης A πόλιν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλυβάντιος.

ἈΛΥΒΗ [71],

Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθι ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη

[72] παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν, τὸν Δία φέρουσαν B νεογνόν. οἱ ταύτην οἰκοῦντες Ἄλυβες, ἀντὶ τῶν ἀργυρείων μετάλλων σιδηρᾶ ἔχοντες. [73] οἱ νῦν Χαλδαῖοι, ὡς Στράβων. ἔστι καὶ Ἀλυβεὺς, καὶ Ἀλυβηΐς. [74] Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς, ἢ Ποτηροκλέπτῃ, C

[75] Ὅστις μοῦ κέλλην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηῦρα.

τουτέστι τὴν ἀργυρᾶν, διὰ τὰ μέταλλα. Ἑλλάνικος δέ φησι, λίμνην εἶναι Ποντικήν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλυβαῖος. D

ἈΛΥΖΕΙΑ [76], πόλις Ἀκαρνανίας, ἀπὸ τοῦ παιδὸς

A pontum Italiæ, alii vero urbem Thraciæ ſic appellarunt. Gentile, Alybantius.

ALYBE.

Procul ex Alybe, ubi argenti origo eſt.

B Huc veniſſe dicitur Rhea, ferens Jovem recens natum. Qui urbem incolunt Alybes appellantur, pro argento ferrum poſſidentes. Nunc autem, uti Strabo auctor eſt, Chaldæi nominantur. Exſtat quoque vox Alybeus, & Alybeïs apud Euphorionem in Imprecationibus, ſive poculorum fure. C

Qui poculum meum Alybenſe ſolus abſtulit.

Hoc eſt argenteum, propter metalla. Verum Hellanicus refert, paludem eſſe Ponticam. Gentile, Alybæus. D

ALYZIA, urbs Acarnaniæ, ſic dicta ab

[70] Τινὲς δὲ Θρᾴκης πόλιν.] Legebat Salmaſius è Palatinis codicibus: τινὲς δὲ Θρᾴκης πόλιν, ὡς Ὅμηρος, Corruptiſſime in Voſſiano inveni: τινὲς δὲ Θρᾴκης πόλεως. Sed Poëtæ nomen non eſt hujus loci: ſequuturæ ſectioni excidit, quod imperitus librarius hic inſerebat.

[71] Ἀλύβη.] Si non accuratum ſitum, ſaltem regionis nomen addere ſolet Epitomator, & hæc cauſa eſt, cur putem hæc ab ipſius manu haud eſſe profecta. Verum alia inſuper eſt ratio cur hoc velim: redundabat commate præcedenti poëtæ nomen, quod hic deſideratur, nam ſequens verſiculus ex Homeri Bœotia eſt deſumptus, ad quem vide Euſtathium pag. 363. Poſt Ἀλύβη itaque adderem, Ὅμηρος. De ſcriptura vocis Ἀλύβη, & quomodo veteres eam mutarunt, ex illa Ἀλόπη, Ἀλόη & Ἀλόβη facientes, legi poteſt apud Strabonem lib. XII. & XIII.

[72] Παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ρεαν, τὸν Δία φέρουσαν νεογνόν.] Manifeſte vox quædam ad ſententiæ expletionem deſideratur. Editiones quæ Baſileenſem præceſſerunt, cum illa non conveniunt, in iis enim locus ſic conſtituitur: παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν τε Δία &c. Codex Voſſianus habet: παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέα τε Δία &c. Salmaſius è Palatinis ſchedis legebat: παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέα λε Δία φέρουσα νεογνὸν, & præterea, Ῥέα δὲ Δία φέρουσα &c. Concludit tandem hæc verba ita eſſe reſtituenda & ſupplenda: παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέα λέγεται, Δία φέρουσα νεογνόν: cui ſententiæ libenter calculum album adjicio.

[73] Οἱ νῦν Χαλδαῖοι ὡς Στράβων.] Stephanum reſpicere verba Strabonis, quæ leguntur libro XII, nemo ſanus negaturus eſt. Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χάλυβες τοπαλαιὸν ὠνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ἵδρυται. Verum codices Stephani manu exarati, nec non Aldina Florentinaque editio quartam literam è voce Χαλδαῖοι rejiciunt, habentque: οἱ νῦν Χαλαῖοι, ὡς Στράβων. Proxime ad hanc ſcripturam accedit Menippus, qui in Periplo ſuo Χαλδίαν, Armeniæ minoris regionem, & incolas Χάλδους appellatos fuiſſe perhibet: Menippi locus exſtat apud noſtrum in voce Χαλδία, eſtque ita legendus, ut poſtea docebimus: Τὴν μέχρι τούτων τῶν Τιβαρηνῶν ἐστὶν ἡ Ποντική βασίλεια, καὶ κατὰ Τιβαρηνίαν καὶ Χαλδίαν καὶ Σαννικήν. οἱ ἐν ταύτῃ κατοικοῦντες, Χάλδοι. οὕτω γὰρ ἐπεκράτησε ἡ συνήθεια. Hi Chaldi, Tibarenis & Sannis ſive Macronibus proxime adjacentes, à Strabone etiam Χαλδαῖοι appellantur, ita enim legimus lib. jam allegato: Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται, καὶ τῆς Φαρνακίας, Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας. Prope Colchidem Chaldæos etiam habitaſſe, teſtatur Stephanus in vocabulo Χαλδαῖοι ex Sophoclis Tympaniſtis. Εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς,

Κόλχος τε, Χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνος.

οἱ μέντοι χαριέστεροι περὶ Βαβυλῶνα λέγουσιν οἰκεῖν αὐτοὺς, ὡς δέδεικται. Verum cum ſubjiciat Stephanus, doctiores hoc nomen Chaldæis circa Babylonem, non vero circa Colchidem habitantibus, attribuere; & ego de illis etiam Sophoclis locum poſſe intelligi cenſeam, dubium non eſt, quin in Strabonis codicibus lateat mendum, quod an ex iis tranſcripſerit Stephanus, affirmare nequaquam audeo, cum in Palatt. & Voſſianis ſchedis conſtanter legatur, οἱ νῦν Χαλαῖοι, ὡς Στράβων. Scriberem itaque hoc loco: οἱ νῦν Χάλδοι, ὡς Στράβων: & apud Strabonem utroque loco: Τιβαρηνοί τε, καὶ Χάλδοι &c. Rurſum, οἱ δὲ νῦν Χάλδοι, Χάλυβες τοπαλαιὸν ὠνομάζοντο. Ita autem eſſe legendum, etiam Menippi locus non obſcure indicat.

[74] Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς, ἢ Ποτηροκλέπτῃ.] Locus eſt corruptus, & à MSS. ſchedis nullum auxilium; peſſime enim Voſſianæ exhibent, ἢ Ποτεροκλέπτῃ. Legendum eſt ſine dubio, vel Ποτηροκλέπτῃ, quemadmodum reſtituit Xylander in indice poſt ſuam Stephani editionem, vel Ποτεριογλύπτῃ, quod confirmari poteſt auctoritate Scholiaſtæ in Theocritum, ita enim ille ad hæc verba Idyl. ſecund. Στέψον τὰν κελέβαν. Στεφάνωσον τὴν κελέβην. Κελέβη δέ ἐστιν ὄνομα πόλεως. ἔστι δὲ καὶ ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες. Εὐφορίων ἐν Ποτηριογλύπτῃ. Monet Caſaubonus ad Theocritum, ſcriptos codices hoc in loco utramque lectionem, & Ποτηριοκλέπτῃ, & Ποτηριογλύπτῃ agnoſcere; ſed primum nos retinebimus.

[75] Ὅστις μοῦ κέλλην &c.] Hæc ſunt corruptiſſima in omnibus editionibus. Libri ſcripti: ὅστις μοῦ κέλβην, quod etiam eſt nihili: ex qua ſcriptura Salmaſius ad oram ſui codicis fecit, ὅστις μοῦ κελέβην &c. Eundem hunc Euphorionis verſum citat Scholiaſtes in Theocritum loco jam allegato:

Ὅς τις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Verum etiam corruptus eſt. Legendum hic & apud Stephanum, uti admonuit Caſaubonus:

Ὅς τις μοῦ κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Xylander edidit, ἀπῆρα: editiones priores & libri ſcripti habent ἀπηύρα: Sed res eodem redibit, ſi vocem recte penſitaveris. Lubet obiter admonere, Scholiaſtem ad hunc Theocriti verſum, nugas agere, & quidem tales, quæ Siculas gerras multis paraſangis ſuperant, ſtatuentem τὴν κελέβην etiam urbis nomen eſſe: in eaſdem quoque perſummam inſcitiam incidit Phavorinus, hinc *Celebenos* deducens.

[76] Ἀλύζεια, πόλις Ἀκαρνανίας.] Varie hoc urbis nomen apud ſcriptores exaratum exſtat: Strabo lib. x. in Acarnaniæ deſcriptione aliquoties habet Ἀλυζία: & ita etiam Thucydides lib. v. Scylax, Ἀλυτία, quod Clariſſimus Voſſius mutavit in Ἀλυζεία. Longius ab hac ſcriptura recedunt Xenophon & Ptolemæus: *hic* Hellenic. v. circa libri finem Αἰλυζίαν nominavit hanc urbem; ille vero lib. III. cap. XIV. Ἀζυλείαν, tranſpoſitis literis, quod inter typothetarum σφάλματα recenſeri meretur. Ad oppidi ſitum quod attinet; manifeſtiſſime deſcribitur à Strabone libro ſupra citato hiſce verbis: Ἀπὸ δὲ Ἀνακτορίου ἑξῆς Πάλαιρος καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους.

παιδὸς Ἰκάρου κληθεῖσα Ἀλύζου. [78] τὸ ἐθνικὸν Ἀλυζεὺς, καὶ Ἀλυζαῖος.

ἌΛΥΚΟΣ [79], πόλις Πελοποννήσου.

[80] Εἰς Ἀσίνην, Ἀλυκόντε, καὶ [81] ἄμπολιν
Ἑρμιονίων·

Καλλίμαχος. τὸ ἐθνικὸν Ἀλύκιος.

ἈΛΥ'ΧΜΗ [82], ἐν ᾗ τιμᾶται [83] Ἀλύχμιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ [84] Βοίβη Βοίβαιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύχμιος.

ἉΛΩ'ΙΟΝ, πόλις Θεσσαλίας ἐπὶ τῶν [85] Τέμπεων, ἣν ἔκτισαν [86] οἱ Ἀλωάδαι, καθελόντες τοὺς Θρᾶκας, ὡς εἶναι αὐτὴν ἀπὸ Ἀλωέως. [87] τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωεύς.

ἉΛΩ'ΝΗ [88], νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ, [89] ἥτις

A ab Alyzo Icari filio; ejus gentile eſt Alyzenſis & Alyzæus.

ALYCUS, urbs Peloponnenſi.

Ad Aſinen Alycumque, & per urbem Hermionenſium.

B Uti Callimachus tradidit. Gentile, Alycius.

ALYMNE, locus ubi Alymnius Mercurius colitur. Gentile, uti à Bœbe Bœbius, Acte Actius formatur, ſic ab Alymne Alymnius.

C ALOJUM, urbs Theſſaliæ circa Tempe, quam condiderunt Aloïdæ poſtquam Thracas profligaſſent. Sic dicitur, quaſi ab Aloeo nomen eſſet ſortita. Gentile, Aloenſis.

HALONE, inſula juxta Cyzicum, quæ etiam

77 Ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰκάρου κληθεῖσα Ἀλύζου.] Hæc hauſit Stephanus ex Strabonis lib. x: & Strabo ex illo qui Alcmæonidem conſcripſit. Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρὸς, υἱοὺς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον, δυναστεῦσαι δ' ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός. Sed Icari filius Stephano Ἀλυζος, Straboni Ἀλυζεὺς dicitur: à vero aberrat noſter, qui eundem, male Lyxeum nominavit, in vocabulo Λύξεια: confidenter itaque apud Stephanum Ἀλυζέως vel Ἀλυζέος pro Ἀλύζου repone: Nam Λύξεια & Ἀλύζεια idem eſt oppidum, ut poſtea demonſtraturi ſumus.

78 Τὸ ἐθνικὸν Ἀλυζεὺς, καὶ Ἀλυζαῖος.] Utrumque gentile Stephani canones admittunt, nam uti ab Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεὺς, Λυκώρεια Λυκωρεὺς, Ἀπάμεια Ἀπαμεὺς, Ἀλινόεια Ἀλινοεὺς, ſic Ἀλύζεια Ἀλυζεύς. Ad ſecundum gentile quod attinet, illud apud Thuc. lib. VII. legitur quinque ſyllabis Ἀλυζιαῖοι, quod, ſi Stephani codices non fallant, aperte mendoſum eſt, & reſtituendum Ἀλυζαῖοι; ita enim Λυκώρεια habet Λυκωρεὺς & Λυκωραῖος. Nummi nobis deſunt, ex quibus infallibile teſtimonium peti poſſet, ſaltem probabile mihi videtur, quod ex voce Λύξεια adferam. Λύξεια, πόλις Ἀκαρνανίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, ἀπὸ Λυξέως τινός. τὸ ἐθνικὸν, Λυξεὺς, καὶ Λυξαῖος. Ita hic locus eſt legendus, qui in vulgatis corruptus & mutilus circumfertur: imo omne dubium ſolvitur, ſi mecum ſtatuas, idem eſſe oppidum, quod hic à Stephano ex Strabone Ἀλύζεια, & deinde ex depravato Hecatæi codice Λύξεια appellatur.

79 Ἄλυκος, πόλις Πελοποννήσου.] Urbis ſitum & nominis originem nemo antiquorum tradidit: ex allegato Callimachi verſu apparet, non procul ab Aſinæo ſinu fuiſſe. Plutarchus in Theſeo, obſervante Ortelio etiam *Alycum* in Megaride collocat, quæ Achaïæ regio eſt.

80 Εἰς Ἀσίνην, Ἀλυκόντε καὶ ἀμπ. &c.] Verſus erat corruptus in Xylandri editione: pro Ἑρμονίων reſcripſimus Ἑρμιονίων, uti priores editiones exhibebant: mallem tamen, Ἑρμιονήων, qui genitivus eſt Jonicus ab Ἑρμιονεὺς, quia & noſter in voce Ἑρμιον, & nummi veteres illud gentile agnoſcunt, uti poſtea demonſtrabimus.

81 Ἀμπόλιν.] Sic legendum eſt pro ἀνὰ πόλιν, ut alibi apud Poëtas occurrit.

82 Ἀλύχμη.] Altum ubique apud utriuſque linguæ ſcriptores de hoc loco ſilentium: Sed noſter eſt mendoſus, & legendum cenſeo, Ἀλύμνη, quæ Phrygiæ majoris urbs habetur prope Gibyram, uti colligo ex Livio lib. XXXVIII. cap. XIV: *Erant autem ſub eo, præter Gibyram, Syleum, & quæ Alymne appellatur.* Hanc conjecturam hauſi ex depravata lectione codicis Voſſ. in quo exaratum erat: Ἀλύχ[illegible], ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς.

83 Ἀλύχμιος Ἑρμῆς.] Aſſumſit Xylander lectionem aliarum editionum, in quibus erat Ἀλυχμος Ἑρμῆς; ſed omnes errant: Infra ipſe Stephanus: οὕτω καὶ Ἀλύχμιος, uti repoſuimus, quam ſcripturam quoque Salmaſius ex Palatinis libris produxit: malim tamen, uti ſupra, Ἀλύμνιος Ἑρμῆς.

84 Βοίβη Βοίβαιος.] Conſtanter ſic legunt libri ſcripti & editi: ſed manifeſte reſcribendum: Βοίβη Βοίβιος, ne ſimilitudo claudicet. Si mei arbitrii res foret, totum hunc locum ita conſtituerem. Ἀλύμνη, πόλις μεγάλης Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Βοίβη Βοίβιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύμνιος. Stephanum hoc vel ſimili modo locum hunc concepiſſe, nemo eſt qui dubitare poteſt.

85 Τεμπέων.] Dubitabat Salmaſius ad oram ſui libri, an hæc vox ſemper cum M eſſet exaranda, cum in ſcriptis codicibus aliquoties Τέμπη occurrat; quod obiter admonere ipſi viſum fuit.

86 Οἱ Ἀλωάδαι.] A nominibus in εὺς quo pacto formentur patronymica maſculina, fuſius docent Grammatici & Scholiaſtæ; nuſquam tamen Ἀλωάδης fit ab Ἀλωεὺς, niſi hic apud noſtrum. Virgil. lib. 6. Æneid.

Hinc & Aloïdas geminos immania vidi
Corpora, &c.

Apollodorus in deſcriptione hujus fabulæ lib. I. ab Ἀλωεὺς facit Ἀλωείδης, ita enim inquit: συνελθὼν δὲ αὐτῇ Ποσειδῶν, δύο ἐγέννησε παῖδας, Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην τοὺς Ἀλωείδας λεγομένους: & ſimili prorſus modo Euſtath. ad Iliad. E. pag. 560. Horum etiam meminit Hyginus Fab. XXIIX. cujus verba, cum mendis plurimis ſcateant, ſic emendare conabimur. *Otos & Ephialtes Aloëi & Iphimediæ Neptuni filiæ filii, mira magnitudine dicuntur fuiſſe. Hi ſinguli ſingulis menſibus novem digitis creſcebant. Itaque cum eſſent annorum novem, in cœlum aſcendere ſunt conati, qui aditum ſibi ita faciebant: montem enim Oſſam ſuper Pelion poſuerunt, unde etiam Pelion Oſſa mons appellatur, alioſque montes conſtruebant, qui ab avo nacti, ſunt interfecti. Alii autem auctores dicunt Neptuni & Iphimediæ filios fuiſſe atrotos. Hi cum Dianam comprimere voluiſſent, quæ cum non poſſet viribus eorum, reſiſtere, Apollo inter eos cervam miſit, quam illi, furore incenſi, dum volunt jaculis interficere alius alium interfecerunt. Qui ad inferos dicuntur hanc pœnam pati: ad columnam, averſi alter ab altero, ſerpentibus ſunt deligati. Eſt ſtrix viſcera columnam ſedens, ad quam ſunt deligati.*

87 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωεύς.] Fortaſſis ab Aloëo oppidum eſt conditum, & ſic gentile & conditoris nomen idem eſſet, ut ſæpiſſime aliis in locis. Libri ſcripti & editi nihil omnino variant, tamen reſcribendum exiſtimo: τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωιεύς.

88 Ἁλώνη, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ.] Diogenes Cyzicenus, lib. I. in deſcriptione ſeptem inſularum patriæ, hujus inſulæ non obſcuram mentionem facit, ejus verba in voce Βέσβικος Stephanus integra reſervavit: Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς πατρίδος νήσων, λέγων. Προκόννησος, καὶ Φοίβη, καὶ Ἀλώνη, καὶ Φυσία, καὶ Ὀφιόεσσα, καὶ Βέσβικος, καὶ Γόνιμοι, καὶ Λιπαραί. Cenſeo tamen inſulas admodum fuiſſe ignobiles, quia pauci ſcriptores earum meminerunt. Plinius lib. V. cap. XXXII. hanc Halonam etiam inter inſulas circa Propontidem recenſet. *Sequuntur Ophiuſa, Acanthus, Phœbe, Scope-*

89 ἥτις καὶ Νευρὶς, καὶ Προχώνη ἐκαλεῖτο. τὸ ἐθνικὸν, Ἁλωνήσιος. ὠνομάσθη δὲ οὕτως, ὅτι ποτὲ οἱ ἐποικοῦντες τὴν τῶν ἅλων ἐργασίαν ἐπενόησαν. τινὲς δὲ αὐτὴν εἶπον πόλιν Παφλαγονίας.

ἉΛΩΝΙ'Σ [90], νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος. τὸ ἐθνικὸν, Ἁλωνίτης.

ἈΛΩΠΕ'ΚΗ [91], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀλωπεκεύς. τὰ τοπικὰ, Ἀλωπεκῆθεν, [92] Ἀλωπεκῆδε, Ἀλωπεκῆς.

ἈΛΩΠΕΚΙ'Α [93], νῆσος. [94] Στράβων ἑνδεκάτῃ. [95] τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκιεὺς, ὡς Οἰχαλιεὺς, τῆς Οἰχαλίας.

ἈΛΩΠΕΚΟ'ΝΗΣΟΣ [96], πόλις τῆς Ἑλλησποντίας χερρονήσου, [97] κατὰ χρησμὸν κτισθεῖσα, [98] κελεύσαντα, ἔνθα ἂν σκύλακας ἴδωσιν ἀλώπεκος, ἐκεῖ πόλιν οἰκίσαι. [99] τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωπεκοννήσιος. ἐκλήθησαν δὲ, [1] ὅτι ὅτε ἔκτιζον τὴν πόλιν, ἀλώπηξ σκύμνον ἄλλοθεν φέρουσα, κατετίθετο.

Ἄ'ΛΩΡΟΣ [2], πόλις Μακεδονίας. ἔστι δὲ τὸ

A etiam Neuris & Prochone vocabatur. Gentile Haloneſius. Ita appellata eſt, cum incolæ confectionem ſalis excogitaſſent. Verum alii affirmant Paphlagoniæ urbem eſſe.

ALONIS, inſula & urbs Maſſiliæ, aucto-
B re Artemidoro. Gentile, Alonita.

ALOPECE, populus Antiochidis tribus. Popularis, Alopecenſis. Hinc de deducuntur localia quæ ex, ad, & in Alopece denotant.

ALOPECIA, inſula, cujus meminit
C Strabo libro undecimo. Gentile, Alopecienſis, uti fit Oechalienſis à voce Oechalia.

ALOPECONESUS, urbs Helleſpontiæ Cherrhoneſi, ſecundum oraculum condita, quod juſſit, ut illo in loco urbem ædificarent, ubi catulos vulpis vidiſſent. Gentile, Alo-
D peconeſius. Urbs autem ita dicta eſt, quod dum urbem conderent, vulpes catulum aliunde adferens, ibi depoſuerit.

ALORUS, urbs Macedoniæ, latens in in-

Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido, Delphacia, Polydora.

89 Ἥτις καὶ Νευρὶς, καὶ Προχώνη.] Ne γρῦ quidem apud Stephanum de hiſce nominibus reperies. Si fides ſit habenda Plinii codicibus, Νευρὶς dicta fuit Elaphonneſus; quæ ipſo auctore ab Halone diverſa ſtatuitur. Ejus verba ita ſunt tranſponenda legendaque, loco jam citato: *Inſula in Propontide ante Cyzicum Elaphoneſus, unde Cyzicenum marmor, eadem Neuris dicta, & Proconneſus. Sequuntur Ophiuſa, Acanthus &c.*

90 Ἁλωνὶς, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλ.] Pomponio Mel. lib. II. cap. VI. Alone, & Ptolemæo lib. II. cap. VI. Ἀλωναὶ numero plurativo dicitur. Urbs eſt Hiſpaniæ Tarracon. in littore regni Valentini, Maſſilienſium colonia uti noſter teſtatur. Clar. Voſſius in ſuis ad Melam obſervationibus, verum nomen putat eſſe Ἀλῶνα vel Ἀλώνη. Græcum igitur eſt vocabulum, nam quemadmodum παρὰ τῶν ἀνέμων ἀνεμώνη, & ſimilia, ſic παρὰ τῶν ἁλῶν fit ἁλώνη. Præſtantiſſimo enim ſale & olim & nunc quoque abundat. Atque hoc ſolo argumento convinci poſſunt, qui Alonam hodie putant eſſe Alicante, cum ea urbs nullas habeat Salinas. Certum eſt Alonam eſſe id oppidum, quod olim Arabes *Tudemir*, Hiſpani vero *Guardamar* vocant, ſitum in peninſula ad os Taberis fluminis, quem vulgo Seguram vocant. Innumeræ illic & præſtantiſſimæ Salinæ, eoque ipſo loco veteres *Alonam* deſcribunt.

91 Ἀλωπέκη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλ.] Eadem hæc apud Suidam invenies. Harpocration numero plurali Demi nomen Ἀλωπεκαὶ fecit: hujus etiam Herodot. lib. V. & Diog. Laert. lib. II. meminerunt.

92 Ἀλωπεκῆδε, Ἀλωπεκῆς.] Adverbia hæc corrupta ſunt. Lege Ἀλωπεκῆνδε, Ἀλωπεκῆσι.

93 Ἀλωπεκία, νῆσος.] Plinio lib. IV. cap. XII. Alopece dicitur, & Ptolemæo lib. III. cap. V. Ἀλωπεκία, νῆσος δὲ παράκειται ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ. Ἀλωπεκία, ἡ καὶ Ταναῒς νῆσος. Hinc etiam de ſitu certi ſumus, de quo nihil omnino Epitomator hoc loco, ſed in voce Ταυρικὴ ſitum ſatis clare deſcribit, & inſulam Ἀλωπέκειαν nominat: Ταυρικὴ, νῆσος μεγάλη, καὶ λίαν ἐπίσημος, καὶ πολλὰ ἔχουσα ἔθνη, καὶ περικλείουσα τῇ θέσει τὴν Μαιῶτιν λίμνην. ἧς οὐ πολὺ διεστῶσα ἡ Ἀλωπέκεια ἐστὶ μικρά. Alopecia etiam à noſtro Κάλαρος appellari videtur: Κάλαρος, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος, ἀπὸ Καλάρου βασιλέως. Sed hæc peſſime ſunt contaminata: veterem & minime dubiam lectionem reducemus, ubi ad illa verba pervenerimus.

94 Στράβων, ἑνδεκάτῃ.] Sine dubio reſpicit hæc verba: Πρόκειται δ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις τοῦ ἐμπορείου νῆσος Ἀλωπεκία, κατοικία μιγάδων ἀνθρώπων.

95 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωπεκιεύς.] Viſum fuit ita faciendum, ejecto ſpurio Ἀλωπεκεὺς, quod omnes editiones, & codices ſcriptos obſederat, ſequenti voce illud expoſcente, à qua non deducitur ἐθνικὸν, Οἰχαλεὺς, ſed Οἰχαλιεύς.

96 Ἀλωπεκόννησος, πόλις τῆς Ἑλλησποντίας χερρονήσου.] Livius lib. XXXI. cap. XVI. oppidi nomen cum duplici N protulit; ex cujus verbis etiam cognoſcere licet, urbem illum obtinere ſitum, quem ei Stephanus adſignavit: *Ænum inde cum magno labore, poſtremo per proditionem Ganymedis præfecti Ptolemæi cepit: deinceps alia caſtella, Cypſela, & Doriſcon, & Serrheum occupat: inde progreſſus ad Cherſoneſum, Elæunta & Alopeconneſum, tradentibus ipſis, recipit.* Urbs condita eſt teſte Marciano Heracleota, ſeu potius Scymno Chio (ut docti viri cenſent) ab Æoliis, cujus Senarii ita ſupplendi & reſtituendi ſunt:

Εἶτ' Αἰολέων Ἀλωπεκόννησος πόλις,
Ἑξῆς Ἐλαιοῦς Ἀττικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσα, Φόρβας ἣν συνοικίσαι δοκεῖ.

Urbs hæc etiam Calarus à rege Calaro dicta fuit, uti noſter in voce Κάλαρος refert: ſed locus eſt mendoſus, uti jam admonui, eumque deinde emendabimus.

97 Κατὰ χρησμὸν κτισθεῖσα.] Sine dubio vitioſa eſt ſcriptura editionum ante Xylandrum, in quibus legitur: κατὰ χρησμὸν χρησθεῖσα.

98 Κελεύσαντα.] Codex Voſſianus male, κελεύσαντος.

99 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωπεκοννίσιος.] Schedæ Voſſ. & priores editiones, Ἀλωπεκοννήσιος: Unde Xylander hanc lectionem aſſumſerit, & quam ob cauſam, divinando aſſequi non poſſum. Si oppido nomen ſit Ἀλωπεκόννησος, qua ratione inde gentile Ἀλωπεκοννίσιος deducetur? Etiam tamen ſic exhibet nummus C. Cæſaris Auguſti, in quo hæc eſt inſcriptio, ΑΛΩΠΕΚΟΝΙΣΙΩΝ.

1 Ὅτι ὅτε ἔκτιζον τὴν πόλιν.] Optime ſic legunt omnes editiones: male liber Voſſ. ſcriptus: ὅτι ἔκτιζον τὴν πόλιν: affinitas duarum vocum ὅτι & ὅτε hunc quoque locum mutilandi imperitis librariis occaſionem dedit. Partem hujus fabulæ etiam Stephanus in voce Κάλαρος narrat: Ἀλωπεκόννησος δὲ, ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέρουσαν, καὶ κατακλιθεῖσαν ἀλώπεκα.

2 Ἄλωρος, πόλις Μακεδονίας.] In voce Ἄζωρος omnino dixerat Alorum Macedoniæ urbem eſſe, verum nunc accuratius ejus ſitum perſtringit, eam ad Thermaicum ſinum collocando: Sic omnes Geographi. Scylax, ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος. Πρώτη πόλις Μακεδονίας Ἡράκλειον, Μεθώνη πόλις Ἑλληνίς, καὶ Ἀλιάκμων ποταμὸς, Ἄλωρος πόλις &c. Mela lib. II. cap. III. *Cæterum longis in altum immiſſis lateribus, ingens inde Thermaicus ſinus eſt. In eum Axius per Macedo-*

τὸ μυχαίτατον. [3] τοῦ Ἑρμαίου κόλπου. [4] τὸ ἐθνικὸν Ἀλωρίτης, καὶ Ἀλωρῖτις. A

ἈΜΑΔΟΚΟΙ, Σκυθικὸν ἔθνος· Ἑλλάνικος ἐν Σκυθικοῖς. [5] ἡ γῆ δὲ τούτων, Ἀμαδόκιον.

ἈΜΑΖΟΝΕΙΟΝ [6], τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς [7] τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν. [8] οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Κύμη, ἐν ᾗ αἱ Ἀμαζόνες ᾤκουν. Ἑκαταῖος δὲ [9] ἐν τοῖς Αἰολικοῖς διὰ τοῦ ι γράφει τὸ ὄνομα. ἔστι καὶ ἄλλο διὰ τοῦ κ Ἀμαζονικὸν, ἐν Βοιωτίᾳ. ἔστι καὶ ἐν Βιθυνίᾳ Μαζαῖον κατὰ παραφθορὰν, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς. [10] τὸ ἐθνικὸν Μαζαιεύς, ὡς Μιδακεύς, καὶ Δορυλαεύς. B C

ἈΜΑΖΟΝΕΣ [11], ἔθνος γυναικεῖον [12] πρὸς τῷ Θερμώδοντι, [13] ὡς Ἔφορος, [14] ἃς νῦν Σαυρομάτιδας καλοῦσι. Φασὶ δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι τῇ φύσει τῶν ἀνδρῶν διαφέροιεν, αἰτιώμενοι τοῦ τόπου τὴν κρᾶσιν, ὡς γυναῖκα εἰω- D

intimo receſſu Thermæi ſinus. Gentile, Alorita & Aloritis.

AMADOCI, gens Scythica, cujus meminit Hellanicus in Scythicis. Horum regio Amadocium dicitur.

AMAZONIUM, locus in Attica, ubi Theſeus Amazonas devicit. Ita etiam Cyme vocabatur, quam Amazones habitabant. Sed Hecatæus in Æolicis nomen illud per I ſcribit. Eſt item aliud in Bœotia, quod per K exaratur. Eſt quoque in Bithynia Mazæum, quæ vox corrupte ſic profertur, uti Arrianus in Bithyniacis refert.

AMAZONES, gens ſolis mulieribus conſtans ad Thermodontem, auctore Ephoro, quas nunc Sauromatidas appellant. Perhibent illas à viris natura differre, accuſantes loci temperiem, quaſi fœminina corpora ma-

Macedonas, & jam per Theſſalos Peneus excurrit. Ante Axium Theſſalonice eſt: inter utrumque, Caſſandria, Cydne, Aioros, Icaris. Hæc urbs à Stephano etiam Ἐλωρος dicitur: Vide in iſthac voce.

3 Τοῦ Ἑρμαίου κόλπου.] Conſtanter ſic legunt libri ſcripti & editi, ſed male. Reſcribendum eſt ſine dubio: τοῦ Θερμαίου κόλπου. Hermæus ſinus nuſquam eſt.

4 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωρίτης, καὶ Ἀλωρῖτις.] Hæc erat ſcriptura editionum ante Xylandrum, quam ut probam & optimam reduximus. Xylandri editio habet: τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωρείτης, καὶ Ἀλωρίτης. Priorem ſcripturam etiam libri ſcripti confirmant. Polybius (cujus τὰ σωζόμενα politiſſimus Jacobus Gronovius, nuper ad prælum revocavit & obſervationibus ſuis illuſtravit) lib. v. Ἅμα δὲ τούτοις Εὐρυλόχῳ τῷ Μάγνητι, καὶ Σωκράτει τῷ Βοιωτίῳ, σὺν οἷς ἦν καὶ Κνωπίας ὁ Ἀλωρίτης.

5 Ἡ γῆ δὲ τούτων, Ἀμαδόκιον.] Ptolemæus de Amadocorum regione meminit lib. III. cap. v. Περὶ δὲ τὸν Βορυσθένην ποταμὸν, Ἀζαγάριον Ἀμάδοκα, Σάρον &c.

6 Ἀμαζόνειον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ.] Ita habent codices calamo exarati & priores editiones. Xylander divulgavit, Ἀμαζόνιον, quod Græcis auribus eſt inſolitum. Locus hoc nomine fuit in agro Attico prope Athenas, ſic dictus quod in eum ſiniſtrum Amazonum cornu ſe convertit, quum ipſæ, cum Theſeo duce Athenienſium confligerent, de quo prælio & loco legendus eſt Plutarchus in Theſei vita. Diodorus idem refert lib. IV. Τέλος δὲ πολλὴν τῆς Εὐρώπης ἐπελθοῦσαι, κατήντησαν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ κατεστρατοπέδευσαν ὅπου νῦν ἐστι τὸ καλούμενον ἀπ᾽ ἐκείνων Ἀμαζόνειον.

7 Τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν.] Præter Plutarchum & Diodorum, etiam habemus Arrianum libro VII. teſtantem Amazonas à Theſeo fuiſſe devictas.

8 Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Κύμη.] Vide in voce Κύμη.

9 Ἐν τοῖς Αἰολικοῖς διὰ τοῦ ι γράφει.] Hinc manifeſtiſſime evincitur, ſuperius à Stephano Ἀμαζόνειον ſcriptum fuiſſe, ſed Hecatæum in Æolicis illud nomen cum I exaraſſe.

10 Τὸ ἐθνικὸν Μαζαιδεύς, ὡς Μιδακεύς.] Hæc ſunt corruptiſſima in libris editis, reſcribendum eſt, ut annotavit Cl. Salmaſius ad oram ſui codicis, τὸ ἐθνικὸν Μαζαεὺς, ὡς Μιδαεύς. Ultimum gentile in Voſſiano codice ſic invenimus; & licet à Stephano in voce Μιδάειον non agnoſcatur, nos tamen ad illam vocem genuinum ac probum eſſe, ex nummis antiquis demonſtrabimus.

11 Ἔθνος γυναικεῖον.] De Amazonibus frequentiſſima apud auctores antiquos reperitur mentio, & earum res geſtæ notiores ſunt, quam quod hic referri debeant. Hoc tamen libet in memoriam revocare, Palæphatum cenſere, eas non fuiſſe mulieres, ſed viros barbaros, geſtantes tunicas talares, quales in more erant fœminis Thracibus: Hi quia comam mitris alligabant, & barbas radebant, ab hoſtibus mulieres appellabantur. Eruditiſſimus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis reputans neque exercitum, neque urbem, neque gentem ſine viris conſiſtere poſſe, etiam non credebat Amazonas fuiſſe, ita enim ille ad Iliad. I. Τίς ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἄν χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ οὐ μόνον συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσεται ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ κρατήσει; ὅμοιον γὰρ τοῦτο, ὡς ἂν εἴ τις λέγῃ, τοὺς μὲν ἄνδρας τούτους τότε γυναῖκας γεγονέναι, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. Hæc Euſtathius hauſit de verbo ad verbum ex Strabone lib. XI: ſed Plato lib. VII. de Legibus relationes de Amazonibus non prorſus fabuloſas habet, certo ſciens circa Pontum innumeras eſſe mulieres, quæ ſe non duntaxat equitatione, ſed etiam arcu & alio armorum genere exercent: Οἶδα, inquit, ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων, καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη, ἴσως ἀσκεῖται. Præſtantiſſimus etiam de iis exſtat locus apud Hippocratem Medicorum principem lib. de Aeribus, Aquis & locis. Τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν. οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ, μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. Et mox ſequitur: τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσιν, παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις, αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον, ἢ ἐπ᾽ αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται. Hæc profecto fabulis non videntur annumeranda: imo tantorum virorum auctoritas plus apud me valet, quam hodiernæ de Americanis mulieribus relationes: de iis enim à peregrinantibus non minora narrantur.

12 Πρὸς τῷ Θερμώδοντι.] Hac in re Geographi conveniunt omnes: Arrianus in Periplo Ponti Euxini: Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴρεος τῶν ἐκβολῶν ἐς Ἡράκλειαν ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι, ὅρμος ναυσίν. ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, τεσσαράκοντα. οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἵνα περ αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέγονται. Vide etiam Apollod. Biblioth. lib. II. Curtium, Juſtinum & alios.

13 Ὡς Ἔφορος.] Sequimur Xylandrum, qui primus ſic edidit: codices ſcripti & priores editiones exhibent, ὡς Εὔφορος, ſed male. Ephorus de Amazonibus ſcripſit & quidem libro nono, ut nos docet Apollonii Rhodii eruditiſſimus Scholiaſtes: lib. II. ad verſum 967. Ἔφορος δὲ ἐν ἐννάτῳ φησὶ, τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν &c.

14 Ἃς νῦν Σαυρομάτιδας καλοῦσι.] Hæc etiam deſumpta ſunt ex Ephoro, & fortaſſis libro jam allegato: nam de Sauromatis auctor anonymus in Periplo Ponti Euxini & Mæotidis paludis, quem Clar. Voſſius poſt Scylacem edidit, hæc habet: Ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος. τούτοις δὲ ἐπιμεμῖχθαι τὰς Ἀμαζόνας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν γενομένης μάχης.

εἰωθότος τὰ θήλεα σώματα ἰσχυρότερα καὶ μείζω τῶν ἀρσενικῶν. [15] ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω τὰ κοινὰ πάντων πάθη· ὥστ᾽ ἄλογος ἡ αἰτία. πιθανωτέρα δ᾽, ἣν φασιν οἱ πλησιόχωροι. [16] οἱ γὰρ Σαυρομάται ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην στρατεύσαντες, καὶ πάντες διαφθαρέντες, [17] τὰς γυναῖκας οὔσας μόνας, καὶ αὐξησάντων τῶν ἀρρένων, [18] στασιάσαι πρὸς τὰς γυναῖκας. ὑπερεχουσῶν δὲ τῶν γυναικῶν, καταφυγεῖν τοὺς ἄρρενας εἰς δασύν τινα τόπον, καὶ ἀπολέσθαι. φοβηθεῖσαι δὲ, μήπως ἀπὸ τῶν νεωτέρων τιμωρία τις γένηται, δόγμα ἐποίησαν, ὥστε τὰ μέλη συντρίψαι, καὶ χωλοὺς πάντας ποιῆσαι. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ [19] Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, καὶ ἐσθίειν.

majora validioraque virilibus proferre ſoliti. Verum ego naturales exiſtimo communes omnium affectiones, adeo ut illa cauſa prorſus abſurda ſit: Veriſimilior autem videtur, quam vicini tradunt: Nempe Sauromatis olim adverſus Europam profectis, omnibuſque occiſis, mulieres ſolas, viris multiplicatis, contra viros ſeditionem moviſſe: Superioribus igitur mulieribus, aufugiſſe viros in locum quendam arboribus obſitum, & periiſſe. Verum metuentes ne à junioribus vindicta fieret, ſtatuerunt membra ipſorum confringere, omneſque claudos reddere. Vocabantur etiam Sauropatides παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, quod lacertis veſcerentur,

15 Ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω.] Ita legunt editiones omnes: libri veteres calamo exarati: ἐγὼ δὲ φυσικὸν νομίζω τὰ κοινὰ πάντων πάθη.

16 Οἱ γὰρ Σαυρομάται ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην &c.] Exiſtimo hanc hiſtoriam tangi à Juſtino lib. II. cap. IV: cujus verba inferius producemus.

17 Τὰς γυναῖκας οὔσας μόνας.] Illarum conjuges populorum conſpiratione per inſidias erant trucidati. Tota hiſtoria eſt apud Juſtinum lib. II. cap. IV. *Ibi Scythæ per multos annos ſpoliare finitimos aſſueti, conſpiratione populorum per inſidias trucidantur. Horum uxores, cum viderent exſilio additam orbitatem, arma ſumunt: fineſque ſuos, ſummoventes primo, mox etiam inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omiſere; ſervitutem, non matrimonium appellantes. Singulare omnium ſeculorum exemplum auſa, auxere Rempub. ſine viris: jam etiam cum contemptu virorum ſe tuentur. Et ne feliciores aliæ aliis viderentur; viros qui domi remanſerant interficiunt. Ultionem quoque cæſorum conjugum, excidio finitimorum conſequuntur.*

18 Στασιάσαι πρὸς τὰς γυναῖκας.] Hæc abſurda & inſana ſunt: lego, licet omnes editiones & libri calamo exarati ita ſcribant, στασιάσαι πρὸς τοὺς ἄνδρας: & ſic ſuadet legendum totius hiſtoriæ ſeries & ratio: nihil enim hoc loco invenio, quam ob cauſam mulieres contra mulieres ſeditionem moverent: maribus igitur multiplicatis, ipſæ ſeditionem excitarunt, eoſque ſuperarunt. Sed apud Apollonii Rhodii Scholiaſtam, hujus ſeditionis in viros longe aliam cauſam legimus, ita enim ille ad lib. II. ex Ephoro refert: Ἔφορος δὲ ἐν ἐννάτῳ φησὶ, τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐπί τινα πόλεμον, τοὺς μὲν καταλειφθέντας ἀναιρεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ξένης προσιόντας μὴ δέχεσθαι. Qui igitur falſitatem hujus lectionis non videt, illum ἀλαοσκοπίη habet inemendabilis.

19 Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, καὶ ἐσθίειν.] Suſpectum mihi fuit vocabulum antepenultimum: cenſebam aliquando, minuta quadam correctiuncula παίειν reponendum. Sed τὸ πατεῖν integrum eſt & ſanum, & ſignificationem hoc loco non vulgarem obtinet, ſiquidem idem quod τὸ ἐσθίειν ſive γεύεσθαι denotare debeat. Ad probandum hunc vocis ſignificatum, unicum lexicographi ex Herodot. lib. II. exemplum in medium adducunt: πατέονται τῶν κρεῶν, id eſt, *veſcuntur carnibus*: Sed ſimilis etiam reperitur lib. IV. apud eundem auctorem: βοῶν μὲν νυῦ θηλέων, οὐδ᾽ αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι πατέεσθαι, διὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἶσιν, ἀλλὰ καὶ νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι. αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τῇσι βουσὶ γεύονται. Ex his verbis manifeſtiſſime liquet, τὸ πατέεσθαι nihil aliud hoc loco quam τὸ ἐσθίειν ſive γεύεσθαι denotare. Quædam hujus verbi tempora apud Heſychium occurrunt, verum illa ſunt vel corruptiſſima, vel ſignificationes nihil ad rem faciunt: Πάτεσθε, εὐθίεται: ibi reſcripſerunt viri docti: Πατεῖται, vel πατέεται, ἐσθίεται. Deinde Πατέοντο, ἐγλύοντο, & pro ἐγλύοντο, ἐγεύοντο emendarunt. Sequitur apud Heſychium poſt illa quæ jam allegavimus, Πατερῆ* ται, ἐσθίουσι: verum nemo hactenus hunc locum tentavit, multo minus ſupplevit, quod me leviſſima mutatione præſtaturum ſpero: ſine dubio Heſychius ſcripſerat, πατέονται, ἐσθίουσι. Nam ſi linea ſive virgula illa longior literæ ἦτα dematur, inde ν formabitur: Hanc autem virgulam τοῦ ο μικροῦ ſi quis ſubjungat, imaginem τοῦ ρ delineabit, quemadmodum ab imperitis librariis fuit factum: verum expungenda eſt hæc lineola, ut item illa τοῦ ἦτα, & pro πατερῆται habebimus πατέονται, quæ legitima hujus loci eſt lectio. Fortaſſis Euſtathius, qui paſſim τὰ ἐθνικὰ καταγραψάμενον aut imitatur, aut tranſcribit, de ſignificatione hujus verbi dubitavit, nam in ſuis ad Dionyſium commentariis pro σαύρας πατεῖν, habet σαύρας πάσασθαι. Sed locum integrum, quia egregie ad rem pertinere videtur, adducam: Ἐκαλοῦντο δέ ποτε καὶ Σαυρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν Σαυροματικῇ ποτε Σκυθίᾳ οἰκῆσαι, καθώσπερ προγέγραπται ἐν τοῖς περὶ Σαυροματῶν. ἢ οἱονεὶ Σαυροπάτιδες, διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι, ὅ ἐστι γεύσασθαι. τούτων γὰρ ἤσθιον κρεῶν. διὸ καὶ Ἀμαζόνες ἐκαλοῦντο κατά τινας, οὐ μόνον ὡς μονόμαζοι (ἐπεκαίοντο γὰρ βρεφόθεν τὸν δεξιὸν μαζὸν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν) ἀλλὰ καὶ οἷα μὴ μάζαις, ἀλλὰ καὶ κρέασι θηρείων ἐπιτρεφόμεναι. Sic igitur apparet, Euſtathium de ſignificatione τοῦ πατεῖν dubitaſſe, quia loco illius πάσασθαι adhibuit, quod infra pluribus oſtendam. Iſtum autem ſignificatum τὸ πατεῖν obtinuiſſe, alio argumento clariſſime evincam ex verbis Poſidonii, quæ leguntur apud Strabonem lib. VII. ita enim ille: Λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς Ποσειδώνιος, καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ᾽ εὐσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ θρεμμάτων, μέλιτι δὲ χρῆσθαι, καὶ γάλακτι, καὶ τυρῷ, ζῶντας καθ᾽ ἡσυχίαν. διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε, καὶ καπνοβάτας. Hoc eſt, ut exhibet Xylandri à Caſaubono recognita verſio: *Idem Poſidonius ait, Myſos pietatis ergo cum animatis, tum ea propter etiam pecudibus abſtinere, vitam degere otioſam, melle & lacte & caſeo nutritos: ideoque eos & deûm cultores nominari, & Capnobatas, vox Scanſores fumi notat.* Hic locus, præſtantiſſima cum aliquando Reipublicæ literariæ lumina torſerit, dignus eſt, cui paululum immoremur. In confeſſo eſt Xylandrum hæc κατὰ πόδα vertiſſe, ſed genuinum hujus loci ſenſum non percepiſſe; nam in eo quidem non errat, quod καπνοβάτας *fumi ſcanſores* tranſtulerit, ſed quod nihil vitii ſubeſſe odoratus ſit. Apud Hannonem Carthaginenſem in periplo, τῶν κρημνοβατῶν mentio eſt, qui erant homines agreſtes, præcipitia & loca prærupta ambulantes [Διώκοντες δὲ, inquit, ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες.) ſic etiam apud alios νευροβατῶν & σχοινοβατῶν memoria reperitur, verum nemo καπνοβάτας, *fumi ſcanſores* aut cogitavit aut ſomniavit. Cl. Cauſaubonus vidit τὸ ἄτοπον, damnavitque, nihil tamen exhibens quo ſuſpectæ notioni occuri poſſit: deinde locum communicavit cum Dionyſio Gothofredo Juriſconſulto Clariſſ. qui legendum putabat σεμνοβάτας, vel σεμνοβιώτας, vel ἀπνοβιώτας, quod more Pythagoreorum rebus inanimatis tantum veſcerentur; ſed hæ meræ ſunt conjecturæ, quæ parum certi & nihil lucis obſcuro huic loco adferunt, quibuſque nemo facile adſtipulabitur. Ego autem aperte dico, vocem in leviſſimo mendo deliteſcere, τὸ β in π mutandum, legendumque eſſe Καπνοπάτας, & ferme dejerare auſim, olim ita Strabonem exaraſſe. Componitur hæc vox ex καπνὸς & πατέω, hoc eſt, ἐσθίω ſive γεύομαι,

quæ

ἐσθίειν. ἢ [20] διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυρομαλικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν. [21] ἔστι καὶ Ἀμαζονία πόλις Μεσσαπίας. [22] λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς. λέγεται καὶ [23] Ἀμαζόνιον τὸ οὐδέτερον, διὰ τοῦ ι. [24] καὶ Ἀμαζονίδης.

tur : vel Sauromatides, quia in Sauromatica Scythia habitarent. Eſt item Amazonia Meſſapiæ oppidum. Dicitur quoque Amazon genere maſculino, & genere neutro per I Amazonium: & Amazonides.

ἈΜΑΘΑ [25], οὐδετέρως, τῆς Ἀραβίας χωρίον, ὅπερ μετὰ τοῦ κ νῦν λέγουσιν Ἄκμαθα. [26] κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς ψάμμου. φασὶ γὰρ, τὸ πολὺ τῆς Ἀραβίας ὑπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς πάλαι καταχλύζεσθαι. οἱ οἰκήτορες, Ἀμαθηνοί.

AMATHA, genere neutro, Arabiæ oppidulum, quod nunc per K Akmatha nominant. Ita autem à multitudine arenæ dictum eſt: referunt enim magnam Arabiæ partem olim à maris Rubri aquis inundatam fuiſſe. Incolæ Ametheni vocantur.

ἈΜΑ'ΘΗ [27], πόλις Φοινίκης. [28] ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαί, πληθυντικῶς. τὸ ἐθνικὸν ἀμφοτέρων, Ἀμαθαῖος.

AMATHE, urbs Phœniciæ, & item Siciliæ, quæ numero plurali Amathæ dicitur. Utriuſque gentile eſt Amathæus.

ἈΜΑ- AMA-

quæ ſignificatio viris longe doctiſſimis adeo fuit incognita, ut omnem de *Capnopatarum* nomine fluctuandi anſam præbuiſſe videatur. Καπνοπάτης igitur eſt, qui καπνῷ, non fumo, ſed qui rebus viliſſimis & deſpicatiſſimis, ut eſt omne leguminum genus, veſcuntur & latrantem ſtomachum leniunt: Græci enim magiſtri, Suidas & Ariſtophanis ſcholiaſtes τὸ καπνὸς non duntaxat de fumo, ſed etiam ἐπὶ τῶν οὐδαμινῶν, καὶ μηδενὸς ἀξίων accipiunt: adeo ut καπνοπατῶν appellatio optime quadret in illos, quos Belgico idiomate nuncupamus **Luyden die half by de wind leven** / quia parce, frugaliter & abjectiſſimis utenſilibus vitam ſuſtinent. Bis hoc mendum in Strabone eodem libro occurrit, eſtque antiquiſſimum, nam ejus codices tempore Euſtathii omnino obſederat, qui locum non probe intellexit, & in ſuas ad Il. N. παρεκβολὰς rejecit, ita enim ille pag. 916: Ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι οἱ παρ' Ὁμήρῳ Ἄβιοι, οὕτω λέγονται, διὰ τὸ χωρὶς εἶναι γυναικῶν. ἀπέχονται δὲ ἐμψύχων, μέλιτι χρώμενοι καὶ γάλακτι καὶ τύρῳ. διὸ καὶ καλοῦνται θεοσεβεῖς καὶ καπνοβάται. Verum ibi etiam καπνοπάται reponendum eſt. Hæc verba hunc in finem adduco, ut certo conſtaret, Euſtathio ſignificationem τοῦ πατεῖν non ſatis perſpectam fuiſſe, & ut alterum è verbis Strabonis mendum expungi poſſit: exiſtimo enim καὶ θρεμμάτων à gloſſatore quodam margini adjectam, deinde in textum irrepſiſſe: totus itaque Strabonis locus ita eſt reſtituendus: λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς Ποσειδώνιος, καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ' εὐσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο δὲ μέλιτι χρῆσθαι καὶ γάλακτι καὶ τύρῳ, ζῶντας καθ' ἡσυχίαν, διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε, καὶ καπνοπάτας. Hunc locum igitur nequaquam intellectum, & peſſime interpretatum, poſthac intelliges Lector, & interpretaberis.

20 Ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυρομαλικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν.] Etſi omnes codices, tam ſcripti quam editi, ita habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo, nam ſine dubio vox Σαυρομαλίδες inducenda eſt, & totus locus ſic legendus: Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, καὶ ἐσθίειν. ἢ Σαυρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν Σαυρομαλικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν. Vide locum præcedenti commentario ex Euſtathio ad Dionyſium allegatum, & hac in re facile mihi aſſenſum præbebis.

21 Ἔστι καὶ Ἀμαζονία πόλις Μεσσαπίας.] Oppidum ſane admodum ignobile, de quo apud veteres nulla, quod ſciam, fit mentio. Hæc urbs etiam doctiſſimi Cluverii diligentiam in accuratiſſima Italiæ antiquæ deſcriptione fugiebat. Sed fortaſſis noſter locum in Bœotia intelligit, quem præcedenti tmemate cum K ſcribi affirmabat: nam olim Bœotia etiam Meſſapiæ nomine gaudebat, uti Stephanus poſtea in vocabulo Βοιωτία docebit.

22 Λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς.] Sic pro *paupere* ſumitur, uti me docuit Etymologici magni auctor, ita enim ille: Ἀμαζόνες, λέγονται δὲ οὕτω καὶ οἱ πένητες, οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες.

23 Ἀμαζόνιον τὸ οὐδέτερον.] Apollonius Rhod lib. II. Argonaut.

Ἤμύ τ' ἐξ ὀρέων κατανείσεται ἠπειρόνδε
Ὑψηλῶν, ἅ τε φασὶν Ἀμαζόνια κλείεσθαι.

24 Καὶ Ἀμαζονίδης.] Puto hanc vocem eſſe corruptam, licet in ſcriptis & editis ita legatur, nam nuſquam apud antiquos tale nomen ἀπὸ τῶν Ἀμαζόνων formatum reperies: reſcribendum eſt ſine dubio, καὶ Ἀμαζονίδες: quod eſt numerus pluralis ab Ἀμαζονίς. Euſtathius ad Dionyſii Periegeſin: pag. 34. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἐν ταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δέ που τὴν Ἀσίας, Ἀσίδα φησὶ, κατὰ παρωνυμίαν, οὐ μὴν κατὰ ὑποκορισμόν. οὐ γὰρ εἰκὸς ὑποκορίσαι αὐτὸν τὴν τοσαύτην ἤπειρον. οὕτω δὲ καὶ αἱ Ἀμαζόνες παρωνύμως λέγονται Ἀμαζονίδες. Non poſſum etiam præterire alium ejuſdem commentatoris locum, qui eſt pag. 90. Τὸ δὲ Ἀμαζονίδες, οὐχ ὑποκοριστικὸν (ἵνα μὴ τὰς ἰφθίμους τῷ ὑποκορισμῷ ταπεινοῖ) ἀλλὰ κατὰ παραγωγήν. τοιοῦτον δὲ ἐφάνη περὶ τούτων καὶ τὸ, Ἀσίδα γῆν. Poſſem etiam ex Poëtis in hanc rem varia loca producere, ſed clariori probatione res non indiget, Apoll. lib. II.

- - - - Ἤμαλι δ' αὐτοῦ
Γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἔκαθεν λιμενήοχον ἄκρην.

Poëta hic promiſcue nunc vocem Ἀμαζόνες, nunc vero Ἀμαζονίδες uſurpavit.

25 Ἄμαθα, οὐδετέρως τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Plurima Arabiæ oppida in θα deſinunt: Αὔαθα, Γοίραθα, Μαρίμαθα, Σάβαθα, Φάραθα, Χαρίαθα &c. Joſephus lib. XVII, cap. XII. urbem Amatha ad Jordanem collocat; ſed an eadem ſit, quæ à noſtro τῆς Ἀραβίας χωρίον appellatur, dubitare licet, donec aliquis id evidentiſſime doceat. Hoc unum ſcio, apud Geographos Arabiæ Petrææ partem tertiæ Palæſtinæ, id eſt Judææ nomine, ſæpenumero venire. Stephanus. Πέτρα, πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. Hæc tamen ab aliis Arabiæ adſcribitur: Sic etiam Χαράκμωβα in tertia Palæſtina ab illo collocatur, cum Ptolemæus id oppidum ἐν ταῖς Ἀραβικαῖς πόλεσι recenſeat. Hinc igitur quis poſſet hanc conjecturam facere, Joſephum & Stephanum eundem fortaſſis locum, ad Jordanem Palæſtinæ amnem ſitum, in mente habuiſſe.

26 Κέκληται ἀπὸ τῆς ψάμμου,] Ab Arabico fonte etymologiam hujus χωρίου poſſemus deducere: nam apud Arabas أمتن *Amton* locum elatiorem, colles, & cumulos exiguos, etiam terram iis conſtantem denotat: hinc igitur, terminatione Arabica *ton* mutata, facillime Ἄμαθα formatur. Sed inquit Stephanus illud χωρίον μετὰ τοῦ κ Ἄκμαθα appellari, quæ vox etiam Arabicam originem redolet: nam أكمة *Acamaton* tumulum terræ arenoſum, & locum circumſtantibus reliquis altiorem ſignificat. Et quia Stephanus deinde addit, magnam Arabiæ partem à maris rubri aquis fuiſſe perditam, veriſimile admodum, videtur, iſtius regionis incolas, neceſſitate coactos, ad elatiorem quendam locum aufugiſſe, ibique caſtellum ſive χωρίον, quid è re nomen habebat, condidiſſe.

27 Ἀμάθη, πόλις Φοινίκης] Hujus urbis nomen in S Scriptura ſatis eſt celebre. Vide 2. Reg: XXV: XXI. Amos VI: II. Zach. IX: II. Hæc Amathe, ſi Olympiodoro credimus & Paraphraſtis Jonathani & Jeruſalem & Rabbino Selomoni, eſt celeberrima illa Antiochia, ut ex iis docet Bochartus Geog. Sac. lib. IV. cap. XXXVI.

28 Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαί, πληθυντικῶς.] Ita ex ſcriptis codicibus edi curavimus: nam hæc peſſime in omnibus editio-

ἈΜΑΘΟΥΣ [29], πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη· [30] ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο· [31] ὃν Αἰγύπτιον ὄντα, Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται. [32] ἀπὸ Ἀμάθου τοῦ Ἡρακλέους ἐκλήθη, ἢ ἀπὸ τῆς Κινύρου, μητρὸς Ἀμαθούσης. A

AMATHUS, urbs Cypri antiquiſſima, in qua Adonoſiris honorabatur, quem, licet Ægyptium, Cyprii & Phœnices ſibi vindicarunt. Sic dicta eſt ab Amathone Herculis filio, vel ab Amathuſa Cinyræ matre.

ἈΜΑΛΗΚΙ͂ΤΑΙ, ἔθνος Ἑβραϊκόν. B

AMALECITÆ, gens Hebraïca.

ἈΜΑΜΑΣΣΟΣ [33], πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται [34] Ὑλάτης Ἀπόλλων. τὸ ἐθνικὸν Ἀμαμάσσιος, καὶ Ἀμαμασσεύς.

AMAMASSUS, urbs Cypri, ubi Hylates Apollo colitur. Gentile dicitur Amamaſſius & Amamaſſenſis.

ἌΜΑΝΟΝ, [35] ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ, ἀπὸ Ταύρου καθῆκον. ἱστοροῦσι δὲ, τὸν [36] Ὀρέστην C σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσαντα, τῆς μανίας [37] λυ-

AMANUS, mons juxta Ciliciam, à Tauro originem habens. Narrant Oreſtem cum Iphigenia Dianam perferentem illic inſania liberatum

editionibus erant contaminata, in quibus legebatur: ἐστὶ καὶ Σικελίας Ἀμαθεῖπων, κύριον. Placebit iis hæc emendatio, qui non ignorant, quid diſtent æra lupinis. De hoc Siciliæ oppido ab aliis auctoribus nulla fit mentio.

29 Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη.] Eſt urbs maritima in ora auſtrali. Ab antiquiſſimo hoc oppido tota Cyprus Amathuſia olim dicta fuit, ut poſtea docebit Stephanus: & hæc cauſa eſt, quare Scylax hujus urbis incolas αὐτόχθονας appellet, quod epitheton alias ſolis Athenienſibus adſcribitur: Κατὰ δὲ Κιλικίαν ἐστὶ νῆσος Κύπρος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε. Σαλαμὶς Ἑλληνίς &c. Μάριον Ἑλληνίς, Ἀμαθοῦς αὐτόχθονές εἰσιν. Vide Strab. lib. XIV. & Plin. lib. V. cap. XXXI. Mirum eſt Stephanum ab hoc oppido non deduxiſſe nomen gentile, quod rariſſime & ferme nuſquam omittit: hæc non eſt Stephani, ſed Epitomatoris negligentia, qui plerumque huic auctori aliquid addere & auferre ſolet. Gentile eſt Ἀμαθούσιος, ut habet Photius ex Theopompi lib. XII. & Strabo lib. VIII. ex Hipponacte,

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν.

Item nummus M. Aurelii apud Goltzium ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ exhibet.

30 Ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο.] Diu me vaxavit hic locus, & etiam magna aliquando exercuit ingenia: Lud. Nonius in Goltzii univerſam Græciam (qui hic mendum latere ſuſpicaretur, niſi eadem apud Suidam legiſſet) nec non Seldenus atque Bochartus eum citant, nihil tamen ad diſcutiendas tenebras adferentes: exiſtimo hoc loco reſcribendum, ἐν ᾗ Ἀδωνόσιρις ἐτιμᾶτο. Librarii, quibus hoc numen erat incognitum, vocem compoſitam reſolventes, eam ad ſua ſimplicia reduxerunt. Quis non videt eſſe appellationes duorum numinum in unam conflatas? quales variæ apud varias gentes, Ægyptios præſertim & Græcos, occurrunt & in uſu fuere, ut Heraclammon, Hermammon, Serapammon, Neilammon ſive Melammon, Philammon, Hermochymius, Hermeracla, Hermerótes, Hermathena, Beſantinous, Titanopan, Hermopan, Horapollo, Panapollo, Zenopoſidon, Petoſiris, Macroſiris, Parthamoſiris & ſimiliter etiam *Adonoſiris*, qui ad hunc locum pertinet. Mirum non eſt horum numinum imagines antiquis copulatas, vel duo hæc numina in uno ſigno fuiſſe culta, cum ipſe *Adon* ſive *Adonis* appelletur *Oſiris*, ut perhibent Martianus Capella, & Auſonius Epig. XXIX. in Myrobarbum liberi patris,

Ogygia me Bacchum vocat,
Oſirin Ægyptus putat,
Arabica gens Adoneum.

Macrobius Adonidem pro ſole accipit, lib. I. Saturn. cap. XXI. *Adonin quoque, inquit ſolem eſſe non dubitabitur, inſpecta religione Aſſyriorum.* Hoc olim etiam Orpheus fecit, ita enim ille in Hymnis.

Εὔβουλε, πολύμορφε, τροφὴ πάντων ἀρίδηλε
Κούρη καὶ κόρη σὺ πᾶσι θάλος αἰὲν Ἄδωνι,
Σβεννύμενε, λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις·

Oſirim quoque ſolem fuiſſe nemo neſcit, niſi qui vetuſtiſſimos theologiæ mythicæ doctores nequaquam legerit. Vide Merc. Triſmegiſtum in τῇ Κόρῃ Κόσμου, & alios. Præterea in honorem Adonidis & Oſiridis eadem ſacra fuiſſe inſtituta, fuſius docet Seldenus lib. II. de Diis Syris. Non immerito igitur & præter rationem Cyprii atque Phœnices hæc numina conjungebant, quandoquidem officia, ſacra, & nomina illis affinia fuerint.

31 Ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται.] Numen Ægyptium fuit Adonoſiris, quod Phœnices, & Cyprii ex Phœnicii maris inſula, quorum ſacra & ritus ab Ægyptiacis fuere diverſiſſima, ſibi proprium fecere, & eodem prorſus modo ac Ægyptii coluere. Phœnicas & Ægyptios non eadem habuiſſe ſacra & ceremonias, nos docet Athanaſius in oratione adverſus gentes: Φοίνικες γοῦν, οὐκ ἴσασι τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένους θεοὺς, οὐδὲ Αἰγύπτιοι τὰ αὐτὰ τοῖς Φοίνιξι προσκυνοῦσιν εἴδωλα. Sacra, quæ Ægyptii & Phœnices inter ſe communia habuere, ſunt, ut ego quidem opinior, ζήτησις & εὕρεσις Adonidis ſive Oſiridis [eundem enim Oſiridem & Adonidem omnes agnoſcunt] Quotannis nimirum Alexandrini epiſtolam olla ſeu vaſe papyraceo [Lucianus de Syria Dea vas illud caput papyraceum vocat] incluſam in mare immittebant, quod Dæmonum virtute ex Ægypto Byblum in Phœniciam ſeptem dierum ſpatio deferebatur, & repertum Adonoſiridem denunciabat. Mulieres vas illud ſive epiſtolam accipientes, lamenta gemituſque ob amiſſum numen in gaudia commutabant, & quod feſti diei reliquum erat. hilares tranſigebant. Procopius in cap. XVII. Eſaiæ rem totam ita narrat, & à Luciano, qui teſtis fuit αὐτόπτης aliquantulum differt: Κέραμον λαβόντες [ſcil. Alexandrini] ἐνέβαλλον, ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν Βύβλῳ γυναῖκας, ὡς εὑρηθέντος Ἀδώνιδος. εἶτα σφραγίσαντες ἐνέβαλλον τῇ θαλάττῃ, τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι, καὶ ὡς οἱ πέμποντες ἔλεγον, αὐτομάτως εἰς Βύβλον ἀπενομίζετο, καὶ πέρας θρήνου ταῖς ἐκεῖ γυναιξὶν ἀπειργάζετο. Vide hac de re etiam Cyrillum lib. II. Tom. II. in Eſaiam, & Lucianum tractatu ſupra laudato.

32 Ἀπὸ τῆς Κινύρου μητρὸς Ἀμαθούσης.] Non eandem Cinyræ matrem ſtatuunt ſcriptores Mythologici. Heſychius. Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνακῆς παῖς, βασιλεὺς Κυπρίων. Sic etiam Apollodorus lib. III. Pharnacen Cinyræ matrem commemorat, ſed quia locus emendatione indiget, eum tranſcribam: Τούτου δὲ (ſcil. Phäethontis) Ἀστύνοος. τοῦ δὲ, Σάνδοκος, ὃς ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδερην, καὶ γήμας Φαρνάκην [male in vulgatis Θανάκην] τὴν Μεγεσσάρου Κινύραν τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐγέννησε.

33 Ἀμαμασσός, πόλις Κύπρου.] Suſpicabar aliquando appellationem hujus oppidi eſſe vitioſam, & Stephanum in corruptum auctoris antiqui locum incidiſſe, quod non ſemel obſervavimus: tentabam reſcribere Τάμασος, πόλις Κύπρου. Verum de hoc oppido mentionem facit Dionyſius Baſſaricorum lib. III. ex quo liquet maritimum fuiſſe.

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάτοιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
Τέμβρον, Ἐρύθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.

34 Ὑλάτης Ἀπόλλων.] Sic dicitur hoc numen ab Hyla oppido Cyprio, quod non duntaxat ibi, ſed etiam Amamaſſi, Eryſthiæ & Tembri colitur.

35 Ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ.] Vide Stephanum in voce Μελιτηνή, ex quo loco & montis ſitum cognoſces

36 Ὀρέστην σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν &c.] Sic omnes editiones, verum aliter legunt codices manu exarati: Ὀρέστην ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσαντα &c. hanc veram & indubitatam hujus loci ſcripturam eſſe, certo certius ex Suida apparet, qui eum ex noſtro in ſuum lexicon

[37] λῦσιν εὑρεῖν. ὁ οἰκήτωρ, Ἀμανίτης. εἰσὶ δὲ A Ἀμμανῖται, διὰ δύο μμ, [38] γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων, ὡς [39] Ἰώσηπος. ἐκλήθησαν δὲ [40] ἀπὸ Ἀμμάνου τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός.

tum eſſe. Incola Amanites appellatur. Sunt quoque Ammanitæ, quæ vox duplici M ſcribitur, genus Nabatæorum Arabum, uti Joſephus tradidit. Ita dicti ſunt ab Ammano Loti & ejus junioris filiæ filio.

ἈΜΑΝΤΊΑ, Ἰλλυριῶν μοῖρα, [41] πλησίον Ὠρικοῦ καὶ [42] Κερκύρας, [43] ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοστησάντων ᾠκισμένη. [44] Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτὴν φησιν. ἧς τὸ κτητικὸν Ἀμαντινική. [45] λέγονται καὶ Ἄβαντες. [46] τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαντεύς. [47] καὶ Ἀβάντας αὐτοὺς φασιν. B C

AMANTIA, pars Illyriæ, Orico & Cercyræ vicina, ab Abantibus à Troja redeuntibus condita, quam Callimachus Amantinen appellat. Hinc poſſeſſivum Amantinica. Dicuntur quoque Abantes. Gentile Amantienſis. Illos item Abantas nominant.

ἌΜΑΞΑ [48], χωρίον Βιθυνίας, ὡς Ἐρατοσθένης. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξαῖος, καὶ Ἀμαξίτης. καὶ [49] τὸ κτητικὸν, Ἀμαξικός.

AMAXA, caſtellum Bithyniæ, cujus Eratoſthenes meminit. Gentile Amaxæus & Amaxita, & poſſeſſivum Amaxicus.

ἈΜΑΞΆΝΤΕΙΑ [50], δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀμαξαντεύς. D

τὰ

AMAXANTIA, populus Hippothoontidis tribus. Popularis Amaxantenſis dicitur.

Hinc

lexicon rejecit. Ἄμανον, ὄρος περὶ τῇ Κιλικίᾳ· ἐκλήθη δὲ Ἄμανον ἀπὸ τοιαύτης ἱστορίας. Ὀρέστης ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσας ἐν τῷ τοιούτῳ ὄρει τῆς μανίας τὴν λῦσιν εὗρε.

37 Λῦσιν εὑρεῖν.] Vox ἐκεῖ aut ſimile quid fortaſſis hic excidit.

38 Γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων,] Felicis Arabiæ incolæ fuere Ammanitæ, qui & Homeritæ dicebantur, inter mare rubrum & Indicum. Theophanes, qui circa initia noni ſeculi vixit, in Biblioth. Pat. Græcolat. tom. 2. pag. 283. de Amanitis ſic ſcribit: Εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆς φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ Ἰεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Ἀμανῖται, τοῦτ᾽ ἔστιν Ὁμηρῖται. Plura hiſce addere noluimus, ſed conſulat lector diligens Bocharti Geog. Sac. lib. II. cap. XV. qui fuſius demonſtrat Amanitas Homeritas fuiſſe.

39 Ἰώσηπος.] Joſephi teſtimonium exſtat lib. prim. Antiq. Jud. cap. XXII.

40 Ἀπὸ Ἀμμάνου τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός.] Hæc Stephanus ex ſacro hauſit codice: locus exſtat Gen. XIX: 36: 37: 38. quem ex Septuag. Interp. tranſcribam: Καὶ συνέλαβον αἱ δύο θυγάτερες Λὼτ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Καὶ ἔτεκεν ἡ πρεσβυτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωὰβ, λέγουσα, ἐκ τοῦ πατρός μου. οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. ἔτεκεν δὲ καὶ ἡ νεωτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἀμμὰν, λέγουσα, υἱὸς γένους μου, οὗτος πατὴρ Ἀμανιτῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

41 Πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας.] Adeo vicina fuit Amantia τῷ Ὠρικῷ, ut Scylax Caryandenſis dixerit, Oricum in Amantinorum terra ſitum eſſe, ita enim ille capite Ὠρίκιοι: Οἱ δὲ Ὠρίκιοι κατοικοῦσιν τῆς Ἀμαντίας χώραν. οἱ δὲ Ἀμαντιεῖς εἰσὶν μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλύριοι ἀπὸ Βουλινῶν. Fuerunt, ut teſtatur Ptolemæus, hoc tractu duo ejus nominis oppida, quorum aliud in mediterraneis, aliud circa mare collocat: de mediterraneo oppido, quod etiam Sophiani mappæ agnoſcunt, nihil omnino apud alios occurrit: cenſeo tamen Ptolemæum à vero non aberrare: nam littoralis hæc, de qua nunc agimus Amantia, ad differentiam alterius *Amantia Oricia* inſigniebatur antiquis, atque abs Abantibus ex Eubœa profectis condita, & corrupte Amantia dicta eſt, ut nos docet Callimachus apud Stephanum hoc verſiculo

Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκεσαν Ὠρικίην

Qua de re vide in voce Ἄβαντες.

42 Κερκύρας.] Codex Voſſ. Κορκύρας.

43 Ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοστησάντων ᾠκισμένη.] De Amantiæ conditoribus etiam loquitur Etymol. mag. auctor in voce Ἄμαντες, ubi ſic legitur: Οἱ περὶ Ἐλεφήνορα μετὰ Τροίας ἅλωσιν ἀπῆλθον εἰς τὴν Ἤπειρον, καὶ ᾤκησαν παρὰ τὰ Κεραύνια ὄρη. ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν, ὅθεν Ἄβαντες ἐκλήθησαν ἐν ποιήμασι Λυκόφρονος, καὶ κατὰ μεταφορὰν (fortaſſis legendum eſt: καὶ κατὰ παραφθορὰν) Ἄμαντες. Hiſtoriam hanc omnibus ſuis circumſtantiis & accuratiſſime deſcripſit Pauſanias in Eliacis lib. I. Ἡ δὲ Ἀβαντὶς καλουμένη χώρα, καὶ πόλισμα ἐν αὐτῇ Θρόνιον, τῆς Θεσπρωτίδος ἦσαν ἠπείρου κατὰ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια. Σκεδασθεισῶν γὰρ Ἕλλησιν ὡς ἐκομίζοντο ἐξ Ἰλίου τῶν νεῶν, Λοκροί τε ἐκ Θρονίου τῆς ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ καὶ Ἄβαντες ἀπὸ Εὐβοίας, ναυσὶν ὀκτὼ συναμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατηνέχθησαν τὰ Κεραύνια, οἰκήσαντες δὲ ἐνταῦθα, καὶ πόλιν οἰκίσαντες Θρόνιον, καὶ τῆς γῆς ἀφ᾽ ὅσον ἐνέμοντο, Ἀβαντίδος ὄνομα ἀπὸ κοινοῦ λόγου θέμενοι. Obſervandum eſt hoc loco, vocem ἠπείρου Pauſaniam nimium extendiſſe, niſi hic appellative pro *continente* accipiatur, nam antiquis temporibus Illyris nunquam Epirus dicta fuit.

44 Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτὴν φησι.] Callimachi locum jam produximus, exſtatque apud Stephanum in voce Ἄβαντις, uti admonuimus.

45 Λέγονται καὶ Ἄβαντες.] Vide locum ſupra ex Pauſania productum: ſic fuiſſe appellatos etiam teſtatur Lucophronis Scholiaſtes ad verſum 137: Ἦλθεν εἰς τὴν Ἀμαντίαν ἐκ αὐτοῦ, κληθεῖσαν, ὅθεν καὶ οἱ ἐν αὐτῇ οἰκοῦντες ἀντὶ τῶν Ἀβάντων Ἄμαντες μετωνομάσθησαν.

46 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαντεύς. Legendum videtur, τὸ ἐθνικὸν Ἀμαντεύς; nam abs Ἀμαντία, non vero ab Ἀβαντία gentile formandum erat hoc loco. Infra in voce Ἀμαξία, eo utitur: τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξιεὺς, ὡς τῆς Ἀμαντίας Ἀμαντιεύς.

47 Καὶ Ἀβάντας αὐτοὺς φασι.] Conſtanter ſic legunt libri editi, & calamo exarati, ſed ineptiſſimam ſecum adferunt hæc verba tautologiam, dixerat enim omnino Stephanus: λέγονται καὶ Ἄβαντες: atque ita liquet, illorum verborum repetitionem hoc loco eſſe ſupervacaneam & minime neceſſariam: ſine dubio Stephan. ſcripſerat: καὶ Ἀμάντας αὐτοὺς φασι.

48 Ἄμαξα, χωρίον Βιθυνίας.] Ita libri editi omnes: Schedæ Voſſianæ: Ἄμαξα, χώρα Βιθυνίας. Quæ lectio vulgatæ non eſt præferenda.

49 Τὸ κτητικὸν, Ἀμαξικός.] Ad hunc Stephani locum non pertinent *Amaxici*, populi hoc poſſeſſivo inſigniti, qui ultra Tanaïm, Mæotidem & Boryſthenem habitant, & huic Europæ parti contermini ſunt, quæ ob frigus incoli non poteſt, de quibus Strab. lib. II. Bithynia enim inter Propontidem & Galatiam ſita eſt, cum Tanaïs & Mæotis trans Pontum Euxinum verſus Scythiam ſe extendant. Verba Strabonis hæc ſunt: Ἐπειδὴ συμπᾶσα (Europa Scil.) οἰκήσιμός ἐστι πλὴν ὀλίγης τῆς ἀοικήτου διὰ ψῦχος. αὕτη δὲ ὁμορεῖ τοῖς Ἀμαξικοῖς τοῖς περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιῶτιν, καὶ τὸν Βορυσθένη. Sed miror viros doctos leviſſimum mendum in hiſce verbis non obſervaſſe, nam pro Ἀμαξικοῖς ſine dubio Ἀμαξοικοῖς reſcribendum eſt. Profecto miraculum eſt, Caſaubonum hoc non animadvertiſſe, nam libro VII. aliquoties Ἀμαξοικῶν memoria reperitur: Ἀλλὰ καὶ νῦν εἰσὶν Ἀμαξοικοὶ, καὶ Νομάδες καλούμενοι. Et eodem libro: Τοὺς Ἀβίους δὲ τοὺς χήρους οὐ μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνεστίους καὶ τοὺς Ἀμαξοικοὺς δέξαιτ᾽ ἄν τις. Vide etiam Euſtathium ad Iliad. N. pag. 916.

50 Ἀμαξάντεια, δῆμος &c.] Mallem hoc demi nomen cum vocali in penultima exaratum, quia deinde localia ſic efferuntur. Vide Heſychium & Harpocationem.

τὰ τοπικά, Ἀμαξαντίαθεν, [51] καὶ Ἀμαξίανδε, A καὶ Ἀμαξαντίασιν.

Hinc localia quæ ex, ad, & in Amaxantia denotant.

ἈΜΑΞΊΑ, πόλις τῆς τραχείας Κιλικίας· [52] Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξιεύς, ὡς τῆς Ἀμαντίας Ἀμαντιεύς. B

AMAXIA, urbs aſperæ Ciliciæ, auctore Strabone libro quarto decimo. Gentile Amaxienſis, quemadmodum ab Amantia formatur Amantienſis.

ἈΜΑΞΙΤΌΣ, πολίχνιον τῆς Τρῳάδος· [53] Στράβων τρισκαιδεκάτῃ. [54] τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξιτεύς. Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τρίτῃ, [55] Ἀμαξιτηνούς φησιν.

AMAXITUS, Troadis oppidulum, cujus Strabo libro tertio decimo meminit. Gentile Amaxitenſis. Apollodorus libro tertio Chronicorum incolas Amaxitenos nominat.

ἈΜΑΡΑΝΤΟΊ [56], ὀξυτόνως Κολχικὸν ἔθνος, ἀφ' ὧν ὁ Φᾶσις ῥεῖ· ὅθεν καὶ [57] Ἀμαράντιον τὸν Φᾶσιν φασίν. C

AMARANTI, cum accentu in ultima, populi ſunt Colchici, unde Phaſis profluit. Hinc eſt quod Phaſin Amarantium appellaverint.

ἈΜΑΡΔΟΊ, ἔθνος Ὑρκανῶν ἐγγύς. [58] Στράβων ιά. εἰσὶ καὶ [59] Περσῶν Μαρδοί, δίχα τοῦ α. D

AMARDI, populi Hyrcanis vicini, de quibus Strabo libro XI. mentionem facit. Sunt item Perſarum Mardi, quorum nomen ſine A exaratur.

ἈΜΆΡΥΝΘΟΣ [60], νῆσος Εὐβοίας, ἀπό τινος κυνηγοῦ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀμαρύνθου. τὸ ἐθνικὸν [61] Ἀμαρύνθιος, καὶ Ἀμαρύσιος, ὡς [62] Τρικορύσιος· οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν πρώτῃ. [63] ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ διὰ τοῦ σ. E

AMARYNTHUS, Eubœæ inſula, quæ ab Amaryntho quodam, Dianæ venatore nomen accepit. Gentile Amarynthius, & Amaryſius, uti Tricoryſius, quo utitur Pauſanias in libro primo. Verum ſcriptura per Θ mihi magis rationi conſentanea videtur.

ἈΜΆΣΕΙΑ [64], πόλις Ποντική, [65] ἀφ'

AMASEA, Pontica civitas, patria Stra-

[51] Καὶ Ἀμαξίανδε.] Mendoſum eſt hoc locale in libris ſcriptis & vulgatis: reſcribendum ſine dubio, καὶ Ἀμαξαντίανδε, quæ veriſſima eſt lectio.

[52] Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Strabo dicit eſſe κατοικίαν in colle ſitam cum navali prope Coraceſium & Sydram. Hæc ſunt ejus verba: Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον Σύεδρα πόλις, εἶθ' Ἀμαξία ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις, ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη. Κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη, καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ τοιαύτῃ ξυλείᾳ.

[53] Στράβων τρισκαιδεκάτῃ.] Verba Strabonis, quæ innuit Stephanus, fortaſſis hæc ſunt: Ἦν δὲ τῷ Ἀχαιῷ συνεχὴς ἥτε Λάρισα, καὶ Κολωναὶ τῆς Δίας οὖσαι πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύσα ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, καὶ ἡ Ἀμαξιτὸς ἡ τῷ Λεκτῷ ὑποκειμένη συνεχής. Ex his verbis liquet Amaxitum Lecto valde vicinam fuiſſe. Scylax in Troadis deſcriptione refert, ibi Appollinis templum fuiſſe, in quo Chryſes ſacra peragebat.

[54] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξιτεύς.] Utitur hoc gentili Strabo, libro jam à Stephano allegato: περιεχόμενα τῇ τε Ἀντανδρίᾳ καὶ τῇ Κεβρηνίων, καὶ Νεανδριέων, καὶ Ἀμαξιτέων.

[55] Ἀμαξιτηνούς φησι.] Forma Romana erat Ἀμαξιτεύς: nunc vero de vernacula agit. Hæc enim gentilium in ηνος formandi ratio, circa Helleſpontum, Troada & Adramytenum ſinum habitantibus, non fuit inſolita. Stephanus in Ἀδράστεια. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραστεύς, οἱ δ' ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνός, ὡς Κυζικηνός φασιν. Ab Ἄβυδος, quia vicina ei oppida iſthac forma gaudent, etiam fit Ἀβυδηνός, ita enim Stephanus illa voce: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός. λέγεται δὲ καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, ἐπὶ τῶν ἀηδῶν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τοῦ μὲν Ἄραδος Ἀράδιος, καὶ Τένεδος Τενέδιος καὶ Τενεδεύς, καὶ Λέβεδος Λεβέδιος. Τοῦ δὲ Ἄβυδος, Ἀβυδηνὸς, ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια. Apollodorus itaque hinc κατὰ τὸ ἐπιχώριον gentile Ἀμαξιτηνὸς formavit: quem formandi rationem vicinorum oppidorum incolæ etiam obſervarunt: ſic à Κύζικος fit Κυζικηνὸς, Λάμψακος Λαμψακηνός, Πρίαπος Πριαπηνὸς, Ἀδραμύττειον Ἀδραμυττηνὸς &c.

[56] Ἀμαραντοί, ὀξυτόνως, Κολχικὸν ἔθνος.] Hujus gentis exſtat memoria apud Scholaſtam in lib. III. Apol. Rhodii, ſed ibi Ἀμαράντιοι, accentu & terminatione diverſa appellantur: Ἀμαράντιοι, ἔθνος βάρβαρον ὑπὲρ Κόλχων ἐν τῇ ἠπείρῳ. ὅθεν αἱ τοῦ Φάσιδος πηγαὶ ἐξερεύγονται, ἢ ὄρος Κολχικὸν καλούμενον Ἀμαράντιον, ὅθεν ὁ Φᾶσις καταφέρεται.

[57] Ἀμαράντιον τὸν Φᾶσιν φασίν.] Sine dubio Stephanus reſpicit locum Apoll. Rhodii, qui eſt lib. III. verſu 1217.

- - - - . Ἀμφὶ δ' ὀλόλυξαν
Νύμφαι ἑλειονόμοι ποταμηΐδες, αἳ περὶ κείνην
Φάσιδος εἱαμενὴν Ἀμαραντίου εἰλίσσονται.

[58] Στράβων ιά.] Frequentiſſima illo libro Amerdorum exſtat memoria.

[59] Περσῶν Μαρδοί.] Strabo lib. XI. ex Nearcho Mardos Perſis contiguos facit: Νέαρχος δέ φησι τεττάρων ὄντων λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ, καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις.

[60] Ἀμάρυνθος, νῆσος Εὐβοίας.] Ita libri ſcripti & editi ſed manifeſto errore, nam quis in Eubœa inſulam conciperet? vel ſcribendum eſt, πόλις Εὐβοίας, eo ipſo, quem citat, teſte Pauſania lib. I. (ita enim ille, ἔστι Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ) vel κώμη Εὐβοίας, cum Strabone lib. X. Ταύτης δ' ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος, ἀφ' ἑπτὰ σταδίων τοῦ τείχους. τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι.

[61] Ἀμαρύνθιος, καὶ Ἀμαρύσιος.] Primum gentile eſt apud Strab. lib. jam allegato, ubi Amarynthiæ Dianæ meminit: Τὴν δὲ δύναμιν τὴν Ἐρετριέων ἣν ἔσχον ποτέ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἥν ἀνέθεσάν ποτε ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος. Alterum gentile eſt apud Pauſaniam, qui de Amaryſiæ Dianæ mentionem facit.

[62] Τρικορύσιος.] Sic repoſuimus ex MSS, & ipſo Stephano: Τρικόρυνθον, οὐδετέρως &c. ὁ δημότης, Τρικορύσιος. Male enim in vulgatis legebatur, ὡς Τρικάρυσιος.

[63] Ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ διὰ τοῦ σ.] Si hæc verba, οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν πρώτῃ, referri debeant ad gentile Ἀμαρύσιος, quo Pauſanias uſus eſt, neceſſario jam corrigendum erit, ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ διὰ τοῦ θ, quemadmodum ante nos jam obſervarunt Caſaubonus ad Strabonem & Salmaſius in margine ſui codicis. Et quis non intelligit, τὸ Ἀμαρύνθιος rationi magis conſentaneum eſſe, quam τὸ Ἀμαρύσιος? Nam à Προβάλινθος, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς, deducitur apud Epitomatorem noſtrum Προβαλίνθιος: & Sic à Βερέκυνθος fit Βερεκύνθιος teſte Scholiaſte in Callimachum.

[64] Ἀμάσεια, πόλις Ποντική.] Urbs etiamnum hodie clariſſima in Ponto ad Irim fluvium ſita: Turcarum imperio ſubdita, qui eam nunc corrupto nomine *Amnaſan* appellant. Antiquum urbis nomen nunc per Σ, nunc per

S in

[65] ἀφ' ἧς Στράβων ὁ [66] στωϊκὸς φιλόσοφος. A [67] ὁ πολίτης Ἀμασεὺς, ὡς αὐτὸς Στράβων. κατὰ δὲ Καπίτωνα, Ἀμασεώτης. πιστέον ἢ μᾶλλον Στράβωνι, ὡς πολίτῃ.

ἌΜΑΣΤΡΙΣ [68], πόλις Παφλαγονίας, B [69] ἡ πρότερον Κρῶμνα.

Κρῶμνάν τ', Αἰγιαλόν τε, [70] καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

ἀπὸ γυναικὸς [71] Περσίδος Ἀμάστριδος, θυγατρὸς Ὀξυάθρου [72] τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ. C [73] Δημοσθένης δ' [74] ἐξ Ἀμαζόνος, οὕτω λεγομένης. [75] Ἀμάστρεως δ' ἔκλινε Στράβων. ἄλλοι, Ἀμάστριδος. [76] τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός. [77] Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη φύεται πύξος κατὰ τὴν Ἀμα- D στριανὴν, καὶ μάλιστα περὶ [78] τὸ Κύτωρον. [79] Ὡς

A Strabonis Philoſophi Stoïci. Civis inde Amaſenſis dicitur, uti idem Strabo perhibet. Secundum Capitonem, Amaſeotes: verum magis fidendum eſt Straboni tanquam civi.

AMASTRIS, urbs Paphlagoniæ, quæ B antea Cromna dicta fuit.

Et Cromnam & Ægialum & altos Erythinos.

Nomen accepit ab Amaſtri muliere Perſica, filia Oxyathræ fratris Darii, quæ C cum Dionyſio Heracleæ Tyranno matrimonium contraxit: vel ab Amazone ita appellata eſt, ſicuti Demoſthenes perhibet. Strabo genitivum caſum facit Ἀμάστρεως, alii vero Ἀμάστριδος. Gentile Amaſtrianus. Strabo libro duodecimo: In Ama- D ſtriane optima & plurima naſcitur buxus, ſed præſertim circa Cytorum. Simili

S in veteribus nummis percuſſum vidit diſertiſſimus Busbequius, quemadmodum teſtatur in epiſtolis.

[65] Ἀφ' ἧς Στράβων.] Perhibet hoc ipſe Strabo, & idem de ſe profitetur lib. duodecimo: Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν προσάρκτιον πλευρὸν ἡ Γαζηλωτὶς συγκλείει, καὶ ἡ τῶν Ἀμισηνῶν. τὸ δὲ ἑσπέριον, ὁ Ἅλυς. τὸ δ' ἑῷον ἡ Φαναροία. τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα ἡ τῶν Ἀμασέων πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη.

[66] Στωϊκὸς φιλόσοφος.] Strabonem Stoïcæ Philoſophiæ ſectatorem, & Peripateticæ non ignarum fuiſſe, in dubium vocare non poſſunt illi, qui ejus ſcripta evolverint.

[67] Ὁ πολίτης Ἀμασεύς.] Vide locum Strabonis è libro duodecimo ſupra allegatum.

[68] Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας.] Civitatis hujus ſitus ex Strabone, Plinio, fragmentis Memnonis, Marciano, Mela, Arriano aliiſque ſatis eſt notus & manifeſtus. Hoc obſervatione non videtur indignum, Strabonem lib. XII. referre, hanc urbem ex quatuor pagis eſſe compoſitam, nempe Seſamo, Cytoro, Cromna & Teïo. Ergo abſolutiſſime veritatis fundamentis non nititur, Amaſtrin prioribus temporibus Cromnam vocatam fuiſſe, ut hoc loco perhibet Stephanus, cum ex hiſtoricis & geographis certum ſit, Cromnam ſolummodo Ἀμάστριος quartam partem extitiſſe. Nam quod hoc loco de Amaſtri affirmat Stephanus, etiam tradit Plinius lib. VI. cap. II. de Seſamo, ſcilicet etiam Ἀμάστριος nomine inſignitum fuiſſe. *Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris.*

[69] Ἡ πρότερον Κρῶμνα.] Stephanus: Κρῶμνα πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμαστρις, ὡς εἴρηται. τινὲς δέ φασιν χωρίον Ἀμάστριδος.

[70] Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.] Sic legunt libri manuarii omnes, & Strabo & Euſtathius, qui hunc Poëtæ verſiculum ex Bœotia tranſcripſere. Male exhibent vulgati: καὶ ὑψηλὴν Ἐρύθειαν. Ipſe Stephanus vocem plurali numero protulit: Ἐρυθινοὶ, πόλις Παφλαγονίας, &c.


[71] Περσίδος.] Sola excepta hac voce, totus ille locus de verbo ad verbum fere ex Strabonis duodecimo deſumptus eſt, ita enim ille: Μετὰ δὲ τὸν Παρθένιον ποταμόν ἐστιν Ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλις. ἵδρυται δ' ἐπὶ χερρονήσου λιμένας ἐχούσης τοῦ ἰσθμοῦ ἑκατέρωθεν. ἦν δ' ἡ Ἄμαστρις, γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ.

[72] Τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου.] Præter Strabonem jam allegatum, etiam hanc hiſtoriam tangunt non obſcure Memnon apud Photium, Diodorus Siculus, aliique è veteribus.

[73] Δημοσθένης.] Fortaſſis idem eſt, cujus κτίσεις citantur Stephano in voce Ὀλιζών, ubi ita inquit: Θεσσαλοὶ γὰρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης ἐν κτίσεσι, τὸ μικρὸν ὀλίζον καλοῦσι.

[74] Ἐξ Ἀμαζόνος.] Doctiſſimus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Iliad. G pleraque illuſtrium Amozonum nomina recenſet, verum τῆς Ἀμάστριος non meminit.

[75] Ἀμάστρεως δ' ἔκλινε Στράβων. ἄλλοι Ἀμάστριδος.] Strabonem ſic declinaſſe pro certo conſtat, ita enim ille lib. XII. Σήσαμος ἀκρόπολις τῆς Ἀμάστρεως. Idem teſtatur Euſtathius ad Iliad. B. pag. 362. Σήσαμος δὲ, κατὰ τὸν γεωγράφον, ἀκρόπολις Ἀμάστρεως, καὶ ὅρα τὸ Ἀμάστρεως, οὐ γὰρ κλίνει Ἀμάστριδος. Stephanus tamen aliorum exemplum ſequutus, in voce Κρῶμνα pro obliquo caſu non habet Ἀμάστρεως, ſed Ἀμάστριδος, exiſtimans utramque χρῆσιν tuto admitti poſſe. Verum Cl. Spanhemius in erudito de numiſmatibus antiquis opere, non omittendam profecto hujus vocis inflexionem ex nummo exhibuit, cujus iconem hunc transferre libuit.



Ergo jam tertiam habemus obliqui caſus formam: ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Hæc Græcis non fuit inſolita, uti exemplis ex Stephano aliiſque allegandis, demonſtrari clariſſime poteſt. Stephanus in voce Ἄβολις ita ſcribit: Μάκρις Μάκριος Μακριεύς, Χάλκις Χάλκιος Χαλκιεύς, Ἄβολις Ἀβόλιος Ἀβολιεύς. Idem in Μέμφις: καὶ κλίνεται Μέμφιδος, καὶ Μέμφιος. Et apud Pindarum Πάρις Πάριδος & Πάριος occurrit. Herodotus lib. VII. ubi de uxore Xerxis loquitur, juxta nummi ſcripturam Ἀμήστριος habet: Καὶ ἄρχοντα παρείχοντο Ὀτάνεα τὸν Ἀμήστριος πατέρα τῆς Ξέρξεω γυναικός. Verum hæc declinandi varietas mihi hactenus tantum fuit obſervata in nominibus propriis virorum & mulierum, nam verbalia & appellativa hanc diverſitatem in flectendo non agnoſcunt, præſertim ſi quis dialectorum licentiam excipiat. ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ igitur eſt genitivus Jonicus, quo uſus eſt Herodotus: ſic Hippocrates in Νόμῳ. τῆς φύσιος ἀντιπρηττούσης. ΑΜΑΣΤΡΕΩΣ eſt genitivus Atticus, quemadmodum ἡ κρίσις κρίσεως, ὄφις ὄφεως. ΑΜΑΣΤΡΙΔΟΣ denique ad quintam ſimplicium referri debet: verum τὸ Δ huc irrepſiſſe, deinde probabimus; quanquam ſciam, apud Marc. Heracleotam vocem iſthac forma aliquoties occurrere.

[76] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός.] Gentile hoc genuinum eſſe probat Sephanus ex Strab. lib. XII. Paſſim quoque ab antiquariis oſtenduntur nummi, inſcripti ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ.

[77] Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.] Fuſiſſime Geographus lib. XII. de ſitu hujus oppidi & aliis rebus hoc tmemate contentis differit, quare peſſime in Aldina Florentinaque editione excuſum reperitur, Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

[78] Τὸ Κύτωρον.] Sic Strabo, & ſic etiam Euſtathius ad Iliad. P. pag. 361 ex Strabone tranſcripſit: & male meo quidem

79 Ὡς Κάλαλις Καλάπιος Καλατία, 80 καὶ πόλις Φᾶσις Φασιανὸς, καὶ Σάρδις Σαρδιανός. 81 τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῆς εἰς ος εὐθειῶν, ὡς Βάκτρος Βακτριανός. οἱ δὲ νῦν ἐν τῇ συνηθείᾳ 82 κακῶς Ἀμαστρανοὺς λέγουσιν αὐτούς. A B

Ἄ Μ Β Α Σ Ο Ν, 83 μητρόπολις τῶν Φρυγῶν. 84 ὁ πολίτης, Ἀμβασίτης, ὡς πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος.

Ἄ Μ Β Λ Α Δ Α, πόλις Πισιδίας· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι, 85 καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα, καὶ Σίνδα, καὶ Ἄμβλαδα· ὁ πολίτης, Ἀμβλαδεύς, ὅθεν καὶ Ἀμβλαδεὺς οἶνος, πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἐπιτήδειος. C

Ἀ Μ Β Ρ Α Κ Ί Α 86, πόλις Θεσπρωτίας, 87 ἀπὸ

Simili modo uti Calatianus fit à genitivo Καλάπιος, & ab urbe Φᾶσις Phaſianus, Σάρδις Sardianus. Hujuſmodi enim gentilia vel deducuntur à nominativo in ος, uti Βάκτρος Bactrianus, vel à genitivo Jonico. Quidam vero ſoliti ſunt illos male Amaſtranos appellare.

AMBASUM, Phrygum metropolis, cujus civis Ambaſites dicitur, quemadmodum Alexander Polyhiſtor auctor eſt.

AMBLADA oppidum Piſidiæ, cujus meminit Strabo libro duodecimo. Phrygibus & Carię proxime accedunt Tabę, Iſinda & Amblada. Ejus civis Ambladenſis dicitur. Hinc Ambladenſe vinum; curationibus medicis utile.

AMBRACIA, urbs Theſprotiæ, quæ

quidem judicio exhibent codices ſcripti, καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρα, & libri ante Xylandri editionem divulgati.

79 Ὡς Κάλαλις Καλάπιος, Καλατία.] Hunc locum in vulgatis & MSS. eſſe depravatum, nemo ſanæ mentis ibit inficias. Reſcribendum videtur: ὡς Κάλατις Καλάτιος, Καλατιανός. Hanc emendationem non eſſe vanam, apparebit ex voce Κάλατις. Vult enim demonſtrare Epitomator, gentile τοῦ Ἀμάστριος eandem ſortiri formam, quam habet gentile τοῦ Καλάτιος. Hæc autem ratio eſt quare exiſtimem ſupra latere mendum, & non debere legi, ἄλλοι Ἀμάστριδος, ſed ſcribendum eſſe, ἄλλοι Ἀμάστριος. Nam derivatio nominis gentilitii non recte procedet, ſi illo loco τὸ Ἀμάστριδος retineamus. Gentile nomen ab hac urbe hoc modo videtur derivandum: τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανὸς, ἀπὸ τῆς γενικῆς τῆς Ἀμάστριος, ὡς Κάλατις Καλάτιος Καλατιανός. A gentivo Jonico τὸ Καλατιανὸς debere deduci, expreſſis verbis apud Stephanum in iſthac voce legitur.

80 Καὶ πόλις Φᾶσις, Φασιανός.] Hæc in MSS. & duabus prioribus editionibus tranſpoſita inveniuntur hoc modo: καὶ Φᾶσις πόλις Φασιανός.

81 Τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῆς εἰς ος εὐθειῶν, ὡς Βάκτριος Βακτριανός.] Qui verba hæc curoſius conſideraverit, deprehendet eſſe mutila, & ad expletionem ſententiæ nonnulla in iis deſiderari. Mentem Stephani ſi probe perceperim, exiſtimo eum hac in re eſſe occupatum, ut probet ſcilicet gentilia in ανος, duobus modis poſſe formari, vel à caſu recto in ος, vel à genitivo puro ſive Jonico. Si igitur mei arbitrii res foret, totum hunc locum ex mente τοῦ γράψαντος τὰ ἐθνικὰ ita legerem atque conſtituerem: Τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῆς εἰς ος εὐθειῶν, ὡς Βάκτριος Βακτριανὸς, ἢ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε. Hunc locum hoc vel ſimili modo eſſe ſupplendum, ſole meridiano clarius ex vocabulo Κάλατις liquet, ubi eundem ferme canonem Stephanus exhibuit. Sed ut minime dubio conjecturam noſtram argumento confirmemus, huc tranſcripturi ſummus verba Stephani ex voce Ἄγκυρα, quæ ita à nobis ſunt correcta atque emendata. Τὰ εἰς ανος ἐθνικὰ ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γένοιτο καθαρευούσης, τὸ α παραλήγει μακρόν, καὶ μιᾷ συλλαβῇ τῆς γενικῆς πλεονάζει, οὐκ ἀναστρεφομένου τοῦ λόγου. οὐ γὰρ ὅσα τὸ α κατὰ τὴν παραλήγουσαν ἔχει, ταῦτα ἐκ θηλυκῶν ἐσχημάτισται. τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος, Ἀσιανὸς, Καρδιανὸς, Ὀλβιανὸς, Φασιανὸς, ἀπὸ τῆς Φάσιος πόλεως. Τράλλιος Τραλλιανὸς, Σάρδιος Σαρδιανός. Τοῦ δὲ δευτέρου παραδείγματος Πάριον Παρίου Παριανὸς, Βοσπόριον Βοσπορίου Βοσποριανὸς, ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν ἐθνικά. Gentilia igitur in ανος vel formantur à genitivo puro (& quod idem eſt, à genitivo Jonico, uti Τράλλις Τράλλιος Τραλλιανὸς, Καλάτις Καλάτιος Καλατιανὸς) vel ab ipſis gentilibus, uti liquet in voce Πάριον, ubi inquit: τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ πολίτης Παριανός. Vide commentarios noſtros pag. 22. & 23.

82 Κακῶς Ἀμαστρανοὺς λέγουσιν αὐτούς.] Ita libri editi omnes. Schedæ Voſſianæ peſſime legunt: κακῶς Ἀμαστρανοὺς λέγει αὐτούς.

83 Μητρόπολις τῶν Φρυγῶν.] De ſitu hujus oppidi ex ſcriptoribus antiquis nihil certi expiſcari hactenus mihi licuit. Fortaſſis hæc metropolis prope Ancyram ſita fuit in tractu Ambaſitide: qui tractus ab urbe Ambaſum etiam nomen habere potuit. Strabo lib. XII: Abaſitidis tractus meminit in quo Ancyram collocat, ſed ibi fortaſſis non Ἀβασίτιδος ſed Ἀμβασίτιδος erit legendum. Si cuipiam hæc conjectura diſpliceat, doceat meliora certioraque, & manus porrigemus.

84 Ὁ πολίτης Ἀμβασίτης.] Optime ſic habet Xylandri editio, peſſime autem in aliis, Ἀμβαίτης. Niſi Stephanus ex Polyhiſtore hujus oppidi meminiſſet, & Claudii nummus apud Goltzium cum inſcriptione ΑΜΒΑΣΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ exſtaret, protinus hujus civitatis memoria interiiſſet.

85 Καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα, καὶ Σίνδα.] Hic locus apud Stephanum in vulgatis codicibus deturpatiſſime, & mutile circumfertur. Editio Aldina & Florentina exhibent: καὶ τῇ Καρίᾳ, Τάβα, καὶ Ἴσιδα. Reſcribendum eſt ex ſchedis Voſſian. & codicibus Palatinis, nunc vero Vaticanis. Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ, Τάβαι, καὶ Ἴσινδα, καὶ Ἄμβλαδα. Hæc eſt certiſſima & indubitata lectio. Τὸ Ἄμβλαδα apud noſtrum excidiſſe, nemo non videt; nam, ut Ambladorum ſitum demonſtraret, Strabonis teſtimonium in medium producit, quod in vulgatis libris hanc vocem non continebat, qua non immerito Stephani textum auximus. Strabo libro à Step. citato; Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῇ Καρίᾳ, Τίαβα, καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα, ὅθεν καὶ ὁ Ἀμβλαδεὺς οἶνος ἐκφέρεται, πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἐπιτήδειος. Miror profecto Cauſabonum hos errores non ſubolfeciſſe, nam pro Τίαβα reponendum eſſe Τάβαι & pro Σίνδα Ἴσινδα, ſuis locis demonſtrabimus.

86 Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας.] Laudem profecto non infimam hoc nomine noſter meretur Stephanus; quod paſſim exquiſitam diligentiam in recenſendis variis urbium regionumque appellationibus adhibuerit; ſolus enim ille, quod ſciam, inter tot hiſtoricos & geographos refert, urbem hanc duobus aliis nominibus fuiſſe inſignitam. Ἔφυρα, πόλις ἡ νῦν Ἀμβρακία, ἡ πρότερον Παρθαλία. Καὶ οἱ οἰκοῦντες, Παρθάλιοι. Præterea quoque ex ipſo diſcimus, aliquam Ambraciæ partem Δεξαμεναὶ fuiſſe appellatam. Δεξαμεναὶ, μέρος τῆς Ἀμβρακίας, ἀπὸ Δεξαμενοῦ τοῦ Μεσόλου παιδὸς, καὶ Ἀμβρακίας τῆς θυγατρὸς Φόρβαντος, τοῦ Ἡλίου. τὸ ἐθνικὸν, Δεξαμεναῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Ἀμβρακιωτῶν πολιτείᾳ. Sed de hiſce nominibus ſuo tempore & loco agemus, ſufficiat impræſentiarum illa in memoriam revocaſſe. Theſprotiæ à Geographis hæc civitas adſcribitur & ab hiſtoricis. Pauſan. lib. V. Ἀμβρακιῶται δὲ ἐξ Ἠπείρου τῆς Θεσπρωτίδος. Sed accuratiſſime ejus ſitum perſtringit Scylax cap. Ἀμβρακία. Μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνίς, ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάσσης στάδια Π. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάσσης τεῖχος καὶ λιμὴν κάλλιστος. In eadem quoque opinione verſabatur Dicæarchus:

- - - - Κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν κείμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δ' ἀπέχει
Ἀπὸ τῶν θαλάσσης ὀγδοήκοντα.

Non

[87] ἀπὸ Ἀμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος· [88] ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου θυγατρὸς, περὶ ἧς Φιλέας. τὸ ἐθνικὸν, [89] Ἀμβρακιεὺς, [90] καὶ Ἀμβρακιώτης. Φίλιστος δὲ Ἀμβρακῖνός φησι, [91] Σικελικῷ τύπῳ. [92] εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π, ἀντὶ τοῦ β. ὅθεν καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης, ἀπὸ τῆς Ἄμπρακος γενικῆς, καὶ Ἀμπρακία. [93] τὰ γὰρ εἰς ια θηλυκὰ, καὶ εἰς ιον οὐδέτερα, διὰ τοῦ ωτης ποιεῖ τὰ ἐθνικὰ, Σικελιώτης, Πηλιώτης. λέγεται καὶ Ἀμβράκιος, [94] καὶ Ἀμβρακία ἡ γυνή. τὸ δὲ Ἀμβρακία, ἀπὸ τῆς Ἄμβρακος γενικῆς, οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἀμβράκιος· ἦν γὰρ Ἀμβρακιακός.

quaſi ab Ambrace Theſproti filio, Lycaonis nepote, ſive ab Ambracia Augei filia, cujus Phileas meminit, nomen accepit. Gentile Ambracienſis & Ambraciotes: verum Philiſtus forma Sicula Ambracinus dixit. Hæc vox etiam ſcripta reperitur per P, pro B. Hinc & Ampraciotes in uſu eſt, quod fit à genitivo Ἄμπρακος, & Ampracia. Nam nomina fœminina in ια, & neutra in ιον exeuntia, gentilia in ωτης formare ſolent, uti Siceliotes, Peliotes. Dicitur etiam Ambracius, & Ambracia mulier. Ambracia autem deducitur à gentivo Ἄμβρακος, & non ab adjectivo Ambracius: inde enim Ambraciacus formaretur.

ἈΜΒΡΑΚΟΣ [95], πολίχνιον τῆς Ἠπείρου, παρὰ τὴν Ἀμβρακίαν ἰδιάζον. ὁ οἰκήτωρ, Ἀμβράκιος.

AMBRACUS, oppidulum Epiri, ab ipſa Ambracia ſeparatum, cujus incola Ambracius dicitur.

ἈΜΕ'- AME-

Non puto tamen urbem tam procul à mari ſitam fuiſſe, quod dico auctoritate Strabonis inductus, qui libro VII. ita refert: Παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἄραχθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων θαλάσσης ὀλίγων σταδίων. Sed fortaſſis Scylax & Dicæarchus mare Jonium intelligunt, & Strabo vel ipſum ſinum Ambracicum, vel mare illud quod inter Corcyram & Theſprotiæ littus interjacet. Hiſce cum ſcriptoribus ſi contuleris Polybium in Excerpt. Legat. cap. XXVIII. ubi de M. Fulvio Conſule loquitur, & Livium lib. XXXVIII. civitatis hujus ſitus ſatis erit manifeſtus & clarus.

87 Ἀπὸ Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος.] Sic exhibent conſtanter priores editiones: ſcripti codices Λαόκωνος habent pro Λαοκόωντος. Verum hoc loco ſcribendum eſſe Λυκάονος, non obſcure patet ex voce Ἔφυρα, ubi Stephanus ſic inquit: Ἔφυρα, πόλις Ἠπείρου ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἄμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ Γηγενοῦς, τοῦ Ἀρκάδος. De urbis conditoribus parum inter ſe conveniunt ſcriptores antiqui, ſed Corinthiorum coloniam fuiſſe, plures ſtatuunt. Scymnus Chius:

Μετὰ δὲ τοὺς Μολοττοὺς Ἀμβρακία Κορινθίων
Ἀποικός ἐστιν. ᾤκισεν δ' ὁ Κυψέλου
Αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος.

Strabo lib. VII. hunc Tolgum appellavit: Μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀμβρακίαν ὑπέρκειται δὲ ἡ αὐτὴ τοῦ μυχοῦ μικρὸν Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα. Verum idem Strabo lib. X. Gorgaſi cujuſdam, quaſi etiam coloniæ conditor fuiſſet, meminit: Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον. Fuerunt illi quidem coloniæ duces, ſed tamen urbi nomen ex ſuo nomine non impoſuerunt, quemadmodum plerumque contingebat: ſed appellationem ſortiebatur ab Ambrace Theſproti filio, vel ab Ambracia Augei filia, uti ſequenti commentario probabimus. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. I. in deſcriptione navigationis Æneæ, Ambracem hunc Dexameni filium ſtatuit. Opiniones igitur ſic in contrarium abeuntes, quis certi quid hinc elicere poſſet?

88 Ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου.] Lectionem omnium editionum retinuimus, ſed manifeſto errore ſic exhibent: reponendum eſt, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου, quæ mutatio facili tranſcriptorum incuria fieri potuit. Euſtathius ad Dionyſ. de ſitu orbis. Οἱ Ἀμβρακιεῖς δὲ, Ἠπειρωτικὸν μὲν καὶ αὐτοὶ ἔθνος. οὕτω δὲ λέγονται, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς, ἢ ἀπὸ Ἄμβρακος υἱοῦ Θεσπρωτοῦ. Antoninus Liberalis in Metamorph. libro perhibet, Melaneum Dryopum regem liberos habuiſſe Eurytum & Ambraciam, à qua urbs Ambracia nomen accepit, ita enim ille: Καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων [illegible] προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων, καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον. γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται.

89 Ἀμ[illegible]ύς.] Utitur hoc gentili Dionyſius de ſitu orbis

Πρὸς δὲ νότον μετὰ δρυμὰ Κεραύνια νηὶ θεούσῃ
Νῆσοί κεν φαίνοιντο περαιόθεν Ἀμβρακιήων.

Ad quem locum lege Euſtathii verba jam ſupra allegata. Οἱ Ἀμβρακιεῖς &c. Qui etiam hoc gentile habet.

90 Καὶ Ἀμβρακιώτης.] Gentile illud magis eſt in uſu: paſſim occurrit apud Thucydidem: & nullus ferme circumfertur antiquarius, quin proferat nummum cum inſcriptione ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ, vel Dorica dialecto, ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ.

91 Σικελικῷ τύπῳ.] Siculos atque Italos habere gentilia in ινος deſinentia, ante probavimus. Vide Stephanum in voce Ἀβακαῖνον, & ad illum locum noſtras obſervationes, in quibus fuſius docemus, quot modis Siculi gentilia ſua formare ſoleant.

92 Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ Π, ἀντὶ τοῦ Β.] Tradit etiam Euſtathius in ſuis ad Dionyſium commentariis, antiquitus ſcripturam hujus vocis & per Π, & per Β obtinuiſſe, ita enim ille pag. 70. Τὸ δὲ Ἄμβραξ, εἰσὶν οἱ ἀρχαϊκώτερον διὰ τοῦ Π γράφουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν χώραν Ἀμπρακίαν, ὡς καὶ τὰς νήσους τὰς Βρεττανικὰς, Πρεττανικάς. πλείων δὲ ἡ διὰ τοῦ Β γραφή.

93 Τὰ γὰρ εἰς ια θηλυκὰ, καὶ εἰς ιον οὐδέτερα, διὰ τοῦ ωτης &c.] Optime ſic edi curavit Xylander: peſſime vero in aliis editionibus excuſum eſt: τὰ γὰρ εἰς α θηλυκὰ, καὶ εἰς ον οὐδέτερα, διὰ τοῦ ωτης ποιεῖ τὰ ἐθνικά. Σικελιώτης, Πηλιώτης. Ex duobus hiſce exemplis, Πήλιον ſcilicet & Σικελία ſatis clare patet, Xylandro eſſe aſſentiendum. Scripti codices prorſus cum Aldina ac Florentina editione conveniunt. Huic canoni haud abſimilem etiam tradit Stephanus in vocabulo Ῥαφανέαι, ubi ita inquit: Τῶν εἰς ωτης ἐθνικῶν τὰ πολλὰ τὸ Ι πρὸ τοῦ Ω ἔχει, Πηλιώτης, Φθιώτης. σπανία δὲ τὸ ε, καὶ σχεδὸν ἀπὸ τῆς ει συσταλέντος, Ἡρακλεώτης, οὕτω καὶ Ῥαφανεώτης.

94 Καὶ Ἀμβρακία ἡ γυνή.] Fortaſſe vox χώρα huic loco excidit; quare non inepta videbitur hæc emendatio, ſi legitur, καὶ Ἀμβρακία ἡ γυνὴ καὶ ἡ χώρα. Urbem enim & circumjacentem regionem eodem nomine inſignita fuiſſe, fuſius narrant hiſtorici atque geographi. Etymologici Magni auctor: Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα. Vide inferius quoque locum ex Polybio citatum.

95 Ἄμβρακος, πολίχνιον τῆς Ἠπείρου.] Præter Stephanum ſolus Polybius hujus loci meminit lib. IV. ſcribitque non πολίχνιον, ſed χωρίον eſſe, id eſt caſtellum mœnibus & propugnaculis optime inſtructum. Quia autem Hiſtorici verba hujus munimenti ſitum accuratiſſime depingunt, illa huc tranſcribere placuit: Ὁ γὰρ Ἄμβρακος ἐστὶ μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον, καὶ προτειχίσμασι καὶ τείχει. κεῖται δ' ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας στενὴν καὶ χωστὴν ἔχων πρόσοδον. ἐπίκειται δ' εὐφυῶς τῇ τε χώρᾳ τῇ Ἀμβρακιωτῶν καὶ τῇ πόλει. Ex hiſce verbis manifeſtiſſime liquet, non longe ab Ambracia, & per conſequens in Theſprotia ſitum fuiſſe, cum dicatur opportune imminere, ἐπικεῖσθαι, & regioni Ambraciotarum & urbi.

A Ἀμέριον [96], πόλις Ἰταλίας, ὡς Ῥήγιον. [97] τὸ ἐθνικὸν, Ἀμερῖνος.

AMERIUM, Italiæ urbs, uti Rhegium. Gentile, Amerinus.

Ἀμήστρατος [98], πόλις Σικελίας· Ἀπολλόδωρος τετάρτῃ χρονικῶν. [99] τὸ ἐθνικὸν, Ἀμηστρατῖνος.

AMESTRATUS, Siciliæ civitas, auctore Apollodoro libro IV. Chronicorum. Gentile, Ameſtratinus.

B Ἀμικουσία [1], νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. [2] τὸ ἐθνικὸν, ἐξ Ἀμίκου νήσου, κατὰ περίφρασιν· καὶ Ἀμικουνησίτης.

AMICUSIA, inſula in mari rubro. Gentile per circumlocutionem appellatur ex Amici inſula, & Amicuneſites.

Ἄμιλος [3], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμίλιος. καὶ γὰρ Στυμφάλιος, καὶ Μαινάλιος παρ' αὐτοῖς. C

AMILUS, urbs Arcadiæ, cujus Pauſanias libro VIII. meminit. Gentile dicitur Amilius, apud ipſos enim & Stymphalius & Mœnalius in uſu eſt.

Ἄμισσα [4], πόλις Γερμανίας· Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης, ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις. [6] τὸ ἐθνικὸν, Ἀμισσαῖος.

AMISSA, urbs Germaniæ, cujus meminit Marcianus in Itinerario ab urbe Roma ad præclaras urbes. Gentile Amiſæus.

Ἀμι- AMI-

96 Ἀμέριον πόλις Ἰταλίας.] Latinis ſcriptoribus paſſim dicitur genere fœminino *Ameria*, & ſic quoque antiqua inſcriptio apud Gruterum: Verum Servius ad Virg. Georg. lib. I. civitatis nomen neutro genere protulit ad hæc verba:

Atque Amerina parant lentæ retinacula vitæ.

Virgas de quibus vites religantur: quæ virgæ abundant circa Amerinum oppidum: cujus crebram in Roſciana facit Cicero mentionem. Verum poſſet quis exiſtimare in iſtis verbis gentile nomen, non vero civitatis exprimi, quod etiam mordicus negare non auſim, præſertim cum Latini ſic loqui ament. De vetuſtate atque origine hujus urbis exſtat teſtimonium Catonis apud Plinium lib. III. cap. XIV. *Ameriam*, inquit, *ſupra ſcriptam Cato ante Perſei bellum conditam annis* DCCCCLXIV. *prodidit.* De conditore legimus apud Feſtum Pompejum hiſce verbis: *Ameria, urbs in Umbria, ab Amerio ſic appellata.*

97 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμερῖνος.] AMERINI dicuntur Plinio libro III. cap. XIV. Melius tamen ſecundum Stephani canones ab *Amerium* poſſet deduci *Amerinus*, quam à voce *Ameria*.

98 Ἀμήστρατος, πόλις Σικελίας.] Inter alia nomina quibus hæc civitas fuit inſignita, hoc antiquiſſimum non eſt: puto enim antea Μυτίστρατον prævaluiſſe, quo utuntur Polybius, Diodorus, Zonoras & alii. Antiqua iſthæc appellatio apud Stephanum occurrit: Μυτίστρατον πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα. Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μυτιστρατῖνος, ὡς Στρατὸς Στράτιος, ἡ Ἀκαρνανικὴ πόλις. Sed Cluverius imperitiam Epitomatoris pluribus exagitavit, ſtatuentis oppidum circa Carthaginem in Africa ſitum eſſe. Deinde idem Epitomator, qui fortaſſis in corruptiſſimos auctorum quos citat codices incidit, hanc civitatem Μυττίστρατον appellavit, ſcil. auctoritate Philiſti rerum Sicularum ſcriptoris inducti: Μυττίστρατον, φρούριον Σικελίας. Φίλιστος δεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μυττιστρατῖνος, ὡς αὐτός. Itaque, ut accuratiſſime obſervavit Cluverius, tribus appellationibus hæc civitas ab Epitomatore inſignitur, qui etiam teſtimonio trium egregiorum & magni alias nominis ſcriptorum utitur, quorum ſcripta, præter illa Polybii, jam interiere. Situm erat oppidum hoc, ſive caſtellum ultra Paropum circa Alæſum amnem, qui nunc vulgato nomine *Pettino* appellatur. Oppidum nunc communi vocabulo *Miſtretta* dicitur, uti teſtatur Fazellus decad. I lib. X: *Myſiſtratum Polybio lib. I. eſt pervetuſtum oppidum, Ameſtrata Ciceroni & Plinio dictum; cujus nomen adhuc ædis ibi divæ Catharinæ retinet: Hodie vero Miſtretta appellatur. Vetuſti oppidi circa montem plura ſpectantur monumenta, & arx vetuſtiſſima.*

99 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμηστρατῖνος.] Urbem ſive caſtellum illud, de quo ſumus locuti, tempore Ciceronis Ἀμήστρατα vel Ἀμήστρατον fuiſſe appellatum, hinc liquet, quod ille loci incolas in Verrina III. AMESTRATINOS nuncupaverit. *Ameſtratinos homines tenues, quum eorum decumas medimnis* CIƆCCC *vendidiſſes, cogis eos plus lucri dare, quam quanti venierant, quum magno veniſſent.* Et in eadem oratione paulo inferius eidem Ciceroni oppiduli nomen exprimitur: *Calactinis quamobrem imperaſti anno tertio, ut decumas agri ſui, quæ Calactæ dare conſueverant, Ameſtrati M. Cæſio decumano darent?*

1 Ἀμικουσία, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλ.] Apud veteres, quod ſciam, hujus inſulæ nulla memoria exſtat. Puto tamen ex ſimilitudine aliorum, hunc locum vitii haud immunem eſſe: nam ſi verum nomen eſſet Ἀμικουσία, inde κατὰ περίφρασιν deducendum eſſet gentile, ἐξ Ἀμικουσίας νήσου, non vero ἐξ Ἀμίκου νήσου. Quia autem Stephani auctoritate ultimum obtinuit, fortaſſis erit reſcribendum Ἀμίκου νῆσος, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ: nam ſimili prorſus appellatione inſula quædam Ægyptia vocitata fuit. Stephanus: Ἀργέου νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία.

2 Τὸ ἐθνικὸν, ἐξ Ἀμίκου νήσου, κατὰ περίφρασιν.] Docet noſter in vocabulo Βάτη, & in Ἀβρότονον, omnes locorum appellationes non pati, ut inde gentilia deducantur, admonetque nonnunquam genitivo cum præpoſitione eſſe utendum, ſive περιφραστικῶς uti hoc loco ſtatuit. Hujuſmodi locutionis exemplum & formandi ratio etiam in voce Ἀκόναι occurrit. Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας. λέγεται κατὰ περίφρασιν, ὁ οἰκῶν τὰς Ἀκόνας. Vide commentarios noſtros ad vocem Ἀβρότονον pag. 13. ubi fuſius de ratione formandorum gentilium egimus.

3 Ἄμιλος, πόλις Ἀρκαδίας.] Tempore Pauſaniæ erat χωρίον, quod non procul ab Ariſtocratis ſepulchro & Teniis fontibus collocat. Sine dubio Stephanus hæc Pauſaniæ verba reſpicit: Μετὰ δὲ τὸν Ἀριστοκράτους τὸν τάφον, πηγαί τε εἰσὶ καλούμεναι Τενεῖαι, καὶ ἀπέχει τῶν πηγῶν στάδια ὡς ἑπτὰ Ἄμιλος χωρίον. πόλιν δὲ τὴν Ἄμιλόν ποτε εἶναι λέγουσι.

4 Ἄμισσα, πόλις Γερμανίας.] Non poſſum aſſentiri Ortelio, exiſtimanti Stephanum hoc loco agere de Martpurg/ Cattorum in Haſſia oppido. Cum Cluverio in eadem verſor opinione, hic apud noſtrum Latinorum *Amiſiam* debere intelligi, quam Ptolemæus lib. II. in Germaniæ deſcriptione Ἀμασίαν, & lib. VIII. Ἀμεισσίαν appellavit, vocabulo ſane ad Latinorum *Amiſiam* prope accedente. Nomen obtinet ab *Amiſio* amne, quem ſic nominarunt Plinius & Marc. Heracleota in Periplo magnæ Germaniæ: adeo ut dubitari non poſſit, eſſe idem oppidum, quod etiamnum hodie Embden appellatur, & ad oſtium fluminis Eems ſitum eſt, juxta ſinum noſtratibus den Dullart dictum.

5 Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης.] Multis in locis hic ſcriptor Stephano adeſt, ſed ſemel tantum hoc indice. Procul dubio illud Marciani opus tale fuit, quale nunc ſupereſt imperatoris Antonini, ſcilicet Itinerarium ab urbe Roma ad illuſtres per terrarum orbem civitates.

6 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμισσαῖος.] Si gentile non fallat, oppidi nomen per ſimplex S erit ſcribendum, ut tanto propius ad Latinorum Amiſiam, & Græcorum Ἀμίσιον accedat.

ἈΜΙΣΟΣ [7], πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα A Σινώπης [8] σταδίους ἐνακοσίους. ἔστι δ' ἐν τῷ Πόντῳ. [9] λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός. [10] λέγεται καὶ Ἀμίσιος, ὡς [11] Φίλων ἐν τῷ περὶ πόλεων.

AMISUS, urbs commemoratione digna, à Sinope nongentis ſtadiis diſtans, in Ponto ſita, quæ genere maſculino effertur. Gentile Amiſenus, & præterea Amiſius, ut perhibet Philo in libro de urbibus.

ἈΜΜΩΝΙΆ [12], ἡ μεσόγειος Λιβύης. B καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη [13] οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἄμμωνος. ὁ οἰκήτωρ, Ἀμμώνιος. ταῦτα δὲ διὰ τοῦ ι. [14] τὸ δ' Ἀμμωνεῖον, διὰ διφθόγγου, ὡς Δημητρεῖον, καὶ Ἀπολλωνιεῖον.

AMMONIA, mediterranea Africæ regio: ſed & univerſa Africa ab Ammone ſic appellabatur. Incola, Ammonius. Hæc nomina per I ſcribuntur: verum Ammoneum per diphthongum, quemadmodum Demetrieum & Apollonieum.

C

ἈΜΝΙΣΟΣ [15], πόλις Κρήτης. [16] αἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες, καὶ Ἀμνισίδες.

AMNISUS, urbs Cretæ, à qua nymphæ Amniſiades & Amniſides nomen habent.

ἈΜΟΡΓΟΣ [17], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, [18] ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν,

AMORGUS, una ex Cycladum inſulis, tres civitates poſſidens, Arceſinen, Minoam

7 Ἀμισὸς, πόλις ἀξιόλογος.] Supprimere aliquando ſolet Epitomator illorum nomina, qui ipſi in concinnanda hac epitome auxilio fuere. Hæc tranſcripta eſſe ex lib. XII Strabonis, non opus eſt ut multis demonſtrem, ipſiſſima verba in medium producturus. Μετὰ δὲ Γαδιλῶνα, ἡ Σαραμηνὴ, καὶ Ἀμισὸς πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐνακοσίους σταδίους. Φησὶ δὲ αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι, Καππαδόκων ἄρχοντας.

8 Σταδίους ἐνακοσίους] Convenit cum Strabone Stephanus, ſed ex intervallis quæ ab Arriano in Periplo ſunt annotata, paulo plura colliges,

A Sinope Caruſam uſque ſtad.	150.
A Caruſa ad Zagora ſtad.	150.
Inde ad Halym amnem ſtad.	300.
Ab Haly ad Nauſtathum ſtad.	90.
A Nauſtathmo ad Conopeum ſtad.	50.
A Conopeo ad Euſenem ſtad.	120.
Ab Euſene ad Amiſum ſtad.	160.
Stadia	1020.

Ab Arriani computatione non longe recedit Plinius, qui tamen omnium maximam habet, ſtatuens lib. VI. cap. II. à Sinopa Amiſum uſque CXXX. M. paſſuum, qui 1040 ſtadia conficiunt. Sed ſtadiorum numerus in Periplo Marciani Heracleotæ profligatiſſime eſt depravatus, nam ubi librarii 350 ſcil. τν' exararunt, alius numerus eſt reponendus. Ἀπὸ Κωνωπίου εἰς Ἀμισὸν πόλιν στάδια ρν'. οἱ πάντες ἀπὸ Σινώπης εἰς Ἀμισὸν στάδια πλ'. Quicunque enim in Marciano uniuſcujuſque intervalli numerum collegerit, inde debere ſummam nongentorum & triginta ſtadiorum colligi, manifeſtiſſime comperiet.

9 Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός. λέγεται καὶ Ἀμίσιος.] Huic loco aliquid excidiſſe, licet ita in ſcriptis & codicibus excuſis concipiatur, nemo ſanæ mentis ibit inficias: eum ſic in integrum reſtituo: λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμισηνός. λέγεται καὶ Ἀμίσιος. Primam horum verborum partem, λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, refero ad urbem ipſam, cujus nomen fortaſſis isthoc genere profertur, nam ridiculum foret eam de gentili accipere, quod triplici genere gaudet. Gentile Ἀμισηνὸς legitur apud Strabonem lib. XII. Ταύτης δὲ τῆς χώρας, τὴν μὲν ἔχουσιν Ἀμισηνοὶ, τὴν δ' ἔδωκε Δηιοτάρῳ Πομπήιος: & apud Plutarchum in Lucullo. Polybius inde videtur formaſſe gentile Ἀμισεὺς, ita enim reperimus in excerpt. Legat. ex lib. LV, ſi locus mendo careat, καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀμισέων χώραν.

10 Λέγεται καὶ Ἀμίσιος.] Hæc non refero ad ipſam urbis appellationem, quaſi καὶ Ἀμισοῦ nomine fuiſſet inſignita, ſed ad alteram nominis gentilitii formam. Videtur enim Stephanus manifeſte innuere, gentile Ἀμισηνὸς & Ἀμίσιος inde deduci poſſe: animadverto tamen Triſtanum ſenſiſſe, Philonem à Stephano hac de cauſa citari, quaſi ejus teſtimonio probaret urbem etiam Ἀμίσιον fuiſſe dictam: ſed non puto hoc Stephanum in animo habuiſſe.

11 Φίλων ἐν τῷ περὶ πόλεων.] Hujus operis etiam meminere Etymologici Mag. auctor & Suidas. Puto diſcipulum fuiſſe Agathemeri, qui vixit circa annum ducenteſimum poſt natum Chriſtum. Non obſcure hoc ipſe Agathemerus videtur indicare lib. I. cap. VI. ita enim ille: Τῶν δὲ τῇ αἰσθήσει ὡς ψιλῶς ἀπολελεγμένα, ἐπισημαντικῶς διορθούμενοι, δεῖν προσεπινοήσαμεν καὶ αὐτοὶ, τὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐν χελιδόνι συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας. Igitur Philo geographum hunc habuit præceptorem, qui ipſe plurima geographica ſcripſit, quæ jam interierunt.

12 Ἀμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιβύης.] Depravata admodum eſt lectio codicum MSS: Ἀμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιβύης, καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβύς οὕτως ἐκαλεῖτο. Exiſtimo Stephanum intelligere *Libyam Propriam*, ſcilicet unam ex undecim Africæ regionibus. De Libya Propria vide Ptol. lib. IV. Locus in hanc rem egregius etiam apud Euſtathium in Dionyſ. de ſitu orbis exſtat pag. 27. Σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ μέρος τι τῆς Λιβύης τῆς χώρας ἐστὶν ἰδίως οὕτω καλούμενον Λιβύη. παρὰ γοῦν τοῖς παλαιοῖς εὑρίσκομεν τὸ, ἀμφοτέρας Λιβύας. τοῦτο δὲ τάχα ἐμφαίνει καὶ τριχῶς τὴν Λιβύην λέγεσθαι, τήν τε ὅλην χώραν, καὶ μέρος τι αὐτῆς, εἰς δύο Λιβύας ὑποδιαιρούμενον. ὥσπερ καὶ τὴν Ἀρμενίαν καὶ τὴν Καππαδοκίαν εἰς πολλὰς Καππαδοκίας καὶ Ἀρμενίας οἱ παλαιοὶ κατέτεμον.

13 Οὕτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄμμωνος.] Libyam fuiſſe regionem πολυώνυμον, refert Stephanus in vocabulo Λιβύη. ubi inter alias appellationes τὸ Ἀμμωνίς exhibet.

14 Τὸ δ' Ἀμμωνεῖον, διὰ διφθόγγου.] Intelligit templum vel alium quendam locum, in quo Ammon honorabatur, & ſic deinde etiam accipe τὸ Δημητρεῖον, καὶ Ἀπολλωνιεῖον, pro locis Cereri & Apollini ſacris. Suetonius in Cal. cap. XXI: *Deſtinaverat & Sami Polycratis regiam reſtituere, Mileti DIDYMEUM peragere*, &c. Id eſt templum in quo Apollo Didymæus colebatur.

15 Ἀμνισὸς, πόλις Κρήτης.] Tempore Strabonis videtur fuiſſe Gnoſſi navale in boreali Cretæ ora, de quo Strab. lib. X. Vide Euſtath. in Hom. pag. 1861, & in Dionyſium pag. 71.

16 Αἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες, καὶ Ἀμνισίδες.] In Florentina deſiderantur hæc verba, καὶ Ἀμνισίδες. Vidit Salmaſius hunc locum eſſe corruptum: ſed male ipſi ſuppeditabant MSS. ἀφ' αἱ τούτου νύμφαι: pro quo ad oram ſui codicis reſcripſit: Κρητικαὶ ἀπὸ τούτου νύμφαι &c. Harum Nympharum mentio eſt apud Callimachum Epig. in Dianam:

Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας.

Ad quem locum ita ſcribit Scholiaſtes: Ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης. ἀφ' οὗ Κρητικαί.

17 Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Ambigui juris eſt hæc inſula, nam à ſcriptoribus & geographis nunc Sporadibus, nunc vero Cycladibus annumeratur.

18 Ἔχουσα τρεῖς πόλεις.] Scylax Caryandenſis etiam ſcribit hanc inſulam tres habuiſſe urbes, ſed illarum nomina non expreſſit: Ἀμοργὸς, αὕτη τρίπολις, καὶ λιμήν. Nomina addidit Stephanus Arceſinen, Minoam, & Ægialen. De Arceſine & Minoa ſumus ſatis certi, ſed de Ægiale dubium moveri poteſt, an tali appellatione fuerit inſignita: nam ſubſtituit noſter in voce Ἀρκεσίνη pro Ægiale Μελανίαν, ita enim ille: Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ

νώαν, Αἰγιάλην. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη, A καὶ Ψυχία. ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν [18] Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὡς φησι Χάραξ. Νικόλαος δ' [20] Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ, ἣν τινα Καρκήσιος ἀνὴρ ἄξιος ᾤκι- B σε, καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε. τὸ δ' [21] Ἀμόργινος χιτὼν, χρώματος ἴδιον.

ΑΜΟΛΒΟΣ, πόλις Μαγνήτων, ὡς [22] Βάλαγρος Μακεδονικῶν δευτέρα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμόλβιος. C

ΑΜΟΡΙΟΝ, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας· [23] Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀμοριδὺς, ὡς [24] Νοτιαδὺς, Δορυλαεύς.

ΑΜΟΣ, πόλις Καρίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν D Ἄμιος, ὡς Σάμιος, Καύνιος.

ΑΜΠΕΛΟΣ, [25] πόλις τῆς Λιγυστικῆς, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἔστι δὲ [26] ἄκρα Τορωναίων Ἄμπελος λεγομένη. ἔστι καὶ ἑτέρα [27] ἄκρα τῆς Σάμου. [28] καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ. E [29] Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις φησὶ, τὴν μὲν ἄνω,

A noam & Ægialen. Appellabatur etiam Pancale & Pſychia. Minoæ natus eſt Simonides Jamborum ſcriptor, qui Amorginus nominabatur, veluti Erycinus. Dicitur quoque Amorgium, quemadmodum Charax perhibet. Verum Nicolaus eam Amorgen nuncupat, B quam Carceſius vir eximius condidit, & Carceſiam vocitavit. Tunica autem Amorgina, coloris proprium eſt.

AMOLBOS, urbs Magnetum, cujus meminit Balager in Macedoniæ deſcriptione C lib. II. Gentile, Amolbius.

AMORIUM, urbs magnæ Phrygiæ, auctore Strabone libro duodecimo. Gentile, Amorienſis, veluti Notienſis, Dorylaenſis.

AMOS, urbs Cariæ, uti teſtatur Ale- D xander libro ſecundo de Caria. Gentile, Amius, quemadmodum Samius, Caunius.

AMPELUS, urbs Liguriæ, cujus meminit Hecatæus in Europa. Eſt quoque Toronæorum promonterium Ampelus dictum. Eſt item aliud Sami promontorium, & alia urbs in E Cyrene. Verum Agrœtas duarum urbium mentionem

γῳ τῇ νήσῳ. ἦσαν γὰρ, Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη. Placuit hoc obiter admonere, nam quo in loco vitium lateat, nondum compertum habeo.

19 Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιός.] Vide Strabonem lib. x. circa finem, Procli Chreſtomath. Gram. pag. 342. (ubi Sylburgius pro Ἀμόργινος optime Ἀμοργῖνος reſcripſit) & Euſtathium in Dionyſ. pag. 76.

20 Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ.] Peſſime codex Voſſianus: Μόργην αὐτὴν καλεῖ.

21 Ἀμόργινος χιτὼν χρώματος ἴδιον.] In Voſſianis ſchedis legitur: τὸ δὲ Ἀμόργιον χιτών. Quæ ſit diſtinctio inter Ἀμοργῖνος & Ἀμόργινος præclare docet Archiepiſcopus Theſſ. in ſuis ad Dionyſ. comment. pag. 76. Ἡ Ἀμοργὸς, ἐξ ἧς Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος ἐντεῦθεν λεγόμενος περισπωμένως, τύπῳ ἐθνικῷ. τὸ δὲ Ἀμόργινος, προπαροξυτόνως, χιτῶνος ἐπίθετον, ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου τινός. Hæc ab Epitomatore hauſit: Sed verum eſt, quod ante nos obſervavit Salmaſius, Stephanum, cui ego Euſtathium adjungo, τὸ ἀμόργινος χιτὼν, male de coloris genere ſumſiſſe, cum revera Ἀμόργινοι χιτῶνες tunicæ lineæ ſint, factæ ex lini genere in Amorgo inſula naſci aut præparari ſoliti: indicat hoc manifeſte Cratini verſus Salmaſio citatus:

Ἀμοργὸν ἔνδον βρυτίνην νήθειν τινά.

In eadem opinione verſabatur Pauſanias, qui Lexicon Atticum conſcripſit, cujus verba integra reſervavit Euſtath. ad Dionyſ. loco jam citato. Παυσανίας δὲ, ὁ τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν, ἄλλο τι ἐμφαίνει, λέγων. Ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ. καὶ ὅτι ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς ἐν Λυσιστράτῃ δηλοῖ. In eadem quoque ſententia fuere Heſychius, Pollux, Harpocration, Suidas, Phavorinus & alii.

22 Βάλαγρος ἐν Μακεδ.] Etiam aliis in vocibus hic ſcriptor Stephano adeſt. Vide in Δυρράχιον & Ὄρβηλος.

23 Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.] Innuit procul omni dubio hunc locum, ex quo & ſitum colliges. Ἐν ᾗ ἐστὶν ἥτε παρώρειος λεγομένη Φρυγία, καὶ ἡ πρὸς Πισιδίαν, καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον καὶ Εὐμένειαν, καὶ Σύνναδα. De ſitu præter Strabonem etiam lege Ptolemæum lib. cap.

24 Νοτιαδὺς, Δορυλαδύς.] Neutrum horum gentilium reſpondet τῷ Ἀμοριδ... Pro Νοτιαδὺς reponendum, uti ex Stephano eſt manifeſtum, Νοτιεύς. Etiam Δορυλαεὺς non eſt hujus loci, & Stephani canones in voce Δορυλάειον formam gentilitiam, quæ huc applicari poſſet, nequaquam admittunt: quod ſi inde formaretur Δορυλιεὺς: hoc examuſſim ſuo ſimili reſponderet.

25 Πόλις τῆς Λιγυστικῆς.] Infra in eadem hac ſectione aliam Italiæ urbem & promontorium & portum commemorat: ἔστι δὲ Ἰταλίας ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ πόλις. Igitur geminæ hoc nomine urbes in Italia collocat; ſed illarum, uti nec promontorii, nec portus, veteres aut recentiores geographi meminêre, & apud doctiſſimum Cluverium ne γρῦ quidem reperies; imo ut verum fatear, in antiquorum ſcriptis hactenus nihil mihi fuit obvium, quod aliquo colore huc referri poſſet.

26 Ἄκρα Τορωναίων.] Inter Toronæum ſinum & Singiticum promontorium eſt, quod Ampelus dicitur, ſed in mappis ſe magis ad Singiticum ſinum, quam ad Toronæum extendere videtur. Hujus meminit Herod. in Polymnia: Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, στείλαμενων ἀπὸ Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην. Heſychius fortaſſis totum hunc littoralem tractum Ampelum appellavit: Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θρᾴκης καὶ ἡ Ἄμπελος.

27 Ἄκρα τῆς Σάμου.] Memoria ſatis frequens hujus promontorii in antiquorum ſcriptis occurrit, vide Strabonem lib. xiv. & alios plurimos; Agathemerus lib. I. cap. IV. Ἐπ' Ἀκρίτην νῆσον στάδια σλ'. ἐπὶ Κορσίας ρ'. ἐπὶ Σαμίων Ἄμπελον στάδια λ'.

28 Καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ.] Emendabat ὁ πάνυ Salmaſius, ἐν τῇ Κυρηναίᾳ: Verum Clariſſ. Voſſius in Obſer. ſuis ad Melam, cui hac in re libenter aſſenſum præbemus, vulgatam Epitomatoris lectionem retinet, manifeſte demonſtrans, ſæpiſſime ab antiquis Cyrenen pro Cyrenaica accipi. Nunc autem hoc nomine, magno Salmaſio gratias agimus, quod in Plinianis Exercitationibus ex Suida, cujus tamen nomen reticet, in Libya Ampelitas ſive Ampeliotas eſſe, demonſtraverit, ita enim ille pag. 270. ex lexicographo tranſcripſit: Καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστι. Καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου. ὡς φησὶν Ἀλεξανδρίδης. Scribit Stephanus urbem in Cyrene eſſe ſuperiorem & inferiorem: de ſuperiori ſuſpicari licet in monte fuiſſe ſitam, nam montis hoc nomine videtur meminiſſe Heſychius: Ἄμπελος, ἡ μηχανὴ καὶ ἄκρα Μυκάλης. ἤγουν ὄρος, Κυρηναίων δὲ, Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θρᾴκης, καὶ ἡ Ἄμπελος. Intendit aliquid de monte Cyrenaico proferre, verum quia ejus verba mihi videntur mutila & hiulca nihil certi ſtatuo. Fortaſſis reponendum eſt: Ἄμπελος, ἡ μηχανὴ καὶ ἄκρα Μυκάλης. ἤγουν ὄρος Κυρηναίων. Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θρᾴκης, καὶ ἡ Ἄμπελος.

29 Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις φησί.] Voſſianæ ſched. : Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις εἶναι φησί. Quis hic Agrœtas fuerit &c.

ἄνω, τὴν δὲ κάτω. ἔστι καὶ Ἰταλίας ἄκρα, καὶ λιμὴν, καὶ πόλις, ὁ πολίτης, Ἀμπελῖνος, ὡς Ἀσσωρῖνος, Ἀβακαινῖνος. [30] ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν. τῶν δὲ λοιπῶν, δυνατὸν [31] Ἀμπελίτην εἶναι.

A tionem facit, & inferioris & ſuperioris. Eſt præterea Italiæ promontorium & portus, & civitas, cujus civis Ampelinus dicitur, uti Aſſorinus, Abacæninus: hæc enim Italorum forma eſt. Verum à reliquis locis Ampelites deduci poſſet.

ἈΜΠΗ, πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· [32] Ἡρόδοτος ἕκτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀμπαῖος, ὡς Λαμπαῖος.

B AMPE, urbs ad mare rubrum, auctore Herodoto lib. ſexto. Gentile Ampæus, ſicuti Lampæus.

ἈΜΥΔΩΝ [33], πόλις Παιονίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀμυδώνιος, ὡς Καλυδῶνος Καλυδώνιος.

AMYDON, civitas Pæoniæ. Gentile Amydonius, uti à Calydonis fit Calydonius.

ἈΜΥΘΑΟΝΙΑ, μοῖρα τῆς Ἤλιδος, ἀπὸ Ἀμυθάονος [34] τοῦ Κρηθέως, ὡς Ῥιανός.

C AMYTHAONIA, pars Elidis, quæ ab Amythaone Crethei filio nomen habet, uti Rhianus perhibet.

ἈΜΥΚΛΑΙ [35], πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων, [36] ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς ἔκτισε. [37] κλίνεται δὲ καὶ Ἀμύκλα τὸ ὄνομα τοῦ κτίσαντος, καὶ Ἀμύκλαντος, [38] ὡς Σιμίας ἐν μησὶν,

> Οὕνεκ' Ἀμύκλαντος παιδὸς ἀποφθιμένου
> λαοὶ κικλήσκουσι.

τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀμύκλαι, Ἀμυκλαῖος· καὶ Ἀμυκλαιεὺς ἐξ αὐτοῦ, ὡς [39] Κρηταῖος Κρηταιεύς. [40] καὶ τὸ θηλυκὸν τοῦ Ἀμυκλαῖος, Ἀμυκλαία, καὶ Ἀμυκλαΐς. λέγεται καὶ Ἀμυκλαΐτης, ὡς Θηβαΐτης. [41] Ἔστι καὶ πόλις Ἀμύκλαιον ἐν Κρήτῃ, καὶ ὅρμος.

D AMYCLÆ, urbs Laconica, una ex centum civitatibus, quam Amyclas Lacedæmonis filius condidit, cujus nomen in genitivo caſu habet Ἀμύκλα & Ἀμύκλαντος, quemadmodum Simmias in Menſibus teſtatur.

> *Quem, Amyclantis filio occiſo, populi vocitant.*

E A voce Amyclæ deducitur gentile Amyclæus, & inde Amyclæenſis, uti à Cretæus Cretæenſis. Fœmininum ab Amyclæus eſt Amyclæa, & Amyclaïs. Dicitur quoque Amyclaïtes, uti Thebaïtes. Eſt præterea Amyclæum Cretæ urbs & ſtatio.

ἈΜΥ-

AMY-

& qua ætate vixerit, nemo hactenus teſtificatus eſt: ſcripſiſſe eum *Libyca* perhibet Apoll. Rhodii ſcholiaſtes ad lib. IV. obſervante Voſſio in Syntagmate de Hiſt. Græc. Stephanum Agrætæ Λιβυκὰ intelligere, nemo eſt qui non videat.

30 Ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν.] Variis in locis hoc inculcat, Italorum gentilia in ινος plerumque deſinere. Hæc forma tamen & Siculis non eſt inſolens, uti in voce Ἀβακαῖνον clare indicat, ad quam etiam noſtras obſervationes legito.

31 Ἀμπελίτην εἶναι.] Scripturam hanc probam eſſe, nullus ego dubito: & ſic hoc loco excudi curavimus, auctoribus ſchedis Voſſianis & primis editionibus: Male enim habet Xylandri editio: τῶν δὲ λοιπῶν, δυνατὸν Ἀμπελήτην εἶναι. Forma Libyca & Ægyptia exigit, ut gentilia in ιτης exeant, ut paſſim docet Stephanus, & præſertim in voce Ἄζιλις. Quod autem ſupra in Alexandridæ verbis Ἀμπελιῶται Salmaſius mutaverit in Ἀμπελῖται, uti liquet in Plin. Ex. loco allegato, id quidem mihi temere à tanto viro videtur factum: nam variant gentilia, pro ut variat ſcriptorum patria. Phavorinus, qui, teſte Stephano in Ἀλεξάνδρεια, de Cyrenaica urbe librum conſcripſit, inde Ἀλεξανδρειώτην formavit: Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησί. Et ſic hoc loco Ἀμπελιώτης integrum eſt: non tamen nego Libycum & Ægyptium characterem Ἀμπελίτην poſtulare, uti à Κανώβος deducitur Κανωβίτης, & ab Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρίτης.

32 Ἡρόδοτος ἕκτῃ.] Hunc locum noſter reſpicit: Ἐνθεῦτεν οἱ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἤγοντο ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δέ σφεας Δαρεῖος, κακὸν οὐδὲν ἄλλον ποιήσας, κατοίκισε ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ καλεομένῃ θαλάσσῃ, ἐν Ἀμπῃ πόλι παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραρρέων, ἐς θάλασσαν ἐξίει. Editiones quas conſulere licuit, conſtanter legunt Ἀμπῃ πόλι; mallem tamen auctoritate Stephani Ἄμπῃ πόλι. Sed hic aliud ulcus latet: ſunt hæc verba aut inſigniter corrupta, aut Herodotus ſummam geographiæ imperitiam prodit; nam quid Tigris cum mari rubro? Non audeo tamen pro Τίγρης Βαίτος reponere, & niſi quis ita fecerit, nullam huic loco medelam adferet, uti alias docebimus.

33 Ἀμυδὼν, πόλις Παιονίας.] Euſtathius in commentariis ad Iliad. B. pag. 360. hujus urbis ex Stephano videtur mentionem feciſſe. Vide etiam in voce Ἀβυδών.

34 Τοῦ Κρηθέως.] Teſtantur mythologi Cretheum Amythaonis patrem fuiſſe: Vide Pauſ. in Eliacis prior. & Apollod. lib. I.

35 Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνική.] Manifeſta ſatis, quæ à geographis & hiſtoricis de Amyclis ſunt annotata: non poſſum tamen, quin huc transferam elegantiſſimum locum ex lib. V, Polyb. ubi ſitum & amœnitatem accuratiſſime deſcribit: Αἱ δ' Ἀμύκλαι καλοῦνται, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος, καὶ καλλικαρπότατος. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. περιέχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ, σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν κεκλιμένοις μέρεσι.

36 Ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος &c.] Lege Pauſaniam in Laconicis circa libri initium.

37 Κλίνεται δὲ καὶ Ἀμύκλα τὸ ὄνομα τοῦ κτίσαντος, καὶ Ἀμύκλαντος.] Prima χρῆσις apud Pauſaniam lib. jam citato aliquoties occurrit: Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος, ἀφίκετο ἡ ἀρχή. Huc etiam referri poſſunt verba Euſtathii ex commentariis in Hom. pag. 295. Ἀμύκλαι δὲ μία φασὶ τῶν ἑκατὸν τῆς Λακωνικῆς πόλεων. Ἀπόλλωνος ἱερά, ὡς εἴρηται. ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς ἔκτισεν. ὃς καὶ περιττοσυλλάβως κλίνεται Ἀμύκλαντος, καὶ ἰσοσυλλάβως δὲ Ἀμύκλα. πολίτης ταύτης, Ἀμυκλαΐτης. ἔτι δὲ καὶ Ἀμυκλαῖος, ἐξ οὗ καὶ Ἀμυκλαιεύς. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμύκλαιον πόλις ἐν Κρήτῃ καὶ ὅρμος. Hunc locum ab Euſtathio eſſe tranſcriptum ex noſtro, non eſt quod lectori multis perſuadeam.

38 Ὡς Σιμίας ἐν μησίν.] Hujus poëtæ nomen in Palatinis codd. duplici M erat exaratum, ὡς Σιμμίας ἐν μησίν, eſtque proba lectio, cum paſſim apud alios nomen ita ſcriptum occurrat.

39 Ὡς Κρηταῖος Κρηταιεύς.] Vide in vocabulo Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, & noſtros ad iſtum locum commentarios.

40 Καὶ τὸ θηλυκὸν τοῦ Ἀμυκλαῖος.] Peſſime mihi Voſſianæ ſchedæ exhibuerunt: καὶ τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀμυκλαῖος.

41 Ἔστι καὶ πόλις.] Sic reſcripſimus ex Voſſiano codice, pro ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον, ſicuti in aliis editionibus erat excuſum.

Ἄ Μ Υ Μ Ν Ο Ι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. A [42] Ῥιανὸς * λέγεται ὁ Ἀμυμναῖος, καὶ Ἀμυμναία.

Ἀ Μ Ύ Ν Τ Α Ι, ἔθνος Θεσπρωτικόν.

[43] - - - μένος πνείοντες Ἀμύνται.

καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἠπειρωτῶν πολιτείᾳ. B

Ἀ Μ Ύ Ρ Γ Ι Ο Ν, πέδον Σακῶν· [44] Ἑλλάνικος Σκύθαις. [45] τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος, ὡς αὐτός φησιν.

Ἄ Μ Υ Ρ Ο Σ [46], πόλις Θεσσαλίας, [47] ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀργοναυτῶν· C

- - - πολυβότρυος [48] ἀντ' Ἀμύροιο.

[49] καὶ πο * . θηλυκόν· [50] ἄδηλον δὲ τὸ Ἡσιόδειον.

[51] Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο.

τὸ ἐθνικὸν Ἀμυρεὺς, [52] ὡς Κάμειρος Καμειρεύς. D καὶ τὸ κτητικὸν, Ἀμυρήϊος· καὶ Ἀμυρηῒς τὸ θηλυκόν. Εὔπολις δὲ Ἀμύρους αὐτοὺς λέγει, πλησιοχώρους τῆς Μολοττίας. ἐκ τούτου καὶ Ἀμυραῖοι λέγονται. [53] Σουΐδας δ' ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὅτι οὗτοι ἐκαλοῦντο Ἐορδοί. ὕστερον δὲ E Λέλεγες οἱ αὐτοὶ, καὶ Κένταυροι, καὶ Ἱπποκένταυροι. καὶ τὴν πόλιν [54] Ἀμυρικὴν καλεῖ.

Ἀ Μ Φ Α Ν Α Ι̂, πόλις Δωρική· Ἑκαταῖος ἐν πρώτῃ γενεαλογιῶν. Θεόπομ-

A M Y M N I, gens Epirotica, cujus Rhianus meminit. Gentile Amymnius. Dicitur quoque Amymnæus & Amymnæa.

A M Y N T Æ, gens Theſprotica.

- - - *Robur ſpirantes Amyntæ.*

B Et Ariſtoteles in Epirotarum Politia.

A M Y R G I U M, Sacarum campus, quem Hellanicus Scythis attribuit. Gentile Amyrgius, uti idem perhibet.

A M Y R U S, urbs Theſſaliæ, quæ ab Ar- C gonauta quodam nomen accepit.

- - - *E regione uvarum feracis Amyri.*

Urbis nomen fœminino genere effertur. In Heſiodi verſu incertum eſt.

Dotio in campo è regione uvarum feracis Amyri.

D Gentile Amyrenſis, uti Camirus Camirenſis. Poſſeſſivum Amyreïus, & fœmininum Amyreïs. Verum Eupolis incolas Amyros appellat, & Moloſſiæ vicinos ſcribit: Unde etiam Amyræi nominantur. Sed Suidas in Genealogiis refert, Eordos, poſtea ipſos Le- E leges, Centauros & Hippocentauros nominatos fuiſſe. Urbem ipſam Amyricam nuncupat.

A M P H A N Æ, urbs Dorica, cujus meminit Hecatæus libro primo Genealogiarum. Theopom-

cuſum. Euſtathius, loco jam citato, etiam hujus civitatis, fortaſſis ex Stephano, mentionem facit.

42 Ῥιανός. * λέγεται ὁ Ἀμυμναῖος.] In omnibus vulgatis codicibus hic locus circumfertur mutilus, & ex MSS nullum omnino auxilium. Poſſet tamen, uti tentavit Salmaſius ad oram ſui Stephani, hoc modo in integrum reſtitui atque ſuppleri: Ῥιανός. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμύμνιος. λέγεται ὁ Ἀμυμναῖος, καὶ Ἀμυμναία.

43 Μένος πνείοντες Ἀμύνται.] Corrupte in omnibus MSS & vulgatis legitur: μένος πνείοντες Ἀμύντου.

44 Ἑλλάνικος Σκύθαις.] Cenſet Xylander pro Σκύθαις reponendum eſſe Σκυθικοῖς, quo titulo Stephanus in voce Ἀμάδοκοι quendam Hellanici tractatum citat. Lubet tamen à Xylandro hac in re diſſentire, & cum Salmaſio legere: Ἑλλάνικος Σκυθῶν, quaſi alii Sacis, Hellanicus vero Scythis, campum hunc annumerarent.

45 Τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος.] Amyrgiorum meminit Herodotus lib. VII: τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον. Οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.

46 Ἄμυρος πόλις Θεσσαλίας.] Urbem & fluvium hoc nomine in Theſſalia commemorat Apoll. Rhodii ſcholiaſtes ad lib. I: Ἄμυρος Θεσσαλίας ποταμὸς ἐκρέων, μετὰ τὴν Μελίβοιαν κείμενος. προσαγορευόμενος ἀπὸ Ἀμύρου τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος. ἔστι δὲ ἡ πόλις αὐτόθι. Fluvii etiam meminit Val. Flaccus lib. II.

- - *Vidiſſe putabant Dolopeïa buſta,*
Intrantemque Amyron curvas quæſita per oras
Æquora. - - - - - -

47 Ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀργοναυτῶν.] Apollonium Rhodium, Apollodorum, Hyginum & Val. Flaccum catalogum omnium Argonautarum pertexuiſſe, omnes norunt, qui bonas literas de limine ſalutarunt: ſed *Amyrum* hunc inter illos recenſeri, non video.

48 Ἀντ' Ἀμύροιο.] Xylandrum ſequimur. Priores editiones corruptiſſime exhibent, αὐταμύροιο, & libri ſcripti, ἀνταμύροιο. Caſaubonus in ſuis ad Strabonem commentariis emendat, ἄγχ' Ἀμύροιο, addens ſe neſcire, quid ſit ἀντ' Ἀμύροιο. Exiſtimo ego, ſcriptum eſſe pro ἄντα Ἀμύροιο, id eſt ἀντικρὺ, contra, è regione: tali enim ſignificatu τὸ ἄντα reperitur apud Dionyſ. de ſitu orbis, ubi refert Rhodum ex adverſo oræ Ægyptiæ ſitam eſſe:

- - - - Ἄντα δὲ πέζης
Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστὶν, Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν.

49 Καὶ πο * θηλυκόν] In omnibus editionibus hic locus hiulcus conſpicitur. In ſchedis Voſſianis lacunam non obſervavi, in iis enim erat exaratum: ἡ πόλις θηλυκόν: & ſimili modo Salmaſius in cod. Palatino invenit. Legendum fortaſſis: ἡ πόλις θηλυκῶς, quo dicendi genere Stephanus paſſim utitur.

50 Ἄδηλον δὲ τὸ Ἡσιόδειον.] Niſi bis apud Strab. lib. IX. & lib. XIV, hoc Heſiodi carmen legeretur, ſtarem à partibus magni Salmaſii, cenſentis hic mendam latere, & pro τὸ, quod omnes vulgati ſervant, ἡ legendum. Quaſi incertum eſſet an Heſiodo, an vero alii poëtæ attribui deberet, nam in antiquorum manibus verſabatur poëma inſcriptum Αἰγίμιος, incerti auctoris, quem tamen alii Heſiodum, alii vero Cercopem Mileſium exiſtimaverunt, uti pag. 4. luculenter demonſtravimus. Verum candide meam lectori opinionem aperiam, ſcilicet Stephanum hiſce verbis indicare voluiſſe, non ſatis manifeſte ex hoc carmine liquere, quo genere Heſiodus τὸ Ἄμυρος uſurpaverit.

51 Δωτίῳ ἐν πεδίῳ &c.] Locum integrum ex Strabone huc tranſcribam:

Ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς,
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο,
Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

52 Ὡς Κάμειρος Καμειρεύς.] Sic libri editi omnes: ſed ſuo loco Stephanus exhibet, Κάμιρος Καμιρεύς.

53 Σουΐδας ἐν ταῖς γενεαλογίαις.] Lexicographum, Stephani ætate multo inferiorem, cave intelligas. Ejuſdem ſcriptoris noſter meminit in Δωδώνη, verum libri index ibi reticetur: Καὶ Σουΐδας δέ φησι, Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ.

54 Ἀμυρικὴν καλεῖ] Polybius lib. V. campi Amyrici meminit, quem collocat ultra Demetrienſes & Pharſalios, in quem ſæpius Ætoli populabundi invadebant: Ποιούμενοι τὰς καταδρομὰς, ἕως ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον.

πομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ, ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν. ἔστι καὶ χωρίον Θετταλίας. ὡσαύτως τὸ ἐθνικὸν Ἀμφαναῖος, καὶ Ἀμφαναιεύς. A

Ἀμφ' Ἄξιον [55], δύο μέρη λόγου, ποταμός. τὸ ἐξ αὐτοῦ, Ἀμφαξίτης· Στράβων ἑβδόμῃ. B

Ἄμφεια, πόλις Μεσσήνης· [56] Παυσανίας τετάρτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφεύς. καὶ ὁ τύπος γὰρ Ἀρκάς, ὡς τὸ Ἡραιεύς.

Ἀμφιγένεια, πόλις Μεσσηνιακή· C [57] Στράβων ὀγδόῃ. ἔστι δὲ κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον, τῆς [58] Μακιστίας· κατὰ δὲ τὸν Ἀντίμαχον, τῆς Μεσσηνίας. ἔχει δὲ ἡ πόλις Λητοῦς ἱερόν. [59] Φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα. [60] Μενέλαος δέ φησι, D καὶ Ἀμφιγένειον εἰρῆσθαι. τὸ ἐθνικὸν Ἀμφιγενειάτης, [61] διὰ τὸν Πελοποννήσιον χαρακτῆρα, ἢ καὶ Ἀμφιγενεύς.

Ἀμφίδολοι, πόλις τῆς Τριφυλίας. καὶ οἱ πολῖται ὁμοίως, ὡς Θούριοι, καὶ [62] Θαυμακοὶ, E καὶ Λεοντῖνοι, καὶ Δελφοὶ, οὕτως Ἀμφίδολοι.

Ἀμφίκαια, πόλις Φωκίδος. [63] Παυσανίας δεκάτῃ. ὁ αὐτὸς Ἀμφίκλειαν εἶπεν. [64] ὁ πολίτης, Ἀμφικαιεύς. F

AMPHANÆA ... pompus eam in libro v. Philippicorum Amphanæam appellat. Eſt item Theſſaliæ caſtellum, cujus gentile conſimiliter Amphanæus & Amphanæenſis dicitur.

AMPHAXION, duæ partes nominis fluvius. Inde nomen Amphaxites deducitur, auctore Strabone libro ſeptimo.

AMPHIA, civitas Meſſeniæ, cujus meminit Pauſanias lib. quarto. Gentile, Amphenſis. Eſt enim forma Arcadica, ut Heræenſis.

AMPHIGENIA, urbs Meſſeniæ, auctore Strabone libro octavo; ſed ſecundum Apollodorum Maciſtiæ eſt, & ſecundum Antimachum Meſſeniæ. Habet hæc urbs Latonæ templum, & inde, uti ferunt, nomen accepit, quod Latona eo adveniens, Apollinem ibi pepererit. Refert Menelaus etiam Amphigenium dictum fuiſſe. Gentile, Amphigeniates, propter Peloponneſiacam dicendi formam, ſive Amphigenenſis.

AMPHIDOLI, oppidum Triphyliæ, cujus oppidani eodem gaudent nomine, quemadmodum Thurii, & Thaumaci, & Leontini & Delphi, neque aliter Amphidoli.

AMPHICÆA, urbs Phocidis, auctore Pauſania libro decimo, qui eam quoque Amphicleam nominavit. Civis Amphicæenſis dicitur.

Ἀμ- AM-

55 Ἀμφ' Ἄξιον, δύο μέρη λόγου, ποταμός.] Longe aliter hæc verba in codice Voſſiano concipiuntur: Ἀμφάξιον, δύο μέρη λόγου, πόλις. τὸ ἐξ αὐτοῦ Ἀμφαξίτης. Hic vides vocem eſſe compoſitam, & de urbe mentionem fieri: verum neutra lectio, neque vulgata neque ſcripta, mihi videtur approbanda: nam aut fluvium aut urbem hoc nomine fuiſſe, veterum teſtimonio nemo evincet. Regiones & tractus fluminibus adjacentes, ſæpius ab iiſdem denominationem ſortiri, unicuique notius eſt, quam quod doceri debeat: ſic in noſtro Belgio Rhijnland/Amſtelland/Schieland / à fluviis per iſtos tractus decurrentibus, nomen accepere. Adeo ut cenſeam, hoc loco debere intelligi tractum quendam Axio adjacentem, non vero fluvium neque urbem; quique ab aliis ſcriptoribus non Ἀμφ' Ἄξιον ſed Ἀμφαξῖτις appellabatur: quod dico inductus teſtimonio Strabonis, ita enim in epitome libri ſeptimi legimus: Ὅτι τὴν Πέλλαν οὖσαν μικρὰν πρότερον, Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε, τραφεὶς ἐν αὐτῇ. ἔχει δὲ λίμνην, πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λουδίας ποταμὸς ῥεῖ. τὴν δὲ λίμνην πληροῖ τοῦ Ἀξίου τι ποταμοῦ ἀπόσπασμα. εἶτα ὁ Ἄξιος, διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν γῆν. Bis etiam Ptolemæus lib. III. cap. XIII. Amphaxitidis meminit, quæ circa Axium in Macedonia regio eſt, & Polyb. lib. v. Verum per me quoque licebit, vulgatam hujus vocabuli lectionem integram ſervare, cum conſtanter omnes libri ita legant, & ſimili modo una ex Fœderati Belgii provinciis d' Ommelanden appelletur.

56 Παυσανίας τετάρτῳ.] Quia Pauſanias oppidi ſitum accuratiſſime deſcripſit, ejus verba ex libro quarto huc transferre libuit. Ἡ δὲ Ἄμφεια πρὸς τῇ Λακωνικῇ πόλισμα ἦν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ, μεγέθει μὲν οὐ μέγα, ἐπὶ λόφου δὲ ὑψηλοῦ κείμενον, καὶ ὑδάτων πηγὰς εἶχεν ἀφθόνους.

57 Στράβων ὀγδόῃ.] Procul dubio ad hunc Strabonis locum reſpicit: Καὶ Ἀμφιγένεια δὲ τῆς Μακιστίας ἐστὶ περὶ τὸν Ὑψόεντα, ὅπου τὸ τῆς Λητοῦς ἱερόν. Sequitur Apollodori ſententiam Strabo, etiam Amphigeniam Maciſtiæ attribuens.

58 Μακιστίας.] In Aldina & Florentina editione corruptiſſime legitur, τῆς Μασικίας, quod Strabonis auctoritati repugnat.

59 Φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα.] Non puto hunc locum eſſe vitii plane immunem: fortaſſis legendum hunc in modum: φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ ἔτεκεν τὸν Ἀπόλλωνα. Vel ſi expungas τὸ ὅτι, legendum erit: φασὶ γὰρ, ἐκεῖ παραγενομένην Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα.

60 Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειον εἰρῆσθαι.] Ita repoſuimus auctoribus libris manu exaratis. Peſſime vulgati codices exhibebant: Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι. Nos antiquam & veram lectionem revocaſſe, etiam Euſtathii teſtimonio confirmare poſſumus, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 297. Ἡ δὲ Ἀμφιγένεια, παρά τισι δὲ ἑτέρως λέγεται τὸ Ἀμφιγένειον. πολίτης αὐτῆς Ἀμφιγενειάτης καὶ Ἀμφιγενεύς. εἶχε δὲ Λητοῦς ἱερὸν, ἐπεί φασιν ἐκεῖ Λητὼ, παραγενομένη, ἔτεκεν Ἀπόλλωνα. Quis hic Menelaus fuerit, lege in voce Ἀναία.

61 Διὰ τὸν Πελοποννήσιον χαρακτῆρα.] Sic vulgati omnes; Liber Voſſianus: διὰ τὸν Πελοποννησίων χαρακτῆρα. Sed res eodem redit, quocunque modo legeris.

62 Θαυμακοί.] Nihil ad rem facere videtur hæc vox; quia οἱ πολῖται ὁμωνύμως τῇ πόλει ſunt appellandi. Θαυμακία urbs eſt Magneſiæ, cujus incolæ Θαυμακοί dicuntur Stephano & Euſtathio. Sed Ἀμφίδολοι eſt nomen urbis, & πολῖται ὁμοίως appellantur. Eadem etiam ratio in multis aliis obtinet, ut in Δελφίνιοι, Δελφοί, &c.

63 Παυσανίας δεκάτῃ. ὁ αὐτὸς Ἀμφίκλειαν εἶπεν.] Nuſquam hoc oppidum à Pauſania Ἀμφίκαια, ſed paſſim Ἀμφίκλεια dicitur. Ὁδὸς δὲ ἡ ἐς Ἀμφίκλειαν σταδίων ἐκ Λιλαίας ἐστὶν ἑξήκοντα. ταύτην τὴν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἵ τε ἐπιχώριοι τὸ ὄνομα, καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ὀφιτείαν ἐκάλεσεν, ἑπόμενος τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων. Falſum eſt quod ſcribit Pauſanias, Herodotum urbem Ophitiam appellaſſe, cum certiſſimum ſit, hoc nomen in ejus libris non occurrere: verum malo ſtatuere Pauſaniæ locum corruptum, & pro Ὀφιτείαν reſcribendum eſſe Ἀμφίκαιαν, quo nomine urbs ab Herodoto lib. VIII. inſignitur: Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν ἐδήιουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρυμὸν πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν &c.

64 Ὁ πολίτης, Ἀμφικαιεύς.] Non utitur hoc gentili Pauſa-

Ἀμφίλοχοι[65], πόλις[66] Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ[67] Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες[68] ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου,[69] καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα.[70] οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι, καὶ Ἀμφιλοχικοί, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. A B

ΑΜΦΙΜΑΛΛΙΟΝ, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀμφιμάλλου. ὁ πολίτης, Ἀμφιμαλλιεὺς, ἢ Ἀμφιμάλλιος.[71] λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιμαλλαῖος. C

ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ,[72] πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην,[73] ἥ τις ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο·[74] κεκλῆσθαι δὲ Μύρκινον, καὶ Ἠιόνα. Ἀμφίπολιν δὲ, διὰ τὴν περιῤῥοίαν τοῦ Στρυμόνος, ὡς Θουκυδίδης τετάρτῃ. ἐκαλεῖτο δὲ[75] καὶ Κράδεμνα, καὶ Ἀνάδραιμος. Ἔστι καὶ πόλις D Συρίας,

AMPHILOCHI, urbs Acarnaniæ, etiam Amphilochicum Argos dicta: nomen accepit ab Amphilocho Amphiarai filio. Regio etiam Amphilochia dicitur. Cives appellantur Amphilochi & Amphilochici, ab Amphilochico Argo.

AMPHIMALLIUM, oppidum Cretæ, quod ab Amphimallo nomen habet. Oppidanus Amphimallenſis ſive Amphimallius. Dicitur quoque Amphimalla, & gentile Amphimallæus.

AMPHIPOLIS, urbs Macedoniæ juxta Thraciam, quæ olim Novem viæ vocabatur. Referunt hanc urbem etiam Myrcinum & Eionem, & Amphipolim, quod eam amnis Strymon circumfluat, dictam eſſe, uti perhibet Thucydides libro quarto. Appellabatur etiam Crademna & Anadræmus. Eſt item Syriæ

Pauſanias, ſed multis in locis libri decimi formavit Ἀμφικλειεὺς à voce Ἀμφίκλεια, ita enim ille: Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀμφικλειέων, μάντιν τε σφίσι τὸν θεὸν τοῦτον καὶ βοηθὸν νόσων σφίσι καθεστηκέναι.

65 Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας &c.] Ita Clariſſimus Voſſius in obſervationibus ad Melam ex libris antiquis hunc locum ſupplevit, qui in vulgatis exemplaribus mutilus circumferebatur; nam hunc in modum exhibebant: Ἀμφίλοχοι, καὶ Ἀμφιλοχικοί, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. Iſta itaque lectio habebat, quod Græci dicunt, οὐδὲν ὑγιές: nam ſenſum ex verbis expiſcari nemo poterat. Urbis nomen à noſtro πληθυντικῶς effertur, contra auctoritatem omnium ſcriptorum, tam Græcorum quam Latinorum, uti infra fiet manifeſtum.

66 Ἀκαρνανίας.] A pleriſque auctoribus Amphilochicum Argos Acarnaniæ accenſetur. Scylax Caryandenſis ab hoc oppido Acarnaniam exorditur, ita enim ille: Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστί. καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Εὔριπος, καὶ Οὔριτον ἐν τῷ Ἰονίῳ. Secundum Polybium in excerpt. Legat. cap. XXVIII, diſtabat Argos Amphilochicum ab Ambracia centum & octuaginta ſtadia: παραγενόμενος δὲ πρὸς Ἄργος τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν κατεστρατοπέδευσεν ὅσον ἀπέχει τῆς Ἀμβρακίας ρπ' στάδια.

67 Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος.] Hæc tritiſſima eſt appellatio & paſſim in antiquorum ſcriptis obvia, numero plurativo nuſquam effertur. Dicitur à Pomp. Mela lib. II. cap. III. *Argia Amphilochis*, uti olim emendavit Clar. Voſſius. *In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt. Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & qua minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes quæ aſſidunt; Actium, Argia Amphilochis, Ambracia &c.*

68 Ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου.] Urbem condidiſſe Amphiaraum & ab eo nomen accepiſſe luculenter teſtatur Thuc. lib. II. hiſce verbis: Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Ἀμφιλοχίαν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει, Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιαρέω ἐν τῷ Ἀμβρακικῷ κόλπῳ ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας, καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας. Verſabatur Scumnus Chius in eadem cum Thucyd. opinione, nam ſic ille:

- - - - Εἶτ' Ἀμφιλοχικὸν
Ἄργος λεγόμενον. τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ
Ἀμφίλοχος υἱὸς Ἀμφιαράου μάντεως.

Vide etiam hac de re Strabonem libro VII. qui cum Thucydide conſentit, & ejus teſtimonium in medium producit. Apollod. lib. III. de origine Deorum neque Thucydidem neque alios ſequitur, nam non ſtatuit Amphilochum Amphiarai filium, ſed ex Alcmæone nepotem facit.

69 Καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα.] Vide locum Thucydidis commentario præcedente allegatum.

70 Οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι.] Sic oppidani & oppidum eodem, juxta Stephani opinionem, nomine gauderent: verum de urbis appellatione hac non eſt manifeſtum. Paſſim Strabo hoc voce utitur, ut lib. VI: Εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας. Et lib. VII: Ἠπειρῶται δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι. Polyb. lib. XVII: Ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν Ἑλλάς. Verum Hub. Goltzius ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ in antiquo numiſmate percuſſum vidit.

71 Λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα.] Strab. lib. X. maritimam καλεῖ κατοικίαν, & Plinius lib. IV. cap. XII. urbem hoc nomine agnoſcit. Facile mihi perſuadeo ad mare fuiſſe ſitam, cum Ptolemæus lib. III. cap. XVII. de Amphimali ſinu mentionem facit. Apud Dicæarchum occurrit Amphimela, ſed ibi Ἀμφίμαλλαν reſcribendum eſt.

- - - - Εἶτ' ἐχόμενον
Κεδρισόν, Ἀμφίμαλλάν τε καὶ Μεσσάπιον,
Ὄρος τε Δικταῖον ἐπὶ δυσμὰς φέρον.

72 Πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην.] Ad Strymonem fluvium ſitam eſſe hanc urbem, inferius docet Epitomator. De ſitu conſulendi ſunt Thuc. Scylax, Strabo, Ptolemæus, Conſtantinus Prophyrog. & alii.

73 Ἥ τις ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο.] Ita antiquis temporibus urbem fuiſſe appellatam, ſatis eſt manifeſtum ex Polyæno, apud quem lib. VI. ita eſt legendum: Ἄγνων Ἀττικὴν ἀποικίαν ἤγαγεν, οἰκίσαι βουλόμενος τὰς καλουμένας θ' ὁδοὺς ἐπὶ τῷ Στρυμόνι. Tempore Agnonis erat pagus, & uti ex eodem ſtratagemate diſcimus, ab ipſo foſſa & vallo muniebatur, & alio nomine Amphipolis dicebatur.

74 Κεκλῆσθαι δὲ Μύρκινον καὶ Ἠιόνα.] Codd. ſcripti exhibent: κεκλῆσθαι δὲ Μύρκινον καὶ Ἠιόναν. Μυρίκη hic nihil ad rem facit; nam maris rubri inſula eſt, cujus Stephanus alibi ex Marciano meminit. Clariſſimus Voſſius, optime, uti ſolet, repoſuit Μύρκινον, & luculenter oſtendit, Stephani Epitomatorem ex Thucydide, quem teſtem adfert, miſerrime cæcutire: nam hoc palam falſum eſt, Amphipolin Myricen aut Murcinum fuiſſe appellatam, cum revera ab Amphipoli diverſum ſit oppidum, quemadmodum diſerte teſtatur Thuc. ubi inquit: τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀμφίπολιν ἐξηγεῖτο. καὶ Μύρκινός τε αὐτῷ προσεχώρησεν Ἠδωνικὴ πόλις. Item alibi, ubi Pruſidæ copias enumerat: καὶ Μυρκινίων, καὶ Χαλκιδέων χιλίους πελταστὰς εἶχε, πρὸς τοῖς ἐν Ἀμφιπόλει. Sed etiam Eionem aliam eſſe ab Amphipoli, idem Thuc. declarat, cum hanc maritimum eſſe ait emporium: nam Amphipolis magis mediterranea eſt, & viginti quinque ſtadiis inde abeſt. Hæc ſunt ejus verba: ὁρμῶντο δ' ἐκ τῆς Ἠιόνος, ἣν αὐτοὶ εἶχον ἐμπόριον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἄγνων ὠνόμασεν. Quid iſtis verbis aut clarius aut diſtinctius dici potuerit, ego non video.

75 Καὶ Κράδεμνα, καὶ Ἀνάδραιμος.] Ex ipſo Thucydide, quem auctorem citat, ratio ipſa & veritas Stephanum jam erroris atque falſi convicerunt. Quoniam autem de hiſce

Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κτίσμα Σελεύκου. καλεῖται δὲ 76 ὑπὸ τῶν Σύρων Τούρμεδα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης.

Ἄμφισσα 77, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν. ἐκλήθη δὲ 78 διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρακειμένοις. παραγώγως δὲ, ὡς ἐκ τῆς 79 ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τῆς ἐπὶ ἔπισσα, οὕτως ἀμφὶ Ἄμφισσα. ὁ πολίτης Ἀμφισσαῖος, καὶ Ἀμφισσεύς. τὸ ἐκ τόπου, Ἀμφισσῆθεν. ἔστι καὶ χώρα τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας Ἀμφισσηνή, 80 ὡς Στράβων ιβ.

Ἀμφιτροπή 81, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης, 82 Ἀμφιτροπαιεύς. τὰ τοπικὰ, Ἀμφιτροπῆθεν, ἐκ τόπου· Ἀμφιτρόπηνδε, εἰς τόπον· 83 καὶ Ἀμφιτρόπης, ἐν τόπῳ. δοκεῖ δὲ τὸ 84 Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, τοῦ Ἀμφιτροπαίου. τὰ γὰρ εἰς ευς, ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν, ἰσοσυλλαβεῖ τοῖς πρωτοτύποις· Σινώπη Σινωπεύς.

Ἄμ-

A Syriæ oppidum ad Euphratem, à Seleuco conditum, vocatur autem à Syris Turmeda. Gentile, Amphipolita.

AMPHISSA, urbs Locrorum Ozolorum, ita nuncupata quod undique montibus adjacentibus cingatur. B Sed voce ſic deducta appellatur, uti ex ἀντὶ Antiſſa, & ex ἐπὶ ἔπισσα, ita etiam ἀμφὶ Amphiſſa. Oppidanus inde dicitur Amphiſſæus & Amphiſſenſis. Reperitur quoque adverbium de loco Ἀμφισσῆθεν. Eſt item parvæ Armeniæ regio Amphiſſene dicta, uti C Strabo libro undecimo auctor eſt.

AMPHITROPE, populus Antiochidis tribus, cujus popularis Amphitropenſis dicitur. Hinc deducuntur localia, quæ ex Amphitrope, ad Amphitropen, & in Amphitrope denotant. D Videtur autem τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ex alio, ſcilicet ab Ἀμφιτροπαῖος formatum eſſe. Nam gentilia in ευς à nominibus fœmininis in η derivatis, pares cum primitivis habent ſyllabas, quemadmodum Sinope Sinopευs.

AM-

hiſce appellationibus apud antiquos, excepto Suida, altiſſimum eſt ſilentium, facile hac in re aſſenſum præbemus.

76 Ὑπὸ τῶν Σύρων Τούρμεδα.] Stephanum plurimis in locis Punica, Hebraïca & ad alias linguas ſpectantia, non duntaxat male pronuntiaſſe, verum etiam perverſe exaraſſe & intellexiſſe, multis argumentis poſſet demonſtrari: Ἰδουμαῖοι inquit, ἔθνος Ἑβραίων ἀπὸ Ἀδόμου. ἄδομα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρόν. Quam inſulſe & inficete hæc dixerit, ad illum locum videbis, & aliud exemplum tibi vox Σκυθόπολις ſuppeditabit. Si quid conjectura valeam, cenſeo urbem, de qua nunc loquitur, eandem eſſe, quam geographus Nubienſis طرعمدين *Tur-aamdim* appellat, & non procul ab Euphrate, in regione Dajar-Rabiaa inter Tigrim & Euphratem, collocat; ita enim ille parte ſexta, climate quarto: *De provinciis Dajar-Rabiaa ſunt Niſibin, Azun, Amed, Raſaain, Majafárecqin, Baërbája, Balad, Sangiar, Farda, Barida, Tur-aamdim.* Situs non male quadrat, nam Syriæ nomen in antiquorum ſcriptis latiſſime patuit. Si quis objiciat Τούρμεδα ab Arabica notione aliquantulum differre, ei regeram, ſic ſolere noſtrum, ubi barbara vocabula Græca terminatione exornat, nam à *Beth-ſhemeſch*, quod proprie fanum ſolis denotat, ille Βαισαμψα formavit, uti ſuo loco oſtendemus. Quam facile igitur à Beth-ſhemeſch Βαισαμψα, tam facile etiam, & facilius à Tur-aamdin Τούρμεδα deducetur.

77 Ἄμφισσα, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν.] Fuit hæc primaria Locrorum Ozolorum urbs, in Phocidis confiniis non longe à Delphis ſita: ut hoc appareat verum eſſe, unicum tantum adducam locum ex Æſchine: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἥκομεν ἕωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν. ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἑξήκοντα στάδια ἄπωθεν οἰκοῦντες Δελφῶν, ἧκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί. Si cui lubeat cum Æſchine conferre Herodotum, Scylacem, Demoſthenem oratione de corona, Strabonem, Ptolemæum, & alios quam plurimos, ille de ſitu erit certiſſimus.

78 Διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρακειμένοις.] Adfert Stephanus nominis rationem, quam fortaſſis ex Ariſtotele hauſit, qui in Opuntiorum Republica, teſte Harpocratione, ita ſcripſit: Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων πολιτείᾳ οὕτω λέγει. Ἀνδραίμων δὲ ἦν οἰκιστής, Ἄμφισσαν δὲ ὠνόμασε, διὰ τὸ περιέχεσθαι τοῖς [...] ὄρεσι. Sed operæ pretium videtur huc etiam Pauſaniæ verba tranſcripſiſſe, in quibus non tantum nominis origo, ſed & urbis memorabilia in lucem protrahuntur, ita enim ille lib. x. Τὸ μέν τοι ἐξ ἀρχῆς τοῦ γένους Λοκρῶν εἰσι. τεθῆναι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀμφίσσης τῆς Μάκαρος τοῦ Αἰόλου φασὶν, καὶ Ἀπόλλωνα ἐραστὴν γενέσθαι τῆς Ἀμφίσσης. κεκόσμηται δὲ ἡ πόλις κατασκευῇ τε ἄλλῃ, καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην, ἔστι μὲν μνῆμα Ἀμφίσσης, ἔστι δὲ Ἀνδραίμονος. Pauſanias igitur non ἀπὸ τοῦ περιέχεσθαι τοῖς ὄρεσι, ſed ab Amphiſſa Macaris filia nominis etymologiam deducit, & in eo tantum cum Ariſtotele convenit, quod etiam Andræmonem urbis conditorem agnoſcat.

79 Ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τῆς ἐπὶ ἔπισσα.] Antiſſam in Lesbo inſula eſſe, poſtea Stephanus indicabit: ſed de Ἔπισσα aliis in locis nihil invenies: & quoniam hæc vox nuſquam ab antiquis pro regione aut urbe ſumitur, neceſſe eſt, ut aliud quid ſtatuamus. Urbium nomina noſter, ut & gentilia, aliquando ſolet conferre cum appellativis & aliis: hujus rei exempla habemus paſſim. In Ἀγάμεια, λέγεται καὶ Ἀγάμη, ὡς πρέσβεια πρέσβη, καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη, οὕτως Ἀγάμεια Ἀγάμη. Similiter in voce Ἀγέλη, ubi ita inquit: ὀξύνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι δήμου ὄνομα, ὡς τὸ Περγασῆ, καὶ Καλή. καὶ ὅτι τὰ εἰς λη μονογενῆ, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται, εἰ μὴ ἀπὸ φύσει μακρᾶς, ἢ θέσει ἄρχοιτο. Σεμέλη, ἀγέλη. διὰ τὸ παντελῆ, καὶ Ἀγέλη. τὸ πιμελὴ, σεσημείωται. Plurimis argumentis ex Stephano petitis, hoc quod diximus confirmari poteſt; ſed veritas clariori probatione non indiget. Τὸ ἔπισσα igitur eſt adjectivum, quod in maſculino habet ἔπισσος, & nunc duplici, alias vero ſimplici S exaratur. Heſychius: Ἔπισα, ὕστερον γινομένη, νεωτέρα. Ἔπισσον, τὸ ὕστερον γινόμενον. Eodem modo à περὶ poſſet deduci περισσὸς, & à μετὰ μέτασσα, qua de voce conſulendus Etymologici Magni auctor. Verum præter jam allegata exempla, in aliud apud Stephanum incidi, ubi gentilia cum appellativis confert, locum ex voce Δῶρος tranſcribam, quia mirum in modum ad rem facere videtur. Τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. ὃ καὶ ταῖς δύο καταλήξεσιν ἀναλογεῖ, τῇ μὲν Δῶρα Δωρίτης, ὡς Σίγγαρα Σιγγαρίτης, ὡς εἴρηται. τῆς δὲ Δῶρος ὁμοίως Δωρίτης. Σκῖρος Σκιρίτης, χῶρος χωρίτης, μέσος μεσίτης. Sic manifeſtiſſime apparet, nomina προσηγορικὰ propriis, & própria ſæpiſſime appellativis à Stephano commiſceri.

80 Ὡς Στράβων ιβ'.] In libris manu exaratis legitur: ὡς Στράβων ιά.

81 Ἀμφιτροπή, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος.] Hujus Demi etiam memoria reperitur apud Æſchinen Oratione in Timarchum, & apud Heſychium.

82 Ἀμφιτροπαιεύς.] Puto hoc populare nomen eſſe corruptum, reſcribendum Ἀμφιτροπεύς. Alias enim canon ille, quem inferius exhibet Stephanus, non eſt hujus loci, neque τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ἰσοσυλλαβεῖ τῷ πρωτοτύπῳ.

83 Καὶ Ἀμφιτρόπης.] Et hæc lectio in omnibus libris vitioſa eſt: ſine dubio reſcribendum, καὶ Ἀμφιτροπῆσι.

84 Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, τοῦ Ἀμφιτροπαίου.] Salmaſius ad oram ſui codicis emendavit hunc locum, ſed

adeo

ἈΜΦΡΥΣΟΣ [85], πόλις Φωκίδος· A [86] τινὲς διὰ τοῦ β φασίν. [87] ἔστι καὶ ποταμὸς Μαγνησίας. [88] τὸ ἐθνικὸν Ἀμφρύσιος, ὡς Λυκόφρων,

Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον [89] Εὐρυαμπίων.

[90] ἔστι καὶ Ἀμφρυσεύς. B

ἈΝΑΓΥΡΟΥΣ [91], δῆμος Ἐρεχθηΐδος φυλῆς. [92] ὁ δημότης, Ἀναγυρουντόθεν, ὁμοίως τῷ ἐκ τόπου· καὶ Ἀναγυροῦντάδε, εἰς τόπον· καὶ ἐν τόπῳ, Ἀναγυροῦντι. [93] λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος. ἐζήτηται δὲ, πῶς ἔχει τὸ α. C [94] ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος. ἀλλ' [95] ἔοικε τὸ ρ αἴτιον εἶναι, φιλοῦντος τῇ συντάξει τοῦ α. [96] ὡς τὸ Φλυοῦς, Φλυάσιος.

ἈΝΑΖΑΡΒΑ [97], πόλις Κιλικίας· κέκληται [98] ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ὄρους, ἢ [99] ἀπὸ Ἀναζάρβου τοῦ κτίσαντος. D τὸ ἐθνικὸν Ἀναζαρβεύς, ὡς [1] Κα-

AMPHRYSUS, urbs Phocidis, cujus nomen nonnulli per B pronuntiant. Eſt quoque Magneſiæ fluvius. Gentile Amphryſius, quo utitur Lycophron.

Amphryſiorum regem & Euryampiorum.

Dicitur quoque Amphryſenſis.

ANAGYRUS, populus Erechtheïdis tribus, cujus popularis eſt Ἀναγυρουντόθεν ab Anagyrunte, tanquam adverbium de loco. Hinc etiam tale deducitur, quod ad Anagyruntem & in Anagyrunte denotat. Dicitur quoque Anagyraſius. Verum inquirendum eſt, qua ratione literam alpha poſſideat: oportebat enim uti Rhamnuſius efferri. Sed R videtur in cauſa eſſe, quod cum alpha gaudet conſtrui, quemadmodum Phliûs Phliaſius.

ANAZARBA, civitas Ciliciæ; ab adjacente monte, ſive ab Anazarbo conditore ita dicta. Gentile Anazarbenſis, uti Caryandenſis.

adeo exoleta eſt ſcriptura; ut ſenſum inde elicere nequeam. Fortaſſis voluit ſic reſtituere: Δοκεῖ δὲ τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, ἐκ τοῦ Ἀμφιτροπαίου. Nam ſecundum hunc Stephani canonem ab Ἀμφιτρόπη non poteſt formari Ἀμφιτροπαιεὺς, ut ſupra probavimus: ſed quidem ab Ἀμφιτροπαῖος, quemadmodum à Κρηταιεῦς Κρηταιεὺς, Ληναῖος Ληναιεὺς, docente hoc Stephano in voce Ἀμύκλαι.

85 Ἀμφρυσος, πόλις Φωκίδος.] Sub ipſo monte Parnaſſo ſita fuit Amphryſus, & ab Ambryſo heroë nomen ei impoſita eſt, teſte Pauſania lib. x. Ἡ δὲ Ἄμβρυσος κεῖται μὲν ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Παρνασσὸν, τὰ ἐπέκεινα δὲ οἱ Δελφοί. τεθῆναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἀπὸ ἥρωος φασὶν Ἀμβρύσου. Plura ibi legantur de duplici muro, quo Thebani, contra Philippum Macedonem bello ſuſcepto, urbem cinxerunt. Non longe abfuiſſe à Daulide, colligimus ex lib. iv. Polybii: Ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν μὲν, ὅτι συλήσειαν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰτωνίας ἱερὸν, εἰρήνης ὑπαρχούσης. Φωκέων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρυσον καὶ Δαύλιον ἐπεβάλοιντο καταλαβέσθαι τὰς πόλεις. De ſitu qui plura petit, etiam legat Strab. lib. x.

86 Τινὲς διὰ τοῦ Β φασίν.] Promiſcue oppidi nomen exaratur in Pauſaniæ codicibus, nunc per Β, nunc per Π. Frequentior tamen eſt ſcriptura per Β, qua etiam utuntur Polyb. & Strabo.

87 Ἔστι καὶ ποταμὸς Μαγνησίας.] Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad lib. i. Theſſaliæ fluvium ſtatuit; Γράφεται καὶ διὰ τοῦ Β, ὡς Διονύσιος. ἔστι δὲ ποταμὸς Θεσσαλίας. προπαροξύνεται δὲ, ὡς ἐν τῇ η τῆς καθόλου. Idem quoque Callimachi Scholiaſt. perhibet.

88 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφρύσιος.] Goltzius in nummo Domitillæ excuſum vidit: ΑΜΦΡΥΣΙΩΝ ΚΑΙ ΔΑΥΛΙΔΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Hinc liquet Stephanum optimam ſcribendi rationem adhibuiſſe, & quotquot hanc vocem per Φ exararunt.

89 Εὐρυαμπίων.] In ſcriptis codicibus corruptiſſime legebatur, εὐρυαμπύον: Et in Aldi & Flor. edit. nihilo correctior, in illis enim erat: εὐρὺ ἄμπιον. Sed optime Xylander, quem ſequimur, reſtituerat.

90 Ἔστι καὶ Ἀμφρυσεύς.] Hujus formæ gentilibus utitur Pauſanias libro jam citato: Ἄμπελοι δὲ τὸ πολύ εἰσι τοῦ πεδίου καὶ ἐν γῇ τῇ Ἀμβρυσσέων. Et paulo poſt: Ἔστι δὲ ἀγορά τε Ἀμβρυσσεῦσιν οὐ μεγάλη. In Voſſiano codice, uti hic apud Pauſaniam, gentile nomen duplici ſigma ſcribebatur hunc in modum: ἔστι καὶ Ἀμφρυσσεύς.

91 Ἀναγυροῦς, δῆμος Ἐρεχθηΐδος φυλῆς.] Ejus Ariſtophanes in Lyſiſtrata & Harpocration meminere. Erat illic, teſte Pauſania in Atticis, templum Matris Deûm: Ἀναγυρασίοις δὲ μητρὸς θεῶν ἱερόν. Erat quoque planta Anagyris, graviſſimi odoris: alii etiam heroem commemorant, qui vicinorum ædes everterit, quod fanum ſuum violare aggreſſi eſſent. Unde proverbium apud Græcos Ἀνάγυρον κινεῖν. Zenobius Cent. ii. Proverb. lv. Ἀνάγυρον κινεῖν. ἔστιν ὁ Ἀνάγυρος δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα δυσῶδες φυτὸν φύεται. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ κακῷ ἑαυτῶν. Τινὲς δὲ λέγουσι ὅτι ἄνθρωπος ἥρως γέγονεν, ὅστις τοὺς οἴκους τῶν γειτονούντων αὐτῷ ἐκ βάθρων ἀνέστρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἡρῷον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. De Heroë Anagyro etiam eſt apud Diogenianum Cent. i. Proverb. xxv. Plantæ & Heſychius meminit: hinc illud apud Ariſtophanem loco jam citato:

Οὐχ' οὖν Ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ.

92 Ὁ δημότης, Ἀναγυρουντόθεν.] Gentile, adverbii in modum formatum, uſurpavit Ariſtophanes fabula jam allegata: Πόθεν εἰσίν; Ἀναγυρουντόθεν.

93 Λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος.] Vide locum Pauſaniæ, quem ſupra in medium produximus, & Strabonem lib. ix.

94 Ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος.] In Voſſiano codice vocula ὡς exciderat, quæ ad ſententiæ expletionem neceſſario requiritur.

95 Ἔοικε τὸ Ρ αἴτιον εἶναι.] Alio loco dicit, non literam hanc in cauſa eſſe, ſed hoc fieri per pleonaſmum τοῦ Α. quemadmodum in voce Φλιοῦς manifeſte liquet: ὤφειλε δὲ ἀπὸ τῆς Φλιοῦντος γενικῆς, Φλιούσιος. πλεονασμῷ δὲ τοῦ α Φλιάσιος.

96 Ὡς τὸ Φλυοῦς, Φλυάσιος.] Sic exhibent libri editi, excepta Florentina editione, in qua erat: ὡς τὸ Φλυοῦς Φλάσιος. Codex Voſſianus: Φλιοῦς Φλιάσιος. Hanc veram eſſe lectionem exiſtimo, quia iſthac voce rationem reddit pleonaſmi literæ alpha.

97 Ἀνάζαρβα, πόλις Κιλικίας.] Difficile dictu eſt, an hæc ſit genuina nominis terminatio; cum apud Ptol. lib. v. cap. viii. in dandi caſu Ἀναζάρβῳ legatur. Plinius lib. v. cap. xxvii. Anazarbenorum meminit: *Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coraceſium, ſinuſque antiquus Ciliciæ, Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæſar auguſtani* &c. Fuit igitur mediterranea & ut conjicio non procul ab Euphrate.

98 Ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ὄρους.] Hunc locum ex Voſſianis ſchedis ſupplevimus: mutilus enim in omnibus vulgatis codd. circumferebatur: ἀπὸ τοῦ παρακειμένου, ἢ ἀπὸ Ἀναζάρβου. Nomen habere potuit urbs ex eo, quod mons ille procul adſpicientibus flavo colore appareret, nam زرب *Zaraba* flaveſcere, & *Ain-zarba* عين زربة proprie fontem flaveſcentem denotat. Plurima per terrarum orbem loca à colore nomen eſſe ſortita, notius eſt quam quod doceri debeat.

99 Ἀπὸ Ἀναζάρβου.] Sic reſcribere atque edere placuit, ſuadente nummo vetere apud Cl. Spanhemium, in quo excuſum erat ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ. Incertus tamen ſum an urbis, an vero regis alicujus nomen ibi intelligi debeat. In libris vulgatis & ſcriptis conſtanter, ſed peſſime meo judicio, ἀπὸ Ἀζάρβα legebatur, nam hoc neque nummi inſcriptio, neque urbis appellatio patitur.

[1] Καρυανδεύς· [2] ἀφ' ἧς ἦν Διοσκορίδης, ὁ A διασημότατος ἰατρὸς, χρηματίζων Ἀναζαρβεύς· καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀναζαρβεὺς, ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα, καὶ περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον.

ἈΝΑΙ'Α, παροξυτόνως, οὐχ' ὡς [3] Αἴ- B λαια, Ἱστίαια, Κάρθαια. [4] ἔστι δὲ Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου. κέκληται [5] ἀπὸ Ἀναίας Ἀμαζόνος, ἐκεῖ ταφείσης, ὡς [6] Ἔφορος. τὸ ἐθνικὸν, Ἀναῖος. ἐντεῦθεν ἦν Μενέλαος, ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος, καὶ μέγας ἱστορι- C κὸς, Ἀναῖος. Θουκυδίδης ἐν τρίτῃ [7] Ἀναΐτας φησὶ τοὺς πολίτας, [8] καὶ θηλυκῶς.

ἈΝΑΚΑΙ'Α, [9] δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀνακαιεύς. τὰ τοπικὰ, Ἀνακαίαθεν, [10] Ἀνακαίαδε, Ἀνα- D καίας. οἱ δὲ λέγοντες Ἀνακωνόθεν, [11] Ἀνακωνάδε, Ἀνακωνᾶς, οὐκ ἀσφαλῶς φασιν.

ἈΝΑ'ΚΗ [12], ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν Ἀνακαῖος, ὡς Ἀνα- E φαῖος.

ἈΝΑΚΤΟ'ΡΙΟΝ [13], Ἀκαρνανίας πόλις, οὐδετέρως, [14] Κορινθίων ἄποικος. [15] Θου-

Ἐις. Hæc patria fuit Dioſcoridis, medici clariſſimi, qui Anazarbenſis appellabatur, & Aſclepiadæ Anazarbei, qui præter multos alios, etiam de fluminibus librum conſcripſit.

ANÆA, cum accentu in penultima, non uti Lilæa, Hiſtiæa, Carthæa. Eſt autem Cariæ oppidum è regione Sami: ita dictum ab Anæa Amazone ibi ſepulta, quemadmodum Ephorus auctor eſt. Gentile Anæus. Hæc patria fuit Menelai philoſophi peripatetici & magni hiſtorici, qui Anæus dicebatur. Thucydides libro tertio oppidanos Anaïtas nuncupat. Fœmininum inde Anaïtis dicitur.

ANACÆA, populus Hippothoontidis tribus, cujus popularis Anacæenſis dicitur. Hinc formantur localia, quæ ex, ad, & in Anacæa denotant. Verum qui utuntur adverbiis, quæ ex, ad, & in Anacona ſignificant, parum tuto ſic dicunt.

ANACE; uti Anaphe, urbs Achaïæ, cujus gentile Anacæus dicitur, uti Anaphæus.

ANACTORIUM, urbs Acarnaniæ, neutrius generis, Corinthiorum colonia, teſte Thu-

[1] Καρυανδεύς.] Sic correximns: paſſim enim vitioſe Σκαρυανδεὺς ſcriptum erat atque legebatur.

[2] Ἀφ', ἧς ἦν Διοσκορίδης.] Hanc fuiſſe Dioſcoridis patriam etiam teſtatur eximius hiſtoricus Gregor. Abul-Pharaijus Hiſtoria Dynaſtarum, Dynaſt. VI. cujus verba ex verſione Pocockii huc tranſcribam. *Hoc tempore floruit Dioſcorides, medicus eximius, qui de Plantis ſcripſit, ex AINZARBÆ incolis.* Apud Triſtanum nummus eſt cum inſcriptione ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ.

[3] Αἴλαια, Ἱστίαια, Κάρθαια.] Male legebat cod. Voſſ: Αἴγαια. Hinc etiam liquet vocabulum Κάρθαια ubi Stephanus de illo loquitur, non bene ſignari.

[4] Ἔστι δὲ Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου.] Niſi Stephani verba eſſent clariora quam Thucydidis, fluctuandum nobis foret, an Cariæ an vero Samo hæc civitas eſſet attribuenda: ejus verba lib. IV. ita ſunt conſtituenda, ut ſenſum ex iis elicias: Καὶ ἐδόκει αὐτοῖς δεινὸν εἶναι, μὴ ὥσπερ τὰ ἐν Ἀναίᾳ ἐπὶ τῇ Σάμῳ γένηται, ἔνθα οἱ φεύγοντες τῶν Σαμίων καταστάντες. Valla hæc ita tranſtulit, quaſi Ἀναία in Samo eſſet ſita, cum debuiſſet vertere *apud* vel *juxta Samum*: nam ſic Græci dicunt ἐπὶ τῷ ποταμῷ, & ἐπὶ ταῖς θύραις. Pauſanias in Achaïc. etiam Samiorum profugorum meminit, quorum pars Samothraciam occupavit, & pars in continenti juxta Anæam caſtellum ædificavit. Οἱ δὲ ὁμοῦ Λεωγόρῳ περὶ Ἀναίαν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ πέραν βαλλόμενοι τεῖχος &c. Hinc manifeſte liquet è regione Sami ſitam fuiſſe.

[5] Ἀπὸ Ἀναίας Ἀμαζόνος.] Teſtatur etiam Euſtathius nomen ab Amazone accepiſſe, in comment. ad Dionyſ. pag. 109. Ὅτι δὲ καὶ Ἀμαζόνες πολλοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατέχον τόπους ποτὲ, δηλοῦσι καὶ κρῆναί τινες Ἀμαζόνων ὁμώνυμοι, καὶ μὴν καὶ πόλεις. οἷον αὐτή ἡ Ἔφεσος, ἡ Ἀναία. Ibi etiam hæc vox malo accentu, contra Stephani mentem, notabatur.

[6] Ἔφορος.] Scripti libri, Εὔφορος. De qua ſcriptura & ſolenni tranſcriptorum mutatione alibi diximus.

[7] Ἀναΐτας φησὶ τοὺς πολίτας.] Innuit hunc hiſtorici locum: Ὁ δὲ ἄλλα τε ἠργυρολόγει καὶ περιέπλει, καὶ τῆς Καρίας ἐκ Μυοῦντος ἀναβὰς διὰ τοῦ Μαιάνδρου πεδίου μέχρι τοῦ Σανδίου λόφου, ἐπιθεμένων τῶν Καρῶν καὶ Ἀναιϊτῶν, αὐτός τε διαφθείρεται, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί. Poſſet quis contra hæc verba objicere, ſi Anæitæ ſint in Caria, quare à Thucydide communi gentis vocabulo non comprehenduntur? Nullum aliud dabo reſponſum, quam quod fortaſſis Anæitæ cæteris Cariæ incolis, ſe hac occaſione fortiores geſſerint. Sed in Thucydidis codicibus legitur Ἀναιϊτῶν, & Stephanus format Ἀναΐτης, ubi alterum jota tranſcriptorum incuria neglectum videtur.

[8] Καὶ θηλυκῶς.] Eodem mode ſe habent omnes editiones. Liber Voſſ. καὶ θηλυκόν. Huic loco aliquid excidiſſe, ſole meridiano clarius eſt. Legendum fortaſſis: καὶ θηλυκὸν, Ἀναϊτίς.

[9] Δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.] Eadem habent Suidas & Harpocration. Hujus Demi etiam meminit Diogenes Laërtius lib. VIII.

[10] Ἀνακαίαδε, Ἀνακαίας.] Localia hæc in omnibus libris corrupta ſunt, reſcribendum: Ἀνακαίανδε Ἀνακαιᾶσι.

[11] Ἀνακώναδε, Ἀνακωνᾶς.] Etiam hæc vitioſa apparent: fortaſſis reſtituendum, Ἀνακώνανδε, Ἀνακωνᾶσι.

[12] Ἀνάκη, ὡς Ἀνάφη.] Hic locus in ſchedis Voſſianis ita concipitur: Ἀνάγκη, ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν Ἀναγκαῖος ὡς Ἀναφαῖος.

[13] Ἀνακτόριον, Ἀκαρνανίας πόλις, οὐδετέρως.] Ita repoſuimus ſuadentibus ſcriptoribus antiquis, qui nuſquam hanc vocem fœminina terminatione efferunt, uti ſatis abſurde in omnibus vulgatis & ſcriptis libris legebatur: Ἀνακτορεία, Ἀκαρνανίας πόλις οὐδετέρως. Hanc ſcripturam à mala librariorum manu originem duxiſſe, ex eo liquet, quod Stephanus in voce Δυρράχιον, urbis nomen neutro genere & terminatione pronuntiaverit, ſic enim ille: Καὶ δῆλον ὅτι Δυρράχιος τὸ τούτου ἀρσενικὸν, ὡς τοῦ Ἀνακτόριον τὸ Ἀνακτόριος, Βυζάντιον Βυζάντιος, Θούριον Θούριος, Κούριον Κούριος. Hæc de voce & ejus forma ſufficiant, nunc de ſitu etiam aliquid ſubjiciamus: certum eſt urbem fuiſſe ſitam in littore ſinus Ambracici, docet hoc Strabo lib. X. hiſce verbis: Τοῦ δὲ ἱεροῦ (nempe Apollinis Actii) τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον, ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον. Idem quoque ſtatuit Plin. lib. 4. cap. 1. *In ſinu oppidum eſt Ambracia. Moloſſorum flumina Aphas & Arachtus, civitas Anactorica.*

[14] Κορινθίων ἄποικος.] Scribit Scymnus Chius non duntaxat à Corinthiis, ſed etiam ab Acarnanibus conditam, ita enim ille:

Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἐστὶ Ἀνακτόριον πόλις,
Ταύτην δ' Ἀκαρνᾶνες καὶ Κορίνθιοι
Ἀπῴκισαν.

Strabo,

A [15] Θουκυδίδης τετάρτῃ. ἀρσενικῶς παρὰ Σοφοκλεῖ. [16] τὸ θηλυκόν, Ἀνακτόριος, καὶ Ἀνακτορία, ἡ γῆ καὶ Ἀνακτοριεύς. Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ τοῦ ι,

Ἀνακτόριον τὸ δ' ἐπώνυμον χθονός.

B καὶ [17] Εὐγένιος δὲ, ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων, διὰ διφθόγγου φησίν. ἔοικε δ' [18] ἀγνοεῖ ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν.

C ἈΝΑΡΙΑΚΗ, πόλις πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. [19] Στράβων. [20] τὸ ἐθνικὸν Ἀναριάκης, ὡς λέσχη λέσχης, καὶ ἀράχνη ἀράχνης. ἐν ᾗ δείκνυσθαί φησι [21] μαντεῖον κοιμωμένων.

D ἈΝΑΥΑ, πόλις Φρυγίας, [22] ὡς Ἡρόδοτος. τὸ ἐθνικὸν Ἀναυαῖος, ἢ Ἀναυεύς· ἐπειδὴ χαίρουσιν εἰς δυς οἱ Φρύγες.

E ἈΝΑΦΗ, νῆσος μία τῶν Σποράδων, [23] πλησίον Θήρας· ἥτις [24] ἀπὸ Μεμβλιάρου, τοῦ σὺν Κάδμῳ πλεύσαντος εἰς ἀναζήτησιν Εὐρώπης, [25] Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο. τοῖς δ' Ἀργοναύταις [26] ὑπὸ χειμῶνος τευχομένοις καὶ σκο-

A Thucydide libro IV. Apud Sophoclem genere maſculino reperitur. Gentile Anactorius, & fœmininum Anactoria terra, & Anactorienſis. Verum Sophocles per I effert.

Anactorium ejuſdem nominis terræ.

B Eugenius qui ante nos regiæ ſcholæ præfuit in collectione vocabulorum hanc vocem per diphthongum ſcribit: ſed videtur in ſordidum ſive corruptum codicem incidiſſe. Nos autem iſtam vocem per I invenimus.

C ANARIACE, urbs ad mare Caſpium ſita, cujus Strabo meminit. Gentile, Anariacæus, uti à leſche fit leſchæus, & ab arachne arachnæus. In illa templum dormientium oſtenditur.

D ANAUA, urbs Phrygiæ, de qua Herodotus mentionem facit. Gentile, Anauæus, ſive Anauenſis. Quandoquidem Phryges hujuſmodi forma gaudeant.

E ANAPHE, inſula una ex Sporadum inſulis, Theræ vicina, quæ à Membliaro, cum Cadmo navigante ad quærendam Europam, Membliarus appellabatur. Argonautis enim à tempeſtatibus divexatis & caliginoſa

Strabo, libro jam citato, tantum de Corinthiis mentionem facit, cujus verba ad vocem Ἀμβρακία citavimus, & illic legi poſſunt ab iis, qui rem tanti fecerint.

[15] Θουκυδίδης τετάρτῃ.] Verba Thucydidis tranſcribam: Καὶ οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀκαρνᾶνες, ἅμα τελευτῶντος τοῦ θέρους, στρατευσάμενοι, Ἀνακτόριον Κορινθίων πόλιν, ἣ κεῖται ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, ἔλαβον προδοσίᾳ.

[16] Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος, καὶ Ἀνακτορία ἡ γῆ.] Hæc verba eſſe mutila, & corrupta quis non videt? Reſtituebat Salmaſius in margine ſui libri: τὸ ἐθνικὸν Ἀνακτόριος, καὶ θηλυκὸν Ἀνακτορία ἡ γῆ.

[17] Εὐγένιος.] De illo ſatis in allocutione ad lectorem diximus.

[18] Ἀγνοεῖ.] Codex Voſſ. ἀστεῖ. Sed vulgatam lectionem retinemus: nam aperte dico τὸ ἀστεῖ Græcum non eſſe, licet in voce Βάβρας apud Stephanum occurrat. Βάβρας, πολίχνιον Αἰολίδος, ἐγγὺς Χίου. τὸ ἐθνικὸν Βαβραῖτος. εὕρηται καὶ ἰσοσύλλαβος ἡ κλίσις ἐν ἀστεῖ βιβλίῳ. Verum ibi quoque ἀγνοεῖ legendum eſſe, ad illum locum docebimus.

[19] Στράβων.] Locus eſt apud Strabonem lib. XI. Τὸν δὲ παρὰ τὴν Ἀναριάκων καὶ Μάρδων, καὶ Ὑρκανῶν, μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Ὤξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων. Si hunc locum non reſpiciat, neceſſario erit alter ejuſdem libri, qui interjectis quibuſdam verſibus, ſic ſe habet: Τὸ δὲ πλέον Γέλαι, καὶ Δοκουσῖνοι, καὶ Ἀμάρδοι, καὶ Κύρτιοι, καὶ Ἀναριάκαι.

[20] Τὸ ἐθνικὸν Ἀναριάκης.] Codex Voſſ. τὸ ἐθνικὸν Ἀναριακός: & ita quoque Salmaſius in Palatino invenit. Alter codex ipſi exhibebat: τὸ ἐθνικὸν, Ἀναριακαί. Ex diverſa hac ſcribendi ratione colligo, locum eſſe depravatiſſimum, eique auxilium non poſſe ferri citra inſignem mutationem. Totum ego locum ita conceperam: τὸ ἐθνικὸν Ἀναριακαῖος, ὡς λέσχη λεσχαῖος, καὶ ἀράχνη ἀραχναῖος. Non dubito quin Stephanus hoc, vel ſimili modo olim ſcripſerit. Quid ſit λέσχη docet nos Heſychius: Λέσχη, ὁμιλία καὶ ἡ φλυαρία. καὶ ὁ δημόσιος τόπος ἐν ᾧ διέτριβον οἱ πτωχοί, καὶ διελέγοντο ἀλλήλοις. Hujus etiam meminit Suidas, cujus verba ita ſunt legenda: Λέσχη, πολλὴ ὁμιλία καὶ φλυαρία. τὸ δὲ παλαιὸν αἱ καθέδραι, καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθεσαν ἀθροιζόμενοι φιλοσοφεῖν, λέσχαι ἐκαλοῦντο. Λέσχαι itaque ſunt tabernæ, aliaque loca publica, in quibus homines otioſi garriendi & confabulandi cauſa conveniebant, quæ Latinis *ſtationes* appellabantur. Suet. Neron. *Salvidieno Orfito objectum eſt, quod tabernas tres de domo ſua circa forum civitatibus ad ſtationem collocaſſet.* Vide quoque Plin. lib. II. epiſt. IX. Talis autem homo, qui hanc ob cauſam, in hujuſmodi locum accedebat, Λεσχαῖος Græcis dicebatur. Heſychius: Λεσχαῖος, ἐξηγητής, ὁμιλητής. Ab ἀράχνη etiam ἀραχναῖος deduci, illis non eſt ignotum, qui Græcas literas ſibi ſerio habent & amant. Stephanum aliquando uti appellativis, ut gentilium analogiam recte probet, fuſius docuimus in commentariis ad vocem Ἄμφισσα, quo lectorem ablegamus.

[21] Μαντεῖον κοιμωμένων.] Hæc ex eodem Strabonis libro tranſcripſit: ſed admonuit Caſaubonus apud Geographum & Stephanum debere legi, μαντεῖον ἐγκοιμωμένων. Nuſquam enim reperiri κοιμωμένων μαντεῖα, nec dormientium: ſed ἐγκοιμωμένων, & incubantium, quorum apud Plautum, Virgilium, & alios Græcos Latinoſque ſcriptores paſſim eſt mentio.

[22] Ὡς Ἡρόδοτος.] Innuit locum libri ſeptimi: Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ ἐπιτελέα ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ τὸ πρόσω. Ἄναυα δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν παραμειβόμενος &c.

[23] Πλησίον Θήρας.] Strabo lib. X. Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶν νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν. Vide Plinium lib. II. cap. LXXXVII.

[24] Ἀπὸ Μεμβλιάρου.] Sic reſcripſimus ex MSS. Palatinis. Vulgati codices corruptiſſime, ἀπὸ Μεμβλίαρος exhibebant. Vide Stephani locum proxime citatum. Male liber Voſſ. Ἀπὸ Μεμβλιάρους.

[25] Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο.] Stephanus: Μεμβλίαρος νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκίσαντος, &c.

[26] Ὑπὸ χειμῶνος τευχομένοις καὶ σκοτουμένης ἀναφανεῖσα.] Non placuit ſequi ſcripturam editionum veterum, quam etiam retinuit Xylander, divulgando ὑπὸ χειμῶνος τευχομένοις καὶ σκοτουμένῃ ἀναφανεῖσα. Hanc, quam expreſſimus, Salmaſius in Palatinis, & nos in Voſſiano codice invenimus, & veriſſimam judicamus.

καὶ σκοτομήνης ἀναφανεῖσα, [27] Ἀνάφη ἐπικέκληται. καὶ Ἀναφαῖος, τὸ ἐθνικόν. A

ἈΝΑΦΛΥΣΤΟΣ [28], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, [29] ἀπὸ Ἀναφλύστου ἥρωος. Παυσανίας δευτέρῳ· Τροιζηνίου οἱ παῖδες Ἀνάφλυστος καὶ Σφῆττος. [30] ὁ δημότης, B Ἀναφλύστιος. τὰ τοπικά, Ἀναφλυστόθεν, Ἀναφλυστόνδε, Ἀναφλυστοῖ.

ἈΝΔΑΝΙΑ [31], πόλις Μεσσήνης, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ. οὕτω γὰρ καὶ ἡ Μεσσήνη Ἀνδανία ἐκαλεῖτο, ἣν οἰκίσαι φασί τινας τῶν C [32] μετὰ Κρεσφόντου, καὶ οὕτω καλέσαι [33] διὰ τὸ μὴ ἀνδάνειν αὐτοῖς. τὸ ἐθνικὸν Ἀνδανιεύς, ὡς Φίλων ἐν τῇ περὶ πόλεων. [34] ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νι- D κήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν [35] ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ, ἀνατεμόντες, ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιπούς ἐστί τι. [36] καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον, [37] καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, [38] ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Πλούταρχος, καὶ E Ῥιανός. τὸ θηλυκόν, Ἀνδανιάς. λέγεται δὲ καὶ Ἀνδάνιος ὡς Ῥιανός.

ἈΝ-

nosa nocte apparens; Anaphe cognominata eſt. Gentile, Anaphæus.

ANAPHLYSTUS, populus Antiochidis tribus, ab Anaphlyſto nomen habens, teſte Pauſania lib. II. Trœzenis filii fuerunt Anaphlyſtus & Sphettus. Popularis Anaphlyſtius dicitur. Localia ſunt ex Anaphlyſto, ad Anaphlyſtum, in Anaphlyſto.

ANDANIA, urbs Meſſeniæ, quæ ſimili nomine ut regio dicitur; nam ita quoque Meſſene Andania appellabatur. Narrant hanc quoſdam è Creſphontæ ſociis condidiſſe, & ita nuncupaſſe, propterea quod ipſis non placeret. Gentile eſt Andanienſis, auctore Philone libro de urbibus. Hæc patria fuit Ariſtomenis ducis illuſtriſſimi: quem Lacedæmonii, quos ſæpenumero ſuperaverat, admirantes, poſtquam eum bello Meſſeniaco ægre ceperunt, corpore ſectione aperto luſtrabant, an præ cæteris aliquid ſingulare haberet, & invenerunt viſcus immutatum & cor hirſutum, quemadmodum Herodotus, Plutarchus & Rhianus perhibent. Fœmininum eſt Andanias: verum teſte Rhiano etiam Andanius dicitur.

AN-

27 Ἀνάφη ἐπικέκληται.] Refert Apoll. Rhodius lib. IV. ita dictam eſſe inſulam, quia Argonautis metu perculſis ibidem ſol illuxerit.

- - - - Ἀνάφην δέ τε λισσάδα νῆσον
Ἴσκον, ὃ δὴ Φοῖβος μιν ἀτυζομένοις ἀνέφηνε.

Aliam nominis etymologiam lege apud Bochartum parte ſec. lib. prim. cap. XV. Geogr. Sac.

28 Ἀνάφλυστος, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος.] Hujus meminit Herodotus lib. IV. Vide quoque Harpocrationem & Suidam.

29 Ἀπὸ Ἀναφλύστου ἥρωος. Παυσανίας β'.] Integra Pauſaniæ verba ex Corinthiacis apponam: Τροιζῆνος δὲ οἱ παῖδες Ἀνάφλυστος καὶ Σφῆττος μετοικοῦσιν εἰς τὴν Ἀττικήν, καὶ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. Nugas agit Ariſtophanis ſcholiaſtes ad Concion. ubi inquit: Ἀναφλύστιον παρὰ τὸ ἀναφλᾶν πάσχει.

30 Ὁ δημότης, Ἀναφλύστιος.] Goltzius numiſma vetus habuit cum inſcriptione ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΩΝ.

31 Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης.] Vide Pauſaniæ Meſſeniaca. Hanc urbem Homerus Æchaliam nominavit, teſte Euſtathio ad Iliad I.

32 Διὰ τὸ μὴ ἀνδάνειν αὐτοῖς.] Salmaſius in Palatinis libris reperit: Διὰ τὸ μὴ ἀνδάνειν αὐτούς. Sed vulgata lectio eſt præferenda.

33 Μετὰ Κρεσφόντου.] Totam de Creſphonte hiſtoriam legito apud Pauſaniam lib. IV. in Meſſeniacis, ubi refert Meſſeniam ipſi ſorte obtigiſſe.

34 Ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο.] Ariſtomenis parentes & res geſtæ etiam à Pauſania narrantur libro jam bis citato. Ἐπετράφη δὲ νεότης καὶ ἀλκὴ τῆς Μεσσηνίας; οἱ δὲ ἄριστοι καὶ ἀριθμὸν πλεῖστοι περὶ τὴν Ἀνδανίαν, καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ Ἀριστομένης, ὃς καὶ νῦν ἔτι ὡς ἥρως ἔχει παρὰ Μεσσηνίοις τιμάς. De præliis inter Lacedæmonios & hunc ducem, deque ejus fortitudine & aliis rebus legendus idem Pauſanias eodem libro.

35 Ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ.] Sic legunt vulgati omnes: ſed melius MSS., meo quidem judicio, ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς; ut hoc intelligere liceat de bellis, quæ ſæpenumero Ariſtomenes, cum Lacedæmoniis geſſit. Notum enim eſt Græcos ſic ſolere loqui, μετὰ τὰ Τρωϊκά, & ſic Appianus libris ſuis hunc præfixit indicem: Ἀππιανοῦ Λιβυκή, Ἰβηρική, Ῥωμαϊκή &c. Dionyſ. Hal: Μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν.

36 Καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον.] In genere noſter hic loquitur de viſceris cujuſdam immutatione ſive degeneratione, quam deinde ſpeciatim in cordis hirſutia ſitam perhibet. Τὸ σπλάγχνον generalem ſignificationem habere, etiam pueri norunt, adeo ut veteribus medicis aliquando pro corde, jecore, pulmone & aliis internis partibus ſumatur. Heſychius: σπλάγχνα, ἧπαρ, ἔγκατα, καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων. Poſſet itaque etiam hic locus intelligi de viſcere, quod præter naturam ſedem mutaverat, ſicuti aliquando Anatomici veteres & recentiores de jecore & liene obſervarunt. Ariſtoteles lib. I. Hiſt. animal. cap. XVII. De jecore & liene loquens: ἤδη γὰρ ὦπται μεταλλαχότα τὴν τάξιν ἔν τισι τῶν τετραπόδων τερατωδῶς. Plin. lib. XI. cap. LI. *Lien in ſiniſtra parte adverſus jecori, cum quo locum aliquando permutat, ſed prodigioſe.* Verum hoc in quadrupedibus magis quam in hominibus conſpicitur. Gal. lib. VI. Adm. Anat. Ἡρόφιλος ὀλίγων μὲν ἐπ' ἀνθρώπων, οὐκ ὀλίγων δ' ἐπ' ἄλλων ζώων ἐπιλαμβάνειν αὐτὸ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ἀληθῶς ἔγραψεν. Sic mihi amiciſſimus, & in arte anatomica incomparabilis Carolus Drelincurtius nuper retulit, ſe Pariſiis in cadavere humano vidiſſe lienem cum annexis vaſibus in dextro, & jecur in ſiniſtro hypochondrio ſitum.

37 Καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν.] Refert Valerius Max. lib. I. cap. VIII. ad Athenienſes, non vero ad Lacedæmonios hanc adminiſtrationem anatomicam, ita enim ille: *Oculis ejus admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor: quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſtutia elapſum, cepiſſent.* Sed optime Plinius lib. XI. cap. XXXVIII. hanc ἐγχείρησιν Lacedæmoniis adſcribit, nam nulla ipſi cum Athenienſibus res fuit. *Hirſuto corde gigni quoſdam homines proditur, neque alios fortioris eſſe induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium; qui occidit Lacedæmonios. Ipſe convulneratus & captus ſemel per cavernam latomiarum evaſit, anguſtos vulpium aditus ſequutus. Iterum captus, ſopitis cuſtodibus ſomno, igadnem advolutus lora cum corpore exuſſit. Tertio capto Lacedæmonii pectus diſſecuere cauſa videndi, hirſutumque cor repertum eſt.*

38 Ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός.] In Herodoti libris neque hujus ducis, neque totius hiſtoriæ mentionem reperies, adeo ut nonnulli optime conjiciant, Herodotum

ἌΝΔΕΙΡΑ [39], πόλις οὐδετέρως, ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος σίδηρος γίγνεται. εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς, ἀποστάζει ψευδάργυρον. εἶτα κραθεὶς χαλκῷ, [40] ὀρείχαλκος γίγνεται· Στράβων ιγ, καὶ Θεόπομπος ιγ. [41] τὸ ἐθνικὸν, Ἀνδειρηνὸς, καὶ Ἀνδειρηνή. οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ τῶν θεῶν ἐκεῖ. Ἔστι καὶ Ἄνδειρα θηλυκῶς, Φρυγίας.

A ANDERA, neutro genere, urbs eſt, in qua lapis reperitur, qui uſtus in ferrum tranſit: deinde cum terra quadam in camino excoctus falſum argentum ſtillat, quod ære tandem permiſto fit orichalcum, uti Strabo libro tertio decimo, & Theopompus eodem B referunt. Gentile, Anderenus & Anderena: hoc enim nomine mater Deorum ibi appellari ſolebat. Eſt item Andera Phrygiæ oppidum, quod fœminino genere effertur.

ἈΝΔΡΙΆ, πόλις Ἠλείας, καὶ ἑτέρα Μακεδονίας, ὡς Φιλέας ἐν περίπλοις. ὁ πολίτης, Ἀνδριεύς· [42] Τούπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά.

C ANDRIA, oppidum Eliæ, & aliud Macedoniæ, uti Phileas in Periplis teſtatur. Oppidanus inde Andrienſis dicitur, auctore Teupalo, qui Eliaca conſcripſit.

ἌΝΔΡΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρου τοῦ Εὐρυμάχου, ἢ τοῦ [43] Ἀνίου ἀδελφοῦ, [44] τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων. τινὲς δέ φασιν [45] Ἀνδρέα τοῦτον, [46] καὶ Ἀνίου παῖδα. τὸ ἐθνικὸν Ἄνδριος, ὡς [47] Λώδιος, Κνίδιος, [48] Μύνδιος.

ANDRUS, una ex Cycladum inſulis, quæ ab Andro Eurymachi, vel Anii fratris D filio, qui Oenotroporum pater fuit, nomen accepit. Alii vero hunc Andrieum & Aniæ filium appellant. Gentile Andrius, uti Lindius Cnidius, Myndius.

ἈΝΕΜΩΡΕΙΑ [49], πόλις Φωκίδος, [50] ἡ νῦν Ἀνεμώλεια. Ὅμηρος,

[51] Οἵ τ' Ἀνεμώρειον καὶ Ὑάμπολιν ἀμφενέμοντο.

καὶ

ANEMORIA, urbs Phocidis, quæ nunc E Anemolia dicitur. Homerus:

Quique Anemoriam & Hyampolin circumhabitabant.

Et

rodotum præter novem libros, qui hodie circumferuntur, etiam alia quædam exaraſſe. In Plutarchi operibus de hirſuto Ariſtomenis corde, & de immutato viſcere nihil omnino exſtat. Rhianum accuratiſſime clariſſimi hujus ducis vitam & res ab eo geſtas deſcripſiſſe, Pauſanias in Meſſeniacis teſtificatus eſt, ubi inter Myronis & Rhiani ſcripta comparationem inſtituit, ita enim ille: Ῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν οὐδὲν Ἀριστομένης ἐστὶν ἀφανέστερος, ἢ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδι Ὁμήρῳ. διαφορὰ οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρηκότων, προσέσθαι μὲν τὸν ἕτερον μοι τῶν λόγων, καὶ οὐχ ἅμα ἀμφοτέρους, ὑπελείπετο. Ῥιανὸς δέ μοι ποιῆσαι μᾶλλον ἐφαίνετο εἰκότα εἰς τὴν Ἀριστομένους ἡλικίαν. Rhiani opus non exſtat, fragmenta nonnulla apud noſtrum & alios ſcriptores inveniuntur.

39 Ἄνδειρα, πόλις οὐδετέρως, ἐν ᾗ λίθος &c.] Non puto hæc ab Epitomatoris, multo minus à Stephani manu profecta: excidit enim tranſcriptorum incuria regionis nomen, quod rariſſime omittitur. Sine dubio legendum: Ἄνδειρα, τῆς Τρωάδος πόλις, οὐδετέρως. Situm ſatis accurate cognoſces ex loco Strabonis lib. XIII, quem noſter citat, & ferme verbotenus tranſcripſit, ita enim ille: Μετὰ δὲ Σκῆψιν Ἄνδειρα, καὶ Πιονία, καὶ ἡ Γαργαρίς. ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα, ὃς καιόμενος, σίδηρος γίνεται. εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς, ἀποστάζει ψευδάργυρον, ἢ προσλαβοῦσα χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι.

40 Ὀρείχαλκος γίγνεται.] Vide de orichalco doctiſſimum Bochartum de Animal. Sac. Script. pag. 883.

41 Τὸ ἐθνικὸν Ἀνδειρηνός.] Hæc forma regioni eſt ſolita, nam in Troade, & circa Helleſpontum locis, gentilia in ηνος formantur, uti alias luculenter demonſtravimus.

42 Τούπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά.] Mendoſe ſic exhibent omnes editiones: Salmaſius ex Palatinis codicibus optime legebat: Τούπαλος, ὁ γράψας Ἠλειακά. Hanc indubitatam eſſe lectionem inde evincitur, quia nunc de Elidis urbe Epitomator ſermonem inſtituit.

43 Ἀνίου ἀδελφοῦ.] Ita reſcribere placuit ex veteribus, libris: corruptiſſime vulgati exhibebant omnes, Ἀνανίου, ἀδελφοῦ. Veram lectionem Salmaſius in Palatinis & nos in Voſſiano codice invenimus. Non poſſum non laudare doctiſſimi Meurſii κρίσιν in notis ad Lycophronem, veram & veterem lectionem ex conjectura Stephano noſtro reddentis, cui etiam magnum Bochartum conſentientem animadverti in collectaneis, quæ admodum reverendus & eruditiſſimus Stephanus Morinus nuper ad me ex Galliis tranſmiſit.

44 Τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων.] Anius ille, de quo mentionem fecimus, teſte ſcholiaſta ad Lycophronem, Dorippam uxorem duxit, ex qua genuit tres Oenotropas, Oenô, Spermô, & Elaïdem, quibus Bacchus hoc impertiverat, ut quotieſcunque cuperent, pro nominum ipſis impoſitorum ratione, vinum, ſemina & oleum conſequerentur. Harum etiam meminit Heſychius: Οἰνοτρόποι, αἱ Ἀνίου θυγατέρες.

45 Ἀνδριέα.] Fortaſſis reſcribendum Ἀνδρέα, quem Pauſanias hujus inſulæ conditorem ſtatuit libro decimo. Τοῦ Βίσωνός τε τῆς κεφαλῆς πλησίον κεῖται τοῦ χαλκῆς ἀνδριάς ἐστι, θωρακά τε ἐνδεδυκὼς καὶ χλαμύδα ἐπὶ τῷ θώρακι. Ἀνδρίων δὲ ἀνάθημα οἱ Δελφοὶ λέγουσιν Ἀνδρέα εἶναι τὸν οἰκιστήν. Ovidius lib. XIII. Metam. Andrum Anii filium ſcribit:

- - - - Quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque & regna tenentem.

46 Καὶ Ἀνίου παῖδα.] Sic etiam hoc loco reſcribere placuit, ſuadentibus libris manu exaratis: male in vulgatis excuſum erat, καὶ Ἀνανίου παῖδα.

47 Λώδιος.] Non poſſum hanc ſcripturam pro genuina habere, etiamſi omnes editiones ita exhibeant: ſine dubio Λίνδιος reſcribendum eſt. Vide Stephanum in Λίνδος.

48 Μύνδιος.] Optime ſic edidit Xylander: male in aliis editionibns & Voſſianis ſchedis Μύδιος reperi.

49 Ἀνεμώρεια, πόλις Φωκίδος.] Tempore Homeri Anemoria & Hyampolis videntur diverſæ & vicinæ admodum urbes fuiſſe, quæ interjecto longi temporis ſpatio in unam civitatem coaluere, cujus rei non pauca apud antiquos ſcriptores exempla occurrunt atque inveniuntur. Nomen habet teſte ſcholiaſta in Lycophronem, quod frigida ſit & ventis expoſita: Ἀνεμώρεια δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη. Sita erat circa anguſtias, per quas ad Phocidem itur è Theſſalia, non procul ab Orchomeno & Lebadæa, quod antiquorum teſtimoniis mox ſumus confirmaturi.

50 Ἡ νῦν Ἀνεμώλεια] Infra hoc videbimus ex loco Strabonis, quem noſter tranſcripſit.

51 Οἵ τ' Ἀνεμώρειον.] Verſiculus eſt ex Homeri Catalogo, quem conſtanter ita legunt libri editi & manu exarati: verum hic Ἀνεμώρειαν corrigendum eſſe, hujus tmematis

A καὶ Λυκόφρων,

Πάτραν, Λίλαιαν, [52] Ἀνεμωρείας πέδον.

ὠνόμασται [53] ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος. ὑπέρκειται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον [54] Κατοπτήριον χωρίον, δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς [55] καταιγιζόμενον πανταχόθεν. [56] ἔστι δὲ μεθόριον Φωκίδος, καὶ B Δελφῶν, [57] κειμένη ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ. [58] ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς, ὡς [59] Λυκωρεὺς Ἀπόλλων.

ἈΝΗΤΟΥΣΣΑ [60], πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης Ἀνητουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος, ὡς Πολυΐστωρ φησίν. C

ἈΝΘΑΝΑ [61], πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. κέκληται δέ, ὡς Φιλοστέφανος, παρὰ [62] Ἄνθην τὸν Ποσειδῶνος, ὃν Κλεομένης ὁ Λεωνίδου ἀδελφὸς ἀνελών, καὶ ἐκδείρας, [63] ἔγραφεν ἐν τῷ δέρματι [64] τοὺς χρησμοὺς τηρεῖσθαι. D [65] Χάραξ Ἀνθήνην αὐτήν φησιν. ὁ πολίτης, Ἀνθανεύς. ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις.

ἌΝΘΕΙΑ [66], πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους,

A Et Lycophron:

Patram, Lilæam, & Anemoriæ ſolum.

Urbs ab eventu ita appellata eſt: nam ſupra eam ſitus eſt locus Catopterium dictus, à quo undique interdiu ac noctu ventorum impetu vexatur. Urbs autem in confinio Phocidis & Delphorum, in excelſo colle ſita eſt. Civis Anemorenſis dicitur, uti Lycorenſis Apollo.

ANETUSSA, oppidum Libyæ, cujus oppidanus Anetuſſæus dicitur, uti Scotuſæus, auctore Polyhiſtore.

ANTHANA, urbs Laconica, una ex centum. Ita dicta, uti Philoſtephanus auctor eſt, ab Anthe Neptuni filio, quem Cleomenes Leonidæ frater interfecit atque excoriavit, ſcribens in pelle oracula eſſe ſervata. Charax oppidum Anthenen nominat. Oppidanus inde Anthanenſis dicitur. Eſt item Arcadiæ civitas.

ANTHIA, urbs Peloponneſi, vicina Argo,

tmematis inſcriptio, & poëtæ editiones clare ſatis indicant.

52 Ἀνεμωρείας πέδον.] Rectius in Lycophrone legitur, κ' Ἀνεμωρείας πέδον. Ita etiam MSS & aliæ editiones exhibent.

53 Ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος.]. Quamquam ferri poſſet hæc lectio, non puto tamen eam à Stephani manu profectam: reſcribendum eſt: ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. Ultro enim fatetur Euſtathius ad Iliad. B. pag. 274. ſic quondam in Ethnicis fuiſſe exaratum, inquiens: Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται μέν φασιν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. ὑπέρκειται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. ἔστι δὲ μεθόριον Φωκίδος καὶ Δελφῶν, κειμένη ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ. ταῦτα ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς. ἐν οἷς, καὶ ὅτι Ἀνεμώρεια, ἡ νῦν Ἀνεμώλεια. Verum neque hoc ſilentio videtur prætereundum, hæc Stephanum de Anemoria prorſus ex Strabone hauſiſſe, ita enim ille lib. IX. Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις, ἀπὸ τοῦ Παρνασοῦ διήκων. ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστησαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι. τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν. Ex duobus hiſce locis jam perſpicuum eſt, τὸ πάθους librariorum vecordia excidiſſe, & Stephanum hæc ex Strabone, cujus reticetur nomen, deſumpſiſſe.

54 Κατοπτήριον χωρίον.] Sic etiam Euſtathius ex hoc loco tranſcripſit: apud geographum, loco jam allegato, invenies, Κατοπτήριος χῶρος.

55 Δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγιζόμενον &c.] Hæc librorum editorum eſt lectio: conſtanter codices ſcripti exhibent: δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται, quod parum juvat. Hunc locum eſſe mutilum nemo ſanæ mentis ibit inficias: lege confidenter & quidem meo periculo, ut ſententia ſit perfecta: ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. Hanc lectionem eſſe veram & indubitatam, ex Euſtathii verbis, jam allegatis, clariſſime liquet, qui ſua ætate non aliter ἐν Ἐθνικοῖς inveniſſe teſtificatus eſt.

56 Ἔστι δὲ μεθόριον Φωκίδος.] Sic etiam apud Stephanum invenit Euſtathius. Strabo: ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος &c. Sed hæc differentia non eſt magni momenti.

57 Κειμένη ὑπὸ λόφου ὑψηλοῦ.] Statius lib. VII. Thebaïd.

Et valles, Lebadæa tuas, & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo.

Anemoriam Hyampolim fuiſſe appellatam, teſtantur Strabo, Euſtathius & alii, quorum verba jam non tranſcribam.

58 Ὁ πολίτης Ἀνεμωριεύς.] Mendoſum eſſe hoc gentile, licet libri editi ita præferant, vidit Salmaſius, qui in margine ſui libri reſcripſit, ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς. Hanc emendationem eſſe probam, ex proximo gentili liquet.

59 Λυκωρεὺς Ἀπόλλων.] Stephanus in Λυκώρεια. Ἔστι καὶ Λυκωρεῖος Ζεύς.

60 Ἀνήτουσα. πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης &c.] Ita hunc locum ex Voſſianis ſchedis refinximus, qui in vulgatis inverſo ordine concipiebatur. Ἀνήτουσα. ὁ πολίτης Ἀνητουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος, ὡς Πολυΐστωρ φησίν. ἔστι δὲ πόλις Λιβύης.

61 Ἀνθάνα.] Plinius, obſervante Ortelio, hujus oppidi meminit lib. IV. cap. V. *Oppida Tænarum, Amyclæ, Pheræ, Leuctra & intus Sparta, Theramne, atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthane.* Sed expunxit Salmaſius *Anthane*, & repoſuit *Anthia*: nam libri Pliniani manu exarati *Antiane* & *Anxiane* exhibebant. Hæc illa urbs eſt, quam Thucydides lib. V. Ἀνθήνην appellat, & in Cynuria collocat: Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. Adeo ut *Anthane* ſive *Anthene* ab *Anthia* plane diverſa ſit. Codex Voſſianus legebat, Ἀνθήνη πόλις Λακωνική.

62 Ἄνθην τὸν Ποσειδῶνος.] Hyginus inter Neptuni filios recenſet Antheum ex Aſtyphile Phœnicis filia. Aliam genealogiam tradit Pauſanias libro ſecundo. Τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύοντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρός.

63 Ἔγραφεν ἐν τῷ δέρματι.] Libri ſcripti: ἔγραψεν ἐν τῷ δέρματι. Horribile crudelitatis & ſævitiæ exemplum refert Stephanus: & alia de eodem duce Lacedæmoniorum apud Pauſaniam alibi inveniuntur. Verum poſtea ipſe à Ptolemæo pelle nudatus, & cruci affixus eſt, teſte Plutarcho.

64 Τοὺς χρησμοὺς τηρεῖσθαι.] Citat hunc locum Meurſius in Laconicis, ſed vocem τηρεῖσθαι non addidit, quod an data opera, vel emendandi animo fecerit, me latet. Fortaſſis oraculum de Anthe Neptuni filio hoc prædixerat, quod Cleomenes, ne falleret, exſequutus eſt.

65 Χάραξ Ἀνθήνην.] Ita etiam civitatem appellavit Thucyd. libro jam allegato.

66 Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσου.] Male codex Voſſ. Ἄνθη, πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους. Quantum ex antiquis hiſtoricis & Geographis conjicio, geminæ hac appellatione in Peloponneſo civitates exſtitere, altera Laconica, altera Meſſeniaca; ſed neutra, ſi accuratum earundem ſitum conſideremus, Argo vicina, uti ex ipſo Stephano mox probabimus. Falſus itaque eſt Philo, & Stephanus, qui hac in re Philoni aſſenſum præbet; imo miror doctiſſimum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem hoc non ſubolfeciſſe, qui hæc de Anthea ſine aliqua falſi ſuſpicione ex Epitomatore tranſcripſit & in commentarios ad Iliad. Irejecit, ita enim ille pag. 743. Τὴν δὲ Ἄνθειαν, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, πλησίον Ἄργους εἶναί φησιν, ἱστορῶν καὶ Πόντου πόλιν Ἄνθειαν,

Ἄργους, ὡς Φίλων. τὸ [67] ἐθνικὸν, Ἀνθεύς. A ἔστιν Ἄνθεια [68] καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πόλις, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, Μιλησίων καὶ Φωκαέων ἄποικος· ἧς μέμνηνται πολλοὶ, καὶ Φιλέας. [69] ἔστι καὶ κώμη Λιβύης. ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, ἥ τις καὶ Ἄντιον μετωνομάσθη, ὡς εἰρή- B σεται.

Argo, uti Philo teſtatur. Gentile, Anthenſis. Eſt item Anthia urbs Helleſponti juxta Thraciam, Mileſiorum & Phocæenſium colonia, de qua præter Phileam, multi alii mentionem fecere. Eſt quoqne Libyæ pagus, & Italiæ civitas prope Romam, quæ alio nomine Antium appellatur, uti poſtea dicetur.

ἈΝΘΕΜΟΥΣ, [70] πόλις Μακεδονίας, [71] καὶ Συρίας, ἀπὸ Ἀνθεμοῦντος· ὁ πολίτης, Ἀνθεμούσιος, καὶ Ἀνθεμουσία. ἔστι καὶ Ἀνθεμουσὶς λίμνη Μαριανδυνῶν, ἣν Ἀπολλώνιος C διαλύσας, [72] ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα φησίν.

ANTHEMUS, oppidum Macedoniæ & Syriæ, ab Anthemunte nomen habens; cujus oppidanus Anthemuſius & Anthemuſia dicitur. Eſt item Anthemuſis Mariandynorum lacus, quem Apollonius in Argonauticis, facta dialyſi, Anthemoëſidem appellat.

ἈΝΘΗΔΩΝ [73], πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

- - - [74] Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. D

ἀπὸ

ANTHEDON, urbs Bœotiæ, de qua Homerus

- - - - *Anthedonemque ultimam.*

Nomen

θειαν, καὶ κώμην Λιβύης, καὶ Ἰταλίας. Meſſeniaca, quam longe hæc ab Argo diſtet, geographiæ paulo peritiores non ignorant, ab ipſo Stephano in voce Τροιζὴν appellatur Ἀνθανὶς, ita enim ille: Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου, ἀπὸ Τροιζῆνος τοῦ Πέλοπος. ἐκαλεῖτο δὲ Ἀφροδισιὰς, καὶ Σαρωνία, καὶ Ποσειδωνιὰς, καὶ Ἀπολλωνιὰς, καὶ Ἀνθανίς. Verum ne unius Stephani auctoritati acquieſceremus, hanc veritatem etiam ex Pauſaniæ Corinthiacis confirmabimus, dicentis: Ἀποθανόντος γὰρ Τροιζῆνος, Πιτθεὺς τὴν νῦν πόλιν, συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Τροιζῆνα, συλλαβὼν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν. Laconica Anthea, quæ etiam Meſſeniaca dici poſſet, ſi quis ejus fines tam late extendat, uti aliquando apud hiſtoricos obſervavimus, erat ſita inter fluvios Pamiſum & Eurotam non procul à Cardamyle, Argo vicinior quam Τροιζὴν, de qua jam locuti ſumus, quam tamen nollem Argo vicinam dicere, quia plurimæ egregiæ urbes interjacent. Pauſanias lib. IV in Meſſeniacis de hac ita refert: Ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντα, ἔστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὠνομάσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδωκεν Αὔγουστος. Idem quoque apud Strabonem legimus lib. VIII. Ἀπὸ δὲ τῆς Θουρίας, καὶ ὁ Θουριάτης κόλπος. ἐν ᾧ πόλις μία ἦν τοὔνομα Ῥίον ἀπεναντίον Ταινάρου. Ἄνθειαν δὲ οἱ μὲν αὐτὴν τὴν Θουρίαν φασίν. De hac civitate Stephanus nunc videtur mentionem feciſſe, & ex eo Euſtathius. Noſter in voce Θούριοι etiam perhibet, Ἄνθειαν appellatam fuiſſe, ad quem locum noſtras obſervationes legito.

[67] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνθεύς.] Reperitur hoc gentile apud Athenæum lib. XII cap. II. Τιμᾶται δὲ ἐν Ἀχαΐᾳ Δημήτηρ ποτηριοφόρος, κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν. Neſcio profecto, qua auctoritate fretus doctiſſimus Palmerius in Athenæo Ἀνθείων repoſuerit: voluit ſine dubio Ἀνθειέων, quod tamen hic Stephani locus & alii ejus canones non permittunt: nam ab Ἀγάμεια fit Ἀγαμεύς, ab Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεύς, & ſic ab Ἄνθεια Ἀνθεύς. Canonem vide in voce Αἴλια & aliis in locis.

[68] Καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πόλις.] Sic Xylander edidit. Verum conſtanter libri editi omnes, manuque exarati exhibent, καὶ τοῦ Πόντου πόλις. Et cenſeo ita olim à Stephano fuiſſe ſcriptum; nam tempore Euſtathii omnino iſte locus ἐν Ἐθνικοῖς ita legebatur, uti ſuperius clare liquet, ubi Archiepiſcopi verba in medium produximus. Verum & hæc Xylandri lectio aliquo colore poſſet excuſari, quia ſe Thracia etiam ad Helleſpontum & Propontidem extendit. Verum τὸ Πόντου tum debet ἰδικῶς ſumi, non pro parte Myſiæ inferioris, neque pro regione inter Bithyniam & Paphlagoniam ſita.

[69] Ἔστι καὶ Ἰταλίας.] De illa mox dicemus civitate, ubi ad illum locum pervenerimus.

[70] Πόλις Μακεδονίας.] Hujus meminit Thucydides lib. II. ex quo loco & ſitum cognoſcimus, ita enim ille: Ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Μακεδονίαν προεχώρει τὴν ἐν ἀριστερᾷ Πέλλης καὶ Κύρρου. ἔσω δὲ τούτων ἐς τὴν Βοττιαίαν καὶ Πιερίαν οὐκ ἀφίκοντο, ἀλλὰ τήν τε Μυγδονίαν καὶ Γρηστωνίαν καὶ Ἀνθεμοῦντα ἐδῄουν. Vide quoque Plinium lib. IV. cap. X. Certiſſimum eſt, plurimas per terrarum orbem civitates à fructibus & herbis, quæ circa eaſdem naſcuntur & proveniunt, denominationem ſortiri: plurima hujus rei exempla in noſtro Stephano occurrunt. Vide in voce Ἀγνοῦς, Δαφνοῦς, Πιτυοῦσσα, Σοῦσα, & aliis in locis. Cenſeo hanc urbem etiam denominari à copia cujuſdam herbæ, quæ Dioſcoridi lib III. cap. CLIV. Ἀνθεμὶς, & Theophraſto lib. VII. cap. XIII. Ἄνθεμον dicitur. Eſtque *Chamæmelon* Plinii, lib. XXI. cap. XVII. In officinis corrupte *Chamomilla* appellatur, quæ vox Græcam originem redolet, nam χαμαίμηλον etiam anthemidis nomine gaudet. Χαμαίμηλον proprie denotat terreſtre malum, & nomen inde habet, notantibus Botanicis, quod malis odore ſimile ſit, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ. Noſter hanc urbem ſic appellatam vult ab Anthemunte quodam, quemadmodum ſolent Græci, ut urbis incunabula tanto illuſtriora redderent; ſed merito ut fabuloſum rejicimus hoc etymon, & rationi magis conſentaneum amplectimur.

[71] Καὶ Συρίας.] Videt. Syriæ nomen hoc loco late accipiendum, ut etiam Meſopotamiam comprehendat. De hoc oppido loquitur Plinius lib. VI cap. XXVI. *Mox in campeſtribus oppida Dioſphage, Polytelia, Stratonicea, Anthemus.* Ptolemæus & Ammianus *Anthemuſiam* appellant: & Tacito lib. VI. cap. XLII. Annalium *Anthemuſias* dicitur, ubi inquit: *At Tiridates volentibus Parthis Nicephorium & Anthemuſiada, cæteraſque urbes* &c. Sed Ammian. regionem & urbem Meſopotamiæ lib. XIV. hoc nomine meminit.

[72] Ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα.] Cod. Voſſianus, & editio Flor. Ἀνθεμουσίδα, male & contra mentem Stephani. Apollonii locus exſtat lib. II.

Ἔνθεν δ' ἀντιπέρην ποταμοῦ στόμα Σαγγαρίοιο,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἀνδρῶν ἐριθηλέα γαῖαν,
Ἠδὲ Λύκοιο ῥέεθρα, καὶ Ἀνθεμοεισίδα λίμνην
Δερκόμενοι, παράμειβον.

[73] Ἀνθηδὼν, πόλις Βοιωτίας.] Urbs ad Euripum è regione Eubœæ ſita fuit, non procul à Salganeo flumine; liquet hoc ex Ptolemæo lib. III. cap. XV. cujus verba ita ſcribo: Αὐλίς. Ἰσμηνοῦ ποτ. ἐκβολαί. Σαλγανεύς. Ἀνθηδών. Φῶκαι. &c. Tradit Dicæarchus ſeptuaginta ſtadia abeſſe à Chalcide Euboïca: Ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ο. μέχρι τοῦ Σαλγανέως, ὁδὸς παρὰ τὴν αἰγιαλὸν ὑλεία τε πᾶσα καὶ μαλακή. Strabo lib. IX: Μετὰ δὲ Σαλγανέα Ἀνθηδὼν πόλις λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτικῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὔβοιαν.

[74] Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.] Vide Homerum circa Catalogi initium. Strabo bis hanc verſiculi partem citat, lib. I. & IX, ſed utroque loco inveni ἐσχατόωσαν, & eodem modo apud Euſtathium, quæ lectio certa de cauſa mihi videtur præferenda; facile enim ε à librariis in ω commutatur. Deducitur ἐσχατόωσα à maſculino ἐσχατόων. [illegible] de ſitu orbis.

Ἔνθα τε καὶ στήλαι περὶ τέρμασιν [illegible]
Ἑστᾶσιν, μέγα θαῦμα, [illegible] Γάδειρα

ἀπὸ Ἀνθηδόνος τοῦ Δίου, τοῦ Ἄνθου, [75] τοῦ A Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄβαντος. [76] συνῴκισαν δ' αὐτὴν Θρᾷκες, ὡς Λυκόφρων·

Ἀστῶ συνοίκους Θρῃκίας [77] Ἀνθηδόνος.

ἢ διὰ τὸ πασῶν ἀνθηροτάτην εἶναι. Ἔστι καὶ B ἑτέρα πόλις [78] πλησίον Γάζης, πρὸς τῷ παραλίῳ μέρει. ὁ πολίτης τῆς προτέρας, Ἀνθηδόνιος. ἔστι καὶ [79] λιμὴν Ἀνθηδόνιος. [80] Ἀνηνίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος· καὶ Λεωνίδης ζωγράφος, [81] Εὐφράνορος C μαθητής, Ἀνθηδόνιος. τῆς δευτέρας ὁ πολίτης, [82] Ἀνθηδονίτης.

ἈΝΘΗΛΗ [83], κώμη· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἡρωδιανὸς δὲ [84] πόλιν αὐτήν φησι, καὶ ἄλλοι. καὶ Ἀνθήνη ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν, D Ἀνθηναῖος. καὶ Ἀνθήνηθεν ἥκοντες.

ἌΝΘΙΟΝ [85], πόλις Ἰταλίας· [86] Κουά-

Nomen habet ab Anthedone Dii, qui Anthæ, qui Neptuni & Alcyones Abantis filiæ filius fuit. Eam olim Thraces habitarunt, uti teſtatur Lycophron:

Civi contubernalis Thraciæ Anthedonis.

Vel ita dicitur, quod præ omnibus urbibus floribus maxime eſſet fœcunda. Eſt & alia urbs prope Gazam in parte maritima. Civis prioris vocatur Anthedonius. Eſt quoque portus Anthedonius. Nicon luctator Anthedonius, & etiam Leonides pictor, Euphranoris diſcipulus, Anthedonius appellatur. Poſterioris urbis civis Anthedonita nuncupatur.

ANTHELE, vicus, cujus meminit Herodotus libro ſeptimo. Herodianus & alii urbem eſſe ajunt. Eſt etiam Anthene dicta. Gentile, Anthenæus & Ἀνθήνηθεν, ex Anthene veniebant.

ANTHIUM, urbs Italiæ, cujus meminit Qua-

[75] Τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἄλκης τῆς Ἄβαντος.] Vitium ex Aldina & Florentina propagatum, Xylandri quoque editionem, quam ſequimur, invaſit. Legendum eſt: τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος. Optime in libris ſcriptis legitur καὶ Ἀλκυόνης, pro καὶ Ἄλκης: ſed pro Ἄβαντος, quod facile transſcriptorum vecordia tranformari potuit, reſcribendum eſſe Ἄτλαντος, ex Pauſania confirmabimus, ita enim ille in Bœoticis: Γενέσθαι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα, οἱ μὲν ἀπὸ Ἀνθηδόνος νύμφης, οἱ δὲ Ἄνθαντα δυναστεῦσαι λέγουσιν ἐνταῦθα, Ποσειδῶνος παῖδα καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος. Hyginum hujus rei quoque teſtem producamus, qui Fab. CLVIII. in recenſione filiorum Neptuni ita ſcribit: *Rias ex Alcyone Atlantis filia: Abas ex Arethuſa Harilei filia: Ephoceus ex Alcyone Atlantis filia.* Nihil itaque certius apud Mythologos, quam Alcyonem Atlantis filiam fuiſſe.

[76] Συνῴκισαν δ' αὐτὴν Θρᾷκες.] Non poſſum prætermittere Euſtathii verba ad Iliad. B. pag. 271. idem teſtificantia: Ἡ δὲ Ἀνθηδὼν καλεῖται μὲν οὕτω, διὰ τὸ αὐτῆς ἀνθηρόν. ἢ ἀπὸ Ἀνθηδόνος ἢ Ἄνθου ἀπογόνου Ποσειδῶνος. συνῴκισαν δὲ αὐτὴν Θρᾷκες. διὸ καὶ Λυκόφρων Θρῃκίαν φησίν. Idem refert ad hunc locum Lycophronis ſcholiaſtes, & ex Joſepho præterea confirmare nititur, poſtea Agrippiadem vocatam fuiſſe: ſed quis non miratur ſtupiditatem hujus grammatici in rebus geographicis? Joſephus enim non de Bœotiæ, ſed de Anthedone Syriæ loquitur, eamque ab Herode Agrippiadem vocitatam tradit, ita enim ille lib. XIII: Antiq. Jud. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν καταστάσει τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ ἐπιστρατεύει τοῖς ἐπιθαλαττίοις μέρεσι, Ραφίᾳ καὶ Ἀνθηδόνι, ἣν ὕστερον Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς Ἀγριππιάδα μετωνόμασε, καὶ κατὰ κράτος εἷλε καὶ ταύτην.

[77] Ἀνθηδόνιος.] Sic emendavimus pro Ἀνθηδώνιος: Puto enim in omnibus Stephani libris hoc gentile peſſime exaratum eſſe. Pauſanias lib. IX: Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων. Strabo lib. nono: Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον. Tertiam hujus vocabuli ſyllabam debere corripi, etiam liquet ex hoc Homerico verſu:

Νῖσάν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

Equidem non me latet apud Goltzium nummum reperiri cum inſcriptione ΑΝΘΗΔΩΝΙΩΝ. Verum in antiquis inſcriptionibus & numiſmatibus hæ literæ ob ſoni vicinitatem aliquando confunduntur: ſic invenies ΟΡΘΟΣΙΕΩΝ & ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. ΦΙΛΟΡΟΜΑΙΟΥ & ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ & ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Et ita etiam hoc loco in nummis ΑΝΘΗΔΩΝΙΩΝ pro ΑΝΘΗΔΟΝΙΩΝ.

[78] Πλησίον Γάζης.] Hujus urbis memoria reperitur apud Plinium lib. V. cap. XIII. *Oppida Rhinocolura, & intus Raphea: Gaza, & intus Anthedon.* Ptolemæus lib. V. cap. XVI: Μετὰ τὰς τοῦ Χορσέου ἐκβολὰς, Καισάρεια Στράτωνος, Ἀπολλωνία, Ἰόππη, Ἰαμνειτῶν λιμὴν, Ἄζωτος, Γαζαίων λιμὴν, Ἀσκάλων, Ἀνθηδών. Vide eundem Ptol, etiam lib IV. cap. V.

[79] Λιμὴν Ἀνθηδόνιος.] Ita etiam hic reſcribere lubuit pro Ἀνθηδώνιος. Plinius lib. IV. cap. V. *In eo Epidaurum oppidum, Æſculapii delubro celebre: Spiraum promontorium, portus Anthedon, & Bucephalus* &c. Ptolemæo lib. III. cap. XVI: Ἀθηναίων λιμὴν dicitur: ſed vereor ne locus ſit corruptus, qui fortaſſis ope meliorum codicum emendari poſſet.

[80] Ἀνηνίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος.] Etſi codices vulgati ita exhibeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo, nam de Anenicone pancratiaſta nuſquam mentionem factam certiſſime ſcio. Reſcribendum ex libris antiquis: ἀνηγορεύθη Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος. Hanc veriſſimam eſſe lectionem nemo in dubium vocabit, ſi etiam probavero Euſtathium ſua ætate ſic apud noſtrum legiſſe, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 271. Ἀνηγορεύθη δέ φασι Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος. καὶ Λεωνίδας ὁ ζωγράφος, Ἀνθηδόνιος ἦν, μαθητὴς Εὐφράνορος.

[81] Εὐφράνορος.] Ejus meminit Plinius lib. XXXV. cap. XI, ubi ita legendum: *Poſt eum eminuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius, Olympiade centeſima quarta, idem qui inter fictores dictus eſt à nobis. Fecit coloſſos & marmora, ac ſchyphos ſculpſit: docilis ac laborioſus ante omnes, & in quocunque genere excellens ac ſibi æqualis. Hic primus videtur expreſſiſſe dignitates heroum, & uſurpaſſe ſymmetriam* &c. Plinius hic etiam de diſcipulo Antidoto, ſed de Leonida nullam omnino mentionem facit.

[82] Ἀνθηδονίτης.] Ita emendavimus pro Ἀνθηδωνίτης, quod omnes libri exhibent. Stabit lector à noſtris partibus ſi rationes, ſupra allegatas, bene conſideraverit.

[83] Ἀνθήλη, κώμη.] Hic aliquid excidiſſe, ſole meridiano clarius eſt, legendum videtur: Ἀνθήλη κώμη Ἀχαΐας. Ponitur ab Herodoto, quem noſter teſtem citat, inter amnem Phœnicem & Thermopylas, ita enim ille lib. VII. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Φοίνικος ποταμοῦ καὶ Θερμοπυλέων κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ἀνθήλη κέεται, παρ' ἣν δὴ παραρρέων ὁ Ἀσωπὸς, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. In hiſce verbis aut τὸ ἐστι, aut τὸ κέεται, ſi quid judico, tollendum. Alterutram vocem ſciolus aliquis oræ ſui codicis appinxit, quæ deinde in textum irrepſit.

[84] Πόλιν αὐτήν φησι, καὶ ἄλλοι.] Non tantum Herodianus, ſed etiam alii, inter quos ipſe Herodotus, urbem appellarunt, ita enim ille lib. jam allegato: Κατά τε Ἀλπηνοὺς ὄπισθεν ἐόντας ἐοῦσα, ἁμαξιτὸς μούνη, καὶ ἔμπροσθεν κατὰ Φοίνικα ποταμὸν, ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος, ἁμαξιτὸς ἄλλη μούνη.

[85] Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας.] Hæc ſine dubio, ut alibi probamus, eadem urbs eſt, quam ſuperius meminit Stephanus in voce Ἄνθεια. ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, ἥτις καὶ Ἄντιον μετωνομάσθη, ὡς εἰρήσεται.

[86] Κυάδρατ⊚ ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδ⊚. ὁ πολίτης Ἀνθιανὸς, ὡς αὐτός. A

Ἄ Ν Θ Υ Λ Λ Α [87], πόλις Αἰγύπτου. Ἡρόδοτ⊚ δευτέρᾳ. Τουτέων δ' ἡ μὲν Ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις [88] ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως. τὸ ἐθνικὸν Ἀνθυλλαῖ⊚, ὡς Ἄβολλα Ἀβολλαῖ⊚· καὶ Ἀνθυλλίτης, διὰ τὸν τύπον. B

Ἄ Ν Ν Α [89], πόλις τῆς Ἰουδαίας, [90] ὑπὲρ Ἱεριχοῦντα. [91] τὸ ἐθνικὸν Ἀνναίτης, ὡς Γώσηπος· [92] καὶ Ἀννιανὸς, ἀπὸ τοῦ Ἀννανία. C

Ἀ Ν Ν Ί Χ Ω Ρ Ο Ν [93] μέμνηται Ἀλκμάν. οἱ

Quadratus libro ſecundo Romanæ Chiliadis. Civis inde dicitur Anthianus, ut idem perhibet.

ANTHYLLA, urbs Ægypti, auctore Herodoto libro ſecundo. Harum urbium Anthylla, quæ inſignis eſt, datur peculiariter in calceamenta. Gentile Anthyllæus, uti Abolla Abollæus: & Anthyllita, propter formam regioni ſolitam.

ANNA, urbs Judææ, ſupra Hierichuntem ſita. Gentile Annites dicitur, uti Joſephus teſtatur. Et Annianus quod ab Annia formatur.

ANNICHORUM, hujus loci Alcman mem-

[86] Κυάδρατ⊚ ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδ⊚.] Voſſius libro III. de hiſtoricis Græcis cenſet idem opus ſignari, quando Stephanus vel ſecundum Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος, vel quartum decimum Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας in voce Ὀξύβιοι, vel quartum decimum Ῥωμαϊκῶν in voce Θαψίπολις citat.

[87] Ἄνθυλλα, πόλις Αἰγύπτου.] De hac civitate etiam fit mentio apud Athenæum lib. I. ſed nomen ibi per τ exaratur: Τούτους δ' ὑπερβάλλει ὁ κατὰ Ἄντυλλαν πόλιν, οὐ μακρὰν οὖσαν Ἀλεξανδρείας, ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς, Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι, ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. Vides ex hiſce verbis, Ægyptiorum & Perſarum reges vectigalia & reditus hujus civitatis uxoribus conceſſiſſe εἰς ζώνας, id eſt ad cinctuum impenſas; verum hæc vox tam late eſt accipienda, ut etiam alium muliebrem ornatum, ſcilicet ὑποδήματα, & quicquid veſtimenti nomine venire ſolet, comprehendat, uti mox ex Herodoto fiet manifeſtum.

[88] Ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως.] Ita ubique ſcriptum reperio: noli tamen dubitare, quin legendum ſit: ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος. Sic olim ſcripſit Herodotus, cujus integra verba ex Euterpe in medium producam: Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετ⊚ δίδοται τῇ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. τοῦτο δὲ γίνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐστὶ Αἴγυπτ⊚. Sic Herodotus facem accendit Athenæo, & Athenæus viciſſim Herodoto: nam non ſpeciatim hæc ſunt intelligenda de calceamentis, ſed etiam de zonis, & alio muliebri ornamento, quod reges Ægyptii, ſub Perſarum tunc poteſtate redacti, reditibus & vectigalibus civitatis, conjugibus ſuis comparabant. Confer locum cum Athenæo, & omnia luce erunt clariora.

[89] Ἄννα, πόλις τῆς Ἰουδαίας.] In Joſepho, quem teſtem citat Stephanus, hactenus urbem hoc nomine invenire non potui. Si quid conjectura valeam, cenſeo Epitomatorem innuere locum Joſephi lib. v, ubi ita inquit: Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας τῆς Ἱεριχοῦντ⊚ συμφορᾶς, πέμπει τρισχιλίους ὁπλίτας Ἰησοῦς εἰς Ἄιναν πόλιν ὑπὲρ τῆς Ἱεριχοῦντ⊚ κειμένην. οἱ συμβαλόντων αὐτοῖς τῶν Ἀϊνατῶν τρέποντες, ἀποβάλλουσιν ἄνδρας ἐξ καὶ τριάκοντα. Demiror profecto, unde hæc tanta librorum diverſitas: Stephanus ſua ætate Ἄνναν invenit, nunc Joſephi codices Ἄιναν præferunt: ſed mutatione magna opus non eſt, ut duæ iſtæ lectiones concilientur, facile enim ex Ἄινα fit Ἄννα, & Ἄννα, dempta virgula literæ ν, etiam facili negotio in Ἄιναν commutatur. Pro Stephani lectione poſſem adferre locum ex geographo Nubienſi, ubi eadem hæc civitas ab ipſo عنا *Aanna* appellatur, ita enim ille climate v. part. III: *Tiberias vero eſt maxima atque metropolitana inter urbes Jordanis. Ab hac ad Sur, iter duarum grandium dierum: & ab hac ad Aſcenſum Ablac, dies non integra. Ab hac ad Baiſan, iter etiam diei minime juſta. Ab hac ad AANNA urbem de terra Ghaur.* Cœleſyria ab Arabibus *Ghaur* nuncupatur, in qua Ἄννα ſive Ἄινα ſita eſt. Eutychius Patriarcha in Annalibus Alexandrinis pag. III. & 116. ex editione Pocockii, parum ab hac terminatione recedit, à quo hæc urbs عاني *Ani* appellatur, ſed ibi & *Ana* pronunciari & legi, grammaticorum canones patiuntur. Quid tandem ex diverſa hac ſcribendi ratione concludam? Alterutrum enim, aut Stephanum incidiſſe in corruptum Joſephi codicem, aut nunc mendoſe Ἄινα pro Ἄννα in ipſo circumferri, ſtatuendum; quod ultimum temere factum judicari poſſet, cum in Sacra pagina Joſ. VIII: 28. עי *Ai* hæc civitas nuncupetur, unde, terminatione adjecta, Ἄινα formare poſſemus, quod Sept. interpretes in Γαί mutarunt. Firmiter mihi perſuadeo eandem hanc eſſe urbem, quæ à Joſepho Κανὰ, & adjecta terminatione Κάναθα appellatur, uti Ἄμαθα, Ἄναθα, Γέραθα, Σάβαθα &c. ſitus enim optime quadrat & pronuntiatio Arabica non obſtat. De ſitu legimus lib. xv: Antiq. Judaic. Μετὰ δὲ ταῦτα πολλὴ στρατιὰ τῶν Ἀράβων εἰς Κανὰ συνῆλθε, χωρία δέ ἐστι ταῦτα τῆς Κοίλης Συρίας. Et lib. I. de bello Judaico, cap. XIV. Πρὸς δὲ τὴν ἧτταν, γίνεται μέγα κίνημα τῶν Ἀράβων, καὶ συναθροισθέντες εἰς Κάναθα τῆς Κοίλης Συρίας, ἀνέμενον τὸ πλῆθος, τοὺς Ἰουδαίους ἔμενον. Et mox ſequitur: Ἐπιβουλεύεται δὲ Ἡρώδης ἐν τῇ παρατάξει, τοὺς ἐκ τῶν Κανάθων ἐπιχωρίους ἀνέντ⊚ Ἀθηνίων⊚ &c. Etiam in textu Hebraico Joſuæ XIX. קנה *Kana* appellatur, neque aliter à ſeptuaginta interpretibus. Diverſa hæc ſcribendi ratio, Ἄννα, *Aana*, *Ani* ſive *Ana*, Ἄινα, Γαί, Κανα & Κάναθα, videtur manaſſe ex more populorum orientalium; qui ad aſperiorem ſonum molliendum, ſæpiſſime permutant literas ע Ajin, כ Caph, ק Coph, ع Ain, غ Gain, ق Kaf, ك Kef: imo præcipue Perſæ & Turcæ Gain ſæpe pronuntiant ut Kaf. Exemplis res evadet manifeſta. Pro Hebr. עלם *êlem*, Arabes dicunt غلام *golâm* puer, ſervus: pro קצף, غضب *gaſaba* indignatus fuit: pro כפר *Kipper* غفر *gafara*, condonnavit: pro Perſ. آقا *aka*, Turcæ efferunt آغا *aga*, præfectus militum; اوتاق & اوتاغ *otag* & *otâk*, Turcis promiſcuè dicitur tentorium. غوك *gouk* Perſ. rana, gain prolato inſtar Kaf: & עמרה *Hhamora*, Γομόρρα, Arab. غامورا *Gamoura*. Atque ſic alia innumera. Præter Annam jam memoratam alia reperitur, quæ ab Euphrate, cui adjacet, finditur, & partim in Arabia deſerta, & partim in Meſopotamia ſita eſt: ab Haleppo itinere quindecim dierum diſtans, uti paſſim peregrinantibus traditur.

[90] Ὑπὲρ Ἱεριχοῦντα.] Sic reſcribere placuit, ipſo Stephano poſtulante: Ἱεριχοῦς, μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. ἡ γενικὴ Ἱεριχοῦντ⊚. Male enim in vulgatis libris legitur, ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος. Joſephus præpoſitionem cum gignendi, noſter vero cum accuſandi caſu conſtruit, quod magis placet, utpote uſitatius.

[91] Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναίτης, ὡς Γώσηπος.] Non utitur hoc gentili Joſephus, apud quem æque ac Stephanum, mendoſum conſpicitur. Si oppidi nomen ſit Ἄννα, recte in Voſſiano codice exaratum eſt: τὸ ἐθνικὸν Ἀννίτης, & ita in Steph. procul dubio reſcribendum; nam agnoſcit quoque hanc lectionem ex Palatinis libris ὁ πάνυ Salmaſius. Peſſime apud Joſephum loco citato Ἀϊνατῶν ſcriptum eſt: hoc conceſſo, oppidi nomen eſſe Ἄινα, non tamen inde juxta τὸν ἐπιχώριον τύπον deducetur Ἀϊνάτης, qui terminationem in ιτης exigit, ut aliis in locis fuſius ex Stephano docuimus.

[92] Καὶ Ἀννιανὸς, ἀπὸ τοῦ Ἀννανία.] Hæc vitioſa eſſe vidit Salmaſius, ex conjectura ita reſtituens: καὶ Ἀννιανὸς, ἀπὸ τοῦ Ἀννία.

[93] Μέμνηται Ἀλκμάν.] Fuit verna Ageſidæ, & quia ei videba-

οἱ οἰκοῦντες, Ἀννίχωροι, καὶ Ἀννίχωρες, πλησίον Περσῶν κείμενοι. A

ἈΝΤΑΙΟΥΠΟΛΙΣ [94], πόλις ἐν Αἰγύπτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀνταιοπολίτης. [95] λέγεται καὶ Ἀνταίων, ὡς Ἀκταίων· ἀφ' οὗ ἡ πόλις.

ἌΝΤΑΝΔΡΟΣ, πόλις [96] ὑπὸ τὴν Ἴδην, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, [97] ἀπὸ Ἀντάνδρου τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέων. [98] τὸ ἐθνικὸν, Ἀντάνδριος. Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην [99] ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾶκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, καὶ Κιμμερίδα Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. τὰ ἐθνικὰ τῆς μὲν Ἠδωνίδος, Ἠδονοί. [1] τῆς δὲ Κιμμερίδος, Κιμμέριοι. B C

ἌΝΤΕΜΝΑ [2], πόλις Σαβίνων, μία τῶν ἀνθεστηκυιῶν Ῥωμύλῳ. [3] τὸ ἐθνικὸν, Ἀντεμνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης. D

ἌΝΤΕΙΑ [4], πόλις Ἰταλίας, ὑπήκοος Ῥωμαίων. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κίρκης παιδός. [5] Ὀδυσσέως γὰρ καὶ Κίρκης υἱοὶ τρεῖς, Ῥῶμος, Ἄντεια,

meminit. Incolæ, prope Perſas ſiti, dicuntur Annichori, & Annichores.

ANTÆOPOLIS, civitas Ægypti, cujus gentile Antæopolita. Dicitur quoque Antæon, uti Actæon; à quo urbs nomen habet.

ANTANDRUS, urbs ſub Ida, juxta Myſiam Æolidis ſita, quæ ab Antandro Æolum duce nomen habet. Gentile, Antandrius. Ariſtoteles inquit Edonidem appellari, quia Edoni ex Thracia eam incoluerint: & Cimmeridem, propterea quod Cimmerii ipſam centum annos habitaverint. Hinc formantur gentilia, ab Edonide Edoni, & à Cimmeride Cimmerii.

ANTEMNA, urbs Sabinorum, una ex iis quę Romulo reſtiterunt. Gentile dicitur Antemnata, uti Ravennata.

ANTIA, oppidum Italiæ, Romanis ſubditum: ita autem dictum eſt à Circes filio: quippe Ulyſſi & Circæ filii tres fuere, Romus, Antia

videbatur homo præclari ingenii, manumiſſus eſt, & poëta evaſit, teſte Heraclide de Politiis, ita enim ille in Lacedæmoniorum republ. ὁ δὲ Ἀλκμὰν οἰκέτης ἦν Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν, ἐλευθερώθη, καὶ ποιητὴς ἀπέβη.

94 Ἀνταιούπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Hujus exſtat memoria apud Ptolemæum lib. IV. cap. V, hiſce verbis. Ἀπὸ ἀνατολῶν δὲ τοῦ ποταμοῦ Ἀνταιοπολίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις, Ἀνταίου μεσόγειος. Nomen habet ab Antæo terræ filio, qui cogebat hoſpites ſecum luctari, quos delaſſatos interficiebat: hunc poſtea Hercules in Libya occidit, auctore Diodoro Siculo lib. I. Qua in parte Libyæ Antæus regnaverit, lege etiam apud Melam lib. III. cap. ultimo.

95 Λέγεται καὶ Ἀνταίων, ὡς Ἀκταίων. ἀφ' οὗ ἡ πόλις.] Multa huic loco excidiſſe, mihi firmiter perſuadeo: ſi enim Ἀνταίων pro gentili ſit cenſendum, perabſurde hic ab Epitomatore dicitur, civitatem nomen inde eſſe ſortitam, cum & certum ſit, regi nomen Ἀνταῖος, non vero Ἀνταίων fuiſſe.

96 Ὑπὸ τὴν Ἴδην πρὸς τῇ Μυσίᾳ.] Situs ex hoc Stephani loco eſt manifeſtiſſimus, libet tamen ei addere verba Thucydidis lib. IV. ita ſcribentis: Καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς ἀκτίας καλουμένας, ἃς πρότερον Μυτιληναίων νεμομένων Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευθεροῦν, καὶ πάντων μάλιστα τὴν Ἄντανδρον. καὶ κρατυνάμενοι αὐτὴν (ναῦς τε γὰρ εὐπορία ἦν ποιεῖσθαι αὐτόθεν, ξύλων ὑπαρχόντων, καὶ τῆς Ἴδης ἐπικειμένης) καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ ῥᾳδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι, τήν τε Λέσβον ἐγγὺς οὖσαν κακώσειν. Hinc liquet urbem fuiſſe maritimam, non procul à Lesbo, in qua magna fabricandarum navium opportunitas & lignorum copia reperiebatur. Vide etiam Herodotum in Polymnia, Strabonem lib. XIII, Scumnum Chium, Scylacem & alios.

97 Ἀπὸ Ἀντάνδρου.] De nominis origine videndus Pomp. Mela lib. I. cap. XVIII: *In altero latere, Antandrum. Duplex cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium Æneæ filium, cum ibi regnaret captum à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat. Hi Antandrum, quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro accipi volunt.* Varias de Antandri origine opiniones lege apud Servium in Virg. lib. 3. Æn. ad hæc poëtæ verba:

- - - Claſſemque ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antandrus, docente J. Voſſio, proprie is eſt, quem Latini *Succedaneum* vocant. Utitur hoc vocabulo in illa ſignificatione alicubi Plutarchus.

98 Τὸ ἐθνικὸν Ἀντάνδριος.] Occurrit hoc gentile nomen apud Thucyd. lib. VIII: Ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, Ἀντάνδριοι (εἰσὶ δὲ Αἰολεῖς) παρακομισάμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδου πεζῇ διὰ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους ὁπλίτας, &c.

Circumjacens regio etiam Ἀντανδρία dicitur Straboni lib. XIII.

99 Ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾶκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, καὶ Κιμμερίδα &c.] Ita hunc locum ſupplevit incomparabilis Voſſius ex libris antiquis. Teſtatur etiam Salmaſius in margine ſui codicis, ſe ſimili prorſus modo in Palatinis codicibus inveniſſe. In vulgatis editionibus locus hunc in modum circumferebatur: Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὀνομάσθαι Ἠδωνίδα, Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. Plinius lib. V. cap. XXX. auctor eſt, hiſce nominibus Antandrum fuiſſe inſignitam: *Rurſus in littore Antandros, Edonis prius vocata; deinde Cimmeris.*

1 Τῆς δὲ Κιμμερίδος, Κιμμέριοι.] Et ita etiam hunc locum refinxerunt ex libris ſcriptis viri incomparabiles Salmaſius & Iſaacus Voſſius. Peſſime enim vulgati exhibebant: Τῆς δὲ Κιμμερίας, Κιμμέριοι.

2 Ἄντεμνα, πόλις Σαβίνων.] Oppidi nomen Strabo numero plurali & fœm. gen. extulit lib. V: Κολλατία δ' ἦν, καὶ Ἀντέμναι, καὶ Φιδῆναι, Λαβῖνον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, τότε μὲν πολίχνια, νυνὶ δὲ κῶμαι. A Latinis fuit conditum & denominatum, Si Varroni fides ſit habenda, apud quem lib. IV. de lingua Lat. ita legimus: *Oppidum interamna dictum, quod inter amnes eſt conſtitutum. Item Antemnæ, quod ante amnem, qui fluit in Tiberim: quod in bello male acceptum conſenuit.* Plura de hac civitate vide apud Cluverium.

3 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντεμνάτης.] Eodem modo Latini hoc gentile formarunt. Liv. lib. I. cap. IX: *Dum ibi Romani gerunt, ANTEMNATIUM exercitus per occaſionem ac ſolitudinem, hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit.*

4 Ἄντεια, πόλις Ἰταλίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione enumerat quinque appellationes, quibus hoc oppidum inſignitur: hac ſectione dicitur Ἄντεια & Ἄντιον: pag. 133 Ἄντιον, πόλις Ἰταλίας. Κυάδρατος ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος: & pag. 132 Ἄνθεια. Ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον &c. Verum hoc mihi maxime mirum videtur, quod etiam hujus civitatis nomen Ἄγκεια fecisſet, quod profecto ab aliis appellationibus longius recedit, & hactenus apud me dubium fuit, de quo in animadverſionibus ad iſtam vocem fuſius diximus. Hæc urbs antiquis Græcis ſcriptoribus Straboni, Dionyſio, Appiano, Ptolemæo, Philoſtrato aliiſque Ἄντιον dicitur, quo etiam Latini utuntur. Apud Dionyſium tamen lib. V, ἐκ Ἀντίας legitur, cum paſſim hanc vocem genere neutro proferat. Oppidi ſitum habemus apud Dionyſ. Hal. lib. VIII: Ἧκεν Ἄντιον τὴν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν Οὐολούσκων πόλεων. Vide etiam Procopium in Gothicis.

5 Ὀδυσσέως γὰρ καὶ Κίρκης υἱοὶ τρεῖς &c.] Tres habuiſſe filios Ulyſſem

Ἄντια, Ἄρδεια. ὁ πολίτης Ἀντεάτης, [6] ὡς A Ἀρδεάτης. [7] Ἔστι καὶ Ἄντιον πόλις οὐδετέρως, μετὰ Λώρεντον τῆς Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀντιεύς, ὡς Σουνιεύς.

ἈΝΤΙΓΌΝΕΙΑ [8], πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ. ὁ πολίτης, Ἀντιγονεύς. [9] ἔστι καὶ πόλις B Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια. [10] τρίτη, Μακεδονίας, Ἀντιγόνου κτίσμα, τοῦ Γονάτου. [11] τετάρτη, Βιθυνίας, πρὸς τῷ Δασκυλίῳ. [12] πέμπτη, ἐν τῇ Συρίᾳ, πλησίον Ἀντιοχείας. [13] ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς, [14] ἀπέχον τῆς C προσεσπέρου θαλάσσης ὡς σταδίους ν. τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

ἈΝΤΙΚΟΝΔΥΛΕΙ͂Σ, οἱ ἐν Βοιωτίᾳ [15] Κόλοι Φρύγες, ὡς Ἀριστοφάνης, ὁ τοὺς Θηβαίους ὅρους γεγραφώς. D

ἈΝΤΊΚΥΡΑΙ, πόλεις δύο, [16] ἡ μία Φωκίδος, ὡς [17] Δημήτριος ὁ Καλλατιανός· [18] ἡ δὲ, ἐν Μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος. ἐνταῦθά φασι τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι, τὸν ἀστεῖον. ὁ πολίτης Ἀντικυρεύς, E [19] ὡς

A Antia & Ardea. Oppidanus inde eſt Anteates, ſicuti Ardeates. Eſt & Antium oppidum, genere neutro, ultra Laurentum in Italia ſitum, cujus gentile dicitur Antienſis, uti Sunienſis.

ANTIGONIA, oppidum Chaoniæ B in Epiro, cujus oppidanus Antigonenſis dicitur. Eſt item urbs Arcadiæ, quæ antea Mantinea appellabatur. Tertia Macedoniæ, ab Antigono Gonatæ filio condita. Quarta Bithyniæ juxta Daſcylium. Quinta in Syria, prope Antiochiam. Eſt item caſtellum C agri Cyziceni, à mari verſus occidentem quinquaginta ſtadiis diſtans, quod eodem gentili gaudet.

ANTICONDYLES, ita in Bœotia Coli Phryges appellantur, uti teſtatur Ariſto- D phanes qui terminos Thebanos deſcripſit.

ANTICYRÆ, hoc nomine duæ civitates exiſtunt. Altera in Phocide, uti Demetrius Callatianus perhibet; altera vero apud Malienſes, uti Appollodorus teſtatur. Hic ajunt optimum elleborum creſcere. Civis Anticyrenſis dicitur, E uti

Ulyſſem atque Circen, qui tria condiderunt oppida, & de ſuo nomine appellarunt, teſtatur Xenagoras apud Dionyſ. Hal. lib. I. hiſce verbis: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἄντιαν, Ἀρδέαν. οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας.

6 Ὡς Ἀρδεάτης.] Corrupte exhibent MSS: ὡς Σαρδεάτης.

7 Ἔστι καὶ Ἄντιον πόλις οὐδετέρως.] Unum idemque oppidum eſt Ἄντια & Ἄντιον, quod noſter hoc loco in duo diverſa oppida diviſit.

8 Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας.] Fuit hæc urbs mediterranea, in anguſtiis Cerauniorum, quæ Epirum ab Illyride diſterminabant, ſita. Ptolemæus lib. III. cap. XIV: Πόλεις δὲ εἰσι τῆς Ἠπείρου μεσόγειοι Χαόνων. Ἀντιγόνεια, Φοινίκη, Ἑκατόμπεδον, Ὀμφάλιον, Ἔλαιος &c. Sitam fuiſſe ad fauces iſtorum montium clariſſime apparet ex Polybio lib. II. ubi refert Scerdilaïdam cum quinque Illyriorum millibus itinere terreſtri per fauces Antigoneam perveniſſe: Προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς, Σκερδιλαΐδαν ἔχοντα πεντακισχιλίους Ἰλλυριοὺς παραγίνεσθαι κατὰ γῆν διὰ τῶν παρ' Ἀντιγόνειαν στενῶν· μερίσαντες αὐτῶν τινὰς ἐξαπέστειλαν παραφυλάξοντας τὴν Ἀντιγόνειαν. Eundem ſitum etiam ex Livii verbis poſſumus colligere, ita enim ille lib. XXXII. cap. V: *Principioque veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturæ erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces ſunt, ſtena vocant Græci, miſit.*

9 Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια.] Plinius parum conſiderate lib. IV. cap. V. in Arcadiæ deſcriptione ſtatuit Mantineam diverſum eſſe oppidum ab Antigonia. *Mediterranea ejus Arcadia maxime tenet, undique à mari remota: initio Drymodis, mox Pelaſgis appellata. Oppida ejus Pſophis, Mantinea, Itymphalum, Tegea, Antigonia, Orchomenum &c.* Antiquam appellationem fuiſſe τὸ Μαντίνεια certiſſimum eſt, verum poſtea in honorem Antigoni tranſnominata eſt Antigonea, uti luculenter teſtatur Pauſan. lib. VIII. Ἀντιγόνου δὲ ἐν Μακεδονίᾳ Φίλιππον τὸν Περσέως πατέρα ἔτι παῖδα ἐπιτροπεύοντος, καὶ Ἀχαιοῖς ἐς τὰ μάλιστα ὄντος ἐπιτηδείου, ἀλλά τε ἐς τιμὴν αὐτοῦ Μαντινεῦσιν ἐποιήθη, καὶ ὄνομα τῇ πόλει μετέθεντο Ἀντιγόνειαν. Vide etiam Plutarchum in Arato, & Ptolemæum lib. III. cap. XVI.

10 Τρίτη Μακεδονίας.] Vide de hac urbe Ptolemæum lib. III. cap. XIII, Scumnum Chium & alios. Sita fuit in Mygdonia, non procul ab Pydna.

11 Τετάρτη Βιθυνίας πρὸς τῷ Δασκυλίῳ.] Hujus meminit ipſe Stephanus alio loco: Νίκαια, πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀγκώρη, εἶτα Ἀντιγόνεια. ὕστερον δὲ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου γυναικὸς Νίκαια ἐκλήθη. Daſcylium ubi fuerit ſitum, ad illam vocem docebimus.

12 Πέμπτη ἐν Συρίᾳ.] Hanc Antigonus Philippi filius condidit, & ab ipſo nomen habet, teſte Strabone lib. XVI: Quia autem Antiochiæ erat valde vicina, tandem ei conjuncta, & una ex quatuor urbibus fuit, quæ Antiochiam conſtituebant. Ἔστι δ' ἡ μὲν Ἀντιόχεια, καὶ αὐτὴ τετράπολις, ἐκ τεττάρων συνεστῶσα μερῶν. τετείχισται δὲ καὶ κοινῷ τείχει, καὶ ἰδίῳ καθ' ἕκαστον τὸ κτίσμα. τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτῶν ὁ Νικάτωρ συνῴκισε, μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου.

13 Ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς.] Hujus meminit Plinius lib. V. cap. XXX. *Troadis primus locus fuit Amaxitus, dein Crebenia, ipſaque Troas, Antigonea dicta, nunc Alexandria colonia Rom.* Hujus ſitus eſt notiſſimus, & de nominis origine & mutatione ſatis diximus pag. 94.

14 Ἀπέχον τῆς προσεσπέρου θαλάσσης.] Heſperium mare unicuique ſatis eſt manifeſtum, ſed de eo, quod προσέσπερον dicitur nihil apud Geographos invenies. Legendum eſt: Ἀπέχον τῆς πρὸς ἑσπέρου θαλάσσης ὡς σταδίους ν. Et ſic omnia erunt luce clariora.

15 Κόλοι Φρύγες.] Sic legunt omnes editiones, ſed vocabula videntur componenda, nam Heſychius mentionem facit de monte Bœotiæ, quem Κολοίφρυγα nominat. Κολοίφρυξ, Ταναγραῖος ἀλεκτρυὼν, καὶ ὄρος Βοιωτίας.

16 Ἡ μία Φωκίδος.] Hujus ſitum optime colligere licet ex Scylace, cujus verba ita ſunt legenda capite Λοκροί. Μετὰ Λοκροὺς εἰσὶν ἔθνος Φωκεῖς κατὰ τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφοὶ πόλις, καὶ Ἀντίκυρα πόλις. A Delphis diſtabat x mill. paſſ. Nomen videtur inde accepiſſe, quod Cirrhæ vicinæ urbi fuerit oppoſita: adeo ut multi exiſtiment nomen antiquum fuiſſe Ἀντίκιρρα: manifeſte hoc indicat locus Strabonis lib. IX: Ὑπὸ γὰρ ἡ Κίρρα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῇ ἱδρυμένη τῇ θαλάσσῃ [illegible] Κίρρα καὶ Ἀντίκιρρα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ [illegible] κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ &c.

17 Δημήτριος ὁ Καλλατιανός.] Strabo lib. I. hujus Demetrii mentionem facit, & Marcianus Heracleot. [illegible] Stephanus hanc vocem per λλ ſcribit, ſed alii eandem nominanter per ſimplex efferunt.

18 Ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν.] Sic quoque Strabo diſtinguit inter Phocicam & Maliacam, ita enim ille libro nono jam citato: Εἶτα Ἀντίκυρα, ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. Καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς, καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν.

[19] ὡς Παλαιρεύς. ἦν δὲ καὶ ἀνήρ τις Ἀντικυ- A ρεύς, ὅν τινά φασιν ἐλλεβορίσαι τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὴν μανίαν. καὶ Ἀντικυραῖος, ὡς Μάρκελλος ἰατρός.

ἈΝΤΙΓΟΝΙ΄Σ, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἀντιγόνου. ὁ φυλέτης Ἀντιγονεύς, ὡς B Αἰγικορεύς.

ἈΝΤΙΝΟ΄ΕΙΑ [20], πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός. τὸ ἐθνικὸν, Ἀντινοεύς. [21] ἐκλήθη ἡ πόλις καὶ Ἀδριανούπολις.

ἈΝΤΙΟ΄ΧΕΙΑ, [22] δέκα πόλεις ἀνα- C γράφονται. εἰσὶ δὲ πλείους. [23] πρώτη, Σύρων. [24] δευτέρα, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, Λυδίας. [25] τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, ἥ τις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων [26] Ἀσίβη καλεῖται. ὅθεν D Ἀπολ-

uti Palærenſis. Erat autem vir quidam Anticyrenſis, quem perhibent Herculem contra maniam ellebore purgaſſe. Reperitur quoque Anticyræus, apud Marcellum medicum.

ANTIGONIS, tribus Attica, quæ ab Antigono nomen habet. Tribulis Antigonenſis, uti Ægicorenſis.

ANTINOIA, urbs Ægypti, ab Antinoo Adriani amaſio nomen habens. Gentile, Antinoenſis. Urbs etiam Adrianopolis dicta eſt.

ANTIOCHIA, decem hoc nomine urbes deſcribuntur; verum plures ſunt. Prima, Syrorum. Secunda, Lydiæ, quæ ab Antiocho Epiphane nomen accepit. Tertia, Meſopotamiæ, Mygdonia dicta, quæque ab indigenis Naſibis nuncupatur: ab hac Apol-

[19] Ὡς Παλαιρεύς.] Gentile hoc mendoſum eſt, deberet enim deduci à Πάλαιρα: ſed hoc nomine urbs non exſtat. Fortaſſis legendum eſt, Παναιρεύς, quod Stephanus agnoſcit in vocabulo Παναίρα, vel Πολυαρεὺς à Πολύαρα.

[20] Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός.] Ita hunc locum ex libris manu exaratis ſupplevimus, quam lectionem quoque receptam vidi à Cl. Salmaſio in notis ad Ælium Spartianum, & in margine ſui codicis: vulgati enim mutile exhibebant: Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός. Sed quanquam codicum ſcriptorum lectio vulgatæ præferenda videtur, eam tamen omnibus numeris abſolutam habere non poſſum: procul omni dubio Ἀδριανοῦ κτίσμα, vel ſimile quid de hac epitome ſublatum eſt. Aurelius Victor de Cæſaribus: *Hinc orti rumores mali, injeciſſe ſtupra puberibus, atque Antinoi flagraviſſe famoſo miniſterio, neque alia de cauſa urbem conditam ejus nomine, aut locaſſe ephebo ſtatuas.* Ammian. Marcel. lib. XII: *Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Thermopolim habet, & Copton, & Antinoum, quam Hadrianus in honorem ephebi condidit ſui.* Hieronymus lib. II. adverſus Jovianum: *Et ut ſciremus quales Deos Ægyptus ſemper recepiſſet, nuper ab Hadriani amaſio urbs eorum Antinous appellata.* Mallem itaque Stephani locum ex hiſtoricorum fide hunc in modum conſtituere: Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός, Ἀδριανοῦ κτίσμα: vel ſimpliciter, ἀπὸ Ἀντινόου, παιδὸς Ἀδριανοῦ. Ita hunc locum debere concipi ego nullus dubito, & ſatis clare hoc etiam indicant verba auctorum jam allegatorum. Nuſquam hæc urbs Ἀντινόεια appellatur, niſi apud Epiphanium: apud Ptolemæum lib. IV. cap. V: Ἀντινοούπολις reperitur, neque aliter apud Originem contra Celſum; & in vetuſta Peutingerorum tabula *Antino* excuſum eſt, quod dicitur pro *Antinopolis*, annotante Salmaſio, ut *Pano* pro *Panopolis*, *Lato* pro *Latopolis*, & *Heracleo* pro *Heracleopolis.* Optime obſervat Caſaubonus hanc urbem non à fundamentis novam factam, ſed Adriani juſſu inſtauratam & quaſi denuo conditam, atque in honorem Antinoi Antinopolim appellatam fuiſſe: cum eſſet ante is locus alii numini conſecratus; nam priores urbem & Deum BASAM nominarunt. Ammianus lib. XIX: *Oppidum eſt Abydus in Thebaidis parte ſitum extrema. Hic Beſæ Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.* Hanc appellationem Ægyptii diu etiam poſtea retinuerunt, altera Grecis relicta. Propterea fuerunt alii, qui neque *Beſam*, neque *Antinoum*, ſed de duabus appellationibus unam componerent, & oppidum iſtud BESANTINOUM appellarent. Photius de Helladio ſcriptore Ægyptio: Οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν, πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου, ἢ ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει Βησαντινόου. De conſecratione & cultu Antinoi, & Gymnicis in honorem ejus inſtitutis nos nihil dicemus, cum hanc materiam fuſius pertractarint Caſaubonus & Salmaſius in notis ad hiſt. Auguſtæ ſcriptores, quo lectorem ablegamus.

[21] Ἐκλήθη ἡ πόλις Ἀδριανούπολις.] Spartianus in vita Adriani: *Multas civitates ADRIANOPOLIS appellavit, ut ipſam Carthaginem & Athenarum partem.* Ad quem locum vide Caſauboni & Salmaſii commentarios.

[22] Δέκα πόλεις ἀναγράφονται.] Quatuordecim iſthac appellatione civitates à Stephano enumerantur, uti mox apparebit. Euſtathius ad Dionyſii periegeſin: Εἰσὶ δὲ Ἀντιόχειαι περί που τὰς ιδ, ὡς οἱ ἱστοροῦντες ἐκτίθενται.

[23] Πρώτη Σύρων.] Cum in Syria late ſumpta plures ſint Antiochiæ, non facile dixerim, quænam hoc loco intelligenda ſit, id tamen ab omni ratione non erit plane alienum, ſi intelligamus Ἀντιόχειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ, de qua Ptolemæus lib. V. cap. XV, & Plinius lib. V. cap. XXI. Hæc Seleucum Nicatorem conditorem habuit, eique à ſuo patre Antiocho nomen indidit. Juſtinus lib. XV. cap. IV. *Nam & urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi, Apollini dicavit.* Lege etiam Strabonem lib. XVI. Hæc tam celebris & frequens eſt in antiquorum ſcriptis, ut is actum agere videri poſſit, qui de illa grandem commentarium conſarcinaret

[24] Δευτέρα &c. Λυδίας.] Secunda hæc in veterum monumentis non adeo eſt obvia. Putat Ortelius hujus memoriam exſtare apud Ptolemæum, ſed revera fallitur: nam nullam Ptolemæus hoc nomine civitatem in Lydia agnoſcit. Strab. lib. XIV: Μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδὸς, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν μεσογαίαν ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ καὶ ἐν δεξιᾷ, τὸ Μαιάνδρου πεδίον, Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων, Μιλησίων τε καὶ Μυουσίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ. ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ τῆς τοποθεσίας, καὶ μέχρι Νύσης καὶ Ἀντιοχείας.

[25] Τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη.] Hujus meminit Plinius lib. VI cap. XXVI: *Oppida præter jam dicta habet Seleuciam, Laodiceam, Artemitam: item in Arabum gente, qui Aroëi vocantur, & Mardani, Antiochiam: quæ à præfecto Meſopotamiæ Nicanore condita, Arabis vocatur.* Sed multo clarius hujus oppidi ſitum colligemus ex Strabone, libro ſexto decimo perhibente, partem Meſopotamiæ ad Euphratem expoſitam, appellatam eſſe à Mygdonibus, qui Macedoniam incoluerant, ita enim ille: Ἔχουσι δ' αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, καὶ τῷ Ζεύγματι, τῷ τε νῦν τῷ τῆς Κομμαγηνῆς, καὶ τῷ πάλαι τῷ κατὰ τὴν Θάψακον, οἵτε Μύγδονες κατονομασθέντες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἐν οἷς ἐστὶν ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν τὴν ἐν τῇ Μυγδονίᾳ προσηγόρευσαν, ὑπὸ τῷ Μασίῳ ὄρει κειμένην. Ita olim Antiochiam hanc nominatam fuiſſe, etiam manifeſte indicant verba Simocattæ, hiſtoriæ Mauricianæ lib. III. cap. VI. ubi refert Imperatorem ad Antiochiam Mygdoniæ cum Perſis prælium iniiſſe: Ἀφικνεῖται τοιγαροῦν ὁ στρατηγὸς ἐς τὰ προαύλια τῆς Περσίδος αὐτῆς, καὶ περὶ τὴν Νήσιβιν, Ἀντιόχεια δ' αὕτη τῆς Μυγδονίας τὸ πάλαι προσηγορεύετο, συμπλέκεται Πέρσαις. Lege etiam Joſephum lib. XX. Antiq. Jud. cap. II.

[26] Ἀσίβη καλεῖται.] Vulgatorum codicum ſcripturam repræſentamus: ſed noli dubitare librariorum imperitiam

S monſtrum

27 Ἀπολλοφάνης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, Ἀσιβηνὸς, καὶ Φαρνοῦχος, Περσικὰς ἱστορίας συγγραφώς· 28 ἥ τις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις. 29 τετάρτη, Πισιδίας. 30 πέμπτη, μεταξὺ κοίλης Συρίας, καὶ Ἀραβίας, Σεμιράμιδος. 31 ἕκτη, Κιλικίας, ἐπὶ τοῦ Πυράμου. 32 ἑβδόμη, Πιερίας, ἣν Ἄραδον οἱ Σύροι καλοῦσιν. ὀγδόη, ἡ 33 ἐπὶ τῆς Καλλιῤῥόης λίμνης. ἐννάτη, 34 ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγήνῃ. δεκάτη, ἐν Σκυθίᾳ. 35 ἑνδεκάτη, Καρίας, ἥ τις καὶ Πυθόπολις ἐκαλεῖτο. 36 Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου τρεῖς γυναῖκες ἐπέστησαν ὄναρ, κτίσαι πόλιν ἐν Καρίᾳ, 37 ἑκάστη λέγουσαι. ὁ δὲ ὑπολαβὼν τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν ἀδελφὴν, κτίζει τρεῖς πόλεις· ἀπὸ μὲν τῆς ἀδελφῆς Λαοδίκης, Λαοδίκειαν· ἀπὸ δὲ τῆς γυναικὸς Νύσης, Νύσαν· ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς Ἀντιοχίδος, Ἀντιόχειαν. Ἀντιοχὶς οὖν ὄνομα καὶ τῆς μητρὸς, καὶ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, καὶ φυλῆς ὄνομα. δυοκαιδεκάτη, 38 ἐν τῇ Μαργιανῇ Παρθυαίων,

Apollophanes Stoïcæ ſectæ philoſophus, & Pharnuchus Perſicarum hiſtoriarum ſcriptor Naſibenus dicitur. Hæc quoque Niſibe & Niſibis appellatur. Quarta, Piſidiæ. Quinta, inter cavam Syriam & Arabiam ſita, à Semiramide condita eſt. Sexta, Ciliciæ ad Pyramum. Septima Pieriæ, quam Syri Aradum vocitant. Octava, ad paludem Callirrhoëm. Nona, ad Taurum in Commagene. Decima, in Scythia. Undecima, Cariæ, quæ etiam Pythopolis nominatur. Antiocho enim Seleuci patri tres in ſomnis apparuerunt mulieres, quarum unaquæque in Caria civitatem extruere jubebat. At cum intellexiſſet illas eſſe matrem, & uxorem, & ſororem, ipſe tres urbes condidit, à ſorore Laodice, dictam Laodiceam, ab uxore autem Nyſſa, Nyſſam; & à matre Antiochide, Antiochiam. Antiochis igitur, eſt nomen matris, & gentile urbis, & nomen tribus. Duodecima, in Margiane Parthyæorum,

monſtrum illud lectionis edidiſſe. Perperam quoque Voſſianus codex Ἀσίβη legebat Optime Salmaſius emendabat: ἥτις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Νασίβη καλεῖται. Mallem tamen hoc in loco Νάσιβις, & ſtabit lector à meis partibus, cui placuerit Stephanum de hac voce & terminatione conſulere.

27 Ἀπολλοφάνης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφ. Ἀσιβηνός.] Sic error errorem trahit: quia ſupra Ἀσίβη urbs vocabatur, neceſſario hinc Ἀσιβηνὸς erat formandum. Recte ὁ πάνυ Salmaſius correxit, Νασιβηνός. Hujus meminit philoſophi Athenæus lib. VII. cap. VI. Hoc obiter admonendum videtur, viros doctos, hunc de Apollophane, & ſequentem de Pharnucho rerum Perſicarum ſcriptore locum citantes, non odoratos fuiſſe, tam turpem in Stephano mendam latere.

28 Ἥ τις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις.] De integritate hujus loci dubito: nam nuſquam apud veteres hoc oppidi nomen in η terminatur, & ipſe Stephanus terminationem in ις ubique præfert. Legerem itaque, licet Salmaſius in hoc loco corrigendo nihil immutaverit; ἥτις δὲ Νήσιβις λέγεται, καὶ Νίσιβις. Vide Steph. in iſthac voce, & facile aſſenſum præbebis.

29 Τετάρτη, Πισιδίας.] Hanc meminit Ælianus lib. XVI. cap. VII, ubi de ſyroperdice ita ſcribit: Συροπέρδιξ γίνεται περὶ τὴν Ἀντιόχειαν τὴν Πισιδίας, καὶ σιτεῖται καὶ λίθους. μικρότερος δέ ἐστι τοῦ Πέρδικος, καὶ μέλας τὴν χρόαν &c. Vide quoque Strabonem lib. XIII. & Ptolem. lib. V: cap. III.

30 Πέμπτη, μεταξὺ κοίλης Συρίας &c.] Hæc eadem mihi videtur, quæ Stephano alio nomine Γάδαρα appellatur, ita enim ille: Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη.

31 Ἕκτη, Κιλικίας, ἐπὶ τοῦ Πυράμου.] Ergo duæ iſthac appellatione civitates in Cilicia fuere; hæc ad Pyramum, alia ad Cydnum ſita erat, & Tarſus appellabatur, uti ipſe infra perhibet.

32 Ἑβδόμη, Πιερίας, ἣν Ἄραδον οἱ Σύροι καλοῦσιν.] Suſpicor portenti aliquid ſubeſſe, & fateor me non videre, quo pacto locum inſtaurem. Varias fuiſſe Pierias non ignoro; ſed quia de Syris loquitur, neceſſe eſt Syriæ Pieriam ut intelligamus, in qua tres tantum urbes à Ptolemæo Pinara, Pagræ & Syriæ pylæ recenſentur; nullus itaque iſthoc tractu Arado locus: nam duæ magni nominis & famæ exſtitere inſulæ, altera Phœniciæ, & altera in ſinu Perſico, vel ut Stephanus opinatur in mari rubro; quod ſinus Perſici pars haberi poteſt, quæ Aradi appellatione inſigniebantur: ſed ut verum fatear, ad hanc ſectionem non pertinent: imo valde miror, Stephanum in iſthac voce ea de re nullam omnino mentionem feciſſe. In Margiane fuiſſe Antiochiam, quæ appellabatur, ἄνυδρος, teſtatur Iſidorus Characenus in ſtathmis Parthicis, cujus verba infra in medium adducimus; ſed nihil audeo affirmare, q[illegible] ſitus non accurate reſpondet.

33 Ἐπὶ τῆς Καλλιῤῥόης λίμνης.] Nimia profecto [illegible] Epitomatoris eſt breviloquentia: ingenue fateor, me ſitum hujus paludis ignorare. Falſus eſt Ortelius, ex Stephano eam in Meſopotamia ſtatuens, cum neque hic, neque alibi hoc affirmaverit.

34 Ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγήνῃ.] Ptolemæus lib. V. cap. XV: Πόλεις δὲ εἰσιν ἐν τῇ Συρίᾳ μεσόγαιοι ἀρχομένοις ἀπ' ἄρκτων. Κομμαγήνης μὲν αἵδε, Ἀρήκα, Ἀντιόχεια πρὸς Ταύρῳ ὄρει, &c. Hujus etiam mentio eſt apud Goltzium in nummo: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ.

35 Ἑνδεκάτη, Καρίας, ἥτις καὶ Πυθ. &c.] Hæc fuit Alabanda Cariæ, ſi Stephano fides ſit habenda, ita enim ille: Πυθόπολις, Καρίας πόλις, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νύσσα. Et alio loco: Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια. Strabo tamen & alii Antiochiam à Nyſſa diverſam ſtatuunt, & hiſtoriæ ratio idem ex ipſo Stephano confirmat, ſi verum ſit, quod ipſe nunc perhibet, Antiochum, poſtquam ipſi in ſomnis tres mulieres apparuerant, in Caria tres civitates condidiſſe. Sed Euſtathius, iiſdem plane verbis hanc hiſtoriam in commentariis ad Dionyſ. tradens, ἐν τῇ Καρίᾳ prætermiſit, & non addidit qua in regione has tres urbes ædificaverit, ita enim ille: Περὶ δὲ Ἀντιοχείας ἄλλοι καὶ οὕτω φασὶν, Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου τρεῖς ἐπεφάνησαν κατ' ὄναρ γυναῖκες, κτίσαι πόλιν ἑκάστη θέλουσαι. ὁ δὲ ὑπολαβὼν αὐτὰς εἶναι τὴν γυναῖκα, τὴν μητέρα &c.

36 Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου.] Codex Voſſianus: Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκῳ.

37 Ἑκάστη λέγουσαι.] Euſtathius loco jam citato: ἑκάστη θέλουσαι.

38 Ἐν τῇ Μαργιανῇ Παρθυαίων.] Hujus meminit Iſidorus Characenus in ſtathmis Parthicis: Ἐντεῦθεν Μαργιανὴ, σχοῖνοι λ'. ἔνθα Ἀντιόχεια, ἡ καλουμένη ἄνυδρος. κῶμαι δὲ οὐκ εἰσίν. Plinius lib. VI. cap. XVI: *Et ipſa contra Parthia tractum ſita, in qua Alexander Alexandriam condiderat. Qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit Seleuciam, interfluente Margo, qui corrivatur ab incolis: maluere & illam Antiochiam appellare.* Antiochus Soter Margianæ regionis fertilitatem admiratus, muro eam circumdedit, cujus circulus continebat CIƆ IƆ ſtadia, & in ea Antiochiam condidit, auctore Strabone lib. XI. Παραπλησία δ' ἐστὶ καὶ Μαργιανή. ἐρημίαις δὲ περιέχεται τὸ πεδίον. Θαυμάσας δὲ τὴν εὐφυίαν ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος, τεῖχος περιέβαλε κύκλον ἔχοντα χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. πόλιν δὲ ἔκτισεν Ἀντιόχειαν. Vide etiam Ptolemæum lib. VI. cap. X.

θυαίων, περὶ ἧς [39] Στρεάβων πεντεκαιδεκάτη. A [40] τρισκαιδεκάτη, ἡ Ταρσός. [41] τεσσαρεσκαιδεκάτη, Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. [42] τὸ ἐθνικὸν πᾶν, Ἀντιοχεύς, καὶ [43] Ἀντιόχειος, καὶ Ἀντιοχὶς τὸ θηλυκόν.

thyæorum, de qua Strabo libro undecimo mentionem facit. Tertia decima, Tarſus. Quarta decima Iſauriæ, quæ alio nomine Lamotis dicitur. Omnium urbium gentile eſt Antiochenſis, & Antiochæus, & fœmininum Antiochis.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΙ'Σ [44], πόλις· Ἡρώδου B κτίσμα, ἐπὶ Ἀντωνίου καίσαρος. [45] τὸ ἐθνικὸν Ἀντιπάτρης.

ANTIPATRIS, urbs: ab Herode poſt Antonii & Auguſti Cæſaris pugnam condita. Gentile, Antipatrites.

ἈΝΤΙ'ΣΑΡΑ, [46] ἐπίνειον Δατίνων. Ἡρωδιανὸς Ἀντισάρη, καὶ αὐτὴ πόλις. [47] τινὲς δὲ, Τισάρη γράφουσι. τὸ ἐθνικὸν Ἀντισαρεὺς, C ὡς Ἀντικυρεὺς τῆς Ἀντικύρας.

ANTISARA, navale Datenorum. Apud Herodianum ipſa hæc urbs Antiſare dicitur. Quidam vero Antiſarte ſcribunt. Gentile, Antiſarenſis, uti ab Anticyra Anticyrenſis.

ἈΝ- AN-

[39] Στρεάβων πεντεκαιδεκάτη.] Sic legunt omnes editiones, ſed corrupte. Codex Voſſianus: Στρεάβων ιβ'. Sine dubio reſcribendum eſt, Στρεάβων ἑνδεκάτῃ. Reſpicit enim Stephanus locum Strabonis præcedenti commentario allegatum.

[40] Τρισκαιδεκάτη, ἡ Ταρσός.] Inter alias appellationes, hæc etiam à Stephano in iſthac voce Tarſo adſcribitur: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κρονία, ἀπὸ Κρονίου. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἱερά. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἀντιόχεια, ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς.

[41] Τεσσαρεσκαιδεκάτη, Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη.] Hæc in vulgatis libris non leguntur: Salmaſius ea in Palatinis, & nos in ſchedis Voſſianis invenimus. Admodum veriſimile eſt, quatuordecim hoc nomine civitates recenſuiſſe Stephanum: nam Euſtathius, uti ſuperius diximus, aſſum Epitomatorem tranſcribens, idem ex eo tradidiſſe videtur. Antiochiæ τῆς Λαμώτιδος etiam reperitur memoria in Concilio Chalcedon. Act. III. cujus Epiſcopus Acacius fuit. Ptolemæus lib. v. cap. VII. in aſpera Cilicia Lamotiem regionem, & in ea civitatem Lamum collocat, de qua peritiores judicabunt.

[42] Τὸ ἐθνικὸν πᾶν.] Emendabat Salmaſius ex Palatinis in margine ſui libri: τὸ ἐθνικὸν πασῶν: Quæ eſt indubitata lectio. Verum hoc obiter admonendum, in libris MSS hunc ordinem non ſervari, totus enim locus in iis ſic conſtituitur: Τὸ ἐθνικὸν πασῶν Ἀντιοχεύς. ιδ' Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀντιοχεὺς, καὶ Ἀντιόχειος, καὶ Ἀντιοχὶς τὸ θηλυκόν.

[43] Ἀντιόχειος.] Ita ex MSS repoſuimus: & ſic etiam hunc locum correxit Salmaſius in Plinianis Exercit. & in margine ſui Stephani. In vulgatis erat Ἀντιόχειος.

[44] Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος.] Hæc, quam edi curavimus, codicis Voſſiani lectio eſt. Salmaſius ex libris Palatinis legebat: Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ Ἀντωνίνου Καίσαρος. Sed omnium mendoſiſſime in vulgatis excuſum eſt: Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡρωδιανός. κτίσμα ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος. Nos jam optimam lectionem evulgaſſe, nemo in dubium vocabit, ſed tamen vanam & minime veram eſſe, ipſi nunc confirnabimus. Herodem Antipatri filium hanc urbem condidiſſe, vel potius inſtauraſſe, poſt mortem patris ſui, & de illo Antipatridem nuncupaſſe, omnibus in confeſſo eſt. Joſephus lib. XX. cap. IX. Antiq. Jud. Μετὰ δὲ τὴν πανήγυριν ταύτην καὶ τὰς ἑορτὰς, πόλιν ἄλλην ἀνήγειρεν (Scilicet Herodes) ἐν τῷ πεδίῳ τῷ λεγομένῳ Καφαρσαβᾶ, τόπον ἔνυδρον καὶ χώραν ἀρίστην φυτοῖς ἐκλέξας ποταμοῦ τε περιρρέοντος τὴν πόλιν αὐτὴν καὶ καλλίστου μετὰ μέγεθος τῶν φυτῶν περιειληφότος ἄλσους, ταύτην ἀπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Ἀντιπατρίδα προσηγόρευσεν. Sed quid hoc monſtri eſt, ὑπὸ Ἀντωνίου Καίσαρος, & quis unquam Antonium Cæſarem appellavit? Codices Palatini præferunt, Ἀντωνίνου Καίσαρος; ſed ille Herodi non fuit coætaneus, adeo ut hęc immutatio etiam perabſurda foret. Conjiciebam primo intuitu legendum; ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος. Hæc emendatio mihi ſummopere placebat, quia M. Antonius & Cæſar in conſulatu collegæ fuere: verum poſtea animadvertebam & hanc lectionem veri ſpeciem non habere, cum hæc urbis inſtauratio, poſt Antonii mortem ab Herode facta ſit. Aliam itaque medicinam hic locus efflagitat, quem adjectis aliquot voculis hunc in modum conſtituerem: Ἀντιπατρὶς, πόλις Παλαιστίνης. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ τὴν μάχην Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος. Nihil occurrit melius divinandum, preſſius veritatis & hiſtoriarum veſtigiis inſiſtenti. Nam evidentiſſimum eſt, Herodem poſt mortem patris à M. Antonio, pro quo multa obiverat, regem Judææ creatum eſſe: ſed idem ille, victo apud Actium Antonio, ad Auguſtum, qui tunc temporis Rhodi commorabatur, ſupplex veniam oratum venit, ne regia poteſtate exueretur, dictitans ſeſe amici de ſe optime meriti partibus ſtuduiſſe, nunc autem eo defuncto itidem ſe erga Cæſarem Auguſtum facturum. Poſtea reverſus in Palæſtinam, urbem inſtauravit, & in honorem patris ſui Antipatridem appellavit. Dico urbem ab eo inſtauratam, quia alii tradunt, civitatem hoc loco Capharſalama quondam exſtitiſſe, quæ tempore Hieronymi [illegible] vel [illegible] dici cœpit. Vocem κτίσμα apud Stephanum hoc ſignificatu aliquando ſumi debere, in Ναυστὸς manifeſte demonſtrabimus. Præterea τὸ Παλαιστίνης revocavi, quod ſine dubio hic exciderat vel incuria librariorum, vel Epitomatoris ſupina vecordia: ſi quis autem pro Παλαιστίνης potius Ἰουδαίας velit, non acriter cum ipſo contendam; Palæſtinam enim Judæam appellari omnes norunt, qui Geographiam de limine ſalutarunt. Hujus urbis etiam meminit Lucas in Act. Apoſt. cap. XXIII: & Ptolemæus lib. v. cap. XVI, unde etiam ſitum cognoſces.

[45] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντιπάτρης.] Tantum abeſt, ut ſcripturam hanc librorum ſcriptorum & editorum probem, ut potius exiſtimem errorem à librario commiſſum: Stephanum exaraſſe, τὸ ἐθνικὸν Ἀντιπατρίτης, ſatis eſt evidens, & res alia probatione non indiget.

[46] Ἐπίνειον Δατίνων.] Conſtanter ſic legunt omnes libri, etiamſi Δατῖνοι geographis ſint incogniti: fortaſſis legendum eſt: ἐπίνειον Δατηνῶν. Græculi enim ſequioris ævi ſæpenumero η in ι commutabant. Non procul hoc navale à fluvio Strymone ſitum erat in Datenorum tractu, qui ſic appellabatur à Dato urbe celeberrima. Stephanus: Δάτον, πόλις Θρᾴκης. Ἡρόδοτος ἐνάτῃ. Ἡδωνῶν δὲ τοῦτό φασιν. οἱ οἰκοῦντες, Δατήνιοι. τὸ ἐθνικὸν, Δατηνός. Quia autem Edoni ſe ultra Strymonem extendunt verſus Neſſum, non male illud Datenorum navale inter hoſce amnes collocatur. Partem Thraciæ prope Æſymam (quæ urbs maritima fuit non longe à Dato ſita) hoc nomine etiam Armenidas apud Athenæum lib. I. meminit, ſed locus eſt corruptus & ita legendus: Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θρᾴκης φησὶν εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν Ἀντισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορεύεσθαι. Ad quem locum vide Caſaubonum, cujus emendationi nequaquam adſtipulor: nam hic locus, licet Stephani codices vulgati ita præferant, nuſquam Τισάρη dictus fuit, quemadmodum proximo commentario oſtendemus.

[47] Τινὲς δὲ Τισάρη γράφουσι.] Neque hic locus, conſentiant licet codices excuſi, vitii eſt immunis. Salmaſius ex libro Palatino oræ ſui libri appinxit: Τινὲς δὲ Ἀντισάρη γράφουσι: Verum hæc emendatio mihi ſummopere diſplicet, quia revera nihil aliud quam ſupervacaneam & inſulſam præcedentium repetitionem continet: hoc enim Herodiani teſtimonio jam confirmaverat Epitomator, urbem iſthac appellatione inſigniri. Si quid judico, exigua mutatione reſcribendum eſt: Τινὲς δὲ Ἀντισάρτη γράφουσι. Exiſtimo enim, ſive urbem, ſive navale conſideres, ad Strymonicum ſinum inter jam nominatos amnes ſitum eſſe, & quidem è regione oppiduli Thraciæ circa Atho ad eundem ſinum; quod Stephano noſtro Σάρτη dicitur: Σάρ-

ΑʹΝΤΙΣΣΑ [48], πόλις Λέσβου, ἐφεξῆς τῷ Σιγείῳ· ἀφ' ἧς [49] Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, διασημότατος κιθαρῳδός, [50] ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός· [51] ἐν τοῖς Φίλωνος. [52] ἔστι καὶ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. καὶ τρίτη, Ἰνδικῆς. ἣν ἀναγράφει Φίλων, καὶ [53] Δημοδάμας ὁ Μιλήσιος. A B

ANTISSA, urbs Lesbi poſt Sigrium. Ex hac Terpander Antiſſæus clariſſimus citharædus originem duxit. Nomen accepit ab Antiſſa Macaris filia, uti in Philonis libris perhibetur. Eſt quoque una ex Cycladum inſulis. Tertia, Indiæ, quam præter Philonem etiam Demodamas Mileſius deſcribit.

ΑʹΝΤΙΦΕΛΛΟΣ, καὶ Φελλός, [54] χωρία Λυκίας· οἱ οἰκοῦντες, Φελλῖται, καὶ [55] Ἀντιφελλῖται.

ANTIPHELLUS, & Phellus Lyciæ loca ſunt. Incolæ Phellitæ & Antiphellitæ appellantur.

ΑʹΝΤΙΦΡΑ [56], πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς, οὐ πολὺ ἀπωτέρω θαλάσσης, οὐκ εὔοινον· τὸν δὲ [57] οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν. [58] ὁ πολίτης, Ἀντιφραῖος. C

ANTIPHRA, oppidulum prope Alexandriam, non procul à mari ſitum, vini non admodum ferax. Vinum hoc Libycum appellant. Oppidanus, Antiphræus.

ΑʹΝΤΡΟΝ, τὸ σπήλαιον. τὸ τοπικὸν ἔδει ἀντρίτης, ὡς [59] λίκνον λικνίτης. εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰξὶ, καὶ ἀντραία. D

ANTRUM, ſpelunca. Hinc locale oportebat formari Antrites, uti licnum licnites. Sed invenitur etiam antræus & antræa apud Euripidem in Capris.

ΑʹΝΤΡΩΝ [60], πόλις Θετταλίας. [61] Ζηνόδοτος δὲ γράφει,

[62] Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα. - - - -

[illegible] [63] λέ-

ANTRON, urbs Theſſaliæ. Zenodotus vero ſcribit,

Anchialum & Ἀντρῶνα. - - - -

Ita

τη, πόλις περὶ τὸν Ἄθων. τὸ ἐθνικὸν, Σαρταῖος. Hinc itaque & nominis etymologia petenda videtur: nam plurimæ per terrarum orbem civitates à loco oppoſito & vicino denominationem ſortitæ ſunt: ſic Κίρρα Ἀντικίρρα, Ῥίον Ἀντίρριον: Φέλλος Ἀντίφελλος, Φάρος Ἀντίφαρος, Ἴσσα Ἄντισσα, neque aliter hoc loco Σάρτη Ἀντισάρτη: adeo ut hinc maniſeſtiſſime liqueat, Caſauboni emendationem in Athenæo nequaquam eſſe admittendam.

48 Ἄντισσα, πόλις Λέσβου.] Hæc deſumpta cenſeo ex Strab. lib. XIII, ita enim ille: Ἄντισσα δ' ἐφεξῆς ἐστι τῷ Σιγείῳ πόλις, ἔχουσα λιμένα. Vide & Scylacem in deſcriptione Lesbi. Etiam inde nomen accepit hæc urbs, quod ſitum Iſſæ, ignobili oppido, habuerit oppoſitum. Stephanus: Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἱμέρα. εἶτα Πελασγία καὶ Ἴσσα ἀπὸ τῆς Ἴσσης τῆς Μάκαρος.

49 Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος.] Vide Athenæum lib. X.

50 Ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός.] In voce Ἴσσα, quem locum Stephani jam citavimus, Iſſam Macaris filiam ſtatuit. Verum aut hic, aut alio in loco errorem errat graviſſimum.

51 Ἐν τοῖς Φίλωνος.] Paſſim citatur hic ſcriptor, & multis in locis index operis reticetur: ſcripſit de urbibus, uti liquet in Ἀνδανία, Ἀμισός &c. Quem librum hic intelligo.

52 Ἔστι καὶ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Nullo modo mihi perſuadere poſſum, unam ex Cycladum inſulis ſic appellari: nam ſi vocis originem ſpectes, ejus ſitus non inter Cycladum inſulas, ſed prope Iſſam maris Adriatici inſulam in Illyriæ ora, eſt inveſtigandus. Stephanus: Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ &c. Ἔστι καὶ νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα κατὰ Δαλματίαν, καὶ Ἰλλυρίαν. Eodem enim modo uti ab Iſſa Lesbi, Antiſſa ejuſdem inſulæ oppidum denominatur, ſic ab illa maris Adriatici inſula, Antiſſa inſula alteri oppoſita nomen habere poteſt.

53 Δημοδάμας.] De hoc ſcriptore nihil omnino Voſſius in Syntagmate de Hiſt. Græc. Solinus cap. XLIX: *Hunc eundem eſſe Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Seleuci & Antiochi, ſatis idoneus vero auctor, tranſvectus amnem iſtum, titulos omnium ſupergreſſus eſt, aliumque eſſe quam Tanain deprehendit.*

54 Χωρία Λυκίας.] Hæc hauſit procul omni dubio ex Alexandro Polyhiſtore, ita enim Stephanus in voce Φελλός. Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Λυκίας, Φελλὸν καὶ Ἀντίφελλον Λυκίας εἶναι λέγει. ὁ πολίτης Φελλίτης καὶ Ἀντιφελλίτης. De ſitu vide Ptolemæum lib. V. cap. III.

55 Ἀντιφελλῖται.] Fortaſſis ex lege artis, & non ſecundum τὸν ἐπιχώριον τύπον noſter hoc gentile formavit (gentilia Libyca & Ægyptia in ιτης deſinunt) Goltzius enim ex nummo ſuppeditavit ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΑΙΩΝ.

56 Ἄντιφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς.] Tranſcripſit hunc locum Stephanus ex Strabonis libro XVII, ubi ſic legitur: Εἶτ' Ἄντιφραι, μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης. ἅπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν, ἢ οἶνον, ὃν δὲ καλοῦσι Λιβυκόν. Sic apparet, etiam Strabonis verba à noſtro in compendium eſſe redacta, quod etiam aliis in locis obſervavimus. Fortaſſis pro Ἄντιφρα in Stephano Ἄντιφραι eſt reſcribendum, quia Strabonis teſtimonio utitur. Ptolemæus autem, uti Stephanus, Ἄντιφρα lib. IV. cap. V. exhibet, & vicum non vero oppidulum eſſe affirmat.

57 Οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν.] Optime ſic edebat Xylander, & hæc lectio etiam Strabonis auctoritate confirmatur: ſed in MSS & primis editionibus exaratum eſt: τὸν δὲ οἶνον καλοῦσι βυκόν, &c.

58 Ὁ πολίτης, Ἀντιφραῖος.] Hæc non eſt Libyca gentilium forma. *Apollos* ΑΝΤΙΦΡΩΝ ſubſcripſit epiſtolæ ſynodicę Gennadii Patriarchę Conſtantinop. tom. I. Juris Græc. Rom. pag. 190. Et canonibus concilii, conſulatu Paulini & Juliani Nicęę celebrati, ſubſcripſit *Sarapion ANTIPHRENSIS*. Vide Binii Conl. generalia, Tom. I. p. 348.

59 Λίκνον λικνίτης.] Hoc loco τὸ λίκνον cunam, & λικνίτης in cuna jacentem ſive dormientem denotat. Præterea Heſychius tradit, eſſe epitheton Bacchi, quod ab incunabulis in quibus infantes dormiunt, ipſi attributum eſt, ita enim ille: Λικνίτης, ἐπίθετον Διονύσου ἀπὸ τῶν λίκνων, οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται.

60 Ἀντρὼν, πόλις Θεσσαλίας.] Urbs Theſſaliæ maritima eſt: Strab. lib. IX: Κατὰ δὲ τὸν Ἄντρωνα ἕρμα ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐστὶ πόρῳ, καλούμενον ὄνος Ἀντρῶνος. εἶτα Πτελεὸν, καὶ ὁ Ἄλος, εἶτα τὸ τῆς Δήμητρος ἱερόν &c. Livius nomen urbis Græce protulit in oratione Perſei lib. XLII. *At cum proceſſiſſem inde ad viſendas Lariſſam & Antrona & Pylleon, quo in propinquo multo ante debita vota perſolverem, Delphos ſacrificandi cauſa aſcendi.* Suſpectum mihi eſt τὸ *Pylleon*; fortaſſis ibi *Pteleon* reponendum, quod Lariſſæ & Antroni vicinum fuit oppidum. Pomponio Melæ hæc urbs *Antronia* dicitur lib. II. cap. III.

61 Ζηνόδοτος.] Idem citatur Stephano in voce Δωδώνη, ubi etiam de eodem argumento, ſcilicet de diverſa vocis ſcribendi ratione agitur. Allegatur etiam ab Athenæo liber ſecundus compendiorum, ita enim ille lib. X: Ζηνόδοτος δ' ἐν δευτέρῳ ἐπιτομῶν Καυκῶνος φησὶ τοῦ Ποσειδῶνος &c.

62 Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα.] Scribendum eſt, Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα.

[63] λέγεται δὲ, διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι. A ὁ πολίτης, [64] Ἀντρώνιος. ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Ἀντρώνιος ὄνος.

Ita autem vocatur, propterea quod plurimos locos cavernoſos habeat. Oppidanus appellatur Antronius. Hinc proverbium: Antronius catillus.

ἌΝΥΣΙΣ, [65] πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν Ἀνυσίτης, [66] ὡς Ὄασις Ὀασίτης.

ANYSIS, oppidum Ægypti, cujus gentile eſt Anyſita, uti Oaſis Oaſita.

ἌΝΩΛΟΣ, πόλις Λυδίας. ἐκλήθη ἀπὸ B Ἀνώλου, τοῦ Ἀσίου παιδός. οἱ πολῖται, Ἀνωλοι· [67] καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀνωλυάς.

ANOLUS, urbs Lydiæ, quæ ab Anolo, Aſii filio nomen accepit. Cives, Anoli dicuntur; & fœminino genere Anolyas.

ἈΞΙ'Α, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων, ἀπὸ Ἀξίας τῆς θυγατρὸς Κλυμένου, [68] ἢ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἀξίου. [69] ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν τῆς C Λοκρίδος Ἀξιεὺς, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀξιάς· [70] τῆς δ' Ἰταλίας Ἀξιάτης, [71] καὶ θηλυκῶς διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.

AXIA, oppidum Locrorum Ozolorum, quod ab Axia Clymeni filia, vel ab Axii filio nomen habet. Eſt item Italiæ urbs. Gentile Locridis eſt Axienſis, & fœmininum Axias: Italiæ vero Axiata, & in fœminino genere, Axiatis per occidentalem loquendi modum.

ἌΞΟΣ [72], πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἄξιος.

AXUS, civitas Cretæ, uti Herodotus D lib. IV. teſtatur. Gentile Axius.

ἈΞΟΥΜΙ'ΤΗΣ [73], ἀρσενικῶς, μητρόπολις Αἰθιόπων. [74] ὁ πολίτης, Ἀξουμίτης.

AXUMITES, genere maſculino, Æthiopum metropolis eſt, cujus oppidanus Axumita vocatur.

Ἄο- AO-

Ἀντρῶνα. Sunt hæc verba pars verſus Homerici, ex Catalogo deſumpta. Hanc vocem diverſo modo ſignari, nunc Ἄντρων, nunc vero Ἀντρὼν; in obliquis Ἄντρωνος & Ἀντρῶνος, Ἄντρωνα & Ἀντρῶνα, Euſtathius ſua omnino ætate obſervavit, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 324: Καὶ τὴν Ἄντρωνα δὲ, τινὲς μὲν βαρύνουσιν, ὡς τὴν Ἴτωνα. τινὲς δὲ Ἀντρῶνα φασὶν, ὡς Πυθῶνα. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν ὡς Πλευρῶνα.

63 Λέγεται δὲ διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι.] Eadem hæc ex noſtro tranſcripſit Euſtathius, & in commentarios ad Homerum rejecit, ita enim ille loco jam citato: Ὠνόμασται δὲ οὕτω, διὰ τὸ τοὺς ἐκεῖ τόπους ἀντρώδεις, τουτέστι σπηλαιώδεις καὶ ὑπονόμους εἶναι. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας καὶ τὸν ἐν παροιμίαις Ἀντρώνιον ὄνον, ἐντεῦθεν εἰρῆσθαι λέγει. εὐφυεῖς γὰρ, φησὶ, πρὸς μύλωνας ἔχει λίθους. ὥς τε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, Ἀντρώνιος ὄνος, ὁ πρὸς ἀλεῖν δεξιός.

64 Ἀντρώνιος ὄνος.] De hoc adagio variæ ſunt ſcriptorum opiniones & ſententiæ: jam præcedenti commentario Euſtathius Epitomatorem explicavit, ſcilicet hic Ἀντρώνιον ὄνον non debere ſumi pro *Aſino Antronio*, ſed pro lapide ad molendum & farinam conficiendam præſtantiſſimo: & tali modo hoc proverbium à Stephano fuiſſe intellectum, liquet in voce Ἀγκών, ubi ita infit: Τὸ ἐθνικὸν Ἀγκώνιος, ὡς Ἀντρώνιος ὄνος, ἡ παροιμία· εὐφυεῖς γὰρ πρὸς μύλωνας ἔχει λίθους. Quod alii interpretes hoc adagium acceperint de aſinis & majoribus ſolito animalibus, videtur hinc emanaſſe, quod τοῦ ὄνου vim & ſignificationem non probe perceperint, nam non duntaxat aſinum, verum & catillum, id eſt, ſuperiorem molæ molendinariæ lapidem denotat. Egregie in hanc rem ſcripſit Heſychius, cujus verba in editione nupera non bene ſunt conſtituta. Μύλη, ἐπιγουνατὶς, τὸ ὀστέον τὸ ἐπὶ τῷ γόνατι, καὶ ἀργυρίου τάλαντον. οὕτω λέγεται καὶ ὁ κάτω τῆς μύλης λίθος, τὸ δὲ ἄνω, ὄνος. Peſſime ibi ὄρος excuſum eſt. Fortaſſis Caſaubonus abſurditatem vulgatiſſimæ hujus opinionis vidit; nam in commentariis ad Strabonem longe aliam huic proverbio originem & cauſam adſignat. Circa Antrona, erat ἕρμα inquit, ὕφαλον (ſic emendavit in verbis Strabonis, commentario 60 à nobis allegata) quæ vox ſcopulum in mari latentem ſignificat: & quia ſaxum illud ὄνος appellabatur, ac jacentis grandis aſini ſpeciem præ ſe ferebat, hinc Ἀντρώνιος ὄνος dici cœpit in animalia ſolito grandiora. Verum mera hæc conjectura eſt, ἕρμα illud ὕφαλον, καλούμενον ὄνος, aſini ſpeciem habuiſſe, & nunquam ex veteribus probabitur. Quare rejectis Suidæ, Eraſmi & aliorum de hoc adagio ſententiis, Stephani noſtri amplectimur, ſcilicet debere tantum de præſtantiſſimo lapide molari intelligi, quemadmodum quoque Euſtathius ex noſtro clariſſime docuit.

65 Πόλις Αἰγύπτου.] Vide Herodot. lib. II. Exiſtimat Bochartus vocari ab Eſaïa חנס *Anes* cap. XXX: 4.

66 Ὡς Ὀασίτης.] Lege Stephanum in voce Αὔασις, quam urbem etiam Ὄασιν appellari perhibet: Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου. ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν, ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ. Vide præterea in vocabulo Ὕασις.

67 Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀνωλυάς.] Firmiter mihi perſuadeo, licet conſtanter ita legant libri veteres & editi, hoc gentile eſſe corruptum & τὸ Υ irrepſiſſe: fortaſſis Ἀνωλὰς reſcribendum eſt.

68 Ἢ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἀξίου.] Non eodem prorſus modo hæc ubique leguntur: nos Xylandri editionem ſequimur, quæ præcedentibus non reſpondet: in illis enim excuſum reperitur: ἢ τοῦ παιδὸς Ταυξίου. Sic quoque ὁ πάνυ Salmaſius in Palatino codice invenit: inde hanc conjecturam facit, debere legi: ἢ τοῦ παιδὸς τούτου Ἀξίου. Qua in re facillime aſſenſum præbemus.

69 Ἔστι καὶ Ἰταλίας.] Non dubito quin fuerit caſtellum de quo apud Cicer. in oratione pro A. Cecinna. *Cecinna cum amicis ad diem venit in caſtellum Axiam: à quo loco fundus is, de quo agitur non longe abeſt.* Sed quo ſitu fuerit Cluverius ignorare fatetur.

70 Τῆς δ' Ἰταλίας.] Codex Voſſianus: τῆς δ' Ἰταλικῆς. Sed eodem res redibit, quocunque modo legatur.

71 Καὶ θηλυκῶς διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.] Non opus eſt ut multis confirmem, huic loco fœminini generis gentile excidiſſe: hoc unicuique ex grammaticorum canonibus notiſſimum eſt, primam declinationem ſimplicium maſculina tantum admittere: itaque hunc locum ita conceperam; Τῆς δ' Ἰταλίας Ἀξιάτης, καὶ θηλυκῶς Ἀξιάτις, διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.

72 Ἄξος πόλις Κρήτης.] Herodotus libro IV urbem hujuſmodi nomine non meminit. Certiſſimum eſt, ut ſæpiſſime notavimus, Stephanum in vitioſum Herodoti codicem incidiſſe, in quibus nunc optime Ὄαξος legitur: & hanc genuinam civitatis appellationem eſſe alibi noſter ex Xenionis Creticis luculenter probat. Ὄαξος, πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας οὐ πόρρω, κατὰ Ξενίων. ἀπὸ Ὄαξου τοῦ Ἀκακαλλίδος, τῆς θυγατρὸς τοῦ Μίνω. Cretenſibus tamen τὸ ἄξος fuit familiariſſimum, ita enim locum præruptum ſolebant appellare, uti nos Stephanus eodem loco docet: τινὲς δὲ διὰ τὸ κατάκρημνον εἶναι τόπον. καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους Ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς. Itaque aliquo modo hoc civitatis nomen tolerari poſſet, ſed hanc in rem Herodoti teſtimonium minime quadrat, uti manifeſte conſpicitur.

73 Ἀξουμίτης, ἀρσενικῶς, μητρόπολις Αἰθιόπων.] Mendum hoc loco vidit magnus Salmaſius, pro Ἀξουμίτης reponens Ἀξουμις: Ægyptiacæ enim & Æthiopicæ urbes pleræque in ις deſinunt, & earum gentila in ιτης, uti alias manifeſtiſſime indicavimus. Procopio Cæſarienſi libro I. de bello Perſico hæc urbs Αὔξωμις, & cives Αὐξωμῖται appellantur.

74 Ὁ πολίτης, Ἀξουμίτης.] Non tantum hujus oppidi cives, ſed totius regionis incolæ hac appellatione paſſim apud veteres inſigniuntur. Mira profecto eſt varietas in hoc vocabulo proferendo, pauci cum Stephano efferunt

 Ἀξουμῖται.

ἈΟΝΕΣ[75], ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ A
Ἀονία· καὶ Ἄων, τὸ ἔθνος· καὶ Ἀόνιος, καὶ Ἀονία.

ἌΟΡΝΟΣ[76], πόλις ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. τὸ ἐθνικὸν Ἀορνεύς, ὡς Ἀβαρνεύς. B

ἌΟΡΣΟΙ[77], ἔθνος, περὶ οὗ Στράβων ἑνδεκάτῃ. ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

ἈΠΑΙΣΟΣ[78], πόλις κατὰ τὴν Τρῳάδα. Ὅμηρος,

> [79] Οἵ τ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον, καὶ δῆμον C
> Ἀπαισοῦ.

καὶ δίχα τοῦ α,

> - - - Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ
> Ναῖε πολυκτήμων. - - -

[80] ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνα. Ὅμηρος, D

> [81] Ὅς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος. - - -

τὸ ἐθνικὸν Ἀπαισηνὸς, καὶ θηλυκὸν καὶ οὐδέτερον. [82] ἔστι καὶ τῆς Δαυνίας πόλις Παῖσος, [83] κατ' Ἀργυρίππα, ἧς τὸ ἐθνικὸν Παίσιος, ὡς τῆς Ῥώσου E Ῥώσιος· ἢ, ὅπερ ἄμεινον, Παισῖνος, διὰ τοῦ ι, καὶ περισπωμένως τῷ ἔθει τῆς χώρας.

ἈΠΑΜΕΙΑ[84], Συρίας πόλις, [85] ἀπὸ

AONES, Bœotiæ populi, à quibus Aonia deducitur. Et Aon, gens eſt. Dicitur item Aonius & Aonia.

AORNUS, urbis nomen quod maſculino & fœminino genere profertur. Gentile Aor- B nenſis, uti Abarnenſis.

AORSI, gens, de qua Strabo lib. XI mentionem fecit. Eadem vox pro gentili haberi poteſt.

APÆSUS, oppidum juxta Troadem, de quo Homerus:

> *Qui autem Adraſtiamque incolebant, & civitatem Apæſi.*

Scribitur etiam ſine A.

> - - - *Qui in Pæſo.*
> *Habitabat multa poſſidens.* - - -

D Simili modo Atarna oppidum, etiam Tarna appellatur, uti apud Homerum eſt.

> *Qui ex Tarna glebosa.* - - -

Gentile Apæſenus, quod etiam in fæminino & neutro genere uſurpatur. Eſt preterea Pęſus Dauniæ civitas, juxta Argyrippam ſita, cujus gentile eſt Pæſius, uti à Rhoſus Rhoſius: vel cum I ſcribitur Pæſinus; quod melius eſt, quæ vox regionis conſuetudine in penultima circumflectitur.

APAMIA, Syriæ civitas eſt, quæ

Ἀξουμῖται. Cedrenus: τῷ ιε' ἔτει Ἀδὰδ ὁ τῶν Ἀξουμιτῶν βασιλεύς. P. Diaconus lib. XVI. *Azumitenſes* appellat. Apud Ptol. reperies Ἀυξουμῖται: apud alios vero Ἀυξωμῖται, & *Axomitæ*. Theodoreti verba ex Quæſtionibus in vetus Teſtamentum, emendante Cl. Caſaubono huc transferam, ubi de regina Sabæ ita ſcribit. Σάβα ποῖον ἐστιν ἔθνος; Αἰθιοπικόν. ἐντεῦθεν καὶ αὐτοὺς κεῖσθαι φασὶ τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς. ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας. καταντικρὺ δέ εἰσι τῶν ΑΥΞΩΜΙΤΩΝ. μέση δὲ τούτων κἀκείνων ἡ θάλασσα. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνή. Flavius Vopiſcus in Diuo Aureliano cap. XXXIII: *Præter captivos gentium barbararum Blemyes, AXOMITÆ, Arabes Eudæmones, Indi, Bactriani* &c. Axumitas habitaſſe è regione Homeritarum, rubro mari ſolum interjecto, ubi anguſtiſſimum conſpicitur, patet etiam ex Procopio lib. I. de bello Perſico, ita enim ille: Ὁμηριτῶν δὲ ἀντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἱ Ἀυξωμῖται καλοῦνται.

75 Ἄονες, ἔθνος Βοιωτίας.] Vide Strab. lib. VII & VIII: Pauſaniam lib. IX, atque alios quam plurimos. Ab hac gente tota Bœotia olim *Aonia* dicta fuit, ut Stephanus teſtatur in voce Βοιωτία.

76 Ἄορνος, πόλις.] Fortaſſis intelligit urbem Theſprotiæ, de qua Pauſanias in Bœoticis: aliam enim veteres non commemorant. Procul dubio de Aorno plura in genuino opere habuit Stephanus, quæ omnia ab Epitomatore prætermiſſa ſunt. Aornum lacum juxta Eridanum & Cumas in Italia collocant, preterea etiam præcipitem hoc nomine apud Indos petram. Verum quia de his alii fuſius ſcripſerunt, nobis minime piacet τὴν μάζαν μάττειν τὴν ὑπ' ἄλλων μεμαγμένην.

77 Ἄορσοι, ἔθνος.] Neque hic additur ab Epitomatore in quanam orbis parte hæc gens degerit, & niſi locum Strabonis allegaſſet, conjectura res fuiſſet peragenda. Aliquoties apud Strabonem lib. XI. Aorſorum reperitur mentio, adeo ut difficile ſit, ipſiſſima & ad hunc locum ſpectantia verba indicare. Circa initium libri ita legimus: Οὕτω δὲ διακειμένων, τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν Σκυθῶν τινες Νομάδες, καὶ Ἁμάξοικοι. ἐνδοτέρω δὲ τούτων, Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι &c. Deinde eodem libro: Δοκοῦσι δ' οἱ Ἄορσοι, καὶ οἱ Σίρακες φυγάδες εἶναι τῶν ἀνωτέρω, καὶ προσάρκτιοι μᾶλλον Ἀόρσων. Et mox ſequitur: Οἱ μὲν οὖν Ἄορσοι τὸν Τάναϊν παροικοῦσιν, οἱ Σίρακες δὲ τὸν Ἀχαρδέον.

78 Ἀπαισὸς, πόλις κατὰ τὴν Τρῳάδα.] Inter Lampſacum & Parium fuit Pæſus ſive Apæſus, uti teſtatur Strabo lib. XIII. cujus verba Stephanus videtur tranſcripſiſſe, præſertim ubi de urbis appellatione agitur, ita enim Strabo: Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου, Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός. κατέσπασται δ' ἡ πόλις. οἱ δὲ Παισηνοὶ μετῴκησαν εἰς Λάμψακον Μιλησίων ὄντες ἄποικοι καὶ αὐτοὶ, καθάπερ καὶ οἱ Λαμψακηνοί. Ὁ δὲ ποιητὴς εἴρηκεν ἀμφοτέρως, καὶ προσθεὶς τὴν πρώτην συλλαβήν.

> - - - - καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ.

καὶ ἀφελών.

> - - - - ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ.
> Ναῖε πολυκτήμων.

79 Οἵ τ' Ἀδρήστειαν &c.] Vide Homerum in Catalogo navium: Et verſus qui ſequitur ex eodem poëta eſt deſumptus. Lege Iliad. E. verſ. 712.

80 Ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνα.] Cave hæc accipias de uno eodemque oppido; nam Apæſus etiam Pæſus dicitur, ſed Atarna non Tarna, neque Tarna Atarna: ſunt revera diverſæ urbes & diverſis in regionibus conditæ, quod nos clariſſime docet Euſtathius ad Iliad. B. pag. 356. Ὥσπερ δὲ διχῶς Ἀπαισὸς καὶ Παισὸς, καὶ οὕτω Ἄταρνα πόλις, ἧς ὁ πολίτης Ἀταρνεύς. ἐν ᾗ καὶ τυραννεῖον Ἑρμείου. καὶ Τάρνη δὲ δίχα τοῦ α. Ὅμηρος, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος. πλὴν ὅσον Ἀπαισὸς μὲν καὶ Παισὸς ἡ αὐτή. Ἄταρνα δὲ καὶ Τάρνη ἕτεραι ἀλλήλων. Τάρνη μὲν γὰρ Ἀχαΐας πόλις, Ἄταρνα δὲ μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας καὶ Λέσβου.

81 Ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος.] Vide Homeri Bœotiam.

82 Ἔστι καὶ τῆς Δαυνίας πόλις.] Codex Voſſianus: ἔστι καὶ τῆς Δαυνίας Παῖσος. Videtur oppidum fuiſſe admodum ignobile, de quo nihil omnino Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione. Olim extitiſſe non longe ab Argyrippa, clare ſatis ex Epitomatore liquet.

83 Κατ' Ἀργυρίππα.] In omnibus libris tam vulgatis quam ſcriptis hoc loco vitium latet: ſine dubio reſcribendum eſt: κατ' Ἀργυρίππην.

84 Ἀπάμεια Συρίας.] Civitas antiquorum in ſcriptis celebratiſſima ad Orontem fluvium inter Antiochiam & Emeſam ſita. Lege Strabonem, Plinium, Ptolemæum & plurimos alios.

85 ἀπὸ Ἀπάμιας, τῆς Σελεύκου μητρός· 86 ἐκλήθη δὲ Χεῤῥόνησος, ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων. 87 καὶ Πέλλα, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ. ἔστι δὲ ἄλλη 88 ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμὸς, καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ 89 περιέρχεται ποταμὸς Δέλας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Τίγρης, 90 ὁμωνύμως τῷ μεγάλῳ. τὰ ἐθνικὰ, Χεῤῥονησίτης, καὶ Πελλαῖος, 91 καὶ Ἀπαμεύς. 92 ἔστι δὲ τῆς μικρᾶς Φρυγίας, 93 ἥ τις ἐκαλεῖτο Κελαιναί. 94 τὰ

A quæ ab Apama Seleuci matre nomen accepit. Etiam Cherroneſus vocata fuit ab aquarum ambitu: & Pella, ab altera quæ in Macedonia erat. Eſt item alia in Meſenorum regione, Tigride cincta, ubi fluvius Tigris finditur: dextram partem amnis Delas, B & ſiniſtram Tigris, quæ cum majori ejuſdem nominis eſt, circumfluit. Gentilia ſunt Cherroneſita, & Pellæus, & Apamenſis. Eſt item urbs parvæ Phrygiæ, quæ Celænæ appellabatur, cujus gentilia ſunt Ce-

85 Ἀπὸ Ἀπάμιας τῆς Σελεύκου μητρός.] Conſtanter ſic legunt libri omnes, adeo ut ſuſpicari vix liceat, hoc in loco tranſcriptorum mendam ſubeſſe. Certo certius eſt Stephanum, vel epitomes confectorem, diverſo tramite à vero aberrare, quemadmodum ante me jam annotavit nobiliſſimus & longe eruditiſſimus Octavius Falconerius in diſſertatione ſua de Nummo Apamenſi: Nam Seleucus Nicator, quem hic intelligo, Laodiceam matrem, & Apamam uxorem habuit, uti ſole meridiano clarius apparet ex Appiani Alexand. Syriacis, ubi hæc leguntur: Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρὶ, καὶ πέντε ἐπὶ τῇ μητρὶ, Λαοδικείας. ἐννέα δὲ ἐπωνύμους ἑαυτῷ. τέσσαρας δὲ ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ, τρεῖς Ἀπαμείας, καὶ Στρατονίκειαν μίαν Sed præter Appianum etiam Strabonem audiamus, ita enim ille lib. XII: Ἐντεῦθεν δὲ ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν, τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας, ἣ θυγάτηρ μὲν ἦν Ἀρταβάζου, δεδομένη δ' ἐτύγχανε πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι. Atque hinc obiter animadvertere licet (ſunt ipſiſſima clariſſimi Falconerii ad hunc Stephani locum verba) quam caute hujuſmodi auctores legendi ſint, qui magno literarum detrimento, non ipſi αὐτοπρόσωποι nobiſcum loquuntur; ſed ineruditis poſterioris ævi grammaticis larvam commodant, qui illos non modo in epitomem redigendo decurtarunt; ſed inficetis etiam ſuis gloſſematis corruperunt. Cautius profecto ſe geſſit Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, quem in commentariis ad Dionyſii periegeſin Straboni & Appiano conſentientem inveni, ita enim ille pag. 118. Ἱστοροῦσι γὰρ τοιαῦτα οἱ παλαιοί. Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, καὶ Ἀπάμεια ἡ ἐν Συρίᾳ πρὸς νότον Ἀντιοχείας ἐν μεσογαίῳ κειμένη, ἔτι δὲ Λαοδίκεια καὶ Σελεύκεια, κτίσματα Σελεύκου εἰσὶ τοῦ Νικάτορος. αἵτινες καὶ ἀδελφαὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ὁμόνοιαν ἐκαλοῦντο. καὶ ἡ μὲν μεγίστη, φασὶ, τῷ τοῦ Σελεύκου πατρὶ τῷ Ἀντιόχῳ ἐπωνομάζετο. ἡ δὲ ἐρυμνοτάτη, αὐτῷ ἐπώνυμος ἦν, Ἀπάμεια δὲ τὸ τῆς γυναικὸς ἔφερεν ὄνομα, Λαοδίκεια δὲ τὸ τῆς μητρός.

86 Ἐκλήθη δὲ Χεῤῥόνησος, ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων.] Imo Ἀπάμη eſt Χεῤῥόνησος, urbs aquis cincta & circumdata: nam incomparabilis Salmaſius urbis nomen deducit ab אפף *aphaph*, quod circumcingere & ab אם *em* quod civitatem vel metropolin deſignat. Sed vide hac de re etiam doctiſſimum Bochartum Geog. Sacr. lib. II. cap. XI. cui in hoc literarum genere magis aſſentiendum exiſtimo.

87 Καὶ Πέλλα.] Non poſſum, quin Euſtathium hujus rei teſtem adducam, ita enim ille ad Dionyſ. Ὅτι ἐν μέσαις ταῖς περὶ Φοινίκην πόλεσιν ἐστὶ καὶ ἡ Ἀπάμεια, ποτὲ μὲν κώμη οὖσα, καὶ Φαρνάκη καλουμένη, πόλις δὲ ὕστερον γινομένη, ἐν μεσογαίῳ κειμένη, πρὸς νότον Ἀντιοχεῦσιν. ἥτις καὶ Χεῤῥόνησος ποτὲ ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ἐκεῖ ὑδάτων ἐκλήθη. καὶ Πέλλα δὲ ὠνομάσθη παρὰ τῶν αὐτόθι Μακεδόνων, διὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Πέλλαν, τὴν τοῦ Φιλίππου πατρίδα. Theſſali & Macedones innumeris Syriæ locis, obſervante Cl. Voſſio ad Melam, patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula; Berrhoea, Edeſſa, Lariſſa, Heraclea, Ægæ, Chalcis, Europos, Dium, Maronea. Pieria, Cyreſtica, & hoc loco Pella, aliaque infinita.

88 Ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη.] Hæc Apamia etiam veteribus *Meſene* cognominata fuit. Ammianus Marcel. lib. XXIII: *In omni autem Aſſyria multæ ſunt urbes, inter quas Apamia eminet, Meſene cognominata.* Sic dicebatur ipſa regio in qua ſita erat, & à Geographis paſſim Meſene in Meſopotamia collocatur. Plinius lib. VI. cap. XXVII. *Tigris autem ex Armenia acceptis fluminibus claris Parthenia, Agnice, Pharione, Arabas, Aroëos Adiabenoſque diſterminans, & quam diximus Meſopotamiam faciens, luſtratis montibus Gordyæorum circa Apamiam Meſenes oppidum. Citra Seleuciam, Babyloniam* CXXV. M. *paſſ. diviſus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Meſenem perfundens: altero ad ſeptentrionem flexus, ejuſdem gentis tergo campos Cauchas ſecat; ubi remeavere aquæ, Paſitigris appellatur.* Hinc liquet Meſenem cum Meſopotamia non eſſe confundendam, cum revera Meſopotamiæ pars ſit, in qua Apamia ſita eſt.

89 Περιέρχεται ποταμὸς Δέλας.] Sic exhibent editiones omnes: ſed in libris, quos Salmaſius in bibliotheca Palatina conſuluit, exaratum erat: περιέρχεται ποταμὸς Σέλλας, quod ab ipſo non præter rationem præfertur: nam illa pars Tigridis ab Iſidoro Characeno in manſionibus Parthicis Σίλλας appellatur: Ἄχρι τούτου Μεσοποταμία καὶ Βαβυλωνία, καὶ εἰσὶν ἀπὸ Ζεύγματος ἄχρι Σελευκίας σχοῖνοι ξά &c. Διὰ μέσης δὲ αὐτῆς ῥεῖ ποταμὸς Σίλλα.

90 Ὁμωνύμως τῷ μεγάλῳ.] Ex libris Palatinis legebat Salmaſius: ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ.

91 Καὶ Ἀπαμεύς.] De hoc gentili minime eſt dubitandum: in plurimis nummis ΑΠΑΜΕΩΝ excuſum viderunt antiquarii, uti mox oſtendetur. Hinc Latinorum APAMENSIS, quod corruptum eſt in *Apamienſis* apud Tacitum lib. XII Annal. cap. LVIII. *Tributumque APAMIENSIBUS terræ motu convulſis, in quinquennium remiſſum.* Ex hac voce medium I eſſe exſtirpandum, nummi veteres & Stephani canones exigunt, de quibus vide in Ἀκμόνια & aliis in locis. Verum, miror noſtrum κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον ab orientalibus civitatibus gentile in ηνος non formaſſe, quod tamen apud ſcriptores Lat. in uſu eſt. Juſtinus lib. XXXIX cap. I. *Mox APAMENI cæteraque civitates exemplum ſequutæ, per abſentiam regis à Demetrio defecere.* Sic legendus hic locus, nam peſſime vulgati *Apamenii* exhibent. Genuina hujus ἐθνικοῦ forma occurrit apud Ælium Lampridium in Heliogabalo: *Miſit & uvas APAMENAS in præſepia equis ſuis: & pſittacis atque faſianis leones pavit & alia animalia* Scio plures eſſe qui haſce minutias flocci facient, an dicatur *Apamenſis* ſive *Apamienſis*, an *Apamenus* ſive *Apamenius*. Sed illorum palatum ſordido charactere plane inſipidum eſt factum, atque Hyblæum mel pro Sardoo averſatur. Rodant illi theonino dente: hæc tamen ſcribo & ſcripturus ſum in illorum gratiam qui nitori & elegantiæ ſtudent.

92 Ἔστι δὲ τῆς μικρᾶς Φρυγίας.] In minori Phrygia non fuit hujus nominis urbs: quare cenſeo errorem hoc loco commiſſum eſſe: reponendum videtur: ἔστι δὲ τῆς μεγάλης Φρυγίας.

93 Ἥ τις ἐκαλεῖτο Κελαιναί.] Primum nomen fuit Apamia; deinde Celænæ, & denique Cibotos appellabatur. Plin. lib. V. cap. XXIX. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, dein Ciboton. Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya, Obrima, Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Hæc inter Aſiaticas urbes longe celeberrima, poſt Epheſum dignitate proxima, & auctore Livio lib. XXXVIII. cap. XIII. totius Phrygiæ caput fuit. Ad hanc ſpectat præſtantiſſimus Gordiani nummus apud Triſtanum, aliuſque Tiberii ex gaza Chriſtinæ Auguſtæ, cum inſcriptione: ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. & item iſte ab excellentiſſimo viro Octav. Falconerio alibi deſcripto: ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡΣΥΑΣ ΚΙΒΩΤΟΣ. In quo nummo & nomen recentius percuſſum reperitur, in cujus explicatione viri ſummi & eruditione

[94] τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Ἀπαμεύς. [95] ἔστι A δὲ Βιθυνίας, κτίσμα Νικομήδους τοῦ Ἐπιφανοῦς, ἐκαλεῖτο δὲ πρῶτον Μύρλεα. τὸ ἐθνικὸν Μυρλεανός. [96] ἔστι δὲ τῆς Περσαίας, Ἐδέσης πρὸς ἄρκτους.

ἈΠΑΣΙΑΚΑΙ [97], Μασσαγετῶν ἔθνος. B [98] Στράβων ἑνδεκάτῃ, [99] καὶ Πολύβιος δεκάτῃ. Οἱ δ' Ἀπασιακαὶ νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὤξου.

ἈΠΑ΄ΤΟΥΡΟΝ [1], τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἐν Φαναγορείᾳ· [2] Στράβων ἑνδεκάτῃ. C ἐτυμολογοῦσι δὲ οὕτως. [3] ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῶν γιγάντων, ἐπικαλεσαμένη τὸν Ἡρακλέα, ἔκρυψεν ἐν κευθμῶνί τινι. καὶ τῶν γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ παρεδίδου δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης. Ἑκαταῖος δὲ κόλπον D οἶδε τὸν Ἀπάτουρον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. τὸ τοπικὸν, Ἀπάτουρος, ἀλλὰ καὶ Ἀπατουρίτης· δύναται καὶ Ἀπατούριος, καὶ Ἀπατουρεύς.

ἈΠΕ΄ΝΝΙΟΝ, ὄρος διὰ μέσης Ἰταλίας τεταμένον, E

--- [4] Τὴν μέν τε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει,

Ὅν ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον. ---

τὸ κτητικὸν, Ἀπέννειος. τὸ ἐθνικὸν Ἀπεννῖνος, ὡς Ῥηγῖνος, ὃ παρὰ Πεισάνδρῳ κεῖ- F ται ιγ.

ἈΠΕ΄-

Celænita, & Apamenſis. Eſt item Bithyniæ oppidum, à Nicomede Epiphanis filio conditum; ſed quod prius Myrlea appellabatur: hujus gentile eſt Myrleanus. Eſt prætereа urbs Perſiæ ad ſeptentrionem Edeſſæ.

APASIACÆ, gens Maſſagetarum, apud Strabonem lib. XI, & apud Polybium lib. X. Sed Apaſiacæ Nomades medium quidem Oxi incolunt.

APATURUM, Veneris templum eſt in Phanagoria, de quo apud Strabonem undecimo. Nominis originem hinc deducunt: Venus, cum eam ibi locorum gigantes adorirentur, Herculem accivit, & in ſpelunca quadam abſcondidit: deinde ſingulos gigantes excipiens, Herculi per fraudem necandos tradebat. Hecatæus in Aſiæ deſcriptione ſinum Apaturum agnoſcit. Locale, Apaturus, verum & Apaturita in uſu eſt. Poſſet quoque eſſe Apaturius & Apaturenſis.

APENNIUM, mons per mediam Italiam porrectus

---- *Hanc quidem mons biſariam ſecat.*

Quemque appellant Apennium.

Poſſeſſivum Apenneus: Gentile, Apenninus, quemadmodum Rheginus, quod apud Piſandrum libro XIII. reperitur.

APE-

ditione inſignes multum laboris ſuſcepere: ſed quiſque ſuo fruatur genio: nos nihil determinamus, illorumque interpretationi nihil quoque addimus, ne longius à re noſtra abeamus & actum agere videamur. De Celænis etiam legi poſſunt Strabo lib. XII. Solinus cap. XLIII. & Curtius lib. III. aliique plurimi.

94 Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Ἀπαμεύς.] Cauſam profecto nullam video, quare nunc ab Epitomatore τὸ Ἀπαμεὺς repetatur. Cenſeo hæc peſſime eſſe contaminata, & veterem lectionem omnino reduci poſſe, ſi hunc in modum reſcribatur: Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης καὶ Κελαινεύς. Poſtea autem vidi ſic quoque à Salmaſio eſſe correctum in margine ſui libri.

95 Ἔστι δὲ Βιθυνίας, κτίσμα Νικομήδους &c.] Contra fidem aliorum ſcriptorum Conſtantinus Porphyrog. lib. I. cap. IV. de thematibus Apamiam diverſam facit à Myrlea, cum revera eadem urbs fuerit. Stephanus: Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια, ἀπὸ Μύρλου τοῦ Κολοφωνίων ἡγεμόνος. Νικομήδης δὲ ὁ Ἐπιφανὴς, Προυσίου δὲ υἱὸς, ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἀπάμας Ἀπάμειαν ὠνόμασεν. Plinius lib. V. cap. XXXII: *Deinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio nomine Booſcœte, ſicut Apamia quæ nunc Myrlea Colophoniorum.* Hæc ad propontidem inter Rhyndacum amnem & Daſcylium ſita eſt.

96 Ἔστι δὲ Περσαίας.] Emendat ὁ πάνυ Salmaſius in Exercit. Plinianis: ἔστι δὲ τῆς Περσίας, Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους. Hæc Apamia etiam ab Ammiano Marcellino inter Perſidis urbes recenſetur, & diverſa eſt ab Apamia Meſenes, quam Tigris facto alveo circumfluit.

97 Ἀπασιακαὶ, Μασσαγετῶν ἔθνος.] Salmaſius in notis marginalibus Pomponii Melæ locum emendat, in quo pro Axiacas Apaſiacas reponit. Clariſſ. Voſſius edidit lib. II. cap. I: *Tandem non longe à mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen eſt, adeo amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui diſſimilis, & non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacaſque deſcendit.* Et mox ſequitur: *Axiacæ furari quid ſit ignorant: ideoque nec ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt.* Ubi itidem vir ſummus *Apaſiacæ* reſcribebat.

98 Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Strabonis codices, monente Iſaaco Caſaubono, admodum hoc in loco variant: vulgati exhibent Ἀπασιάτρας, ſcripti Ἀπασιάκας & Ἀπασιάτας. Verba Strabonis hæc ſunt: Καθάπερ καὶ Βῆσσος, καὶ ὕστερον δὲ Ἀρσάκης τὸν Καλλίνικον φεύγων, εἰς τοὺς Ἀπασιάτρας ἐχώρησε. Caſaubonus Stephani locum producit, & ex eo Strabonem corrigit.

99 Καὶ Πολύβιος δεκάτῃ.] Hodie apud Polybium legitur Ἀπασιάκαι, quemadmodum jam alii admonuerunt. Integer Polybii locus ita ſonat: Οἱ δ' Ἀπασιάκαι Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὤξου καὶ Ταναΐδος. Hunc integrum olim à Stephano fuiſſe allegatum, nemo non videt.

1 Ἀπάτουρον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν.] Peſſime legit codex Voſſ: Ἀπάτουρνον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν.

2 Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Strabonem examuſſim non ſequitur Epitomator, & ſimile quid jam aliquoties obſervavimus. Strabonis verba hæc ſunt: Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορείᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου. ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ ἐπίθετον τῆς θεοῦ μῦθόν τινα παραστησάμενοι, ὡς ἐπιθεμένων ἐνταῦθα τῇ θεῷ τῶν γιγάντων, ἐπικαλεσαμένη τὸν Ἡρακλέα, κρύψαι ἐν κευθμῶνί τινι. εἶτα τῶν γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ παραδιδοῖ δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης.

3 Ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῶν γιγάντων.] Mutilus eſt hic locus & ſenſu caret, quem ex Strabone facillimo negotio ita ſupplemus. ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῇ θεῷ τῶν γιγάντων.

4 Τὴν μέν τε μέσην &c.] Sunt verſiculi ex Dionyſio de ſitu orbis deſumpti, qui tamen in vulgatis hujus poëtæ editionibus ſibi invicem non cohærent; totus locus apud ipſum ita legitur.

---- Τὴν μέν τε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει
Ὀρθὸν ἀπ' ἐκ στάθμης ἰθυμμένον (οὐκ ἂν ἐκεῖνο
Ἴδρις μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης)
Ὅ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον.

ἈΠΕΡΑΝΤΕΙΑ[5], πόλις Θεσσαλίας· A
Πολύβιος εἰκοστῷ. τὸ ἐθνικὸν Ἀπεραντοὶ, ὡς Ἀμαραντοὶ, ὀξυτόνως.

ἈΠΕΣΑΣ, ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πίνδαρος, καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Ἀπέσαντος ἥρωος, βασιλεύσαντος τῆς χώρας· [6] ἢ B διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων, [7] ἢ τοῦ λέοντος. [8] ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς σελήνης ἀφέθη. [9] ἀφ' οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος. Καλλίμαχος δ' ἐν τοῖς Ἰάμβοις, τὸ ἐθνικὸν Ἀπέσας φησὶ,

[10] Κοὐχ ὡδαρείων τῷ Ἀπεσαντι C
Παρ Διὶ [11] ἔθυσεν Ἀρκάδας ἵππους.

ἈΠΙΑ[12], οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος, καὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἀπιδόνας, [13] ἀπὸ Ἄπιδος [14] τοῦ Φορωνέως,

APERANTIA, oppidum Theſſaliæ, apud Polybium lib. vigeſimo. Gentile Aperanti, uti Amaranti, cum acuto in ultimo.

APESAS, mons Nemeæ, uti tradunt Pindarus & Callimachus libro tertio. Nomen habet ab heroe Apeſante, qui regioni imperavit. Vel ita dicitur ab emiſſione vehiculorum, aut leonis: ibi enim è luna dimiſſus eſt. Hinc Jupiter Apeſantius dicitur. Callimachus autem in Jambis gentile Apeſas nominat.

Neque Darius Jovi Apeſanti
Mactavit equos Arcadicos.

APIA, hoc nomine recentiores Argos appellant, & incolas Apidonas, ab Apide Phoronei

5 Ἀπεράντια, πόλις Θεσσαλίας.] Male in codice Voſſiano Ἀπερλώπια ſcribitur. Oppidi nomen apud Polybium in excerptis Legat. Ἀπεραντία in penultima cum vocali excuſum reperitur, ita enim Leg. XXVI. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ νομίσαντες ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν, πρὸς τὸ τὴν Ἀμφιλοχίαν, καὶ τὴν Ἀπεραντίαν ἀνακτήσασθαι. Vide etiam Livium lib. XXX. cap. XII.

6 Ἢ διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων.] Hæc de ludis Nemæis eſſe accipienda evincit Etymologus: Ἀπέσας, enim inquit, ἀφέσας τις ὤν. ὅθεν ἀφίενται οἱ ἵπποι εἰς τὸν δρόμον τοῦ Νεμείου ἀγῶνος. Ἀφέσας καὶ Ἀπέσας.

7 Ἢ τοῦ λέοντος.] Nemei videlicet, quem Hercules occidit. Heſiodus in Θεογ.

- - - - Νεμειαῖόν τε λέοντα.
Τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα Διὸς κυδρὴ παράκοιτις,
Γουνοῖσιν κατένασσε Νεμείης, πῆμ' ἀνθρώποις.
Ἔνθ' ἄρ' ὅγ' οἰκείων, ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων,
Κοιρανέων Τρητοῖο Νεμείης ἠδ' Ἀπέσαντος.

De Leone hoc Diodorus, Pauſanias, Apollodorus, Lucretius, Ovidius, Auſonius & quotquot alii XII Herculis Labores enarrarunt.

8 Ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς σελήνης ἀφέθη.] Apprime hæc conveniunt cum Anaxagoræ ſententia, exiſtimantis in luna ampliſſimas eſſe regiones unde hic Leo deciderit; qui poſtea in Nemea ſylva vagatus armenta dilaniaret. Nigidius Figulus etiam refert hunc Leonem apud Lunam nutritum, & juſſu Junonis ad Herculis exitium dimiſſum fuiſſe: ejus verba leguntur in commentariis Germanici ad Arati Phainomena, verum cum ſint mutila & corrupta, ea ſic emendare conabor. *Nigidius refert, hunc Leonem nutritum apud Lunam (qui in terra Arcadia in regione Nemeæ, in ſpelunca amphiſtomo foramine latuerit quam quidam Amphryſum dicunt) & juſſu Junonis ad Herculis exitium dimiſſum.*

9 Ἀφ' οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος.] Vide Heſiod. & Etymol. mag. auctorem.

10 Κοὐχ ὡδαρείων.] Locus eſt corruptiſſimus, & Jambi ſuis numeris non conſtant, qui ex emaculatioribus codicibus ſunt corrigendi. Facile tamen hic ὁ Δαρεῖος pro ὡδαρείων reponitur. Verum Pauſanias hæc non de Dario, ſed de Perſeo ſcripſit: locus in Corinthiacis ita ſonat: Καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν, ἔνθα Περσέα Διὶ πρῶτον θῦσαι λέγουσιν Ἀπεσαντίῳ.

11 Ἔθυσεν Ἀρκάδας ἵππους.] Profligatiſſime in Voſſ. ſchedis legitur: Ἔθυσεν Ἀρκάς ἵππος.

12 Ἀπία, οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος.] Rationem profecto nullam video, quare Epitomator hoc loco perhibeat, Argos à recentioribus Apiam appellari, cum extra dubium ſit, longe ante Pelopis tempora & adventum in hanc regionem, hoc nomine inſignitum fuiſſe: manifeſte hoc colligi poteſt ex Pauſan. lib. II, ita enim ille: Καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι, καὶ Αἰγιάλειαν αὐτὸν οἰκίσαι πρῶτον ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν. οὗ δὲ ἐστιν νῦν σφισι τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἀκρόπολιν τοῦτο εἶναι. Αἰγιαλέως δὲ Εὔρωπα γενέσθαι φασὶν, Εὔρωπος δὲ Τελχῖνα, Τελχῖνος δὲ Ἄπιν. οὗτος ὁ Ἄπις ἐς τοσόνδε ηὐξήθη δυνάμεως, πρὶν ἢ Πέλοπα ἐν Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Fortaſſis hæc dixit noſter reſpectu τοῦ Argos, quod ante Apiam obtinuit: nam poſtquam Jupiter ex Niobe, quam primam mortalium inivit, Argum genuiſſet, Phoroneus Argo regnum tradidit, & Peloponneſum à ſe Argos dici imperavit. Sed exiſtimandum eſt potius, hæc Epitomatoris verba duntaxat ἀποσπασμάτιον eſſe integri loci Strabonis, quem Stephanus in proprium uſum tranſcripſerat; ita enim Strabo lib. VIII: Οἶμαι δ' ὅτι καὶ Πελασγιώτας, καὶ Δαναοὺς, ὥσπερ καὶ Ἀργείους, ἡ δόξα τῆς πόλεως ταύτης, ἀπ' αὐτῆς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καλεῖσθαι παρεσκεύασεν. Οὕτω δὲ καὶ Ἰασίδας, καὶ Ἴασον Ἄργος καὶ Ἀπίαν, καὶ Ἀπιδόνας οἱ νεώτεροι φασίν. Sic enim ſolet Epitomator ipſiſſima auctorum allegatorum verba in compendium redigere, ut ſæpiſſime difficillimum ſit, ex iis ſenſum expiſcari, uti jam aliquoties admonuimus. Cæterum facile hoc Straboni conceditur, perhibenti ſua ætate à recentioribus Peloponneſum Apiam appellari, qui tot ſecula ante Stephanum vixerit; certiſſimum enim eſt hoc nomen neque Conſtantini neque Juſtiniani ævo obtinuiſſe. Atque ſic manifeſte liquet, noſtrum hæc ex Strabone hauſiſſe, ſed non eum in finem, ut probet ſua ætate Peloponneſum Apiam nuncupari.

13 Ἀπὸ Ἄπιδος.] Non uno modo caſus obliquus hujus ſubſtantivi effertur: merito ad illa nomina referri poteſt de quibus egimus pag. 115. ad vocem Ἄμασρις. Agnoſcit hanc in flectendo varietatem Euſtath. ad Dionyſ. perieg. ita enim ille pag. 59: Τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀπιδανῆας καλεῖ, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπιδόνας κατὰ τὸ γεωγραφον ἀπό τινος Ἄπιδος, οὗ ἡ γενικὴ καὶ Ἄπεως. ὡς ὄφις ὄφεως, Ἄμασρις Ἀμάστρεως, Ζάμολξις Ζαμόλξεως. οἱ δέ φασι ὅτι Ἄπις ὁ Φορωνέως ἐκ τῆς Ἠπείρου ἐλθὼν ἀπήλλαξε τὴν Πελοπόννησον ὄφεων ὀχλούντων &c. οὗ καὶ Αἰσχύλος μέμνηται, εἰπὼν,

Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας.

14 Ἀπὸ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως.] Apollodorus cum Rhiano, quem Stephanus teſtem citat, prorſus convenit: ſed Pauſanias, cujus verba ſupra in medium produximus, & Euſebius Apin Telchinis filium faciunt: & longe diverſa tradit de Api Æſchylus in Supplicibus, ſcilicet fuiſſe non regem Sicyoniorum, ut vulgo perhibetur, ſed Medicum qui regionem totam noxiis beſtiis purgavit, in cujus memoriam Peloponeſi incolæ regionem Apiam nominarunt, ita enim poëta loco jam allegato:

Αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
Πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.
Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις, παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
Τὴν δ' ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων,
Ἃ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
Χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα μηνιθεῖσα δάκη,
Δρακονθ' ὅμιλον, δυσμενῆ ξυνοικίαν.
Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
Πράξας ἀμέμπτως Ἄπις Ἀργείᾳ χθονὶ
Μνήμην ποτ' ἀντίμισθον εὕρετ' ἐν λιταῖς.

Euſtathius tamen in ſuis ad Dyonyſ. notis, cujus verba jam citavimus, exiſtimat hunc Apin, de quo Æſchylus loquitur, Phoronei filium fuiſſe, qua in re cum aliis optime quidem conſentit, ſed Æſchylum illud loco allegato ſtatuiſſe, aperte nego & pernego. Tradunt alii Ἀπίαν dictam eſſe κατὰ στέρησιν τοῦ πίνειν καὶ τῶν ὑδάτων, à penuria potus & fon-

ρωνέως, τέρῳ,

[15] ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ, A

[16] Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως ἦν δὴ * *
ἀρχῆθεν γενεή. τοῦδε κλυτὸς ἐκγένετ' Ἆπις, B
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε, [17] καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.

[18] τὸ ἐθνικὸν Ἀπιεύς, δηλῶν τὸν Πελοποννήσιον· καὶ Ἀπίηθεν, τὸ ἐκ τόπου· καὶ Ἀπιδόνες, καὶ Ἀπιδονῆες. [19] Ἀπιδόνες δὲ καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ C Ἀπιδόνος ποταμοῦ, [20] ἢ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος. [21] Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τῆς Τρωάδος φησὶν, ἐκβάλλοντα [22] εἰς τὴν Ἑσπέρειον θάλασσαν, ὡς Τιμοσθένης. Φησὶ δὲ καὶ τὰς ἀχεράδας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γι- D γνομένας, [23] Ἴστρος ἀπίας, ἀπὸ ταύτης ὑπὸ τῶν ἔξωθεν λεχθῆναι. λέγεται δὲ καὶ Ἆπις θηλυκὸν, ἡ ἡ γενικὴ Ἄπιδος. οὕτω τὴν χώραν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ προσαγορεύει.

Aronei filio, teſte Rhiano libro ſecundo Achaïcorum.

Noſtrum quidem genus filii Phoronei nominabatur
Ab ipſo origine. Ex illo autem inclytus naſcebatur Apis,
Qui Apiam nominavit & viros Apidoneas.

Gentile Apienſis; quod Peloponneſium denotat. Hinc quoque adverbium loci, quod ex Apia ſignificat: & Apidones & Apidonei. Apidones autem Arcades nuncupantur aut à fluvio Apidone, aut ab Apide Phoronei filio. Verum Demetrius fluvium Troadis Apidanum nominat, ſe in mare verſus occidentem exonerantem, quemadmodum Timoſthenes auctor eſt. Iſter pyraſtrum in Apia regione naſcentem, Apium ab eadem apud exteros nominari tradit. Dicitur quoque Apis genere fœminino, cujus genitivus eſt Apidis. Ita hanc regionem Eratoſthenes in Mercurio nuncupat.

ἈΠΙΟΛΑ [24], πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνι- E κὸν Ἀπιολανὸς, ὡς Νῶλα Νωλανός.

APIOLA, urbs Italiæ. Gentile, Apiolanus: quemadmodum à Nola fit Nolanus.

ἈΠΟ- APO-

tium, uti ex antiquis ſcriptoribus perhibet Euſtathius in comment. ad Dionyſ. loco jam citato: Οἱ δέ φασιν Ἀπίαν καὶ Ἀπιδανεῖς κληθῆναι κατὰ στέρησιν τοῦ πινεῖν καὶ τῶν πιδάκων, ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἡ χώρα πίδακας τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ὡς λέγει Καλλίμαχος, ἔμελλεν εὔυδρος καλέεσθαι. ὡς δύνασθαι διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν πολυδίψιον λέγεσθαι. ὅθεν καὶ Ἀζανὶς ἐκαλεῖτο, διὰ τὴν ἄζην, ὅ ἐστι διὰ τὴν ξηρασίαν. καὶ ἔθνος οἱ Ἀζᾶνες αὐτόθι μέχρι καὶ νῦν οὕτω λεγόμενοι. Verum in rebus tam antiquis nihil eſt certi.

[15] Ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῷ δευτέρῳ.] Sic exhibent codices manu exarati & editi: ſed forte reſcribendum eſt: ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ. Operæ pretium videtur, obiter hoc loco admonuiſſe, Euſtathium partem verborum Rhiani citaſſe, quæ profecto non genuino auctori, ſed Arriano cuidam adſcribit, quemadmodum ante nos obſervarunt viri docti. Idem etiam Salmaſius in margine ſui libri annotaverat. Archiepiſcopus totum locum ex Stephano hoc modo tranſcripſit: Καὶ Ἀρριανὸς δέ φησι,

- - - - Κλυτὸς Ἆπις,
Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

[16] Ἡμετέρη τοι τέκνα &c.] Cod. Voſſ. ὑμετέρη τοι τέκνα. Verſiculus in fine mutilus eſt, quem Salmaſius in margine ſui libri ſupplere tentatur vocabulo ὀνομαστή: attamen ſuis numeris non conſtabit, niſi legatur hunc in modum:

Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέος ἦν δὴ ὀνομαστή.

[17] Καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.] Euſtathius: καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας. Verum Stephani lectio mihi videtur præferenda; nam mox apud ipſum ſequetur: καὶ Ἀπίηθεν, τὸ ἐκ τόπου. καὶ Ἀπιδόνες καὶ Ἀπιδονῆες.

[18] Τὸ ἐθνικὸν Ἀπιεύς, δηλῶν τὸν Πελοποννήσιον.]. Quia videlicet voce Apia tota Peloponneſus intelligitur, τὸ Ἀπιεὺς Peloponneſium denotabit.

[19] Ἀπιδόνες δὲ καὶ οἱ Ἀρκάδες.] Dionyſius de ſitu orbis:

Καδδὲ μέσην νῆσον κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες, ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου.

Ad quem locum ita commentatur Euſtathius: Τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀπιδανῆας καλεῖ, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπιδόνας, κατὰ τὸν γεώγραφον, ἀπό τινος Ἄπιδος. Et nonnullis interjectis verſibus ita inquit: ἀφ' οὗ καὶ ἡ Πελοπόννησος ὅλη Ἀπία ἐκλήθη ποτέ. καὶ δι' αὐτὸν Ἀπιδανῆες ἐξαιρέτως οἱ Ἀρκάδες, παρ' οἷς ὁ Ἆπις ᾤκησεν. Specialiter itaque Apidanei Arcades dicti ſunt, quia apud eos Apis habitavit.

[20] Ἢ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος.] Quid audio, an Phoroneus præter Apim etiam filium Apidonem habuit? Hoc theologiæ mythicæ doctores non docent. Sine dubio huc librariorum irrepſit σφάλμα, pro Ἄπιδος vel Ἀπίως nunc Ἀπιδόνος exarantium. Indicavimus ex Euſtathio proprium hoc duobus modis inflecti. Idem liquet ex Stephano; hoc enim tmemate Ἄπιδος, & in voce Πελοπόννησος pro obliquo caſu habet Ἄπεως. Peſſime tamen apud Conſtant. Porphyrogennetam lib. II. de Them. hoc nomen inflexum reperitur: Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀπίου τοῦ Φορωνέως, ἐκαλεῖτο Ἀπίη. ἐπὶ δὲ Πελάσγου τοῦ αὐτόχθονος, Πελασγία. Quo in loco ſine dubio Ἄπιδος vel Ἀπίως reponendum eſt.

[21] Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τῆς Τρωάδος.] Fuit hic Demetrius homo horum locorum peritiſſimus & in Troade natus, quemadmodum de illo teſtatur Strabo lib. XIII: atque hanc ob cauſam ipſi vix fides eſt deroganda. Alii tamen geographi & hiſtorici Apidanum fluvium non in Troade, ſed in Theſſalia collocant, & peculiariter Herodotus eum in Peneum fluere ſcribit.

[22] Εἰς τὴν Ἑσπέρειον θάλασσαν.] Conſtanter ita legunt libri editi omnes & manu exarati, verum immanis hic latet error, quem Salmaſius in margine ſui libri, hunc in modum reſcribendo, corrigere tentabat: ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἑλλήσποντον. Non improbo hanc emendationem, ſed longius quam decet à vulgata lectione recedit. Si mei arbitrii res foret reſtituerem: ἐκβάλλοντα εἰς τὴν πρὸς ἑσπέρου θάλασσαν. Ita olim ſcripſiſſe Stephanum, nullus ego dubito: nam Helleſpontus reſpectu Troadis occidentali plagæ obverſus eſt. Simile prorſus mendum emendavimus in voce Ἀντιγόνεια, ubi dicitur Antigoniam, agri Cyziceni caſtellum, ἀπέχειν τῆς πρὸς ἑσπέρου θαλάσσης ὡς σταδίους ν. Lector videat locum, nam certus ſum, eum à noſtris partibus ſtaturum.

[23] Ἴστρος ἀπίας.] Et hic locus à vitio non eſt immunis, legendum eſt: Ἴστρος ἀπίους. Nuſquam enim hoc nomen ſecundæ declinationis formam obtinet. Ælian lib. III. Var. Hiſt. cap. XXXIX: Ὅτι βαλάνους Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι δὲ ἀπίους, Ἀθηναῖοι δὲ σῦκα &c. Etymologici magni auctor: Ἄπιος εἶδος τοῦ δένδρου, καὶ τοῦ καρποῦ βοτάνη τις καλουμένη, Διογένης. Vide etiam Theophraſt. Dioſc. Heſych. & alios. Deſumpſit hæc Stephanus ex Iſtri Argolicis, qui uti ex Athenæo lib. XIV. liquet, iſthoc tractatu de pyraſtro mentionem fecit: Ἐπεὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ Πελοπόννησος Ἀπία ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτὸν φησὶν Ἴστρος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. Ergo non tantum ab exteris, ſed etiam ab incolis Peloponneſus Apia appellabatur, quia hic fructus affatim ibi naſcebatur.

[24] Ἀπίολα πόλις Ἰταλίας.] Oppidum fuit non obſcurum Latinorum, quod Tarquinius Priſcus delevit. Dionyſius Halicar. lib. III. Ἐπειδὴ δὲ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν

Α'ΠΟΔΩΤΟΙ[25], ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Θουκυδίδης τρίτη. Ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον [26] πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα Ὀφιονεῦσιν. A

Α'ΠΟ'ΚΟΠΑ[27], οὐδετέρως, [28] κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. τὸ τοπικὸν, Ἀποκοπίτης, ἢ Ἀποκοπηνός. B

Α'ΠΟΛΛΩΝΙ'Α[29], πρώτη πόλις Ἰλλυρίας, [30] ἣν ᾤκουν Ἰλλυριοὶ κατ' Ἐπίδαμνον. ὕστερον [31] διακοσίων Κορινθίων ἀποικία εἰς αὐτὴν

APODOTI, uti Bœoti, gens Ætoliæ, cujus meminit Thucydides libro tertio. Primo autem Apodotos, deinde Ophionenſes aggredi jubebant.

APOCOPA, genere neutro, ſinus in Barbarico receſſu, de quo Marcianus in Periplo mentionem facit. Locale Apocopita & Apocopenus.

APOLLONIA, prima Illyrici urbs, quam Illyrii juxta Epidamnum habitabant: Poſtea eo ducentorum Corinthiorum colonia miſſa

τὸν μὲν ἐπολέμησε τοῖς καλουμένοις Ἀπιολάνοις, πόλει τῶν Λατίνων ἔθνους ἐστὶν ἀφανεῖ. Idem de hoc oppido teſtatur Strabo lib. v.

[25] Ἀποδωτοὶ, ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας.] Locus, ſi quis alius in hujus auctoris MSS & libris vulgatis fœdiſſime conſpurcatus, in illis enim ita legitur: Ἀποβοιωτοὶ, ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Atque eodem prorſus modo in allegato ex Thucydide teſtimonio. Hunc errorem primus obſervavit doctiſſimus Ortelius in Theſauro Geographico: adeo ut illi poſt hunc virum turpiter lapſi ſint, qui in conficiendis dictionariis geographicis operam poſuere, & Ἀποβοιωτοὺς ex Stephano & Thucydide citaverunt. Nos profecto vulgatam lectionem retinere non potuimus, quia apud Thuc. lib. III. idem locus, quem Steph. producit, ita concipitur: Ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσι. Præterea ex veſtigiis depravatæ lectionis codicis Voſſiani certiſſimus ſum, Stephanum non aliter exaraſſe; ibi enim legebatur unica litera immutata: Ἀποβωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Apodotorum etiam meminit Polybius lib. XVII: Τὸ μὲν τῶν Ἀγραῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων. Et Livius lib. XXXII. cap. XXXIV. ex Polybio hæc ita tranſtulit: *Ætolos, tanquam Romanos decedi Græcia jubere: qui quibus finibus Græcia ſit, dicere non poſſint: ipſius enim Ætoliæ Agræos Apodotoſque & Amphilochos, quæ per magna eorum pars ſit, Græciam non eſſe.*

[26] Πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς.] Ita reſcripſimus ex Thucyd. uti jam monuimus: fruſtra enim apud ipſum & alios ſcriptores Ἀποβοιωτοὶ inveſtigabuntur.

[27] Ἀπόκοπα, οὐδετέρως.] Eodem numero & genere hoc loci nomen protulit Ptolemæus lib. IV. cap. VII, & ferme in medio Barbarici ſinus collocat. De Apocopis etiam mentionem fecere Arrianus in Periplo maris rubri, & Marcianus in Peripli fragmentis, ubi de Barbarico ſinu loquitur, cujus verba mox producemus.

[28] Κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ.] Omnino ſubeſt hic portenti aliquid, quod vidit Salmaſius, qui in Plin. Exercit. optime emendabat ex fragmentis Peripli Marciani: Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Βαρβαρικῷ μυχῷ. Hanc lectionem confirmat vir ſummus ipſis Marciani verbis, quæ huc transfero; quia Stephanus lectorem eo ablegat: Μετὰ τὴν ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον, καὶ ἡ ἀρωματοφόρος χώρα. μεθ' ἣν ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλείους εἰσὶ, καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλουμένης Ἀζανίας. καὶ πρῶτος μὲν τῶν ἐπισήμων κόλπος ἐστὶν ἐν αὐτῷ ὁ καλούμενος Ἀπόκοπα.

[29] Ἀπολλωνία.] Unde hæc urbs nomen acceperit, non obſcure refert Pauſanias lib. I. Eliacorum; viderat enim Olympiæ ſua ætate inſcriptionem antiquam in qua Apolloniatæ gloriabantur Ἀπόλλωνα ἀρχαγέταν coloniæ auctorem fuiſſe, à quo urbi nomen indiderunt. Inſcriptio hæc ita ſe habet:

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.
Οἳ γὰρ τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα
Ἔστασαν σὺν τοῖς ἐν Θρονίου δεκάταν. Hoc eſt.

Monumenta hic Apolloniæ erecta ſumus, quam juxta mare
Jonium Phœbus intonſus condidit.
Qui cum cepiſſent Abantidis terminos. Hic illa
Statuerunt decimam cum iis qui ex Thronio venere.

Locri Boagrii fluminis accolæ è Thronio, & Abantes ex Eubœa, poſt exciſum Ilium navibus ad Ceraunios montes delati ſunt, ubi Thronium condidere Locri, & regionem utrique genti communem, uno nomine Abantidem appellarunt. Poſtea inter Abantes & Locros qui Thronium habitabant diſcordia orta eſt: ſed Locri cum Apolloniatibus vires conjungentes, Abantes expulerunt, & ex præda Jovi decimam dedicarunt, hunc ſimul honorem Apollini concedentes, quaſi is coloniæ ductor fuiſſet, à quo urbem denominarunt.

[30] Ἣν ᾤκουν Ἰλλυριοὶ κατ' Ἐπίδαμνον.] Urbem juxta Epidamnum in Taulantiorum ditione ad Æantem amnem ſitam fuiſſe, manifeſte teſtatur Scylax, ita inquiens: Ἐκ δ' Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμερῶν δύο. ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει σταδίους ν. καὶ ποταμὸς Αἴας περιρρεῖ τὴν πόλιν. ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν στάδια τκ'. καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραρρεῖ. Ex hoc loco facile intelligere eſt, non in ipſo maris Jonii littore, ſed in illo tractu, qui ſe juxta mare extendebat, ſitam fuiſſe: non tamen tam procul à mari, quin ex arce in mare proſpectum habuerint incolæ, nam ipſe teſtatur Cæſar lib. III. de Bello Civili ſe inde claſſem Antonii luſtraſſe. Plinius lib. III cap. XXIII: ſpatium illud inter Adriaticum mare & Apolloniam, ſeptem M paſſ. facit, ita enim ille: *Apollonia quondam Corinthiorum colonia ſeptem M. paſſ. à mari recedens: cujus in finibus celebre Nymphæum.* Videtur Conon apud Photium urbem in ipſo maris littore collocaſſe, ſic enim loquitur cap. XXX: Καὶ ἡ Ἀπολλωνία πόλις Ἑλλὰς ἐστὶν ἐν τῇ Ἰλλυριῶν γῇ, κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσης, καὶ ποταμὸς Λῷος (Lege Ἀῷος) διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων καὶ οὗτος ἐκβάλλει εἰς τὸ Ἰώνιον πέλαγος. Verum non ſatis accurate hic loquitur Conon; nam mediam urbem non findit Aous, neque ipſa, uti jam oſtendimus in maris littore ſita eſt. Omnium accuratiſſime Strabo hujus civitatis ſitum lib. VII. depingit, etiam ipſum ſpatium quo à mari, & à fluvio diſtabat indicans: Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς καὶ ὁ Ἀῷος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δὲ ἑξήκοντα. De ſitu etiam vide Polybium lib. V. Ælianum Var. Hiſt. lib. XIII cap. XVI & alios. Caſtaldus in ſua Græciæ tabula eam hodie appellari inquit, *Poline*, quod ex antiquo nomine formatum atque decurtatum eſt: ſed Dominicus Niger perhibet, eo in loco nunc caſtellum eſſe, quod *Piergum* dicitur, ita enim ille: *Apollonia urbs eſt clariſſima, quondam optimis, ut Strabo ait, inſtituta legibus, ſtadiis decem ab Lao amne diſtans, à mari ſexaginta: Auguſti Cæſaris ſtudio, qui illic Græcas didicit literas, memorabilis; in quo nunc loco caſtellum eſt, quod illi Piergum à fluvio dicunt: Laum enim ſic vocant.* In hiſce verbis aut latet peſſimus Typographorum error, aut Niger male Aoum Laum appellavit, qui potius illis, quam huic eſt adſcribendus.

[31] Διακοσίων Κορινθίων ἀποικία.] Antiquiſſimi igitur & primi urbis conditores Illyrii juxta Epidamnum fuere. poſtea Corinthii & Corcyræi coloniam miſere, qui urbem inſtaurarunt & ex Barbara Græcam fecere. Verum hæc Stephani lectio mihi admodum eſt ſuſpecta. Quamquam codices nihil variant: fortaſſis reponendum eſt: Κορκυραίων καὶ Κορινθίων ἀποικία. Conjecturam noſtram firmat locus Strabonis præcedenti commentario allegatus, cui addam Scymni Chii verba:

Οἷς πλησιόχωρός ἐστιν ἡ Ἀπολλωνία
Κορινθίων Κερκυραίων τε κτίσις.

αὐτὴν ἐστάλη, ἧς ἡγεῖτο Γύλαξ, [32] ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε. [33] τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνιάτης καὶ θηλυκὸν, Ἀπολλωνιᾶτις. δευτέρα, [34] ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, [35] ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων. [36] γ, Μακεδονίας. δ, πόλις Λιβύης. ε, [37] ἐν νήσῳ τῆς Ἀκαρνανίας, μία τῶν Ἐχινάδων, ς [38], ἐν Κρήτῃ, πρὸς τῇ Κνωσσῷ. ζ, [39] πλησίον Λεοντίνων, καὶ Καλῆς Ἀκτῆς. η, Μυσίας. θ, πόλις Μυσίας, [40] ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ. ι, [41] κατὰ Θυάτειρα, καὶ Ἔφεσον. ια, [42] Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσον

miſſa eſt, cui Gylax imperavit, qui urbem Gylaciam nominavit. Gentile, Apolloniata, & fœminino genere Apolloniatis. Secunda, in inſula ad Salmydeſſum ſita, Mileſiorum & Rhodiorum colonia eſt. Tertia, Macedoniæ: Quarta Libyæ: Quinta, in Acarnaniæ inſula, una ex Echinadibus: Sexta in Creta, juxta Cnoſſum: Septima, prope Aluntinos & Calacten: Octava, Myſiæ: Nona, Myſiæ ad Rhyndacum fluvium: Decima, juxta Thyatira & Epheſum: Undecima, Phocidis, quam Homerus ob Cypariſſorum

Hac de re etiam Pauſanias in Corinthiacis eſt legendus: Solus Thucydides tradit Corinthiorum coloniam fuiſſe. Ducta eſt hæc colonia eo tempore quo Periander Corinthi regnabat, quemadmodum nos docet Plutarchus, tractatu de iis, qui ſero à numine puniuntur.

32 Ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε.] Stephanus: Γυλάκεια, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία, ἀπὸ Γύλακος Κορινθίου. τὸ ἐθνικὸν Γυλακεύς.

33 Τὸ ἐθνικὸν Ἀπολλωνιάτης.] Nullum de hoc gentili dubium moveri poteſt: paſſim occurrit apud antiquarios in veteribus nummis, & in veterum ſcriptorum monumentis.

34 Ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.] Non retinet Xylander lectionem priorum editionum, in quibus excuſum reperi: δευτέρα, ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἄκρα Μιλησίων καὶ Ῥοδίων: Neque aliud nobis ſuppeditavit codex Voſſianus. Monet incomparabilis Salmaſius in margine ſui libri, illud ἐν νήσῳ delendum, legendumque eſſe ex MS: δευτέρα, πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ ἄκρα [ἀποικία] Μιλησίων καὶ Ῥοδίων. Fortaſſis vox illa, quam uncis incluſit, in MS non exſtabat, quæ tamen neceſſario, ut ſenſus conſtet, hic requirebatur. Etiam in Plinianis exercitationibus refert, libros veteres apud Stephanum verba illa, ἐν νήσῳ non habere. Videtur tamen, vulgatam Stephani lectionem verbis Strabonis defendi poſſe, ita enim ille loquitur de ſitu hujus urbis lib. VII. Εἶτα πόλις Κάλλατις ἐν διακοσίοις ὀγδοήκοντα. Ἡρακλεωτῶν ἄποικος. εἶτ' Ἀπολλωνία, ἐν χιλίοις τριακοσίοις σταδίοις, ἄποικος Μιλησίων, τὸ πλέον τοῦ κτίσματος ἱδρυμένον ἔχουσα ἐν νησίῳ τινὶ, ὅπου ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Ergo hæc Apollonia majore ſui parte in parva quadam inſula condita eſt, ubi fanum Apollinis erat. Verum quia ὁ πάνυ Salmaſius hunc locum egregie illuſtravit, ejus verba huc tranſcribere non , pigebit. Sed quænam, inquit, ea inſula, aut quo nomine , fuit, quæ Salmydeſſo propinqua, & templum Apollinis , habuit? Etenim ſi Apollonia urbs in inſula erat, celebrem , & nominatam eam oportet inſulam fuiſſe. An Apollonia , vocabatur eodem cum ipſa urbe nomine? Ita quidem , videtur ſentire Plinius, qui Apolloniatarum inſulam vo- , cat: Sed & lib. VI. cap. XII, inſulas Ponti, quæ & in Aſiæ , littoribus ſunt, numerans ita ſcribit: *Cyanea, deinde Apol- , lonia Thynnias dicta, ut diſtingueretur ab ea quæ in Eu- , ropa.* Id eſt, ab hac Apolloniatarum inſula, quam in ma- , nibus habemus. Atqui non inſulam, nec in inſula ſitam , hanc Apolloniam Europæ tradit Strabo, ſed τὸ πλέον τοῦ , κτίσματος in parva inſula habere, magna ſui parte in , inſula conditam eſſe. Ergo reliqua pars in continente , fuit: ſic parte ſui inſula, parte vero terra continua fuerit , Apollonia, quod ego demiror. Reſtat illud quærendum, , quo nomine dicta ſit illa inſula in qua Apollonia dimi- , diata condita eſt; quid ſentiam, paucis abſolvam. Apol- , lonia Thynnias inſula Ponti in Aſia ſic appellata quod eſ- , ſet Apollini Sacra: in ea Apollini aram ſtatuiſſe Argonau- , tas canit Apollonius lib. II. Hujus meminit Arrianus in , Periplo Ponti: ἀπὸ Ῥόης εἰς Ἀπολλωνίαν νῆσον μικρὸν, ὀλίγον διέχουσαν τῆς ἠπείρου. *Thynnias* dicitur Pomponio lib. II. , cap. VII. *Thynnias Mariandynorum finibus proxima, ur- , bem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appel- , lant.* Aliis *Apollonia Thynnias* ad diſtinctionem alterius , Apolloniæ quæ in Europa, ut inquit Plinius. Plura congeſſit Salmaſius hanc materiam ſpectantia, ſed ne ſim longior, lectorem ad locum ipſum ablegare ſtatui.

35 Ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.] Scymnus Chius Mileſiorum coloniam tradit, ſimul etiam referens quo tempore ſit condita.

Εἶτ' Ἀλμυδησσὸς ἄκρα συνάπτουσ' Θυνιάς,
Τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη.
Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶ σύνορος ἡ Ἀπολλωνία,
Ταύτην δὲ πρότερον ἔτεσι πεντήκοντά που
Κτίζουσι τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν
Εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι.

36 Τρίτη Μακεδονίας.] Plurimi Apolloniam, in Taulantiorum finibus ſitam, Macedoniæ accenſent, ſed peſſimo errore: quam Stephanus nunc innuit, verſus Strymonicum ſinum ſita eſt, juxta amnem Echedorum non procul a Theſſalonica. Hæc optime à Ptolemæo Apollonia Mygdoniæ appellatur, ita enim ille lib. III cap. XIII, ubi hujus regionis civitates recenſet: Ἀντιγόνεια, Καλίνδοια, Βαῖρος, Φύσκαι, Τέρπυλλος, Καρραβία, Ξυλόπολις, Ἄσσωρος, Ἀπολλωνία Μυγδονίας.

37 Ἐν νήσῳ τῆς Ἀκαρνανίας.] Ortelius exiſtimat hanc eſſe Apolloniam Epiri de qua Strabo, ſeu Ætoliæ de qua libro XXVIII cap. VIII. Livius mentionem facit.

38 Ἐν Κρήτῃ, πρὸς τῇ Κνωσσῷ.] Ergo geminæ hujus nominis civitates in Creta exſtiterunt: nam vigeſimam tertiam noſter etiam in Creta collocat, & quondam Eleutheram dictam fuiſſe perhibet.

39 Πλησίον Λεοντίνων καὶ Καλῆς Ἀκτῆς.] Hæc eſt Siciliæ Apollonia, de qua legimus apud Diodorum Siculum lib. XVI & XX. Verum hic Stephani locus eſt corruptus, vel ipſe accuratum hujus oppidi ſitum ignoravit; nam Leontini in orientali Siciliæ latere quam longiſſime à Calacta diſſiti fuere, uti manifeſte patet ex Ptolemæo lib. III cap. IV. Cum Cluverio itaque cenſeo reponendum eſſe: Πλησίον Ἀλουντίνων [ſive Ἀλοντίνων] καὶ Καλῆς Ἀκτῆς. Aluntini enim non procul à Calacta habitabant, ut videre eſt apud eundem Ptol. & Plin lib. III cap. VIII. Cicero quoque Apollonienſem civitatem cum Aluntia, aliiſque hujus tractus civitatibus conjungit, ita enim ille in Verrina octava: *Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem, Cephaleditanam Aluntinam, Apollonienſem, Egynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum intelligetis.*

40 Ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ.] Quia in Myſia duas hac appellatione urbes Stephanus deſcribit, ad diſtinctionem hoc addidiſſe videtur. Non tamen nego alios hanc diſtinctionem adhibuiſſe, ut hoc elogio non ab altera Myſiæ, ſed etiam ab aliis oppidis per terrarum orbem ita nominatis ſecerni poſſet. Nummi veteres hanc inſcriptionem quoque præferunt: in Marco & L. Vero Auguſtæ Chriſtinæ Clar. Spanhemius legebat: ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΡΥΝΔΑΚΟΣ & ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟΣ ΡΥΝΔΑΚΩ. Similiter hanc urbem appellant Strabo lib. XII & Ptol. lib. V cap. II. Fortaſſis altera Myſiæ civitas, quæ Stephano octava habetur, prope Antandrum ſita & Aſſos dicta eſt, de qua Plinius lib. V cap. XXX. *Rurſus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cymeris, & Aſſos eadem Apollonia.*

41 Κατὰ Θυάτειρα, καὶ Ἔφεσον.] Strabo lib. XIV. hanc meminit; ſed Apolloniadem nominat: Πρῶτον μὲν οὖν παρεισέπεσεν εἰς Θυάτειρα, εἶτ' Ἀπολλωνιάδα ἔχειν, εἶτ' ἄλλων ἐφεξῆς φρουρίων.

42 Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι.] Homeri locus reperitur in Catalogo:

Οἳ Κυπά-

ριασόν φησι, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κυπαρίσ- A σους, [43] ὡς Δίδυμος. ιβ, περὶ τὴν κοίλην Συρίαν. ιγ, [44] κατὰ Ἰόπην. ιδ, τῆς Μεσοποταμίας. ιε, [45] Λιβύης, ἡ Κυρήνη ἐκαλεῖτο. ις, [46] Λυδίας. ιζ, Πισιδίας, ἡ πρότερον Μορδιαῖον. ιη, Φρυγίας, ἡ πάλαι Μάργιον. B ιθ, ἐν Σίφνῳ τῇ νήσῳ. εἰκοστὴ, [47] Συρίας, κατὰ Ἀπάμειαν. κα, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. κβ, τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἰώνων, ἣν Δημοσθένης φησίν. εἰκοστὴ τρίτη, Κρήτης, ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, [48] Κλίνου πατρίς. [49] ἐκ ταύτης ὁ C Φυσικὸς Διογένης. εἰκοστὴ τετάρτη, ἐν Αἰγύπτῳ. εἰκοστὴ πέμπτη, μεταξὺ Βαβυλῶνος, [50] καὶ Σούσων. Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, τὸ ἐθνικὸν εἶπεν [51] Ἀπολλωνιδεύς· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλ' D ἐκ τοῦ Ἀπολλώνιον· ὡς Δουλίχιον Δουλιχιεύς.

ἈΠΟΛΛΩΝΙΕΙ͂Σ, δῆμος προστεθεὶς [52] τῇ Ἀτταλίδι φυλῇ. [53] ὁ δημότης, Ἀπολλωνιδεύς. E

ἈΠΟ'ΛΛΩΝΟΣ νῆσος, ἐν Λιβύῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνησίτης. [54] λέγεται καὶ Νησαῖος.

ἈΠΟ'ΛΛΩΝΟΣ [55] πόλις ἐν Αἰγύπτῳ, πρὸς τῷ μέρει τῆς Λιβύης, ἡ μικρὰ, F ἧς μέμνηται Ἀπίων. δευτέρα, ἡ μεγάλη, ἐν Αἰγύ-

rissorum copiam Cypariſſum nominavit, uti Didymus exiſtimat. Duodecima, circa cavam Syriam. Tertia decima, juxta Jopen. Quarta decima, Meſopotamiæ. Quinta decima Libyæ, quæ Cyrene vocabatur. Sexta decima Lydiæ. Septima decima Piſidiæ, quæ antea Mordiæum appellabatur. Octava decima, Phrygiæ, quæ antiquitus Margium dicta fuit. Nona decima, in Siphno inſula. Vigeſima Syriæ, juxta Apamiam. Prima vigeſima, inſula eſt prope Lyciam. Secunda vigeſima Jonum, qui Thraciæ adjacent, quam Demoſthenes citat. Tertia vigeſima Cretæ, olim Eleuthera dicta, Lini patria; cujas etiam Diogenes Phyſicus fuit. Quarta vigeſima in Ægypto. Quinta vigeſima, inter Babylonem & Suſa. Tryphon in libro de Denominativis hinc deduxit gentile Apollonienſis: Verum illud ab urbis nomine non poteſt formari, ſed à voce Apollonium, uti à Dulichium Dulichienſis.

APOLLONIENSES, Demus qui tribui Attalidi adjacet, cujus tribulis Apollonienſis dicitur.

APOLLINIS inſula, in Africa ſita eſt. Gentile Apollonesita. Dicitur etiam Apollonesæus.

APOLLINIS urbs, eſt in Ægypto Libyam verſus; cujus, quæ parva eſt, Apio meminit. Secunda, magna dicitur, quæ etiam in Ægy-

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.
Stephanus hanc civitatem in Parnaſſo ſitam, & Eranum atque Apolloniadem appellatam perhibet: Κυπάρισσος, πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἔρανος. ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Μινύου. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν αὐτόθι κυπαρίσσων, ἣν Κυπαρισσοῦντά τινες καὶ Ἀπολλωνιάδα φασί.

43 Ὡς Δίδυμος.] In commentariis, quæ hodie Didymi nomine proſtant & circumferuntur, ad Homeri verba jam jam allegata, hæc leguntur: Κυπάρισσον πόλιν Φωκίδος, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Ὀρχομένου ἀδελφοῦ, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων κυπαρίσσων.

44 Κατὰ Ἰόπην.] Hujus memoria reperitur apud Ptol. lib. v. cap. XVI. Μετὰ τὰς τοῦ Χορσέου ἐκβολὰς, Καισάρεια Στράτωνος, Ἀπολλωνία, Ἰόππη, Ἰαμνειτῶν λιμὴν, Ἀσκάλων &c. Lege quoque Plinium lib. v. cap XIII.

45 Λιβύης, ἡ Κυρήνη ἐκαλεῖτο.] Pomponius Mela lib. I. cap. VIII. *Urbes Heſperis, Apollonia, Ptolemaïs, Arſinoe, atque (unde terris nomen eſt) Cyrene.* Vide quoque Plinium lib. v. cap. v.

46 Λυδίας.] Cenſeo hanc ſitam fuiſſe circa Cauſtrum fluvium in Celbiano campo. Mentionem facit de hac Apollonia Ptolemæus lib. v cap. II, cujus verba, quia profligatiſſime ſunt corrupta, hunc in modum corrigo: Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀπολλωνία πρὸς Κελβιανῷ, Ἡράκλεια πρὸς Λάτμῳ. Antea hic peſſime legebatur, Ἀπολλωνία πρὸς Λαμβάνῳ, Ἡράκλεια πρὸς Ἀλβάνῳ. Celbiani campi meminit etiam Stephanus in voce Ἄστος, ubi ita inquit: ἔστι καὶ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας, περὶ τὸν Καΰστρον ποταμόν. Puto male hunc agrum ab Euſtathio Κιλβιανὸν pro Κελβιανὸν appellari, integer locus exſtat in Comment. ad Dionyſium: Ἀπὸ δὲ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον, τὸ καὶ Καϋστριανόν. ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν.

47 Συρίας, κατὰ Ἀπάμειαν.] Hujus memoria reperitur apud Strabonem lib. XVI: Ἐπειδὴ νεωτερίζειν ὥρμησεν, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης εἶχε τὰς ἀφορμὰς τῶν περιοικίδων, Λαρίσσης τε καὶ τῆς Κασιανῶν καὶ Μεγάρων καὶ Ἀπολλωνίας, καὶ ἄλλων τοιούτων, αἳ συνετέλουν εἰς τὴν Ἀπάμειαν ἅπασαι.

48 Κλίνου πατρίς.] Salmaſius in margine ſui libri emendabat: Λίνου πατρίς. Fortaſſis intelligit Linum ex Amphimaro Neptuni filio & Urania genitum, vel Linum Iſmenii, de quibus Pauſanias lib. IX.

49 Ἐκ ταύτης ὁ Φυσικὸς Διογένης.] Hinc nobis innoteſcit Diogenis Phyſici patria. Ab aliis ſcriptoribus quidem Apolloniates dicitur, verum quia Stephanus viginti quinque Apollonias enumerat, veram hujus Philoſophi patriam indicare difficillimum fuiſſet. Diog. Laërtius lib. IX: Διογένης Ἀπολλοθέμιδος, Ἀπολλωνιάτης, ἀνὴρ φυσικὸς καὶ ἄγαν ἐλλόγιμος. Ejus quoque meminit Cicero lib. I. de Nat. Deor. *Quid aër, quo Diogenes Apolloniates utitur Deo, quem ſenſum habere poteſt, aut quam formam Dei?*

50 Καὶ Σούσων.] Xylandri lectionem, ut optimam, retinemus. In aliis editionibus excuſum erat, καὶ Σούνων, quod etiam nobis codex Voſſianus exhibuit.

51 Ἀπολλωνιδεύς.] Non memini illud gentile in Græcorum ſcriptis inveniſſe: hinc tamen Latini ſuum APOLLONIENSIS formarunt; quod apud Ciceronem, Plinium & alios occurrit. Paſſim Cæſar commentario de Bello Civil. terminatione Græca utitur.

52 Τῇ Ἀτταλίδι φυλῇ.] Hujus Demi meminit Heſychius, cujus verba ita emendavit Meurſius libello de Populis Atticis: Ἀπολλωνιεῖς, δῆμος φυλῆς τῆς Ἀτταλικῆς.

53 Ὁ δημότης, Ἀπολλωνιδεύς.] Codex Voſſ. Ὁ δημότης ὁμοίως Ἀπολλωνιδεύς.

54 Λέγεται καὶ νησαῖος.] Corrigebat optime Salmaſius in margine ſui codicis: λέγεται καὶ Ἀπολλωνησαῖος.

55 Ἀπόλλωνος πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Hujus civitatis etiam fit mentio apud Ptolemæum libro IV. cap. V. Κοπτίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις μεσόγειος Κόπτος πόλις, εἶτα Ἀπόλλωνος μικρά. Eodem capite etiam de Magna Apollinis civitate memoria reperitur: Ἑρμωνθίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις Ἑρμωνθίς. καὶ ἐφεξῆς πόλις Λατῶν. εἶτα πόλις μεγάλη Ἀπόλλωνος.

Αἰγύπτῳ. [56] τρίτη, ἐν Αἰθιοπίᾳ, τῇ Ἐρυθρᾷ A παρακειμένη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνοπολίτης.

ΑΠΡΟΣ [57], θηλυκόν, πόλις Θρᾴκης. Θεόπομπος εἰκοστῷ ἕκτῳ, τοῦ Ἀντιπάτρου διατρίβοντος περὶ τὴν Ἄπρον. [58] τὰ ἐθνικὰ, B Ἀπραῖος.

ΑΠΤΕΡΑ [59], πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τῆς [60] ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης, τόπῳ τινὶ ὧδε καλουμένῳ, γινομένης. [61] ἐν ᾧ C μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν, αἱ Σειρῆνες δυσφοροῦσαι, τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον· καὶ λευκαὶ γινόμεναι, εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον ἑαυτάς· ὅθεν ἡ πόλις Ἄπτερα, [62] αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί. [63] οἱ δὲ, ἀπὸ Γλαύκου D τοῦ Κυρηναίου. [64] ὁ πολίτης Ἀπτεραῖος. ἔστι καὶ Λυκίας πόλις, οὐδετέρως καὶ αὐτή. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀπτερεύς.

ΑΡΑΒΙΑ [65], ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία. δύο δ᾽ εἰσίν· ἡ μὲν ἀρωματοφόρος, μεταξὺ Περ- E σικῆς καὶ Ἀραβικῆς θαλάσσης· ἡ δὲ μᾶλλον δυτική, συνάπτουσα πρὸς μὲν τὴν δύσιν Αἰγύ-

Ægypto ſita eſt. Tertia in Æthiopia, mari rubro adjacens. Gentile nomen eſt Apollonopolita.

APRUS, genere fœminino, oppidum Thraciæ eſt, auctore Theopompo, lib XXVI. Antipatro circa Aprum degente. Gentile eſt Apræus.

APTERA, urbs Cretæ, quæ à Muſarum & Sirenum contentione, quæ in loco quodam, prope urbem & mare, Muſæo dicto, exorta eſt, nomen accepit; ubi, poſt Muſarum in arte Muſica victoriam, Sirenes mærentes ab humeris ſuis pennas abjecerunt; & cum albæ eſſent factæ, ſeſe in mare præcipites dederunt. Hinc urbs Aptera nominata eſt. Inſulæ vero quæ prope ei adſunt, Albæ appellantur. Sed alii exiſtimant, eas à Glauco Cyreneo nomen habere. Civis dicitur Apteræus. Eſt item urbs Lyciæ, quæ neutro genere effertur. Gentile Apterenſis.

ARABIA, uti Æthiopia, regio eſt. Verum duæ exiſtunt: Hæc quæ aromata fert, inter Perſicum & Arabicum mare ſita eſt; illa autem quæ magis ad occidentem vergit, ad occaſum Ægy-

56 Τρίτη ἐν Αἰθιοπίᾳ.] Hæc eadem videtur, de qua legimus apud Plinium lib. VI. cap. XXX. *Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaros nominavere, oppidum habet Apollinis.*

57 Ἄπρος, θηλυκὸν, πόλις Θρᾴκης.] Maſculino genere hanc vocem protuliſſe Cedrenum & Cantacuzenum mox apparebit. Tempore Plinii colonia erat, & de ea lib. IV cap. XI. ſic ſcribit, unde quoque ſitum cognoſcimus: *Intus Byzia, arx regum Thraciæ, & à Terei nefaſto crimine inviſa hirundinibus: Regio Canica, colonia Flaviopolis, ubi ante Zela oppidum vocabatur. Et à Byzia quinquaginta mil. paſſ. Apros colonia, quæ à Philippis abeſt centum octoginta octo mil. paſſ.* Poſtea tamen formam urbis accepit & Theodoſiopolis nominata eſt, quemadmodum Cedrenus hiſce verbis auctor eſt: Κτίζει δὲ καὶ πόλιν ἐν Θρᾴκῃ Θεοδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὸν πρὶν λεγόμενον Ἄπρων, ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ᾽ ἀρχὴν Ἄπρου, ὃς ἦν πενθερὸς Καρίνου, ὃς καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ptolemæus lib. II cap. XII, eodem ſitu coloniam collocat, ſed puto ibidem male Ἄπροι pro Ἄπρος legi, nam ς facili negotio in jota commutatur. Cantacuzenus Aprum vicinam Didymotiochi & Garellæ facit, ita enim ille lib. I. Hiſt. cap. XXVII: Καὶ πρῶτον μὲν εἰς Ἄπρω καὶ τὴν Γαρέλλαν, μὴ ἀποστῶσι δεδοικὼς πρὸς βασιλέα τὸν νέον, φρουρὰν ἀπέστειλε πεζὴν ἅμα καὶ ἱππικὴν, ὡς ἂν ἀντέχοιεν πρὸς τὰς ἐκ Διδυμοτείχου ἐφόδους.

58 Τὰ ἐθνικὰ, Ἀπραῖος.] Huic loco aliquid deeſſe nemo non videt: aut legendum eſt, τὸ ἐθνικὸν Ἀπραῖος, vel aliud gentile huic eſt addendum, quod cenſet Salmaſius, in ora ſui libri ita ſcribens: τὰ ἐθνικὰ Ἀπραῖος καὶ Ἄπριος. Licet à viro incomparabili non diſſentiam, ſciendum eſt: Stephanum rariſſime ſic ſolere loqui, etiamſi duo vel tria ab aliquo oppido gentilia deducat: ſic in Ἄβρων. τὸ ἐθνικὸν Ἀβρώνιος καὶ Ἀβρωνίτης. Ἄρνα, τὸ ἐθνικὸν Ἀρναῖος καὶ Ἀρνεύς. Fortaſſis & hic loci reponendum eſt: τὸ ἐθνικὸν Ἀπραῖος καὶ Ἄπριος: alterum gentile paſſim uſitatius eſt, occurritque aliquoties apud Contacuzenum, è multis locis unicum ſeligam, qui eſt lib. I. Hiſtor. cap. XXIX: Δείσας δὲ ὁ βασιλεὺς, μὴ πάντων χρημάτων διαφθαρέντων, ἀνάστατος γένηται ὁ Ἄπρως, ἐκέλευσε τοὺς καρποὺς μὴ διαφθείρειν. ὅπως ἔχοντες ἀφορμὰς οἱ Ἄπριοι τοῦ ζῆν, μὴ ἐκλίπωσι τὸ ἄστυ.

59 Ἄπτερα, πόλις Κρήτης.] Eſt oppidum Cretæ mediterraneum, quod Plinio lib. IV. cap. XII. *Apteron*, & Ptolemæo Ἀπτερία dicitur. Euſebius in Chronico tradit nomen habere ab Aptera ibi regnante, non vero à fabula, quam noſter & alii de Muſis & Sirenibus perhibent. Ab his diſſentit Pauſanias, qui in Phocicis ita ſcribit: Ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Πτέρα καὶ πόλιν Κρητικὴν, προσθήκῃ γράμματος, Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι.

60 Ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως &c.] Ita etiam hunc locum, in quo Muſæ & Sirenes certabant, Suidas appellavit, quem vide, ſi rem tanti feceris.

61 Ἐν ᾧ μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν.] Hujus certaminis etiam Auſonius in Gripho meminit:

Tris volucres, tris ſemideæ, tris ſemipuellæ:
Ter tribus ad palmam juſſæ certare Camœnis,
Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.

62 Αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί.] Diodorus Siculus duas hoc nomine inſulas agnoſcit, alteram contra Cydoniam prope Cretam ſitam; alteram vero contra Itanum ejuſdem inſulæ promontorium.

63 Οἱ δὲ ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου.] Res profecto eodem redibit, ſive inſulas λευκὰς ſive γλαυκὰς dixeris. Heſychius Γλαυκός, λευκός. Alia in hanc rem Salmaſius in margine ſui Stephani ex gloſſariis in medium adducit: verum aſſiduo uſu & vetuſtate folia adeo ſunt detrita, ut ex verbis ſenſum percipere nequeam.

64 Ὁ πολίτης Ἀπτεραῖος.] Clariſſimus Spanhemius in nunquam ſatis laudato de Præſt. & Uſu Numiſ. opere teſtatur, in Gaza Medicea nummum exſtare, in quo conſpicitur caput muliebre & epigraphe ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ. Hoc gentili etiam utitur Diodorus Siculus lib. V. Οἱ δ᾽ οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς ἀντίας Ἀπτεραίων χώρας, περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον, καὶ τὴν ἐργασίαν, δι᾽ ἧς κατασκευάζεται. Vide etiam locum Pauſaniæ ſupra allegatum.

65 Ἀραβία ἡ χώρα.] Lectori hoc loco totam Arabiæ deſcriptionem poſſemus exhibere, ſed quia alii hanc materiam ante nos occuparunt, merito iſti negotio ſuperſedemus. Solet paſſim Stephanus addere, unde regiones & urbes nomen ſint ſortitæ; verum hoc quia ab Epitomatore prætermiſſum eſt, ex Gabriele Sionita ſubjiciemus, ita enim ille cap. I. in Deſcriptione Arabiæ: *Arabia non ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio, ut Latinorum plerique aſſerunt, ſed ab Araba, plaga non longe à Medina ſita, nomen ſortita eſt, quam incoluit Iſmael, Abrahami & Hagar*

Αἰγύπτῳ, πρὸς ἄρκτον δὲ Συρίᾳ· [66] περὶ ἧς ὁ A περιηγητὴς Διονύσιός φησι·

> Τῆς δ' ἂν ἴδοις προτέρω νοτιώτερον οἶμον ὁδεύων
> Ἀρραβίου κόλπου [67] μυχάτον ῥόον, ὅσσε μεσηγὺ B
> εἰλεῖται Συρίης τε καὶ [68] Ἀρραβίης ἐρατεινῆς.

[69] τὸ ἐθνικὸν, Ἀράβιος· ὡς ἡ παροιμία, [70] Ἀράβιος αὐλητὴς, ἣν ἔπαιζον περὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων· ἢ διὰ τὸ [71] μηδένα C Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικὴν, ὡς οὖσαν βάναυσον, καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον, ἀλλὰ βαρβάροις αὐληταῖς χρῆσθαι. διὸ καὶ Ἀράβιος αὐλητὴς, ὃς

> δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δ' ἐ- D
> παύετο.

[72] τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος, καὶ Ἀράβισσα.

Ægypto, ad ſeptentrionem vero Syriæ contigua eſt; de qua Dionyſius Periegetes inquit.

> *Ab hac conſpicatus fueris ultra auſtraliorem viam pergens*
> *Arabici ſinus extremum meatum, qui inter*
> *Volvitur Syriamque & Arabiam amœnam.*

Gentile Arabius, uti habet proverbium: Arabius tibicen, quod in illos dicebant, qui indeſinenter de re aliqua verba faciebant: Vel ex eo natum exiſtimant, quod Græci artem tibiis modulandi non exercerent, tanquam ſordidam & plane illiberalem, ſed barbaris tibicinibus uterentur. Ideo Arabius tibicen is erat; qui,

> *Drachma quidem canebat, ſed quatuor compeſcebatur.*

Gentile igitur eſt Arabius & Arabiſſa.

ἈΡΑ- ARA-

Hagar filius, à quo etiam Iſmaëlitæ, & Hagareni dicuntur.

[66] Περὶ ἧς ὁ περιηγητὴς Διονύσιος.] Duplicem Stephanus ſtatuit Arabiam, alteram ἀρωματοφόρον, inter Perſicum & Arabicum ſinum, alteram vero Ægypto & Syriæ vicinam: Hæc poſtrema eſt, uti obſervavit vir ſummus Salmaſius, quam ultra Peluſiacum Plinius ad mare rubrum pertinere dicit. Sed fallitur omnino Stephanus, cum de ea loqui Dionyſium hiſce verſibus putat: nam ἐρατεινὴ Ἀραβία in illis verſibus eſt εὐδαίμων: ſed Syriam Dionyſius uſque ad ſinum Arabicum extendit, ut & Strabo uſque ad Ἐλανίτην μυχὸν à quo Arabia felix auſpicatur.

[67] Μυχάτον ῥόον.] In hodiernis Dionyſii exemplaribus excuſum eſt: μυχάτον πόρον. Stephani lectionem longe præfero, eſt enim magis poëtica, quanquam & vox πόρος poëtis non ſit inſolens.

[68] Ἀρραβίης ἐρατεινῆς.] Hanc verſiculi partem ſynceram ac probam eſſe, docent metri lex & ratio: ſed peſſime in primis Stephani editionibus invenitur: καὶ Ἀραβίας ἐρατῆς.

[69] Τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος.] Conſtanter hunc locum ſic legunt libri typis excuſi, qui tamen auctior in MSS circumfertur. Cod. Voſſianus: τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος, καὶ Ἄραβος, καὶ Ἀράβισσα. Teſtatur Salmaſius ſe ſimili prorſus modo in Palatino MS reperiſſe. Hinc non difficile eſt conjicere, in Stephano reſtituendum eſſe: τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος, καὶ Ἄραβος, καὶ Ἀράβισσα: hanc indubitatam eſſe lectionem, nullus ego dubito: nuſquam enim τὸ Ἄραβος pro caſu recto apud idoneos ſcriptores occurrit.

[70] Ἀράβιος αὐλητής.] Hujus adagii etiam meminit Heſychius; qui illud in garrulos & loquaces dici exiſtimat. Παροιμία παρὰ τὸ Ἀράβιος αὐλητὴς παραλαμβανομένη ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων, μετῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου αὐλητοῦ, ὃς ηὔλει μὲν δραχμῆς, ἐπαύετο δὲ τεττάρων. Refert Euſtathius ad Dionyſii periegeſin hoc proverbium plerumque dici in loquaces, vel tuba canendi imperitos: Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀράβων ἔθνους, μὴ πάνυ, ὡς ἔοικεν, εὐδοκιμούντων τὰ εἰς ᾠδὴν πεπαροιμίασται τὸ Ἀράβιος αὐλητής. ὃς κατὰ τὴν παροιμίαν δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δὲ ἐπαύετο. λέγεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων, καὶ ἀδολεσχούντων, καὶ μόλις παυομένων τοῦ πολυλογεῖν. ἢ ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ βαρβάρων ἐν τῷ αὐλεῖν.

[71] Μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικήν.] Cum plurimi Græcorum artem tibiis modulandi optime noverint, non poſſum hujus Epitomatoris imperitiam non mirari, ſtatuentis neminem Græcorum τὴν αὐλητικὴν exercuiſſe. Equidem non ignoro Ariſtot. lib. VIII. Polit. hanc artem inter illiberales cenſere, & apud Athenæum lib. I. legi, principes Græcorum alioſque excelſo loco natos tibias admiſiſſe, ſed barbaros, & ut alii tradunt, mancipia eas inflaſſe, hæc ſunt ejus verba: Ἐχρῶντο δὲ καὶ αὐλοῖς καὶ σύριγξιν ἥρωες. ἐγοῦν Ἀγαμέμνων αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ἀκούει. εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε πλὴν ἐν τῇ ὁπλοποιΐᾳ, γάμων γινομένων, αὐλῶν μνημονεύει. τοῖς δὲ βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς. Sed rem ſi accuratius penſitaverimus, erimus certi, ſolos Athenienſes hanc artem poſt Alcibiadis ætatem repudiaſſe, eamque barbaram, ſordidam, ac plane illiberalem exiſtimaſſe; quia facies eas inflantis veram formam & figuram amittit: os enim obturat, vocem intercludit, & ſermonem adimit, quod infra dignitatem liberi hominis cenſebant; cum contra plectrum, lyra aliaque organa, quæ manu moventur, figuram hominis nihil omnino deforment. Locum in hanc rem habemus apud Plut. in Alcibiade, quem huc tranſcribere, licet longiuſculus ſit, non pigebit: Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ μανθάνειν ἧκε, τοῖς μὲν ἄλλοις ὑπήκουε διδασκάλοις ἐπιεικῶς, τὸ δ' αὐλεῖν ἔφευγεν ὡς ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον. πλήκτρου μὲν γὰρ καὶ λύρας χρῆσιν, οὐδὲν οὔτε σχήματος οὔτε μορφῆς ἐλευθέρῳ πρεπούσης διαφθείρειν, αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι, καὶ τοὺς συνήθεις ἂν πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. ἔτι δὲ τὴν μὲν λύραν τῷ χρωμένῳ συμφθέγγεσθαι καὶ συνᾴδειν, τὸν δ' αὐλὸν ἐπιστομίζειν καὶ ἀποφράττειν ἑκάστου τήν τε φωνὴν καὶ τὸν λόγον ἀφαιρούμενον. Αὐλείτωσαν οὖν (ἔφη) Θηβαίων παῖδες. οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. ἡμῖν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις (ὡς οἱ πατέρες λέγουσιν) ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων ἐστίν. ὧν ἡ μὲν ἔρριψε τὸν αὐλὸν, ὁ δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν ἐξέδειρε. τοιαῦτα παίζων ἅμα καὶ σπουδάζων ὁ Ἀλκιβιάδης, αὐτόν τε τοῦ μαθήματος ἀπέστησε καὶ τοὺς ἄλλους. ταχὺ γὰρ διῆλθεν ὁ λόγος εἰς τοὺς παῖδας, ὡς εὖ ποιῶν ὁ Ἀλκιβιάδης βδελύττοιτο τὴν αὐλητικὴν, καὶ χλευάζοι τοὺς μανθάνοντας. ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν, καὶ προεπηλακίσθη παντάπασιν ὁ αὐλός. Ex hiſce verbis clariſſime liquet quinam è Græcis hanc artem magni fecerint, quique eam ut illiberalem repudiaverint. Thebanos hujus artis cultores ſemper extitiſſe plurimis argumentis poſſet evinci, ſed ne longior ſim, unicum tantum ex Cor. Nepote adducam, ita enim ille de Epaminonda Thebano in principio operis. *Non dubito fore pleroſque, Attice, qui hoc genus ſcripturæ, leve, & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judicent, cum relatum legent, quis Muſicam docuerit Epaminondam, aut in ejus virtutibus commemorari, ſaltaſſe eum commode, ſcienterque tibiis cantaſſe.* Sic apud Romanos fuere Græci, qui inter illos hanc artem tam affabre exercebant, ut concurſum haberent. Seneca Epiſt. LXXVI. *Habet tibicen quoque Græcus & præco concurſum: at in illo loco, in quo vir bonus diſcitur, pauciſſimi ſedent.* Ergo conſtat Thebanorum gentem & alios è Græcis artem tibiis modulandi in honore habuiſſe, ſed ſolos Athenienſes poſt Alcibiadis ætatem eam repudiaſſe.

[72] Τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος καὶ Ἀράβισσα.] Hæc tranſpoſita ſunt & loco mota: ſupra omnino de gentili & terminatione fœminina egit noſter. Itaque hæc nobis videntur expungenda, & ſuo loco inſerenda.

ἌΡΑΒΙΣ[73], ποταμὸς Ἰνδικῆς, ἐν αὐτο- A
νόμῳ χώρᾳ, περὶ ὃν οἰκοῦσιν Ἀραβῖται, ὡς
ὠκεανῖται.

ἈΡΑΒΥΖΑ[74], πόλις τῆς Καυκωνίδος,
[75] ἥ τις νῦν Πεσινῆς ὀνομάζεται. τὸ ἐθνικὸν
Ἀραβυζαῖος, ἢ Ἀραβύζιος. B

ἈΡΑΔΗΝ, πόλις Κρήτης, ἣ καὶ Ἀνώ-
πολις λέγεται, [76] διὰ τὸ εἶναι ἄνω. ὁ πολίτης
ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἀραδηνίος, ὡς Ἀραφηνοῦ
Ἀραφηνίος.

ἌΡΑΔΟΣ[77], νῆσος Φοινίκης. ἔστι καὶ C
ἑτέρα [78] τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. τὸ ἐθνικὸν,
Ἀράδιος. τρίτη Κρήτης. [79] τὸ ἐθνικὸν Ἀρά-
διος, Ἀραδία.

ἈΡΑΖΟΣ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ,
ἀπὸ Ἀράζου τοῦ ἡγησαμένου. τὸ ἐθνικὸν Ἀρα- D
ζιος, [80] ὡς Σαβάζιος.

ἈΡΑΙΘΥΡΕΑ[81], οὕτως ἡ Φλιοῦς πά-
λαι. [82] Ὅμηρος,

-- Ἀραι-

ARABIS, fluvius Indiæ, in regione, ubi propriis legibus vivendi libertas eſt; circa quem habitant Arabitæ, ut Oceanitæ.

ARABYZA, oppidum Cauconidis, quod nunc Peſinûs appellatur. Gentile, Arabyzæus, ſive Arabyzius.

ARADEN, urbs Cretæ, quæ etiam Anopolis vocatur, eo quod ἄνω, id eſt ſurſum, ſita eſt. A genitivo formatur civis nomen Aradenius, uti ab Araphenis Araphenius.

ARADUS, inſula Phœniciæ: eſt item alia, quæ rubro mari adjacet, cujus gentile eſt Aradius. Tertia, Cretæ eſt, cujus gentile Aradius & Aradia dicitur.

ARAZUS, urbs ad Pontum ſita, quæ ab Arazo duce nomen habet. Gentile Arazius, uti Sabazius.

ARÆTHYREA, ita olim Phliûs appellabatur. Homerus:

-- *Ara-*

[73] Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς.] Hæc tranſcripſit Stephanus ex Arriani Indicis, ita enim ille: Παρὰ σοικεῖ δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔχον. καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τῶν Ὠρειτέων. In hiſce verbis τὸ Ἀράβιος eſt genitivus à caſu recto Ἄραβις formatus. Eundem hunc amnem Stephanus infra Ἄρβιν & accolas Ἀρβίους ſive Ἀρβίτας nominat. Sine dubio Stephanus incidit in Arriani codices, in quibus fluvii & gentis nomen varie erat exaratum: quæ cauſa ipſi anſam præbuit duos diverſoſque Indiæ fluvios nunc Ἄραβιν, poſtea vero Ἄρβιν, & gentes Ἀραβίτας & Ἀρβίτας, quæ tamen eædem ſunt, deſcribendi. Salmaſius in Plin. Exercit. & Stephani & Arriani loca ſollicitavit, ſed τὸ Ἄρβις, Ἄρβιοι, Ἄρβιες & Ἀρβῖται præfert, ſtatuens Arriani codices eſſe vitioſos, ubicunque Ἄραβις vel Ἀραβῖται excuſum reperitur. Sic apud Strabonem lib. XV: τῶν Ἄρβιων & τοῦ Ἄρβιος mentio eſt: Οἰκοῦσι δὲ Ἄρβιες πρῶτον, ὁμώνυμοι ποταμῷ Ἄρβει, τῷ ὁρίζοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἑξῆς Ὠρειτῶν. Plin. lib. VI. cap. XXIII: *Inde poſuere Arbiorum gentem.* Et cap. XXV ejuſdem libri: *Quidam interponunt Arbios* CCCCXI. *mill. paſſ. toto littore.* De fluvio eodem libro cap. XXIV: *A flumine Arbi promontorium ipſum inhabitant*, ſcilicet Chelonophagi. Ab Indo verſus occidentem navigantibus & oram legentibus occurrunt Arbies ſive Arbii populi, deinde Oritæ, poſtea Ichthyophagi, mox Carmania & Perſis ſequitur. Ita Strabo, Arrianus & alii, qui ex Nearcho navigationem illam ac περίπλουν claſſis Alexandri deſcripſerunt. At Plinius præpoſtero ac perverſo ordine, obſervante Salmaſio, in ea circumvectione commemoranda Gedroſos & Oros primos nominavit, deinde Ichthyophagos, Oritas, & denique Arbios populos, poſt quos Carmaniam & Perſiam collocat.

[74] Ἀράβυζα, πόλις τῆς Καυκωνίδος.] In aliis editionibus, excepta Xylandriana, peſſime meo quidem judicio legitur: πόλις τῆς Καυκωνίδος. Sunt Caucones in Bithynia in Galatarum finibus, & circa Meſſenem Peloponeſi inter Pylum & Spartam. Oppidum ſatis eſt incognitum hoc nomine, & aliis auctoribus innominatum. Certum eſt tamen ex recentiori appellatione, Bithyniæ Cauconidem à Stephano intelligi.

[75] Ἥ τις νῦν Πεσινῆς.] Recedit Xylander ab aliis editionibus, in quibus impreſſum eſt: ἥτις νῦν Πεσενοῦς. Et ita quoque libri Palatini & ſchedæ Voſſianæ exhibent. Verum neque vulgatam neque ſcriptam lectionem pro legitima habeo: ex veſtigiis vocis depravatæ conjicio reſcribendum eſſe: ἥτις νῦν Πεσσινοῦς ὀνομάζεται. Non ignoro hanc civitatem Geographis Galatiæ accenſeri, & ita quoque Stephano: Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας, ἀπό τινος Γάλλου Πεσσινοῦντος. Verum & hoc ſciendum eſt, Galatiam ſive Gallo-græciam ſe verſus occidentem uſque ad Bithyniæ ſive Cauconidis fines extendere; & cum Peſſinus in finibus Galatiæ ſita ſit, facile fieri poſſe, ut Cauconum & Galatarum confinia confundantur.

[76] Διὰ τὸ εἶναι ἄνω.] In chartaceo Voſſiano ordine inverſo legitur: διὰ τὸ ἄνω εἶναι.

[77] Ἄραδος, νῆσος Φοινίκης.] ſitus hujus inſulæ adeo omnibus eſt manifeſtus, ut omnino non opus ſit pluribus eundem deſcribere. Mela lib. II cap. VII. *Arados etiam in Phœnice eſt parva, & quantum patet tota oppidum: frequens tamen: quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet.* Plinius lib. V cap. XXXI: *Et jam dicta Arados inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor eſt Mutianus) è fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, uſque a vado trahitur.* De Aradiis multa ſparſim leguntur, ſed in uno Strabone omnia, quem vide lib.

[78] Τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.] Strabo lib. XVI: πλεύσαντι δὲ ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδός εἰσιν, ἱερὰ τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια. Tradit Strabo jactari ab incolis, colonos ſe eſſe Tyri & Aradi Phœniciarum urbium. In Perſico ſinu recenſentur à Ptolemæo lib. VI cap. VII, inſulæ Ἀπφάνα, Ἰχάρα, Θαρώ, Τύρος, Ἄραδος,

[79] Τὸ ἐθνικὸν Ἀράδιος.] De hoc gentili minime eſt ambigendum. Triſtanus nummum exhibet cum inſcriptione ΑΡΑΔΙΩΝ.

[80] Ὡς Σαβάζιος.] Suſpicor hanc vocem, licet proba ſit, ad hunc locum non pertinere, nam non eſt gentile urbis. Tradit Strabo lib. X vocabulum eſſe Phrygiacum & Bacchum denotare. Hinc Σάβοι παρὰ Φρυξὶ ἀντὶ τοῦ Βάκχοι λέγονται, ut alibi Stephanus noſter teſtatur.

[81] Ἀραιθυρέα, οὕτως ἡ Φλιοῦς.] Ad nomen urbis quod attinet; in Pauſaniæ editionibus penultima per αι diphthongum legitur, quam ſcribendi rationem ſi quis velit defendere, Strabonem, Scholiaſtam Apollonii & Euſtathium ei aderſantes inveniet. Euſtathius in ſuis ad catalogum commentariis, totum hunc locum ἐξ Ἐθνογράφου tranſcripſit, in cujus codicibus tunc temporis Ἀραιθυρέα, non vero Ἀραιθυραία exaratum erat, ita enim ille pag. 291: Φέρεται δὲ ἐν τοῖς τοῦ Ἐθνογράφου, ὅτι Ἄραντος ἥρωος υἱὸς ἐγένετο Ἄορις, καὶ θυγάτηρ Ἀραιθυρέα. τούτους Φλιάσιοι, θηρατὰς φασὶ καὶ πολεμικούς. προαποθανούσης δὲ τῆς ἀδελφῆς, ἀπ' αὐτῆς ἡ χώρα ἐκλήθη. τοπικὸν αὐτῆς Ἀραιθυρεεύς. Pergit idem Archiepiſcopus ſitum hujus oppidi ex Strabone hoc modo deſcribere: Ἡ δὲ τοῦ Γεωγράφου ἱστορία φησὶν ὅτι, Ἀραιθυρέα, ἡ νῦν Φλιασία, πόλις Φλιοῦντος. κειμένη μέσον Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν καὶ Στυμφάλων. Eodem prorſus modo Apollonii Scholiaſtes oppidi nomen exaravit, cujus verba ad lib. I. legi poſſunt.

[82] Ὅμηρος.] Locus exſtat in navium Catalogo, qui

etiam

- - - - Ἀραιθυρέην τ᾽ ἐρατεινήν. A

Παυσανίας δευτέρῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος φησὶν, ὅτι Ἄραντος υἱὸς Ἄορις ἐγένετο, καὶ θυγάτηρ Ἀραιθυρέα. τούτους Φλιάσιοί φασι [83] θήρας ἐμπείρους γενέσθαι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἀνδρείους. [84] προαποθανούσης δὲ τῆς ἀδελφῆς, B Ἄορις ἐς μνήμην τῆς ἀδελφῆς, τὴν χώραν οὕτως ἔφη. τὸ ἐθνικὸν Ἀραιθυρεεὺς, [85] καὶ Ἀραιθυρέηθεν.

ἈΡΑΙ [86], Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς, οὕτω λεγόμεναι διὰ τὰς ἀρὰς, ἃς Δωριεῖς ἐποιήσαντο C πρὸς τοὺς Πενταπολίτας, ὡς Ἀριστείδης. ἄλλοι δ᾽ ἄλλως. τὸ ἐθνικὸν, Ἀραῖος.

ἈΡΆΚΥΝΘΟΣ [87], ὄρος Βοιωτίας, ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἀθηνᾶ [87] Ἀρακυνθὶς, ὡς Ῥιανὸς ἐν τῇ Φήμῃ,

D

Κλῦθί μοι εὐχάων Ἀρακυνθιὰς εὐπατέρεια.

ἔστι γὰρ Ἀρακύνθιος τὸ τοπικὸν, καὶ Ἀρακυνθία.

ἈΡΑΝΤΊΑ [88], πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς, [89] ἀπὸ τινὸς Ἄραντος αὐτόχθονος. οἱ πολῖται, Ἀραντῖνοι. E

ἌΡΑΞΑ [90], πόλις Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν δευτέρῳ τῶν Λυκιακῶν. τὸ ἐθνικὸν Ἀραξεῖς. ὡς Πιναρεῖς, Λιμυρεῖς, καὶ Μυρεῖς.

Ἄραξαι,

- - - - *Aræthyream amabilem.*

Pauſanias libro ſecundo deſcriptionis Græciæ refert, Arantem filium Aorin & filiam Aræthyream habuiſſe. Hos Phliaſii venandi peritia & bellica virtute præſtitiſſe memorant. Mortua autem ſorore, Aoris in ejus memoriam locum ita appellavit. Gentile Aræthyreenſis, quod etiam adverbialiter effertur, Ἀραιθυρέηθεν.

ARÆ, Joniæ inſulæ: quæ ob ἀρὰς, id eſt, execrationes, quibus Dorienſes Pentapolitas devoverunt, ita appellatæ ſunt, uti Ariſtides auctor eſt. Aliis aliud placet. Gentile, Aræus.

ARACYNTHUS, mons Bœotiæ, à quo Aracynthis Minerva nomen accepit, teſte Rhiano in Fama:

Audi meas preces Aracynthias bonis parentibus ſata.

Eſt enim locale Aracynthius & Aracynthia.

ARANTIA urbs, poſtea Phlius dicta, quæ ab Arante indigena nomen accepit. Cives Arantini dicuntur.

ARAXA, oppidum Lyciæ, teſte Alexandro rerum Lyciacarum libro II. Gentile, Araxenſes, uti Pinarenſes, Limyrenſes & Myrenſes.

Araxæ,

etiam apud Pauſaniam, hunc verſiculum citantem, videre eſt; ſed in Homerico verſu urbis nomen Ἀραιθυρέα fecit.

83 Θήρας ἐμπείρους γενέσθαι.] Optime conſtitus eſt hic locus: ſed fortaſſis reſcribendum ex Pauſania, ubi integer locus exſtat: θηρεῦσαι τε ἐμπείρους γενέσθαι. Vel ex Euſtathio, cujus verba jam produximus: τούτους Φλιάσιοί φασι θηρατὰς ἐμπείρους γενέσθαι &c. Præſtat tamen vulgatam lectionem retinere, quam temere aliquid immutare.

84 Προαποθανούσης δὲ τῆς ἀδελφῆς.] Pauſanias: προαποθανούσης δὲ Ἀραιθυραίας. Liquet tamen ex Euſtathio, τὸ ἀδελφῆς non eſſe expungendum

85 Καὶ Ἀραιθυρέηθεν.] Hoc adverbio etiam utitur Apollonius lib. I.

Φλείας δ᾽ αὖτ᾽ ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν.

86 Ἀραὶ, Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς.] Sic exhibent omnes editiones, & in MSS non eſt varietas, quæ ad inſularum nomen ſpectat. Codex Voſſ. Ἀραὶ, Ἰωνίας νῆσος. Miror itaque doctiſſimum virum in animadverſionibus ad Athenæum, tam temere hunc locum ſollicitaſſe & vitii arguiſſe, cum certo certius ſit, ſatis eſſe ſanum, & ne quidem in mendi ſuſpicionem venire poſſe. Dieuchidas ipſum in errorem duxit, qui in Megaricis inſularum appellationem nomine gentili produxit, quod tam obvium eſt in Græcis Latiniſque ſcriptoribus, ut omnino neceſſarium non ſit, illius rei exempla proferre. Situm τῶν Ἀραιῶν νήσων Athenæus lib. VI indicat μεταξὺ τῆς Κνιδίας καὶ τῆς Σύμης, è regione littoris illius, quod eſt inter Gnidum & Symen Cariæ urbes. Διευχίδας δ᾽ ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς τὰς καλουμένας φησὶν Ἀραιὰς (μεταξὺ δὲ τῆς Κνιδίας, καὶ τῆς Σύμης εἰσὶν) γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασι τοῦ Τριόπα μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον. καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ Δώτιον ἀναχωρησάντων, οἱ μὲν μετὰ Φόρβαντος μείναντες, εἰς Ἰηλυσὸν ἦλθον. οἱ δὲ μετὰ Περιέργου τὴν Καμειρίδα κατέσχον. τότε λέγεται καταράσασθαι τὸν Περίεργον τοῦ Φόρβαντι. καὶ διὰ γὰρ τοῦτο τὰς νήσους Ἀραιὰς κληθῆναι. Hinc clare ſatis liquet Athenæum gentili, non vero proprio inſularum nomine uſum fuiſſe.

87 Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας.] Longe profecto feliciori ſucceſſu hunc locum emendavit vir doctiſſimus, quam præcedentem; conſtat enim inepte hic legi ὄρος Βοιωτίας, cum reſcribendum ſit, ὄρος Αἰτωλίας. Dionyſius Afer.

Τῆς δ᾽ ὕπερ ἐς νότον εἰσὶ μετὰ σκοπιὴν Ἀρακύνθου
Ἀνδρῶν Αἰτωλῶν, πεδίον μέγα.

Ad quem locum vide Euſtathii comment. ſic etiam Plinius eum Acarnaniæ accenſet. Verum alii ſe geographiæ imperitos produnt, qui contra graviſſimorum auctorum fidem, Aracynthum in Bœotia collocant, quemadmodum à Statio & Propertio lib. III. Eleg. XIV. factum eſt. Imo Servius eo devenit in commentariis ad Eclog. II. Virgilii, ut etiam affirmandi formula uſus fuerit, ita enim ille: *Sane Aracynthus mons eſt Thebanus.* Sed cum venia hoc dixerim: Servius Virgilii locum non intellexit, qui ſe ita habet:

Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Aracynthus Actæus hoc loco eſt Acarnanicus ſive Ætolicus: Acarnaniam enim & Ætoliam ſæpiſſime confundebant Græci pariter & Latini, præſertim tempore Ageſilai, cum Acarnanum res ad tantam excreviſſent potentiam, ut ferme ipſam Calydonem Ætoliæ primariam civitatem, & alias iſtius regionis urbes ſibi ſubjeciſſent, quemadmodum manifeſte teſtatur Pauſanias in Laconicis.

87 Ἀρακυνθὶς.] Lege ex Rhiano: Ἀθηνᾶ Ἀρακυνθιάς.

88 Ἀραντία πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς.] Mutilus eſt hic locus, nam certum eſt regionis nomen excidiſſe: Legendum puto: Ἀραντία, πόλις Πελοποννήσου &c. Stephanus: Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καὶ Ἀραντία. De vocis terminatione & diverſitate accentuum jam nihil dico.

89 Ἀπό τινος Ἄραντος αὐτόχθονος.] Hæc Stephanus videtur hauſiſſe ex Pauſaniæ Corinthiacis, ita enim ille: Ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γενέσθαι πρῶτον Ἄραντά φασιν, ἄνδρα αὐτόχθονα. καὶ πόλιν τε ᾤκισε περὶ τὸν βουνὸν τοῦτον, ὃς Ἀραντῖνος ἔτι καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς, οὐ πολὺ ἑτέρου λόφου διεστηκώς. ἐφ᾽ οὗ Φλιασίοις ἥ τε ἀκρόπολις, καὶ τῆς Ἥβης ἐστὶ τὸ ἱερόν. ἐνταῦθά τε δὴ πόλιν ᾤκισε, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ ἀρχαῖον ἡ γῆ καὶ ἡ πόλις Ἀραντία ἐκλήθησαν. Hæc ergo prima fuit urbis appellatio: deinde ab Aræthyrea denominationem accepit: & denique Phlius dicta eſt.

90 Ἄραξα, πόλις Λυκίας.] Eſt oppidum Lyciæ mediterraneum circa montem Cragum & Xanthum amnem, de de quo Ptolemæus lib. V cap. III mentionem facit.

Α᾿ράξαι, ἢ Α᾿ραξοὶ, ἔθνος Ι᾿λλυρίας, ὡς A
[91] Α᾿λέξανδρος Κορνήλιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ᾽ Α᾿λκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων.

Α᾿ΡΑ´ΞΗΣ [92], ποταμὸς Α᾿ρμενίας, καὶ Θετταλίας. οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο, [93] ἐκ τοῦ ἀράξαντος. τὸ τοπικὸν, Α᾿ράξιον ὕδωρ. B

Α᾿ΡΑ´ΦΕΙΑ, νῆσος Καρίας. Παρθένιος ἐν Ι᾿φίκλῳ,

- - - - [94] καὶ εἰναλίαν Α᾿ράφειαν.

καὶ τὸ ἐθνικὸν, Α᾿ραφεύς. C

Α᾿ΡΑΦΗ´Ν, [95] δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης Α᾿ραφήνιος, καὶ Α᾿ραφηνὶς θηλυκόν. τὸ τοπικὸν, Α᾿ραφηνόθεν, Α᾿ραφῆνησιν, Α᾿ραφῆνάδε.

Α᾿ΡΑΧΝΑΙ͂ΟΝ [96], ὄρος Α῎ργους· D
[97] Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ. προπερισπαστέον δέ. τὰ γὰρ διὰ τοῦ αιον ἁπλᾶ, ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς, ἔχοντα τὴν τετάρτην ἀπὸ τέλους διὰ τοῦ α, καὶ τὴν ἑξῆς διὰ τοῦ α, ἢ διὰ τοῦ υ, προπερισπᾶται· Χαλαστραῖον, Καναστραῖον [98], Α᾿μυγχναῖον. πρόσκειται δ᾽ ἁπλᾶ, διὰ τὸ κατάγαιον. E

Α᾿ΡΑ-

Araxæ, ſive Araxi, gens Illyrica, cujus meminit Alexander Cornelius in libro, quem ſuper locos communes Alcmanis conſcripſit.

ARAXES, fluvius Armeniæ, & Theſſaliæ. Ita etiam Peneus appellabatur à voce ἀράξαι, quod ſcilicet Tempe perrupiſſet. Hinc locale, Araxia aqua.

ARAPHEA, inſula Cariæ, de qua Parthenius in Iphiclo mentionem facit:

- - - - *Et marinam Arapheam.*

Gentile, Araphenſis.

ARAPHEN, populus Ægeidis tribus. Hinc popularis Araphenius, & genere fœminino Araphenis: & locale quod ex, in, & ad Araphenem denotat.

ARACHNÆUM, mons in Argo, de quo Callimachus libro 1. Quæſtionum mentionem facit. Hæc vox in penultima eſt circumflectenda: nam nomina ſimplicia in αιον exeuntia, quæ plures quam tres ſyllabas, & quartam à fine per α, ac ſequentem per α ſive υ habent, in penultima circumflectuntur, uti liquet in Χαλαστραῖον, Καναστραῖον, Α᾿μυγχναῖον. Adjecta ſunt ſimplicia ob compoſitam vocem κατάγαιον.

ARA-

[91] Α᾿λέξανδρος Κορνήλιος.] Ejuſdem auctoris liber Stephano in vocabulo Α῎σσος citatur. Non intelligitur hic opus Geographicum aut Grammaticum, uti alii exiſtimant; ſed cujuſcunque materiæ loci communes, quod τὸ τοπικῶς manifeſte indicat.

[92] Α᾿ράξης, ποταμὸς Α᾿ρμενίας.] Notiſſimus hic eſt Armeniæ majoris fluvius: Mediam ab Armenia diſcernit, & in mare Caſpium ſe exonerat. Alter Theſſaliæ amnis, inter Oſſam & Olympum decurrens, ſeſe in mare Ægæum condit. Araxis nomine antiquitus gaudebat, teſte Strabone lib. 1. & Tzetze Hiſtor. Chiliad. XI No. CCLXXX.

[93] Ε᾿κ τοῦ ἀράξαντος.] Tradere jam videtur Stephanns, unde Araxes nomen acceperit; ſed locum eſſe integrum ſibi non perſuadebat Salmaſius. Libri ſcripti & editi nihil mutant: unde liquet virum incomparabilem ſolis ingenii viribus hunc locum in Plin. Exercit. ita emendaſſe: οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο, ἐκ τοῦ ἀράξαι τὰ Τέμπη. Nam inde Peneo Theſſaliæ amni hoc nomen à Græcis eſt impoſitum, quod Tempe perrupiſſet & exitum ſibi in mare feciſſet. Strabo libro IX. Ο῾ γὰρ Πηνειὸς διὰ μέσης ῥέων καὶ πολλοὺς δεχόμενος ποταμοὺς, ὑπερεκχεῖται πολλάκις. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο, ὡς λόγος, τὸ πεδίον, ἔκ τε τῶν ἄλλων μερῶν ὄρεσι περιειργόμενον, καὶ τῆς παραλίας μετεωρότερα τῶν πεδίων ἐχούσης τὰ χωρία. ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου (τὰ νῦν καλούμενα Τέμπη) καὶ τὴν Ο῎σσαν ἀποσχίζοντος ἀπὸ τοῦ Ο᾿λύμπου, διεξέπεσε ταύτῃ πρὸς θάλασσαν ὁ Πηνειὸς, καὶ ἀνέψυξε τὴν χώραν ταύτην. Vide etiam hac de re Euſtathium ad Dionyſii Periegeſin pag. 98. Refert enim ille, Araxen ex eo dictum eſſe, quod continuos montes Oſſam & Olympum disjunxerit & per illos penetraverit. Α᾿ράξης δὲ καλεῖται ὁ ῥηθεὶς ποταμὸς, ὡς ἀπαράξας τὴν συνέχειαν τῶν ἐκεῖ ὀρῶν καὶ διεκδύς. καθάπερ καὶ ὁ Πηνειὸς, ὁ νῦν Σαλαβρίας καλούμενος, τὴν Ο῎σσαν τοῦ Ο᾿λύμπου ἀπέῤῥηξε. διὸ καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ γεωγράφου, Α᾿ράξης ἐκλήθη ποτὲ καὶ ὁ Πηνειὸς, ὡς καὶ αὐτὸς ἀπαράξας τῆς Ο῎σσης τὸν Ο῎λυμπον, ὅτε σεισμοὶ τὰ Τέμπη τὰ Θετταλικὰ ῥαγέντα διέστησαν. Verum ab his diſſentit Herodotus in Polymnia expreſſis verbis, cujus locum videre licet.

[94] Καὶ εἰναλίαν.] Schedæ Voſſianæ: καὶ εἰναλίην Α᾿ράφειαν.

[95] Δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς.] Vide Harpocrationem & Suidam. Hinc cognomen traxerunt Α᾿λαὶ Α᾿ραφηνίδες, de quibus ſupra dictum.

[96] Α᾿ραχναῖον, ὄρος Α῎ργους.] Regnante Inacho Σαπυσελάτων nomine inſigniebatur hic mons, atque in illo exſtabant aræ, ad quas, ingenti terræ ſiccitate orta, immolabatur: ſic de illo ſcribit Pauſanias in Corinthiacis: Ε῎στι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Α᾿ραχναῖον, πάλαι δὲ Σαπυσελάτων ἐπὶ Ι᾿νάχου τὸ ὄνομα εἰλήφει. βωμοὶ δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ Διός τε καὶ Η῞ρας. δεήσαν ὄμβρου, σφίσιν ἐνταῦθα θύουσιν. Obſervatione non eſt indignum, Heſychium hunc montem Hyſſelinum appellaſſe, ita enim ille: Υ῾σσέλινον, τὸ νῦν Α᾿ραχναῖον ὄρος ἐν Α῎ργει καλούμενον. De quo nomine nihil apud alios inveniſſe memini

[97] Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ.] De hoc Callimachi libro doctiſſime ſcripſit Joh. Wouwerius tractatu de Polymathia cap. XI, hæc ſunt ejus verba. Callimachi Αἴτια nota Stephani, Martialis, Priſciani, Fulgentii & aliorum teſtimoniis. Servius ad illa Virgilii Æneid. 1. - - - - *cur dextræ jungere dextram. Majorum hac fuerat ſalutatio, cujus rei τὸ αἴτιον, id eſt cauſam, Varro Callimachum ſecutus expoſuit.* Ex quibus liquet ἀπορήματα in iis propoſita, & adjectas fuiſſe eorum λύσεις, ut videmus in Plutarchi Αἰτίοις & Problematis. At Clemens Alexandrinus Stromat. lib. v. Lycophronis Caſſandram, Pherecydis Syri Theologiam, Euphorionis poëmata, Callimachi Αἴτια αἰνιγματωδῶς, & obſcuræ ſcripta adſerit, uſque eo, ut iis potiſſimum experirentur Grammaticos. Quibus adde Ptolemæi Grammatici σφίγγας: nam Suidas δρᾶμα ἱστορικὸν fuiſſe ſcribit. Movet me inſcriptio, ut plurima in eo opere αἰνιγματωδῶς ſcripta fuiſſe exiſtimem. Clementis quidem verba ſuſpicionem mihi injiciunt in Callimachi Αἰτίοις obſcuras quæſtiones propoſitas fuiſſe, ut in Hellanici Λέσχαις; minus tamen apta inſcriptione, quibus ἀπορίαι protrahuntur & ſolvuntur, & earum cauſæ indagantur. Niſi errore lapſus Clemens Callimachi poëmation, quod Ibin inſcripſerat, dicere voluerit, illud enim Suidas fuiſſe ſcribit ποίημα ἐπιτηδευμένον εἰς ἀσάφειαν. Multa fabuloſa ſive μυθικὰ Callimachum in Αἰτίοις pertractaſſe indicio ſunt, quæ ex illis producit Clem. Alexandrinus Protreptico, & ſtudioſe excoluiſſe hanc Grammaticæ partem ex Strabonis lib. XVII diſcimus. Sane Αἴτια ſunt ἀπορήματα & quæſtiones, quæ ad ſolvendum proponuntur. Multus in iis Plutarchus: nam Lamprias indice librorum Plutarchi recitat ejus Α᾿πορῶν λύσεις. Αἰτίας γυναικῶν. Αἰτίας Ε῾λλήνων. Αἰτίας Ρ῾ωμαϊκάς. Αἰτίας βαρβαρικάς.

[98] Α᾿μυγχναῖον.] Hæc vox corrupta videtur: fortaſſis reſtituendum eſt: Α᾿μυκλαῖον, quod ab Α᾿μύκλαι deducitur.

A Ἀραχωσία, πόλις οὐκ ἄπωθεν Μασσαγετῶν. [99] Στράβων ἑνδεκάτῃ. [1] ὑπὸ Σεμιράμεως κτισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο. οἱ πολῖται Ἀραχώσιοι· τῆς δὲ Κωφῆνος, Κωφήνιοι.

B Ἀράχωτοι [2], πόλις Ἰνδικῆς, ἀπὸ ποταμοῦ Ἀραχώτου, ῥέοντος ἀπὸ τοῦ Καυκάσου, ὡς Φαβωρῖνος, [3] καὶ Στράβων ἑνδεκάτῃ. [4] εἰσὶ καὶ ἄλλοι πλησίον Μασσαγετῶν, ὡς Στράβων ἑνδεκάτῃ. διχῶς δὲ λεκτέον, [5] καὶ Ἀραχώτης, καὶ Ἀράχωτος.

C Ἀρβάκη, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰόβας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβακαῖος.

Ἀρβάνιον, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβάνιος, καὶ τὸ θηλυκὸν ἐν κοινῷ γένει, [6] Ἀρβάκιος ἀκτή.

D Ἀρβαξανοί, [7] ἔθνος Λιγυστικόν. [8] Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν τὴν μὲν πρώτην ἔρημον, ἣν ἐνέμοντο Ἰψίκουροι, καὶ Ἀρβάξανοι.

Ἀρβέλη [9], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβελαῖος. Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῃ.

E Ἄρβηλα [10], πόλις Περσική, [11] ἀπὸ Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως· Στράβων ἑκκαιδεκά-

ARACHOSIA, urbs non longe à Maſſagetis diſſita, quam Strabo libro XI meminit. Hæc à Semiramide condita eſt, & Cophen olim vocabatur. Cives Arachoſii dicuntur, ſed à Cophene Cophenii.

ARACHOTI, Indiæ civitas, quæ ita ab Arachoto, ex Caucaſo fluente, dicta eſt, quemadmodum Phavorinus perhibet, & Strabo libro XI. Sunt item alii Maſſagetis finitimi, uti idem Strabo lib. XI, auctor eſt. Bifariam vero efferri poteſt, & Arachotes & Arachotus.

ARBACE, urbs in Celtiberia, uti Juba auctor eſt. Gentile, Arbacæus.

ARBANIUM, urbs juxta Pontum ſita. Gentile, Arbanius. Genus fœmininum terminatione communi effertur, uti in Ἀρβάνιος ἀκτή.

ARBAXANI, gens Ligyſtica. Præternavigabant primum quidem regionem deſertam, quam Ipſicori & Arbaxani habitabant.

ARBELE, urbs Siciliæ. Gentile Arbelæus, auctore Philiſto rerum Sicularum octavo.

ARBELA, urbs Perſica, quæ ab Arbelo Athmonei filio nomen habet, ut Strabo libro XI. perhi-

99 Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Apud Strabonem libro citato ex Eratoſthene ita legitur: Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τοὺς Ἀραχώτους καὶ Μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρακεῖσθαι πρὸς δύσιν παρὰ τὸν Ὦξον. Maſſagetas ab occidente Bactrianis adjacere ad flumen Oxum certiſſimum eſt. Ergo Arachoti iſti longe diverſi & diviſi ſunt ab Arachotis Indicis vel Indiæ proximis, de quibus mox Stephanus.

1 Ὑπὸ Σεμιράμεως κτισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο.] Hæc ipſa eſt Arachoſia Plinii, Indiæ vicina & longiſſime à Maſſagetis diſſita, ita enim ille lib. VI cap. XXIII. *Arachoſia cum flumine & oppido ejuſdem nominis, quod quidam Cophen dixere à Semiramide conditum.* Solinus cap. LIV. *Arachoſiam Erumando amni impoſitam Semiramis condidit.*

2 Ἀράχωτοι πόλις Ἰνδικῆς &c.] Ptolemæo dicitur Ἀράχωτος, qui fluvium non nominat, ſed Arachoſiam dicit perflui amne, qui ab Indo derivatur & paludem efficit nomine Ἀραχώτου κρήνην. Ex ea palude, ut obſervat Salmaſius, oritur flumen Arachotus, utpote quæ fons Arachoti cenſeatur. Ammianus ſequitur Ptolemæum heic ut in aliis, ſic enim ſcribit de Arachoſia: *Quam ab Indo fluviorum maximo, unde regiones cognominatæ ſunt, amnis multo minor exurgens aquarum alluit amplitudine, efficitque paludem Arachotoſcrenem appellatam.* Hoc eſt quod ait Ptolemæus lib. VI cap. XX. ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν χώραν ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκτρεπόμενος.

3 Καὶ Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Reſpicit noſter hæc verba: Εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις, τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα. εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δραγγῇ, χιλίους χ'. οἱ δὲ φ'. εἶτ' εἰς Ἀραχώτους τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσι.

4 Εἰσὶ καὶ ἄλλοι πλησίον Μασσαγετῶν, ὡς Στράβων.] Jam Strabonis locos produximus; ex quibus probari poſſet, geminos fuiſſe Arachotos, alteram ſcil. urbem Indiæ, & alteram Maſſagetis vicinam. Verum Salmaſius ſtatuit, Stephanum perperam de duobus Arachotis mentionem facere: fatetur enim, ſe de Arachotis illis Scythicis ac Maſſagetarum genti vicinis, nihil alibi legiſſe. Nam Strabo XV. Arachotos, Drangianos, Parapomiſas & alias gentes ex Eratoſthene deſcribens, non alios Arachotos commemorat præter Indicos: Πολλὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰς τὴν μεσόγειαν ἀνέχουσα, καὶ ἡ Γεδρωσία μέχρι τοῦ συνάψαι Δράγγαις τε καὶ Ἀραχωτοῖς, καὶ Παροπαμισάδαις, περὶ ὧν Ἐρατοσθένης οὕτως εἴρηκεν, οὐ γὰρ ἔχομέν τι βέλτιον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Putat itaque Salmaſius aut Eratoſthenis, aut ipſius Strabonis codices hac in parte mendoſos fuiſſe, ubi Arachoti cum Maſſagetis ut collimitanei nominantur.

5 Καὶ Ἀραχώτης.] Hæc terminatio apud Dionyſium de ſitu orbis in uſu eſt:

Ἤτοι μὲν δυνόντος ἐπὶ κλίσιν ἠελίοιο,
Ὠρείτας τ' Ἀρβιάς τε, λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας.

Ad quem locum ſic infit Euſtathius: Τοὺς δὲ Ἀραχώτας τινὲς Ἀραχωτοὺς φασὶν ὀξυτόνως.

6 Ἀρβάκιος ἀκτή.] Hæc & librorum editorum & manu exaratorum eſt lectio, ſed mendoſa: reſtituendum eſt ſine dubio, Ἀρβάνιος ἀκτή.

7 Ἀρβαξανοὶ, ἔθνος Λιγυστικόν.] Alio in loco ex Theopompo Ἀρβάζανοι appellantur, quemadmodum mox demonſtrabitur.

8 Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν &c.] Hæc neque Stephani neque Epitomatoris ſunt verba, ſed ſcriptoris, cujus hoc loco nomen excidit. Deſumpta ſunt ex Theopompo lib. XLIII, uti manifeſte liquet in Ἰψίκουροι, ubi ultima verborum pars hunc in modum citatur. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ. ἣν ἐνέμοντο πρότερον Ἰψίκουροι, καὶ Ἀρβάζανοι, καὶ Εὔβιοι, Λίγυες τὸ γένος.

9 Ἀρβήλα πόλις Σικελίας.] Eruditiſſimo Cluverio non fuit perſpectum, ubinam hoc oppidum in Sicilia fuerit ſitum. Apud Suidam hoc nomen & ſingulari & plurali numero effertur, atque ab ipſo perhibetur, incolas faciles ad decipiendum fuiſſe. Ἄρβελαι πόλισμα Σικελικὸν, ἢ Ἀρβέλη. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν ἐξαπατᾶσθαι εἶναι. καὶ παροιμία. τί οὐ γένοιτο, ἰὼν ἐς Ἀρβέλας.

10 Ἄρβηλα, πόλις Περσική.] Alii geographi, inter quos Strabo & Ptolemæus, hanc civitatem Aſſyriæ adſcribunt.

11 Ἀπὸ Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως.] Hæc ex Strabone eſſe tranſcripta, ipſe fatetur Stephanus. Integra Geographi verba hæc ſunt: Οἱ μέν τοι Μακεδόνες, τοῦτο μὲν ὁρῶντες κώμιον εὐτελὲς, τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον, κτίσμα ὥς φασιν Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως. Recentiores alii, obſervante Clariſſ. Bocharto, nomen habere volunt ab Arbelo priſco Aſſyriorum rege & Deo, quemadmodum ex Cyrillo lib. III contra Julianum probare nituntur. Sed decepit eos Latina verſio, quæ ex ἄρα Βῆλος Arbelum fecit. Ita enim Græca verba concipiuntur: Πρῶτος ἀνθρώπων, τῆς Ἀσσυρίων γῆς βεβασίλευκεν, ἀνὴρ ἀλαζὼν καὶ ὑπερόφρυς ἄρα Βῆλος. Quę verba ſignificant, Belum arrogantem & elati ſupercilii fuiſſe.

δεκάτῃ. [12] οἱ κάτοικοι, Ἀρβηλῖται. τὸ θηλυκὸν, Ἀρβηλῖτις. [13] καὶ τὰ κτητικὰ, Ἀρβηλικῶς· καὶ θηλυκῶς.

A perhibet. Incolæ Arbelitæ dicuntur: genere fœminino, Arbelitis. Poſſeſſivum Arbeliticus, quod etiam genere fœminino in uſu eſt.

ΑΡΒΙΣ [14], ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς. ἔθνος, Ἄρβιος, ἡ Ἀρβῖται. ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Ἄρβιος ὄρος, ἔνθα τιμᾶται Ἄρβιος Ζεύς. Ἄρβιος οὖν, καὶ ὁ κατοικῶν τὸ ὄρος.

ARBIS, Indiæ fluvius: & populus Arbius & Arbitæ. Eſt item mons Arbius in Creta, ubi B Jupiter Arbius colitur. Arbius itaque etiam montis incola dicitur.

ΑΡΒΟΥΚΑΛΗ [15], πόλις μεγίστη τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ, ἣν μόλις εἷλεν Ἀννίβας, ὡς [16] Πολύβιος τρίτῃ.

ARBUCALE, urbs ampliſſima, cis Iberum fluvium ſita, quam difficulter Hannibal occupavit, uti Polybius lib. III, tradidit.

ΑΡΒΩΝ [17], πόλις Ἰλλυρίας· [18] Πολύβιος δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβώνιος, καὶ Ἀρβωνίτης· ὡς Ἀντρώνιος, καὶ Ἀσκαλωνίτης.

C ARBO, Illyriæ civitas, auctore Polybio libro II. Gentile, Arbonius & Arbonites, ut Antronius & Aſcalonites.

ΑΡΓΑΙΣ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. ὁ οἰκήτωρ, Ἀργαΐτης. ἔστι καὶ πρὸς τῷ Κανώβῳ [18] μικρὰ νῆσος Ἀργαίου.

ARGAIS, inſula Lyciæ adjacens, cujus incola Argaïtes dicitur. Eſt quoque juxta Canobum parva Argæi inſula. D

ΑΡΓΑΝΘΩΝΙΣ [19], ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ, [20] ἀπὸ Ἀργανθώνης Ῥήσου γυναικός. [21] λέγεται καὶ Ἀργανθώνη καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος. [22] τὸ κτητικὸν Ἀργανθώνειος, ὡς τὸ Κιθαιρὼν Κιθαιρώνειος·

Λέπας Κιθαιρώνειον.

ARGANTHONIS, mons Myſiæ juxta Cium, qui ab Arganthone Rheſi conjuge nomen habet. Mulier & mons etiam Arganthone appellatur. Poſſeſſivum Arganthonius, uti à Cithæron Cithæronius. E

Promontorium Citharonium.

ΑΡΓΑΝΤΗ, πόλις Ἰνδίας, ὡς Ἑκαταῖος. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργανταῖος· ἀλλὰ ὁ τύπος τῶν Ἰνδῶν, [23] ἡ Ἀργαντῖνος, ἢ Ἀργαντίτης.

ARGANTE, oppidum Indiæ, uti Hecatæus perhibet. Gentile oportebat eſſe Argantæus: ſed Indorum forma Argantenus, vel Ar- F gantita poſtulat.

Ἀ'Ρ-   AR-

[12] Οἱ κάτοικοι, Ἀρβηλῖται.] Codex Voſſianus: οἱ κατοικοῦντες, Ἀρβηλῖται. Sed res eodem redibit, quocunque modo legeris.

[13] Καὶ τὰ κτητικὰ, Ἀρβηλικῶς.] Ita legunt libri editi: ſed in Voſſianis ſchedis reperi: Καὶ τὰ κτητικὰ, Ἀρβηλιτικόν. Hoc poſſeſſivum ferme probum & genuinum eſſe, non eſt quod dubitem: quare hic videtur reponendum: καὶ τὸ κτητικὸν, Ἀρβηλιτικός.

[14] Ἄρβις, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς.] De hoc Indiæ fluvio & gente ſatis ſuperque diximus: idem enim & fluvius & populus, quos Stephanus ſupra Ἄραβιν & Ἀραβίτας nominavit. Ad illam vocem lectorem remittimus, ubi hanc ſcripturam ut ſanam accipimus.

[15] Ἀρβουκάλη, πόλις μεγίστη &c.] Oppidi nomen à Græcis Latiniſque ſcriptoribus diverſiſſime exaratur. Ptolemæus lib. I, cap. VI. in Vaccæorum mediterrancis eſſe tradit, & Ἀλβοκέλλαν nominat. Livio lib. XXI cap. V. dicitur *Arbacala*, & in nonnullis libris *Arbocala*. Hæc ſunt Livii verba: *Arbacala & virtute & multitudine oppidanorum diu defenſa.*

[16] Πολύβιος τρίτῃ.] Sine dubio Stephanus hunc Polybii locum innuit: τῷ δὲ ἐπιγινομένῳ θέρει πάλιν ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς Οὐακκαίους, Ἑλμαντικὴν μὲν ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς κατέσχεν. Ἀρβουκάλην δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὸ πλῆθος ἔτι δὲ τὴν γενναιότητα τῶν οἰκητόρων μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας πολιορκήσας, κατὰ κράτος εἷλε.

[17] Ἀρβών, πόλις Ἰλλυρίας.] Conſtanter ita legunt libri editi: ſed vetus codex Salmaſio exhibebat: Ἀρβενική, πόλις Ἰλλυρίας. Ita quoque in Voſſianis ſchedis reperiebam.

[18] Πολύβιος δευτέρᾳ.] Apud Polybium loco allegato ita legimus: Τῶν δὲ πολιορκούντων τὴν Ἴσσαν, οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν Δημήτριον ἀβλαβεῖς ἔμειναν. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὸν Ἀρβῶνα σκεδασθέντες. Firmiter mihi perſuadeo Polybium hic loqui de oppido in inſula Scardona ſita, quod Ptolemæo Ἄρβα nominatur: ita enim ille lib. II, cap. XVII. Καὶ Σκαρδῶνα νῆσος, ἐν ᾗ πόλεις δύο, Ἄρβα, Κολεντόν. Τῇ δὲ Δαλματίᾳ νῆσοι παράκεινται Ἴσσα καὶ πόλις &c. Plinius quoque lib. III, cap. XXI. hanc urbem *Arbam* nuncupat: *Inſula ejus ſinus cum oppidis, præter ſupra ſignificatas Abſyrtium, Arba, Tragurium, Iſſa, Pharos* &c.

[18] Μικρὰ νῆσος Ἀργαίου.] Sine dubio eadem eſt, quam mox Stephanus Argei inſulam appellabit: Ἀργέου νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία &c.

[19] Ἀργανθώνις, ὄρος Μυσίας.] Sequimur Xylandri editionem, lectionem priorum editionum tanquam ſpuriam rejicientes, in quibus impreſſum erat, Ἀργαθώνη, ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ. Codices Palatini & Voſſianus exhibebant eodem prorſus modo, ſed male: nam de illa terminatione mox à Stephano agetur. Montis ſitum ſatis accurate deſcribit Stephanus, in quo Strabonem & Apollonium ſequitur.

[20] Ἀπὸ Ἀργανθώνης.] Hoc loco neque Xylandri, neque aliorum editionum lectionem amplectimur, in quibus excuſum eſt: ἀπὸ Ἀργάθωνος, vel Ἀργάνθωνος. Noſtra editio terminationem fœmininam repræſentat, quam ex MSS hauſimus, nam in Palatinis & Voſſ. exaratum erat: Ἀπὸ Ἀργανθώνης Ῥήσου γυναικός.

[21] Λέγεται καὶ Ἀργανθώνη καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος.] Et hunc quoque locum ex MSS Palatinis & Voſſiano correximus: Peſſime enim in vulgatis reperitur: λέγεται καὶ Ἀργάνθων καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὸ ὄρος. Nullum eſt quod ſciam muliebre nomen, quod in ων terminatur. Præterea apud Antoninum Liberalem Fab. XXVI de Hyla, hic mons etiam Ἀργανθώνη appellatur, ita enim ille de Argonautis refert: Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ στενὸν ἐξίκοντο τοῦ Πόντου, καὶ τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης, καὶ ἐγένετο χειμὼν καὶ στόλος &c.

[22] Τὸ κτητικὸν Ἀργανθώνειος.] Sic Apollonius Rhodius lib. I. montem appellavit:

Τῆμος ἄρ' οἵ γ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης
Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

Ita etiam Strabo lib. XII eum nuncupavit.

[23] Ἢ Ἀργαντῖνος.] Gentile hoc tranſcriptorum imperitia eſſe depravatum, non eſt quod multis probem: nam gentilia Indica vel in ηνος vel in ιτης deſinunt: apparet hoc in voce Ἄργυρα μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀργυρίτης, ἢ Ἀργυρηνός. ἀμφότεροι γὰρ οἱ τύποι συνήθεις. Reponendum eſt ergo hic loci: ἀλλὰ ὁ τύπος τῶν Ἰνδῶν, ἢ Ἀργαντηνὸς, ἢ Ἀργαντίτης.

ἈΡΓΕΝΝΟΥ͂ΣΑ[24], νῆσος πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς Τρῳάδος, παρὰ τὸ Ἀργεννὸν ἀκρωτήριον, ἀφ' οὗ Ἀργεννόεις· καὶ κατὰ συναίρεσιν, Ἀργεννοῦς, καὶ Ἀργεννοῦσα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀργεννούσιος· [25] Ἀνδροτίων ἐν τετάρτῳ τῆς Ἀτθίδος, διὰ τοῦ ι. B

ARGENNUSA, inſula juxta continentem Troadis ſita, prope Argennum promontorium, à quo Argennoeis formatur, & per contractionem Argennûs & Argenuſa. Gentile, Argenuſius. Androtio libro IV. deſcriptionis Atthidis vocem cum I. effert.

ἈΡΓΈΟΥ νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία, ἀπὸ Ἀργέου τοῦ Μακεδόνος, ἀφ' οὗ Ἀργεάδαι. οἱ οἰκήτορες Ἀργεῶται, ὡς τῆς Νικίου Νικιῶται, καὶ τῆς Χαιρέου Χαιρεῶται. καὶ αὗται γὰρ Αἰγύπτου C πόλεις.

ARGEI INSULA, parva quædam Ægypti inſula eſt, prope Canobum ſita, quæ ab Argeo Macedonis filio nomen accepit, à quo Argeadæ dicti ſunt. Incolæ appellantur Argeotæ, uti à Niciocome Niciotæ, Chereopoli Chæreotæ: hæ enim quoque inter Ægypti civitates recenſentur.

ἌΡΓΙΛΑ, πόλις Καρίας. [26] τὸ ἐθνικὸν Ἀργιλίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β.

ARGILA, Cariæ urbs. Gentile, Argilites, auctore Alexandro libro ſecundo de Caria.

ἌΡΓΙΛΟΣ[27], πόλις Θρᾴκης, ὡς D [28] Θουκυδίδης ὀγδόῃ, καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῆς. Ἄργιλος, [29] ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις. ὠνομάσθη δὲ, ἐπειδὴ [30] ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς ἄργιλος καλεῖται. σκαπτόντων δὲ εἰς τὸ θεμελίους καταβαλέσθαι, πρῶτος E μῦς ὤφθη. [31] λέγεται δὲ θηλυκῶς. οἱ πολῖται, Ἀργίλιοι.

ARGILUS, urbs Thraciæ, cujus meminit Thucydides libro VIII, & Phavorinus in variis hiſtoriis. Hæc civitas Argilus fluvio Strumoni adjacet. Ex eo autem nomen habet, quod mus Thracibus Argilus dicatur. Foſſoribus enim urbis fundamenta jacientibus, primus mus apparuit. Urbis nomen genere fœminino effertur. Cives Argilii appellantur.

ἌΡΓΟΣ, διασημοτάτη πόλις Πελοποννήσου, [32] ἥ τις Φορωνικὸν ἄστυ ἐκέκλητο, καὶ Αἰγιάλεια, [33] καὶ Ἱππόβοτον, διὰ τὸ Ποσειδῶνι F νομὴν ἵππων ἀποδειχθῆναι. [34] εἶτα, Ἴασος, ἀπὸ Ἰάσου, τοῦ κατ' ἐνίους πατρὸς Ἰοῦς. [35] καὶ

ARGOS, celeberrima Peloponenſi civitas, quæ olim appellata fuit urbs Phoronica, & Ægialia, & Hippobotum, propterea quod Neptuno equorum paſcua ibi oſtendebantur. Deinde Jaſos à Jaſo, qui ſecundum quoſdam Inus pater

24 Ἀργεννοῦσα, νῆσος πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς Τρῳάδος.] Hæc librorum editorum eſt lectio: codex Voſſ. Ἀργεννοῦσα, νῆσος μικρὰ πρὸς τῇ &c. Miror Stephanum unicam tantum hoc nomine inſulam meminiſſe, cum præter Geographos etiam Hiſtorici Argenuſas deſcribant. Strab. lib. XIII tres Argennuſas, ſed non magnas & continenti appropinquantes ſtatuit, ita enim ille: Τῶν δὲ Κανῶν ἐγγυτὸν εἴκοσιν, ὅσων ἐστὶ τῶν Ἀργινουσῶν. αἱ τρεῖς μὲν εἰσιν οὐ μεγάλαι νῆσοι πλησιάζουσαι δὲ τῇ ἠπείρῳ, παρακείμεναι δὲ ταῖς Κάναις. Thucydides earum etiam meminit, lib. VIII. eaſque non procul à continenti è regione Mitylenes collocans. Vide etiam Diod. Sicul lib. XIII.

25 Ἀνδρωτίων ἐν τετάρτῳ τῆς Ἀτθίδος, διὰ τοῦ I.] Sic Xylander edidit: ſed aliarum editionum præfecti peſſime exhibuerunt: Ἀνωτίων ἐν τετάρτῳ τῆς Ἀτθίδος, διὰ τοῦ I. De Androtionis ſcriptis alibi diximus. Exiſtimat Salmaſius hic διὰ τοῦ T reſcribendum eſſe, quaſi Androtio pro Ἀργεννούσιος Ἀργεννούτιος haberet; ſed præter I in T commutatum, etiam N voci additur, quod non vult Androtio. Stephani mens hæc eſt, Androtionem inſulæ nomen Arginnuſa, non autem Argennuſa feciſſe.

26 Τὸ ἐθνικὸν Ἀργιλίτης.] Ita viſum fuit reſcribere & vulgatam lectionem leviter immutare; male enim omnes libri habebant: τὸ ἐθνικὸν Ἀργυλίτης.

27 Ἄργιλος πόλις Θρᾴκης.] Præter alios, etiam hujus oppidi meminit Herodotus lib. VII, & illud in littore prope Strymonis oſtia ponit.

28 Θουκυδίδης ὀγδόῃ.] Oppidi nomen non eſt apud Thuc. lib. VIII, ſed oppidanorum lib. IV: ἦσαν γὰρ Ἀργιλίων τε ἐν αὐτῇ οἰκήτορες, εἰσὶ δὲ οἱ Ἀργίλιοι Ἀνδρίων ἄποικοι.

29 Ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις.] Ita paſſim excuſum eſt: ſed in MS Voſſiano exigua mutatione legitur: πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἡ πόλις.

30 Ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς ἄργιλος καλεῖται.] Idem quoque teſtatur Heraclides Ponticus de Politiis: Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντος πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν, καὶ Ἄργιλον ὠνόμασαν.

31 Λέγεται δὲ θηλυκῶς.] Urbis nomen etiam fœminino genere Herodotus lib. VII uſurpavit, ſic enim ille de Xerxe & ejus exercitu loquitur: Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήιε.

32 Ἥ τις Φορωνικὸν ἄστυ ἐκέκλητο, καὶ Αἰγιάλεια &c.] Argos variis diverſiſque appellationibus fuiſſe ſortitum, paſſim teſtantur ſcriptores antiqui, quorum teſtimonia cum plurimis elementariis ſunt notiſſima, huc in medium producere non magnopere neceſſarium exiſtimamus. Videatur Apollodorus circa initium lib. II, ordine de nominibus & appellationibus agens: Strabo, Pauſanias lib. II. Theocriti Scholiaſta & alii.

33 Καὶ Ἱππόβοτον, διὰ τὸ &c. ἀποδειχθῆναι.] Apud Theocritum Eidyll. XXV. non eſt proprium Argûs, ſed epitheton, ita enim ibi legimus:

- - - Ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀγώνων.
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια.

Vide etiam Strabonem lib. VIII. & Euſtathium in Hom. pag. 385 & 1845, & in Dionyſium de ſitu orbis pag. 59. Vult Euſtathius Argos ab equorum fertilitate Ἱππόβοτον appellatum fuiſſe. Didymus rationem denominationis tradens, inquit nomen habere, διὰ τὸ εἰς νομὴν τῶν ἵππων ἀνεθῆναι τῷ Ποσειδῶνι: propterea quod hic locus Neptuno ſacer erat ad equorum paſturam.

34 Εἶτα Ἴασος.] Ita hoc loco edere placuit, ſuadentibus MSS & primis editionibus, male Xylandriana habet editio: εἶτα Ἴασον: quod formam caſus recti non poſſidet. Stephanus: Ἰασσὸς, πόλις Καρίας, ἐν ὁμωνύμῳ νήσῳ κειμένη &c. Ἴασος δὲ τὸ Ἄργος, καὶ Ἴασοι οἱ κατοικοῦντες. Sic Strabo, ſic alii primum hujus nominis caſum fecere: leviter etiam corruptus eſt apud Euſtathium, ita enim ille in commentariis ad Dionyſium: Ἐκλήθη δὲ τὸ αὐτὸ καὶ Φορωνικὸν ἄστυ ποτὲ ἀπὸ

[35] καὶ Δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων. δευτέρα, [36] Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν. τρίτη, [37] Θεσσαλίας. τετάρτη, [38] Κιλικίας, ἡ νῦν Ἀργεόπολις. πέμπτη, ἐν Νισύρῳ, μία τῶν Κυκλάδων· ἕκτη, [39] κατὰ Τροιζῆνα. ἑβδόμη, [40] κατὰ Μακεδονίαν. ὀγδόη, [41] Ἄργος Ὀρεστικὸν, ἡ ἐν Σκυθίᾳ. ἐννάτη, Καρίας. δεκάτη, τὸ Ἀργολικόν. [42] ἑνδεκάτη, ἡ Φαιάκων Ὑπέρεια. [43] Ἄργος δὲ σχεδὸν πᾶν πεδίον κατὰ θάλασσαν. τὸ ἐθνικὸν πασῶν, Ἀργεῖος, οὐ παρὰ τὸ Ἄργος οὐδέτερον· ἦν γὰρ διὰ τοῦ ι. ἀλλὰ παρὰ τὸν Ἄργον τὸν κτίστην· λέγεται γὰρ [44] καὶ Ἀργόλας, [45] Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν,

Οὐκ ἠγόρευον, οὗτος ἐστί γ' οὐκ Ἀργόλας.
Μὰ Δί' οὐδ' Ἕλλην, ὅσον ἔμοι γε φαίνεται.

καὶ Εὐριπίδης [46] ἐν Πλεισθένει,

Ἐγὼ δὲ Σαρδιανὸς, οὐ γὰρ οὐκέτ' Ἀργόλας.

καὶ Ἀργολὶς ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. καὶ Ἀργολικὸς, καὶ Ἀργολική. [47] καὶ Ἀργείωνες λέγονται, ὡς Καδμείωνες· καὶ Ἀργειώνη, ὡς Ἀντίμαχος.

A pater fuit, appellabatur; & propter aquarum penuriam Dipſium. Altera eſt Argos Amphilochicum. Tertia, Theſſaliæ. Quarta Ciliciæ, quæ nunc Argeopolis dicitur. Quinta in Niſyro, una ex Cycladum inſulis. Sexta juxta Trœzenem. Septima prope Macedoniam. Octava, B Argos Oreſticum eſt, ſive Scythiæ. Nona, Cariæ. Decima, Argolicum dicitur. Undecima, Phœacum eſt Hyperia. Argos nominatur omnis ferme campus maritimus. Omnium gentile eſt Argeus, non à voce Argos, quæ neutro C genere gaudet, tum enim per I eſſet ſcribendum: verum à voce Argus quæ conditorem denotat. Dicitur enim quoque Argolas apud Ariſtophanem in Heroïbus.

Non loquebar: iſte enim non eſt Argolas:
Neque per Jovum Græcus, pro ut mihi videtur.

D Et Euripides in Pleſthene:

Ego vero Sardianus, neque amplius Argolas ſum.

Et regio & mulier Argolis nuncupatur. Hinc Argolicus & Argolica. Nominantur quoque Argeones, uti Cadmeones: & Argeone apud Antimachum

ἀπὸ Φορωνέως. ὠνομάσθη δὲ καὶ Αἰγιάλεια ἐκ τινος Αἰγιαλέως. καὶ Ἱππόβοτον, καὶ μὴν καὶ Ἴασον, ἀπὸ Ἴασου τινός. Non eſt dubium quin apud Archiepiſcopum Ἴασος ſit reponendum.

35 Καὶ Δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων.] Referunt urbem olim in loco aquarum experte ſitam fuiſſe: verum deinde nonnullis puteis inſtruebatur, quarum inventionem Argivi Danai filiabus acceptam ferebant: hinc iſte verſiculus, quem citat Strabo lib. VIII.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Vide hac de re etiam Lucianum in Deor. Marin. dialogis: Quintum Calabrum lib. III. Euſebium: Euſtathium in commentariis ad Homerum & Dionyſium de ſitu orbis.

36 Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν.] Ad hunc locum citabo ſolummodo Stephani verba, quemadmodum illa in præcedentibus à nobis ſunt emendata: Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ ἡ χώρα &c. Vide quæ ad hunc locum nobis ſunt obſervata, & ſitus & alia huc ſpectantia ſole meridiano erunt clariora.

37 Θεσσαλίας.] Hoc modo Theſſaliæ Lariſſa appellata fuit, uti ex Stephano etiam Euſtathius ſtatuere videtur. Verum Strabo lib. VIII. perhibet, Argos (loquitur de Peloponneſiaco) habere arcem, cui Lariſſa nomen eſt, hæc ſunt ejus verba: Ἡ μὲν οὖν πόλις ἡ τῶν Ἀργείων ἐν χωρίοις ἐπιπέδοις ἵδρυται τὸ πλέον. ἄκραν δ' ἔχει τὴν καλουμένην Λάρισσαν, λόφον εὐερκῆ μετρίως. Verum præter alios Servius ad lib VII. Æn. & ille ex Lucano etiam Theſſalicum Argos agnoſcunt.

38 Κιλικίας, ἡ νῦν Ἀργεόπολις.] Hoc Argos Strabo in Cappadocia collocat: verum ſciendum, eſt Cappadociam, ſub Archelao & regibus eum antegreſſis, in decem præfecturas diviſam fuiſſe: quinque ſub Taurica cenſebantur: Melitena, Cataonia, Cilica, Tyanitis, Iſauritis: quinque reliquæ erant Lavinaſena, Sarguſena, Saravena, Cammenena, Morimena. Cum itaque iſthoc ævo Cappadocia Ciliciam comprehenderet, & Archelaus etiam aſperæ Ciliciæ imperaret, facile potuit illud Argos Cappadociæ, & aliis Ciliciæ adſcribi. De eo ſic loquitur Strabo lib. XII. qui teſtatur caſtellum non autem urbem fuiſſe: Ἔν τε ταῖς ἄλλαις ὅ τε Ἄργος ἔρυμα ὑψηλὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ &c. Poſterioribus temporibus formam urbis accepit, quæ uti perhibet Stephanus Ἀργεόπολις dicta fuit.

39 Κατὰ Τροιζῆνα.] Exiſtimat Pintianus, Plinium lib. IV cap. V. de hac urbe mentionem facere, cujus verba hunc in modum conſtituit: *Trœzen, Coryphaſium, alterumque Argos.*

40 Κατὰ Μακεδονίαν.] Hujus meminit Conſtant. Porphyrog. lib. II de Thematibus: Ἐπαρχία Μακεδονίας, ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ή. Στόλοι, Ἄργος, Εὔρυπον, Πελαγονία, Βάργαλα &c. Sita erat ad ſinum Pelaſgicum, & etiam Lariſſa dicta; ſed diverſa eſt ab illa quæ ad Peneum à Geographis collocatur.

41 Ἄργος Ὀρεστικὸν, ἡ ἐν Σκυθίᾳ.] Refert Strabo libro VII. Oreſtem regioni Oreſtiadi in Epirotarum ditione nomen feciſſe, cum ob matris cedem profugus eam tenuiſſet. Λέγεται δὲ τὴν Ὀρεστιάδα κατασχεῖν ποτε Ὀρέστης, φεύγων τὸν τῆς μητρὸς φόνον, καὶ καταλιπεῖν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν χώραν. κτίσαι δὲ καὶ πόλιν, καλεῖσθαι δ' αὐτὴν Ἄργος Ὀρεστικόν. Ergo falſiſſima eſt ſententia illorum, qui exiſtimant illud Oreſticum Argos in Scythia fuiſſe conditum: niſi quis velit Stephani verba in alium ſenſum pertrahere, & ex iis aliud Argos, præter Oreſticum, nobis obtrudere.

42 Ἑνδεκάτη.] Hoc Argos aliis ſcriptoribus eſt innominatum. Euſtathius ex Stephano etiam undecim hac appellatione urbes deſcribit, ſed poſtquam quaſdam recenſuit, reliquas ſilentio præterit, ita enim refert in commentariis ad Dionyſii Peregeſin: Ἐλέγετο δὲ, φασὶ, καὶ Θετταλικὸν Ἄργος ἡ νῦν Λάρισσα. καὶ Ἀμφιλοχικὸν δὲ ἄλλο. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς ἕνδεκα τόπους οἱ παλαιοὶ τὸ Ἄργος μετρῦσι. Verum plures hoc nomine civitates eſſe, Ortelius in ſuo Theſauro demonſtravit.

43 Ἄργος δὲ σχεδὸν πᾶν πεδίον κατὰ θάλασσαν.] Tradit etiam Geographus libro jam aliquoties allegato, τὸ ἄργος campum, ſed non maritimum, denotare, ita enim ille: Ἄργος δὲ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, παρ' Ὁμήρῳ δ' οὐδ' ἅπαξ. μάλιστα δ' οἴονται Μακεδονικὸν, καὶ Θετταλικὸν εἶναι. Verum præter hanc Strabonis, Euſtathius in comment. ad Dionyſii Periegeſin etiam Stephani ſententiam expreſſit, ſic enim inquit: Λέγοντες δὲ ὅτι πᾶν σχεδὸν πεδίον παραθαλάσσιον, Ἄργος ἐλέγετο. ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι οἱ νεώτεροι, καὶ μάλιστα Μακεδόνες καὶ Θετταλοὶ, Ἄργος τὸ πεδίον φασί.

44 Καὶ Ἀργόλας.] De gentilium formis ſic ſcribit Euſtathius ad Dionyſium: Τὸ δὲ τοῦ Ἄργους ἐθνικὸν οὐ μόνον Ἀργεῖος, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ καὶ Ἀργόλας, καὶ ἡ χώρα Ἀργολίς.

45 Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν.] Septem ſunt auctores antiqui, ex quibus fragmenta Ἡρώων Ariſtophanis collegere viri docti.

46 Ἐν Πλεισθένει.] Non recedimus à Xylandriana editione: in aliis divulgatum eſt: καὶ Εὐριπίδης ἐν Πληισθένει, & ita quoque nobis codex Voſſianus exhibuit. Promiſcue hujus fabulæ index conſignatur, nunc prima cum vocali, nunc vero cum dipthongo. Heſychius: Κότταβος, λάταξ, Εὐριπίδης Πληισθένει. καὶ παιδιὰ παρὰ Ἀττικοῖς ἀπὸ Σικελίας παραδοθεῖσα. Verum Athenæus lib. XV habet Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει.

47 Καὶ Ἀργείωνες λέγονται.] Sic quoque apud Heſychium inveni: Ἀργείωνας, τοὺς Ἀργείους.

μαχος [48] καὶ Ἀργλῶτις, παρὰ τὸ Ἀργεῖος· καὶ Ἀργεῶτις τὸ θηλυκόν. καὶ Ἀργολίζω ῥῆμα, οὗ τὴν μετοχὴν Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτη. [49] λέγονται δὲ πατρωνυμικῶς, ὡς οἱ πολλοί, [50] καὶ Ἡρόδωρος· [51] ἐν μὲν τῷ νῦν, Ἡρακλεῖς τε· πρὸ δ' Ἡρακλέους, [52] Περσίδαι· πρὸ Περσέως δὲ, Λυγκεῖδαι, [53] καὶ Δαναΐδαι· πρὸ δὲ Δαναοῦ, Ἀργάδαι, καὶ Φορωνίδαι, [54] ἃς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν.

ἌΡΓΟΥΡΑ [55], πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα. [56] ἔστι δὲ τόπος τῆς Εὐβοίας Ἄργουρα, ὅπου δοκεῖ [57] τὸν Πανόπτην Ἑρμῆς πεφονευκέναι. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργουραῖος, ὡς δὲ Φίλων. Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ, [58] Ἀργείους ὀνομάζεσθαι, ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία τῆς Θετταλίας, ἣν δὴ Πελασγικὸν Ἄργος εἶπεν Ὅμηρος. καλοῦνται δὲ Λεοντῖνοι, ἀπὸ Λεοντέως. καὶ Ἀργούριος, τὸ ἐθνικόν.

ἌΡΓΥΝΝΟΣ [59], υἱὸς Πισιδίκης τῆς Λεύκωνος, τοῦ Ἀθάμαντος, τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου· ἐρώμενος Ἀγαμέμνονος; Βοιωτός.

60 ὃς

machum reperitur. Et Argeotes à voce Argeus deducitur, ac fœmininum Argeotis. In uſu etiam eſt verbum Ἀργολίζω, Argivorum mores imitor, cujus participium exſtat apud Euphorum lib. XIX. Appellantur patronymice, uti præter multos etiam Herodorus perhibet. Hoc tempore Heraclidæ dicebantur: ante Herculem vero Perſidæ: ante Perſeum Lynceidæ & Danaïdæ: ante Danaum vero Argeadæ & Phoronidæ, quæ vocabula Abro poëtis enarrat.

ARGURA, urbs Theſſaliæ, antea Argiſſa dicta. Eſt etiam in Eubœa locus Argura, ubi Mercurius videtur Argum Panopten trucidaſſe. Gentile oportebat eſſe Arguræus, quemadmodum Philo perhibet. Verum Apollodorus in primo navium catalogo tradit, incolas Argeos appellari, vel ex variatione nominis, vel quod campeſtria Theſſaliæ loca, quam Homerus Pelaſgicum Argos nominavit, obtinuerint. Nuncupantur etiam Leontini à Leonteo. Et gentile, Argurius.

ARGYNNUS, *filius Piſidice, quæ Leuconis filia, qui Athamantis, qui Siſyphi, qui Æoli filius fuit.* Erat Bœotus, ab Agamemnone adamatus.

[48] Καὶ Ἀργλῶτις, παρὰ τὸ Ἀργεῖος.] Locus corruptus in vulgatis libris & manu exaratis: non enim expedit, duobus modis gentile fœmininum formare. Reſcribendum eſt, monente magno Salmaſio in ora ſui libri: Καὶ Ἀργλώτης, παρὰ τὸ Ἀργεῖος. καὶ Ἀργλῶτις τὸ θηλυκόν.

[49] Λέγονται δὲ πατρωνυμικῶς.] Plerumque à claris & celebrioribus civitatibus & poëtæ & hiſtorici patronymica formare ſolent: vide hujus rei exempla in vocibus Ἀθῆναι & Ἁλικαρνασσός.

[50] Καὶ Ἡρόδωρος.] Sic exhibent conſtanter vulgati codices, verum metuo, ne librariorum incuria huc mendum irrepſerit. Codex Voſſianus: καὶ Ἡρόδοτος. Ex vocum affinitate ſæpiſſime fit, ut illi à tranſcriptoribus confundantur. Hoc evidentiſſimum eſt, Heraclidarum nomen, quod eſt antiquiſſimum Argivorum patronymicum, frequentiſſime apud Herodotum occurrere: adeo ut ille toto cœlo non erraret, qui Ἡρόδοτος in Stephano reponeret pro Ἡρόδωρος.

[51] Ἐν μὲν τῷ νῦν, Ἡρακλεῖς τε.] Nihil omnino ſani habet hæc vulgatorum librorum lectio: Ex libris manu exaratis reſcribendum eſt: Ἐν μὲν τῷ νῦν χρόνῳ Ἡρακλεῖδαι. Emendatio hæc eſt indubitata & veriſſima. Poſtquam enim Heraclidæ è Peloponneſo priſtinos dominos ejeciſſent, ab iis totius regionis incolæ ſic denominati ſunt. Vide Strabonem lib. VIII & Herodotum lib. IX.

[52] Περσίδαι.] Melius in Voſſiano cod. legitur, Περσεΐδαι.

[53] Καὶ Δαναΐδαι.] Sic à Danao denominantur teſte Hygino, cujus fortaſſis ita ſunt legenda verba: *At Danaïdes poſt patris interitum, viros duxerunt Argivos, è quibus nati Danaïdes ſunt appellati.*

[54] Ἃς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν.] Hic locus mendo non caret, quemadmodum Salmaſius in margine ſui Stephani obſervavit, reſcribens: οὓς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν.

[55] Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα.] Civitas eſt Perrhæbica, ad Peneum ſita, teſte Strabone lib. IX. Ἡ μὲν οὖν Ἄργουρα ἐπὶ τῷ Πηνειῷ κεῖται. Hujus etiam meminit Homerus in Catalogo navium: verum teſtatur Euſtathius ad illum locum, ſe in quibuſdam exemplaribus pro Ἄργισσαν, quam vocem uſurpat poëta, Ἄργειαν inveniſſe, ita enim ille pag. 333. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ῥηθεῖσαν Ἄργισσαν, εὕρηνται σπάνιά τινα τῶν ἀντιγράφων, Ἄργειαν ἔχοντα προπαροξυτόνως διὰ διφθόγγου. πλεονάζει μέν τοι ἡ διὰ τοῦ Ι δὲ τῶν δύο σσ γραφή. κεῖται δέ φασιν ἐπὶ τῷ Πηνειῷ, κληθεῖσα ὑπὸ τῶν παίδων Λαρίσσης. Ex hoc Euſtathii loco præterea diſcimus urbem à Lariſſæ filiis fuiſſe conditam, quod ſilent Strabo, Stephanus & alii.

[56] Ἔστι δὲ τόπος τῆς Εὐβοίας.] Hunc locum ex Sephano, ut ipſe fatetur, Euſtathius tranſcripſit, ita enim inquit loco jam allegato: ἣν δέ φησι (ſcil. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἀναλεξάμενος) δὲ τόπος Εὐβοίας Ἄργουρα, ὅπου δοκεῖ τὸν πανόπτην ὁ Ἑρμῆς φονεῦσαι. Ἄργισσα δὲ ὠνομάσθη, ἢ ἀπὸ Ἀργείων, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τοῖς πεδίοις τῆς Θεσσαλίας. ἣν Πελασγικὸν Ἄργος Ὅμηρος εἶπεν. ἐκαλοῦντο δέ φασιν οἱ ἐκεῖ καὶ Λεοντῖνοι, ἀπὸ Λεοντέως.

[57] Τὸν Πανόπτην.] Sic Argum Græci appellant: vide Euripidem in Phœniſſ. & alios. Plautus Aulul. Act. III. Scen. VI. *Oculeum* dixit.

Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Joni cuſtodem addidit,
Is nunquam ſervet.

Lege etiam Pauſaniam in Argolicis, Apollod. lib. II: Hyginum Fab. CXLV. Ovidium & alios.

[58] Ἀργείους ὀνομάζεσθαι, ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης &c.] Exiſtimo, etſi omnes codices ita habeant, hunc locum eſſe mutilum, & poſt τὸ ἢ lacunam debere notari, nam ſequentia cum antecedentibus non recte cohærent. Euſtathius ex Stephano hunc locum paulo aliter conſtituit, cujus verba jam ſupra allegavimus. Cenſeo Stephani verba hoc modo in integrum poſſe reſtitui: Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ, Ἀργίσσαν ὀνομάζεσθαι, ἢ ἀπὸ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία τῆς Θετταλίας. Vide Euſtathii locum, & facile noſtram correctionem concedes.

[59] Ἄργυννος, υἱὸς Πισιδίκης τῆς Λεύκωνος.] Ita hunc locum ſupplevimus atque emendavimus ex libris Palatinis & chartaceo Voſſiani: mutile enim & corrupte in vulgatis libris circumfertur Ἄργυνος υἱὸς τῆς Λεύκωνος, quod manifeſte articulus τῆς & hujus ſectionis titulus indicant. Leuconem Athamantis filium fuiſſe paſſim docent mythicæ theologiæ doctores. Vide Apollod. lib. I. Pauſaniam, Hyginum & alios. Verum præterea huic Stephani loco aliud quid excidiſſe, non eſt quod valde dubitem: nam firmiter mihi perſuadeo, hoc tmema deſcriptionem fluminis, vel aliud quid continuiſſe, quam fortaſſis Epitomator rejecit.

[60] ὃς ἀνιὼν εἰς τὸν Κηφισὸν, τελευτᾷ. A
[61] ἀφ' οὗ Ἀργυννίδα τὴν Ἀφροδίτην ἐτίμησε. [62] λέγεται καὶ Ἀργεννίς. [63] Ἀριστοφάνης δὲ Ἀργυνεῖ, διὰ διφθόγγου. ὁ οἰκήτωρ, Ἀργύννιος.

matus. Hic ad Cephiſum deſcendens, ibi obiit. Hinc Agamemnon Venerem Argynnidem coluit. Dicitur quoque Argennis. Verum Ariſtophanes utitur Ἀργυνεῖ cum diphthongo. Incola Argynnius appellatur.

ἈΡΓΥΡΑ [64], μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ, [65] ὅ ἐστι κριθῆς νήσου· καὶ γὰρ εὐφορωτάτη ἐστὶ, καὶ πλεῖστον ποιεῖ χρυσόν. τὸ ἐθνικὸν Ἀργυρείτης, ἢ Ἀργυρηνός· ἀμφότεροι γὰρ οἱ τύποι συνήθεις. B

ARGYRA, metropolis in Indica inſula Taprobane, hoc eſt inſula hordei. Hæc fertiliſſima eſt, & multum auri profert. Gentile Argyrita & Argyrenus, utraque enim forma ibi non eſt inſolens.

ἈΡΓΥΡΙΝΟΙ, ἔθνος Ἠπειρωτικὸν, ὡς Τίμαιος, καὶ Θέων. καὶ Λυκόφρων, C

εἰς Ἀργυρίνους, καὶ Κεραυνίων νάπας.

ARGYRINI, gens Epirotica, auctoribus Timæo & Theone. Hujus quoque Lycophron meminit.

Ad Argyrinos & Cerauniorum ſaltus.

ἈΡΓΥΡΙΠΠΑ, [66] πόλις τῆς Δαυνίας, κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον. Λυκόφρων, D

Ὁ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν.

[67] αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο. [68] Διομήδης μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου ἐτείχισε, καὶ μετωνόμασεν Ἄργος Ἵππιον, [69] τὸ ἐθνικὸν, Ἀργυριππιανός. Στράβων [70] Ἀργυριππηνός φησιν. E

ARGYRIPPA, Dauniæ civitas juxta Jonium ſinum, de qua Lycophron mentionem facit,

Ille vero Argyrippam Dauniorum hæreditatem.

Hæc Lampe appellabatur. Hanc Diomedes poſt captum Ilium muro cinxit, & Argos Hippium denominavit. Gentile, Argyrippanus: Strabo Argyrippenus dixit.

ἈΡ- AR-

[60] Ὃς ἀνιὼν εἰς τὸν Κηφισὸν, τελευτᾷ.] Hujus fabulæ meminit Athenæus lib. XIII. cap. VIII. Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος, ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας, εἰς αὐτὸν καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος. Propertius lib. III. Eleg. VI.

Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,
Quæ notat Argynni pœna natantis aquas.

Non poſſum non mirari nimiam Joh. Paſſeratii credulitatem, referentis ad hunc Propertii locum, Janum Parrhaſium hanc fabulam ex voce Κηφισσὸς citare, & integro Stephani codice uſum fuiſſe, quem ipſe Euſtathius non vidit, qui ferme ducentos ante Parrhaſium annos vixit. Hanc opinionem eſſe falſiſſimam, alibi demonſtrabimus.

[61] Ἀφ' οὗ Ἀργυννίδα τὴν Ἀφροδίτην.] Sic reſcripſimus pro ἀφ' οὗ Ἀργεννίδα τὴν Ἀφροδίτην. Clemens Alexandrinus ad gentes tradit, Veneris templum propter Argynnum, ab Agamemnone dilectum, erectum eſſe.

[62] Λέγεται καὶ Ἀργεννίς.] Ex hoc loco liquet, in præcedentibus optime, mediam vocalem à nobis in Y mutatam eſſe.

[63] Ἀριστοφάνης δὲ Ἀργυνεῖ.] Et hunc locum cenſeo in levi mendo cubare, nam dipthongum non video niſi in ultima, de quo non loquitur Stephanus. Fortaſſis corrigendum eſt: Ἀριστοφάνης δὲ Ἀργυνεῖ.

[64] Ἄργυρα μητρόπολις, ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ.] Codex Voſſ. ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνης. Statuit doctiſſimus Bochartus hæc eſſe corrupta, & Ἰαβαδίου ſcribendum pro Ταπροβάνῃ: nam hæc non ad Taprobanæ, ſed ad Jabadiæ inſulæ deſcriptionem pertinent, qualis exhibetur Ptolemæo cap. II. lib. VII. Ἰαβαδίου, ὃ σημαίνει κριθῆς νῆσος. Εὐφορωτάτη δὲ λέγεται ἡ νῆσος εἶναι, καὶ ἔτι πλεῖστον χρυσὸν ποιεῖν, ἔχειν τε μητρόπολιν ὄνομα Ἀργυρῆν ἐπὶ τοῖς δυσμικοῖς πέρασι. *Jabadiu*, id eſt, *Jaba diu* ſive inſula *Java*. Perſis enim & Indis *Diu* inſulam denotare, nemo eſt qui neſciat, atque inde quoque dici inſulas *Maldivas*, *Anchedivas*, *Serindivam* &c. Sed quia hordei inſulam explicari videt idem Bochartus, firmiter ſibi perſuadet, verum nomen olim fuiſſe *Jabiddiu*, & alterum D excidiſſe ad vitandam κακοφωνίαν. Hæc conjectura nititur Arabica voce

جبد *jabad* vel أيبد *aibad*, qua ſignificatur herba aut ſeges hordeo ſimilis, jumentis ſaginandis deſtinata. Neque etiam Illuſtriſſimus Salmaſius hæc de Taprobane accipere potuit, uti in Plinianis Exercitationibus luculenter docet. Duæ fuerunt regiones in India extra Gangem, quarum altera Χρυσῆ χώρα, altera Ἀργυρῆ dicebatur, quod his metallis eſſent fertiles. Ptolemæus in diſcriptione Indiæ ulterioris lib. VII cap. II. Τῆς δὲ Ἀργυρᾶς χώρας, ἐν ᾗ πλεῖστα λέγεται εἶναι μέταλλα ἀσήμου, ὑπέρκειται πλησιάζουσα τοῖς Βησυγγίταις ἡ χρυσῆ χώρα, καὶ αὐτὴ πλεῖστα μέταλλα ἔχουσα χρυσίου. Mela lib. III cap. VII. *Ad Tamum inſula eſt Chryſe, ad Gangem Argyre. Altera aurei ſoli (ita veteres tradidere) altera argentei: atque ita ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula eſt.* Vide quoque Plinium lib. VI cap. XXI. Solinum cap. LII.

[65] Ὅ ἐστι κριθῆς νήσου.] Emendabat magnus Salmaſius in Plin. Exercit. ἡ ἐστὶ κριθῆς νῆσος. Verum optime mihi exhibuit cod. Voſſianus: ὃ ἐστὶ κριθῆς νῆσος. Quam lectionem puto eſſe veriſſimam.

[66] Πόλις τῆς Δαυνίας.] Inter Luceriam & Sipontum verſus mare ſita eſt, adeo ut non recte in mediterraneis Apuliæ civitatibus à nonnullis collocetur. Vide integram urbis deſcriptionem apud Cluverium.

[67] Αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο.] Vereor ne corruptum ſit hoc civitatis nomen: nam præterquam quod nemo ſcriptorum veterum de hoc nomine mentionem faciat: nullam ipſe Stephanus iſthoc in vocabulo de Italiæ *Lampe* memoriam reliquit, tantum Creticam, Acarnanicam & Argolicam deſcribens. Fortaſſis hoc loco reſcibendum eſt: αὕτη Ἄρποι ἐκαλεῖτο. Sic Plinius lib. III cap. XI: Juſtinus lib. XX: Solinus cap. VIII: Lycophronis Scholiaſt. & alii plurimi hanc urbem appellarunt: ſed Lampe ipſis nomen eſt omnino incognitum.

[68] Διομήδης μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου.] Vigilius lib. XI.

Et Venulus, dicto parens, ſic farier inſit:
Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque caſtra,
Atque iter emenſi, caſus ſuperavimus omnes;
Contigimuſque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam, patriæ cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Japygis agris.
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi,
Munera proferimus: nomen patriamque docemus:
Qui bellum intulerint: quæ cauſa attraxerat Arpos.

Ad quem locum vide Servium.

[69] Τὸ ἐθνικὸν Ἀργυριππιανός.] Hoc gentile vitiatum eſſe oſtendit Cluverius lib. III cap. XII in Italiæ deſcriptione, qui Ἀργυριππανὸς reſtituit.

[70] Ἀργυριππηνός.] Strabo lib. VI. τὸ τῶν Ἀργυριππηνῶν ἐπίνειον. Sine dubio hunc locum reſpicit Stephanus.

ἌΡΓΥΡΟΣ [71], πόλις. Φίλιστος ἐν-ννάτῃ. A

ἈΡΔΑΛΊΔΕΣ, καὶ Ἀρδαλιώτιδες, τιμῶνται αἱ Μοῦσαι ἐν Τροιζῆνι, [72] ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου, ἢ ἀπὸ τόπου. [73] ἔστιν οὖν τοῦ μὲν Ἀρδαλιῶτις, τὸ ἀρσενικὸν Ἀρδαλιώτης· τοῦ δ' Ἀρδαλὶς, Ἀρδαλὸς, ὡς Θετταλός. B

ἌΡΔΕΑ [74], κατοικία τῆς Ἰταλίας· Στράβων πέμπτῃ. [75] ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης. [76] αὕτη Τροία C ἐλέγετο, ὡς Χάραξ. [77] οἱ οἰκοῦντες, Ἀρδεᾶται. [78] ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας διὰ τοῦ ι, ὡς Στράβων. [79] τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος.

Ἀ·ΡΔΎΝΙΟΝ, πόλις ἐν Θήβης πεδίῳ, D ὡς Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδυνιος.

ἈΡΈΘΟΥΣΑ [80], πόλις Συρίας, [81] καὶ Θρᾴκης,

ARGYRUS, urbs, de qua Philiſtus lib. IX.

ARDALIDES, & Ardaliotides Muſæ in Trœzene coluntur: nomen habent ab Ardalo quodam conditore, vel à loco ipſo. A voce Ardaliotis igitur deducitur maſculinum, Ardaliotes: ſed ab Ardalis Ardalus, uti Theſſalus.

ARDEA, Italiæ colonia, quam Strabo libro V meminit: ita dicta ab uno filiorum Ulyſſis & Circæ. Hæc olim Troja appellabatur, quemadmodum Charax auctor eſt. Incolæ Ardeatæ nuncupantur. Eſt quoque Illyriæ urbs, cujus nomen cum I ſcribitur, de qua Strabo mentionem facit. Gentile, Ardiæus.

ARDYNIUM, urbs in campo Thebano, auctore Xantho, libro rerum Lydiacarum ſecundo. Gentile, Ardynius.

ARETHUSA, urbs Syriæ, & Thraciæ,

71 Ἄργυρος πόλις.] Qua in mundi regione urbs fuerit ſita non additur, quod manifeſtiſſimum ſignum haberi poteſt, ipſum Stephani opus in Epitomen eſſe redactum, qui paſſim regionum ac provinciarum appellationes, & nonnunquam ſpecialem oppidorum ſitum enarrat. Argyrum Siciliæ oppidum fuiſſe hinc liquet, quod Epitomator de eo Philiſti teſtimonium in medium adducat, qui rerum Sicularum celeberrimus fuit ſcriptor.

72 Ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου, ἢ ἀπὸ τόπου.] In vulgatis libris ultima verba hunc in modum concipiuntur, ἢ καὶ ἀπὸ τόπου: verum in MSS conjunctio copulativa non conſpicitur, eamque ut voculam plane ſupervacaneam rejecimus. Præterea hic aliud quid latet, nam locum eſſe mutilum, & ei poſt ἱδρυσαμένου aliquid excidiſſe, vehementer mihi perſuadeo. Fortaſſis ita eſt ſupplendus: ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου τὸ ἱερὸν αὐτῶν. Si hic locus ita corrigatur, à Pauſania non recedimus, ex quo hæc de Muſis tranſcripſit Stephanus, ita enim ille lib. II: Οὐ πόρρω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστί. ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου. καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι λόγων τέχνην φασί, καί τι βιβλίον, Πιτθέως δὲ σύγγραμμα, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου, καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. Τοῦ Μουσείου δὲ πόρρω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες τὸν ὕπνον θεῶν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις.

73 Ἔστιν οὖν τοῦ μὲν Ἀρδαλιῶτις &c.] Fortaſſis totus hic locus ita eſt legendus: Ἔστιν οὖν ἐκ τοῦ μὲν Ἀρδαλιῶτις, ἀρσενικὸν Ἀρδαλιώτης, ἐκ δὲ τοῦ Ἀρδαλὶς Ἀρδαλός. Præpoſitio ἐκ à MSS & vulgatis libris abeſt, ſed planior eſt ſenſus, ſi hic inſeratur.

74 Ἄρδεα, κατοικία τῆς Ἰταλίας. Στράβων πέμπτῃ.] Verba Strabonis hæc ſunt: Ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεων, ἐστὶ τὸ Λαουίνιον, ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης. ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεᾶται. Εἶτα Λαύρεντον. Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἀρδέα κατοικία Ῥουτούλων ἄνω ὁ σταδίους ἀπὸ θαλάττης. Idem Strabo libro dicto etiam tradit, ab Ardea Romam ſtadia numerari CLX, adeo ut ex hiſce locis ſatis accurate ſitus cognoſci poſſit: plura qui deſiderat, Cluverii Italiæ antiquæ deſcriptionem conſulere neceſſe habet, qui obſervat, etiamnum hodie vicum eſſe hoc nomine in Latii mediterraneis.

75 Ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως.] Plinius libro III. cap. V. urbis conditricem facit Danaën Perſei matrem. Unde ejus Abbreviator Solinus cap. VIII: *Quis ignorat conditam à Danaë Ardeam?* Mart. Capella lib. VI: *Hoc loco poſſem etiam urbium percurrere conditores; ut à Jano Janiculum, à Saturno Latium, à Danaë Ardeam* &c. Virgil. lib. VII. Æneid.

Protinus hic fuſcis triſtis Dea tollitur alis,
Audacis Rutili ad muros: quam dicitur urbem
Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis,
Præcipiti delata Noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

Procul dubio Stephanus hæc de conditore Ardeæ hauſit ex Dionyſio Halicarnaſſæo, qui Xenagoram lib. I. ita introducit: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ. Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν. οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας. Plura de conditoribus colligere, non videtur neceſſarium, cum alii diligentiſſime ante nos hanc materiam pertractarint.

76 Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ.] Miratur Cluverius unde hæc habeat Charax: nam eum locum, in quem primum egreſſus ferebatur Æneas, in oppidi modum communitum, appellatum fuiſſe Trojam, alibi oſtendit. Verum quia Æneæ Troja paululum à mari recedebat (uti teſtatur Dionyſ. lib. I. & alii) quidam, ut idem notat Cluverius, per ſummum errorem eandem fuiſſe putarunt & Ardeam, quia hæc quoque à mari remota eſt. Verum Holſtenius optime cenſet, hic aliud quid latere, ſcil. Χάρακα ab Ænea extructam, Trojam dictam fuiſſe, uti liquet ex Dionyſio Hal. pag. 880: cujus locum (quem nondum inveni) fortaſſis reſpexit & detruncavit Stephanus.

77 Οἱ οἰκοῦντες, Ἀρδεᾶται.] Ita Græcis oppidi incolæ, & Latinis ſcriptoribus ARDEATES appellantur, quod gentile aliquoties apud Livium lib. IV. & alios occurrit: Verum reperitur etiam ARDEATINUS: ſic apud Senecam epiſt. CV. eſt *Ardeatinus ager*, & apud Livium lib. III. *Ardeatinum fœdus*.

78 Ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας &c.] Locus Strabonis exſtat libro VII, ſed in hodiernis codicibus urbis nomen non cum I, verum cum diphthongo exaratur: Πρὸς δέ τινι Ἀρδεία, πᾶσα ἡ Ἀρδεία σχεδόν τι, μέση δ' ἡ Παιονία, καὶ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή.

79 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος.] Male in MSS legitur, τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδαῖος. Paſſim apud Strabonem libro VII, Ἀρδιαῖοι reperitur.

80 Ἀρέθουσα, πόλις Συρίας.] Urbs Syriæ ſatis celebris, non procul ab Apamea, media inter Epiphaniam & Emiſam ſita, de qua præter Plinium, Appianum & alios plurimos, etiam Strabo lib. XIV, mentionem facit: Ὧν ἐστι καὶ ἡ Λυσιὰς ὑπὲρ τῆς λίμνης κειμένη τῆς πρὸς Ἀπαμείᾳ, καὶ Ἀρέθουσα, καὶ ἡ Σαμψικεράμου &c.

81 Καὶ Θρᾴκης.] Proprie urbs eſt Macedoniæ, regionis Amphaxitidis circa Strymonicum ſinum ſitæ. Hoc non eſt novum & inſolens, Thraciæ & Macedoniæ confinia à ſcriptoribus commiſceri. Hujus meminere Plinius, Ptolemæus, Scylax Caryandenſis, Ammianus Marcellinus & alii.

κης, [82] καὶ Εὐβοίας, [83] καὶ κρήνη Σικελίας. A
ἔστι καὶ Ἰθάκης·

[84] Παρ' Κόρακος Πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ,

Ὅμηρος. αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο, Δίδυμος ὑπομνηματίζων τὴν Ν τῆς Ὀδυσσείας φησὶν, B [85] Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀκτώ. [86] Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου, τὴν αὐτὴν ὑπομνηματίζων φησὶν, [87] ἀρῶ ἐστι τὸ ποτίζω, οὗ τὸ ἄρδω παράγωγον· ἐκ τούτου ἀρέθω, ὡς φλέγω φλεγέθω. [88] ἀφ' οὗ πᾶσα κρήνη ἐπιθετικῶς οὕτω λέγεται. C τὸ ἐθνικὸν, Ἀρεθούσιος.

ἌΡΕΙΑ, κρήνη ἐν Θήβαις, καὶ τόπος, ὃν οἱ κατοικοῦντες Ἄρειοι καλοῦνται. καὶ ἔστιν ἀπὸ δύο ἓν ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Μόψου ἑστία Μοψεάτης, καὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὸ Μη- D τρῷον.

ἌΡΕΙΟΣ ΠΆΓΟΣ [89], ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐννάτῳ. [90] ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον, διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ σιδήρου γιγνομένας μιαι- E φονίας. Φιλόχορος δ' ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ βιβλίῳ, [91] ὅτι Ἀλιρρόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν βιαζό-

A ciæ, & Eubœæ, & fons Siciliæ, atque etiam Ithacæ.

Apud Coracis Petram, ad fontem Arethuſam.

Homerus. Hæc quoque Cypara appellabatur. B Didymus in librum Odyſſeæ N commentans, refert octo Arethuſas eſſe. Heracleo Glauci F. eandem commentariis explicans, ita inquit: Ἀρῶ ſignificat irrigo, unde derivativum eſt ἄρδω madeo. Inde deducitur Ἀρέθω, humecto: uti à φλέγω ardeo φλεγέθω comburo. Hinc omnis fons C adjective ſic [Arethuſa] appellatur. Gentile, Arethuſius.

AREA, fons Thebanus, & locus cujus incolę Arii vocantur. Ex duabus vocibus unum gentile conficitur, uti à Mopſi Heſtia Mopſeates, & à D Matre Deorum fit Μητρῷον, quod Phrygiæ Deæ fanum denotat.

AREOPAGUS, Athenienſium arx teſte Apollodoro libro nono de Diis. Illo in loco ſententiam capitis, de homicidiis ferro perpetratis, pronuntiabant. Philochorus vero E libro ſecundo hiſtoriæ Atticæ refert: Halirrhotium Neptuni filium, ibi à Marte fuiſſe inter-

[82] Καὶ Εὐβοίας.] In Eubœa non fuit urbs hujus nominis, ſed fons ſatis celebris, de quo poſt Homerum Strabo lib. I. & X: Plinius lib. IV cap. XII: Athenæus lib. XIV cap. I: Euſtathius ad Dionyſium de ſitu orbis. Euripides in Iphig. &c.

[83] Καὶ κρήνη Σικελίας.] De hoc Siciliæ fonte celeberrimo, de quo priſci ſcriptores immania prorſus fabulati ſunt, nihil dicam: ejus luculentam deſcriptionem nobis exhibet Cluverius Sicil. Ant. lib. I. Verum hoc obiter addam, ab Heſychio hunc fontem Κυπάρα nominari, ita enim ille: Κύπαρα, ἡ ἐν Σικελίᾳ κρήνη Ἀρέθουσα. Ergo peſſime hæc appellatio à Stephani Epitomatore Ithacenſi fonti adſcribitur: optime obſervavit Bochartus, illa poſt vocem Ὅμηρος verba, loco eſſe mota, & alio debere transferri, ita enim ille locum Epitomatoris conſtituit: Καὶ κρήνη Σικελίας, αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο. ἔστι καὶ Ἰθάκης.

[84] Παρ' Κόρακος πέτρῃ &c.] Eſt Homericus verſus ex Odyſſea N. circa finem. Unde fons ille Ithacenſis nomen ſit ſortitus, lepidiſſima fabula docet Euſtathius ad Homeri locum jam allegatam; Κόραξ δὲ οὗτος ἦν ἐγχώριος ἀνὴρ, υἱὸς Ἀρεθούσης, γυναικὸς ἐκ τῆς ἐκεῖ. ὃς διώκων λαγωὸν ἐν Ἰθάκῃ, κατὰ κρημνοῦ ἠνέχθη καὶ τέθνηκεν. ἡ δὲ μήτηρ διὰ λύπην ἐλθοῦσα ἐπί τινα κρήνην, ἀπήγξατο. ἐντεῦθεν ἀπὸ μὲν τῆς μητρός, Ἀρέθουσα κρήνη ἐκεῖ &c. Ἔστι δέ φασιν Ἀρέθουσα καὶ ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐν Χαλκίδι τῇ κατὰ Εὔβοιαν, καὶ ἐν Συρακούσαις, ἣ καὶ μάλιστα ἐν ἱστορίαις τεθρύληται.

[85] Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀκτώ.] Hoc eſt falſiſſimum, non enim ex veteribus tot poſſent enumerari. Commentator qui Didymi nomine proſtat ad Odyſſ. N ita inquit: Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ. ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ.

[86] Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου τὴν αὐτὴν ὑπομνηματίζων &c.] Quæ noſter ex Heracleonte de etymologia & ſignificatione vocis Arethuſæ hoc commate perhibet, Theocriti Scholiaſtes ex Epaphrodito hauſit, cujus etiam Stephanus in genuino operis fragmento, ubi Dodonem deſcribit, meminit: hæc ſunt Scholiaſtæ verba. Ἔστι καὶ ἐν Εὐβοίᾳ Ἀρέθουσα, καὶ ἄλλη ἐν Σάμῳ. Παρὰ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ. Χαριέντως δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτος φησιν, ὅτι Ἀρεθούσας καλοῦσι τὰς κρήνας. Ita legendus eſt hic Scholiaſtæ locus, qui in vulgatis male concipitur. Præteræa falſiſſimum hoc eſt, in Samo (non intelligo Icarii maris inſulam, è regione Joniæ poſitam, ſed Samum maris Jonii, poſtea Cephaleniam nuncupatam) fontem hoc nomine extitiſſe; quot enim de illo mentionem fecere, in Ithaca è regione Sami collocant.

[87] Ἀρῶ ἐστὶ τὸ ποτίζω &c.] Annotavit Bochartus nec ἄρω nec ἀρέθω, unde Arethuſam volunt dici, in rigandi ſignificatione uſpiam occurrere: Sed loca plurima vide apud Heſychium & Etymologici magni auctorem.

[88] Ἀφ' οὗ πᾶσα κρήνη ἐπιθετικῶς οὕτω λέγεται.] Quemadmodum Arethuſa pro quovis fonte, ita Achelous pro quovis flumine accipitur. Servius ad lib. I. Georg. Virg. *Sed hic Acheloum non præter rationem dixit: nam ſicut Orpheus docet, & Ariſtophanes Comicus, & Ephorus hiſtoricus tradunt; Acheloum generaliter propter antiquitatem fluminis, omnem aquam veteres vocabant.* Heſychius: Ἀχελῷος, ποταμὸς Ἀκαρνανίας, καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτως λέγεται. Ita quoque Ἄναυρος Theſſaliæ fluvius eſt, quemadmodum pro certo conſtat ex Heſiodo, Lucano, Callimachi interprete, Heſychio & aliis: verum ἄναυροι etiam ſumuntur pro torrentibus τοῖς ἐξ ὑετῶν συνισταμένοις. Ida proprie mons eſt Troadis, ſed appellative quemvis montem & locum excelſum denotat. Heſychius: Ἴδας, εἴδη καὶ πάντα τὰ ὑψηλά. Mox apud eundem ſequitur: Ἴδη, θέασαι. ἢ ὄρος Τρωίας, ἡ ὕλη, παρὰ δὲ Ῥοδίοις τὸ ξηρὸν ὄπιον. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν ὑψηλὸν τόπον καὶ μορφήν. Ἴωνες δὲ, δρυμῶν ὄρος. Ita fortaſſis hic legendum eſt pro τὸν ψιλὸν τόπον. Neque aliter ſe res habet cum voce Σείριος, quæ Caniculam denotat proprie, ſive ſtellam, quæ æſtus incrementa ſecum adferre exiſtimatur: verum Ibycus, teſtibus Heſychio & Suida, omnia ſidera ſic nuncupavit. Heſychius: Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Σειρὰ τοῦ κυνὸς δίκην, Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα, ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα. Plurima itaque vocabula proprio ſignificatu gaudentia, nonnunquam προσηγορικῶς ſive appellative accipiuntur.

[89] Ἄρειος Πάγος.] Cum alii hujus arcis deſcriptionem ex antiquorum ſcriptis accurate ſatis deſcripſerint, nos iis repetendis operam inſumere recuſamus. Cave ſolummodo, ne hoc loco Latinorum pagum intelligas, ſed Græcorum βουνὸν ſeu ὄχθον. Apud veteres enim ſæpenumero ὄχθος Ἄρειος reperitur.

[90] Ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις [redacted] Plinius lib. VII. cap. LVI: *Judicium capitis in Areopago primum actum eſt.*

[91] Ὅτι Ἀλιρρόθιον τὸν Ποσειδῶνος.] Cum Philochoro conſentit Pauſanias, qui hac de re in Atticis ita ſcripſit: Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ' ᾗ λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἀλιρρόθιον θυγατέρα

βιαζόμενον ὑπὸ [92] Ἄρεος, διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα. [93] τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἕν, Ἀρειοπαγίτης. [94] ἔστι καὶ ἐν Ῥώμῃ Ἄρειον Πεδίον, τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς, ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος. ἔσται οὖν τοῦ Πεδίου Πεδῖνος, ἢ Πεδιανός, [95] καὶ Ἀρειοπεδῖνος, καὶ Ἀρειοπεδιανός. [96] ἔστι καὶ Θρᾴκης ἔρημον πεδίον, χαμαιπετῆ δένδρα ἔχον, ὡς Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ.

ΑΡΕΟΣ ΝΗΣΟΣ [97], πρὸς τοῖς Κόλχοις, ἐν τῷ Πόντῳ· Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. [98] τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τῶν δυοῖν παρηγμένον.

ΑΡΗΝΑΙ, [99] δύο πόλεις, Μεσσήνης καὶ Τριφυλίας. Ὅμηρος,

---- Καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν.

[1] τὸ ἐθνικὸν Ἀρηναῖος. τὸ τοπικὸν, Ἀρήνηθεν.

ΑΡΗΣ, Ἄρητος, ὡς Μένδητος, χωρίον Εὐβοίας. Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ Φιλιππικῶν. [2] τὸ ἔθνος Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Ἀγρήσιος.

ΑΡΙΑ [3], θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως Περσικὴ

A interremptum, propterea quod Alcippæ ejus filiæ vim intulerat. Ex duobus vocabulis unum gentile, Areopagites formatur. Eſt item Romæ Campus Martius Ἄρειον Πεδίον, cujus gentile oportebat eſſe Ἀρειοπεδιεύς: verum hæc forma Romanis non convenit. B Igitur deducendum erit à voce Πεδίον Pedinus ſive Pedianus, & Ariopedinus & Ariopedianus. Eſt item Thraciæ Ariopedium, humiles arbores habens, quemadmodum Polybius libro XIII, perhibet.

C AREOS NESOS, Inſula Martis in Ponto juxta Colchos, teſte Scumno in Aſia. Gentile Aræus, quod ex uno duorum derivatum eſt.

ARENÆ, duæ urbes hoc nomine, altera D Meſſeniæ, altera Triphyliæ. Homerus,

---- *Et Arenen amabilem.*

Gentile, Arenæus. Locale, ex Arena.

ARES Aretis, uti Mendetis, caſtellum Eubœæ, auctore Theopompo rerum Philip- E picarum libro XXIV. Gentile, Areſius, uti Mendeſius Phagreſius.

ARIA, genere fœminino & neutro, Perſica

θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύνοντα, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως, καὶ δίκην ὑπὸ τούτῳ τοῦ φόνου γενέσθαι πρῶτον. Idem eodem libro: Ἔστι δὲ Ἄρειος Πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐν ταύτῃ ἐκρίθη. καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιρρόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε.

92 Διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα.] Sine dubio vox quædam hic excidit, quæ ſenſum turbat. Fortaſſis ita locus eſt refingendus: Διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα αἰσχυνθεῖσαν. Vel ſimile quid adjiciendum eſt.

93 Τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἕν, Ἀρειοπαγίτης.] Hic locus, ſi quis alius, in vulgatis Stephani libris miſere truncatus & mutilus circumfertur hunc in modum: Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς, ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος. Vidit doctiſſimus Valeſius hiſce verbis aliquid deeſſe, cum nititur hic novi tmematis initium facere tali modo. Ἄρειον πεδίον πλησίον τῆς Ῥώμης. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς, ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος &c. Verum cum neceſſario gentile τοῦ Ἀρείου πάγου debebat præcedere, & hæc in libris ſcriptis continuatim leguntur, viri docti emendatio minime eſt admittenda. Noſtra ex chartaceo Voſſiano & MSS Palatinis emendatio ſive lacunæ ſuppletio, non eſt veriſimilis conjectura, quæ pro lectorum arbitrio vel admitti vel reſpui poſſit, ſed indubitata & veriſſima lectio.

94 Ἔστι καὶ ἐν Ῥώμῃ Ἄρειον πεδίον.] De Campo Martio nihil omnino dicturi ſumus, cum clariſſima Reipublicæ literariæ lumina, & etiam ipſi veteres ſatis accuratam deſcriptionem exhibuerint.

95 Καὶ Ἀρειοπεδῖνος, καὶ Ἀρειοπεδιανός.] Et hic locus in libris editis non bene erat conſtitutus, in iis enim excuſum erat: Καὶ Ἀρειοπεδῖνος, καὶ Ἀρεοπεδινός. Hanc correctionem, quam ex MSS edi curavimus, eſſe certam, nemo ſanus indubium vocabit.

96 Ἔστι καὶ Θρᾴκης ἔρημον πεδίον.] Suſpecta hæc eſt lectio & vix admittenda, licet conſtanter ita legunt libri editi & manu exarati. Fortaſſis reſcribendum erit: Ἔστι καὶ Θρᾴκης Ἄρειον πεδίον, nam Ἀρία ipſa Thracia dicta fuit, ut alibi teſtatur Stephanus: Ἔστι δὲ Θρᾴκη χώρα, ἡ Πέρκη ἐκαλεῖτο, καὶ Ἀρία.

97 Ἄρεος νῆ[redacted] Κόλχοις.] Hanc Ariam, obſervante Clar. Voſſio, Apollonius & Arrianus in Periplo Ἀρητιάδα vocant. Plinio dicitur Chalceritis, fortaſſis ab avibus quas χαλκήρεις, σιδηροπτήρους & σιδηρόνυχας fabulati ſunt. Verum Latinis proprie *Inſula Martis* appellabatur, ita enim legimus apud Hyginum Fab. XXX: *Aves Stymphalides in Inſula Martis, quæ emiſſis pennis ſuis jaculabantur, ſagittis interfecit.* Mela lib. II, cap. VII. ſimpliciter inſulam hanc *Ariam* appellavit, eamque Colis vicinam fecit: *Non longe à Colis Aria, quæ Marti ſacrata, ut fabulis traditur: tulit aves cum ſumma clade advenientium, pennas quaſi tela jaculatas.* Verum recte ſtatuitur, hanc inſulam & Colis & Colchis propinquam fuiſſe, uti luculenter docet ad illum locum jam ſupra laudatus Voſſius.

98 Τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος.] Stephanus hoc gentile deducit à voce Ἄρεος: verum quia etiam Ἀρία appellatur, Clar. Voſſius, inde potius deductum voluit, culpans Stephani ignorantiam, quod neſciverit Ἀρείαν nuncupatam fuiſſe.

99 Ἀρῆναι, δύο πόλεις.] Vide Strab. lib. VIII: Apoll. Schol. Euſtath. ad Hom. pag. 296, & alios. Pauſ. lib. IV. refert, Aphareum Arenem Meſſeniacam condidiſſe, & ei à filia Oebali nomen impoſuiſſe. Vide Homeri verba in Cat. navium.

1 Τὸ ἐθνικὸν Ἀρηναῖος.] Conſentit quoque Euſtathius, ita enim ille loco jam citato: Ἀρήνη δὲ ἧς καὶ ἀλλαχοῦ μνησθήσεται ὁ ποιητής, τὸν μὲν πολίτην αὐτῆς, Ἀρηναῖον παράγει.

2 Τὸ ἔθνος Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Ἀγρήσιος.] Cujus gentis aut urbis gentile ſit ultimum vocabulum, fateor me ignorare: ſine dubio corruptum eſt, & emendandum Φαγρήσιος. Stephanus: Φάγρης, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν Φαγρήσιος λέγεται. Nuſquam etiam noſter τὸ ἔθνος pro ἐθνικὸν poſuit, totum locum itaque ſic corrigerem: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Φαγρήσιος.

3 Ἀρία.] Unde nomen habeat docet Euſtathius ad Dionyſium de ſitu orbis pag: Ἐοίκασι δὲ οὕτω λέγεσθαι ἀπὸ Ἀρείου ποταμοῦ, ὡς παρεμφαίνει Ἀρριανὸς ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. Hæc Euſtathius habet fortaſſis ex Ariani lib. VI. ubi ſic inquit: Καὶ Ἄρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστί. Aria regio ſemper dicta fuit illa tantum portio terræ, uti optime ſcribit Clar. Voſſius ad Melam, quæ ad Arium flumen erat ſita, Arii vero qui illam inhabitabant. Sed poſtquam ab Ariis ſubacti fuere Bactrii, Gedroſi, Sogdiani, aliæque complures gentes, factum eſt, ut pleræque iſtæ regiones Ariorum dicerentur provinciæ: quod non ita eſt interpretandum, quaſi omnes hi populi Arii deberent appellari, ſed quod in Arriorum eſſent ditione. Multis probare nititur Salmaſius Ariam & Arianem eandem eſſe regionem, ſed Voſſius jam ſupra laudatus luculenter probat, hanc opinionem à vero eſſe longe alienam.

σικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος. [4] τὸ ἐθνικὸν Ἄριοι, ὡς αὐτός φησι, καὶ Ἀριεῦς.

ἈΡΙΑΝΊΑ [5], ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις· Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ.

ἈΡΙΑΡΑΘΕΙΑ, πόλις πλησίον Καππαδοκίας, [6] ἀπὸ Ἀριαράθου Καππαδοκίας βασιλεύσαντος, γαμβροῦ Ἀντιόχου.

ἈΡΙΑΝΘΗ, πόλις Οἰνώτρων· Ἡρωδιανὸς ιβ.

ἈΡΙΝΔΗΛΑ [7], τρίτης Παλαιστίνης. Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρινδηληνός.

ἈΡΙΚΕΙΑ [8], πόλις Λατίνων· [9] Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς. [10] ὁ πολίτης, Ἀρικηνός.

ἌΡΙΜΑ [11]. [12] Ὅμηρος,

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος. ----

[13] οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν Πιθηκούσαις παρὰ Τυρρηνοῖς φασὶ γενέσθαι τὸν μῦθον. [14] τὸ ἐθνικὸν, Ἀριμαῖος. ἐκαλοῦντο καὶ Ἄριμοι.

ἈΡΙΜΑΣΠΟΊ, ἔθνος Ὑπερβορέων. [15] τὸ ἐθνικὸν, Ἀριμάσπειος.

ἈΡΙ-

ſica regio eſt, cujus Hellanicus meminit. Gentile Arii, ut idem tradit, & Arienſis.

ARIANI, gens Caduſiis proxima, auctore Apollodoro in libro II.

ARIARATHEA, urbs prope Cappadociam, quæ ab Ariarathe Cappadociæ rege, Antiochi genero nomen accepit.

ARIANTHE, urbs Oenotrorum, auctore Herodiano lib. XII.

ARINDELA, tertiæ Palæſtinæ urbs. Glauccus vicum appellat. Gentile, Arindelenus.

ARICIA, urbs Latinorum, cujus Dionyſius libro V & VI, mentionem fecit. Oppidanus, Aricinus.

ARIMA. Homerus.

In Arimis, ubi ajunt Typhoei. ---

Fabulam hanc nonnulli in Ciliciam, alii in Syriam rejiciunt; alii autem Pithecuſis apud Etruſcos contigiſſe memorant. Gentile Arimæus. Vocabantur quoque Arimi.

ARIMASPI, gens Hyperboreorum. Gentile, Arimaſpius.

ARI-

[4] Τὸ ἐθνικὸν, Ἄριοι.] Xylandri editionem ſequimur: peſſime in prioribus excuſum eſt: τὸ ἐθνικὸν, Ἄριστοι. In Voſſiano: τὸ ἐθνικὸν, Ἄρειος.

[5] Ἀριανία, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις.] Hæc non videtur gentis, ſed regionis eſſe appellatio: conſtanter in vulgatis prioribus & MSS legitur: Ἀριάρεια, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις. Salmaſius in Plinianis Exercitationibus bis hunc Stephani locum citavit, verum non eodem modo: altero loco, Ἀριανὴ, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις: altero vero hunc in modum: Ἀριανοὶ, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις, cui lectioni & nos calculum album adjicimus. Regionis nomen non eſt Ἀριανία, neque Ἀριάρεια, ſed Ἀριανὴ, quod paſſim apud Strabonem, Arrianum, Dionyſium Perieg. & alios occurrit, & Latinis ſcriptoribus *Ariane* dicitur. Quemadmodum Salmaſius inter *Ariam* & *Arianem* nullam ſtatuit differentiam, ita quoque *Arii* & *Ariani*, Ἄριοι & Ἀριανοὶ ſive Ἀρηνοὶ ipſi eadem gens habetur, ita enim ſcribit in Plinianis Exercit. *Sic quantum ad nomen attinet nulla inter* Ἀρίους *&* Ἀριανοὺς *differentia: nam* Ἄριοι *&* Ἀριανοὶ *iidem, ut* Βάκτριοι *&* Βακτριανοὶ, Πάρθιοι *&* Παρθηνοὶ *& alia ejuſmodi.* Verum quamnam veteres inter Ἀρίους & Ἀριανοὺς, atque inter Ἀρίαν & Ἀριανὴν differentiam ſtatuerint, clariſſime docet Incomparabilis Iſaacus Voſſius in obſervationibus ſuis ad Pomp. Melam.

[6] Ἀπὸ Ἀριαράθου.] De Ariarathe Cappadociæ rege paſſim apud Juſtinum, & Strabonem lib. XII, mentio exſtat. Sed cujuſnam Antiochi gener fuerit, non facile dixerim: primo intuitu mihi videbatur Antiochi Soteris gener, verum deinde obſervavi, Demetrium Antiochi fratrem, propter faſtiditas ſororis nuptias, Ariarathi bellum intuliſſe, Juſt. lib. XXXV, cap. I. *Demetrius occupato Syriæ regno, novitati ſuæ otium periculoſum ratus, ampliare fines regni, & opes augere finitimorum bellis ſtatuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociæ, propter faſtiditas ſororis nuptias, infeſtus, fratrem ejus Orofernem, per injuriam regno pulſum, ſupplicem recepit. &c.*

[7] Ἀρίνδηλα, τρίτης Παλαιστίνης.] Neſcio an proba ſit hujus loci ſcriptura: ex ſerie literarum hic legendum foret Ἀρίνδηλα. In Notitia Dig. Imp. Rom. Sectione XXI *Arieldela* legitur.

Cohors prima equitata Calamonæ.
Cohors ſecunda Galatarum Arieldelæ.

[8] Ἀρίκεια πόλις Λατίνων.] De ſitu, conditoribus & appellatione hujus oppidi legendus Philippus Cluverius lib. III. Italiæ Antiq.

[9] Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς.] Simili fere modo idem Dionyſius Stephano citatur in vocabulo Κορίολλα, hiſce verbis: Διονύσιος ς τῆς ἐπιτομῆς: ex quo loco Cluverius alterum, de quo hic ſermo eſt: ita emendat: Διονύσιος ἐν πέμπτῃ τῆς ἐπιτομῆς. Utraque ego cenſeo loca miſere eſſe mutila ac detruncata, & cujus vecordia factum ſit, affirmare non poſſum: ſaltem neque Stephano nec Epitomatori videtur aſſignandum, ſed potius imperitis tranſcriptoribus, in hiſtoricorum nominibus parum aut nihil verſatis. Interim nemo non videt, hæc ita eſſe vitiata, ut commodum inde ſenſum elici non poſſit. Quis unquam ſomniavit Dionyſium præter Antiquitates Romanas, alicujus hiſtoriæ epitomen conſcripſiſſe? Ut itaque huic loco conſtet ſenſus, non exigua mutatione opus erit. Fortaſſis reponendum eſt, Διονύσιος ἐν πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας. Conjecturam noſtram hinc magis probabilem reddimus, quod iiſdem libris de hac urbe Dionyſius mentionem fecerit. Si quis autem ſuper hoc loco evidentiora docuerit, gratias ei agam lubentiſſime.

[10] Ὁ πολίτης, Ἀρικηνός.] Sine dubio corruptum eſt oppidani nomen in vulgatis & MSS, quod apud alios ſcriptores eſt ARICINUS, quæ forma, ut Stephanus alibi docet, Italis non eſt inſolita. Livius lib. VIII: *Aricini eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.*

[11] Ἄριμα.] Codex Voſſ. Ἄριμα ὄρη. Ubinam ſint Arima, fuſius diſputat Strabo lib. XIII. Heſychius: Εἰναρίμοις, Ἄριμοί τινες τὴν κατακεκαυμένην τῆς Φρυγίας χώραν. Quæ verba leviter ſunt corrupta, ſine dubio reſcribendum: Εἰν Ἀρίμοις, Ἄριμοί τινες τὴν &c.

[12] Ὅμηρος.] Vide Iliad. B.

[13] Οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ.] Liber Voſſianus: οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ. Omnia hæc ex Strabone, licet ejus nomen reticetur, tranſcripta ſunt, ita enim ille lib. XII. Ἄλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συρίᾳ πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον. Οἱ δ' ἐν Πιθηκούσαις, οἳ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι.

[14] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀριμαῖος.] In MS Voſſiano legitur: τὸ τοπικὸν, Ἀριμαῖος.

[15] Τὸ ἐθνικὸν Ἀριμάσπειος.] Chartaceus Voſſ: τὸ κτητικὸν, Ἀριμάσπειος.

ΑʼΡΙʹΜΙΝΟΝ[16], πόλις Ἰταλίας. ἔστι καὶ ποταμός. A

ΑʼΡΙʹΝΘΗ[17], πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσοποταμίᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΑʼΡΙʹΣΒΗ, πόλις τῆς Τρῳάδος, Μιτυληναίων ἄποικος· ἧς οἰκισταὶ, [18] Σκαμάνδριος, B καὶ Ἀσκάνιος υἱὸς Αἰνείου. [19] κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου. [20] Κεφάλων δέ φησιν, [21] ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα [22] γαμεῖ Ἀρίσβην. [23] Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν C αὐτήν φησιν. Ἔστιν [24] ἑτέρα ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Ἀρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρός. Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην [25] Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι. [26] Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἰάσων Ἀρίσβην καλεῖ, ἐν πρώτῃ. D [27] τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος. [28] Ἔστι καὶ ποταμὸς Θρα-

ARIMINUM, oppidum Italiæ & fluvius.

ARINTHE, urbs Oenotrorum in meſopotamia. Auctore Hecatæo in Europa.

ARISBE, urbs Troadis, Mitylenæorum colonia, cujus ductores fuere Scamandrus & Aſcanius Æneæ filius: ſita eſt inter Percoten & Abydum. Cephalo tradit, Dardanum ex Samothracia veniſſe in Troadem, & Arisben Teucri Cretis filii filiam uxorem duxiſſe. Verum Hellanicus eam Bateam nominat. In Lesbo alia reperitur, quæ ab Arisbe Macaris filia nomen ſortita eſt: ſed hujus genealogiam Ephorus à Merope deducit, & primam Alexandro Priami filio nuptam fuiſſe perhibet. Herodotus & Jaſon Arisbam nominant in libro primo. Gentile, Arisbæus. Eſt item Arisbus fluvius Thra-

16 Ἀρίμινον, πόλις Ἰταλίας.] Ex maritimis Umbriæ locis eſt: traditque Strabo Umbrorum eſſe coloniam, ita enim ille lib. v. Τὸ δʼ Ἀρίμινον, Ὀμβρικῶν ἐστι κατοικία, nomen habet urbs ab Arimino fluvio, auctore Feſto Pompeio: *Ariminum à nomine fluminis propinqui eſt dictum.* Sita eſt urbs ad oſtia Arimini fluvii in ora maris Adriatici inter Bononiam & Anconam. Ab oppido Stephanus non formavit Gentile: apud Græcos illud non reperio, ſed Latino ore oppidani dicuntur *ARIMINENSES*, quo vocabulo ſæpius utuntur Cicero, Livius, Horatius, Plinius & alii.

17 Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσοποταμίᾳ.] Non poſſum non aſſentiri illis, qui exiſtimant eandem eſſe urbem, quæ ſupra Ἀριάνθη dicitur, & quoque in Oenotrorum finibus ponitur: verum quod addatur in Meſopotamia ſitam eſſe, non debet hoc de celeberima Aſiæ regione accipi, ſed appellative pro terræ portiuncula quæ duobus fluminibus cingitur: nam Hecatæum in Europæ deſcriptione, etiam urbem Meſopotamicam, id eſt, in Aſiatica regione ſitam, recenſuiſſe, nullis argumentis mihi fiet veriſimile. Et hinc profecto non levis oritur ſuſpicio, locum eſſe corruptum & fortaſſis ita emendandum: Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων ἐν Μεσσαπίᾳ. Sed quo loco fuerit ſita, determinare nequeo: Barrius, teſte Ortelio, in Calebria, inter amnes Emulam & Sordum ponit, quod an verum ſit Geographiæ periti facile reſciſcent.

18 Σκαμάνδριος.] Hoc nomen in vulgatis & veteribus libris vitiatum videtur: Fortaſſis reſcribendum eſt: Σκάμανδρος. Lege mythologos, & de hac emendatione ſatis eris certus. Σκαμάνδριος eſt nomen gentile, uti ex Stephano deinde fiet manifeſtum. Euſtathius ad Iliad. Z. pag. 650: Σκαμάνδριον ἐκάλει τὸν παῖδα ὁμωνύμως ἀνδρί τινι Τρωϊκῷ, οὗ καὶ αὐτοῦ ἐμνήσθη ὁ ποιητὴς, κατὰ παρωνυμίαν τὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σκαμάνδρου. Verum ſecundum Servium Æneas Arisbam devicit, quo pacto igitur Aſcanius οἰκιστὴς dici potuit? Vide ejus verba ad lib. IX Virg. longe à noſtro recedentia.

19 Κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου.] Vide Strabonem lib. XIII, & alios.

20 Κεφάλων.] Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

21 Ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθών.] Apollodorus lib. III hanc hiſtoriam referens, etiam rationem reddit, quare Samathracen Dardanus reliquerit: Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθρᾴκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον ἦλθε &c. Fabula hæc etiam apud Lycophronis Scholiaſtam legitur.

22 Γαμεῖ Ἀρίσβην.] Sic optime in prioribus editionibus: male in Xylandriana legitur, γάμοι. In eadem ſententia etiam fuit Euſtathius, ſtatuens urbem ab Arisba Teucri Cretis F. filia nomen habere, ita enim ille ad Iliad. M. pag. 894: Ἡ δὲ Ἀρίσβη, περὶ ἧς εἴρηται καὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, πόλις φασὶ Τρωϊκὴ Μιτυληναίων ἄποικος μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου, ἔχουσα ποταμὸν Σελλήεντα, πατρὶς Ἀσίου, κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ Ἀρίσβης θυγατρὸς μὲν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς, γυναικὸς δὲ Δαρδάνου.

23 Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτήν φησιν.] Optime correxit Meurſius: Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτήν φησιν; & ita quoque Salmaſius in margine ſui Stephani. Noluimus hanc ſcripturam immutare, quia conſtanter in MSS & primis editionibus Ἄτειαν inveni. Certiſſimum tamen eſt, Dardani uxorem Bateam fuiſſe appellatam. Apollod. loco jam citato: Ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως (ſcil. Dardanus, qui ob fratris interitum mœſtus ex Samathrace in Troadem tranaverat) καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν. Vide etiam Scholiaſtem in Lycophronis Caſſandram.

24 Ἑτέρα ἐν Λέσβῳ.] Pomp. Mela lib. II cap. VII. *In Troade Lesbos: & in ea quinque olim oppida, Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos, Ariuba, Mitylene.* Unde nomen habeat hæc urbs etiam ſcribit Euſtathius ad Iliad. B loco jam ſupra citato: ἣν δέ φασι καὶ ἐν Λέσβῳ, Ἀρίσβα πόλις ἀπὸ Ἀρίσβης θυγατρὸς Μάκαρος ἢ Μέροπος, ἣν πρώτην ὁ Πάρις ἔσχε γυναῖκα.

25 Ἀλεξάνδρῳ τοῦ Πριάμου.] Variis nominibus inſignitus hic Alexander in antiquorum ſcriptis occurrit. Aliquando Paris appellatur, aliquando Laomedon, nonnunquam Priamus, & etiam Ideus. Hoc me docuit Conſtantinus Hermoniacus, qui ſe appellat δοῦλον Κομνηνῶν Ἀγγελοδούκα, Ἰωάννου τοῦ ἥρωος, καὶ τῆς Ἄννης &c. Hujus Metaphraſis in Homerum in Bibliotheca Lugduno-Batava manu exarata, & capitulis diſtincta exſtat, hactenus, quod ſciam, nondum edita. Capitis octavi hæc eſt ἐπιγραφή. Ὅρα πόσας ὀνομασίας εἶχεν ὁ Ἀλέξανδρος ὁ Πάρις. Deinde ipſum Metaphraſεως caput octavum ſic incipit. Σημασίας ὀνομάτων πεντάχως εἶχεν ἐκεῖνος. ἐκ τοῦ πάππου Λαομέδων, ἐκ δὲ τοῦ πατρὸς Πρίαμος· ἐκ δὲ τοῦ ποιμαίνειν Πάρις, κʼ ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ τῆς Ἴδης, ὠνομάσθην γὰρ Ἰδέως, κʼ ἐκ βρεφῶν Ἀλέξανδρος γάρ. Καὶ τριάκοντα χρόνων γὰρ ἐπλείωσεν ἐκεῖσε, εἰς τὸ ὄρος, τὸ τῆς Ἴδης &c.

26 Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἰάσων Ἀρίσβην καλεῖ.] De Jazone nihil quod ſciam circumfertur: Herodoti verba non poſſunt de Arisba Meropis filia, neque etiam de Alexandri Paridis uxore intelligi, ita enim ille lib I. Τὴν γὰρ ἕκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μηθυμναῖοι, ἐόντας ὁμαίμους.

27 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος.] Codex Voſſianus: τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος καὶ Ἀρισβαία. Eodem gentili alio loco utitur Stephanus: Τρίτη, πόλις Τρωϊκὴ, Ἀρισβαίων κτίσμα. Doctiſſimus Spanhemius ex gaza Chriſtinæ Auguſtæ protulit nummum cum inſcriptione ΑΡΙΣΒΕΩΝ. Neutra Stephani forma cum numiſmate convenit, apud quem mox τὸ ἐθνικὸν Ἀρισβαιεύς ſequetur, quod profecto diſplicuit magno Salmaſio, qui in margine ſui codicis Ἀρισβεύς emendavit.

28 Ἔστι καὶ ποταμὸς Θρᾳκῶν Ἄρισβος.] Hæc ex Strabonis libro XIII deſumpta videntur, ita enim ille: Ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβα, ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μηθυμναῖοι. ἔστι δὲ καὶ ποτα-

Θρᾳκῶν Ἄρισβος. τὸ ἐθνικὸν Ἀρισβαῖος.

Thracicus, unde gentile Ariſbenſis formatur.

ἈΡΚΑΔΕΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς. οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες. Δημήτριος δὲ οὐκ Ἀρκάδας τὴν πόλιν, ἀλλ᾽ Ἀρκαδίαν φησίν. εἰκότως οὖν καὶ τὸ ἐθνικὸν ταύτης Ἀρκάδες.

ARCADES, urbs Cretæ, quam Xenion in Creticis meminit, cujus cives ſimiliter Arcades appellantur. Demetrius vero urbem non Arcadas, ſed Arcadiam nominat. Optime igitur hinc gentile Arcades deducitur.

ἈΡΚΑΣ [29], Ἀρκάδος, ἀφ᾽ οὗ Ἀρκάδιος, καὶ Ἀρκαδία· ὡς Τέμμιξ, Τέμμικος, Τεμμικία. [30] ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγίη, ὡς Νικόλαος πέμπτῃ. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ περὶ Δήμητρός φησιν, ὅτι Ἀρκάδια τῇ Δήμητρι μέλλοντες θύειν ἄνθρωποι, ταύτην γὰρ τὴν θυσίαν συνεστήσαντο [31] μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον, [32] ὅτι αὐτῆς ἐκ τῆς γῆς ἔμολεν ὁ καρπὸς εἰς τροφὴν καὶ σπόρον, καὶ οὕτω τὰ Ἀρκάδια, τιμῆς χάριν. [33] ἐκλήθη δὲ καὶ Παρρασία, καὶ Λυκαονία. οἱ δὲ, καὶ Γιγαντίδα φασὶ, [34] καὶ Ἀζανίαν, [35] καὶ Πανίαν. Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος λέγεται πρῶτος καλέσαι [36] προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας. καὶ τὸ ἄστρον λέγεται [37] ἐν τῷ οὐρανῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἢ ἅμαξα ἐλέγετο. [38] Ἴστρος δέ φησιν, ὅτι Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο· διὰ δὲ τὴν τῆς μητρὸς

ARCAS Arcadis, unde Arcadius & Arcadia, quemadmodum Temmix Temmicis Temmicia. Olim vero appellabatur Pelaſgia, auctore Nicolao libro V. Apollodorus libro XVI in Deorum originibus perhibet de Cerere: Homines Cereri Arcadia ſacrificaturos, poſt primam frumenti ſationem ſacrificium illud decreviſſe, quia ex ipſa terra fructus & ad alimentum, & ad ſationem prodiret: & hinc eſt quod ſacra iſthæc honoris gratia Arcadia dicantur. Hæc regio etiam Parrhaſia & Lycaonia appellata fuit: quidam vero eam Gigantidem, & Azaniam & Paniam nominant. Hippus Rheginus primus omnium dicitur Arcadas Proſelenos, id eſt, ante lunam natos, nuncupaſſe: Ferturque eodem tempore aſtrum in cœlo, cui Plauſtrum nomen erat, Urſam vocitatam eſſe. Verum Iſter tradidit, Arcadem Themiſtûs & Jovis filium fuiſſe, cujus mater in feram mutata

καὶ ποταμὸς Ἄρισβος ἐν Θρᾴκῃ, ὡς εἴρηται, καὶ τούτου πλησίον οἱ Κεβρήνιοι Θρᾷκες. Vide quoque Euſtath. ad Iliad. B.

29 Ἀρκὰς Ἀρκάδος, ἀφ᾽ οὗ Ἀρκάδιος.] Nomina heroum & gentilia aliquando eſſe eadem, jam aliquoties inculcavit Stephanus: Ἀρκὰς igitur eſſe poteſt nomen gentis & herois. Eruditiſſimus Spanhemius in regis Galliarum gaza luſtravit nummum, qui in parte averſa exhibebat equum cum literis ΤΟΙϹ ΑΡΚΑϹΙ. Et Goltzius divulgavit nummum in quo excuſum eſt ΑΡΚΑΔΙΩΝ.

30 Ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγίη.] Ita legunt libri MSS & editi: verum reſcribendum videtur: ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγία. Idem perhibet Stephanus in Παρρασία ex libro primo Chronicorum Characis. Χάραξ δὲ κτίσματα Πελασγοῦ, ἐν πρώτῳ χρονικῶν οὕτω. Πελασγὸς Ἀρέστορος παῖς, τοῦ Ἐκβάσου, τοῦ Ἄργου, μετοικήσας ἐξ Ἄργους, εἰς τὴν ἀπ᾽ ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν, ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιπέντε.

31 Μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον.] Sic habent vulgati codices: Salmaſius ex Palatinis legebat in margine ſui libri; μετὰ τὸν πρῶτον πόρον, quæ lectio nihil ad rem facit: Fortaſſis corrigendum eſt: μετὰ τὸν πρῶτον πυροῦ σπορόν Primis enim temporibus poëtæ fingunt homines glandes manducaſſe, quæ ad ſationem non conducebant: ſed poſtea Triptolemus beneficio Cereris τὸν πυρὸν, id eſt, frumenta invenit, quæ & alimento & ſationi inſerviebant. Vide Pauſaniam lib. VIII.

32 Ὅτι αὐτῆς ἐκ τῆς γῆς ἔμολεν ὁ καρπὸς εἰς τροφὴν καὶ σπόρον.] Hæc verba in omnibus editionibus non inveniuntur, in quibus egregius hic locus mutilus & fœdiſſime truncatus hunc in modum circumfertur: Ὅτι Ἀρκάδια τῇ Δήμητρι μέλλοντες θύειν ἄνθρωποι, ταύτην γὰρ τὴν θυσίαν συνεστήσαντο μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον. καὶ οὕτω τὰ Ἀρκάδια τιμῆς χάριν. Stephanum itaque iſtis verbis auximus, quæ Salmaſius in libris Palatinis & nos in Voſſiano reperimus.

33 Ἐκλήθη δὲ καὶ Παρρασία, καὶ Λυκαονία. οἱ δὲ καὶ Γιγαντίδα φασί.] Hæ Arcadiæ appellationes etiam leguntur apud Euſtathium in Dionyſii Periegeſin pag. 59. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ Ἀρκάδος ὠνόμασται ἡ Ἀρκαδία, υἱοῦ Διὸς καὶ Θεμιστοῦς. καὶ ὅτι καὶ Πελασγία ποτὲ ἐκλήθη, καὶ Παρρασία, καὶ Λυκαονία, καὶ Ἀζανία. ὅτι δὲ Προσέληνοι λέγονται οἱ Ἀρκάδες, διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα, ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ. Tradit Plinius lib. IV cap. V: antiquum Arcadiæ nomen *Drymodis* fuiſſe, ita enim ille: *Mediterranea ejus Arcadia maxime tenet, undique à mari remota: initio Drymodis, mox Pelaſgis appellata.*

34 Καὶ Ἀζανίαν.] Male Xylander edi curavit, καὶ Ἀζανίαν. Stephanus Ἀζανία μέρος τῆς Ἀρκαδίας. οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς.

35 Καὶ Πανίαν.] Heſychius totam Peloponneſum ita appellatam perhibet: Πανία, ἡ Πελοπόννησος. Sic in honorem Panis Arcadiæ Dei dicta videtur. *Pan Deus Arcadiæ &c.*

36 Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας.] Euſtathius in commentariis ad Homerum & ad Dionyſium de ſitu orbis perhibet, Arcadas Proſelenos appellatos eſſe, διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα. Verum longe aliam rationem adfert Cenſorinus de Die Natali cap. XIX: *Item in Achaia Arcades trimeſtrem annum primo habuiſſe dicuntur, & ob id* Προσελῆνοι *appellati: non ut quidem putant, quod ante ſint nati, quam Luna aſtrum cœlo eſſet: ſed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad lunæ curſum conſtitueretur.* Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad librum IV varias veterum de hac appellatione opiniones enumerat, quem legiſſe de hac re non pœnitebit.

37 Ἐν τῷ οὐρανῷ.] Ita reſcribere & edere placuit, ſuadentibus MSS, primis editionibus & ratione ipſa: corruptiſſime in Xylandriana legitur: καὶ τὸ ἄστρον λέγεται ἐν τῷ Ἀρκανῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἡ ἅμαξα ἐλέγετο.

38 Ἴστρος δέ φησιν, ὅτι Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο.] In Xylandriana editione vocula ὅτι abeſt, quam ut perneceſſariam ex aliis editionibus revocavimus. Sed aliud hoc loco latet ulcus, quod non tantum vulgatos libros, verum & manu exaratos occupat: nam Arcas non fuit Jovis ex Themiſto filius, ſed ex Calliſto. Themiſto fingitur fuiſſe Hypſei filia, ex qua Athamas Æoli filius Sphincium & Orchomenum habuit. Eundem errorem erravit Euſtathius in comment. ad Iliad. B. ubi videtur Stephani verba tranſcripſiſſe: Τότε δέ φασι καὶ τὸ ἄστρον ἡ ἅμαξα, ἐκλήθη ἄρκτος, διότι καὶ τὸν ῥηθέντα Ἀρκάδα, τὸν ἐκ Διὸς καὶ Θεμιστοῦς, τυχεῖν τῆς προσηγορίας ταύτης, διὰ τὴν ἀποθηρίωσιν τῆς μητρός. ἄρκτος γὰρ ὑπὸ Ἥρας φασὶν ἡ Θεμιστὼ ἐγένετο. Alii mythologiæ doctores referunt: ad Lycaonem Pelaſgi filium Jovem in hoſpitium veniſſe, & filiam ejus Calliſto compreſſiſſe, ex qua natus eſt Arcas, qui ex ſuo nomine terræ nomen indidit. Hæc Urſa dicitur facta eſſe, ob Iram Junonis, quod cum

Jo

μητρὸς ἀποθηριώσιν, [39] ἄρκτον γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὴν ὀνομασθῆναι, ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. [40] τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι. ὤφειλεν οὖν Ἀρκαδίδης, ἀλλὰ διὰ τὸ κακόφωνον οὕτως ἐγένετο. τὸ θηλυκὸν, Ἀρκασίς. [41] Ἔστι καὶ Ἀρκαδία παραθαλάσσιος πόλις. λέγεται καὶ Ἀρκαδικὸς, καὶ Ἀρκαδικὴ, καὶ Ἀρκαδικὸν, καὶ Ἀρκαδικά. καὶ τὸ Ἀρκάδισσα, παραλόγως. ἐκ τόπου, Ἀρκαδίηθεν. ἐκάλουν αὐτοὺς καὶ Ἀρκαδιώνδας, τοῦ δ πλεονάσαντος. Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις.

ἈΡΚΕΣΊΝΗ, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ. [42] ἦσαν γὰρ Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη. Πολύβιος δὲ ἀρσενικῶς τὴν Ἀρκεσίνην φησί. τὸ ἐθνικὸν Ἀρκεσινεύς. Ἀνδροτίων ἕκτῃ Ἀτθίδος. Ἀμοργίοις, Μινωΐταις, Ἀρκεσινεῦσιν.

ἊΡΚΗ [43], πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη. [44] Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. [45] τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος.

ἈΡΚΙΡΟΈΣΣΑ, πόλις ἐν Πόντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής· Δομίτιος Καλλίστρατος [46] ἐν τετάρτῃ περὶ Ἡρακλείας. τὸ ἐθνικὸν Ἀρκιροεσσαῖος, [47] ὡς Πιτυουσσαῖος.

mutata (à Junone enim Urſa dicebatur) propterea iſtam appellationem ſortita eſt. Hinc Patronymicum, Arcaſidæ: oportebat eſſe Arcadides, ſed ut mala pronunciatio vitaretur, hoc modo factum eſt. Fœmininum eſt Arcaſis. Reperitur quoque Arcadia, urbs maritima. Dicitur etiam Arcadicus, & Arcadica & Arcadicum, atque præter rationem Arcadiſſa. Hinc adverbium de loco, quod ex Arcadia denotat. Incolæ etiam Arcadiondas appellabant, redundante litera D. Eſt item Arcadia, Ægypti oppidum.

ARCESINE, una eſt ex tribus civitatibus, in inſula Amorgo ſitæ: Erant ibi Melania, Minoa, Arceſine. Verum Polybius hunc Arceſinam genere maſculino dixit. Gentile, Arceſinenſis. Androtio in ſexto de regione Attica inquit: Amorgiis, Minoitis, Arceſinenſibus.

ARCE, urbs Phœniciæ, quæ nunc Arcæ vocatur. Hujus meminit Joſephus Antiquitatum Judaïcarum lib. quinto. Gentile, Arcæus.

ARCIROESSA, urbs in Ponto, Heracleæ ſubdita, uti refert Domitius Calliſtratus lib. IV, de Heraclea. Gentile, Arciroeſſæus, ſicut Pityuſſæus.

ἈΡΚΟ- Arco-

Jove concubuit. Pauſanias in Arcadicis hæc de illa perhibet: Ἐπὶ δὲ τοῖς γένος πάντι τῷ ἄρσενι, θυγάτηρ Λυκάονι ἐγένετο Καλλιστώ· ταύτῃ τῇ Καλλιστοῖ (λέγω δὲ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων) συνεγένετο ἐρασθεὶς Ζεύς. Ἥρα δὲ ὡς ἐφώρασεν, ἐποίησεν ἄρκτον τὴν Καλλιστώ. Et apud Apollodorum de illa legimus: Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. Ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς, Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας, ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα. τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας, ἐκάλεσεν Ἄρκτον. Male ab Hygino Fab. CLXXVI & CLXXVII Lycaonis filia CALYSTO appellatur. Itaque cenſeo hunc errorem non Stephano, ſed potius librariorum imperitiæ imputari debere, & Euſtathium depravato Stephani codice uſum fuiſſe, quod non ſemel nobis manifeſte liquit: apud illos fortaſſis non Καλλιστοῦς, verum Μεγιστοῦς (quod magis τῷ Θεμιστοῦς reſpondet) erit reponendum: veteres enim, qui de hac fabula poſteris aliquid tradidere, inter ſe diſputarunt, an *Calliſto*, an vero *Megiſto* Lycaonis filia appellaretur: imo inter illos etiam exſtitere, qui exiſtimant hanc Cetei filiam, & Lycaonis neptem fuiſſe. Hyginus lib. II Poëticon Aſtron. *Aratus autem Tegeates hiſtoriarum ſcriptor, non Calliſto, ſed Megiſto dicit appellatam: & non Lycaonis, ſed Cetei filiam, Lycaonis neptem.* De diverſis hiſce veterum opinionibus etiam legi poteſt Apollod. lib. jam citato, ubi Pherecydem idem ſentientem inveniet lector.

39 Ἄρκτον γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὴν ὀνομασθῆναι.] Sic exhibent codices MSS & vulgati omnes, verum non placet mihi hæc lectio, neque pro genuina eſt habenda: ſine dubio integer locus hunc in modum eſt legendus: Ἴστρος δέ φησιν, ὅτι Μεγιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο, διὰ δὲ τὴν τῆς μητρὸς ἀποθηρίωσιν, ἄρκτον γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὴν ὀνομασθῆναι, ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. Locum confer cum verbis Euſtathii ſupra citatis, & de emendatione noſtra non dubitabis.

40 Τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι.] Optime monet magnus Salmaſius in margine, ſui libri hoc loco legendum eſſe: τὸ πατρωνυμικὸν, [redacted] Callimachus Hymno in Dianam:

Ἠνήσας δ' ἔτι πάγχυ ποδώρεα Ἀταλάντην,
Κούρην Ἰασίοιο συόκτονον Ἀρκασίδαο.

41 Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις.] Recte Xylander hæc verba, à ſequentibus ſeparans, in integrum reſtituit: nulla enim diſtinctione facta, in editione Veneta & Florentina hic locus ſequenti tmemati annectitur hoc modo: Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις, μία τῶν τριῶν πόλεων, τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ.

42 Ἦσαν γὰρ Μελανία.] In inſula Amorgo tria reperiri oppida, etiam alibi docet Stephanus. Tunc temporis ad illum locum diximus, manifeſte ſatis conſtare, ibi Arceſinam & Minoam exſtitiſſe, & de tertiæ urbis appellatione dubiam ipſius Stephani opinionem circumferri. In vocabulo Ἀμοργὸς eam *Ægialen*, & hoc loco *Melaniam* nuncupavit.

43 Ἄρκη πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη.] Georgius Monachus, uti notavit Iſaacus Caſaubonus, urbis nomen numero multitudinis protulit, ſcribens ibi Alexandrum Severum natum eſſe: Ἐν Ἄρκαις τῆς Φοινίκης τεχθῆναι. Refert Aurelius Victor de Cæſaribus cap. XXIV quoque *Caſaream* appellatam fuiſſe: *Statimque Aurelio Alexandro Syriæ urbe orto, cui duplex, Cæſarea & Archa nomen eſt, militibus quoque annitentibus Auguſti potentia delata.* Ita fortaſſis hic locus eſt ſupplendus, à quo in vulgatis τὸ *urbe* abeſt, quod neceſſario hic requiritur.

44 Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ.] Joſephi verba leguntur cap. I. Ἄρκη δὲ πόλις ὑπῆρχεν αὐτῶν ἐν τῇ μερίδι, ἡ καὶ Ἀκίπους. Fuit & alia Ἄρκη quæ Petra dicebatur, uti idem Joſephus libro IV cap. IV Antiq. Jud. auctor eſt.

45 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος.] Hæc forma magis Græcorum analogiæ reſpondet, quam eorum qui Palæſtinam & alios tractus orientales incolunt, ſolent enim illi gentilia in ηνος terminare. Latini hinc deducunt ARCENUS. Ælius Lampridius in Alexandro Severo cap. I. *Aurelius Alexander, urbe ARCENA genitus.* Et apud eundem cap. V: *Alexandri nomen accepit, quod in templo, dicato apud ARCENAM urbem Alexandro Magno, natus eſſet.* Errarunt igitur viri docti, exiſtimantes τὸ *Arcena* nomen urbis eſſe, cum revera nihil aliud ſit quam forma nominis gentilis orientalibus uſitata. Similis error à nobis detegitur pag. 153 ad vocem Ἀραί.

46 Ἐν τετάρτῃ περὶ Ἡρακλείας.] Codex Voſſianus: Ἐν ς' περὶ Ἡρακλείας.

47 Ὡς Πιτυουσσαῖος.] In vocabulo Πιτύουσσαι hujuſmodi gentile

ἈΡΚΟΝΗΣΟΣ [48], νῆσος Καρίας. Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῃ Καρικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκονήσιος.

ARCONESUS, inſula Cariæ, teſte Apollodoro rerum Caricar. lib. VII. Gentile, Arconeſius.

ἈΡΚΤΑΝΕΣ, ὡς Αἰνιᾶνες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥιανὸς ἐν τετάρτῃ Θετταλικῶν.

ARCTANES, uti Ænianes, gens Epirotica, de qua Rhianus lib. quarto rerum Theſſalicar. mentionem facit.

ἈΡΚΤΩΝ νῆσος· [49] οὕτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο· καὶ πόθεν, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ αὐτῆς. [50] λέγεται καὶ συνθέτως, Ἀρκτόνησος.

ARCTON inſula, ita olim Cyzicus appellabatur. Unde autem nomen habeat, dicetur, ubi de illa agitur. Compoſite etiam Arctoneſus vocatur.

ἍΡΜΑ [51], πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς· [52] Παυσανίας ἐννάτῳ. ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου τοῦ ἅρματος. [53] ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασὶ μετὰ τοῦ ἅρματος, [54] καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων. [55] ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα, περὶ τὴν Φυλὴν καλουμένην. ὑπάρχει δ' οὗτος δῆμος ἔχων φρούριον ὀχυρὸν, ὅμορον τῇ Ταναγρικῇ· [56] καλεῖται δὲ λουτρὰ Ἀμφιαράου. [57] τὸ ἐθνικὸν, Ἁρματεύς. [58] ἔστι καὶ Ἅρματα πόλις πληθυντικῶς Ἰνδική. ἐθνικὸν, τὸ αὐτό, ἢ διὰ τὸ τῆς χώρας ἔθος, Ἁρματηνὸς, ἢ Ἁρματίτης. [59] ἔστι καὶ πολίτης Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ἕρμα Ἑρματίτης.

HARMA, urbs Bœotiæ agri Tanagrici, apud Pauſaniam lib. IX: quæ ab ἅρματος, id eſt, à curru Amphiarai nomen accepit: ajunt enim ipſum curru eo confugiſſe, & ab incolis non fuiſſe traditum perſecutoribus. Eſt quoque Harma Atticæ circa pagum Phylen appellatam. Habet autem hic vicus caſtellum munitum, quod Tanagricæ finitimum eſt. Appellatur etiam Amphiarai Balnea. Gentile, Harmatenſis. Reperiuntur item Harmata numero plurali, urbs Indica, eodem gaudens gentili: vel propter regionis conſuetudinem Harmatenus, ſive Harmatita dicitur. Civis quoque Harmatita vocatur, quemadmodum ab Herma Hermatita deducitur.

ἈΡΜΕ- ARME-

gentile non occurrit. Πιτύουσαι, νῆσοι διάφοροι, ἃς Πιτυώδεις καλεῖ Ἀλκμάν. τὸ ἐθνικὸν, Πιτυούσιος. Reperitur tamen apud noſtrum in voce Πίτνισσα, πόλις Λυκαονίας. τὸ ἐθνικὸν, Πιτνισσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος, Πιτυουσαῖος.

48 Ἀρκόνησος, νῆσος Καρίας.] Hujus inſulæ ſitum ſatis accurate Stephanus ob oculos ponit in voce Ἀσπὶς, ubi quoque tradit hoc nomine inſignitam eſſe: Ἔστι δὲ νῆσος ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου δὲ Τέω, σταδίων ὡς δυοῖν, πρὸς μὲν τινων Ἀρκόννησος, πρὸς δὲ τινων Ἀσπὶς ὀνομαζομένη. Strabo lib. XIII. Καὶ Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. μεταξὺ δὲ νῆσος Ἀσπίς. οἱ δὲ Ἀρκόνησον καλοῦσι. Sed cave credas Apollodorum rerum Caricarum ſcriptorem fuiſſe. Conſtat enim hoc in loco librariorum mendam latere, Ἀπολλόδωρον pro Ἀπολλώνιον accipientium, qui res Caricas conſignavit, quod apud Stephanum ipſum & alios liquet. Quid multis opus eſt? Codex Voſſianus exhibet: Ἀπολλώνιος ἐν ζ Καρικῶν.

49 Οὕτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο.] Tantum hic apponam Stephani verba: Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ χερρονήσῳ· ἐκαλεῖτο δὲ δὲ Ἀρκτῶν νῆσος. Unde hoc nomen habeat, neque hic, neque aliis in locis docetur, quod manifeſtum compendii ſignum eſt.

50 Λέγεται δὲ συνθέτως, Ἀρκτόνησος.] Plurima hujus compoſitionis exempla in Stephano leguntur: ſic, Ἑκατόννησος, Προκόννησος, Ἀρκόνησος &c.

51 Ἅρμα, πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς.] Satis accurate hujus oppidi ſitum deſcribit Strabo lib. IX: ex quo Stephanum omnia hauſiſſe exiſtimo, uti mox demonſtrabitur.

52 Παυσανίας ἐννάτῳ.] Sine dubio innuuntur hæc verba: Ἑξῆς δὲ πόλεως ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος δὲ Μυκαλησσοῦ· καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντος, ὡς οἱ Ταναγραῖοί φασιν, ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος, καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι.

53 Ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν &c.] Ubi hoc acciderit, de quo urbi nomen eſt inditum, non conſentiunt inter ſe veteres: alia Tanagræorum, alia Thebanorum opinio fuit, uti ex loco Pauſaniæ jam citato, quodammodo liquet. Optime cenſet Salmaſius ante hæc verba aliquid excidiſſe, & locum ita debere concipi: ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου, ἢ τοῦ Ἀδράστου ἅρματος. ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν &c. Ex Mythologis enim evidentiſſimum eſt, Amphiarum cum auriga hiatu terræ abſorptum, & poſtea nunquam in terris conſpectum fuiſſe: Adraſtum vero fuga evaſiſſe.

54 Καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν.] Neque Strabo, neque Pauſanias ita hanc hiſtoriam tradidere. Euſtathius Stephano reſpondet, qui fortaſſis ejus locum tranſcripſit, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 266. Ἅρμα δὲ κώμη τις πλησίον Μυκαλησσοῦ. ἀλλὰ δὲ δῆμος ἔχων φρούριον ὀχυρὸν, ὅμορον φασὶ τῇ Ταναγρικῇ· οὗ ὁ πολίτης Ἁρματεύς. ἐκλήθη δέ φασιν οὕτως, ἢ διότι ἐκεῖ κατεάγη τὸ τοῦ Ἀδράστου ἅρμα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου, καταφυγόντος ἐκεῖ, δὲ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν. Plane cum Stephano convenit, præterquam quod etiam de Adraſto mentionem faciat, de quo lege Strabonem lib. IX.

55 Ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα.] Eodem prorſus modo diſtinguit Strabo lib. IX inter Harma Bœotiæ, & Harma Atticæ, hæc ſunt ejus verba: Ὡς δ' αὕτως δὲ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος, περὶ Μυκαλησσὸν, ἀπὸ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα, ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ὅ ἐστι περὶ Φυλὴν δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ὅμορον τῇ Τανάγρᾳ.

56 Καλεῖται δὲ λουτρὰ Ἀμφιαράου.] Vide verſum Euphorionis in voce Ὠρωπὸς, ex quo ſitus cognoſci poteſt. Nemo antiquorum Atticum aut Bœoticum Harma Ἀμφιαράου λουτρὰ appellavit: Unus Euſtathius ſic nuncupatum vult, ſed locum ex Stephano, uti jam diximus, tranſcripſit. Pauſanias tradit juxta templum *Amphiarai fontem* fuiſſe, qui ſimiliter *Amphiarai* cognominabatur, Salmaſius πηγὴ Ἀμφιαράου, & Ἀμφιαράου λουτρὰ idem fuiſſe exiſtimat. Ergo vir ſummus oppidum Harma, & templum & fontem eodem loco ſtatuit, quod mihi non videtur veriſimile, uti quodammodo probavit Clariſſ. Voſſius, quem contra Salmaſium diſputantem lege in in notis ad Pomp. Melam.

57 Τὸ ἐθνικὸν, Ἁρματεύς.] Goltzius exhibet nummum cum inſcriptione ΑΡΜΑΤΕΩΝ. De hoc gentili ergo non eſt ambigendum.

58 Ἔστι δὲ Ἅρματα πόλις πληθυντικῶς Ἰνδική.] Intelligit fortaſſis oppidum Barchmanorum, quod Diodorus Siculus libro XVII. Ἁρματήλια appellavit.

59 Ἔστι δὲ πολίτης Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ἕρμα Ἑρματίτης.] Codex Voſſianus: Ἔστι δὲ πόλις Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ἕρμα Ἑρμα-

ἈΡΜΈΝΗ [60], κώμη Παφλαγονίας· Μένιππος ἐν περίπλῳ. [61] παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσει, Ἀρμήνην διὰ τοῦ η. τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀρμένης Ἀρμεναῖος, ὡς τῆς Κασμένης Κασμεναῖος. [62] τῆς δὲ Ἀρμήνης Ἀρμήνιος, ὡς Παλλήνιος.

ἈΡΜΕΝΊΑ, χώρα πλησίον τῶν Περσῶν, [63] ἀπὸ Ἀρμένου Ῥοδίου, ὡς Ἀντίπατρος ἐν τρίτῳ περὶ Ῥόδου. οἱ οἰκήτορες Ἀρμένιοι, ὡς Εὔδοξος πρώτῃ γῆς περιόδου. ([64] Ἀρμένιοι δὲ τὸ μὲν γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι. παρέχονται δὲ λίθον τὴν γλύφουσαν, καὶ [65] τρυπῶσαν τὰς σφραγῖδας.) καὶ Ἀρμενία τὸ θηλυκὸν, παρὰ Ξενοφῶντι. ἔστι δὲ Ἀρμένιον ὄρος, παρὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας, ὡς Διονύσιος,

---- [66] Θολὴν ἀπερεύγεται ἄχνην.
Ἀρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ᾽ οὔρεος Ἀρμενίοιο.

ἌΡΝΑ, πόλις Λυκίας· οὕτω γὰρ ἡ Ξάνθος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἄρνου τοῦ πολεμήσαντος πρωτογόνου. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρναῖος, καὶ Ἀρνεύς.

ἈΡΝΕΑΊ, πόλις Λυκίας μικρὰ, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικῶν τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρνεάτης. ἔστι δὲ ὡς Ὀρνεαί. Ὅμηρος,

[67] Ὀρνειάς τ᾽ ἐνέμοντο. ----

ἌΡΝΗ,

ARMENE, pagus Paphlagoniæ, cujus Menippus in Periplo meminit. Apud Xenophontem de Expeditione Cyri per η Ἀρμήνην ſcribitur. Armenes gentile eſt Armenæus, uti à Caſmene fit Caſmenæus: verum ab Ἀρμήνης fit Armenius, quemadmodum Pallenius.

ARMENIA, regio Perſis vicina, quæ ab Armeno Rhodio nomen habet, uti Antipater libro tertio de Rhodo auctor eſt. Incolæ appellantur Armenii, teſte Eudoxo libro primo de circuitu terræ. Armenii genus ſuum ex Phrygia deducunt, atque in multis Phrygum linguam imitantur: lapidem mittunt quò gemmæ ſcalpuntur ac perforantur. Et apud Xenophontem fœminino genere gentile Armenia invenitur. Eſt item mons Armenius circa Hyrcaniæ initium, de quo Dionyſius:

----- *Rapidam eructat ſpumam:*
Incipiens primum à monte Armenio.

ARNA, urbs Lyciæ, ita enim Xanthus appellabatur ab Arno, qui primigenio bellum intulit. Gentile, Arnæus & Arnenſis.

ARNEÆ, parvum Lyciæ oppidum, cujus meminit Capito rerum Iſauricarum libro tertio. Gentile, Arneates. Eſt autem ut Orneæ, de quibus Homerus:

Et Orneas habitabant. ----

ARNE,

Ἑρματίτης. Hac lectio locum nequaquam reddit integriorem. Forte reſcribendum eſt: ἔστι καὶ πολίτης Ἑρματίτης, ὡς τοῦ Ῥῆγμα Ῥηγματίτης. Hanc emendationem non abſurdam eſſe apparet ex illa voce, ubi Stephanus ita inquit: Ῥῆγμα, πόλις ὡς Ἑρμα. καὶ κόλπος Ῥῆγμα, περὶ τὸν Περσικὸν κόλπον. τὸ ἐθνικὸν, Ῥηγματίτης.

60 Ἀρμήνη κώμη Παφλαγονίας.] Strabo lib. XIII. Μετὰ δὲ Κάραμβιν, Κίμωλις, καὶ Ἀντικίμωλις, καὶ Ἀβώνου τεῖχος πολίχνιον, καὶ Ἀρμήνη, ἐφ᾽ ἧ παροιμιάζονται)
Ὅς τις ἔργον οὐδὲν εἶχεν Ἀρμήνην ἐτείχισεν.

61 Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσει.] Locus, quem reſpicit noſter, legitur circa initium libri VI hiſce verbis: Τῇ δ᾽ ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Ἀρμήνην τῆς Σινώπης.

62 Τῆς δ᾽ Ἀρμήνης Ἀρμήνιος, ὡς Παλλήνιος.] Ita exhibent vulgati omnes: ſed codex Voſſianus hoc loco auctior eſt, ibi enim legitur: τῆς δ᾽ Ἀρμήνης Ἀρμήνιος, ὡς Μεσσήνιος, Πάλληνιος.

63 Ἀπὸ Ἀρμένου Ῥοδίου.] Euſtathius in commentariis ad Dionyſii Periegeſin, hunc Ἐθνικογράφου locum citans, poſt Ῥοδίου addit ἀνδρὸς, quod hic fortaſſis excidit, ita enim ille: Ὁ μὲν τὰ ἐθνικὰ γράψας περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας εἶναι οἴεται. ἄλλοι δὲ τοῦ Ταύρου φασὶν ἀπόσπασμα εἶναι τὸ Ἀρμένιον, παρατεῖνον ἕως καὶ εἰς Ἀρμενίαν, τὴν οὕτω κληθεῖσαν, ἢ ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος Ἀρμενίου ὄρους, ἢ ἀπό τινος Ἀρμένου Ῥοδίου ἀνδρός. Cyrſilus Pharſalius & Medius Lariſſæus apud Strabonem lib. XI affirmant, regioni nomen eſſe inditum ab Armeno quodam, qui Armenio Theſſaliæ oppido, inter Pheras & Lariſſam ſito, oriundus erat, Jaſoni expeditionis in Armeniam comitem ſe præbens, quum ad aureum vellus navigaret.

64 Ἀρμένιοι δὲ τὸ μὲν γένος ἐκ Φρυγίας.] Etiam Euſtathius, loco jam citato, Eudoxi verbis utitur, quæ fortaſſis non ex Eudoxo, ſed ex Stephano tranſcripſit. Εὔδοξος δὲ ἐν γῆς Περιόδῳ φησὶν, Ἀρμένιοι τὸ γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι. παρέχονται δὲ καὶ λίθον τὴν γλύφουσαν καὶ τρυπῶσαν τὰς σφραγῖδας.

65 Τρυπῶσαν τὰς σφραγῖδας.] Conſtanter ita legunt libri veteres & vulgati: Salmaſius tamen in margine ſui libri contendit debere legi, τυπῶσαν τὰς σφραγῖδας: ſed miror, ipſum hanc lectionem, in Plinianis Exercit. non amplecti ubi bis hunc Stephani locum in medium adducit. Retinenda igitur eſt vulgata lectio, quam etiam ſecutus eſt vir ſummus, uti manifeſte ex ejus verbis liquet, ſic enim ille. „Armenio lapide non ſolum ſcalpebantur aliæ gemmæ „ſignaculis faciendis, ſed etiam perforabantur. Stephanus „de Armeniis: *lapidem mittunt quo gemmæ ſcalpuntur,* „*ac perforabantur.* Quas filo ad monilia inſerere & collo „ſuſpendere volebant, eas perforabant. Sic alii adamantes, „Plinio teſte Cyprio adamante perforabantur. Qui Cyprius, „adamas nihil aliud fuit quam Cypriæ cotis genus, quo „gemmæ ſcalpi ſolebant & perforari. Hoc idem melius „efficiebant Armeniæ, quæ Cyprias vicere, ita enim ille „lib. XXXVI cap. VII. *Signis è marmore poliendis, gemmiſ-* „*que etiam ſcalpendis atque limandis, Naxium diu placuit* „*ante alia: ita vocantur cotes in Cypro inſula genitæ: vi-* „*cere poſtea ex Armenia invectæ.* Τρυπᾶν de gemmis Pli„nius vertit *perforare:* unde & margaritæ ἀτρύπητοι καὶ τε„τρυπημέναι apud Myrepſium. Proprium lapidis nomen neque expreſſit Eudoxus neque Stephanus: ſine dubio ab auctoribus *Smiris* appellabatur, cui hæc vis adſcribitur. Heſychius: Σμίρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι. Iſidorus de eodem lapide *Smiri* loquens: *Aſper & indomitus lapis, quo gemmæ teruntur.*

66 Θολὴν ἀπερεύγεται ἄχνην.] Ita omnes editiones & libri veteres hunc Dionyſii verſiculum exhibent: Hodie in Periegetæ editionibus leviter corruptus hunc in modum circumfertur.

---- θολὴν ἐπερεύγεται ἄχνην

67 Ὀρνειάς τ᾽ ἐνέμοντο.] Ita hunc Homeri locum ex Bœotia deſumptum emendare placuit, ſuadente MS Voſſiano & Homeri editionibus, in quibus integer locus ita concipitur:

Ὀρνειάς τ᾽ ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ᾽ ἐρατεινὴν,
Καὶ Σικυῶν᾽, &c.

Peſſime

ἌΡΝΗ [68], πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος, A

Οἵ τε πολυστάφυλόν τ' Ἄρνην ἔχον. - - -

καὶ Λυκόφρων,

Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι.

[69] Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας, [70] περὶ ἧς ὁ χρησμός, B

Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα.

[71] ἡ Κιέριον καλεῖται. [72] θυγατέρα δέ φασιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην. τρίτη, Μεσοποταμίας. [73] τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. τὸ C ἐθνικὸν, Ἀρναῖος. τὸ θηλυκὸν, Ἀρναία.

ἈΡΟΈΡΝΟΙ [74], ἔθνος μαχιμώτατον τῶν πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν. Ἀπολλόδωρος τετάρτη χρονικῶν, Κελτῶν Ἀροέρνους.

ἈΡΌΗ, πόλις Ἀχαΐας· [75] Παυσανίας D ἑβδόμῳ. ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ἐργασίας τῆς γῆς. [76] λέγεται καὶ Πάτραι. τὸ ἐθνικὸν, Ἀροεύς, ὡς Ἀρσινοεύς.

ἉΡΠΆΓΙΑ [77], οὐδετέρως, τόπος περὶ Κύζικον. ὅθεν ἡρπάσθαι φασὶ Γανυμήδην. E οἱ οἰκήτορες, Ἁρπαγιανοί.

ἉΡΠΑΛΎΚΕΙΑ, πόλις Φρυγίας, κτίσμα Γορδιοτειχιτῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἁρπαλυκεύς.

ἍΡΠΑΣΑ [78], πόλις Καρίας, ἀπὸ F Ἁρ-

ARNE, urbs Bœotiæ, cujus Homerus meminit:

Quique uvis abundantem Arnen habitabant.

Et Lycophron:

Arnæ antiquæ ſtirps Temmicum primi.

Secunda eſt urbs Theſſaliæ, Bœotiæ colonia, de qua in oraculo fit mentio.

Arne vidua virum Bœotium cupit.

Hæc Cierium appellatur. Arnem perhibent Æoli filiam eſſe. Tertia urbs Meſopotamiæ: Quarta in Zeraniorum regione, juxta Thraciam. Gentile Arnæus, fœminium Arnæa.

AROERNI, gens bellicoſiſſima Gallorum in Celtica. Apollodorus libro quarto Chronicorum: Celtarum Aroernos.

AROE, urbs Achaiæ, auctore Pauſania libro ſeptimo. Ita à terræ cultu dicta eſt. Appellatur etiam Patræ. Gentile, Aroënſis, uti Arſinoënſis.

HARPAGIA, genere neutro locus circa Cyzicum. Inde Ganymedum raptum fuiſſe perhibent. Incolæ appellantur Harpagiani.

HARPALYCIA, urbs Phrygiæ, à Gordiotichitis condita. Gentile, Harpalycenſis.

HARPASA, urbs Cariæ, quæ ab amne Har-

Peſſime enim in vulgatis Stephani libris legebatur:

- - - - Ἀρνειάστ' ἐνέμοντο.

68 Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας.] Ex ipſo Stephano urbis ſitum diſcimus: alibi eam Celæthræ vicinam facit, & alibi finibus Phocidis, ita enim ille: Κελαίθρα, πόλις Βοιωτίας, Ἄρνης πλησίον, ἀπὸ Κελαίθρου. Et alio loco inquit: Χαιρώνεια, πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος. Chæronea erat recentior appellatio, uti noſter eodem loco fuſius docet Pauſanias in Bœoticis: Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην, ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλιν. In longe alia verſatur opinione Lycophronis Scholiaſtes, perhibens ita dictam eſſe, ab Arna Neptuni nutrice, propterea quod Saturno Neptunum quærenti negaverit, ſe illum habere. Hæc ſunt ejus verba ad locum Lycophronis Stephano allegatum: Ἄρνη πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Ἄρνης [ita legendum, non Ἀρνοῦς] τῆς Ποσειδῶνος τροφοῦ, ὅτι Κρόνου ζητοῦντος Ποσειδῶνα, ἀπηρνήσατο μὴ ἔχειν αὐτὸν, ὅθεν ἡ πόλις ἐκλήθη, πρότερον Σινόεσσα λεγομένη, ὥς φασι Θησεὺς ἐν τρίτῃ Κορινθίων. Vide hac de re etiam Etymologici Magni auctorem, qui hæc verbotenus ex ſcholiis in Lycophronem tranſcripſiſſe videtur.

69 Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας.] Diſtinguit quoque Strabo inter Arnam Bœoticam atque Theſſalicam lib IX. Τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. φασὶ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι Ἄρνην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ὁμώνυμον τῇ Θετταλικῇ. Vide etiam Pauſaniam loco proxime allegato.

70 Περὶ ἧς ὁ χρησμός.] Oraculi hujus præterea meminit Euſtathius ad Iliada B. ubi quatuor hujus appellationis urbes enumerat: Τέσσαρες δὲ Ἄρναι ἀριθμοῦνται τοῖς παλαιοῖς. ἐν αἷς καὶ Θετταλικὴ, ἄποικος τῆς Βοιωτίας, περὶ ἧς ἐχρήσθη οὕτως.

Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα.

71 Ἡ Κιέριον καλεῖται.] Sic reperitur in vulgatis codicibus: Chartaceus Voſſianus vocem unica litera auget: ἡ Κιερικὸν καλεῖται.

72 Θυγατέρα δέ φασιν Αἰόλου.] Idem teſtatur Pauſanias in Bœoticis, cujus verba jam ſupra allegavimus.

73 Τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ.] Gens hæc Thraciæ omnibus geographis plane ignota. Non dubito, quin librariorum imperitia huc vitium irrepſerit: Fortaſſis reſcribendum eſt: τετάρτη, τῆς Ζηρανίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. De Zeraniis Thraciȩ populis apud noſtrum Theopompi & Ephori teſtimonium reperitur. Ζηράνιοι, ἔθνος Θρᾴκης. Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ. καὶ Ζηρανία ἐπὶ τῆς χώρας. Ἔφορος εἰκοστῷ ἑβδόμῳ.

74 Ἀροέρνοι.] Straboni & Ptolemæo dicuntur Ἀρουέρνοι. Gentem ſatis bellicoſam fuiſſe Geographus lib IV teſtatur: Τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Ἀρουέρνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους.

75 Παυσανίας ἑβδόμῳ.] Sine dubio noſter hæc Pauſaniæ verba innuit: Τριπτολέμου δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφικομένου, τόν τε ἥμερον λαμβάνει καρπὸν, καὶ οἰκῆσαι διδαχθεὶς πόλιν, Ἀρόην ὠνόμασεν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ τῆς γῆς. Teſtatur etiam Etymologici Magni auctor, Ἀρόην quaſi παρὰ τὸ ἀρόσαι dictam eſſe & à terræ cultu nomen accepiſſe: Triptolemus enim Celei filius, juſſu Cereris hoc loco primum homines arare & frumenta ſerere edocuit, hæc ſunt ejus verba: Ἀρόη, κώμη πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ πόλις ἡ καλουμένη Πάτραι. περὶ ἧς καὶ λόγιον ἐκ Σιβύλλης ἐξέπεσε τετράμετρον. οἷον, Ἀρόη τετράπυργος ἔσεσθ' εὐδαίμων πόλις. Ὅτι Τριπτόλεμος ὁ Κελεοῦ, ὑπὸ τῆς Δήμητρος κελευσθεὶς διδάσκειν τοὺς ἀνθρώπους τὴν γεωργίαν τοῦ σίτου, ἐν αὐτῇ πρῶτον ἤροσέν τε καὶ ἔσπειρε, τὸ συμφυὲς τῆς γῆς καταμαθών. παρὰ τὸ ἀρόσαι οὖν, Ἀρόη προσηγορικόν.

76 Λέγεται καὶ Πάτραι.] Vide Pauſaniam, & Etymologum, quorum verba jam produximus.

77 Ἁρπάγια, οὐδετέρως, τόπος &c.] Hoc genere vocem uſurpavit Strabo libro XIII, ubi ſitum loci ſic deſcribit: Ἐν δὲ τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς, ἐστὶ τὰ Ἁρπάγεια τόπος, ἐξ οὗ τὸν Γανυμήδην μυθεύουσιν ἡρπάσθαι.

78 Ἅρπασα πόλις Καρίας.] Situm hujus oppidi videre licet apud Ptolemæum & Plinium. Cenſeo Stephanum hæc de Harpaſa collegiſſe ex libro XV Rer. Caricarum Apollonii, ubi Harpaſum amnem antea Daphnuntem appellatum deſcripſit. Fragmentum hoc reperitur apud Etymologici Magni auctorem: Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. εἴρηται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτοῦ. οὕτως ἱστορεῖ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ Καρικῶν.

Ἁρπάσου ποταμοῦ. τὸ [79] ἐθνικὸν Ἁρπασιδεύς, Μύλα Μυλασεύς, Πηγασεύς. A

Harpaſo nomen accepit. Gentile, Harpaſenſis, uti Mylaſa Mylaſenſis & Pegaſenſis.

ἈΡΠΙΝΑ [80], πόλις Ἤλιδος, ἀπὸ Ἀρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, [81] ἀφ᾽ ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος. ὁ πολίτης, Ἀρπιναῖος· καὶ Ἀρπινῆθεν, ἐκ τόπου. B

ARPINA, urbs Elidis, quæ ab Arpina Aſopi filia nomen habet, ex qua Areus Oenomaus natus eſt. Gentile, Arpinæus. Hinc adverbium loci, ex Arpina denotans.

ἉΡΠΥΙΑ, πόλις ἐν Ἰλλυρίᾳ, παρ᾽ Ἐγχελέαις. [82] εἰς ἣν Βάτων ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος μετὰ τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἀπῴκησε· Πολύβιος. τὸ ἐθνικόν, Ἁρπυιήτης, τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἔστι γὰρ Ἁρπυιάτης. C

HARPYIA, urbs Illyriæ juxta Encheleas, ad quam Bato Amphiarai auriga, poſt ipſius interitum, commigravit. Polybius. Gentile, Harpyietes, α in η mutato, eſt enim Harpyiates.

ἈῬῬΑ, πόλις Ἰλλυρική. τὸ ἐθνικόν, Ἀῤῥαῖος. καὶ γὰρ ὁ τύπος συνήθης, ὡς Πελλαῖος, καὶ Βεροιαῖος.

ARRHA, urbs Illyrica, cujus gentile Arrhæus. Hæc enim ſolita eſt forma, uti Pellæus, & Beroæus.

ἈῬῬΕΝΤΕΙΑ [83], πόλις Ἰταλίας. ὁ πολίτης Ἀῤῥεντῖνος, ὡς Πλακεντία Πλακεντῖνος. D

ARRHENTIA, oppidum Italiæ, cujus oppidanus Arrhentinus dicitur, uti à Placentia Placentinus.

ἈῬῬΗΤΙΟΝ, πόλις Τυῤῥηνίας. τὸ ἐθνικόν, Ἀῤῥητῖνος.

ARRHETIUM, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Arrhetinus.

ἈῬῬΗΧΟΙ, ἔθνος Μαιωτῶν· [84] Στράβων ἑνδεκάτῃ. E

ARRHECHI, gens Mæotica, auctore Strabone libro undecimo.

ἌΡΣΑ, πόλις Ἱσπανίας, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῃ χρονικῶν. τὸ ἐθνικόν, Ἀρσαῖος.

ARSA, urbs Hiſpaniæ, cujus meminit Charax libro Chronicorum decimo. Gentile, Arſæus.

ἈΡΣΑΚΙΑ [85], πόλις Μηδείας ἐπίσημος, ἀνατολικωτέρα Μηδείας. οἱ οἰκήτορες Ἀρσακίδαι, ἀπὸ Ἀρσάκου· καὶ Ἀρσακίς, τὸ θηλυκόν. F

ARSACIA, illuſtris Mediæ civitas, verſus orientem Mediæ ſita. Incolæ ab Arſace Arſacidæ dicuntur. Et Arſacis fœmininum eſt.

ἈΡΣΙΝΟΗ, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου [86] ἀδελφῆς, καὶ γυναικός.

ARSINOE, urbs Libyæ, quæ à Ptolemæi Philadelphi ſorore & uxore nomen habet.

79 Τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασιδεύς, Μύλα Μυλασεύς.] Hic locus vitii non eſt immunis, licet ita in codicibus MSS & vulgatis concipiatur: non dubito quin reſcribendum ſit: τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεύς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς. Vide Stephanum in Μύλασα, & de hac emendatione eris certus.

80 Ἄρπινα, πόλις Ἤλιδος, ἀπὸ Ἀρπίνης &c.] Noſter hæc videtur tranſcripſiſſe ex Pauſaniæ Eliacis poſterioribus, ubi refert Oenomaum urbem condidiſſe & de matris nomine appellaſſe, ita enim ille. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἁρπιννάτης καλούμενος ποταμός, καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, πόλεως Ἁρπίννης ἄλλα τε ἐρείπια καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσι Ἁρπίννης. Hæc civitas olim dicta fuit Piſa & Olympia, quemadmodum alibi perhibet Stephanus. Ὀλυμπία, ἡ πρότερον Πῖσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται. λέγεται καὶ Ἄρπινα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Οἰνομάου μητρός.

81 Ἀφ᾽ ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος.] Sic libri exhibent vulgati: melius codex Voſſianus: ἀφ᾽ ἧς Ἄρεος Οἰνόμαος.

82 Εἰς ἣν Βάτων ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος &c.] Batonem fuiſſe Amphiarai aurigam, nemo mediocriter in Mythologia verſatus in dubium vocabit: ſed ipſum poſt Amphiarai ἀφανισμὸν in Illyriam commigraſſe & Harpyiæ habitaſſe, antiquorum teſtimoniis non confirmabitur: nam unanimi conſenſu omnes perhibent, Batonem cum Amphiarao eodem terræ hiatu evanuiſſe: Pauſaniam teſtem producam, qui in Corinthiacis ita inquit: Ἦν δὲ ὁ Βάτων γένους Ἀμφιαράῳ τοῦ αὐτοῦ τῶν Μελαμποδιδῶν, καὶ ἐς μάχην ἐξιόντι ἡνιόχει τοὺς ἵππους. γενομένης δὲ τῆς τροπῆς ἀπὸ τοῦ Θηβαίων τείχους, χάσμα γῆς Ἀμφιάραον καὶ τὸ ἅρμα ὑποδεξάμενον ἠφάνισεν ὁμοῦ καὶ τοῦτον τὸν Βάτωνα. Idem manifeſte liquet ex Apollodoro, ita enim ille lib. III. Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνόν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῇ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλών, τὴν γῆν διέστησεν. ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς δὲ ἔνιοι Ἐλάτωνι, ἐκρύφθη. Non dubito quin Stephanus confundat aurigam Amphiarai cum alio Batone, qui Breucorum, Andizetiorum, Diaſnotum, Peiruſtarum, Mazæiorum, Dæſiatarum, aliorumque minorum & obſcuriorum in Illyria conventuum ſive coloniarum dux fuit, quemadmodum teſtes ſunt Strabo lib. VII & Dio lib. LV.

83 Ἀῤῥέντια, πόλις Ἰταλίας.] Fortaſſis Strabonis lib. V, & Ptolemæi lib. III cap. I, Ἀῤῥήτιον, vel Ἀρήτιον (utroque enim modo ſcribitur, & *Aretium* Plinii lib. XXXV, cap. XII. cujus mox fit à Stephano mentio: nihil tamen affirmo.

84 Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Reſpicit noſter hæc Strabonis verba: Τῶν Μαιωτῶν δ᾽ εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σινδοί, καὶ Δανδάριοι, καὶ Τορεάται, καὶ Ἄγροι, καὶ Ἀῤῥήχοι &c. Mela lib. I cap. XXIX: *Oram quæ à Boſporo ad Tanaim uſque deflectitur, Mæotici incolunt, Toreatæ, Arrechi, Phicores* &c.

85 Ἀρσακία, πόλις Μηδείας.] Variis appellationibus hæc urbs à Stephano nuncupatur, quæ in voce Ῥάγα inveniuntur. Ῥάγα, πόλις ἐν Μηδίᾳ. τὸ ἐθνικὸν τῶν μὲν Ῥαγῶν Ῥάγιος, τῆς δὲ Ῥάγας Ῥαγηνός, ὡς Καῤῥηνός. ἐκτισμένη ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. ἐκαλεῖτο δὲ Εὐρωπός. μετωνομάσθη δὲ καὶ Ἀρσάκη, ἀπὸ Ἀρσάκου βασιλέως Περσῶν. Hodie urbs appellatur *Casbijn*, & pronuntiatione Perſica *Caſvijn*. Dictam fuiſſe Europum & Ragas, etiam teſtatur Strabo lib. XI: Εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε, καὶ Ἀπάμεια, καὶ ἡ πρὸς Ῥαγαῖς καὶ αὐτὴ Ῥάγα, τὸ τοῦ Νικάτορος κτίσμα. ὃ ἐκεῖνος μὲν Εὐρωπὸν ὠνόμασε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίαν, νοτιωτέραν οὖσαν τῶν Κασπίων πυλῶν. Ptolemæus lib. VI cap. II, Europum & Arſaciam diverſas ſtatuit eſſe urbes in Media, à Caſpiis portis longe remotas.

86 Ἀδελφῆς καὶ γυναικός.] Ptolemæum Philadelphum ſororem Arſionem habuiſſe ex hiſtoricorum monumentis ſatis conſtat, atque eam uxorem duxiſſe dubitare non

licet.

νικός. δευτέρα, πόλις [87] Παραιτονίου Λιβύης, A ἡ πρότερον Ταύχειρα. [88] τρίτη, πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι· ἡ περίμετρος αὐτῆς, [89] στάδια ὀκτακισχίλια. τετάρτη, τῆς κοίλης Συρίας. [90] πέμπτη, Κιλικίας. ἕκτη, [91] τῆς Αἰγύπτου πόλις, ἐπὶ τοῦ Δέλτα. ἑβδόμη, Κύπρου, [92] ἡ πρότερον Μάριον B λεγομένη. [93] ὀγδόη, Αἰτωλίας. [94] ἐννάτη, Λύκτου. δεκάτη, [95] τῆς Τρωγλοδυτικῆς, ἡ πρότερον Ὀλβία καλουμένη. ἔστι καὶ ἄλλη Λυκίας. [96] τὸ ἐθνικὸν, Ἀρσινοήτης, καὶ Ἀρσινοεὺς ἐπὶ τῆς Αἰτωλικῆς,

A bet. Secunda, Libyæ in Pentapoleos regione, quæ antea Tauchira appellabatur. Tertia, Syriæ in Aulone, cujus ambitus octo habet ſtadia. Quarta, Cœleſyriæ. Quinta, Ciliciæ. Sexta, eſt Ægypti urbs in Delta. B Septima, Cypri, antea Marium nuncupata. Octava, Ætoliæ. Nona, Lyciæ. Decima, regionis Troglodyticæ, antea Olbia appellata. Eſt item alia Lyciæ. Gentile, Arſinoetes: & Arſinoenſis de Ætolica urbe utitur

licet. Ille enim, ſimulato amore, ut ipſam Caſſandreæ urbis poſſeſſione privaret, ſororis ſuæ matrimonium petit, in quod, pactis nonnullis conditionibus, illa concedit. Videſis Juſtinum lib. XXIV cap. II & III. Primo intuitu totum locum ita conceperam: Ἀρσινόη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀδελφῆς, καὶ γυναικὸς Λυσιμάχου. Arſinoen Lyſimacho nuptam fuiſſe teſtatur Idem Juſtinus lib. XVII cap. II. *Quippe poſt menſes admodum ſeptem Ptolemæo, cujus ſororem Lyſimachus in matrimonio habuerat, per inſidias circumventus occiditur.* Verum locus ſatis eſt integer, nullaque ſuppletione indiget, præſertim cum Ægyptiorum mores ſinant ſororem in matrimonio habere. Vide Strabonem lib. X cujus verba infra in medium produximus.

87 Παραιτονίου Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα.] Tauchiram urbem Lybicam, & poſterioribus temporibus Arſinoen fuiſſe dictam, etiam Stephanus ſuo comprobavit teſtimonio. Ταύχειρα πόλις Λιβύης, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, ὡς Τάγχειρα, ἀπὸ Ταχείρας τῆς Ἀντάνδρου θυγατρός. λέγεται δὲ νῦν Ἀρσινόη. Sed qua in regione Libyæ fuerit ſita Epitomator reticuit; & quid ſibi hoc loco velit Παραιτονίου Λιβύης, quo accuratiorem ſitus deſcriptionem exhibere videtur, non niſi divinando dixerim. Omnino ſubeſt hic aliquid portenti, licet ſcripti & vulgati codices nihil mutent, quod abſque magna mutatione non auferetur: fortaſſis reſcribendum eſt: Δευτέρα πόλις, Πενταπόλεως Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα In Aphricæ Cyrenaica provincia regio eſt Pentapolis, Geographis ſic dicta à quinque præclaris urbibus, collocantur enim ibi Apollonia, Berenice, Tauchira ſive Arſinoe, Ptolemais, & Cyrene. Ptolemæus lib. IV. cap. IV. Πενταπόλεως θέσις· Βερενίκη, ἡ καὶ Ἑσπερίδες. Λάθων ποταμοῦ ἐκβολαί. Ἀρσινόη, ἡ καὶ Ταύχειρα. Ita hunc locum lego, ubi male Τεύχειρα excuſum eſt. Optime etiam in hanc rem ſcripſit Plinius lib. V. cap. V: *Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio illuſtratur Hammonis oraculo; quod à Cyrenis abeſt* CCCC M *paſſuum, à fonte Solis; urbibus maxime quinque, Berenice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipſa Cyrene.* Et mox ſequitur: *Ab ea Arſinoe, Tauchera vocata,* XLIII M. *paſſuum.* Vide etiam Strabonem libro XVII in Cyrenaicæ provinciæ deſcriptione, & conjecturam noſtram omnino non improbabis, licet paullulum à vulgatis libris & MSS recedat. Si quis tamen vulgatam lectionem velit defendere, ille ante τὸ Παραιτονίου voculam πλησίον inſerere neceſſe habebit, vel ſimile quid. Sed ut verum fatear, prior conjectura magis placet: nam Geographorum teſtimoniis evidentiſſimum eſt, hanc Arſinoam in Pentapolitana regione fuiſſe ſitam: & quam longe Parætonium à Pentapoli diſtet, omnes norunt geographiæ periti, adeo ut τὸ πλησίον parum ad rem faceret.

88 Πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι.] Hujus meminit Etymologici magni Auctor, traditque in colle ſitam eſſe, plurimos fontes eructante, & ἀπὸ τοῦ ἄρσαι nomen habere. Ἀρσινόη, πόλις ἐν Συρίᾳ ἐπὶ βουνῷ κειμένη, ἐπὶ δὲ τοῦ βουνοῦ πηγὰς ἐξερεύγεται πλείονας, ὡς ποταμοὺς γίνεσθαι μεγάλους, ἀφ' ὧν πόλις ὠνόμασται, ἄρσαι γὰρ τὸ ποτίσαι. Damaſceno agro hæc urbs erat proxima, uti liquet ex Strabone, convallem regiam Αὐλῶνα βασιλικὸν ibi deſcribente, ita enim ille lib. XVI. Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μαρσύου ἐστὶν ὁ καλούμενος Αὐλὼν βασιλικὸς, καὶ ἡ Δαμασκηνὴ χώρα, διαφερόντως ἐπαινουμένη. Admodum veriſimile eſt in colle fuiſſe conditam, ne inundationem pateretur, nam αὐλῶνες ſunt depreſſæ convalles, barathra, atque terræ cavitates. Heſychius: Αὐλῶνες, φάραγγες, τόποι βαθεῖς ἐπὶ τὰ ὄρη.

89 Στάδια ὀκτακισχίλια.] In hiſce verbis error eſt plano graviſſimus, nam urbem fuiſſe tanti ambitus non facile mihi perſuaſerim. Salmaſius in margine libri correxit: Στάδια ὀκτώ.

90 Πέμπτη, Κιλικίας.] De hac mentionem facit Ptolemæus lib. V cap. VIII.

91 Τῆς Αἰγύπτου πόλις.] Hæc illa eſt, quæ etiam Clyſma & Cleopatris fuit appellata, non longe ab Heroum civitate diſſita. Strabo lib. XVII. Ἔστι δὲ καὶ νομὸς Σεθρείτης παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην. ἕνα δὲ τῶν δέκα τῶν ἐν τῷ Δέλτα διαριθμεῖται καὶ τοῦτον. εἰς δὲ τοσαύτας λίμνας συμβάλλουσι καὶ ἄλλαι δύο διώρυγες. ἄλλη δ' ἐστὶν ἐκδιδοῦσα εἰς τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον κατὰ πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι.

92 Ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη.] Stephanus in illa voce: Μάριον, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη. Vide etiam Strabonem lib. XIV: Scylacem Caryandenſem capite Κύπρος: & Plinium lib. V. cap. XXXI.

93 Ὀγδόη Αἰτωλίας.] De hac mentionem facit Polybius in Excerptis de virtutibus & vitiis, eamque non Arſinoen, ſed Arſinoïam appellat, ubi refert Ætolos ſolere latrociniis & ſceleribus victum quærere, hæc ſunt ejus verba: Βραχεῖ δ' ἀνώτερον χρόνῳ γεγευμένοι τοῦ φόνου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν, ἀποτεθηριωμένοι τὰς ψυχὰς, ὥστε μηδὲ βουλὴν διδόναι τοῖς προεστῶσι. διόπερ ἦν ἀκρισίας καὶ παρανομίας καὶ φόνου πλήρη τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν. Hæc condita eſt, teſte Strabone, ab Arſinoa Ptolemæi Philadelphi uxore, eadem & ſorore, ita enim ille lib. X. Μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κωνώπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς, ἅμα καὶ ἀδελφῆς.

94 Ἐννάτη, Λύκτου.] Non dubito, quin librariorum imperitia monſtrum illud lectionis in textum irrepſerit: Λύκτος enim neque provinciæ neque regionis nomen eſt, ſed oppidi in Creta. Fortaſſis reſcribendum eſt: ἐννάτη, Λυκίας. Nihil occurrit melius divinandum: nam infra ſequetur: ἔστι καὶ ἄλλη Λυκίας. Hac loquendi formula non uſus fuiſſet Stephanus, niſi in præcedentibus alterius meminiſſet. Cenſeo hic debere intelligi Pataram à Pataro conditam, quam Ptolemæus Philadelphus cum eam auxiſſet atque inſtauraſſet, ab uxore Arſinoen Lyciæ appellavit, ita enim de illa ſcribit Strabo lib. XIV. Μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὐτὴ μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ πολλὰ, κτίσμα Πατάρου. Πτολεμαῖος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπισκευάσας, Ἀρσινόην ἐκάλεσε τὴν ἐν Λυκίᾳ.

95 Τῆς Τρωγλοδυτικῆς.] Hæc ſine dubio eſt diverſa ab illa, quam ſupra ex Strabone Cleopatridem dictam oſtendimus. Hujus etiam meminit Geographus lib. XVI hiſce verbis: Ἀπὸ δὲ Ἡρώων πόλεως πλέουσι κατὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, πόλιν εἶναι Φιλοτέραν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου προσαγορευθεῖσαν, Σατύρου κτίσμα τοῦ πεμφθέντος ἐπὶ τὴν καὶ διερεύνησιν τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας τῆς Τρωγλοδυτικῆς. εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην. Hæc etiam ab Heroum civitate non longe abfuit, ut & alia quæ Cleopatris appellabatur, quare opportune Strabo, εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην hoc loco addidit. Verum illud obiter admonendum, me hæc ex Aldina editione tranſcripſiſſe; quatuor enim ultima verba utrique Caſaubonianæ caſu quodam excidiſſe videntur. Hujus urbis memoria etiam reperitur apud Diodorum Siculum lib. III.

96 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρσινοήτης.] Apud Hubertum Goltzium exſtat nummus cum inſcriptione, ΑΡΣΙΝΟΗΤΩΝ. Diſſentit codex Voſſianus, in quo exaratum eſt, τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοΐτης.

κῆς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῳ. [97] ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοεὺς, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ.

ἈΡΣΥΣΙΆ[98], χωρίον τῶν Ψύρων, καὶ Χίου, τραχεῖα, καὶ ἀλίμενος, [99] ὅσον σταδίων τριάκοντα, οἶνον ἄριστον ἔχουσα, [1] καλούμενον Ἀρσύσινον, οὗ μέμνηται Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας τοιῶσδε κλητέον, [2] κατὰ συγκοπὴν τοῦ σι. ἦν γὰρ Ἀρσυσιηνὸς, [3] ἢ Ἀρσυηνὸς, ὡς Καρδία Καρδιανὸς, Ὀλβία Ὀλβιανὸς, Ἀδρία Ἀδριανός.

ἈΡΤΑΊΑ[4], Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεὺς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας· Ἑλλάνικος ἐν Περσικῶν πρώτῃ. οἱ οἰκοῦντες, Ἀρταῖοι. Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, [5] ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους, ἥρωας καλοῦσι. τάχα δὲ καὶ ἐντεῦθέν μοι δοκεῖ Ἀρταξέρξαι, καὶ Ἀρτάβαζοι, ὥσπερ Αἰγυπτίοις, καὶ [6] Μιλλάμωνες, καὶ Πανεπόλλωνες. [7] Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. [8] ἔστι καὶ Ἀρταίου τεῖχος πολίχνιον ἐπὶ τῷ Ῥυνδακῷ ποταμῷ,

tur Polybius libro nono. Verum à Libyca civitate etiam Arſinoenſis deducitur, teſte Alexandro libro tertio Libycorum.

ARSYSIA, regiuncula inter Pſyra & Chium, aſpera & importuoſa, triginta circiter ſtadiorum: vinum ferens optimum, quod Arſyſinum vocatur, cujus meminit Strabo libro quarto decimo. Similiter etiam incolæ ſunt appellandi per ſyncopen ſyllabæ σι: eſſet enim Arſyſienus, ſive Arſyanus, uti Cardia Cardianus, Olbia Olbianus, Adria Adrianus.

ARTÆA, regio Perſica, in qua Perſeus Perſei & Andromedæ filius urbes condidit, auctore Hellanico rerum Perſicarum libro primo. Incolæ Artæi vocantur. Perſæ vero Artæos, quemadmodum Græci priſci ſeculi viros, heroes appellant. Hinc fortaſſis, uti mihi videtur, formantur compoſita Artaxerxæ & Artabazi, ſicuti apud Ægyptios Melammones, & Panapollones. Herodianus eos Arteatas nuncupat per Epſilon. Eſt porro Artæi murus oppidulum ad amnem Rhyndacum,

97 Ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοεύς.] Hæc contraria ſunt canoni, quem Stephanus de forma Libycorum gentilium exhibet: paſſim enim docet Ægyptia & Libyca gentilia in ιτης terminari. Vide in vocibus Ἄζιλις, Ὦφθις, atque aliis in locis plurimis. Proinde vehementer dubito an non olim à Stephano hic fuerit exaratum: Ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοΐτης.

98 Ἀρσυσία, χωρίον τῶν Ψύρων καὶ Χίου.] Conſtanter ita legunt libri MSS & vulgati: verum Stephanum incidiſſe in Strabonis depravatum à librariis codicem, jam monuit Cl. Caſaubonus, & pro Ἀρσυσία reſcribendum eſſe Ἀριουσία: hanc enim lectionem confirmant Plinius, Plutarchus & quotquot hujus regiunculæ & vini Ariuſii meminere. Verum quæ porro in hiſce verbis ſunt emendanda, viri docti intacta reliquere; nam quid quæſo ſibi volunt hæc verba, χωρίον τῶν Ψύρων καὶ Χίου? An Ariuſia & Pſyrorum & Chii regiuncula cenſeri poteſt? Apage nugas haſce. Procul dubio poſt χωρίον, vel μεταξὺ, vel ſimile quid periit, quod niſi quis adjecerit, fruſtra in emendatione hujus loci ſudabit: optime enim Ariuſia inter Pſyra & urbem Chium, in orientali latere inſulæ ſitam, collocari poteſt, quod ferme ab omnibus, qui in mappis geographicis operam poſuere, prætermiſſum eſt.

99 Ὅσον σταδίων τριάκοντα.] Neque hæc verba ita apud Strabonem concipiuntur: apud ipſum pro τριάκοντα legitur τριακόσια, quæ lectio omnino intoleranda eſt, cum Chii ambitus, ſi quis littus legat, ſtadiorum eſt ıɔcccc, uti ipſe Strabo libro XIV auctor eſt.

1 Καλούμενον Ἀρσύσινον,] Et hic reſcribendum eſt, quemadmodum ex Strabone manifeſte liquet: Καλούμενον Ἀριούσιον. Peſſime exhibet liber Voſſianus: Καλούμενον Ἀρσύσινον. Plinius de vinis tranſmarinis lib. XIV cap. VII. *In ſumma gloria fuere Thaſium Chiumque. Ex Chio quod Ariuſium vocant.* Plutarchus in Epicurum: Λαΐδι συγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον Ἀριούσιον. Vide quoque Athenæum lib. I. cap. XXV, & alios.

2 Κατὰ συγκοπὴν τῆς σι, ἦν γὰρ Ἀρσυσιηνός.] Tanto molimine hinc formare hujuſmodi gentile, meræ nugæ ſunt. Licet enim iſtam ſyllabam auferas, remanebit Ἀρσυηνὸς, quæ vox etiam nihili eſt, uti mox probabimus. Stephanus vitioſo Strabonis libro [illegible]ens, regiunculæ nomen corrupte protulit, atque inuſitatum inde gentile deduxit. Si liceat dicere οἶνος Ἀριούσιος, optimo jure etiam incolæ Ἀριούσιοι ſunt appellandi.

3 Ἢ Ἀρσυηνός.] Etiam hoc gentile in libris ſcriptis & editis profligatiſſime corruptum circumfertur. Corrigebat ὁ πάνυ Salmaſius in margine ſui libri: ἢ Ἀρσυσιανός. Hæc emendatio ex ipſa ſenſus ἀκολουθίᾳ firmari poſſet: verum cum loci nomen ſit Ἀριούσια, inde neceſſario Ἀριουσιανὸς formandum foret.

4 Ἀρταία, Περσικὴ χώρα.] Videtur ipſa Perſia olim ſic dicta fuiſſe: nam teſte Herodoto lib. VII, Perſæ quondam à Græcis Cephenes, à ſe vero ipſis atque ab accolis *Artæi* vocabantur; hæc ſunt ejus verba. Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέντοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι.

5 Ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους ἥρωας καλοῦσι.] Maxime miror, viros doctos hunc locum citantes, in eo lacunam non ſubolfeciſſe, quam libri editi præferunt; in iis enim ita legitur: Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι. Nos ex libris calamo exaratis lacunam voce ἥρωας ſupplevimus, atque hanc editionem auctiorem fecimus. Huc optime facit locus Heſychii: Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις.

6 Μιλλάμωνες.] De integritate hujus vocis fateor me dubitare. Loquitur Stephanus de compoſitione vocabulorum apud Ægyptios uſitata; verum quid prima compoſiti pars ſit aut denotet, nulla conjectura poſſum aſſequi. Malo igitur ſtatuere vocem leviter eſſe corruptam, atque hic reponendum eſſe aut Μελάμμωνες, aut Νειλάμμωνες, quod eodem redibit: nam Nilus, teſtibus Plutarcho & Euſtathio in Dionyſium de ſitu orbis, Μέλας, & veteribus Latinis *Melo* appellatus fuit, ut tradunt Feſtus & Servius. Inter trecentos ſeptuaginta ſex Epiſcopos, qui in Concilio Sardicenſi, Rufino & Euſebio CSS celebrato, ſubſcripſerunt, etiam reperitur Epiſcopus Ægyptius, cui ΝΕΙΛΑΜΜΩΝ nomen erat: eodemque loco huic non diſſimilia inveni compoſita, uti Σεραπάμμων, Ἀγαθάμμων, Ἡρακλάμμων, & Ψενόσιρις qui ad alium locum pertinet, ubi de Adonoſiride nobis erat ſermo. Vide pag. 112. Comment. 30.

7 Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ.] Etſi ita omnes codices habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Librarios facili negotio pro Ἡρωδιανὸς ſubſtituere Ἡρόδοτος, & vica verſa, notius eſt quam quod doceri debeat. Reſcribendum eſt ſine ulla dubitatione: Ἡρόδοτος Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ. Hanc correctionem eſſe veriſſimam, liquet ex ipſo Stephano: Ἀρτεᾶται γένος Περσικόν. Ἡρόδοτος πρώτῃ. Ad quem locum Herodoti verba producemus.

8 Ἔστι καὶ Ἀρταίου τεῖχος.] Chartaceus Voſſianus exhibet: Ἔστι καὶ Ἀρταίων τεῖχος.

ταμῷ, ὡς Κρατερὸς ἐννάτῳ περὶ ψηφισμάτων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρταιοτειχίτης.

ἈΡΤΆΚΗ, πόλις Φρυγίας, [9] ἄποικος Μιλησίων. Δημήτριος δὲ νησίον εἶναί φησι, καὶ Τιμοσθένης λέγων, [10] Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς. τοῦτο δὲ νησίον ἐστὶν, ἀπὸ γῆς ἀπέχον στάδιον. κατὰ τοῦτο λιμὴν ὑπάρχει βαθὺς ναυσὶν ὀκτὼ ὑπὸ τῷ ἀγκῶνι, [11] ὃν ποιεῖ τὸ ὄρος ἔχεσθαι τοῦ αἰγιαλοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρτακηνός. Σοφοκλῆς δὲ Ἀρτακεὺς εἶπε,

Τί μέλλετ' Ἀρτακεῖς τε καὶ Περκώσιοι;

[12] καὶ Ἀρτάκιος εἶπε Δημοσθένης, ἐν ἐννάτῳ Βιθυνιακῶν,

Νάσσατο δ' Ἀρτακίοισιν ἐφέστιος αἰγιαλοῖσιν.

[13] οὕτω γὰρ αὐτόθι ἡ Ἀφροδίτη καλεῖται.

ἈΡΤΑΚΟΊ, ἔθνος Θρᾴκιον.

ἈΡΤΆΞΑΤΑ, πόλις Ἀρμενίας Στράβων ἑνδεκάτῃ. [14] ἣν καὶ Ἀρταξιασῶτα καλοῦσι. λέγεται δὲ, τὴν πόλιν οἰκίσαι Ἀρταξίαν, Ἀρμενίας βασιλεύσαντα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρταξατηνός.

ἈΡΤΕΑ͂ΤΑΙ [15] γένος Περσικόν. Ἡρόδοτος πρώτῃ.

ἈΡΤΕΜΊΣΙΟΝ [16], πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Ἀρτεμισιάτης. Φίλιστος δὲ Ἀρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, [17] ἴσως Δωρικῶς. ἔστι καὶ πόλις Εὐβοίας.

ἈΡΤΈΜΙΤΑ, νῆσος Τυῤῥηνικὴ, [18] παρὰ τὴν

A cum, uti Craterus lib. IX. Decretorum perhibet. Gentile, Artæotichita.

ARTACE, urbs Phrygiæ, Mileſiorum colonia. Demetrius tradit parvam eſſe inſulam, & Timoſthenes ita inquit. Mons
B Artace in agro Cyziceno ſitus, & eſt inſula ſtadium à terra diſtans: juxta hanc portus exiſtit adeo profundus, ut octo navium capax ſit, quem mons in propinquo littore anfractu ſuo efficit. Gentile, Artacenus: verum Sophocles dixit Artacenſis:

C *Quid cunctamini Artacenſes & Percoſii?*

Et Demoſthenes libro nono rerum Bithyniacarum inquit, Artacius:

Habitavit autem tanquam civis in oris Artaciis.

D Hoc enim nomine ibi Venus nominatur.

ARTACI, gens Thracica.

ARTAXATA, urbs Armeniæ, cujus meminit Strabo libro XI. Hanc quoque Artaxiaſata appellant. Narratur Artaxiam Arme-
E niæ regem, urbem condidiſſe. Gentile, Artaxatenus.

ARTEATÆ, genus Perſicum, auctore Herodoto libro primo.

ARTEMISIUM, urbs in mediterra-
F neis Oenotrorum, apud Hecatæum in Europa. Civis Artemiſiates vocatur. Philiſtus eam Artemitium appellat, fortaſſis Dorice. Eſt item urbs Eubœæ.

ARTEMITA, inſula Tyrrhenica juxta inſu-

9 Ἄποικος Μιλησίων.] Mileſios in agrum Cyzicenum, ſive in inſulam Cyzicum, in qua erat Artace, coloniam miſiſſe, etiam teſtatur Plinius lib. V cap. XXVI, hiſce verbis. *Flumen Granicum, Artace portus, ubi oppidum fuit. Ultra inſula, quam continenti juxit Alexander, in qua oppidum Mileſiorun Cyzicum, antea vocatum Arconneſos.* Ex hiſce liquet Plinium Artacem, contra fidem aliorum Geographorum in Cyzico non collocaſſe, quæ, uti autumant nonnulli, inſula, vel ut alii volunt, peninſula fuit, duobus pontibus minori Myſiæ conjuncta. Optime ex verbis Scylacis Artacæ ſitum colligimus, ita enim ille capite Phrygia. Καὶ Κύζικος ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη.

86 Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπαλαθίδος, ὡς Ψωφίδος, καὶ Αὐλίδος.] Sequimur Xylandrianam & alias editiones, non quod earum lectionem probemus, ſed quia libri calamo exarati nulla corruptiſſimo huic loco præbia ſuppeditant: nam neque Ἀσπαλαθίδος, neque illa quæ ſequuntur pro gentilibus ſunt habenda; quia ſunt caſus obliqui, è quibus gentilia formantur, liquet hoc evidentiſſime apud noſtrum in vocabulo Ψωφὶς, ubi ita inquit. Ἔστι δὲ τρίτη τῆς Ἀχαΐας. ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων. ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τοῦ Ἀρκάδος Ἀρκάδιος, καὶ τοῦ Αὐλίδος Αὐλίδιος, οὕτω Ψωφίδος Ψωφίδιος. Ergo hoc loco lacuna eſt, quam hunc in modum ſupplere tentabam. Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἀσπαλαθίδος Ἀσπαλαθίδιος, ὡς ἀπὸ τοῦ Ψωφίδος Ψωφίδιος, καὶ Αὐλίδος Αὐλίδιος. Verum ſi locum ita augere non placeat, eum ita conſtitues: τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπαλαθίδιος, ὡς Ψωφίδιος, καὶ Αὐλίδιος. Alterutram lectionem eſſe veriſſimam, nemo in dubium vocabit, qui rem vere perpenderit.

87 Ἢ Ἀσπαλαθίτης.] Scilicet juxta canonem nominum in ις deſinentium, de quo in verbis commentario proximo allegatis, noſter mentionem facit.

88 Ἀσπένδου κτίσμα.] Perhibet Strabo lib. XIV Aſpendum, urbem ſatis populoſam, ab Argivis conditam eſſe. Accuratam ſitus deſcriptionem lege apud Arrianum lib. I de Exped. Alex. Mag.

89 Ὁ πολίτης, Ἀσπένδιος.] Paſſim occurrit hoc oppidani nomen apud Græcos Latinoſque ſcriptores. Polybius lib. V Hiſtor. Ἀσπένδιοι δὲ τοὺς ἡμιόνους. Livius lib. XXXVIII cap. XV: *Termeſſo pacem dedit; quiquaginta talentis argenti acceptis, item Aſpendiis, cæteriſque Pamphiliæ populis.*

90 Ἀσπὶς, πόλις Λιβύης.] Latinis ſcriptoribus urbs *Clypea* appellabatur, quam Solinus à Siculis conditam perhibet, ita enim ille cap. XXVII. *Clypeam civitatem Siculi extruunt, & Aſpida primum nominant.* Apud Cæſarem lib. II Bel. Civil. ſingulari & plurali numero vox effertur: *Hic locus abeſt à Clypeis paſſuum* XXII *millia, habetque non incommodam æſtate ſtationem, & duobus eminentibus promontoriis continetur. Hujus adventum L. Cæſar filius cum* X *longis navibus ad Clypeam præſtolans &c.* Sed peſſime in vulgatis *à Clypeis*, cum legendum ſit *à Clypea*. Alii omnes urbis appellationem genere fœminino & numero ſingulari uſurpant, ita quoque Hirtius commentario de Bello Africano, circa initium: *Clypeam claſſe prætervehitur:* ubi mox ſequitur: *Et à Clypeis ſecundum oram maritimam apparuit.* Ita quoque exhibent vulgati, ſed liber Academiæ Lugd. Bat. calamo exaratus optime habet. *Et à Clypea ſecundum oram maritimam.* Urbs ſita erat in promontorio Mercurii, verſus orientem Neapolin, Adrumetum, Ruſpinam & Leptim aſpiciens. Formam oppidi accepit tempore Agathoclis Siciliæ Tyranni, patre figulo nati, quo tempore adverſus Carthaginenſes claſſem duceret; ſed poſtea hæc urbs à Romanis una cum Carthagine eſt everſa. Strabo lib. XVII: Εἶτα Νεάπολις, εἶθ' ἄκρα Ταφῖτις. καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς. καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις. Clypeam fuiſſe appellatam idem tradit Geographus lib. VI: Καὶ περὶ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι.

91 Ἔστι δὲ νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν.] Exiſtimo hanc inſulam in ſinu Saronico eſſe collocandam, atque inter illas inſulas numerandam, quæ Athenienſium portui objacent. Plinius lib. IV cap. XII: *Sirao promontorio objacent Eleuſa, Dendros, Craugiæ duæ, Caciæ duæ, Selachuſa, Cenchreis, Aſpis.* In membranis Bibliothecæ publicæ pro *Dendros* conſpicitur *Alendros*, quod mihi ſuſpicionem injicit, olim in Plinii exemplaribus *Adendros* fuiſſe exaratum, eamque eſſe inſulam cujus ſitum Stephanus infra reticet, atque ab arborum raritate ex Cleone Syracuſano, ſic dictam perhibet.

92 Μεταξὺ Λεβέδου δὲ Τέω.] Hæc illa eſt inſula, quam Stephanus ſupra Ἀρκόνησον appellavit, ſed quod eam Cariæ adſcribit, in eo toto cælo errat: Caria enim ſe ultra Mæandrum & Cayſtrum amnes non extendit, poſt quos Teos & Lebedus in conſpectum veniunt: Fortaſſis ibi apud Stephanum reſcribendum eſt: Ἀρκόνησος, νῆσος πλησίον Ἱερείας. Vel hanc potius emendationem elige certiſſimam, ſi à vulgata lectione paullulum mavis recedere: Ἀρκόνησος, νῆσος Ἰωνίας. Strabo lib. XIII. Καὶ Τέως

ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη, [93] Ψύρων ἐγγύς. ἔστι A καὶ ἄλλη, ὡς Κλέων ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν λιμένων, [94] ἄδενδρος οὖσα. ἔστι καὶ πέραν Πίσης, ὡς Πανύασις ἐν Ἡρακλείας ἑνδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, δύναται Ἀσπιδίτης, τῷ ἔθει τῶν Αἰθιοπικῶν πόλεων καὶ Λιβυστῶν. B [95] τὸ δὲ ἀσπιδιώτης παρὰ τῷ ποιητῇ, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω. ἔστι δὲ τοῦτο παρὰ τὸ ἀσπίδιον, Μένανδρος,

Ἀσπίδιον ἐπριάμην τι, καὶ μαχαίριον.

τὸ δὲ ἀσπιδίτης, καὶ ἀσπιδοῦχος. [96] Σοφοκλῆς C ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι,

Ἀλλ' ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον,
Ὡς ἀσπιδοῦχος, ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

δύναται καὶ Ἀσπίδιος, καὶ Ἀσπιδεύς.

ἈΣΠΛΗΔΩ͂Ν [97], πόλις Φωκίδος. D [98] Παυσανίας ἐνάτῳ. ἀπὸ Ἀσπληδόνος, υἱοῦ νύμφης [99] Μηδείας καὶ Ποσειδῶνος. τὴν δὲ [1] παρ' Ὁμήρῳ τῆς Βοιωτίας, φασὶ [2] τοὺς Αἰολεῖς πρότερον Βοιωτοὺς καλεῖσθαι. [3] Τοὺς δὲ Ὀρχομενὸν καὶ Ἀσπληδόνα. [4] γρά- E φεται καὶ χωρὶς τοῦ α, ἀλλ' οὐ παρ' Ὁμήρῳ. [5] τὸ

A Reperitur & alia prope Pſyra, atque inſuper alia in qua nullæ arbores creſcunt, de qua Cleo tractatu de Portubus mentionem fecit. Exſtat etiam locus ultra Piſam hujus nominis, cujus Panyaſis libro undecimo de Heraclia meminit. Hinc gentile Aſpidita formari poteſt, eodem B modo quo gentilia ab Æthiopicis & Libycis urbibus deducuntur. Verum apud Poëtam Aſpidiotes reperitur per pleonaſmum literæ ω, quod à voce ἀσπίδιον *ſcutulum* formatum videtur. Menander:

Scutulum emi quoddam & cultellum.

C Verum apud Sophoclem in Nauplio navigante legitur Aſpidites & Aſpiduchus.

Sed ἀσπιδίτης *[bellator] eſt armis circumſeptus,*
Uti ἀσπιδοῦχος *[ſcutatus,] aut Scytha ſagittis.*

Hinc etiã Aſpidius & Aſpidenſis formari poſſunt.

D ASPLEDO, urbs Phocidis, auctore Pauſania libro nono. Nomen habet ab Aſpledone, nymphæ Mideæ & Neptuni filio. Hæc ab Homero Bœotiæ adſcribitur. Narrant Æolenſes priſcis temporibus Bœotos appellatos fuiſſe: illos vero Aſpledonem & Orcho- E menum condidiſſe. Urbis nomen etiam ſine A exaratur, ſed non apud Homerum. Gen-

Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. Μεταξὺ δὲ νῆσος Ἀσπὶς, οἱ δὲ Ἀρκόννησον καλοῦσι.

93 Ψύρων ἐγγύς.] Hæc inſula ei, quam ſupra inter Lebedum & Teum collocat noſter, admodum videtur vicina. Hanc ab illa diverſam eſſe, mihi difficulter ſine auctoritate aliorum Geographorum perſuaſerim. Fortaſſis eædem ſunt: nam Pſyra, Chius, Lebedus, Teos & propinqua eis Aſpis, quam longe à ſe invicem diſtent, geographiæ cultoribus ſatis eſt notum.

94 Ἄδενδρος οὖσα.] Hæc fortaſſis eadem eſt, quam Ethnicologus modo juxta Cycladas collocavit, quemadmodum in præcedentibus ſatis probabiliter confirmavimus.

95 Τὸ δὲ ἀσπιδιώτης παρὰ τῷ ποιητῇ.] Innuitur locus ex Homeri Bœotia:

Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

Si vox deducatur ab ἀσπιδίτης, tum fit per pleonaſmum literæ ω: verum ſi à voce ἀσπίδιος, tum nihil in derivativo redundat, & ſimiliter ſe habet ac ἴδιος ἰδιώτης & ἥλιος ἡλιώτης, uti optime docet Etymologici Magni auctor in τῷ Ἀσπιδιώτης, qui non perinde ac noſter vocem ἀπὸ τοῦ ἀσπίδιον deducit.

96 Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι.] Aliquoties hujus fabulæ inſcriptio apud Heſychium occurrit atque apud alios. Nauplius fuit Amymones & Neptuni filius: hic quia longævus erat, mare navigans morientium caſum permoleſte ferebat: verum ipſi tandem aliquando tale mortis genus contigit, quo alios defungi mœſtiſſime conſpiciebat. Hæc materia Sophocleo cothurno non indigna fuit: eam Tragicos in ſcenam produxiſſe Apollodorus lib. 11 teſtis eſt.

97 Ἀσπληδὼν, πόλις Φωκίδος.] An τὸ Φωκίδος à Stephani manu ſit profectum vehementer dubito: eo inclinarem, quia mox ſequitur: τὴν δὲ παρ' Ὁμήρῳ Βοιωτίας. Ita autem hic eſſe ſcribendum juxta omnes Geographos evidentiſſimum eſt: imo huic ſententiæ etiam noſter non obſcure adſtipulatur alibi, tradens Aſpledonem eſſe vicum Bœotiæ Hyettum nuncupatum. Ὑηττὸς, κώμη Βοιωτίας. τινὲς δὲ τὴν Ἀσπληδόνα Ὕηττον ἐκάλεσαν. Alia probatione res non indiget, præſertim ſi locum Pauſaniæ, mox producendum, probe conſideraveris.

98 Παυσανίας ἐνάτῳ.] Reſpicit Stephanus hæc Pauſaniæ verba è Bœoticis. Ἀσπληδόνα δὲ ἐκλιπεῖν τοὺς οἰκήτορας φασὶν, ὕδατος σπανίζοντας. γενέσθαι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀσπληδόνος τῇ πόλει. τοῦτον δὲ εἶναι νύμφης τε Μιδείας καὶ Ποσειδῶνος. Igitur ob aquarum penuriam deſerta fuit Aſpledo, quod nequaquam Stephani verbis reſpondet, narrantis Aſpledonem Hyetti nomine inſignitam fuiſſe, propterea quod perpetuo imbre irrigatur. Ὕηττος κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὑήττου ἀνδρὸς Ἀργείου. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. ὠνόμασται δὲ οὕτω, διὰ τὸ κατῦσθαι σφοδροῖς ὄμβροις. τὸ ἐθνικὸν Ὑήττιος, ὡς Ὑμήττιος. τινὲς δὲ τὴν Ἀσπληδόνα Ὕηττον ἐκάλεσαν.

99 Μιδείας.] Rejecimus τὸ Μηδείας, quod omnes vulgati exhibebant, id poſtulante Pauſania, cujus verba jam produximus.

1 Παρ' Ὁμήρῳ Βοιωτίας.] Præter Homerum etiam Strabo, Pauſanias, Plinius & Euſtathius in commentariis ad navium catalogum, hanc urbem Bœotiæ ſolo adſcribunt.

2 Τοὺς Αἰολεῖς πρότερον Βοιωτοὺς καλεῖσθαι.] Hæc verba cum præcedentibus non cohærent: ferme eadem leguntur apud Pauſaniam lib. x de priſco Bœotorum nomine, ſed inverſa plane ſententia: Οἱ δὲ Ἀμφικτύονες οἱ ἐπ' ἐμοῦ τριάκοντα ἀριθμὸν ἦσαν. ἐκ Νικοπόλεως μὲν καὶ Μακεδονίας τε καὶ Θεσσαλῶν, ἀπὸ ἑκάστων δύο ἦσαν. ἐκ δὲ Βοιωτῶν (Θεσσαλίας γὰρ καὶ οὗτοι τὰ ἀρχαιότερα ᾤκησαν, καὶ Αἰολεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦντο) καὶ ἐκ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν, παρὰ τούτων δύο ἑκάστων. Bœoti ergo, priſcis temporibus Theſſaliæ partem tenentes, Æolenſes appellati ſunt: ſed Æolenſes non ſunt Bœoti nuncupati, uti ex hoc Stephani loco concludi poteſt. Quid autem hæc ad rem faciant, non video: graviſſime totus locus laborat, & meliorum codicum opem valde deſiderat.

3 Τοὺς δὲ Ὀρχομενὸν καὶ Ἀσπληδόνα.] Sic legunt libri MSS & vulgati omnes, quos ſequuti ſumus, non quod eorum lectionem noſtro calculo comprobamus: ſed quia quo potiſſimum modo mutilus locus ſuppleri debeat, nobis codices ſcripti non ſuggerunt. Imprimis mihi hujus & præcedentis commentarii verba admodum obſcura & mutila videntur. Deeſſe aliquid video, quid autem ſubſtituam non video: lectionum tamen omnium malim hanc: Τοὺς δὲ Ὀρχομενὸν καὶ Ἀσπληδόνα κατοικῆσαι. Ultima vox fortaſſis, vel ſimile quid excidit. Etiam Salmaſius ad oram ſui Stephani notavit, hic magnam labem latere, qua etiam nec MSS carent.

4 Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α.] A nonnullis urbem Σπληδόνα fuiſſe nuncupatam, abjecta prima vocali, teſtatur Strabo lib. IX hiſce verbis. Τὴν δ' Ἀσπληδόνα, χωρὶς τῆς πρώτης συλλαβῆς ἐκάλουν τινες. Εἶτ' Εὐδείελος μετωνομάσθη, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ χώρα: τάχα τι ἰδίωμα προσφερομένη ἐκ τοῦ δειλινοῦ κλίματος οἰκεῖον τοῖς κατοικοῦσι, καὶ μάλιστα τὸ δυσχείμερον. Ψυχρό-
τατος μ

[5] τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπληδόνιος. Ὀρχομενοῦ δ' υἱεῖς, A
Ἀσπληδὼν, Κλύμενός τε, καὶ Ἀμφίδοκος θεοειδής.

ἈΣΠΟΥΡΓΙΑΝΟΊ [6], ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. [7] Στράβων ἑνδεκάτῃ, Τούτων δ' εἰσὶ καὶ Ἀσπουργιανοὶ μεταξὺ Φαναγορείας. B

ἊΣΣΑ, πόλις πρὸς τῷ Ἄθῳ. [8] Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. ἔστι καὶ κώμη Σκυθίας. οἱ οἰκήτορες, Ἀσσαῖοι.

ἈΣΣΑΚΗΝΟΊ [9], ἔθνος Ἰνδικόν. C Ἀῤῥιανὸς τετάρτῃ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως. [10] Ἤιει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς.

ἊΣΣΗΡΑ [11], οὐδετέρως, πόλις Χαλκιδέων. Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἀσσηρίτης, ὡς Ἀβδηρίτης, Γαδειρίτης. D

ἈΣΣΗΣΌΣ, πόλις Μιλησίας γῆς· Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. ὁ οἰκήτωρ Ἀσσήσιος. [12] καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, παρ' Ἡροδότῳ. E

ἊΣΣΟΣ [13], πόλις Λυκίας, [14] πλησίον Ἀτάρνης, ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυσανόδου τόπου. πρὸς ὃν [15] Νικόστρατος κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων,

Ἆσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. F

Gentile, Aſpledonius. Orchomeni autē filii ſunt:
Aſpledon, Clymenus atque Amphidocus ſuperbus.

ASPURGIANI, gens circa Mæotidem paludem habitans, teſte Strabone libro undecimo. Illorum vero etiam ſunt Aſpurgiani, inter Phanagoriam.

ASSA, urbs ad Athonem ſita, auctore Herodoto libro VII. Eſt item Scythiæ vicus, cujus incolæ Aſſæi dicuntur.

ASSACENI, gens Indica, de qua Arrianus libro IV de Expeditione Alexandri mentionem facit. Proficiſcebatur quaſi ad Aſſacenos.

ASSERA, genere neutro, urbs Chalcidenſium, cujus Theopompus libro quarto vigeſimo meminit. Gentile, Aſſerita, uti Abderita, Gaderita.

ASSESUS, oppidum agri Mileſii, de quo Theopompus libro XXIV. Philippicorum mentionem facit. Incola, Aſſeſius. Hinc Minerva Aſſeſia apud Herodotum.

ASSUS, urbs Lyciæ, prope Atarnenſes, in alto, arduo, atque aſcenſu difficili loco ſita, de qua Stratonicus cithariſta alludendo ita dixit.

Aſſum adi, ut θᾶσσον, *id eſt citius, ad mortis terminos pervenias.*

[16] δι- ... Secun-

ταξὺ μὲν γὰρ τὰ ἄκρα τῆς ἡμέρας ἐστί. Urbs deinde & circumjacens ager *Eudielos* eſt appellatus, forataſſis quia inclinatio verſus occaſum ejus incolis aliquid peculiare confert. Vide hac de re etiam Euſtathium ad Homeri Bœotiam pag. 272. Refert porro Etymologici Magni auctor, Spledonem Presbonis & Steropæ filium, & hujuſmodi Aſclepiadæ nomen fuiſſe, ita enim ille: Ἀσπληδών. φασὶ γὰρ εἶναι. Σπληδόνα τὸν Πρεσβῶνος καὶ Στερόπης. Ἀπολλόδωρος δὲ φησὶν, Ἀσκληπιάδην οὕτω λέγειν. Σπληδόνα τ' ἠγαθέην. ὅταν οὖν εὕρωμεν, Οἵ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον. πλεονασμὸς ποιητικός ἐστι τοῦ α.

5 Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπληδόνιος.] Goltzius antiquum C. Cæſaris Auguſti numiſma divulgavit cum hac inſcriptione: ΑΣΠΛΗΔΩΝΙΩΝ·ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

6 Ἀσπουργιανοί.] Strabo libro VII & XI meminit cujuſdam Aſiæ ad Mœotida paludem ſitæ, per quam neque Majorem neque Minorem Aſiam, ſed peculiarem quandam regionem intelligimus, quæ nomen illud ſibi ut proprium vindicaverat, ita enim ille lib. VII: σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ Σινδικήν. Et libro undecimo: τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ καὶ ἡ Σινδική. Hinc puto Aſpurgianos nomen accepiſſe, quaſi iſtius Aſiæ caſtellani ſive habitatores fuiſſent: nam vocabulum πύργος *arcem* ſive *caſtellum* denotare, notius eſt, quam quod ex aliis repetidebeat.

7 Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Ut perfecta ſit ſententia, nonnulla ex Strabone verba Stephano ſunt adjicienda, apud quem totus locus fortaſſis ita eſt legendus. Τούτων δ' εἰσὶ καὶ οἱ Ἀσπουργιανοὶ, μεταξὺ Φαναγορείας οἰκοῦντες καὶ Γοργιππίας.

8 Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Sine dubio hunc Herodoti locum Stephanus innuit. Ὁ μὲν νῦν ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω, καὶ διέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην, διέχουσαν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις, καὶ Πίλωρος, καὶ Σίγγος, καὶ Σάρτη οἴκηνται.

9 Ἀσσακηνοὶ ἔθνος Ἰνδικόν.] Dubitat Salmaſius, an Arrianus, an vero Stephanus vitii ſit arguendus: nam Ἀσσάκανα Indiæ urbs fuit, à quo poſtea tota gens appellationem ſortita eſt: adeo ut inde gentile Ἀσσακανοὶ deducendum eſſet. Vide Plinianas Salmaſii Exercit. pag. 1050. ubi accurate illorum ſitus deſcribitur.

10 Ἤιει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς.] Leguntur hæc verba apud Arrianum eo quem citat Stephanus libro: Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας, καὶ τοὺς ἱπποακοντιστὰς, καὶ τὴν Κοίνου καὶ Πολυπέρχοντος τάξιν, καὶ τοὺς Ἀγριάνας τοὺς χιλίους, καὶ τοὺς τοξότας, ἤιει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς. Sed mavult Salmaſius, uti diximus, τοὺς Ἀσσακανούς. In vulgatis Stephani poſt ἤιει particula ὡς deſiderabatur, quam ex Voſſiano revocavi.

11 Ἄσσηρα.] Oppidum etiam Ἄσυρα videtur appellatum fuiſſe, nam Ariſtoteles Hiſt. Animal. lib. III cap XII refert in terra Aſſyritide agri Chalcidici in Thracia aquas reperiri, quas cum oves biberint, moxque inierint, nigros generare agnos. Legitur ibi ἐν τῇ Ἀσυρίτιδι, niſi quis ſtatuat hic mendam tranſcriptorum irrepſiſſe, & ἐν τῇ Ἀσσηρίτιδι legendum eſſe.

12 Καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, παρ' Ἡροδότῳ.] Reſpicit Stephanus locum Herodoti libro primo, ubi hæc leguntur verba. Τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπικομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι τὸν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσσησῷ.

13 Ἄσσος, πόλις Λυκίας.] Conſtanter ſic legunt libri ſcripti & editi, verum peſſimo errore. Legendum eſt, optime id obſervante Salmaſio: Ἄσσος πόλις Λυδίας. Hæc emendatio ipſis Ἐθνικογράφου verbis confirmatur: Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. Hæc verba ſuo loco emendabimus. Mallem tamen hoc loco legere, Ἄσσος, πόλις Μυσίας: Myſiam enim aliquando Lydiam comprehendere, & vice verſa, omnibus eſt notiſſimum.

14 Πλησίον Ἀτάρνης.] Nihil omnino hoc loco lateret vitii, ſi Stephani editiones eſſent ſanæ: reſcibendum eſt: πλησίον Ἀταρνέως. Vide inferius in illa voce.

15 Νικόστρατος.] Et hic obſervavit mendum magnus Caſaubonus in commentariis ad Strabonem. Legendum eſt tranſpoſitis literis: Στρατόνικος κιθαριστής. Stratonici faceti

[16] δευτέρα πόλις Αἰολίδος, κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ἢ Κεκρόπιον. [18] Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Κορνήλιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων, [19] Μιτυληναίων ἄποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἄσσον, [20] ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος. [21] ἔστι δὲ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας, [22] περὶ τὸν Καΰστρον ποταμόν. ἔστι δὲ ἑτέρα πόλις ἐν Ἠπείρῳ μικρά. [23] ἐκ δὲ τῆς Ἄσσου, Κλεάνθης ἦν ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, διάδοχος τῆς σχολῆς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως, ἣν καταλέλοιπε Χρυσίππῳ. [24] τὸ ἐθνικὸν Ἄσσιος, ὡς Ῥώσιος, καὶ Ἀσσεύς.

A Secunda urbs Æolidis juxta Helleſpontum ſive Cecropium. Verum Alexander Cornelius in commentariis ſuper locos communes Alcmanis perhibet, Aſſum in Myſia Mitylenæorum coloniam eſſe, ubi lapis ſarcophagus reperitur. B Eſt quoque pratum in Celbiano Lydiæ agro circa Caüſtrum amnem. Eſt item alia urbs in Epiro parva. Ab Aſſo erat Cleanthes ſtoïcus philoſophus, qui Zenoni Citienſi in ſchola ſucceſſit, qui eam Chryſippo reliquit. C Gentile Aſſius, uti Roſius, & Aſſenſis.

ἈΣΣΥΡΊΑ, χώρα περὶ Βαβυλῶνα. οἱ οἰκήτορες, Ἀσσύριοι. [25] εἰσὶ δὲ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους· [26] Ξενοφῶν οὕτω διαστέλλει ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν. λέγονται δὲ Ἀσσυριακοί, D [27] καὶ Ἄσσυρες, παρὰ Ἐρατοσθένει· ἴσως ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰλλυριοί, Ἴλλυρες.

ASSYRIA, regio circa Babylonem, cujus incolæ Aſſyrii appellantur. Sunt item alii juxta Syros. Hoc modo Xenophon libro I Hellenicorum diſtinguit. Vocantur etiam apud Eratoſthenem Aſſyrii & Aſſyres; fortaſſis eodem modo quo ab Illyrii, Illyres.

ἈΣΣΩΡΌΝ, ὄρος Σάμου, ὅθεν ῥεῖ ὁ Ἀμφίλυσσος· [28] Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ, [29] Δαί-

ASSORUM, mons Sami, unde Amphilyſus profluit. Euphorion in Artemidoro: Felicis

faceti cithariſtæ non rara apud veteres mentio exſtat. Vide Strabonem lib. XIII ubi eunden verſiculum citat: Diogenem Laert. in Xenophonte lib. II: Pollucem lib. V cap. XVIII: Athenæum & alios.

[16] Δευτέρα πόλις Αἰολίδος.] Stephanus tres Aſſos deſcribit: ſed quas tres hoc nomine urbes recenſet, non ſunt plus quam una, uti bene obſervavit Salmaſius ad Solinum: nam Lydiæ Aſſus, eadem & Myſiæ eſt, ubi Mitylenæi coloniam condiderunt; quam noſter ex Alexandro Cornelio meminit. Quod autem alteram in Æolide collocet, & ab aliis diverſam exiſtimet, in eo quoque graviter errat, nam Æolis & Myſia non differunt, imo ipſa Lydia aliquando pro Troade vel proxima regione accipitur apud antiquos.

[17] Κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ἢ Κεκρόπιον.] Hæc verba non ſatis accurate ſitum oppiduli, de quo nunc agitur, exprimere videntur, cum Aſſus ad ſinum Adramyttenum, è regione Methymnæ civitatis in Lesbo, ſita ſit, & nemo Geographorum ibi Helleſponti initium ſtatuat. Præterea circa Helleſpontum Cecropium non novi; in mediterraneis majoris Phrygiæ Cercopia reperitur; ſed ad hunc locum non pertinet.

[18] Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Κορνήλιος.] De hoc ſcriptore vide etiam in vocabulo Ἄραξα, & commentariis ad illum locum.

[19] Μιτυληναίων ἄποικον.] Teſtatur Myrſilus apud Strabonem libro XIII, Aſſum à Methymnæis conditam eſſe: Φησὶ δὲ Μύρσιλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον. Conſtat itaque Lesbios fuiſſe, qui Aſſum habitatoribus frequentarunt.

[20] Ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος.] Plinius lib. XXXVI cap. XVII. *In Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo, abſumi conſtat intra* XL *diem, exceptis dentibus. Mutianus ſpecula quoque, & ſtrigiles & veſtes & calcimenta illata mortuis lapidea fieri auctor eſt.* Plura de hoc lapide addere non libet, quia Salmaſius in Plinianis Exercit. fuſius eum deſcripſit.

[21] Ἔστι δὲ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας.] Secundum noſtrum iſte campus Ἄσσος erat appellandus: verum committit hoc loco μνημονικὸν ἁμάρτημα: in antecedentibus enim de illo mentionem fecit, eum nuncupando Ἄσιον λειμῶνα ſive Ἀσίαν, ita enim ille in voce Ἀσία. Ἔστι δὲ Ἄσιος λειμών. Ὅμηρος,

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. - - -

Hinc tamen accurate τοῦ Ἀσίου λειμῶνος ſitum cognoſcimus, de quo ſuo loco noſter ne γρῦ quidem dixerat.

[22] Περὶ τὸν Καΰστρον ποταμόν.] Ita hunc locum emendavimus, ſuadente chartaceo Voſſiano, & ipſo Stephano: Καΰστριον, πεδίον τῆς Ἐφεσίας ἀπὸ Καΰστρου τοῦ ποταμοῦ &c.

[23] Ἐκ δὲ τῆς Ἄσσου, Κλεάνθης ἦν ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος &c.] Hæc & quæ ſequuntur uſque ad τὸ ἐθνικόν, non ambigo, quin noſter ex Strabone hauſerit, ita enim libro XIII legitur. Ἐντεῦθεν ἦν Κλεάνθης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολήν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ.

[24] Τὸ ἐθνικόν, Ἄσσιος.] Hoc gentile Græcis & Latinis ſcriptoribus uſurpatur; apud Strabonem lib. XIII, & apud Plinium lib. XXXVI cap. XVII reperitur.

[25] Εἰσὶ δὲ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους.] Non tantum illi *Aſſyrii* appellabantur, quod nomen magis proprie *Aſſyriis* trans Euphratem & Tigrim habitantibus competebat, ſed etiam *Syri*, *Sidonii*, *Phœnices* & *Syrophœnices*, uti optime obſervat eruditiſſimus Bochartus lib. IV cap XXXIV. Geograph Sac. ubi quoque veram nominis originem addiſcet lector.

[26] Ξενοφῶν οὕτω διαστέλλει ἐν πρώτῃ.] Xenophontis locus libro citato non reperitur: alios ejuſdem auctoris libros percurrere jam non vacat.

[27] Λέγονται δὲ Ἀσσυριακοὶ δὲ Ἄσσυρες.] Palatini codices ſuppeditabant hanc lectionem, & quidem, uti exiſtimo, veriſſimam: Λέγονται δὲ Ἀσσύριοι δὲ Ἄσσυρες. Nihil omnino obſtat, quod τὸ Ἀσσύριοι hoc loco repetatur: nam illi quoque παρὰ τοὺς Σύρους appellabantur Ἀσσύριοι & Ἄσσυρες. Huc apprime faciunt verba Euſtathii, quæ leguntur in commentariis ad Dionyſium de Situ Orbis pag. 70. Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Κερκυραῖοι παρά τισι δὲ Κέρκυρες λέγονται, ὡς δὲ Ἴλλυρες, οἱ Ἰλλυριοί. καὶ οἱ Ἀσσύριοι, Ἄσσυρες. Et pag. 103 etiam Eratoſthenis auctoritatem citat: Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει Ἄσσυρες οἱ Ἀσσύριοι λέγονται, ὡς δὲ περὶ τούτου ἐρρέθη, ἀπὸ εὐθείας τοῦ ὁ Ἄσσυρ.

[28] Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ.] Conſtanter ſic legunt libri editi & calamo exarati: verum Xylandro hic locus de mendo eſt ſuſpectus. Salmaſius ad marginem ſui Stephani putat legendum, ἐν Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. Sed præter hanc conjecturam, etiam mentionem facit loci ex Apollonii Rhodii Scholiaſta, qui magnopere huc facere videtur; citatur enim ab ipſo ad librum primum *Euphorion in Apollodoro*, quemadmodum nunc à Stephano *Euphorion in Artemidoro*. Hæc ſunt Scholiaſtæ verba, Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον δὲ ἄπαιδα ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον. τὴν δὲ Κλείτην οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρῆσσαν δὲ τὴν Πιάσου. Ego autem nihil ſtatuo, donec aliunde clarior lux affulgeat.

[29] Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον. A

ἈΣΣΩΡΙΟΝ [30], πόλις Σικελίας. ταύτην τρισυλλάβως Ἄσσωρον καλεῖ Ἀπολλόδωρος, [31] ἐν πρώτῃ χρονικῶν. [32] τὸ ἐθνικὸν, Ἀσσωρῖνος, ὡς Ῥηγῖνος.

ἈΣΤΑΙ [33], ἔθνος Θρᾴκης· [34] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. τὸ κτητικὸν, Ἀστικὸς, καὶ Ἀστική. B

ἌΣΤΑΚΟΣ [35], πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ἀστάκου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Νύμφης Ὀλβίας, ὡς [36] Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς ἱστορεῖ. [37] ἔστι δὲ C χώρα Βυζαντίων, ὡς Θεόπομπος ἐν τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ. [38] ἔστι δὲ Ἀκαρνανίας πόλις. οἱ δὲ, Κεφαλληνίας ἄποικον. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστακηνὸς, ὡς Ῥυνδακηνὸς, Πριαπηνός· [39] καὶ Ἀστακηνοὶ, καὶ Ἀστάκιος, καὶ Ἀστακία. ἀφ' οὗ D Ἀστακιεὺς, ὡς Οἰχαλία Οἰχαλιεύς· καὶ Ἀστακιήτης, καὶ Ἀστακίδης πατρωνυμικόν· Πείσανδρος δεκάτῃ.

ἈΣΤΑΠΑΓΟΙ [40], Λιβύης ἔθνος· Ἀππιανὸς ἕκτῳ. E

ἈΣΤΑΡΤΗ, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ· ἐντεῦθεν ἄρχεται

Felicis Amphilyſi fluentum.

ASSORIUM, urbs Siciliæ, quam Apollodorus libro primo Chronicorum tribus ſyllabis Aſſorum nominat. Gentile Aſſorinus, uti Rheginus.

ASTÆ, gens Thraciæ, cujus meminit Artemidorus in epitome librorum undecim. Poſſeſſivum Aſticus, & Aſtica.

ASTACUS, urbs Bithyniæ, quæ ab Aſtaco Neptuni & nymphæ Olbiæ filio nomen habet, uti Arrianus in Bithyniacis refert. Eſt item Byzantinorum regio, cujus Theopompus libro XLVII meminit. Eſt porro Acarnaniæ urbs, quam nonnulli Cephaleniæ coloniam eſſe dicunt. Gentile, Aſtacenus, uti Rhyndacenus, Priapenus: Et Aſtaceni & Aſtacius & Aſtacia, à quo Aſtaciensis, uti ab Oechalia Oechalienſis: Et Aſtacieta, & Aſtacides patronymicum, auctore Piſandro libro decimo.

ASTAPÆI, gens Libyæ, cujus Appianus libro ſexto meminit.

ASTARTE, inſula Æthiopiæ, de qua Marcianus libro I Peripli mentionem facit. Inde incipit

[29] Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον.] Ita exhibent editi & MSS, excepto uno, in quo Salmaſius invenit: Δαίμονος Ἀμφιλύσσιο ῥόον: exiſtimabatque veram lectionem eſſe.

[30] Ἀσσώριον.] Cujus auctoritate Stephanus quatuor ſyllabis hujus oppidi nomen protulerit, non video. Genuinum nomen Cluverius tribus ſyllabis facit Ἀσσωρός. In antiquo numiſmate Urſinus excuſum vidit juvenis imberbis caput, prolixa cæſarie redimitum, cum inſcriptione ΑΣΣΩΡΟΥ, qui obliquus caſus eſt à recto jam nominato. Apud Ciceronem in Verrina IV obliquus caſus *Aſſoro* invenitur. Hodie tenue eſt oppidulum, in edito colle inter Ennam & Agyrium ſitum, quod vulgari vocabulo *Azaro* nuncupatur.

[31] Ἐν πρώτῃ χρονικῶν.] Voſſianus: ἐν δʹ χρονικῶν.

[32] Τὸ ἐθνικὸν Ἀσσωρῖνος.] Idem gentile noſter etiam producit in vocabulis Ἀβακαῖνον, Ἄμπελος & Ταρχώνιον. Eadem forma Ciceroni paſſim in Verrinis, atque Plinio libro III cap. VIII *ASSORINI* dicuntur. Stephanus in voce Περραίσιον hinc deduxit gentile Ἀσσωρηνός: τὸ ἐθνικὸν Περραισηνὸς, ὡς τοῦ Ἀσσώρου τὸ Ἀσσωρηνός. Hanc formam in totum non improbo, nam Siculos etiam gentilia in ηνος formare, ad vocem Ἀβακαῖνον luculenter demonſtravimus.

[33] Ἀσταὶ, ἔθνος Θρᾴκης.] Nihil omnino hoc loco de ſitu hujus gentis perhibet: alibi tamen eam Cabylæ civitati Thraciæ vicinam facit. Καβύλη, πόλις Θρᾴκης, οὐ πόῤῥω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. Hæc eadem eſt urbs, quam Strabo lib. VII Calybem appellat, ibidem Aſtarum gentem collocans, ita enim ille: Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ μὲν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος.

[34] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιαʹ.] Sic repoſuimus ex codicibus Palatinis & chartaceo Voſſiano. Libri editi exhibent: Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἑνδεκάτῃ: Enim vero, potius ſequendam eſſe lectionem ſcriptam, etiam manifeſte liquet in vocibus Δέρτων, Κώθων, & aliis quam plurimis.

[35] Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας.] Quo tempore & à quibus Aſtacus fuerit, condita refert Memnon: Τὴν Ἄστακον δὲ Μεγαρέων ᾤκησαν ἄποικοι ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζʹ, Ἄστακον ἐπίκλησιν καὶ ὀνομάσαντες κατὰ χρησμὸν ἥρωός τινος ἀπὸ τῶν λεγομένων Σπαρτῶν καὶ γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστάκου τὴν κλῆσιν ἀνδρὸς γενναίου καὶ μεγαλόφρονος. Igitur à Megarenſibus circa initium Olympiadis XVII condita fuit, & à viro quodam nobili, non à Neptuni filio nomen accepit. Strabo lib. XII ſcribit, Aſtacum à Megarenſibus & Athenienſibus eſſe conditam, à Dœdalſo vero inſtauratam, & à Lyſimacho deletam. Latini ſcriptores tradunt manifeſte Aſtacum à Nicomede Bithyniæ rege Nicomediam vocitatam fuiſſe. Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Et Aſtacum ſecuto tempore Nicomediam à rege cognominatam.* Trebellius Pollio in Gallienis: *Acceſſerat præterea his malis, quod Scythæ Bithyniam invaſerant, civitateſque deleverant. Denique Aſtacum, quæ poſtea Nicomedia dicta eſt, incenſam graviter vaſtaverunt.* Verum Salmaſius ad illum locum hujus erroris fontem clariſſime detexit.

[36] Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς.] Leviſſimum mendum in hiſce verbis correximus: libri editi exhibent: Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνικοῖς. Vide noſtrum in Βιθυνόπολις atque aliis locis plurimis. Arrianum libro quinto rerum Bithyniacarum de Aſtaco mentionem feciſſe, alibi ex Stephano liquet. Μεγαρικὸν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν. Ἀρριανὸς πέμπτῳ. Ἀστακός τε, καὶ Ἡραία, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος. Fortaſſis noſter hæc Arriani verba innuit.

[37] Ἔστι δὲ χώρα Βυζαντίων.] Ergo alicui regioni in ditione Byzantina Aſtacus nomen fuiſſet, quod vix crediderim. Fortaſſis intelligit Ἀστικὴν, regionem in qua Aſtæ, non procul à Byzantio, habitabant, de quibus præcedenti ſectione mentionem facit. Itaque fortaſſis reſcibendum eſt: ἔστι δὲ χώρα πλησίον Βυζαντίνων.

[38] Ἔστι δὲ Ἀκαρνανίας πόλις.] Hanc civitatem aliquoties meminit Thucydides libro II: Ptolomæus lib. III cap. XIV & Strabo lib. X, ex quo liquet, non longe à Crithote ſitam fuiſſe: Εἶτα ἄκρα Κριθώτη, καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἀστακὸς, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον.

[39] Καὶ Ἀστακηνοί.] Hoc gentile aut redundat, aut mendoſum eſt. Videtur reponendum eſſe, καὶ Ἀστακηνή. Format enim noſter ſæpiſſime etiam gentilia fœminina.

[40] Ἀσταπαῖοι, Λιβύης ἔθνος.] Inſigniter errat Stephanus, quemadmodum optime obſervat Clariſſimus J. Voſſius in notis ad P. Melam, quod Aſtapæos Libycam gentem faciat, cum in Hiſpania ſub Carthaginenſium ditione fuerit. Meminit in Ibericis ſuis Appianus Aſtapæ urbis & Aſtapæorum, aitque eos Carthaginenſibus paruiſſe. Hinc error Stephani.

ἄρχεται Αἰθιοπία, ἡ ὑπὲρ Αἴγυπτον. [41] ἀπὸ δὲ τοῦ Βαξίου ἄκρου ἐκδέχεται [42] Τελόνωτον ὄρος. κατὰ δὲ τοῦτο, νῆσος Ἀστάρτη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀσταρτιαῖος, ἢ Ἀσταρτίτης. A

ἈΣΤΕΛΕΒΗ, πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν. οἱ οἰκοῦντες, Ἀστελεβαῖοι. B

ἈΣΤΕΡΙΑ [43], πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν. λέγεται καὶ Ἀστερίς. ὁ πολίτης, Ἀστεριώτης, καὶ Ἀστέριος. [44] ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαλληνίας C καὶ Ἰθάκης. Ὅμηρος Ἀστερίδα ταύτην φησίν·

> [45] Ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα
> Μεσσηγὺς Ἰθάκης, Σάμοιό τε παιπαλοέσσης, D
> Ἀστερὶς, οὐ μεγάλη. ----

ἈΣΤΕΡΙΟΝ, πόλις Θετταλίας· [46] Ὅμηρος,

> Οἳ δ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα. E

[47] ἡ νῦν Πιρεσία. οὕτω δὲ καλεῖται [48] διὰ τὸ λαμπρὸν, ὅτι ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη, τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται. ἢ ἀπὸ Ἀστερίου τινός. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστεριώτης· καὶ θηλυκὸν, Ἀστερηΐς, καὶ Ἀστεριάς. F

ἈΣΤΕΡΟΥΣΙΑ, ὄρος Κρήτης [49] πρὸς νότιον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ' οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸν Καύκασον [50] Ἰνδικὴ Ἀστερουσία κέκληται, Κρητῶν ἀποικίας ἐκεῖσε σταλείσης. οἱ οἰκήτορες Ἀστερουσιανοὶ, καὶ Ἀστερουσιεῖς, καὶ Ἀστερούσιοι. G

ἈΣΤΡΑΙΑ, πόλις Ἰλλυρίας· [51] Ἀδριανὸς Ἀλεξανδριάδος α.

οἱ δ'

incipit Æthiopia quæ ſupra Ægyptum eſt. A Bazio autem promontorio excipitur mons Trionotum, juxta quem inſula Aſtarte ſita eſt. Gentile, Aſtartæus ſive Aſtartita.

ASTELEBE, urbs Lydiæ, auctore Xantho libro quarto rerum Lydiacarum. Incolæ, Aſtelebæi.

ASTERIA, oppidum Lydiæ, cujus Xanthus libro quarto Lydiacorum meminit. Vocatur quoque Aſteris. Oppidanus, Aſteriotes & Aſterius. Eſt item parva inſula inter Cephaleniam & Ithacam, quam Homerus Aſteridem nuncupat.

> *Eſt autem inſula quædam medio mari ſaxoſa,*
> *Inter Ithacamque Samumque aſperam,*
> *Aſteris, non magna.*

ASTERIUM, urbs Theſſaliæ, quam Homerus meminit:

> *Qui autem habitabant Aſterium, Titanique albos vertices.*

Nunc Pireſia dicitur. Nomen vel à fulgore accepit; nam in ſublimi monte ſita, procul aſpicientibus tanquam aſtrum apparet: vel ab Aſterio quodam. Gentile Aſteriota. Fœmininum Aſtereïs: & Aſterienſis in uſu eſt.

ASTERUSIA, mons Cretæ verſus auſtrum ad mare reſpiciens. Ab illo urbs Sindica juxta Caucaſum Aſteruſia appellata eſt, Cretenſibus eo coloniam mittentibus. Incolæ vocantur Aſteruſiani, & Aſteruſienſes & Aſteruſii.

ASTRÆA, urbs Illyriæ, cujus meminit Adrianus libro primo Alexandriados.

Quique

[41] Ἀπὸ δὲ τοῦ Βαξίου ἄκρου.] Ita vulgati omnes & ſcripti: Salmaſius ad oram ſui Stephani, ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου repoſuit, quæ lectio Ptolemæi auctoritate confirmatur, ita enim ille lib. IV cap. VII: Μετὰ δὲ τὸ Βάζιον ἄκρον, ὃ εἴρηται, Πελόνωτον ὄρος. Ita quoque hunc montem & promontorium idem Geographus aliis in locis appellavit. A librariis autem Ξ & Z ſæpiſſime confundi, alibi demonſtravimus.

[42] Τελόνωτον ὄρος.] Ptolemæus loco jam allegato: Πελόνωτον ὄρος. Quodnam ſit præferendum, alii viderint: ego à Ptolemæi partibus ſtarem.

[43] Ἀστερία, πόλις Λυδίας.] Codices Palatini, qui nunc in Vaticana Biblioth. cuſtodiuntur πόλις Συρίας. Suidas tamen Aſteriam Lydiæ urbem cum noſtro recenſet. Quid ſit eligendum vehementer ambigo, præſertim cum alii Geographi nullam de hoc oppido mentionem faciant, & Xanthus libro quarto rerum Lydiacarum ſine ullo dubio de nonnullis Syriæ civitatibus loquutus ſit: refert enim noſter in voce Ἀσκάλων, Aciamum Lydorum regem Aſcalum ducem exercitus elegiſſe, ut in Syria militaret: hac igitur occaſione, quod ibi urbes obſidione aut cinxerit aut ſubegerit, etiam hujus Aſteriæ potuit fieri mentio. Verum ut quoque credam, in Syria hoc oppidum exſtitiſſe, me movet Euſtathius, qui in commentariis ad Iliad. B. pag. 332 ſic ſcribit: Ἡ δέ γε Ἀστερία, οὐχ Ἑλληνική, ἀλλὰ Συρίας πόλις ἐστίν. ἡ δὲ ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀστερὶς, νῆσος οὐ μεγάλη.

[44] Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία.] Vide Strabonem lib. X unde noſter omnia hauſit.

[45] Ἔστι δέ τις νῆσος.] Sunt verſus ex Homeri Odyſſ. Δ circa finem.

[46] Ὅμηρος.] Locum in navium Catalogo invenies.

[47] Ἡ νῦν Πιρεσία.] Urbem hoc nomine agnoſcit Apollonius Rhodius lib. I.

> ---- φαίνοντο δ' ἄπωθεν
> Πειρεσιαί, Μάγνησσά θ' ὑπεύδιος ἠπείροιο.

Hinc liquet alto in loco ſitam fuiſſe, uti eam quoque deſcribit Apoll. eodem libro circa initium, ubi urbis nomen ſingulariter profert.

[48] Διὰ τὸ λαμπρόν.] Eadem prorſus Euſtathius ſcribit ad navium Catalogum pag. 332. Ἀστέριον δὲ πόλις καὶ αὐτὴ Θετταλική. ἢ ἀπὸ Ἀστερίου τινὸς ἥρωος, ἢ διὰ τὸ λαμπρόν. ἐφ' ὑψηλοῦ γάρ φασι κειμένη τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται.

[49] Πρὸς νότιον μέρος.] Sic editi omnes: Voſſianus codex cum articulo: πρὸς τὸ νότιον μέρος.

[50] Ἰνδικὴ Ἀστερουσία.] Incomparabilis Voſſius in notis ad Scylacem Caryandenſem contendit, apud noſtrum reponendum eſſe: Σινδικὴ Ἀστερουσία. Aliquoties Stephanum & alios ſcriptores hunc erraſſe errorem, ibidem luculenter demonſtrat.

[51] Ἀδριανὸς Ἀλεξανδριάδος α.] Ejuſdem auctoris liber primus allegatur in voce Σάνεια.

οἱ δ' ἔχον Ἀστραίαντε, [52] Δόβηράντε. A

ΑΣΤΥ, ἡ κοινῶς πόλις. [53] Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν κτίσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις καὶ τοὺς πολίτας. ἐκλήθη δὲ ἄστυ, [54] ὡς Φιλόχορος ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος, [55] διὰ τὸ πρότερον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας, τότε συνελθεῖν, καὶ B στῆναι ἐκ τῆς πλάνης εἰς τὰς κοινὰς οἰκήσεις, ὅθεν οὐ μεθανεστήκασιν. [56] Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾤκησαν. ὁ πολίτης, ἀστὸς, καὶ ἀστὴ, καὶ ἀστόν. ἀπὸ τοῦ ἀστὸς, τὸ ἀστίτης· [57] Σοφοκλῆς, Ἀλεξάνδρῳ. C

Οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει.

[58] Καί. Βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας.

τοιγὰρ ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ προαστίτης· οὐ γὰρ παρὰ τὸ [59] προάστιον. ἦν γὰρ προαστιεὺς, ὡς Δουλιχιεύς· ἢ προάστιος, ὡς Βυζάντιος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, D προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

Ὄρια κελεύθου τῆς δὲ γῆς προαστίας.

ἀπὸ δὲ τῆς ἄστεος γενικῆς, ἀστεῖος· ὅπερ ἀντιδιέσταλται τῷ ἀγροίκῳ· καὶ ἀστεΐ- E ζω, καὶ ἀστεϊσμός. λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, [60] ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ·

[61] Εἰς

Quique habitabant Astræam Doberamque.

ASTU, vulgo urbs. Verum differunt hæ voces: altera fabricam, altera autem vox πόλις etiam cives denotat. Aſtu, teſte Philochoro libro XI deſcriptionis Atticæ, ex eo nomen habet, quod tunc homines agreſti more ſparſimque viventes convenerint, & à divagatione quaſi communi contubernio ſubſtiterint, unde non commigravere. Athenienſes ante alios primi Aſtu & civitates condiderunt. Hinc civis appellatur aſtus: & aſta, & aſtum quoque in uſu ſunt. Ab aſtus fit aſtita, quo Sophocles in Alexandro utitur

Non enim aſtitas vinculum decet.

Et: *Paſtorem ſuperare viros aſtitas.*

Hinc etiam deducitur Proaſtita, quæ vox etiamnum in uſu eſt; illa autem non fit à *Proaſtium* ſuburbium; inde enim *Proaſtienſis* formaretur, uti Dulichienſis: ſive *Proaſtius*, uti Byzantius: nam hoc modo etiam Προαστία γῆ formatum reperitur apud Sophoclem in Phrixo:

Confinia viæ terræ proaſtiæ, id eſt, ſuburbanæ

A genitivo ἄστεος fit ἀστεῖος urbanus, quæ vox opponitur τῷ ἀγροίκῳ ruſticus: & ἀστεΐζω urbanus ſum, & ἀστεϊσμὸς urbanitas. Porro & Demus Aſtu appellatur, ut perhibet Eratoſthenes in Erigone:

In

[52] Δόβηράντε.] Fortaſſis reponendum Δόβηρόντε, quod dico inductus auctoritate ipſius Stephani, ita enim ille: Δόβηρος, πόλις Παιονίας. οἱ πολῖται Δόβηρες. In Concilio Chalcedonenſi Δόβηρος invenitur. Salmaſius in Palatinis legebat: Οἵ δ' ἔχον Ἀστραίαντε, Δόβηράντε.

[53] Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν κτίσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις καὶ τοὺς πολίτας.] Salmaſius in libris Palatinis conjunctionem ὅτι non reperiebat, quam tamen in omnibus vulgatis lego, verum non admodum videtur neceſſaria. Quaſi diceret Stephanus: hęc inter τὸ ἄστυ & πόλις plerumque conſpicitur differentia: τὸ ἄστυ proprie urbis fabricam, ſed τὸ πόλις præter fabricam etiam cives, id eſt, Reipublicæ formam denotat. Hujuſmodi ſignificatu τὸ πόλις apud Ariſtotelem & Platonem; atque *civitas* apud Ciceronem alioſque ſcriptores Latinos frequentiſſime occurrit. Locus in hanc rem illuſtris exſtat apud Plutharchum in Theſeo, ubi de Atticæ regionis incolis ita ſcribit: Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας, ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον. Clariſſime hic conſpicitur diſcrimen illud, de quo in Stephani verbis agitur. Antiquos inter illa vocabula ſic diſtinxiſſe, etiam teſtatur Euſtathius in commentariis ad Iliad. R. pag. 1100 hiſce verbis: Ἐν δὲ τῷ πόλιν καὶ ἄστυ σκέψεις, ζητητέον εἰ πόλιν μὲν λέγει τὸ κατώτερον, ἄστυ δὲ τὴν ἀκρόπολιν. ἢ καὶ ἀνάπαλιν. ἴσως δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου ἔφη πόλιν καὶ ἄστυ, ὡς ἰσοδύναμα, ταυτολογῶν καὶ νῦν διὰ τὸ ἀγωνιᾶν. οἱ δὲ παλαιοί φασι, πόλιν μὲν τὴν πολιτείαν. ἄστυ δὲ τὸ τεῖχος.

[54] Ὡς Φιλόχορος ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος.] Salmaſius in margine ſui libri contendit debere legi, ὡς Φιλόχορος ἐν πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος: atque in antiquis libris ſcriptum fuiſſe, ὡς Φιλόχορος ἐν α' τῆς Ἀτθίδος: ex qua ſcriptura librarii eam fecerant, quam nunc vulgati præferunt. Aſſentrior Salmaſio: nam eadem Philochori verba ex libro I Ἀτθίδος apud Etymologici Magni Auctorem in Ἄστυ in medium adducuntur: Imo hoc ipſe rei tractandæ ordo poſtulabat, ut Athenarum origo & appellationes primo potius, quam undecimo libro deſcriberentur.

[55] Διὰ τὸ πρότερον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας.] Huc facit locus Valerii Max. lib. V cap. III. *Detrahe Athenienſibus Theſea, nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt: ſiquidem ille diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit; ſeparatimque & agreſti more viventi populo, ampliſſimæ civitatis formam atque imaginem impoſuit.* Huc quoque refer locum ex Plutarchi Theſeo, cujus præcedenti commentario partem in medium produximus.

[56] Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾤκησαν.] Diodorus Siculus lib. III, refert, Uranum Atlantiorum regem homines ſparſim habitantes intra urbis pomeria coëgiſſe: Μυθολογοῦσι δὲ πρῶτον παρ' αὐτοῖς Οὐρανὸν βασιλεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους σποράδην οἰκοῦντας συναγαγεῖν εἰς πόλεως περίβολον, καὶ τῆς μὲν ἀνομίας καὶ τοῦ θηριώδους βίου παῦσαι τοὺς ὑπακούοντας. Igitur Stephani verba ita ſunt interpretanda: in regione Attica Theſeum ab agreſti ad civilem vitam traduxiſſe homines, eumque ibi primum civitatis auctorem atque conditorem extitiſſe, quemadmodum plerumque in unaquaque regione hujuſmodi auctor fingitur. Mera autem fabula eſt, Athenienſes ante alios urbem & civitatem habuiſſe, cum in Mythologicis Uranus Theſeum aliquot ſeculis præceſſerit.

[57] Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.] Ita hunc locum ſupplevit Salmaſius in ſuo Stephani codice, qui in omnibus vulgatis & libris ſcriptis mutilus conſpicitur. Certiſſimum eſt Sophoclem fabulam edidiſſe, quæ aliquando dicitur Ἀλέξανδρος, ut Heſychio in Δύσπωλος: aliquando Ἀλέξανδρος, ut eidem in Θηλάστρια. Vide hac de re Caſaubonum in notis ad Athenæum lib. VII cap. III.

[58] Καί. Βοτῆρα νικᾶν &c.] Salmaſius hunc locum in libris calamo exaratis aliter conſtitutum invenit, ſcilicet hunc in modum. Καί. Βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας, τί γάρ; In vulgatis hodie circumfertur τοιγὰρ, quam lectionem præferre nequeo. Puto hæc verba etiam ex Sophoclis Alexandro eſſe deſumpta, & quidem hoc loco mentionem fieri de ludis funebribus, qui in honorem ejus fiebant, de quibus Hyginus Fab. XC.

[59] Προάστιον.] Videtur legendum: οὐ γὰρ παρὰ τὸ προάστιον, ſine diphthongo, quemadmodum etiam Suidas apud Sophoclem inveniſſe teſtatur. Confirmant noſtram conjecturam, τὸ προάστιος & προαστία, de quibus nunc quoque noſter loquitur.

[60] Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῳ.] Omnino ſubeſt hic aliquid vitii, quod unica literula mutata ex chartaceo Voſſiano inſtaurari poteſt; legitur enim ibi: Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ. Quæ certa eſt & indubitata lectio. Erat

Erigone

[61] Εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος. A [62] ὅτι δὲ δῆμος Θορικός, δῆλόν ἐστι. καὶ κώμη πλησίον Κανώβου, παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. τὸ ἐθνικόν, τὸ αὐτό. ὅτι δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἄστυ ἐκλήθη, εἴρηται.

A In Thorici pulchrũ perveniebat aſtu. Res autem evidens eſt, Thoricum Demum eſſe. Reperitur quoque pagus prope Canobum, juxta Alexandriam, eodem gentili gaudens. Alexandriam vero Aſtu appellari, in præcedentibus dictum eſt.

ἈΣΤΥΠΑΛΑΙΑ, νῆσος μία τῶν Κυ- B κλάδων. [63] ἐκαλεῖτο δὲ Πύῤῥα, Καρῶν κατεχόντων. εἶτα, Πύλαια, εἶτα Θεῶν τράπεζα, διὰ τὸ ἀνθηρὸν αὐτῆς. ἐκλήθη δὲ [64] ἀπὸ Ἀστυπαλαίας, τῆς Ἀγκαίου μητρός. [65] δευτέρα, πόλις ἐν Κῷ. τρίτη, [66] νῆσος πόλιν ἔχουσα C μεταξὺ Ῥόδου καὶ Κρήτης. [67] τετάρτη, πόλις ἐν Σάμῳ. πέμπτη, [68] ἄκρα πλησίον Ἀττικῆς. [69] τὸ ἐθνικόν, Ἀστυπαλαιεύς, καὶ Ἀστυπαλαιάτης.

B ASTYPALÆA, una ex Cycladum inſulis. Vocabatur autem Pyrrha Caribus eam poſſidentibus, deinde Pylæa, ac denique Deorum Menſa propter amœnitatem ſuam. Ita dicta eſt ab Aſtypalæa Ancæi matre. Altera, eſt civitas in inſula Cô. Tertia, inſula oppi- C dum habens, inter Rhodum & Cretam. Quarta, urbs in Samo. Quinta, promontorium Atticæ vicinum. Gentile Aſtypalæenſis & Aſtypalæates.

ἌΣΤΥΡΑ [70], πόλις Μυσίας, οὐδετέρως, πρὸς τῇ Τρῳάδι. [71] λέγεται καὶ ἑνικῶς Ἄστυ- D ρον. [72] ἔστι καὶ κώμη πλησίον τοῦ Ἀδραμυττίου, ὡς Στράβων. ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ

ASTYRA, genere neutro, urbs Myſiæ D juxta Troadem. Dicitur quoque numero ſingulari Aſtyrum. Eſt quoque pagus Adramyttio vicinus, cujus Strabo meminit: & urbs Phœniciæ contra

Erigone Icari filia, quæ amiſſo patre ſupendio vitam finivit, uti de illa narrant theologiæ mythicæ doctores.

61 Εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος.] Conſtanter ita legunt hunc locum codices vulgati omnes: ſed mirifice eum librarii depravarunt: in libris manu exaratis parum auxilii ſupereſt. In Palatinis & Voſſiano hunc in modum concipiuntur hæc Eratoſthenis verba: Εἰ ὅτε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν &c. Hinc Salmaſius in ora ſui libri ſuſpicatur debere reſcribi: Εἰσόκε δὲ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ. Deinde ſententiam mutans, inquit emendandum eſſe: Εἰς τὸ δὲ τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ. Hanc verborum Eratoſthenis emendationem meo calculo comprobare non vereor: nam pro ἕδος, quod librariorum ſupina negligentia in textum irrepſit, τὸ ἄστυ reponendum eſſe, ſole meridiano clarius apparet, ex gloſſemate, quod mox ſequitur: imo hic erat Stephani ſcopus, ex antiquo ſcriptore exemplum in medium adducere, in quo ἄστυ pro δῆμος accipitur: Hoc enim evidentiſſimum eſt; Θορικὸν eſſe Demum (pro quo Eratoſthenes habet ἄστυ) Acamantidis tribus, uti poſtea Stephanus ſuo loco docebit.

62 Δῆμος Θορικός.] Vide Stephanum in illa voce.

63 Ἐκαλεῖτο δὲ Πύῤῥα.] Stephanus in iſta voce inſulæ cujuſdam meminit hoc nomine: Πύῤῥα πόλις ἐν Λέσβῳ. ὁ πολίτης Πυῤῥαῖος. ἔστι καὶ κώμη Λιγυστική. ἔστι καὶ νῆσος. An hoc loco noſter Aſtypalæam intelligat, alii inquirant.

64 Ἀπὸ Ἀστυπαλαίας τῆς Ἀγκαίου μητρός.] Aſtypalææ genealogiam legimus apud Pauſaniam in Achaicis, & Apoll. Rhodii Scholiaſtam, cujus verba mox producemus.

65 Δευτέρα πόλις ἐν Κῷ.] Refert Strabo lib. XIV ipſam Coorum urbem antiquitus Aſtypalæam appellatam fuiſſe: Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια, καὶ ᾠκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ. ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάλιον καὶ μετωνόμασαν αὐτὴν Κῶν ὁμοίως τῇ νήσῳ.

66 Νῆσος πόλιν ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου &c.] Strabo libro jam allegato, juxta agrum Myndium in ora Cariæ Aſtypalæam promontorium & Zephyrium collocat, quod fortaſſis illa erit inſula, uti etiam Ortelius opinatur, quam noſter inter Rhodum & Cretam ponit.

67 Τετάρτη πόλις ἐν Σάμῳ.] Non erat in Samo urbs hoc nomine, ſed arx, quam Polycrates Samius exſtruxit teſte Polyæno lib. I Stratag. Hæc ſunt ejus verba: Τειχίσας δ' ἀκρόπολιν τὴν καλουμένην Ἀστυπάλαιαν, καὶ μεταπεμψάμενος παρὰ Λυγδάμιδος τοῦ Ναξίων τυράννου στρατιώτας. Teſtatur Themiſtagoras apud Etymologici Magni Auctorem, Sami portionem fuiſſe dictam Aſtypalæam ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος. Verum doctiſſimus Bochartus in Geographia Sacra, docet eſſe nomen Phœnicum, quem videre licet, ſi rem tanti feceris.

68 Ἄκρα πλησίον Ἀττικῆς.] Imo Strabo promontorium hoc nomine in Attica agnoſcit, non autem Atticæ vicinum, ita enim ille libro IX. Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, Ζωστήρ, εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας, Ἀστυπάλαια &c.

69 Τὸ ἐθνικόν, Ἀστυπαλαιεύς.] Hoc gentili paſſim utuntur ſcriptores antiqui; imo illud Delphicum oraculum ſua auctoritate comprobavit, ita enim de Cleomede conſultoribus reſpondebat apud Pauſanam lib. IV.

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς.

Eo etiam utitur Plutarchus in vita Romuli, ubi interpretes peſſimo errore vertunt *Aſtypalenſis*, quem etiam ab aliis commiſſum aliquoties obſervavi. Alterius gentilis forma occurrit apud Goltzium in vetere numiſmate, in quo hanc inſcriptionem conſpiciebat, ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΤΩΝ. Apud noſtrum gentile ſex ſyllabis, in numiſmate autem quinque conſtat, ex quo liquet in Stephano penultimam vocalem redundare, & Ἀστυπαλαίτης reponendum eſſe pro Ἀστυπαλαιάτης; ex nummis enim, tanquam incorruptis teſtibus, genuinæ gentilium formæ ſunt petendæ.

70 Ἄστυρα πόλις Μυσίας, οὐδετέρως.] Hæc proprie Troadis urbs eſt, quæque tempore Strabonis jam erat diruta, uti ipſe teſtatur lib. XIII. Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρῳάδι τὰ Ἄστυρα, ἃ νῦν μὲν Ἀβυδηνῶν ἐστι, κατεσκαμμένη πόλις. Etiam neutro genere Geographus vocem protulit, ſed aliter Mela lib. I cap XVIII, ubi vocem fœminino genere ſingulariter uſurpavit. Verum Myſiam ſæpiſſime Troadem complecti, omnes norunt in Geographia verſati.

71 Λέγεται καὶ ἑνικῶς Ἄστυρον.] Heſychius: Ἄστυρον, πόλισμα.

72 Ἔστι καὶ κώμη πλησίον Ἀδραμυττίου.] Etiam Strabo hunc pagum agnoſcit & Aſtyrenæ Dianæ templum, de quo infra Stephanus, qui ſine dubio hæc Geographi verba reſpicit: Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. ἣν δὲ πολίχνη ποτέ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προεστατεῖτο μετ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, ᾗ μᾶλλον γειτνιᾷ. Geographi alii non diſtinguunt inter Aſtyra urbem Troadis & Myſiæ: hanc omnes, quam Strabo & Stephanus pagi nomine deſcribunt, urbem faciunt. Mela lib. I. cap. XVIII. *Gremio interiore campus Thebe nomine, Adramytion, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, continet.* Sic quoque Scylax capite Lydia: & Plinius lib. V cap. XXX. Pauſanias præterea in Meſſeniacis Aſtyrorum è regione Lesbi meminit, ubi nigram aquam conſpexerat, cujus verba fortaſſis ita ſunt legenda: Ὕδωρ δὲ ὑπὸ πηγῶν ἀνερχόμενον μέλαν ἰδὼν οἶδα ἐν Ἀστύροις. τὰ δὲ Ἄστυρα ἀπαντικρὺ Λέσβου λουτρά ἐστι θερμά, καὶ ἐν τῷ Ἀταρνεῖ καλουμένῳ. Si in Troade fuerint Aſtyra, circa Ilium & Scamandrum ultra agrum Abydenum, erunt collocanda. Sed verior ne Strabo & cum illo Stephanus ex uno,

κατὰ Ῥόδον, [73] ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς. A [74] ἔστι καὶ Βοιωτίας, πρὸς ταῖς Ποτνίαις, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρᾳ. [75] ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυρηνός. ἀφ' οὗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν.

contra Rhodum, ubi Minerva Aſtyris colebatur, & Bœotiæ apud urbem Potnias, uti Charax libro II teſtatur. Eſt porro Italiæ regio. Gentile, Aſtyrenus, unde templum Dianæ Aſtyrenæ nomen habet.

ἌΣΦΑΞ, ὡς Ἄτραξ, [76] ἔθνος ἐποικίσαν τὴν Κύπρον. B μή τις δὲ τὸ Ἄσφαξ τὸ ἔθνος, καὶ τὸ Ἄτραξ τὸ κύριον σύνθετον [77] οἰηθείη· ἁπλᾶ γάρ ἐστιν.

ASPHAX, uti Atrax, gens quæ in Cypro habitavit. Nemo autem exiſtimet τὸ Aſphax (quod gentem denotat) & proprium Atrax compoſita eſſe: ſunt enim ſimplicia.

ἈΣΧΕΙΟΝ, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν Ἀσχειεύς, ὡς Σιγιεύς, Ῥοιτιεύς. C

ASCHIUM, urbs Achaiæ. Gentile Aſchienſis, uti Sigienſis, Rœtienſis.

ἈΤΑΒΥΡΟΝ [78], ὄρος Ῥόδου· Ῥιανὸς ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀταβύριος. ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. [79] ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος. κέκληται δὲ τὰ ὄρη [80] ἀπό τινος Τελχῖνος D Ἀταβυρίου. [81] ἔστι καὶ Περσικὴ πόλις. ἔστι καὶ Φοινίκης.

ATABYRUM, mons Rhodi, de quo Rhianus libro VI Meſſeniacorum mentionem facit. Gentile, Atabyrius. Ab hoc monte Jupiter Atabyrius nomen habet. Eſt item Siciliæ Atabyrium, teſte Timæo. Montes ita dicti ſunt à quodam Atabyrio Telchine. Eſt hoc nomine etiam urbs Perſica & Phœnicia.

ἈΤΑΙΑ, πόλις Λακωνική. ὁ πολίτης, Ἀταιάτης, ὡς Κάρυα Καρυάτης· ἢ Ἀταΐτης, ἢ Ἀταῖος. E

ATÆA, oppidum Laconicum, cujus oppidanus Atæates dicitur, uti Carya Caryates: vel Ataïtes, vel Atæus.

ἈΤΑΛΑΝΤΗ [82], ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα παρὰ Λοκροῖς· [83] Θουκυδίδης δευτέρᾳ.

ATALANTA, inſula apud Locros ab Athenenſibus condita, cujus Thucydides libro

uno, duo diverſa loca faciat, & urbs ante Strabonis ætatem diruta, ipſo ſcribente, rurſum in pagi formam excreverit.

73 Ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς.] Sic ille locus continuatim eſt legendus, qui male in Xylandriana editione nova diſtinctione capitis à ſua ſerie eſt divulſus. Nos MSS codicum fidem ſequimur & editiones, quæ Xylandrianam præceſſerunt. Xylander ſic incipit novum tmema: Ἀστυρίς, ἔστι καὶ Βοιωτίας. Verum ipſa conjunctio καὶ hæc antecedentibus connectit: præterea ex ipſa re firmiſſimum argumentum colligitur, hæc non eſſe ſeparanda: nam noſter antea mentionem fecerat duarum urbium uniuſque vici, à quibus nullum deduxerat gentile: ſic non ſolet, licet de ignobili oppido aut vico verba faciat.

74 Ἔστι καὶ Βοιωτίας.] Ignobile admodum videtur fuiſſe oppidum, & cujus ne rudera quidem ætate Pauſaniæ ſuperfuere, nam in Bœotiæ periegeſi nullam de eo mentionem habet.

75 Ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione lib. III cap. VII exiſtimat, male noſtrum hoc loco τὴν χώραν pro τὸ χωρίον ſcripſiſſe, & prædium Ciceronis, cujus Plutarchus in ejus vita meminit, in regionem convertiſſe. Fateor hoc mendæ genus ſæpiſſime apud Epitomatorem eſſe obvium, ſed manifeſte vir doctus non probavit, hoc loco non poſſe regionem Italicam intelligi. Fluvium & inſulam hoc nomine invenies apud Plinium libro III cap. V: *Antium colonia, Aſtura flumen & inſula, fluvius Nymphaus, Cloſtra Romana, Circeji.* Et oppidum, apud Servium in Virgil. Æneid. lib. VII. *Haud longe à Tarracina oppidum eſt Aſtura, & ejuſdem cognominis fluvius.* Ergo non male circumjacens regio à noſtro χώρα Ἰταλίας appellatur. Omnia illa loca, ubi Cicero in Epiſtolis ad Atticum de *Aſtura* mentionem facit, non intelligo de ipſa regione neque oppido, ſed de villa, quam in iſta regione poſſidebat. Sic Tuſculum & Baias ſumpſit pro prædiis, quæ Tuſculi & Bajis habebat. Liquet hoc evidentiſſime ex Plutarcho in Ciceronis vita, quæ verba etiam Cluverius, ſed alium in finem citat. Πραττομένων δὲ τούτων, ὁ Κικέρων ἦν μὲν ἐν ἀγροῖς ἰδίοις περὶ Τοῦσκλον, ἔχων τὸν ἀδελφὸν μεθ' αὐτοῦ. πυθόμενοι δὲ τὰς προγραφὰς, ἔγνωσαν εἰς Ἄστυρα μεταβῆναι, χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος. Erat Cicero in propriis agris circa Tuſculum, id eſt, erat in Tuſculano ſuo: verum intellecta proſcriptione cum fratre ſtatuit Aſturam proficiſci, id eſt in prædium ſuum circa vel in Aſtura.

76 Ἔθνος ἐποικίσαν.] Chartaceus Voſſianus: ἔθνος ἀποικίσαν.

77 Οἰηθείη.] Male in editione Xylandri: οἰηδείη, quod typothetarum eſt vitium.

78 Ἀταβύριον, ὄρος Ῥόδου.] Strabo libro XIV montem *Atabyrin* nominat. Veram appellationem noſter exhibet. Vide Diodorum Sicul. lib. V: Pindarum Olympia VII. Apollodorum & alios.

79 Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον.] Cluverius Siciliæ Atabyrium inter loca incertæ poſitionis refert, verum manifeſte apparet ex Polybio lib. IX prope Agrigentum ſitum fuiſſe montem hujus nominis, ita enim ille: Ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔκτισται, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. τοῦ γὰρ Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς οὗτος τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις.

80 Ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου.] Telchines à Phoroneo rege Argivorum & Parrhaſiis bello ſuperati, & patria pulſi in Rhodum receſsêre, quemadmodum Euſebius & Oroſius lib. I cap. VII auctores ſunt. Quam male Telchines apud antiquos audiverint, narrat Diodorus lib. V. Strabo lib. XIV: Et Ovidius lib. VII Metamorph.

81 Ἔστι καὶ Φοινίκης.] Exiſtimo Stephanum hoc loco innuere urbem proprie in Cœleſyria ſitam, de qua Polybius lib. V mentionem facit hiſce verbis, poſtquam de Sidone, Tyro, Philoteria & Scythopoli loquutus eſt. Ἀσφαλισάμενος δὲ φρουραῖς ταύτας, ὑπερέβαλε τὴν ὀρεινὴν καὶ παρῆν ἐπὶ Ἀταβύριον. Et mox apud eundem ſequitur: Ἀσφαλισάμενος δὲ καὶ τὸ Ἀταβύριον, ἀνέζευξε, καὶ προάγων, παρέλαβε Πέλλαν &c.

82 Ἀταλάντη, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων.] Hic aliquid excidiſſe, ſcilicet oppidi vel inſulæ nomen, in dubium vocari non poteſt. Loquitur de Atalanta Cedrenus in Compend. Hiſt. Καὶ σεισμῶν γινομένων, ἡ πρὸς Λοκροῖς Ἀταλάντη σχισθεῖσα νῆσος ἐγένετο. Vix puto Cedrenum vera pronunciare, nam ante terræ motum omnino erat inſula, & accidente fiſſura, quæ etiam navibus eſſet pervia, geminæ inſulæ exſtitere. Lege Strabonem lib. I. hujus infortunii mentionem facientem: Vide quoque Scaligerum ad Euſebium. Sequitur deinde apud noſtrum ἔστι καὶ νῆσος, quod huc pertinere videtur.

83 Θουκυδίδης δευτέρᾳ.] Verba Thucydidis hæc ſunt: Ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπὸ Ἀθηναίων φρούριον, τοῦ θέρους τούτου τη-

τέρα. ἔστι καὶ νῆσος.[84] καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ. ὁ νησιώτης, Ἀταλανταῖος. A

bro II meminit. Eſt item inſula quædam, & alia juxta Piræum. Inſulanus, Atalantæus.

ΑΤΑΡΒΙΚΙΣ[85], πόλις ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀταρβικίτης, ὡς Προσωπίτης.

ATARBICIS, urbs in inſula Proſopitide. Gentile Atarbicita, uti Proſopita.

ΑΤΑΡΝΑ[86], πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου.[87] ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς, ὡς Ὀδυσσεύς· καὶ θηλυκὸν, Ἀταρνίς. B

ATARNEUS, oppidum inter Myſiam & Lydiam prope Leſbum. Oppidanus dicitur Atarnenſis, uti Odyſſenſis: fœmininnm, Atarnis.

ΑΤΑΦΥΝΟΙ[88], ἔθνος μέγα Ἀραβίας, περὶ οὗ Γλαῦκος ἐν δευτέρᾳ. C

ATAPHYNI, gens magna Arabiæ, cujus Glaucus libro ſecundo meminit.

ΑΤΕΛΛΑ[89], πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν οὐκ Ἀτελλαῖος,[90] ὡς Ἀγυλλαῖος, ἀλλὰ Ἀτελλανός· ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ,[91] Ἀτελλανοὶ παρέδοσαν αὑτούς. D

ATELLA, urbs Opicorum Italiæ inter Capyam & Neapolim. Gentile non eſt Atellæus uti Agyllæus, ſed Atellanus, quo Polybius libro IX utitur. Atellani ſeſe tradidere.

ΑΤΕΡΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, Ἀτερῖνος.

ATERIUM, uti Rhegium, oppidum Siciliæ, cujus oppidanus Aterinus dicitur.

ΑΤΗΝΗ, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς.[92] Φρύνιχος δὲ τῆς Αἰολίδος φησίν. ὁ δημότης, Ἀτηνεύς.[93] Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει,[94] καὶ Παντακλῆς. Διονύσιος, Ἀτηνίαν τὸν δῆμον. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὸ Ἀτηνεύς, ὀφεῖλον Ἀτηνιεύς. E

ATENE, populus Antiochidis tribus: Phrynichus dicit eſſe Attalidis. Popularis Atenenſis. Patrocles Atenenſis ludos edebat, & Pantacles. Dionyſius populum Ateniam vocat: ſed non permittit gentile Atenenſis, quod Ateníenſis eſſe debebat.

ΑΤΙΝΤΑΝΙΑ, μοῖρα Μακεδονίας. οἱ οἰκήτορες, καὶ Ἀτιντᾶνες, καὶ Ἀτιντάνιοι. εἴρηται ἀπὸ Ἀτιντᾶνος, υἱοῦ Μακεδόνος. λέγεται καὶ Ἀτιντανὶς τὸ θηλυκόν. λέγεται καὶ Ἀτιντὰν, καὶ Ἀτιντανία, καὶ Ἀτιντάνιον οὐδέτερον. F

ATINTANIA, pars Macedoniæ, cujus incolæ Atintanes & Atintanii vocatur: ita autem dicta eſt ab Atintane Macedonis filio. Genere fœminino Atintanis reperitur. Dicitur quoque Atintan & Atintania, & neutro genere Atintanium.

ΑΤΛΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβυκόν· Ἡρόδοτος G

ATLANTES, gens Libyca, cujus Herodotus

τούτου τηλαυτῶντος, ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος ἐρήμη πρότερον.

84 Καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ.] Hujus meminit Strabo lib. IX, referens cognominem eſſe Euboïcæ Locrenſique.

85 Ἀταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ.] Hæc peſſime contaminata conſpiciuntur in omnibus vulgatis: Ἀταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι νήσῳ. Nos ex libris MSS veterem veramque lectionem reduximus, quam mirifice librarii corruperant. Subolfecerant mendum illud Ortelius & Triſtanus, idem plane conjicientes, quod Salmaſio codd. Palatini, atque mihi Voſſianus exhibuêre. Inſula hæc erat in Delta Ægypti: urbis & inſulæ memoria reperitur apud Herodotum lib. II. ubi urbs non Ἀταρβίκις, ſed Ἀταρβήχις appellatur. Ἀπικνέεται ἐς ἑκάστην πόλιν βάρις ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλεομένης νήσου. ἡ δ' ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτα, περίμετρος δὲ αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα. ἐν ταύτῃ δὴ ὦν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ ἄλλαι πόλιες συχναί. ἐκ τῆς δὲ αἱ βάρις παραγίνονται ἀναιρησόμεναι τὰ ὀστέα τῶν βοῶν. οὔνομα τῇ πόλι Ἀτάρβηχις.

86 Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας.] Conſtanter ſic legunt libri calamo exarati & editi: nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Sine dubio oppidi nomen in mendo cubat, quod auferetur reſcribendo Ἀταρνεύς. Hac enim forma Scylax, Strabo lib. XIII, Xenophon lib. III Hellenicorum, Iſocrates in Panegyrico & alii vocem iſtam protulerunt. Imo ſic olim Stephanum ſcripſiſſe, non eſt quod ambigam, apud quem alibi ſic legimus: Φελλεύς, ὄρος τῆς Ἀττικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Φελλείτης ἂν εἴη, ὡς τοῦ Ἀταρνεύς, Ἀταρνείτης. Vide etiam in voce Τομεύς, & de hac emendatione eris certiſſimus. Ad ſitum quod attinet, noſter Atarneum Aſſo vicinum facit: Ἄσσος, πόλις Λυδίας, πλησίον Ἀταρνέως. Locum lege & ad eum noſtrum commentarium.

87 Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς.] Plurima occurrunt in hac epitome exempla, ubi gentilia & urbium nomine plane eadem ſunt, cujus rei ratio redditur in voce Ἀϊμονία. Verum cum ipſe Stephanus aliquoties τοῦ ΑΤΑΡΝΕΙΤΗΣ meminit, nequaquam illud eſt rejiciendum. Præterea hæc forma etiam apud idoneos ſcriptores occurrit, apud Diogen. Laert. Pauſan. Callimachum atque alios.

88 Ἀταφυνοί, ἔθνος.] Codex Voſſianus & Palatini exhibent Ἀταφῦνοι, ἔθνος. Ita quoque in Aldina editione reperies: verum in Florentina, Ἀταφῦνοι, ἔθνος μέγα Ἀραβίας. Quid ſit præferendum alii diſpiciant.

89 Ἀτέλλα, πόλις Ὀπικῶν.] Teſtatur Cluverius inter Capuam & Neapolim hodie conſpici oppidum *Averſa* dictum: circa quod quædam antiquorum operum viſuntur ruinæ. Multis ſcriptoribus hoc oppidum memoratur, Ciceroni, Livio, Straboni, Silio, Ptolemæo atque aliis.

90 Ὡς Ἀγηλλαῖος.] Scribe: ὡς Ἀγυλλαῖος. Vide in voce Ἄγυλλα, & de hac emendatione non dubitabis.

91 Ἀτελλανοὶ, παρέδοσαν αὑτούς.] Ita hunc locum ſupplevimus, qui in vulgatis mutilus circemferebatur. Salmaſius ſic etiam ad oram ſui Stephani emendaverat. Goltzius vidit nummum cum inſcriptione ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ.

92 Φρύνιχος δὲ τῆς Αἰολίδος φησίν.] Emendabat doctiſſimus Meurſius: Φρύνιχος δὲ τῆς Ἀτταλίδος φησίν.

93 Πατροκλῆς.] In Palatinis legebat Salmaſius. Προκλῆς.

94 Καὶ Παντακλῆς.] In antiquitatibus hic non eſt notus. Fortaſſis ſcribendum: καὶ Παντάρκης, de quo Pauſanias in Eliacis prioribus.

δος τετάρτῃ. [95] ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν A τῶν δύο Ἀτλάντων. [96] Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ Ἀτάραντας μετ' αὐτοὺς εἶναί φησι, καὶ Ἄτλαντας [97] καὶ ὅτι οὐ βλέπουσιν οὗτοι ὀνείρους. λέγεται τὸ κτητικὸν Ἀτλαντικὸς, [98] καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα· καὶ Ἀτλάντιος, καὶ B Ἀτλαντία θάλασσα.

dotus libro IV meminit. Hoc nomen illis à duobus montibus, qui Atlantes nuncupantur, inditum eſt. *Rhianus libro ſecundo Achaïcorum refert: Atarantas poſt ipſos eſſe, & Atlantas, qui nulla inſomnia vident.* Poſſeſſivum Atlanticus dicitur, & Atlanticum mare: & Atlantius, & Atlantium pelagus.

ἌΤΡΑΙ, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος· Ἀῤῥιανὸς ἑπτακαιδεκάτῳ Παρθικῶν.

ATRÆ, urbs inter Euphratem & Tigrim, cujus Arrianus libro XVII Parthicorum meminit.

ἈΤΡΑΜΙ͂ΤΑΙ [99], ἔθνος εὐδαίμονος C Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ Ἀραβικῶν. Ἀρτεμίδωρος [1] Ἀτραμωτίτας αὐτοὺς καλεῖ.

ATRAMITÆ, populi Felicis Arabiæ, uti Uranius libro III Arabicorum teſtatur. Artemidorus eos Atramotitas appellat.

ἌΤΡΑΞ, καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας [2] τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας. ἐκλήθη D ἀπὸ Ἄτρακος τοῦ Πηνειοῦ καὶ Βούρας παιδὸς κτισθεῖσα. [3] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος· καὶ θηλυκὸν, Ἀτρακία. καὶ Ἄτραξ, ὁμόφωνον τῇ πόλει. Λυκόφρων,

Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν [4] Ἄτρακας λύ- E
κους.

τινὲς δὲ διὰ τοῦ γ ἔκλιναν, Ἄτραγος· ὡς Εὔπολις,

[5] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ. - - -

ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκόν.

ATRAX & Atracia, urbs Theſſaliæ in tractu Pelaſgiotidis: nomen habet ab Atrace Penei & Buræ filio, qui eam condidit. Gentile Atracius: genere fœminino Atracia: Et Atrax, quod ſonat ut nomen urbis, Lycophron

Et ſecundos miſerunt Atracas lupos.

Quidam vero in caſu obliquo faciunt Ἄτραγος quod reperitur apud Eupolin.

Ad Atragem noctu. - - - -

Genere fœminino dicitur Atracis.

ἈΤΡΗ- ATRE-

[95] Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων.] Conſtanter ſic legunt libri calamo exarati & editi. Salmaſius in margine ſui Stephani contendit legendum eſſe: Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων. Et ſic locum emendatum eſſe à viro incomparabili in Plinianis Exercit. poſtea cognovi. Vel hoc modo verba conſtituenda putat: ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλ. ut dicat Stephanus, Atlantas populos à montibus Atlantibus nomen eſſe adeptos.

[96] Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ.] In voce Ἀπία ejuſdem Rhiani liber ſecundus Ἀχαϊκῶν citatur: ad quem locum obiter admonuimus, Euſtathium aliquando pro Rhiano allegaſſe Arrianum; quem errorem etiam uunc committit, ex Ethnicographo hunc de Atlantibus locum tranſcribens, ita enim ille in comment. ad Dionyſium de ſitu Orbis pag. 15. ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, ἔθνος Λιβυκὸν λέγει τοὺς Ἄτλαντας. καὶ Ἀῤῥιανὸς δὲ ὥς φησιν, Ἀτάραντας ἱστορεῖ, καὶ μετ' ἐκείνους λέγει κεῖσθαι τοὺς Ἄτλαντας, οἳ δὲ λέγονται μὴ βλέπειν ὀνείρους. Aut Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in depravatum Stephani codicem incidit, aut locum feſtinando male tranſcripſit: nam Rhianum Ἀχαϊκὰ ſcripſiſſe, non vero Arrianum, apud omnes in confeſſo eſt.

[97] Καὶ ὅτι οὐ βλέπουσι οὗτοι ὀνείρους.] Fabulas quas de Atlantibus narrant Mela, Plinius, Solinus aliique, ex Herodoto hauſerunt, qui de illis lib. II, jam à Stephano allegato, ita ſcribit. Ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου ὄρος τῷ οὔνομα Ἄτλας. ἔστι δὲ στεινὸν δὲ κυκλοτερὲς πάντη. ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. οὐδέποτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπειν νέφεα οὔτε θέρεος οὔτε χειμῶνος. τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο. καλέονται γὰρ δὴ Ἀτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι οὔτε ἐνύπνια ὁρᾷν.

[98] Καὶ Ἀτλαντικὴ Θάλασσα.] Lepidiſſimum eſt quod narrat de etymologia maris Atlantici Lycophronis Scholiaſtes, nempe Atlantem Mathematicum Pœnum extitiſſe, qui cum in montem altum conſcendiſſet, ut diligentius aſtra ſpecularetur, in ſubjacens mare decidens, ibi periit: unde mari nomen inditum eſt: Vide etiam Euſtathium ad Odyſſ. A. pag. 1389 & 1390.

[99] Ἀτραμῖται, ἔθνος εὐδαιμον.] Incidit Stephanus ſine dubio in Vranii codicem, in quo gentis nomen diverſimode ſcribebatur, unde & diverſas gentes videtur facere τοὺς Ἀτραμίτας & Χατραμωτάς. Vranii verba leguntur apud noſtrum in voce Ἀβασηνοί: regionis, quæ Chatramotitis dicitur, etiam Vranius lib. I Arabicorum meminit; uti in τῷ Χατραμωτίτης liquet, eamque mari rubro vicinam ſtatuit. Quibuſnam autem appellationibus illorum regio, & gens ipſa inſigniebatur lege apud Salmaſium in Solinum pag. 489. Et Bochartum in ſuo Phaleg lib. II cap. XVI.

[1] Ἀτραμωτίτας.] Hæc vox formam τοῦ ἐθνικοῦ repræſentat. Non poſſum quin aſſentiar Salmaſio exiſtimanti τὰ Ἀτράμωτα loco nomen eſſe, unde gentile Ἀτραμωτίτης deducitur: nam plurima oppida & vici in Felice Arabia ſic terminantur, quemadmodum τὰ Ἄλατα, τὰ Χαβούατα, τὰ Θούματα & ſimilia.

[2] Τῆς Πελασγιώτιδος.] Etiam Ptolemæus lib. III cap. XIII, hanc urbem inter Pelaſgiotidas recenſet. Δολίχη, Ἀζώριον, Πύθιον, Γόννος, Ἄτραξ, Ἰλέγιον &c.

[3] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος.] Apud Statium lib. I Thebaidos hoc gentile occurrit:

- - - *Quales per nubila Phœbes*
Atracia rubet arte labor. - - -

Et Valerius Flaccus lib. VI:

Quamvis Atracio Lunam ſpumare veneno
Sciret, & Æmoniis agitari cantibus umbras.

Idem gentile hinc deducit noſter etiam in voce Κόραξ.

[4] Ἄτρακας λύκους.] Conſtanter ita exhibent MSS & vulgati codices: & Euſtathius ad Iliada B confitetur, ſe in Stephani exemplaribus etiam hanc ſcripturam reperiſſe, verum communes Lycophronis codices ἀρπάγας λύκους habuiſſe, hæc ſunt ejus verba: Ὅρα δὲ τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν Ἄτρακα. ἧς οἱ πολῖται, Ἄτρακες παρὰ Λυκόφρονι. καὶ ἀντὶ τοῦ Ἄτρακας λύκους (ὃ γράφει ὁ Ἐθνικολόγος) ἀρπάγας λύκους γράφουσι τὰ τῶν ἀντιγράφων κοινότερα.

[5] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ.] Codex Voſſianus male: καὶ Ἄτρυγα νύκτωρ.

ἈΤΡΗΝΗ [6], πόλις. Φιλοςέφανός φη- A
σιν, [7] ἀπὸ Δεύσου καὶ Ἀτρῶνος, [8] καὶ Ἀτρηνη-
ςῶν, Ἀργείου τοῦ Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμ-
φης προσηγορεῦσθαι. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτρηνεὺς,
καὶ Ἀτρηνίτης, καὶ Ἀτρηναῖος.

ATRENA, urbs. Philoſtephanus perhibet, eam à Deuſo & Atrone, & ab Atrena Argetis Cyclopis & Phrygiæ nymphæ liberis denominatam eſſe. Gentile Atrenenſis, & Atrenites, & Atrenæus.

ἈΤΡΙΑ [9], πόλις Τυῤῥηνίας, Διομήδους B
κτίσμα. [10] χειμῶνος πλεύσαντος, καὶ μετὰ
τὸ διασωθῆναι, [11] καλέσαι Αἰθρίαν. καὶ πα-
ρεφθάρη παρὰ τοῖς βαρβάροις τὸ ὄνομα.
[12] ἔςι καὶ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ.
[13] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριέ- C
της. ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον· [14] συνήθης γὰρ Ἰτα-
λῶν ὁ τύπος, ὁ διὰ τοῦ ανος.

ATRIA, urbs Tyrrheniæ à Diomede condita. Qui poſtquam è tempeſtate, qua mari fuerat jactatus, incolumis evaſiſſet, urbem Æthriam vocavit. Quod nomen deinde à Barbaris corruptum fuit. Eſt quoque alia Boiorum urbs, gentis Celticæ. Gentile, Atrianus, & Atrienſis, & Atriates. Verum primum reliquis præſtat. Forma enim in anus deſinens, Italis eſt uſitata.

ἈΤΡΟΠΑΤΙΑ [15], καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς
Μηδίας δευτέρα μερὶς (ἡ γὰρ προτέρα, καθ'
ἣν ἦν τὰ Ἐκβάτανα, ἡ μητρόπολις, καὶ τὸ βα- D
σίλειον τῆς Μηδίας) ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ἀτροπά-
του. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτροπατηνὸς, καὶ [16] Ἀτροπατηνή.

ATROPATIA, & Atropatius, altera pars Mediæ (illa enim eſt prior pars, in qua ſunt Ecbatana, metropolis & Mediæ regia.) quæ à duce Atropato nomen accepit. Gentile, Atropatenus & Atropatene.

ἈΤΤΑΛΕΙΑ [17], πόλις Λυδίας, πρό-
τερον Ἀγρόειρα, ἢ Ἀλλόειρα καλουμένη.
[18] οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον οὕτω φασὶ E
λέγε-

ATTALIA, urbs Lydiæ, quæ antea Agroira ſeu Alloira vocabatur. Nonnulli tradunt Ciliciæ Corycum ita nominari, inter quos

6 Ἀτρήνη πόλις.] En manifeſtiſſimum in hiſce verbis epitomes argumentum. Imo vix veriſimile eſt, Hermolaum compendii auctorem ſic ſcripſiſſe: nam neque regionis neque provinciæ nomen, in qua *Atrena* ſita fuerit, in libris vulgatis aut MSS exprimitur. Si quid conjectura valeam, cenſeo Stephanum hic de urbe Italica, in Volſcorum mediterraneis ſita, loquutum fuiſſe, eandemque eſſe, quam Livius lib. IV cap. LXI tranſpoſitis literis *Artenam* appellavit. *Diruta & arce & urbe Artena, reducta Legiones ex Volſcis, omniſque vis Romana Veios converſa eſt.* Et mox ſequitur. *Sunt qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant: præbet errorem, quod ejuſdem nominis urbs inter Cære atque Veios fuit.* Hæc litterarum tranſpoſitio antiquis adeo fuit familiaris, ut opus non ſit eam pluribus comprobare exemplis: pro ἀριθμὸς dixere ἄμιθρος, pro ὄχλος ὄλχος & ſimilia. Si quis vel ex antiquitate, vel ex melioribus libris certius aliquid attulerit, ei maximas habebo gratias.

7 Ἀπὸ Δεύσου.] Codices editi conſentiunt in hanc ſcripturam: Voſſianus: ἀπὸ Δέσου. Nomen hujus herois apud alios, quod ſciam, non occurrit: difficulter itaque dixerim, quid præferendum ſit.

8 Καὶ Ἀτρηνηςῶν.] Certiſſimum eſt hanc vocem non eſſe ſani coloris, atque imperitos librarios ex duabus unam conflaſſe. Salmaſius in margine ſui Stephani totum locum hunc in modum conſtituit: Φιλοςέφανός φησιν, ἀπὸ Δέσου καὶ Ἀτρῶνος, καὶ Ἀτρήνης τῆς Ἄργητος τοῦ Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμφης προσηγορεῦσθαι. Hanc conjecturam tam firmam exiſtimat, ut non dubitet eam in textum recipere.

9 Ἀτρία, πόλις Τυῤῥηνίας, Διομήδους κτίσμα.] De appellationibus, ſitu & conditore hujus urbis conſulendus Cluverius in antiq. Ital. deſcriptione. Ita quoque hæc urbs à Ptolemæo vocatur, & in emendatioribus Plinii codicibus, auctore Hermolao Barbaro in caſtigat.

10 Χειμῶνος πλεύσαντος.] Sic ſcripti & editi exhibent. Salmaſius in margine ſui Stephani ſcripſit, fortaſſis legendum eſſe: χειμῶνος πνεύσαντος.

11 Καλέσαι Αἰθρίαν.] Ceſſante tempeſtate, ſervatoque Diomede, cælo ſereno urbs eſt condita, quam ſignificationem vox Αἰθρία apud lexicographos obtinet. Heſychius: Αἰθρία, εὐδία. Αἴθρη αἰθρία. αὐγὴ, ἀὴρ καθαρός.

12 Ἔςι καὶ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ.] Optime rejecit Xylander ſcripturam aliarum editionum, in quibus vitioſiſſime excuſum erat: ἔςι καὶ ἄλλη πόλις Βοιωτῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. Verum aliud quid in hiſce verbis latet, ſcilicet error Stephani vel ejus auctoris, ex quo noſter tranſcripſit, Atriam Bojorum Gallorum ab hac diverſam fuiſſe. Alia equidem præter hanc Tyrrhenicam Atria fuit, verum longe à Bojorum finibus in Piceno ſita, ut ſuo loco optime oſtendit geographiæ peritiſſimus Cluverius.

13 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριέτης.] Ultima gentilia in mendo cubare vidit Cluverius: emendavit optime: τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτριεὺς, καὶ Ἀτριάτης. Salmaſius in ora ſui codicis ſimiliter corrigebat. Codex Voſſianus mihi exhibuit. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριάτης. Nihil nos mutavimus in textu, quia editi omnes inter ſe conveniunt.

14 Συνήθης γὰρ Ἰταλῶν ὁ τύπος.] Non ſoli Itali hac forma gaudent, ſed etiam aliæ gentes: vide in vocibus Ἄγκυρα & Ἀμασεύς.

15 Καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερίς.] Hanc Mediæ diviſionem noſter hauſit ex Strabone lib. XI; nam poſtquam locutus fuerat de Media magna, cujus primaria urbs Ecbatana & Medorum regia dicitur, hæc de altera Mediæ parte ſubjungit. Ἡ δ' ἑτέρα μερίς ἐςιν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία. τοὔνομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γενέσθαι, μέρος οὖσαν μεγάλης Μηδίας. Hæc Mediæ diviſio etiam legitur apud Euſtathium in Dionyſium de Situ Orbis pag. 129.

16 Ἀτροπατηνή.] Hoc gentile fœmininum paſſim pro regionis nomine uſurpatur apud Strabonem & alios. Stephanus: Πεάσπαρα, πόλις τῆς Ἀτροπατηνῆς. Triplex igitur huic regioni nomen fuit, Ἀτροπατία, & Ἀτροπάτιος & Ἀτροπατηνή.

17 Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας.] Locum hunc, librariorum negligentia corruptum, reſtitutum iri puto, ſi ſcribatur Λυκίας pro Λυδίας, quod vitii genus paſſim in antiquorum ſcriptis occurrit. Attalea urbs Lyciæ eſt maritima, non procul à fluvio Cataracta ſita, uti perhibet Strabo lib. XIV. Hujus memoria etiam in Actis Apoſt. cap. XIV reperitur: Paulus enim ibi navem conſcendebat, ut Antiochiam navigaret.

18 Οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον &c.] Optime obſervat Incomparabilis Salmaſius, Demetrium Corycum Ciliciæ confundere cum Coryco Pamphyliæ. Nam Corycum Pamphyliæ propter vicinitatem, & quod utraque eundem habuiſſet conditorem, eandem cum Attalia quoſdam feciſſe, veriſſimum eſt: ſed Ciliciæ Corycus procul ab Attalia ſita erat. Strabo lib. XIV perhibet, Attalum Philadelphum Attaliam condidiſſe, atque ei vicinum

λέγεσθαι, ὡς Δημήτριος, ἀπὸ Ἀττάλου Φιλαδέλφου κτίσαντος αὐτήν. [19] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς. καὶ Ἀτταλικὸς κτητικὸν. [20] καὶ θηλυκόν.

ἈΤΤΑΛΙ'Σ [21], φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν Ἀττάλῳ ἀνέθηκαν Ἀθηναῖοι. ὁ φυλέτης, Ἀτταλεύς.

ἈΤΤΑ'ΛΥΔΑ [22], πόλις Λυδίας, κτισθεῖσα ἀπὸ Ἄττυος· καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ, ὑπὸ Λυδοῦ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλυδεύς.

Α'ΥΑΘΑ [23], καὶ Αὔαρα, οὐδετέρως, συνοικία Ἀράβων, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῃ. οἱ οἰκήτορες, Αὐαθηνοὶ, καὶ Αὐαρηνοί.

ἈΥΑΛΙ'ΤΗΣ [24], κόλπος, ἐν δεξιοῖς μέρεσι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.

Α'ΥΑΡΑ [25], πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος [26] Ὀβόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα. ἐξώρμησε γὰρ Ἀρέτας εἰς ἀναζήτησιν τοῦ χρησμοῦ. ὁ δὲ χρησμὸς ἦν, Αὔαρα τόπον ζητεῖν· ὅ ἐστι [27] κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους, λευκήν· καὶ φθάσαντι τῷ Ἀρέτᾳ, [28] καὶ λοχῶντι ἐφάνη φάσμα αὐτῷ, λευχείμων ἀνὴρ, ἐπὶ

quos eſt Demetrius. Nomen habet ab Attalo Philadelpho, qui eam condidit. Gentile, Attalenſis, & Attalicus poſſeſſivum, cujus fœmininum quoque in uſu eſt.

ATTALIS, tribus Attica, quam Athénienſes Attalo dedicarunt. Tribulis, Attalenſis.

ATTALYDA, Lydiæ oppidum ab Attye conditum, & poſt ejus mortem ab ejus filio Lydo denominatum. Gentile, Attalydenſis.

AUATHA & Auara, genere neutro, Arabica vicinia, cujus Uranius libro I Arabicorum meminit. Incolæ Auatheni & Auareni dicuntur.

AUALITES, ſinus ad dextrum latus maris Rubri. Gentile ejuſdem nominis eſt.

AUARA, urbs Arabiæ ab oraculo Obodæ reſponſo ſic dicta, & ab ejus filio Areta condita. Profectus enim eſt Aretas, ut juxta oraculum inveſtigaret. Oraculum autem præceperat, ut locum *Auara* quæreret, quæ vox ſecundum Arabas & Syros *Album* denotat. Et Aretæ [Obodam] prævertenti ac latenti ſpectrum apparuit, ſcilicet vir albis veſtibus indutus & albo

num vicum Corycum, circumdatis mœnibus, in parvum oppidulum inſtruxiſſe. Hæc ſunt Strabonis verba. Εἶτα πόλις Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον, ἄλλην κατοικίαν ὅμορον, καὶ μικρὸν περίβολον περιθέντος. Hinc manifeſte liquet, Attaliam & Corycum vicinas in Pamphylio littore, non longe à Cataracta, civitates fuiſſe. Præter Strabonem etiam Dionyſius de Coryco Pamphyliæ mentionem facit.

Ἄλλαι δ' ἑξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες,
Κώρυκος Πέργη τε καὶ ἠνεμόεσσα Φάσηλις.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς.] Hoc gentile non improbamus, ſed alia forma reperitur apud Goltzium in nummo Trajani, hanc inſcriptionem repræſentante: ΑΤΤΑΛΕΙΤΩΝ.

[20] Καὶ θηλυκόν.] Fortaſſis fœminina terminatio excidit: Legendum igitur καὶ θηλυκὸν, Ἀτταλική.

[21] Ἀτταλὶς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Hujus tribus Stephanus etiam in vocabulis Ἀγνοῦς & Ἀπολλωνιεῖς mentionem facit.

[22] Ἀττάλυδα, πόλις Λυδίας.] Nomen hujus urbis compoſitum eſſe ex duabus vocibus, Ἄττυος ſcilicet & Λυδοῦ nemo non videt. Exiſtimo eandem eſſe urbem, quam Ptolemæus lib. V cap. II, Alyddam nominans, in Myſiæ majoris mediterraneis inter Trajanopolim & Præpeniſſum collocat hoc modo: Δάγουτα, Ἀπολλωνία, πρὸς Ῥυνδάκῳ ποτ. Τραιανόπολις, Ἄλυδδα, Πραιπένισσος, Πέργαμος &c. Certiſſimum eſt, non duntaxat in lingua Græca, ſed etiam in Italica, Hiſpanica, Gallica & Belgica, urbium nomina, ſi ex pluribus componantur vocabulis, levioris pronunciationis gratia contrahi, & per compendium efferri: ita hoc loco verum & antiquiſſimum civitatis nomen Ἀττάλυδα fuiſſe, non eſt quod dubitem, pro quo facilioris pronunciationis gratia tandem Ἄλυδα vel Ἄλυδδα in conſuetudinem venit. Vide commentarios ad vocem Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, pag. 87 & 88, comment. 72, ubi plurimis exemplis, ex quacunque lingua petitis, ſententiam hanc ſtabilitam conſpiciet lector.

[23] Αὔαθα, καὶ Αὔαρα, οὐδετέρως.] Mox ſequetur alia ſectio, ubi Stephanus τὰ Αὔαρα urbem Arabiæ, non vero viciniam appellabit. Quare hæc non continuatim legantur, & quaſi à ſua ſerie divulſa ſint, rationem nullam video, cum idem ſit locus atque eadem loci appellatio; unde quoque idem gentile deducitur.

[24] Αὐαλίτης, κόλπος, ἐν δεξιοῖς.] Situm, & veram nominis originem hujus ſinus tam accurate deſcripſit vir inſignis Samuel Bochartus in Geographia Sacra lib. II cap. XXIII, ut aliquid addere ſummum nefas putarem,

[25] Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας.] Græcis dicitur Λευκὴ Κώμη, quod Latinis Album Pagum denotat. Optime ejus ſitum doctiſſimus Bochartus indicavit ex Arriani Periplo. Ἐκ δὲ τῆς εὐωνύμων Βερενίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου, δυσὶν δρόμοις ἢ τρισὶν, εἰς τὴν ἀνατολικὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον, ὅρμος ἐστὶν ἕτερος, καὶ φρούριον ὃ λέγεται Λευκὴ Κώμη. Hinc liquet Auaram ſive Album Pagum ex oppoſito Berenices ſitam fuiſſe. Strabo lib. XVI tradit, magnum Nabatæorum emporium eſſe; & Geographus Arabs, *oppidum populoſum, cujus incolæ ſunt nobiles, & portum & acropolin habere.* Itaque minus recte ab Epitomatore ſuperius perhibetur, Arabum συνοικίαν eſſe

[26] Ὀβόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα.] Hic locus inter mutilos eſt referendus. Lege ut ſenſus conſtet: Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Ὀβόδᾳ κληθεῖσα, καὶ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα κτισθεῖσα Senſus etiam erit perſpicuus, ſi pro κληθεῖσα repoſueris κτισθεῖσα. Porro Obodam & Aretam affinitate, ſed non quo gradu, junctos fuiſſe, refert Strabo libro XVI hiſce verbis, ubi de Ælio Gallo loquitur. Διόπερ πολλαῖς ἡμέραις ἧκεν εἰς τὴν Ἀρέτα γῆν, συγγενοῦς τοῦ Ὀβόδα. ἐδέξατο μὲν οὖν αὐτὸν Ἀρέτας φιλικῶς, καὶ δῶρα προσήνεγκεν. Uti apud Nabatæos Aretas proprium territorium habebat, ſic inter illos Obodes etiam χωρίον, de quo alibi Stephanus ſic ſcribit. Ὄβοδα, χωρίον Ναβαταίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ. ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται. De hiſce regibus etiam Joſepho multus eſt ſermo.

[27] Κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους, λευκήν.] Vocem Αὔαρα apud Syros, Chaldæos & Arabas iſtum obtinere ſignificatum, etiam ſuo calculo comprobabit linguarum orientalium peritiſſimus Bochartus part. ſec. Geographiæ Sacræ lib. I, cap. XLIV. *Hauara* eadem quæ Λευκὴ Κώμη Albus Pagus. Syris enim & Chaldæis חור *havar* eſt albeſcere, חור *hivar* vel *havar* albus. Et חור *haur* Arabice albedo. Inde igitur Albus Pagus *Haura* dictus, vel *Havara* ſi mavis, ut in Stephano ſcribitur.

[28] Καὶ λοχῶντι.] Xylander hunc locum aſteriſco notavit ſine neceſſitate, quem neque priores editiones agnoſcunt.

Pro

ἐπὶ λευκῆς δρομάδος ὀχούμενος. ἀφανισθέντος δὲ τοῦ φάσματος, σκόπελος ἀνεφάνη αὐτόματος κατὰ γῆς ἐῤῥιζωμένος, κἀκεῖ ἔκτισε πόλιν. τὸ ἐθνικὸν, Αὐαρηνός. A

ΑΥ̓ΑΣΙΣ [29], πόλις Αἰγύπτου. ταύτην δὲ [30] καὶ Ὄασιν καλοῦσιν, [31] ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ. B κατάστικτος γάρ ἐστιν, ἀνύδρῳ γῇ καὶ ἐρήμῳ τὰς οἰκήσεις ἔχουσα. [32] τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι. τὸ ἐθνικὸν, Αὐασίτης, [33] καὶ Αὐσίτης. Ἡρόδοτος καὶ δὲ Δοῦρις, [34] Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον. C

ΑΥ̓ΓΆΣΙΟΙ, ἔθνος Μασσαγετῶν. [35] Στράβων ἑνδεκάτῃ οὕτω φησίν.

ΑΥ̓ΓΕΊΑ [36], πόλις Λοκρίδος. [37] Ὅμηρος,

---- Καὶ Αὐγειὰς ἐρατεινάς.

[38] ἔστι

albo dromade vectus. Prodigio autem è conſpectu ablato, ſcopulus ſub terra fixus ultro ac ſponte apparuit, & eo loci urbem Aretas condidit. Gentile, Auarenus.

AUASIS, urbs Ægypti. Hanc etiam Oaſin nominant, pardali ſimilem: eſt enim habitationibus interpuncta, quas habet in terra deſerta & aquæ inopi. Hujuſmodi habitationes ab Ægyptiis Auaſes appellantur. Gentile, Auaſites & Auaſitis. Herodotus vero & Duris eam Beatorum inſulam nuncuparunt.

AUGASII, gens Maſſagetarum, de qua Strabo libro undecimo loquitur.

AUGEA, urbs Locridis, cujus Homerus meminit.

---- *Et augeas amabiles.*

Eſt

Pro λοχμὴν chartaceus Voſſianus mihi ſuppeditavit χολὴν, quam lectionem in totum non improbo.

29 Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου.] Geminæ iſthac appellatione urbes apud Geographos occurrunt, Auaſis magna & parva. Auaſis parva *Eleocath*, ſive *Eleochet* appellatur, & verſus ſeptentrionem ſita eſt, cx mil. paſſ. à magna diſtans. Auaſis magna, de qua nunc fit mentio, à Thebis Ægyptiis teſte Herodoto, cujus verba mox producemus & emendabimus, itinere ſeptem dierum in occidentem abeſt.

30 Καὶ Ὄασιν καλοῦσιν.] Hæc Hebræorum eſt pronuntiatio, Arabum *au* tanquam O proferentium. כוכב *cocab* Hebraice ſtella, Arabice כוכב *caucab*: שושן *ſoſan* Hebraice lilium, Arabice סוסן *ſauſan*: Pipio Hebr. גוזל *gozal*, Arab. גוזל *gauzal*. Plura hujus rei exempla, ſi neceſſitas requireret, ex Bocharto aliiſque ſuppeditari poſſent. Stephanus hanc urbem alio in loco etiam *Hyaſin* appellavit. Ὕασις, πόλις Λιβύης. λέγεται καὶ Ὄασις. καὶ ὁ πολίτης, Ὀασίτης. De quo nomine poſtea dicturi ſumus.

31 Ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ.] Etſi omnes codices tam ſcripti quam editi ita habeant, nunquam tamen pro genuina hanc lectionem habebo: ſine dubio legendum: ἐοικυῖαν παρδάλει: nam ita legitur apud Strabonem lib. II, ex quo Stephanus totum locum tranſcripſit. Ἔστι δ' ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδάλει, κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Et libro XVII rurſum inquit. Αὐάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίους. Stephanum ſua ex priori Strabonis loco hauſiſſe, nemo in dubium vocabit.

32 Τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι.] Manifeſte liquet ex verbis Geographi, commentario præcedenti in medium productis, hoc loco reſcribendum eſſe: τὰς τοιαύτας Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι.

33 Καὶ Αὐσίτης.] Non puto hoc gentile à Stephani manu eſſe profectum. Talis ſyncope in formandis gentilibus locum non habet. Fortaſſis reponendum eſt: Τὸ ἐθνικὸν, Αὐασίτης, καὶ Αὐασῖτις.

34 Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον.] Duridis teſtimonium non exſtat hodie: Herodoti ex Thalia, quia emendatione indiget, huc tranſcribam. Οἱ δ' αὐτέων ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπεί τε ὁρμηθέντες ἐκ τῶν Θηβαίων, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς, ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι. ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβαίων διὰ ψάμμου. ὀνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν Μακάρων νῆσος. Dicit hoc loco Herodotus, Oaſin ſive Auaſin ſeptem dierum itinere Thebis diſtare, eamque Samios è tribu Æſchrionia incolere, & lingua Græca vocari iſtum locum Beatorum inſulam. Verum in Samo non fuit tribus Æſchrionia: hinc eſt quod exiſtimem, nomen hujus tribus aut à librariis turpiſſime eſſe depravatum, aut Herodotum errorem immanem errare, quod ultimum non auderem conſtanter affirmare, quia ſine dubio Herodotus, cum eſſet Halicarnaſſenſis è Caria, inſulas patriæ ſuæ viciñas optime cognovit & peragravit: neceſſe eſt igitur, ut omnem culpam in exſcriptores imperitos transferamus: nam tribus illa non Æſchrionia, ſed Schefia appellabatur à fluvio Schefio, juxta quem Patrocles & Tembrio coloniæ, ad Caras, tunc temporis Samum incolentes, miſſæ locum aſſignarunt, quemadmodum refert Themiſtagoras in Aureo Libro apud Etymologici Magni Auctorem, cujus verba, ut de emendatione in Herodoto ſimus certi, in medium adducam. Ἀστυπάλαια, μοῖρα τῆς Σάμου οὕτω καλουμένη. ὅτι Πατροκλῆς καὶ Τεμβρίων ἀποικίαν στείλαντες εἰς Σάμον, πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας Κᾶρας κοινωνίαν θέμενοι, ᾤκησαν παρὰ τὸν Σχήσιον ποταμὸν, καὶ εἰς δύο φυλὰς τὴν πόλιν διένειμαν. ὧν τὴν μὲν Σχησίαν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ Σχησίου ποταμοῦ παρακειμένου τῇ πόλει. τὴν δὲ Ἀστυπάλαιαν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ἄστεος αὐτῶν. οὕτω Θεμισταγόρας ἐν χρυσῷ βιβλίῳ. Plinius lib. V cap. XXXI, hunc amnem *Cheſium* nuncupat, ita enim ille in Sami deſcriptione. *Samon liberam, circuitu octoginta ſeptem mil. paſſuum: aut ut Iſidorus, centum. Partheniam primum appellatam, Ariſtoteles tradit, poſtea Dryuſam, deinde Anthemuſam, Ariſtocritus adjicit Melamphyllum; dein Cypariſſiam: alii Parthenoaruſam, Stephanem. Amnes in ea Imbraſus, Cheſius, Ibertes.* Hujus amnis & promontorii ejuſdem nominis non obſcura etiam memoria reperitur apud Callimachum Hymno in Dianam:

Χησιὰς, Ἰμβρασίη πρωτόθρονε, σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ.

Ad quem locum Scholiaſtes ita commentatur: Σχησιάς. Σχήσιον, ἀκρωτήριον τῆς Σάμου. καὶ Ἴμβρασος, ποταμὸς τῆς Σάμου. Verum res eodem redibit, ſive tribum in Samo Σχησίαν Χησίαν, fluvium Σχήσιον Χήσιον, & promontorium Σχησιάδα Χησιάδα nuncupaveris; hoc enim omnibus eſt notiſſimum, S initiale nominibus propriis nunc excidere, nunc vero addi. Evidentiſſimum igitur eſt, in Herodoto reponi debere: τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Σχησίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι. Verum ſi à voce Σχησία deduci poſſet gentile Σχησιώνιος, quod mihi non manifeſte conſtat, legerem: τῆς Σχησιωνίης φυλῆς, ut melius mea conjectura vulgatæ lectioni reſponderet.

35 Στράβων ἑνδεκάτῃ οὕτω φησίν.] Jure & merito defectæ orationis ſignum appoſuerat Xylander, in cujus editione legebatur: Στράβων ἕκτῃ οὕτω φησίν. Nos veram & veterem lectionem reduximus, legendo: ἑνδεκάτῃ. Illo enim libro hæc de Augaſiis leguntur: Τῶν δὲ τῶν Μασσαγετῶν, καὶ τῶν Σακῶν ἔθνους, καὶ οἱ Αὐγάσιοι, καὶ οἱ Χωράσμιοι. Optime ex Stephano hunc locum Strabonis Caſaubonus correxit, ubi antea male legebatur, καὶ οἱ Ἀττάσιοι.

36 Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος.] Fortaſſis reſcribendum eſt: Αὐγειαὶ, πόλις Λοκρίδος, nam hoc numero Homerus & Strabo oppidi nomen protulere.

37 Ὅμηρος.] Locus ex Catalogo navium eſt deſumptus.

[38] ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Αὐ- A γεάτης.

Α'ΥΓΙΛΑ [39], οὐδετέρως, πόλις Λιβύης. Ἀπολλόδωρος β' περιηγήσεως. [40] τὸ ἐθνικὸν Αὐγιλίτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον, ὡς Γάβαλα Γαβαλίτης. B

Α'ΥΓΟΥ'ΣΤΑΙ [41], πόλις ἐν Κιλικίᾳ, [42] καὶ Ἰταλίᾳ. οἱ πολῖται, Αὐγουστανοί· Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι η.

Α'ΥΕΝΙ'ΩΝ, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. [43] τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος· καὶ C τῷ ἐπιχωρίῳ, Αὐενίτης, καὶ Ἑλλήνων τύπῳ.

Α'ΥΛΑΙ', ἐπίνειον Κιλίκων, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Ἀγχιάλης. οἱ οἰκοῦντες, Αὐλεῶται πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ὀνομάζονται. [44] τῶν δὲ εἰς αι οὐκ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ ωτης τύ- D πος, ἀλλ' ἔοικεν ὡς ἀπὸ τοῦ Ῥάφεια Ῥαφειώτης, Ῥαφεῶται. εἰσὶν Αὐλαὶ καὶ Λυκίας χωρίον. εἰ δ' ἑνικῶς ἐλέγετο Αὐλὴ, ὤφειλεν Αὐλέτης, ἢ Αὐλίτης. [45] τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η δισυλλάβων θηλυκῶν, ὀξυνό- E μενα μὲν, διὰ τοῦ ε, ὡς τὸ Φυλέτης· βαρυνόμενα δὲ, διὰ τοῦ η, ὡς κωμήτης, σιδήτης. ἐπισατέον τὸ Καρνίτης, ἀπὸ τῆς Κάρνης, ὡς ἐροῦμεν.

Α'ΥΛΗ',

A Eſt item urbs Laconica. Gentile, Augeates.

AUGILA, genere neutro, urbs Libyæ, de qua Apollodorus libro ſecundo Perigeſeos mentionem facit. Gentile, Augilites, propter B formam vernaculam, uti Gabala Gabalites.

AUGUSTÆ, oppidum Ciliciæ & Italiæ, cujus oppidani Auguſtani appellantur, auctore Phlegonte Olympiade VIII.

AUENIO, urbs Maſſiliæ, ad Rhoda- C num ſita. Gentile, Auenionenſis forma vernacula, ſed Græca, Auenites.

AULÆ, navale Cilicum inter Tarſum & Anchialem. Habitatores ab indigenis Auleotæ nominantur. Nomina in αι, non gaudent termi- D natione per ωτης: ſed videntur formari, quemadmodum Rhaphea, Rhapheota, Rhapheotæ. Sunt item Aulæ Lyciæ caſtellum. Si numero ſingulari Aule diceretur, gentile eſſet Auleta ſive Aulita. Nam nomina, quæ formantur à diſſyllabis fœmininis in η exeuntibus, & accentum E in fine habentibus, penultimam per ε proferunt: ſed accentu ſi in penultima notentur, derivativum in penultima cum η effertur, uti Cometes, Sidetes. Hiſce quoque Carnites adjiciendum eſt, quod fit à Carne, uti poſtea dicemus.

AULE,

38 Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις.] Utriuſque & Locridis & Laconicæ Euſtathius meminit ad locum Homeri jam proxime allegatum: Αὐγειαὶ δὲ οὐ μόνον Λοκρικαὶ, ὧν ὁ πολίτης Αὐγειάτης, ἀλλὰ καὶ Λακωνικὴ πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος. Sed quare Xylander Stephani locum mutilæ orationis ſigno notaverit, rationem non video. Fortaſſis Salmaſius in eadem verſabatur opinione, ad marginem ſui libri ſic ſcribens. Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις Μαλιέων. *Quantum conjicere potui in corrupto MSS.* Attamen ſententia eſt perfecta, ſi τὸ Μαλιέων hinc auferatur, quanquam verum ſit, circa illud promontorium Αὐγειὰς Laconicas ſitas fuiſſe.

39 Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης.] Apud Ptolemæum oppidi nomen etiam genere neutro & plurativo numero profertur, & Naſamonibus attribuitur: Ἐν τοῖς Αὐγίλαις καὶ Νασαμῶσι τὰ Αὔγιλα. In Herodoto Muſa quarta loci nomen Ἄιγιλα factum eſt. Τῷ δὲ χώρῳ τούτῳ οὔνομα Ἄιγιλα ἐστὶ, ἐς τοῦτον τὸν χῶρον οἱ Νασαμῶνες ὀπωρεῦντες τοὺς φοίνικας φοιτέουσι. Ἀπὸ δὲ Αἰγίλων, διὰ δέκα ἡμερέων &c. Salmaſius in Herodoto reſcribit Αὔγιλα, & Voſſius teſtatur in aliquot Ptolemæi libris exaratum eſſe Ἄιγιλα, uti etiam Herodotus habet.

40 Τὸ ἐθνικὸν, Αὐγιλίτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον.] Non format hoc gentile ex ingenio Stephanus, quemadmodum viri eruditone inſignes exiſtimant, ſed juxta generalem canonem, qui exigit gentilia Libyca & Ægyptia in ιτης terminari, de quo videſis in vocabulis Ἄβαρνος, Ἄζιλις & aliis in locis plurimis. Verum eſt apud Pomp. Melam gentis nomen eſſe *Augilæ*, ut & apud Solinum, qui Græcis dicerentur Αὐγίλαι: ſed optime obſervat Salmaſius, illud gentile eodem modo formatum eſſe, ut ab Ἀσβύστα urbe Africæ Ἀσβύστης, & ab Ἀυσίγδα Libyæ oppido Ἀυσίγδης: atque ita hoc loco ab Αὔγιλα Αὐγίλης. Noli tamen alterum gentile Αὐγιλίτης prorſus improbare, utpote juxta generalem, & Ἐθνικογράφῳ uſitatiſſimum canonem formatum.

41 Αὐγοῦσται, πόλις ἐν Κιλικίᾳ.] A Ptolemæo Σεβαστὴ appellatur, eſtque urbs Ciliciæ littoralis inter Tarſum & Anemurium, non longe ab Anchialo ſita, liquet hoc ex Theophylacto Simocatta lib. I Hiſtor. cap. IV, ubi refert Chaganum Auguſtam & Viminacium expugnaſſe: Ἀνελόντι Αὐγοῦσταν καὶ τὸ Βιμινάκιον (πόλεις δ' αὗται λαμπραὶ ὑπὸ τὸ Ἰλλυρικὸν φορολογούμεναι) παραυτίκα στρατοπεδεύεται, καὶ τὴν Ἀγχίαλον περιτέμνεται. Stephanus plurali, alii autem ſingulari numero urbis nomen appellarunt.

42 Καὶ Ἰταλίᾳ.] Cum plura in Italia hoc nomine oppida à geographis enumerentur, difficulter dixerim, quodnam hoc loco Stephanus intelligat. Eſt enim prope Padum *Auguſta Taurinorum*, quæ Taurafia Livio, Stephano Taurania & Gallis hodie Turin dicitur. Alia eſt *Auguſta Vagienorum*, quam Cluverius putat fuiſſe verſus Ligures montanos circa Carmaniolam, oppidum Pedemontii. Reperitur præterea *Auguſta Prætoria*, quæ à Solino dicitur Italiæ limes verſus Alpes Grajas, ab Auguſta Taurinorum LV mil. paſſ. diſtans. De illis vide Cluverium jam ſupra nominatum. Occurrunt item aliæ plurimæ, ſed nimis longum foret omnes recenſere.

43 Τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος.] Hæc & quæ ſequuntur Xylander in ſua editione aſteriſco notavit. In chartaceo Voſſiano locus hoc ordine diſpoſitus legitur. Τὸ ἐθνικὸν Αὐενιωνήσιος, καὶ Αὐενίτης τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Ἕλληνι τύπῳ. Hæc verba ita ſunt digerenda: τὸ ἐθνικὸν Αὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ, καὶ Αὐενίτης Ἕλληνι τύπῳ. Certiſſimum eſt, primum gentile habere formam, Italis & Galliæ Narbonenſis incolis uſitatam. In voce Βίεννος Stephanus ita ſcribit: Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ &c. ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Βιέννιος, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον Βιεννήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος. Vide præterea in vocabulo Βέρνος, & aliis in [illegible] plurimis.

44 Τῶν δὲ εἰς αι οὐκ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ ωτης τύπος.] Optime ſic edi curavit Xylander: in prioribus editionibus peſſime legebatur: Τῶν δὲ εἶναι οὐκ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ ωτης τύπος.

45 Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η δισυλλάβων θηλυκῶν.] Primo intuitu exiſtimabam hunc locum eſſe mutilum, & nonnulla ei excidiſſe: verum deinde animadvertebam ex ſimili prorſus canone, qui in voce Σίδη exhibetur, nihil ei deeſſe, ita enim ibi Stephanus. Τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα, πρωτό-

ΑΥ'ΛΗ', ἡ ἔπαυλις. A

[46] Χραύσῃ μέν τ' αὐλῆς ὑπεράλμενον. - - -
λέγεται δὲ αὖλις. καὶ σύνθετον, δύσαυλις. [47] ὁ οἰκήτωρ, αὐλίτης. αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, [48] αὔλειοι. [49] καὶ οἱ ἄποικοι τούτων, θύραυλοι. λέγεται δὲ αὔλιος ὁ ἑσπέριος ἀστὴρ, παρὰ τὸ ποιεῖν ἡμᾶς αὐλίζεσθαι. [50] καὶ αὔλιον ἄντρον, παρὰ τὸ ἐκεῖ χορεύειν. ὡς Ἀπολλώνιος, B

- - - [51] Στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν.

ΑΥ'ΛΙ'Σ, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα, εἰς ἣν ἠθροίσθησαν οἱ Ἕλληνες. Τρύφων [52] παρὰ τὸ αὐλισθῆναι, ἄλις δὲ αὐλίς. βέλτιον ἀπὸ τοῦ Αὔλιδος, τοῦ Εὐωνύμου, τοῦ Κηφισσοῦ. τὸ ἐθνικὸν, [53] ἠδύνατο Αὐλιδεύς, δὲ Αὐλίς. [54] ἔστι δ' Αὐλίδος, D καὶ Αὐλιδία. C

ΑΥ'ΛΩ'Ν, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν· ὁ πολίτης, Αὐλωνίτης. δευτέρα, [55] πόλις Ἀρκαδίας, ὁ πολίτης, Αὐλώνιος. γ [56] πόλις Κρήτης, ἢ τόπος. [57] ἔστι δὲ τόπος E Ἀραβίας. [58] ἔστι δὲ Αὐλὼν, ὃν ἐπόλισαν Κρο-

AULE, ſtabulum.

Perſtrinxerit caulam tranſilientem. - - - -

Dicitur quoque Aulis. Hinc compoſitum δύσαυλις. Hujuſmodi loci incola Aulites dicitur. Domicilia quæ in agris ſunt Αὔλεια, & qui ab iiſdem abſunt θύραυλοι nuncupantur. Veſperugo ſtella dicitur & Aulius, quia nos cubare facit. Hinc quoque Aulium antrum, quod ibi choreæ celebrarentur, teſte Apollonio:

- - - - *Pro antro inſtituiſſe choros.*

AULIS, urbs Bœotiæ è regione Chalcidis, ubi Græci convenere. Tryphon exiſtimat vocabula ἀλὶς & αὐλὶς derivari ab αὐλισθῆναι: ſed rectius deducitur nomen urbis ab Aulide, filia Euonymi, qui Cephiſſi filius erat. Gentile poterat eſſe Aulidenſis, & Aulis: eſt autem Aulidius & Aulidia.

AULON, urbs Laconica, una ex centum, cujus civis Aulonita dicitur. Secunda Arcadiæ civitas eſt, cujus civis Aulonius vocatur. Tertia urbs ſive locus Cretæ. Eſt item Arabiæ locus. Reperitur quoque Aulon, quam Cro-

-τεωζυτικα, ὀξυνόμενα μὲν, διὰ τοῦ ε τὸ παράγωγον ἐκφέρει. φυλὴ φυλέτης &c. Planior profecto eſt ſenſus in loco allegato; ſed eundem eſſe, nemo in dubium vocabit, qui rem probe examinaverit.

46 Χραύσῃ μὲν τ' αὐλῆς.] Eſt pars verſus Homerici, ex Iliade E deſumpti.

47 Ο' οἰκήτωρ, αὐλίτης.] Fortaſſis reponendum eſt: ὁ οἰκήτωρ, αὐλήτης. Nuſquam apud antiquos occurrit τὸ αὐλίτης: verum αὐλήτης apud Heſychium invenies, & αὐλείτης apud Apoll. Rhod. lib. IV Argonaut.

Πώεσι φορβομένοισι συνώοντες, εἴπερ δ' ἀνὴρ
Αὐλείτης. - - - -

48 Αὔλειοι.] Salmaſius in margine ſui Stephani admonet, ex libris Palat. reſcribendum eſſe: αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, αὔλεια.

49 Καὶ οἱ ἄποικοι τούτων, θύραυλοι.] Apud Heſychium legimus: Θύραυλοι, τῶν ποιμένων οἱ ἀπόκοιτοι. Sunt hoc loco ἀπόκοιτοι, paſtores qui ſub dio extra ſtabulum apud gregem pernoctant. Ἀποκοιτεῖν eſt abnoctare, ſive pernoctare: Κοιταῖος, ὁ εἰς τὴν κοίτην ἐρχόμενος, qui it cubitum: ἀπόκοιτος igitur qui non petit lectum, & à ſtabulo abeſt. Vereor profecto, ne apud Stephanum ſcribendum ſit: καὶ οἱ ἀπόκοιτοι τούτων, θύραυλοι. Quid enim ſit ἄποικος, notius eſt, quam quod hic doceri debeat.

50 Καὶ αὔλιον ἄντρον.] Noſter hæc hauſiſſe videtur ex lib. II Apoll. Rhod. cujus verba ſequenti commentario producemus, ſed ibi non προσηγορικῶς accipitur, uti neque apud Etymologici Magni Auctorem, qui eundem Apollonii Rhodii locum citat.

51 Στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν.] Hic locus in libris MSS & vulgatis miſerrime erat depravatus: in iis legebatur: Στήσετε χοροὺς ἀντρείους. Nos veram & veterem lectionem Epitomatori noſtro ex lib. II Apoll. Rhod. Argonaut. reddidimus, apud quem totus locus hunc in modum legitur.

Ὧκα δὲ Καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
Ἤλυθον. ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς Νυσήιον υἷα,
Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας,
Ὀργιάσαι, στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν,
Ὧι ἐν ἀμειδήτους ἁγίας εὐνάζετο νύκτας.
Ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες,
Ἠδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.

Totum hunc locum etiam Salmaſius oræ ſui Stephani appinxerat.

52 Παρὰ τὸ αὐλισθῆναι.] Magnus Salmaſius in margine ſui libri hunc locum ita legit: Παρὰ τὸ ἀλισθῆναι ἄλις καὶ αὐλίς. Hæc eſt Euſtathii opinio, ad Homeri Bœotiam pag. 265 ita ſcribentis. Ἡ δὲ Αὐλὶς, ἀντιπέραν μὲν Εὐβοίας κεῖται, φυλάσσουσα μέχρι καὶ νῦν τὸ ὄνομα. ἐκλήθη δὲ οὕτω, παρὰ τὸ ἐκεῖ αὐλισθῆναι τὰς τῶν Ἀχαιῶν νῆας περὶ τὸν ἀπόπλουν. ἢ ἀλισθῆναι ἤγουν ἀθροισθῆναι. ἢ ἀπὸ Αὐλίδος φασὶ θυγατρὸς Εὐωνύμου υἱοῦ Κηφισσοῦ. Etymologici Magni Auctor etiam ut Trypho, urbis appellationem παρὰ τὸ αὐλισθῆναι deducit. Ad me quod attinet, Tryphonis verba tali modo diſtincta & emendata vellem. Τρύφων παρὰ τὸ αὐλισθῆναι ἄλις ἡ Αὐλίς.

53 Ἠδύνατο Αὐλιδεύς, καὶ Αὐλίς.] Primo intuitu hunc locum à librariis depravatum cenſebam, verum Goltzius ex veteri lapide hanc inſcriptionem exhibet. ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΑΥΛΙΔΙ CΩΤΕΙΡΙ.

54 Ἔστι δ' Αὐλίδος, καὶ Αὐλιδία.] Hunc locum tranſcriptorum vecordia eſſe deturpatum, ex aliis locis manifeſte apparebit. Corrigendum videtur: ἔστι δ' Αὐλίδιος, καὶ Αὐλιδία. Hanc veriſſimam eſſe lectionem evincitur ipſiſſimis Stephani verbis, ita enim ille in Ψωφίς. ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων. ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τῆς Ἀρκάδος Ἀρκάδιος, καὶ τῆς Αὐλίδος Αὐλίδιος, οὕτω Ψωφίδος Ψωφίδιος. Plura hujus rei exempla produci poſſent, ſed alia probatione res non indiget.

55 Πόλις Ἀρκαδίας.] In Arcadia locus fuit Aule dictus, ubi Panis delubrum erat, teſte Æliano lib. XI de Animal. cap. VI. Ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ χώρα ἐστὶν ἱερὸν Πανός. Αὐλὴ δὲ τῷ χώρῳ τὸ ὄνομα. An idem ſit locus de quo nunc Stephanus, alii diſpiciant.

56 Πόλις Κρήτης.] Urbem hujus nominis in Creta non agnoſcunt alii geographi: ſed Miræus ſub Archiepiſcopatu Cretenſi urbem Aulopotamum recenſet.

57 Ἔστι δὲ τόπος Ἀραβίας.] Et hic Arabiæ locus antiquis ſcriptoribus non nominatur. Marcianus Heracleota in Periplo circa mare rubrum non procul à Troglodytica Αὐλίτας recenſet, ſed ad hunc locum non pertinent: Παροικοῦσι δὲ τούτῳ οἵ τε προειρημένοι Τρωγλοδύται, καὶ οἱ Αὐλῖται, καὶ προσέτι γε οἱ Μοσυλοὶ τὰ ἔθνη. Verum locus eſt depravatus, atque ita reſtituendus: καὶ οἱ Αὐαλῖται: de quibus vide in præcedentibus.

58 Ἔστι δὲ Αὐλὼν, ὃν ἐπόλισαν Κροτωνιάται.] De ſitu & appellationibus hujus urbis agit Cluverius lib. IV Ital. ant. cap. XX. Rationem hujus denominationis adfert Stephanus ex Hecatæi Europa. Καυλωνία πόλις Ἰταλίας, ἣν Αὐ-

Κροτωνιάται, ἥτις ὠνομάσθη Καυλωνία. τὸ A ἐθνικὸν, Καυλωνιάτης.

ΑΥΣΕΕΙΣ, ἔθνος Λιβύης. [59] Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσεως, καὶ [60] Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ.

ΑΥΣΙΓΔΑ, πόλις Λιβύης οὐδετέρως, B ὡς Καλλίμαχος. Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε. τὸ ἐθνικὸν, Αὐσιγδοι. οὕτω γὰρ Ἀπόλλων τιμᾶται.

ΑΥΣΧΙΤΑΙ, [61] ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης. [62] Ἀπολλόδωρος περιηγήσεως δευ- C τέρῳ.

ΑΥΣΩΝ, [63] ὁ Ἰταλός. Λυκόφρων,

[64] Κτείνουσιν αὐτὸν Αὔσονες Πελλήνιοι.

καὶ Αὐσονὶς, τὸ θηλυκόν. καὶ Αὐσόνιος, καὶ Αὐσονία ἡ χώρα· ἀφ' οὗ Αὐσονιεὺς, καὶ Αὐ- D σόνειος. Λυκόφρων,

Ὁ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τόπων.

καὶ Αὐσονίτης· ὁ αὐτὸς,

[65] Παρ' Αὐσονίτην Φύλαμον δομήσεται,

καὶ Αὐσονῖτις θηλυκόν· ὁ αὐτὸς, E

Ὁ τῆς θαλάσσης Αὐσονίτιδος μυχούς.

καὶ Αὐσόνιος κτητικόν.

ΑΥΤΑΡΙΑΤΑΙ, [66] ἔθνος Θεσπρωτικόν· Χάραξ ἑβδόμῃ χρονικῶν, καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ, καὶ Ἐρατο- F σθένης.

ΑΥΤΟΜΑΛΑΚΑ, χωρίον Λιβύης· Πολυΐστωρ τρίτῃ. Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτο-

Crotoniatæ condiderunt, quæ mutato nomine Caulonia dicta eſt. Gentile, Cauloniata.

AUSES, gens Libyæ, ut perhibent Apollodorus lib. II Periegeſeôs & Herodotus lib. IV.

AUSIGDA, urbs Libyæ, genere neutro, auctore Callimacho. Hecatæus vero inſulam agnoſcit. Gentile, Auſigdi: ita enim Apollo colitur.

AUSCHITÆ, gens Libyæ ſupra Barcen ſita, cujus meminit Apollodorus libro II Periegeſeôs.

AUSON, Italus. Sic Lycophron:

Occidunt ipſum Auſones Pellenii.

Et Auſonis fœmininum. Et Auſonius, & Auſonia regio appellatur. Hinc Auſonienſis & Auſoneus, quo etiam Lycophron utitur:

Ille autem prope Auſoneos locos Calchantis.

Apud eundem præterea Auſonites reperitur:

Juxta Auſoniten Philamum extruet.

Et Auſonitis fœmininum idem quoque uſurpat:

Qui Auſonitidis aquæ ſinus.

Poſſeſſivum eſt Auſonius.

AUTARIATÆ, gens Theſprotica, de qua Charax libro VII Chronicorum mentionem facit, & Phavorinus in omnigena hiſtoria, & Eratoſthenes.

AUTOMALACA, oppidulum Africæ, uti Polyhiſtor lib. III perhibet. Apollodorus vero Auto-

λω Αὐλωνίαν Ἐπαφρεῖος καλεῖ, διὰ τὸ μέσον αὐλῶνος εἶναι. ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐλῶνος ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία.

[59] Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσεως.] Codices Palatini, nunc vero Vaticani, & chartaceus Voſſ. Ἀπολλόδωρος β' περὶ γῆς. Idem auctor & libri index etiam in Γαυγάμηλα citatur à Stephano. Γαυγάμηλα, τόπος Περσίδος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ.

[60] Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ.] Sine dubio noſter hunc locum reſpicit, ubi ſedem & mores hujus gentis Herodotus delineat. Τούτων δὲ ἔχονται τῶν Μαχλύων Αὐσέες. οὗτοι δὲ καὶ οἱ Μάχλυες πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι. τὸ μέσον δέ σφι οὐρίζει ὁ Τρίτων, καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὄπισθεν κομέουσι τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ Αὐσέες τὰ ἔμπροσθεν.

[61] Αὐσχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης.] Ita hunc locum ex codicibus manu exaratis inſtaurare placuit, qui in vulgatis corruptiſſime hunc in modum circumferebatur. Αὐσχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπερβάκης. Lectionem, quam noſtra repræſentat editio, eſſe veriſſimam, evincitur verbis Herodoti, quæ libro IV leguntur. Ἀσβυστέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐσχῖται οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ' Εὐεσπερίδας. De Barca poſtea ſuo loco agetur.

[62] Ἀπολλόδωρος περιηγήσεως δευτέρῳ.] Libri MSS: Ἀπολλόδωρος περὶ γῆς δευτέρῳ. eodem prorſus modo uti in vocabulo Αὐσεῖς.

[63] Αὔσων, ὁ Ἰταλός.] Non ita conſignavit hunc locum Stephanus: imo poſtquam ab Hermolao in compendium erat redactus, plura continuit, de quibus nunc nulla in hodiernis libris fit mentio. Ut hoc certiſſime credam, movet me Euſtathii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis auctoritas, qui in commentariis ad Dionyſii Periegeſin de Auſonibus ἐκ τοῦ τὰ Ἐθνικὰ γράψαντος ita tradit. Καὶ σημείωσαι, ὅτι τοὺς αὐτοὺς εἶναι λέγει Αὔσονας καὶ Ἰταλούς. λέγονται δὲ Αὔσονες ἀπὸ Αὔσονος, ὃς πρῶτος μετὰ τὸν κατὰ Ῥώμην βασιλεῦσαι πρός τινων ἱστορεῖται, Ὀδυσσεῖ γεγονὼς ἐκ τῆς Κίρκης, ἢ κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα, ἐκ Καλυψοῦς γεννηθεὶς τῷ Ἄτλαντι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος Αὐσόνιον ἐκλήθη ποτέ. Ex quibus verbis evidentiſſime liquet, Euſtathium hujuſmodi codice fuiſſe uſum, in quo ſpeciatim de Auſonis genealogia hoc tradebatur, ipſum *ex Atlante & Calypſo* eſſe genitum. Cum autem hæc verba nuſquam in Stephano reperiantur, tutior ipſis non potuit aſſignari locus, quam ubi Auſonum origo & gentis incunabula erant pertractanda. Communior tamen & magis recepta erat ſententia, *Auſonem Ulyſſis & Calypſus* filium fuiſſe, ſolus Stephanus hac in re ab aliis diſſentiebat. Pompejus Feſtus: *Auſoniam appellavit Auſon, Ulyſſis & Calypſus filius, eam primum partem Italiæ, in qua ſunt urbes Beneventum & Cales. Deinde paulatim tota quoque Italia, quæ Apennino finitur, dicta eſt Auſonia ab eodem duce, à quo etiam conditam fuiſſe Auruncam urbem ferunt.* Vide quoque hac de re Marcianum Heracleotam: Scholiaſtam ad lib. IV Apoll. Rhod: Suidam: Johannem Tzetzem in Chiliadibus, & alios quam plurimos.

[64] Κτείνουσιν αὐτόν.] In vulgatis Lycophronis exemplaribus legitur: Κτενοῦσι δ' αὐτόν. Quæ lectio ſit præferenda, alii examinaverint.

[65] Παρ' Αὐσονίτην.] Guilielmi Canteri editiones hoc loco exhibent: Παρ' Αὐσονῖτιν: ſed minus recte, uti ex Epitomatore noſtro clare patet.

[66] Ἔθνος Θεσπρωτικόν.] Geographi omnes hanc gentem in Illyride collocant. Strabo lib. VII. Arrianus lib. I de Exped. Alex. Mag. & Scylax capite, cui Μάνιοι titulus eſt. Igitur vel male Stephanus, vel Theſprotas origine, non habitatione intelligit.

Αὐτομαλά φησι. τὸ ἐθνικὸν, Αὐτομαλακίτης, διὰ τὴν χώραν· τῷ δὲ καθ' ἡμᾶς τύπῳ, Αὐτομαλακεύς.

Automala nominat. Gentile, Automalacita propter regionis formam, ſed noſtra Automalacenſis dicitur.

ΑΥΤΟΜΟΛΟΙ, ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρᾳ· [67] τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισιν οὔνομά ἐστι Ἀσμάχ. δύναται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλέϊ.

AUTOMOLI gens Æthiopica, de qua Herodotus lib. II ita ſcribit: Automoli iſti Aſinach appellantur: quod verbum Græca in lingua idem pollet, quod ſiniſtræ regiæ adſiſtentes.

ΑΦΑΝΝΑΙ [68], χωρίον Σικελίας ἄσημον. ἀφ' οὗ, [69] ἡ εἰς Ἀφάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἐκτετοπισμένων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφανναῖος.

APHANNÆ, ignobile Siciliæ oppidulum, de quo jactatur proverbium, *ad Aphannas*: quod de obſcuris & longe remotis uſurpatur. Gentile, Aphannæus.

ΑΦΑΚΗ [70], πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφακίτης, διὰ τὸ ἴδιον τῆς χώρας.

APHACA, urbs Libyæ, cujus Polyhiſtor libro III Libycorum meminit. Gentile Aphacites, propter formam regioni propriam.

ΑΦΕΙΔΑΝΤΕΣ, μοῖρα Μολοσσῶν, ἀπὸ Ἀφείδαντος βασιλέως.

APHEIDANTES, pars Moloſſorum, quæ ab Apheidante rege nomen habet.

ΑΦΕΤΑΙ, πόλις τῆς Μαγνησίας. Ἑλλάνικος. [71] ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο, ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον. [73] κεῖται δ' ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφεταῖος, ὡς Παγασαῖος, [74] Ἀναφαῖος.

APHETÆ, urbs Magneſiæ, cujus Hellanicus meminit. Nomen accepit ex eo, quod Argo ſecundum illinc ſolverit: vel quod Herculem Argonautæ ibi reliquerint. Sita eſt in ſinu Pagaſetico. Gentile Aphetæus, uti Pagaſæus & Anaphæus.

ΑΦΘΑΛΑ [75], καὶ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη· ὁ Τεχνικὸς δυοκαιδεκάτῳ. δύναται καὶ Ἀφθαῖος εἶναι. [76] ἔστι καὶ Ἀφθίτης, νομὸς Αἰγύπτου.

APHTALA, & Aphthæa Hecate appellatur, ut perhibet Technicus libro XII. Poſſet etiam eſſe Aphthæus. Eſt item Aphthites Ægypti præfectura.

ΑΦΙΔ-

APHID-

67. Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι &c.] Dici vix poteſt, quam mirifice hunc Herodoti locum librarii tranſcribendo depravarint. Nos veterem veramque lectionem ex vulgatis Herodoti libris revocavimus. Xylander divulgaverat, Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισιν οὔνομα Ἀσμάχην, ὅ ἐστιν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χερὸς παριστάμενοι βασιλεῖ. Sed longe ineptius eſt, imo prorſus ridiculum, quod exhibent editiones, quæ Xylandrianam præceſſere, in iis enim hoc modo excuſum legitur. Τοῖσι Αὐτομόλοισι τούτοισιν οὔνομα Ἀσμάχην, ὅ ἐστιν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς γλώσσης παριστάμενοι βασιλεῖ. Hanc quoque lectionem in codd. Palatinis Salmaſius, & nos in Voſſiano invenimus.

68 Χωρίον Σικελίας.] De hoc loco ita ſcribit Heſychius: Ἀφάνναι, χωρίον τῆς Δαμάρτιδος φυλῆς πόρρωθεν. Verum ubinam terrarum Damartis ſita ſit, fateor me ignorare.

69 Ἡ εἰς Ἀφάννας.] Xylandri lectionem leviter immutavimus, in cujus editione legitur; ἢ εἰς Ἀφάννας. Sine dubio hic ſubaudienda eſt vox παροιμία; niſi malis ſtatuere eam excidiſſe, & revocari debere. Fuerunt & aliæ urbes, quæ in proverbium abierunt. Plinius lib. III cap. XI. *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque; & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam & Tricam.*

70 Πόλις Λιβύης.] Oppidum valde ignobile, cujus alii auctores non meminere. Miror noſtrum nullam omnino mentionem facere de Aphacis Phœnicicis inter Heliopolin & Byblim ſitis, de quibus Zoſimus Hiſt. lib. III: Euſebius de vita Conſtantini lib. III: Socrates lib. I. Sozomenus lib. II, & alii.

71 Ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο.] Fabulantur mythicæ theologiæ myſtagogi, Pagaſas nomen habere ab Argo navi ibi compacta, unde primam ἄφεσιν feciſſe videtur: deinde Aphetas non procul à Pagaſis diducta eſt, inde eam ſecundum Argonautæ ſolvebant. Multo itaque probabilius eſt, hinc Aphetarum nomen originem traxiſſe, quam ex eo quod Herculem ibi reliquiſſent Argonautæ; ille enim & Polyphemus in Mœſia manſerunt, quærentes Hylam. Hyginus Fab. XIV: *Sed neque Colchos omnes pervenerunt, neque in patriam regreſſum habuerunt. Hylas in Mœſia, à nymphis juxta Cion, flumenque Aſcanium raptus eſt, quem dum Hercules & Polyphemus requirunt, vento rapta navi deſerti ſunt.* Sed in fabulis veritas non eſt inveſtiganda, alii enim rem aliter narrant. Strabo lib. 18: Πλησίον δὲ καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν. Et Apollon. Rhodius lib. I refert illud littus, in quo Aphetæ erant ſitæ, nomen accepiſſe, quod navim inde deduxerint Argonautæ, ita enim ille:

Τὴν δ' ἀκτὴν Ἀφετὰς Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσι.

72 Τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον.] In hac ſententia, aliis mythologis plane contraria, verſatur etiam Herodotus lib. VII. Ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλῆα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεταίρων ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα. εὖτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. Ἐντεῦθεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι, ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν. ἐκ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφέται.

73 Κεῖται δ' ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ.] Ita quoque hunc ſinum, cui Aphetæ adjacent, Strabo lib. IX appellavit. Pom. Melæ lib. II cap. II *Pagaſæus* dicitur.

74 Ἀναφαῖος.] Hoc gentile deducendum eſt à voce, cujus uſus numero ſingulari apud noſtrum exſtat, & non accurate ταῖς Ἀφεταῖς reſpondet. Fortaſſis ſcribendum: Ἀφανναῖος, quod ab Ἀφάνναι formatur, uti ex præcedentibus liquet.

75 Ἄφθαλα καὶ Ἀφθαία.] Conſtanter ſic in vulgatis excuſum eſt: libri calamo exarati manifeſte exhibent: Ἄφθαια καὶ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη. Quam lectionem improbare nequeo.

76 Ἔστι καὶ Ἀφθίτης.] Veterem lectionem revocavi ex editione Aldina Florentinaque: male Xylandriana exhibet, ἔστι καὶ Αὐθίτης, νομὸς Αἰγύπτου. Vide Herodotum lib. II & de hac reſtitutione non dubitabis.

ἌΦΙΔΝΑ, [77] δῆμος Ἀττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἀφίδνου αὐτόχθονος. ὁ δημότης, Ἀφιδναῖος, ὡς Πυδναῖος. τὰ τοπικὰ, δῆλα· Ἀφίδνηθεν, Ἀφίδναζε, Ἀφίδνησιν. [78] Ἔστι καὶ πληθυντικὸν Ἀφίδναι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς, ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες, [79] Φοίβη καὶ Ἱλάειρα.

ἌΦΝΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, [80] ἢ Μιλήτου πόλεως, [81] ἢ ἀπὸ Ἀφνειοῦ, ἢ ἀπὸ Ἀφναΐδος νύμφης. ἔστι καὶ Λυδίας πόλις. ἡ λίμνη, ἡ περὶ Κύζικον, Ἀφνῖτις, [82] ἡ πρότερον Ἀρτυνία. τὸ ἐθνικὸν, [83] Ἀφνίτης.

ἈΦΟΡΜΙΟΝ, [84] τόπος Θεσπιέων· Ἀφροδίσιος, ἤτοι Εὐφήμιος ἐν τῷ περὶ τῆς πατρίδος, ὅθεν καὶ τὸν κυβερνήσαντα τὴν ναῦν τὴν Ἀργὼ, Τίφυν γενέσθαι. καὶ λόγος παρ' ἡμῶν, τῆς νεὼς ἀφορμισάσης ἐντεῦθεν μετὰ τῶν ἀριστέων, ἀφ' οὗπερ ἀπέπλευσεν ἡ ναῦς. ὁ τοπίτης Ἀφορμιεύς, ὡς Αἰγιεύς, Σουνιεύς.

ἈΦΡΟΔΙΣΙΑΣ, [85] πόλις Κιλικίας, περὶ ἧς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Κιλικίας φησὶν, ὅτι Ζώπυρός φησιν αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης κεκλῆσθαι, [86] γράφων καὶ ἱστορίας. δευτέρα, Ἰβηρίας πρὸς τοῖς Κελτοῖς. τρίτη, νῆσος, [87] ἡ πρότερον

APHIDNA, populus Atticus, tribus Leontidis, ab Aphidno indigena nomen habens. Popularis, Aphidnæus, uti Pydnæus. Localia manifeſta ſunt, & denotant ex, ad, & in Aphidna. Dicitur quoque Aphidnæ numero plurativo. Eſt item oppidum Laconicum, unde originem ducunt Leucippi filiæ Phœbe & Hilaïra.

APHNEUM, civitas Phrygiæ prope Cyzicum ſive Miletopolim, quæ ab Aphneo, vel ab Aphnaïde nympha nomen habet. Eſt quoque Lydiæ civitas: & palus circa Cyzicum Aphnitis, prius Artynia vocabatur. Gentile, Aphnites.

APHORMIUM, locus Theſpienſium Aphrodiſius, qui interdum quoque Euphemius nuncupatur, in libro quem de patria conſcripſit, perhibet, Tiphyn navis Argûs gubernatorem ibi natum fuiſſe. Hæc apud nos obtinet narratio, navem cum optimatibus ibi rurſum appulſam eſſe, unde antea ſolverat. Locale Aphormienſis, ut Ægienſis, Sunienſis.

APHRODISIAS, urbs Ciliciæ, de qua Alexander Polyhiſtor in libro de Cilicia ita tradit: Zopyrum narrare eam ab Aphrodite, id eſt, Venere nomen habere, ea de re hanc hiſtoriam conſcribens. Secunda Iberiæ, juxta Celtas. Tertia inſula, inter

77 Δῆμος Ἀττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Heſychius hunc Demum tribui Ptolemaidi affingit: Ἄφιδνα, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς.] Vide Meurſium in ſpeciali de Demis Atticis tractatu.

78 Ἔστι καὶ πληθυντικὸν Ἀφίδναι.] Ita hunc locum ex MS Voſſiano emendare placuit, ejecto ſpuro: in omnibus enim editionibus peſſime legebatur: ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι. Stephanus ipſe hac voce numero plurativo uſus eſt in Δεκέλεια, ubi ita infit: Δεκέλεια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ἀπὸ Δεκέλου ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας, ὡς Ἡρόδοτος ἐνάτῳ. Etiam alii hanc vocem ita uſurparunt.

79 Φοίβη καὶ Ἱλάειρα.] Hæc Leucippi filiarum nomina etiam reperiuntur apud Pauſaniam in Meſſeniacis. Codices Palatini Salmaſio pro Ἱλάειρα exhibuerunt Ἑλάειρα.

80 Ἢ Μιλήτου.] Hæc vox Caſaubono in notis ad Strabonem ſuſpecta eſt, nihil tamen ad emendandum ſuppeditat. Legendum eſt: Ἄφνειον, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, ἢ Μιλητουπόλεως. Ultimam vocem ſic componendam eſſe, liquet ſatis ex auctore noſtro, ita enim ille: Μιλητούπολις πόλις μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας περὶ τὸν Ῥυνδακόν. Plinius libro v cap. XXXII. *Amnes Horiſius & Rhyndacus, ante Lycus vocatus, oritur in ſtagno Artynia juxta Miletopolim.*

81 Ἢ ἀπὸ Ἀφνειοῦ, ἢ ἀπὸ Ἀφναΐδος.] Nominis originem aliter tradit Strabo lib. XIII. Ἀφνειοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης. Huc etiam pertinent verba Euſtathii, ad Homeri Bœotiam ſic ſcribentis: Ἀφνειοὺς δὲ λέγει οὐχ' οὕτω τοὺς πλουσίους, ὅσον τοὺς περὶ τὴν Ἀφνῖτιν λίμνην κατὰ τοὺς παλαιούς. καὶ γὰρ οὕτω φασὶ καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις.

82 Ἡ πρότερον Ἀρτυνία.] Vide locum Plinii ſupra è lib. v cap. XXXII allegatum.

83 Ἀφνίτης.] Veterem lectionem reduxi ex chartaceo Voſſiano & primis editionibus: male in Xylandriana excuſum eſt: Αὐνῖτις. Puto tamen pro Ἀφνίτης Ἀφνῖτις hoc loco legendum eſſe.

84 Τόπος Θεσπιέων.] Intellige Theſpienſes Bœoticos, non vero Theſſalicos: Tiphys enim, de quo noſter hoc tmemate loquitur, & cui Argûs navis gubernacula credita ſunt, Bœotius erat. Pauſanias lib. IX. Ἡρακλεῶτι Τιφαιεῦσιν ἐστὶ, καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. οὗτοι Βοιωτῶν μάλιστα ἐκ παλαιοῦ τὰ θαλάσσια θέλουσιν εἶναι σοφοί, Τῖφυν ἄνδρα μνημονεύοντες ἐπιχώριον, ὡς προκριθείη γενέσθαι τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης. ἀποφαίνουσι δὲ καὶ πρὸ τῆς πόλεως ἔνθα ἐκ Κόλχων ὀπίσω κομιζομένην καθορμίσασθαι τὴν Ἀργὼ λέγουσιν. Anxie non inquiram, an Tiphys ex oppidulo Tipha, an vero ex Aphormio, quod ad Tiphæenſium ditionem ſpectaſſe videtur, originem duxerit: ingenue tamen fatebor, Pauſaniæ ſententiam rationi magis conſentaneam apparere.

85 Πόλις Κιλικίας.] Vide Ptolemæum lib. v cap. VIII, & de ſitu eris certiſſimus. Ponitur enim inter urbem Celenderim & promontorium, cui Sarpedon nomen eſt.

86 Γράφων καὶ ἱστορίας.] Hæc verba profligatiſſime corrupta eſſe, nemo non videt. Salmaſius in margine ſui Stephani ſcripſit: Forte legendum, Στράβων καὶ ἱστορίας. Verum non video hanc conjecturam admitti poſſe, cum tot libri non ſuperſint, & Strabo libro XIV Ciliciæ deſcriptionem exhibuerit, nullam omnino de hoc oppido mentionem faciens. Puto Stephani codices olim habuiſſe, γράφων καὶ τὴν ἱστορίαν, vel ſimile quid, & Hermolaum in conficienda hac epitome, Zopyri verba, quæ Stephanus integra tranſcripſerat, prorſus expunxiſſe; cujus rei indubitata nunc in genuinis Stephani fragmentis exempla circumferuntur.

87 Ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων.] Vide Plinium lib. IV cap. XII. Optime noſter hanc inſulam à Gadibus diverſam ſtatuit, quam alii peſſime ob vicinitatem cum Gadibus confundunt. Vide Salmaſium ad Sol. pag. 284.

τερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων. A [88] τετάρτη, ἐν Κνίδῳ· πέμπτη, [89] μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας. ς′ [90] νῆσος Λιβύης, πρὸς τῇ Κυρήνῃ. ζ′, [91] πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ρ′. η′, Σκυθίας, παραλία, [92] πρὸς τῇ λῃστείᾳ εὔθετος. θ′, Αἰθιοπίας. [93] δεκάτη, Κύπρου. B εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πλησίον τῆς Λιβύης. [94] ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας. [95] τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς.

ἈΦΡΟΔΊΤΗΣ [96] ΠΌΛΙΣ, ἡ καὶ Ἀφροδιτόπολις. τὸ ἐθνικὸν ἀμφοτέρων, C Ἀφροδιτοπολίτης. ἔστι καὶ πόλις [97] κατὰ Ἄθριβιν, [98] καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Θρᾴκην.

ἈΦΡΟΔΙΤΊΑ [99], χωρίον Λακωνικῆς· [1] Θουκυδίδης δ′.

ἈΦΥΤΉ [2], ἢ ἌΦΥΤΙΣ, πόλις [3] πρὸς D τῇ Παλλήνῃ Θρᾴκης, [4] ἀπὸ Ἀφύου τινὸς ἐγχωρίου. ἔχει δὲ ἡ πόλις [5] μαντεῖον Ἄμμωνος.

inter Iberiam & Gades, antea Erythea appellata. Quarta, in Cnido. Quinta, inter Lydiam & Cariam ſita eſt. Sexta, Libyæ juxta Cyrenen. Septima, urbs Laconicæ, una ex centum. Octava, Scythiæ littoralis, & ad pyraticam exercendam ſitum opportunum habens. Nona, Æthiopiæ. Decima, Cypri. Sunt quoque duæ parvæ inſulæ Libyæ vicinæ. Eſt item Alexandriæ Aphrodiſias. Gentile, Aphrodiſienſis.

APHRODITES URBS, quæ & Aphroditopolis appellatur. Gentile, Aphroditopolita. Sita eſt hoc nomine urbs juxta Athribin, Æthiopiam & Thraciam.

APHRODITIA, locus Laconicæ, cujus meminit Thucydides libro IV.

APHYTE, ſive APHYTIS, urbs ad Thraciæ Pallenem ſita, quæ à quodam Aphyto indigena nomen accepit. Civitas hæc templum Ammo-

88 Τετάρτη, ἐν Κνίδῳ.] Quicunque in Cnido Doridis regionis oppido, civitatem hujus nominis conceperit, næ ille abſurda prorſus & impoſſibilia concipit. Fuit ea in urbe Veneris templum, quod quarto loco nunc innuere videtur Stephanus. Hujus mentio reperitur apud Conſtant. Porphyrogennetam lib. I, de Them. cap. XIV: Ἐπ᾽ ἄκρων δὲ τοῦ κόλπου ἡ πόλις Κνιδίων κατῴκισται, καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος περιβόητον, ἐν ᾧπερ ἦν τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα, μνημεῖον τῆς Πραξιτέλους τέχνης ἀπαραμίλλητον. Itaque vel ipſum templum, vel locus ubi ædificatum erat, à Cnidiis *Aphrodiſias* nuncupabatur. Scio Heſychium inſulæ Cnidi circa Rhodum meminiſſe, ſed utrum urbem hac appellatione habuerit, tacentibus geographis, me ignorare fateor.

89 Μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας.] Hanc noſter alio loco ipſi Cariæ adſcribit & Megalopolin appellat, ita enim ille: Μεγάλη πόλις, Ἀρκαδίας &c: δευτέρα πόλις Καρίας, ἡ νῦν Ἀφροδισιάς, ἡ πρότερον Λελέγων πόλις. Etiam Pauſanias lib. I, *Aphrodiſienſes* in Caria collocat, ubi Erechtei ædis puteum deſcribit: Καὶ διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα, καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα. καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τε ἔστιν καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦσιν. Ptolemæus lib. V cap. II, urbem hanc inter Nyſſam & Tralles collocat; adeo ut certum videatur, Lydiæ & Cariæ finibus finitimam fuiſſe.

90 Νῆσος Λιβύης, πρὸς τῇ Κυρήνῃ.] Hæc alio nomine à Ptolemæo *Laa* appellatur, ita enim ille lib. IV cap. IV: Νῆσοι δέ εἰσι παρὰ τὴν χώραν αἵδε. Μύρμηξ νῆσος. Λαιά, ἡ Ἀφροδίτης νῆσος. Scylax *Aprodiſiadem* nominat, capite Marmaridæ.

91 Πόλις Λακωνικῆς.] Fortaſſis idem hic eſt locus, de quo mox ex Thucydidis lib. IV, mentionem facit Stephanus: Ἀφροδιτία, χωρίον Λακωνικῆς. Θουκυδίδης δ′. Ab Ænea hæc condita eſt, teſte Pauſania in Arcadicis & Laconicis.

92 Πρὸς τῇ λῃστείᾳ εὔθετος.] Codices Palatini: πρὸς τὴν λῃστείαν εὔθετος. Sic Salmaſius oræ ſui libri alleverat.

93 Δεκάτη, Κύπρου.] Strabo & Ptolemæus non *Aphrodiſiadem* ſed *Aphrodiſium* nuncupant. Ex illis etiam ſitus colligi poteſt.

94 Ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας.] Uti ſuperius in Cnido oppidum hujus nominis nequaquam ſitum fuerit: ſic etiam hoc loco nihil aliud quam templum, vel alium Alexandriæ locum ſic inſignitum intelligo. Venerem in Ægypto fuiſſe cultam Græco nomine, & ibi habuiſſe templum non uno in loco apud Strabonem & alios legimus.

95 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς.] Agnoſcit idem gentile Pauſanias loco ſupra allegato: & Goltzius nummum exhibet cum hac inſcriptione: ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ.

96 Ἀφροδίτης Πόλις, ἡ καὶ Ἀφροδιτ. &c.] Hunc locum ex codicibus Palatinis & chartaceo Voſſiano multo auctorem fecimus, quam in anterioribus editionibus circumfertur, in iis enim ita legitur: Ἀφροδίτης, πόλις κατὰ Ἄθλιβιν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Θρᾴκην.

97 Κατὰ Ἄθλιβιν.] In præcedentibus ſuo loco de hac civitate Stephanus loquitur, utramque ſcripturam per P & Λ veterum auctoritate confirmans. De ſitu Aphroditopoleôs in Ægypto juxta Athribin legendus Strabo lib. XVII: & Ptolemæus lib. IV cap. V.

98 Καὶ Αἰθιοπίαν.] Fortaſſis hæc eadem eſt civitas, quam ſupra in voce Ἀφροδισιάς nono loco noſter in Æthiopia poſuit. Aphroditopolin etiam in Arabia fuiſſe ſitam luculenter affirmat Strabo lib. XVII, hiſce verbis: Εἶθ᾽ ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται.

99 Ἀφροδιτία, χωρίον Λακωνικῆς.] Exiſtimat Meurſius hunc locum diverſum eſſe ab Aprodiſiade, cujus Stephanus ſeptimo loco ſupra meminit; & pro Ἀφροδιτία hic reſcribendum contendit Ἀφροδισία, quia ſic ſe habet locus Thucydidis à noſtro allegatus. Verum nos putamus eundem eſſe locum; uti jam ſupra ad monuimus. Imo hanc emendandi rationem probare non poſſum, ordinem alphabeticum conſiderans, quo totum hoc Onomaſticum geographicum eſt exaratum. Sine dubio Stephanns in codicem Thucydidis incidit, ubi loci nomen in penultima cum T, non vero cum Σ exaratum reperit.

1 Θουκυδίδης τετάρτῃ.] Hæc ſunt Thucydidis verba: Μία δὲ φρουρὰ, ἥπερ καὶ ἠμύνατο περὶ Κοτύρταν, καὶ Ἀφροδισίαν, τὸν μὲν ὄχλον τῶν ψιλῶν ἐσκεδασμένων ἐφόβησεν ἐπιδρομῇ.

2 Ἀφύτη, ἢ Ἄφυτις, πόλις.] In codicibus Palatinis & Voſſiano ita legitur: Ἀφύτη, ἢ Ἄφυτις, ἢ Ἄφυτος, ἀπὸ Ἀφύτου τινὸς ἐγχωρίου.

3 Πρὸς τῇ Παλλήνῃ.] Pauſanias in Laconicis oppidum Aphytin in Pallene collocat, ut & Strabonis Epitomator lib. VII, tradens in Pallene peninſula quatuor urbes eſſe ſitas, Aphytin, Mendam, Scionam & Sanem.

4 Ἀπὸ Ἀφύου.] Legendum videtur ἀπὸ Ἀφύτου, quam lectionem codd. Palatini & Voſſianus etiam repræſentant.

5 Μαντεῖον Ἄμμωνος.] Libri Palatini & Voſſianus, nec non editiones primæ conſtanter exhibent: μαντεῖον Ἀπόλλωνος, ſed optime Xylander emendavit ex MSS Ἄμμωνος, uti monuit ad Plutarchi Lyſandrum. Huic enim in Thracia Aphygæorum oppidum obſidione prementi, in ſomno Jupiter Ammon adſtitit: Unde ſoluta obſidione, veluti Dei juſſu præcepit Aphygæis Ammoni ſacra facere. Hæc ſunt Plutarchi verba: Ἔνιοι μὲν οὖν, ὡς ἀληθῶς φασὶν, αὐτὸν πολιορκοῦντι τὴν Ἀφυταίων πόλιν ἐν Θρᾴκῃ κατὰ τοὺς ὕπνους παραστῆναι τὸν Ἄμμωνα. διὸ καὶ τὴν πολιορκίαν ἀφεὶς, ὡς τοῦ θεοῦ προστάξαντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἀφυταίους Ἄμμωνι θύειν. Vide quoque locum inſignem hac de re apud Pauſaniam in Laconicis.

μωνος. [6] ὁ πολίτης, Ἀφυταῖος. [7] Θουκυδίδης α΄, ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος. λέγεται καὶ [8] Ἀφύτεια, ἴσως ἀπὸ τοῦ Ἀφύτη· καὶ Ἀφυτιεὺς, καὶ Ἀφυτεὺς, καὶ Ἀφυτήσιος.

ἈΧΑΙΐΑ [9], παρὰ τὸ Ἀχαιὸς κύριον. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχαιός. [10] καὶ σεσημείωται ὀξυνόμενον. ἔστι δὲ λόφος ἐν Καρύστῳ, καὶ τόποι διάφοροι.

ἈΧΑΙΜΕΝΊΑ, ἡ Περσικὴ μοῖρα, ἀπὸ Ἀχαιμένους [11] υἱοῦ Αἰγέως. λέγεται δὲ Ἀχαιμένιον.

ἈΧΑΝΟΊ, ἔθνος πρὸς τῇ Σκυθίᾳ, οἱ καὶ [12] Ἀχαρνοὶ λέγονται παρὰ Θεοπόμπῳ.

ἈΧΆΡΝΑ, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Ἡρωδιανὸς, [13] Ἀχάρνεις βαρύτονον. τὰ τοπικὰ, ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου, Ἀχαρνῆθεν· μήποτε δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀχαρνεὺς ἡ παραγωγή. ὁ δημότης, Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀχαρνίτης, καὶ Ἀχαρναῖος, καὶ Ἀχαρνικός.

ἈΧΕΡΔΟΥ͂Σ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀχερδούσιος. τὰ τοπικὰ δῆλα, Ἀχερδουντόθεν.

ἈΧΕΛΩ͂ΟΣ, ποταμὸς Ἀκαρνανίας, ἀπὸ [14] Ἀχελώου ἐλθόντος ἐκ Θετταλίας μετὰ Ἀλκμαίωνος. [15] ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχελῷος ὁμοφώνως, καὶ Ἀχελῳὰ, [16] καὶ Ἀχελωῒς θηλυκόν.

ἈΧΈῤῬΑΙ [17], πόλις μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἄλπεων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχερραῖος.

ἈΧΈΡΩΝ [18], Ἀχέροντος, Ἀχερούσιος, Ἀχερουσία, Ἀχερούσιον. ἔστι καὶ Ἀχε-

A Ammonis habet. Civis, Aphytæus. Thucydides libro primo: Ex Aphyti proficiſcens. Dicitur quoque Aphytea, quod forte ab Aphyte deducitur. Et Aphytienſis, & Aphytenſis, &
B Aphyteſius in uſu ſunt.

ACHAIA, formatur à proprio nomine Achæus. Gentile itidem Achæus., quæ vox
C accentu in ultima notatur. Eſt præterea collis in Caryſto, & loci diverſi hujus nominis.

ACHÆMENIA, pars Perſidis ab Achæmene Ægei filio ſic dicta. Dicitur quoque Achæmenium.

D ACHANI, gens circa Scythiam, quam Theopompus Acharnos nuncupat.

ACHARNA, populus Oeneïdis tribus. Herodianus utitur voce Ἀχάρνεις accentu in penult. notata. Localia tanquam ab oxytono for-
E mantur, ut Ἀχαρνῆθεν, nequaquam vero ab Ἀχαρνεύς. Popularis, Acharnenſis, & Acharnites, & Acharnæus, & Acharnicus.

ACHERDûS, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Acherduſius. Localia ma-
F nifeſta ſunt, Ἀχερδουντόθεν.

ACHELOUS, fluvius Acarnaniæ, qui ab Acheloo, cum Alcmæone ex Theſſalia veniente, nomen accepit. Hic fluvius quoque Thoas appellabatur. Gentile, Achelous, quod
G perinde ſonat ac primitivum, & Acheloa, & Acheloïs, quod fœminini generis eſt.

ACHERRÆ, urbs inter Padum & Alpes ſita. Gentile, Acherræus.

ACHERON, Acherontis: inde Acheruſius, Acheruſia & Acheruſium. Eſt quoque pa-
palus

[6] Ὁ πολίτης, Ἀφυταῖος.] Civis nomen eodem modo reperitur apud Plutarchum & Pauſaniam, locis jam citatis.

[7] Θουκυδίδης α΄.] Locus eſt apud Thucydidem libro allegato: Καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος, προσήγαγε τῇ Ποτιδαίᾳ τὸν στρατόν.

[8] Ἀφύτεια, ἴσως ἀπὸ τοῦ Ἀφύτη.] Vide ſimiles συναλοιφὰς in vocabulo Ἀγάμεια & Ψυττάλεια.

[9] Ἀχαιΐα.] Cenſeo ultimum jota in hac voce redundare, licet libri editi & MSS hoc modo exhibeant. Quam inficetum Epitomator de hac ſectione compendium fecerit, vel hinc liquet, quod neque de regionibus neque de urbibus hoc nomine inſignitis aliquam omnino mentionem fecerit.

[10] Καὶ σεσημείωται ὀξυνόμενον.] Optime in hanc rem ſcribit Etymologici Magni Auctor in voce Ἀχαιός. Τὰ διὰ τοῦ αιος, εἰ ἔχουσι πρὸ τῆς αι διφθόγγου τὸ χ, προπερισπῶνται. οἷον ἀρχαῖος, τροχαῖος. σεσημείωται τὸ Ἀχαιὸς δὲ τὸ εὐρυσιχαιός.

[11] Υἱοῦ Αἰγέως.] Nicolaus libro 11 Hiſt. referente Etymologici Mag. Auctore, tradit, Achæmenem Perſei filium fuiſſe: Ἀχαιμένης, ὁ ἥρως. ἀφ' οὗ δὲ οἱ Πέρσαι Ἀχαιμενίδαι. γέγονεν υἱὸς Περσέως.

[12] Ἀχαρνοί.] Salmaſius ὁ πάνυ in margine ſui Stephani cenſet eoſdem eſſe, quos Strabo lib. XI, Parnos, Aparnos & Aſparnos nuncupat.

[13] Ἀχάρνεις βαρύτονον.] Florentina editio & Voſſianus Cod. MS: Ἀχάρνης βαρύτονον. Quid ſit præferendum, alii judicent.

[14] Ἀπὸ Ἀχελώου.] Vocis etymon ab eodem nomine, non autem ab eadem hiſtoria petit Lycophronis Scholiaſtes, ita enim ille: Ἀχελῷος δὲ καλεῖται ἀπὸ Ἀχελώου τινὸς πνιγέντος αὐτῷ, ἢ ὅτι τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἐν τοῖς τραύμασι, καὶ ταῖς ὠδῖναις ὠφέλιμόν ἐστι. Ἀχελῷος οὖν, ὁ τὰ ἄχη διαλύων.

[15] Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας.] Confirmatur hoc Strabonis auctoritate, lib. X, ſic ſcribentis: Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῷος πρότερον.

[16] Καὶ Ἀχελωΐς.] Apud Latinos in uſu eſt τὸ *Acheloïus*, uti apud Virgilium, Ovidium, alioſque videre licet. Dionyſius de ſitu orbis habet τὸ Ἀχελώϊος hoc verſu:

- - - - - Τοῦ διὰ μέσσου
Σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης.

Verum eo in verſu, uti monet Euſtathius, neque eſt gentile, neque poſſeſſivum τὸ Ἀχελώϊος: Nam τὸ jota, quod ſemper τῷ omega ſubſcribitur, ut metri lex conſtaret, à Poëta pro ſyllaba habetur.

[17] Ἀχέῤῥαι, πόλις μεταξὺ τοῦ Πάδου.] Hæc ex Polybio eſſe tranſcripta, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere, ita enim ille lib. II: Παραγενόμενοι δὲ καὶ στρατοπεδεύσαντες περὶ πόλιν Ἀχέρρας, ἣ μεταξὺ κεῖται τοῦ Πάδου, καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν, ἐπολιόρκουν ταύτην. De ſitu & aliis ad hoc oppidum ſpectantibus, facile apud Cluverium inveniet lector.

[18] Ἀχέρων, Ἀχέροντος, Ἀχερούσιος.] Præter caſum obliquum & nomina inde derivata, hæc ſectio nihil obſervatione dignum complectitur. Mirum eſt Epitomatorem de fluvii nomine, in poëtarum ſcriptis decantatiſſimi, ut & civitate Apuliæ *Acherontia*, & de aliis hac appellatione locis reticuiſſe.

Ἀχερουσία λίμνη. λέγεται καὶ Ἀχερόντιος, ὃ διὰ τὸ μέτρον Ἀριστοφάνης ἔφη, A

Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγής.

καὶ Ἀχερουντίας, ἐξ αὐτοῦ.

ἈΧΙΛΛΕΙΟΣ ΔΡΟΜΟΣ, [19] νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν. B [20] ἔστι καὶ νῆσος Ἀχίλλεια. [21] ὡς δ' ἔνιοι, Λευκή. ἔστι καὶ κώμη [22] ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος. ἔστι καὶ [23] πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον. ἔστι καὶ φρούριον Ἀχίλλειον, πλησίον Σμύρνης, [24] καὶ τόπος ἐν Σικελίᾳ, καὶ κώμη, C [25] καὶ λιμὴν Μεσήνης. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχιλλειώτης, καὶ Ἀχιλλείτης δύναται εἶναι, καὶ Ἀχιλλειοδρομίτης.

ἌΧΝΑΙ [26], πόλις Θεσσαλίας· ἐντεῦθεν ἦν Κλεοδάμας, ὁ περὶ ἱππικῆς καὶ πωλοδαμαστικῆς γράψας. ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας. ὁ D πολίτης, Ἀχναῖος.

ἈΧΟΛΛΑ [27], πόλις Λιβύης. οὐ πόρρω τῶν Σύρτεων, ἄποικος Μελιταίων. [28] τὸ ἐθνικὸν, Ἀχολλαῖος.

ἈΧΟΜΑΙ καὶ ἈΧΟΜΕΝΟΙ, E ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ.

ἈΧΡΑΔΙΝΗ [29], νῆσος ἔχουσα πόλιν πρὸς ταῖς Συρακούσαις, ἣν ἐπολιόρκησε [30] Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός. ἀλλὰ καὶ Ἀχραδινὴ F μοῖρα

palus Acheruſia nuncupata. Dicitur quoque Acheronteus, quo Ariſtophanes metri gratia [ſine dipthongo] uſus eſt:

Acherontius ſcopulus ſanguine ſtillans.

Inde etiam Acheruntias deducitur.

ACHILLEOS DROMOS, inſula poſt Tauricam ſita. Eſt item inſula Achillea, quæ à nonnullis Leuce appellatur. Eſt quoque pagus ad oſtium Mæotidis paludis. Præterea Achilleum urbs eſt in Sigeo, & caſtellum Achilleum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus, & portus Meſſeniæ. Gentile, Achilleotes, & etiam Achilleetes eſſe poteſt, & Achilleodromites.

ACHNÆ, urbs Theſſaliæ. Ex illa originem habet Cleodamas, qui de re equeſtri, & arte domandi equos conſcripſit. Eſt quoque Bœotiæ oppidum. Oppidanus, Achnæus.

ACHOLLA, urbs Libyæ, non procul à Syrtibus, Melitæorum colonia. Gentile, Achollæus.

ACHOMÆ & ACHOMENI, gens Arabiæ felicis, cujus Uranius libro III meminit.

ACHRADINA, inſula habens urbem juxta Syracuſas, quam Marcus Romanorum dux obſidione cinxit. Verum & Achradina Syra-

[19] Νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν.] Situm hiſce verbis noſter clare ſatis indicat, ſed erroris non eſt immunis, quod hunc locum inſulam faciat, cum teſtibus Strabone, Plinio aliiſque, peninſula ſit. Plinius lib. IV cap. XII: *Inſula Achillis, tumulo ejus viri clara. Et ab ea centum triginta quinque millia paſſuum peninſula, ad formam gladii in transverſum porrecta, exercitatione ejuſdem cognominata Dromos Achilleos, cujus longitudinem octoginta millium paſſuum tradit Agrippa.*

[20] Ἔστι καὶ νῆσος Ἀχίλλεια, ὡς δ' ἔνιοι Λευκή.] Ergo noſter Achilleam ſive Leucen diſtinguit ab Achilleo Curſu: Contra Auctor Peripli Ponti Euxini Achillei Curſum, Achillis inſulam & Leucen pro iiſdem habet; hæc ſunt ejus verba: Εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ἀνὰ μέσον τὸ πέλαγος νῆσος πρόκειται. ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσι. Cenſeo tamen Achillei Curſum diverſum fuiſſe à Leuce, quæ etiam Achillea dicitur, uti ex loco Plinii proxime allegato ſatis evinci poteſt.

[21] Ὡς δ' ἔνιοι Λευκή.] Nomen accepit, uti Scholiaſtes in Lycophronem auctor eſt, ex eo, vel quod undarum ſpuma dealbata ſit, vel quod in ea multa animalia albo colore degant, veluti lari, cygni & ciconiæ, ita enim ille: Τὴν Λευκὴν νῆσον τοῦ Εὐξείνου, ἢ τὴν λευκαινομένην ἐκ τοῦ ἀφροῦ τῶν κυμάτων. ἢ κατὰ Διονύσιον περιηγητὴν, ὅτι λευκὰ πολλὰ ζῶα ταύτην κατοικεῖν, λάροι, κύκνοι, καὶ πελαργοί. Dionyſii locus hodie exſtat in orbis deſcriptione; ubi etiam, ut alii multi, hanc Leucen cum Achilleo Dromo confundere videtur. Omnem autem horum locorum apud auctores confuſionem ortam exiſtimo ex appellationis vicinitate, & quod uterque locus Achilli ſacer fuerit.

[22] Ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος.] Vocatur hic vicus *Achilleum*, è regione Myrmecii ſitus, quemadmodum clare patet ex Strabone lib. XI: Αὕτη δ' ἐστὶ τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ Ἀχίλλειον, καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν, διατείνων μέχρι πρὸς τὴν Κορακονδάμην.

[23] Πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ.] Non ſatis chorographice hæc dicta videntur: mallem hoc loco Strabonis verbis uti, ita enim ille lib. XIII: Τοῦ μὲν οὖν Ἀχιλλέως καὶ ἱερόν ἐστι, καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ. Multum revera differunt πρὸς τῷ Σιγείῳ & ἐν τῷ Σιγείῳ. In urbe Sigeo non fuit Achilleum: & niſi hic promontorium Sigeum intelligas, à turpi errore noſter minime excuſari poteſt. Herodotus Muſa quinta de bello inter Athenienſes & Mytilenæos ſic ſcribit: Ἐπολέμεον γὰρ, ἔκ τε Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἐπὶ συχνὸν Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι. Hinc liquet Achilleum & Sigeum loca diverſa, ſed vicina fuiſſe.

[24] Καὶ τόπος ἐν Σικελίᾳ.] Nihil de hoc loco apud Cluverium invenies.

[25] Καὶ λιμὴν Μεσήνης.] Apud Scylacem Caryandenſem hujus portus reperitur memoria in Lacedæmoniæ deſcriptione: Λακεδαίμων ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε. Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχίλλειος λιμὴν &c. Vide quoque Pauſ. in Laconicis.

[26] Ἄχναι, πόλις Θεσσαλίας.] Alio loco hæc urbs à Stephano Ἴχναι appellatur & Macedoniæ adſcribitur. Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ibidem noſter quoque perhibet ab Eratoſthene *Achnas*, & à Phileta *Achnam* dictam fuiſſe.

[27] Ἄχολλα, πόλις Λιβύης.] Noli dubitare, quin hæc eadem ſit urbs, quam Hirtius lib. de bel. Africano *Acillam* nominat. *Dum hæc ad Ruſpinam fiunt, legati ex Acilla civitate libera, etiam undique ad Cæſarem veniunt.* Certum eſt, urbem non longe ab Adrumeto ſitam fuiſſe. Livius eam *Acyllam* nuncupat lib. XXXIII cap. XXXIV: Verum puto id nominis apud Hirtium & Livium eſſe corruptum, quia noſter cum Ptolemæo conſentit, à quo Ἄχολλα appellatur.

[28] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχολλαῖος.] Hirtius dicto loco utitur gentili ACILLANUS, ita enim ſcribit. *Deinde paucis poſt diebus, equeſtribus copiis à Labieno adductis, rurſus Acillanos caſtris poſitis obſidere cœpit.*

[29] Ἀχραδινὴ, νῆσος.] Acradinæ deſcriptio ex Cluverio petenda eſt.

[30] Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός.] Conſtanter ita legunt libri MSS & vulgati omnes: Sigonius tamen in ſcholiis ad Li-

μοῖρα Συρακουσῶν. Χάραξ δὲ χώραν αὐτὴν καλεῖ, καὶ νῆσον. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχραδιναῖος, καὶ Ἀχραδῖνος.

Syracuſarum pars eſt. Charax eam regionem & inſulam appellat. Gentile, Achradinæus, & Achradinus.

ἈΧΡΑΔΟΥ͂Σ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. ὁ δημότης, Ἀχραδούσιος. Ἀριστοφάνης Ἐκκλησιαζούσαις,

> Νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν,
> Ὅστις ποτ᾽ ἐστὶν ἄνθρωπος Ἀχραδούσιος.

ACHRADUS, populus Atticæ, cujus popularis Achraduſius. Ariſtophanes Concionantibus:

> *Nunc quidem enim hic ſervavit januam,*
> *Quicunque unquam eſt homo Achraduſius.*

ἈΧΡΙΑΝΗ͂, πόλις Ὑρκανίας· Πολύβιος δεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀχριανός.

ACHRIANE, civitas Hyrcaniæ, teſte Polybio libro decimo. Gentile, Achrianus.

ἈΨΊΛΑΙ, ἔθνος Σκυθικὸν, γειτνιάζον Λαζοῖς, ὡς [31] Ἀρριανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Εὐξείνου πόντου.

APSILÆ, gens Scythica, Lazis finitima, teſte Arriano in Periplo Ponti Euxini.

ἈΨΥΝΘΟΣ[32], πόλις Θρᾴκης. Ἀψυνθὶς δὲ ἡ χώρα. [33] τὸ ἐθνικὸν, Ἀψύνθιος, καὶ Ἀψυνθιάς. ἔστι δὲ εἶδος φυτοῦ, περὶ οὗ [34] Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος, ὅτι [35] Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐνάτῳ, τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψύνθιον νεμόμενα, [36] οὐκ ἔχει χολήν. [37] διχῶς δ᾽ ἡ γραφὴ, καὶ διὰ τοῦ υ, καὶ διὰ τοῦ ι.

APSYNTHUS, urbs Thraciæ. Regio vero Apſinthis dicitur. Gentile, Apſynthius & Apſynthias. Eſt quoque plantæ ſpecies, de qua Bolus Democretius refert, Theophraſtum libro nono de plantis affirmare, oves in Ponto abſynthio veſcentes, bilem non habere. Vox bifariam ſcribitur & per Y, & per I.

ἈΨΥΡΤΊΔΕΣ[38], νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, [39] ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου ἐν μιᾷ δολοφονηθέντος ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Μηδείας. οἱ νησιῶται, [40] Ἀψυρτεῖς δὲ Ἄψυρτοι. ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ [41] Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ. [42] Καὶ πόλιν νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.

APSYRTIDES, inſulæ maris Adriatici, quæ ex Apſyrto Æetæ filio, in una earum à ſorore Medea fraude interfecto, nomen habet. Inſulani, Apſyrtenſes & Apſyrtii. Eſt item locus in Euxino Ponto Apſarus, antea Apſyrtus dictus. Artemidorus in Epitome & urbem inſulam Apſyrtum commemorat.

ἈΨΩ-

APSO-

ad Livium hunc Stephani locum citans, non Μάρκον ſed Μάρκελλον legebat, quod nollem factum. Polybius lib. VIII: Ὁ δὲ Μάρκος ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς ἐποιεῖτο τὸν ἐπίπλουν ἐπὶ τὴν Ἀχραδινήν. Vide Plutarchum in Marcelli vita & alios, unde conſtabit vulgatam Stephani lectionem non eſſe mutandam.

[31] Ἀρριανὸς ἐν περίπλῳ.] Hæc ſunt Arriani verba: Λαζῶν δὲ Ἀψίλαι ἔχονται. βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανός. &c.

[32] Ἄψυνθος, πόλις Θρᾴκης.] De ſitu, & variis hujus urbis appellationibus lege Stephanum in voce Αἶνος, & noſtros ad illam vocem commentarios. Verum libet præterea addere locum Hecatæi ex Europę deſcriptione: Ἀψίνθιοισι πρὸς μεσημβρίην ὁμουρέουσι Χερρονησῖται, ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός. Conſule noſtrum in voce Χερρόνησος.

[33] Τὸ ἐθνικὸν Ἀψύνθιος.] Si terminationem ſpectes, eodem utitur gentili Euſtathius ad Dionyſ. de ſitu orbis: Τὸ δὲ ἔθνος οἱ Ἀψίνθιοι ἀπὸ ποταμοῦ ἐοίκασι κεκλῆσθαι Ἀψίνθου. φησὶ γὰρ ὁ Διονύσιος Θρήϊκες ἐπ᾽ ᾐόσιν Ἀψίνθου. διχῇ δὲ γράφεται, καὶ διὰ τοῦ υ, καὶ διὰ τοῦ ι. ὡς δὲ τὸ Ἀψίνθιον, τὸ φυτὸν καθά φασιν οἱ παλαιοί. Vide quoque locum Hæcatæi ſupra allegatum.

[34] Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος.] Rationem nullam video, quare Xylander in indice auctorum à Stephano citatorum hoc nomen refinxerit, ſcribendo Βῆλος ὁ Δημοκρίτειος. Bolus Mendeſius Pythagoricus περὶ Θαυμασίων ſcripſit, teſte Suida in voce Βῶλος.

[35] Θεόφραστος.] Hæc ſunt Theophraſti verba loco citato: Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀψίνθιον τὰ μὲν ἐνταῦθα πρόβατα οὔ φασί τινες νέμεσθαι. τὰ δ᾽ ἐν τῷ Πόντῳ νέμεται, καὶ γίνεται πιότερα δὲ καλλίω, καὶ ὡς δέ τινες λέγουσι, οὐκ ἔχοντα χολήν. Ipſi Theophraſto non fuit perſpectum, ſed ex aliorum traditione perhibet, oves ibidem bile carere.

[36] Οὐκ ἔχει χολήν.] Plinius lib. X cap. XXXVII: *Carent eo qui abſinthio veſcuntur in Ponto.* Et Apollonius Hiſt. Mirab. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν τὰ πρόβατά φησι τὰ ἐν τῷ Πόντῳ νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν. Aliud de ovibus in Ponto perhibet Alexander Myndius apud Ælian. de animal. lib. V: Eas ſcilicet pingueſcere ex amariſſimo abſynthio. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος ἐν τῷ Πόντῳ πρόβατα πιαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ πικροτάτου φησὶν ἀψινθίου.

[37] Διχῶς δ᾽ ἡ γραφή.] Idem quoque de hac ſcribendi ratione tradit Euſtathius loco ſupra allegato.

[38] Νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.] De ſitu & variis appellationibus videſis Cluverium Ital. Antiq. Deſcript. lib. I. cap. XXI.

[39] Ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου.] Quam inconſtans in veterum Mythologia ſit veritas, hinc apparebit, ſi hæc conferas cum illis, quæ de eodem Abſyrto referentur à noſtro in voce Τομεύς. Ibi enim à Jaſone & Medea Æetæ filius interficitur.

[40] Ἀψυρτεῖς δὲ Ἄψυρτοι.] Primum gentile uſurpavit Apollon. Rhodius lib. IV.

> - - - - - Ἔνθ᾽ ἔτι νῦν περ
> Κείαται ὀστέα κεῖνα μετ᾽ ἀνδράσιν Ἀψυρτεῦσιν.

Ad quem locum ita ſcribit Scholiaſta: Ἀψυρτεῦσιν· ἔθνος ἀπὸ Ἀψύρτου εἰρημένον. Ad alterum gentile quod attinet: vehementer dubito, an ſatis ſanum ſit: mallem legere cum Cluverio: Ἀψυρτεῖς δὲ Ἀψύρτιοι. Quanquam non ignorem multa gentilia cum ſuis primitivis convenire.

[41] Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος.] Ab adjacentibus barbaris priſca hujus loci appellatio ſucceſſu temporum ita eſt depravata, ut pro Ἄψυρτος Ἄψαρος dixerint, teſtatur hoc Arrianus in Periplo Ponti Euxini: Ὁ δὲ Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν, ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ. ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν. καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. ἔπειτα διεφθαρῆναι τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται. Sine dubio Stephanus in genuino ſuo opere hunc Arriani locum vel tranſcripſerat, vel reſpexerat.

[42] Καὶ πόλιν νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.] Sine defectus nota conſpicitur hic locus, in codd. Palat. & Voſſiano. In vulgatis hæc lacuna eſt: Καὶ πολ * δὲ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ. Verum non puto hanc ex MSS depromptam lectio-

Α'ΨΩΡΟΣ [43], πόλις Ἰλλυρίας· Ἡρωδιανὸς ὀγδόῃ. ἔοικε δὲ ἡ αὐτὴ εἶναι τῇ προειρημένῃ. A

APSORUS, urbs Illyriæ, auctore Herodiano libro VIII. Verum hæc ſupra dicta videtur.

Α'ΩΡΟΣ, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀώρας νύμφης· [44] μετωνομάσθη δὲ Ἐλεύθερα, ἀπὸ Ἐλευθῆρος ἑνὸς τῶν Κουρήτων. [45] ὁ πολίτης, Ἄωρος, ἢ Ἀωρίτης, ὡς Ἀλωρίτης. B

AORUS, oppidum Cretæ, ab Aora Nympha nomen habens. Poſtea Eleuthera nominata eſt ab Eleuthere, uno ex Curetibus. Oppidanus, Aorius, ſive Aorites, uti Alorites.

lectionem vitii immunem eſſe: integer locus ita videtur conſtituendus: Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ, καὶ πόλιν καὶ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ. Vide in voce Φλάνων, ubi nonnihil lucis ſuppeditatur.

43 Ἄψωρος, πόλις Ἰλλυρίας.] In eo noſter vehementer fallitur, quod urbem hoc nomine ſtatuat. A geographis inſula Apſorus deſcribitur. Mela lib. II cap. VII. *In Adria Apſoros, Dyſcelados, Apſyrtis, Iſſa, Pityca* &c. Niſi exiſtimes in iſthac inſula urbem ejuſdem nominis extitiſſe. Hyginus Fab. XXIII: *Colchi qui cum Abſyrto venerant, timentes Æetam, illic remanſerunt, oppidumque condiderunt, quod Abſyrti nomine Abſorin appellarunt.* Ubi fortaſſis *Abſoron* ſcribendum. Gentile nomen apud eundem Fabulatorem occurrit Fab. XVI: *Ibi ABSORITANI ſerpentium multitudini reſiſtere non poterant.*

44 Μετωνομάσθη δὲ Ἐλεύθερα.] Fortaſſis ſcribendum: μετωνομάσθη Ἐλευθῆραι: nam Stephanus ſuo loco, nec non Dio & Ptolemæus, vocem numero multitudinis protulere. De ſitu & aliis appellationibus deinde agemus.

45 Ὁ πολίτης, Ἄωρος.] Hoc ipſiſſimum urbis nomen eſt. Fortiſſis corrigendum: ὁ πολίτης, Ἀώριος: donec alibi hoc gentile occurrat.

B.

ΒΑΒΑΙ' [1], πόλις Λιβύης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. [2] ὁ πολίτης, Βαβαῖος. A B

ABÆ, oppidum Libyæ, auctore Marciano in ejus Periplo. Oppidanus, Babæus.

ΒΑΒΥ'ΛΗ [3], πόλις ἐν [4] Ὀδρύσαις γ.

BABYLE, urbs in Odryſis.

ΒΑΒΡΑ'ΝΤΙΟΝ, τόπος περὶ Χίον. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως. [5] ἔοικε δὲ ὑποκοριστικὸν [6] τοῦ Βάβρας. C

BABRANTIUM, locus circa Chium, auctore Polybio libro ſexto decimo. Gentile eodem modo ſe habet. Videtur vero diminutivum eſſe à voce Babras.

ΒΑ'ΒΡΑΣ, πολίχνιον Αἰολίδος, ἐγγὺς Χίου. [7] τὸ ἐθνικὸν, Βαβραντῖνος, ἀπὸ Βά-

BABRAS, oppidulum Æolidis, prope Chium. Gentile, Babrantius, quod à vocabulo

1 Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.] Codex Voſſ. male αὐτοῦ. In iis, quæ hodie Marciani Heracleotæ nomine circumferuntur, nihil reperies, quod ad hanc urbem ſpectet.

2 Ὁ πολίτης, Βαβαῖος.] Sic correximus, aliis editionibus, & MS Voſſiano ſuadentibus, male enim Xylandriana: ὁ πολίτης, Βεβαῖος.

3 Βαβύλη, πόλις ἐν Ὀδρύσαις. γ.] Ita hic locus ex MSS Palatinis eſt ſupplendus, in quibus lacuna non cernebatur. Quia à Strabone & Stephano Odryſæ pro gente Thracica habentur, ſuſpicor hanc eandem eſſe urbem, quam Stephanus infra Καβύλην, & fortaſſis tranſpoſitis literis Καλύβην appellat, & Thraciæ adſcribit. De ſitu poſtea dicam: interim vide quæ noſter in voce Χαβαρηνοὶ hac de voce ſcripſerit.

4 Ὀδρύσαις. γ.] Editi omnes, nec non libri calamo exarati illud γράμμα agnoſcunt: unde evidentiſſime liquet, hæc Stephanum hauſiſſe ex libro III cujuſdam auctoris, cujus nomen hic deſideratur.

5 Ἔοικε δὲ ὑποκοριστικὸν τοῦ Βάβρας.] Ergo docet Stephanus nomina urbium diminutionem pati, quod alii fieri poſſe negant. Soſip. Chariſius lib. II: *Monoptota vero nomina, & hæc quæ natura ſingularia ſunt, hypocoriſmata non recipiunt, neque elementa. Item fluminum & montium nomina, & urbium. Item deorum & hominum nomina propria. Item dies feſti. Item literarum elementa. Item numeri diminutionem, quam Græci ὑποκορισμὸν appellant, non recipiunt.* Plura tamen Stephani noſtri Epitome ὑποκορίσματα urbium continet: Βέργη, πόλις Θρᾴκης &c. ἀφ' οὗ καὶ παροιμία βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς. Etiam gentilia apud noſtrum hypocoriſmata recipiunt, in voce Πέρσαι ita ſcribit: Λέγεται δὲ καὶ Περσὶς ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή, καὶ Περσίδιον ὑποκορισμόν. Etiam in Βοιωτία noſter ex Ariſtophanis Acharnenſibus τὸ Βοιωτίδιον in medium adducit:

Ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.

Eadem Ariſtophanis tabula proprium virile nomen diminuitur contra Soſip. Chariſii canonem:

Οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.
Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον
Ὑπάκουσον. &c.

Et apud eundem in Nubibus: Ἴθι νυν, κατάβηθ' ὦ Σωκρατίδιον ὡς ἐμέ.

6 Τοῦ Βάβρας.] Sequimur Xylandrianam editionem; peſſime enim in aliis excuſum eſt: τοῦ Βάβρασι.

7 Τὸ ἐθνικὸν, Βαβραντῖνος, ἀπὸ Βαβράντιος.] Ita hunc locum ſuppleo ex Voſſiano codice: in omnibus vulgatis mutilus circumfertur hoc modo: τὸ ἐθνικὸν, Βαβραντῖνος. εὕρηται &c. Hæc Stephani eſt ſententia, gentile Βαβραντῖνος, à voce Βάβρας deduci, quæ περιττοσυλλάβως inflectitur;

Βάβρακλος. εὕρηται δὲ ἰσοσυλλάβως ἡ κλίσις A
[8] ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ.

ΒΑΒΥΛΩ΄Ν, [9] Περσικὴ πόλις, [10] μητρόπολις, [11] Σελεύκεια καλουμένη. [12] κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλου σοφωτάτου. οὐχ, [13] ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος· ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα [14] ἔτεσι χιλίοις δύο, [15] ὡς Ἑρέννιος. [16] ἔστι δὲ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Βαβυλώνιος δὲ Βαβυλωνεύς· καὶ Βαβυλωνὶς, καὶ Βαβυλωνία τὰ θηλυκά. B

ΒΑΒΥΤΑ΄ΚΗ [17], πόλις Περσική. ὁ C
πολίτης, Βαβυτακηνός.

ΒΑΓΑΔΑΟΝΙ΄Α, μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη. [18] τὸ ἐθνικὸν, Βαγαδάονες, [19] ὡς Καταόνες, τῆς Καταονίας.

BA-

cabulo Βάβρακλος deducitur, cujus inflexio etiam pariſyllabice in depravato codice invenitur.

BABYLON, urbs Perſica, & quidem metropolis, Seleucia appellata. Opus Babylonis viri ſapientis, filii ſapientiſſimi Beli. Hæc à Semiramide, uti perhibet Herodotus, non eſt condita. Quippe hæc duorum annorum millibus Semiramide antiquior fuit, quemadmodum Herennius perhibet. Eſt etiam urbs Ægypti. Gentile, Babylonius, & Babylonenſis. Babylonis & Babylonia fœminina ſunt.

BABYTACE, urbs Perſica, cujus cives Babytacenus.

BAGADAONIA, pars Cappadociæ, maxime ad ſeptentrionem vergens. Gentile, Bagadaones, uti Cataones à Cataonia.

BA-

tur, licet eadem in corruptis libris ἰσοσυλλάβως inflexa inveniatur.

8 Ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ.] Quid ſit ἀστιγὲς βιβλίον, me ignorare ingenue fateor, licet in hanc ſcripturam omnes conſentiant editiones. Codices Palatini repræſentant: ἐν ἀσγενεῖ βιβλίῳ, quod æque conſpurcatum eſt. Sine dubio legendum, ἐν ἀγενεῖ βιβλίῳ. Stephanus in voce Ἀνακτόρεια hac phraſi utitur: Εὐγένιος δὲ, ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων, διὰ διφθόγγου φησίν· ἔοικε δὲ ἀγενεῖ ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν. Itaque τὸ ἀγενὲς βιβλίον apud noſtrum accipitur pro τῷ ἀδιορθώτῳ βιβλίῳ, quo loquendi modo Stephanus in Γεδρωσία utitur. Οὐκ οἶδα ὅθεν κλίνας. ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυΐστορος, διὰ τοῦ κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβὴ, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον.

9 Περσικὴ πόλις.] Urbs de qua loquitur Stephanus non in Perſide, ſed in Meſopotamia ſita erat. Diſtinguit enim noſter, obſervante Salmaſio, inter Περσικὰς πόλεις, & πόλεις Περσίδος. Hæ ſunt urbes Perſidis, illæ Perſicæ dominationis. Sic Stephano Σοῦσα Περσικὴ πόλις dicitur, Perſici nempe imperii urbs, ſed ſita extra Perſidis regionis fines, ſtricta appellatione acceptæ. Ita apud Iſidorum Characenum Παρθικοὶ σταθμοὶ, manſiones ſunt imperii Parthici: at σταθμοὶ Παρθυηνῆς, ſunt manſiones Parthiæ regionis proprie ac ſpecialiter ſumptæ.

10 Μητρόπολις.] Noſter videtur reſpexiſſe verba Strabonis lib. XVI: Πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ Τίγρει λεγομένη.

11 Σελεύκεια καλουμένη.] Multi ex antiquis ſcriptoribus tradiderunt, Babylonem poſtea Seleuciam nominatam fuiſſe, quia ſcilicet propter vicinitatem Babylon in Seleuciam tranſmigravit, & eodem tempore deſerta illa, hæc amplificata & aucta fuerit civibus; diverſa tamen, notante Salmaſio, Babylon à Seleucia. Sic Nicomediam olim appellatam *Aſtacon* auctores quidam ajunt, quia poſt excidium Aſtaci, Nicomedia in vicino condita, & ex ruinis ejus inſtaurata eſt, civibus Aſtaci in novam urbem tranſire juſſis. Hoc idem & in aliis factum invenies.

12 Κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλου σοφωτάτου.] Hunc locum ita emendaverat Salmaſius ex codicibus Palatinis, uti teſtantur Plinianæ Exercitationes, & annotationes ad oram ſui Stephani conceptæ. In vulgatis omnibus totus locus tranſpoſitus & corruptus hunc in modum circumferebatur: Βαβυλὼν, Περσ. πολ. μητροπ. Σελευκ. καλουμ. Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαιτάτου, σοφωτάτου παιδὸς Μήδου. Euſtathius in Commentariis ad Dionyſii Periegeſin: Ἕτεροι δὲ Σελεύκειαν ποτὲ καλεῖσθαι τὴν τοιαύτην Βαβυλῶνα φασὶ, καὶ κτίσμα εἶναι Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφωτάτου, παιδὸς Μήδου. καὶ ἀρχαιοτέραν τὴν πόλιν ταύτην τῆς Σεμιράμιδος λέγουσι ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις. Hæc ferme conveniunt cum Salmaſiana correctione, niſi quod hic etiam Μήδου pro Βήλου legatur. De conditoribus urbis omnia huc congerere longum nimis foret: hæc legantur apud Salmaſium in Solinum, & Bochartum in Geograph. Sacra.

13 Ὡς Ἡρόδοτος.] Vide Herodotum lib. I.

14 Ἔτεσι χιλίοις δύο.] Euſtathius ad Dionyſium, loco jam allegato, olim apud Stephanum legebat ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις: verum uterque inſigniter falluntur, uti obſervat Bochartus: Belo enim Tyrio (de quo Herennius Philo Byblienſis apud noſtrum agit, ut gentem ſuam à vetuſtate commendet) multo vetuſtior fuit Aſſyrius, id eſt Nimrod, qui tamen Semiramidem paucis anteceſſit annis, ut quam ejus filius Ninus in uxorem duxerit.

15 Ὡς Ἑρέννιος.] Codices vulgati exhibent Ἐρράνιος: Voſſianus calamo exaratus, Ἑρένιος: & ex Palatinis Salmaſius Ἑρέννιος repoſuit, quod nos in hac editione ſequimur. Verum non intelligendus hoc loco Herennius Philo medicus Tarſenſis, ſed Herennius Severus Philo, qui Trajani tempore vixit. Byblienſis fuit ex Phœnicia, profeſſione Grammaticus, & conſul factus eſt Olympiade vigeſima & ducenteſima, quum annum ſeptuageſimum ageret, teſte Suida in voce Φίλων. Hic ſcripſerat περὶ πόλεων, & τὰ Φοινικικὰ, quæ Stephano ſæpiſſime laudantur. Verum uti alias monuimus, diſtinguendus eſt à Philone Tarſenſi, cujus libros de Re Medica etiam alibi laudat noſter. Vide pag. 318. comment. 53.

16 Ἔστι δὲ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις.] Hanc Babylonem Libycam appellat Euſtathius commentariis ad Dionyſii Periegeſin, poſtquam de Babylone Aſſyriæ ſatis fuſe loquutus erat: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Βαβυλὼν Λιβυκή. Caſtellum eſt natura munitum, & Babyloniis quibuſdam conditum, qui huc ſecedentes, eo in loco habitationem à regibus impetrarunt. De eo ſic ſcribit Strabo lib. XVII: Ἀναπλεύσαντι δ' ἐστὶ Βαβυλὼν φρούριον ἐρυμνὸν ἀποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίων τινῶν, εἶτα διαπραξαμένων ἐνταῦθα κατοικίαν παρὰ τῶν βασιλέων. Per hoc munimentum ſive oppidulum fluit *Trajanus* amnis, ut auctor eſt Ptolemæus lib. IV cap. V. Ab Antonino in Itinerario *Babylonia* appellatur, ejuſque ſitus ibi hoc modo deſcribitur.

Thimonepſi.	M. P. XVI.
Aphroditen.	M. P. XXIIII.
Scenas Mandras.	M. P. XX.
Babyloniam.	M. P. XII.
Helin.	M. P. XII.

17 Βαβυτάκη.] Plinius lib. VI cap. XXVII: *In ſeptentrionali Tigridis alveo oppidum eſt Babytace. Abeſt à Suſis* CXXXV M. *paſſ.* Sed correctores hoc oppidum Plinio donarunt, ut cenſet Salmaſius, ipſo quidem non renuente. Nam apud Plinium in veteribus libris legitur *Barbathace* & *Barbibace*.

18 Τὸ ἐθνικὸν, Βαγαδάονες.] De vera appellatione hujus Cappadociæ partis, & nomine gentili melius judicare poſſemus conſpecto numiſmate, quod exſtat apud Goltzium cum hac inſcriptione ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ. Hinc liquet τὸ Βαγηδαόνιος potiſſimum in uſu fuiſſe, & hanc Cappadociæ partem apud noſtrum, Strabonem & alios Βαγηδαονίαν appellari oportere.

19 Ὡς Καταόνες, τῆς Καταονίας.] Codex Voſſianus mirum in modum ab hac lectione recedit, in illo enim ſic

reperi:

ΒΑΓΙ'ΣΤΑΝΑ [20], πόλις τῆς Μηδίας. A
καὶ ὄρος Βαγίστανον. [21] τὸ ἐθνικὸν, Βαγιστανός.

BAGISTANA, urbs Mediæ, & mons Bagiſtanum. Gentile, Bagiſtanenus.

ΒΑ'ΔΕΩΣ πόλις, τῆς εὐδαίμονος Α'ραβίας, ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. ὁ οἰκήτωρ, [22] Βαδεωπολίτης.

BADEÔS, urbs Arabiæ felicis, in littore maris rubri, cujus incola Badeopolita dicitur.

ΒΑ'ΔΙΖΑ, πόλις τῆς Βρεττανίας, [23] Πο- B
λύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Βαδιζαῖος.

BADIZA, urbs Britanniæ, auctore Polybio libro tertio decimo. Gentile, Badizæus.

ΒΑΙ'Α, [24] ὄρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου κυβερνήτου Ο'δυσσέως. τὸ ἐθνικὸν,
Βαιάτης. C

BÆA, mons Cephalleniæ, qui à Bæo Ulyſſis gubernatore nomen habet. Gentile, Bæates.

ΒΑΙΑ'ΚΗ, πόλις τῆς Χαονίας· Ε'καταῖος. τὸ ἐθνικὸν, Βαιακαῖος· δύναται καὶ Βαιακῖνος. ἄμεινον τὸ πρῶτον.

BÆACE, urbs Chaoniæ, cujus Hecatæus meminit. Gentile, Bæacæus. Poteſt etiam Bæacinus eſſe: ſed primum præſtat.

ΒΑΙ'ΒΑΙ, πολίχνιον τῆς Καρίας. ὁ πολί-
της, Βαιβαῖος. D

BÆBÆ, oppidulum Cariæ, cujus oppidanus, Bæbæus.

ΒΑΙ'ΚΥΛΑ, [25] πόλις Ι'βηρίας, πρὸς ταῖς Η'ρακλείαις στήλαις. τὸ ἐθνικὸν, Βαικυλεύς.

BÆCYLA, urbs Iberiæ, ad Herculeas columnas. Gentile Bæcylenſis.

ΒΑΙΤΑΡ'Ρ'ΟΥ'Σ, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. οἱ κατοικοῦντες, Βαιταῤῥηνοί.
[26] ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαιτάῤῥα, ἧς ὁ πολί- E
της [27] Βαιταῤῥίτης. τῆς δὲ προτέρας Βαιταῤῥούσιος. κλίνεται Βαιταῤῥοῦντος.

BÆTARRHUS, vicus magnus tertiæ Palæſtinæ, cujus incolæ Bætarrheni. Eſt item civitas Celtica Bætarrha, cujus civis Bætarrhites: præcedentis vero Bætarrhuſius. In caſu obliquo habet Βαιταῤῥοῦντος.

ΒΑΙ'ΤΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ. [28] δύναται δὲ κατὰ τὴν
τέχνην, Βαιτιεύς. F

BÆTIUM, urbs Macedoniæ, teſte Theopompo libro quarto & vigeſimo. Hinc ex lege artis Bætienſis deducitur.

ΒΑΙ'ΤΙΣ, ποταμὸς κατὰ Ι'βηρίαν, [29] ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. λέγεται καὶ Βαιτικὴ ἡ χώρα, ἀπὸ Βαίτιος γενικῆς.

BÆTIS, fluvius juxta Iberiam, qui ab indigenis Perces appellatur. Et regio Bætica dicitur, quod nomen à genitivo Βαίτιος formatur.

ΒΑΙ'- BÆ-

reperi: Ω'ς Κατιόνες τῆς Μηδίας. Verum τὸ Μηδίας revera eſt ἀποσπασμάτιον ſecuturæ ſectionis, quod in vulgatis non extat.

20 Βαγίστανα, πόλις Μηδίας &c.] Hanc ſectionem MSS Palatinis debemus, de qua in vulgatis ne γρῦ quidem. Montis hoc nomine meminit Diodorus Sicul. lib. II. Η'δὲ Σεμίραμις, ἐπειδὴ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκε πέρας, ἀνέζευξεν ἐπὶ Μηδίας μετὰ πολλῆς δυνάμεως. καταντήσασα δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Βαγίστανον. Mox ſequitur. Τὸ δὲ Βαγίστανον ὄρος ἐστι μὲν ἱερὸν Διός. De ſitu parum certa habeo, quæ tradam: ibidem ex Diodoro liquet, montem non longe à Choana abfuiſſe, nam à Bagiſtano monte ad illam urbem, & deinde ad Ecbatana caſtra movebat Semiramis.

21 Τὸ ἐθνικὸν, Βαγιστανός.] Vereor ne corruptum ſit hoc gentile: reſcribendum videtur: τὸ ἐθνικὸν Βαγιστανηνός. Ita enim ab Ε'κβάτανα Ε'κβατανηνὸς deducitur, quæ forma Perſis Mediſque non eſt inſolita.

22 Βαδεωπολίτης.] Florentina editio: Βαδεοπολίτης.

23 Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ.] In omnibus vulgatis lacuna conſpicitur, legiturque hunc in modum: πολ τρισκαιδεκάτῳ. Hanc ita ſuppletam omnes MSS repræſentant.

24 Ο'ρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου.] Maximus Cephalleniæ mons Ænus appellatur, in quo templum Jovis Æneſii: verum de Bæo nullam apud geographos mentionem inveni. Bæum Ulyſſis gubernatorem fuiſſe etiam præter alios teſtatur Lycophronis Scholiaſtes, ita enim ille: Ὁ Βαῖος οὗτος κυβερνήτης ἦν Ο'δυσσέως, ὃς τελευτήσας ἐτάφη περὶ Σικελίαν.

25 Πόλις Ι'βηρίας.] Hoc oppidum Caſaubonus Straboni reddidit. Vide ejus comment. ad lib. III Strab. Putatque idem eſſe, quod Hirtius *Obuculam*, Ptolemæus Ο'βούκολα, & Appianus Ο'βόλκολαν appellant.

26 Ε'στι καὶ πόλις Κελτικὴ, Βαιτάῤῥα.] Hæc cum in MSS & prioribus editionibus interrupta ſerie conjungantur, male Xylander in ſectiones diviſit, uti obſervat Salmaſius in margine ſui libri, & Voſſius ad Pomp. Melam, qui hoc oppidum ex veteribus libris ei reſtituit. Spanhemius tamen cenſet verum oppidi nomen eſſe Βητηῤῥα, probatque ex nummo, quem apud Harlæum vidit. Holſtenius in Annotationibus ad Ortelii Geographiam ex nummo Peireſciano idem ſtatuit.

27 Βαιταῤῥίτης.] De fide hujus ἐθνικοῦ vehementer me dubitare facit inſcriptio veteris nummi, quam Cl. Spanhemius apud Harlæum luſtravit: In ejus anteriori parte erat caput muliebre, in averſa leo, cum inſcriptione ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ.

28 Δύναται δὲ κατὰ τὴν τέχνην.] Sine dubio hic excidit nonnihil, licet ita legant libri veteres & editi. Scribo: Δύναται δὲ τὸ ἐθνικὸν κατὰ τὴν τέχνην Βαιτιεύς.

29 Ο'ς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων.] Livius libro XXVIII cap. XXII de Bæte ita ſcribit: *Martius ſuperato Bæte amni, quem incolæ Cirtium appellant, duas opulentas civitates ſine certamine in deditionem accipit.* Sigonius ſuſpicatur apud noſtrum pro Πέρκης oportere ſcribi Κέρκης, ſed conjectura, ut mihi videtur, ſatis infelici: nam doctiſſimus Bochartus hanc vocem non ſollicitavit, exiſtimans τὸ *Perca* factum eſſe ex ברכה *berca*, & à *ſtagno* nomen accepiſſe; quemadmodum in Sicilia *Percuſa* vel *Perguſa* dicebatur lacus Ennæ vicinus, ubi Proſerpina rapta eſt. Bætis enim circa oſtia & prope Cordubam, & in ipſo fonte latius diffunditur in ſtagni modum, unde ab accolis pars fluvii *Pelagus* dicebatur. Eulogius in Apologetico martyrum Cordubenſium: *Sumebant* (Saraceni Cordybenſes) *lapillos Bætis fluminis, qui cruore martyrum erant aſperſi, & lymphis abluentes projiciebant in Pelago.* Et Ambroſius Moralis in ſcholiis ad hunc locum: *Ea Bætis pars qua à Solis porta aut paulo ſuperius ad pontem,*

aut

ΒΑΙΣΑ'ΜΨΑ [30], πόλις ἐν τῷ Ἀρα- A βικῷ κόλπῳ, [31] περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, [32] ὅ ἐστιν οἶκος ἡλίου. [33] ὁ πολίτης, Βαισαμψηνός.

ΒΑΚΚΑΙ'ΟΙ [34], Ἱσπανίας ἔθνος.

ΒΑ'ΚΤΡΑ [35], πόλις. [36] Στράβων ια'. τὸ ἐθνικὸν, Βάκτροι, καὶ Βάκτριοι, καὶ Βάκτρια τὸ B θηλυκόν. ἔστι καὶ πόλις Βάκτριον. τὸ ἐθνικὸν Βακτριανὸς, [37] καὶ Βακτριανή, τὸ θηλυκόν.

ΒΑ'ΚΟΥΡΟΙ, καὶ Βακουριανοὶ, ἔθνος πρὸς Πάρθοις καὶ Μήδοις.

ΒΑ'ΚΧΟΥ [38] νῆσος, καὶ Ἀντιβάκχου ἑτέ- C ρα ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ. τὸ ἐθνικὸν, Βακχονησίτης.

ΒΑ'ΛΑ, πόλις τῆς Γαλιλαίας· Ἰώσηπος. τὸ ἐθνικὸν, Βαλαῖος.

ΒΑΛΑΝΕ'ΑΙ [39], πόλις Φοινίκης, ἡ D νῦν Λευκάς. ὁ πολίτης, Βαλανεώτης. εἰς τὴν πόλιν Ἐπικράτης ἐγκώμιον ἔγραψεν, ὁ Βαλανεώτης.

ΒΑ'ΛΒΟΥΡΑ [40], οὐδετέρως, πόλις Λυκίας. τὸ ἐθνικὸν, Βαλβουρεύς. E

ΒΑ'ΛΔΟΣ [41], πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης, Βαλδαῖος. [42] τὰ εἰς δος δισύλλαβα, ἔχον-

BÆSAMPSA, oppidum in ſinu Arabico circa mare rubrum. Vox domum ſolis denotat. Oppidanus, Bæſampſenus.

VACCÆI, gens Hiſpanica.

BACTRA, urbs, cujus Strabo lib. XI meminit. Gentile, Bactri, & Bactrii & Bactria fœmininum. Eſt item urbs Bactrium. Gentile, Bactrianus & Bactriana.

BACURI & Bacuriani, gens prope Parthos & Medos.

BACCHI inſula, & alia ANTIBACCHI in ſinu Arabico. Gentile, Bacchoneſita.

BALA, urbs Galilææ, auctore Joſepho. Gentile, Balæus.

BALANEÆ, oppidum Phœniciæ, quod nunc Leucas appellatur, cujus oppidanus Balaneotes. In hanc urbem Epicrates Balaneotes encomium ſcripſit.

BALBURA, genere neutro, urbs Lyciæ. Gentile, Balburenſis.

BALDUS, oppidum Phœniciæ, cujus oppidanus, Baldæus. Nomina duarum ſyllabarum

aut paulo inferius, hoc eſt ad arcem veteris urbis, eo tractu urbis mœnia alluit peculiari nomine nunc vocatur Pelagus. Vide locum lib. I de Coloniis Phœnicum cap. XXXIV.

30 Βαίσαμψα.] Seldenus exiſtimat hoc urbis nomen corruptum eſſe ex Beth-Schemesh, quod eſt οἶκος ἡλίου. Et uti illa Palæſtinæ urbs, non ſemel in Sacris literis memorata, à Solis in ea fano dicta eſt, ita hæc Arabum Βαίσαμψα etiam inde fortaſſis denominationem accepit.

31 Περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Ex ſitu conjicio hanc eandem eſſe urbem, quam alio loco Ἡλιούπολιν nuncupat, & in Arabia Ἀρωματοφόρῳ collocat. Si quis præterea utriuſque vocabuli, ſcil. Ἡλιούπολ. & Βαισαμψ. ſignificationem perpendat, de noſtra conjectura non dubitabit. Apud Ptolem. lib. V cap. XVIII in deſcriptione Meſopotamiæ juxta Euphratem reperitur locus Βαρσάμψη dictus. Hæc vox iiſdem ex fontibus deduci poſſe videtur. Verum ſitus ad hoc Stephani oppidum non pertinet.

32 Ὅ ἐστιν οἶκος ἡλίου.] Apud Arabas τὸ σάμψα *ſolem* denotare, docet illa voce noſter Stephanus. Σάμψα, κώμη τῆς Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Σαμψηνός. Σάμψα δὲ παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος.

33 Ὁ πολίτης, Βαισαμψηνός.] Hub. Goltzius ex nummo Trajani idem oppidani nomen divulgavit: ΒΑΙΣΑΜΨΗΝΩΝ.

34 *Βακκαῖοι.*] Libri editi omnes hoc gentis nomen male Βακαῖον appellant. Ex MSS nos veterem lectionem huic loco reddidiſſe, nemo in dubium vocabit. Straboni *Οὐακκαῖοι Vaccæi*, qui nunc noſtro Βακκαῖοι dicuntur. Sic Græci in dictionibus Latinis, aliquando pro litera B ponunt V, aliquando diphthongum ου. Plutarchus in Sertorio eodem modo ut Stephanus, hujus gentis nomine utitur: Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσας μοχθηρῶς ὑπὸ ἀχρηματίας γράφων πρὸς τὴν σύγκλητον.

35 Βάκτρα, πόλις.] Videtur regionis nomen, vel ſimile quid excidiſſe. Urbs quondam *Zariaſpa* dicta fuit, teſte Strabone lib XI. Stephanus: Ζαρίασπα ἢ Ζαριάσπη, πόλις Βακτριανή. Στράβων ἑνδεκάτῃ. ἡ καλεῖται καὶ Βάκτρα.

36 Στράβων ια'.] Ab omnibus editionibus libri numerus abeſt, quem ut ſumme neceſſarium ex Voſſiano libro reduxi. Undecimo enim Strabonis libro Bactrianæ deſcriptio habetur.

37 Καὶ Βακτριανὴ, τὸ θηλυκόν.] Poſtremam vocem ex chartaceo Voſſ. in textum tranſtuli, quæ in editis non conſpicitur.

38 Βάκχου νῆσος.] Harum inſularum meminit Plinius lib. VI cap. XXIX: *Supra Æthiopas Aroteres, inſulæ, quæ Elææ: item Bacchias & Antibacchias.* Vide quoque Ptol. lib. IV cap. VIII.

39 Βαλανέαι, πολ. Φοινίκης.] Strabo lib. XVI prope Paltum in Aradiorum regione *Balanæam* agnoſcit, quæ eadem cum hac Phœnicica urbe: Ptolemæus in Cœle Syria Βαλαναίας: Antoninus in deſcriptione itineris à Conſtantinopoli uſque Antiochiam *Balaneam*. Exiſtimo tamen apud noſtrum eſſe verum oppidi nomen, quia Goltzius gentile nomen ab hac civitate derivatum, in ſuo theſauro ex nummo C. Cæſaris Auguſti in medium adduxit. ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ.

40 Βάλβουρα.] Bubo & Balburus latrones fuere, qui duas in Lycia civitates condidere, & de nomine ſuo appellavere. Stephanus: Βούβων, πόλις Λυκίας. Βούβων γὰρ καὶ Βάλβουρα, πόλεις Λυκίας, ἀπὸ Βαλβούρου καὶ Βούβωνος. οὗτοι δὲ λῃσταὶ πόλεις ἔκτισαν ὁμωνύμους. De ſitu vide Strabonem, Plinium, & Ptolemæum.

41 Βάλδος, πόλις Φοινίκης.] Certum eſt B & Π, nec non Δ & T in pronuntiando & ſcribendo ſæpe confundi: ſed vereor, ne Stephanus in depravatum alicujus ſcriptoris locum inciderit, & in illo Βάλδος pro Πάλτος invenerit, quod vitii genus ſæpiſſime, librariis non diligenter advertentibus, ob affinem literarum ſonum, in bonorum auctorum ſcripta irrepere ſolet. In voce Χείμερα etiam egregium hujus rei exemplum occurrit: nam ſic noſter Siciliæ urbem appellat, Xenophontis auctoritatem adducens. Verum fallitur vehementer vitioſo codice, in quo librarii peſſime Χείμερα pro Ἵμερα exaraverant: in tota enim Sicilia Χείμερα urbs non reperitur. Imo noſter aliquoties fatetur, ſe in corruptos auctorum codices incidiſſe. Vide obſervata ad vocem Βάβρας.

42 Τὰ εἰς δος δισύλλαβα &c.] Hunc de accentu canonem Etymologici Mag. Auctor in Ῥάβδος multo generaliorem facit: Τὰ εἰς δος δισύλλαβα, εἴτε ἀρσενικὰ, εἴτε θηλυκὰ, εἴτε κύρια, εἴτε προσηγορικὰ, μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου, βαρύνεται, φεῦδος, πάρδος, Σάρδος, ῥάβδος ὄνομα προσηγορικόν. A Stephani canone adjectiva excipiuntur. Τὸ φεῦδος apud Etymologum nihil ad rem facit, quia ante δος præcedit dipthongus, quæ in hac voce neceſſario circumflectitur.

ἔχοντα [43] περὶ τὸ δ ἄφωνον, βαρύνεται, εἰ μὴ A
ἐπιθετικὰ εἴη· Ἰνδὸς, ὅμοιον τῷ ποταμῷ·
[44] τὸ λορδὸς, [45] μυνδὸς, ὡς ἄφωνον ὀξύνεται·
ἀφ' οὗ,

Μυνδότεροι νεπόδων,

παρὰ Καλλιμάχῳ. B

ΒΑ'ΛΚΕΙΑ [46], πόλις περὶ τὴν Προποντίδα. τὸ ἐθνικὸν, Βαλκειάτης, καὶ Βαλκείτης.

ΒΑ'ΛΙΣ, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ, [47] ἀπό τινος Βάλεως, οὗ καὶ ἱερὸν ἔχει. ὁ πολίτης, Βαλίτης. C

ΒΑ'ΛΛΑ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Πέλλα. ὁ πολίτης, Βαλλαῖος. Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ, Βαλλαίους μεταγαγὼν εἰς τὸν νῦν λεγόμενον Πύθιον τόπον.

ΒΑ'ΛΟΙΟΝ [48], πόλις Μακεδονίας. τὸ D ἐθνικὸν, Βαλοιεύς.

ΒΑΝΑΥΡΙ'ΔΕΣ, Τυῤῥηνικαὶ νῆσοι, ἀπὸ Βαναύρου υἱοῦ Αἴαντος. τὸ ἐθνικὸν, Βαναυρεύς.

ΒΑ'ΝΤΕΙΑ [49], πόλις Ἰταλίας. [50] τὸ E ἐθνικὸν, Βαντιανοὶ, καὶ Βαντιᾶται.

ΒΑ'ΝΤΙΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἑκαταῖος.

ΒΑ'ΡΑΘΡΟΝ, τόπος κοῖλος, καὶ ὄρυγμα καλούμενος, ἀφ' οὗ Βαραθρείτης. F [51] ἔστι καὶ Βάραθρα πλησίον τοῦ Κασίου. τὸ ἐθνικὸν, Βαραθρεύς.

ΒΑΡΑ'ΚΗ [52], νῆσος τῆς Γεδρωσίας. τὸ ἐθνικὸν, Βαρακαῖος, ὡς Ἰτύκη Ἰτυκαῖος.

ΒΑΡΒΑ'ΛΙΣΣΟΣ [53], φρούριον τῆς ἕω G τετειχισμένον. τὸ ἐθνικὸν, Βαρβαλισσηνός.

ΒΑ'ΡΒΑΡΟΣ, οὐκ ἐπὶ ἔθνους, ἀλλ' ἐπὶ φωνῆς ἐλαμβάνετο· ὡς καὶ Ὅμηρος [54] τοὺς Κᾶρας Βαρ-

rum in ος, ante delta mutam habentia, accentu in penultima notantur, niſi adjectiva ſint, ut Indus, incola, ſimiliter ac Judus fluvius, utique λορδὸς cernuus, μυνδὸς quatenus mutum ſignificat, accentu in ultima notantur. Hinc

Mutiores piſcibus,

apud Callimachum.

BALCEA, urbs circa Propontidem. Gentile, Balceates & Balcetes.

BALIS, urbs Libyæ juxta Cyrenen, à Bale quodam ita dicta, cujus etiam templum habet. Civis, Balites.

BALLA, oppidum Macedoniæ, ſicuti Pella. Oppidanus, Ballæus. Theagenes in Macedoniæ deſcriptione. Ballæos transferens in locum nunc Pythium appellatum.

BALOEUM, urbs Macedoniæ, cujus gentile, Balœenſis.

BANAURIDES, inſulæ Tyrrhenicæ, à Banauro Aiacis filio ita dictæ. Gentile, Banaurenſis.

BANTIA, urbs Italiæ. Gentile, Bantiani & Bantiatæ.

BANTII, gens Thraciæ, de qua Hecatæus mentionem facit.

BARATHRUM, locus concavus, qui etiam ὄρυγμα, id eſt, foſſa dicitur. Hinc Barathrites. Sunt etiam Barathra apud Caſium montem, cujus gentile, Barathrenſis.

BARACE, inſula Gedroſiæ. Gentile, Baracæus, uti ab Ityce Itycæus.

BARBALISSUS, caſtellum in oriente, muris cinctum. Gentile, Barbaliſſenus.

BARBARUS, non de gente, ſed de lingua olim accipiebatur. Atque ita Homerus Caras Bar-

43 Περὶ τὸ δ ἄφωνον.] Sic omnes editi: malim, περὶ τοῦ δ ἄφωνον.

44 Τὸ λορδός.] Hæc in omnibus editis tam arcte conjunguntur, ut unius vocabuli ſpeciem præ ſe ferant. In Voſſ. cod. hæc diviſim leguntur, quemadmodum edi curavimus.

45 Μυνδός.] Chartaceus Voſſ. peſſime exhibet κυνοδός.

46 Βάλκεια.] Plinius lib. v cap. xxx: *In ea Pioniæ, Andera, Cale, Stabulum, Coniſium, Tegium, Balcea* &c.

47 Ἀπό τινος Βάλεως.] Nomen hoc formatum eſt ex Punico *Bal*, cui Græculi terminationem adjecere. Servius ad lib. I Æneid. *Lingua Punica Bal dicitur. Apud Aſſyrios autem Bel dicitur quadam ſacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Etymologici Mag. Auctor hujus Dei nomen Βαλ fecit in voce Βαβυλών. Βαλ γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ, ὁ τῇ Ἑλληνίδι, Βῆλος. Verum male in vulgatis Καλ excuſum eſt.

48 Βάλοιον, πολ. Μακεδ.] Salmaſius in margine ſui libri annotavit hoc oppidum à Galeno nominari Βαλοίαν, & apud Hippocratem reperiri τὸ ἐθνικὸν Βαλοιος. Triſtanus ex numiſmate antiquo etiam hujus urbis nomen obſcure producit

49 Βάντια, πόλις Ἰταλίας.] Cluverius hanc urbem collocat ad lævam Bardani amnis ripam, haud procul a fonte. Locum vide Ital. Ant. pag. 1225.

50 Τὸ ἐθνικὸν Βαντιανοὶ, καὶ Βαντιᾶται.] Neutrum gentile aut in Græcis, aut Latinis ſcriptoribus reperire potui. Apud Horat. lib. III. od. IV BANTINI occurrunt:

---- Mirum quod foret omnibus
Quicunque celſæ nidum Acherontiæ,
Saltuſque BANTINOS, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti.

51 Ἔστι καὶ Βάραθρα πλησίον τοῦ Κασίου.] Non intelligit noſter nomen alicujus urbis, ſed quaſdam voragines, Nili effuſionibus factas, monti Caſio Peluſioque proximas. Strabo lib. XVI, poſtquam de Caſio monte locutus eſt, de hiſce Barathris ita pergit: Εἶτ' ἐπὶ Πηλούσιον ὁδὸς, ἐν ᾗ τὰ Γέῤῥα, καὶ ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ, καὶ τὰ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ Βάραθρα, ἃ ποιεῖ ὁ παρεκχεόμενος Νεῖλος, φύσει κοίλων καὶ ἑλωδῶν ὄντων τῶν τόπων. Vide eundem lib. XVII: Diodorum Sicul. lib. I. lib. XVI: lib. XX: & Polybium lib. V.

52 Νῆσος τῆς Γεδρωσίας.] Inſulam hoc nomine agnoſcit Ptolemæus lib. VII cap I. in Canthi ſinu, contra Indi oſtia, ſed longe à Gedroſia ſita. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 1187.

53 Βαρβάλισσος, φρούριον τῆς ἕω.] Locus eſt Armeniæ minoris in finibus Commagenes, quem Antoninus in Itinerario Arabiſſum appellat. Ptolemæo lib. V cap. XV Βαρβαρισσὸς dicitur.

54 Τοὺς Κᾶρας βαρβαροφώνους.] In prioribus editionibus

lacuna

βαρβαροφώνους, 55 ὡς πολεμίους τῶν Ἰώνων. A εἴρηται παρὰ τοῖς νεωτέροις ἐθνικῶς, ἀφ' οὗ Βαρβαρία. ἔστι δὲ 56 χώρα παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον Βαρβαρία, ἀφ' οὗ δὲ Βαρβαρικὸν πέλαγος. τὸ δὲ Βαρβαρικὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ Βαρβαρία, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Βάρβαρος. ἦν γὰρ Βαρ- B βαριακός.

ΒΑΡΓΑΣΑ 57, πόλις Καρίας, ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ Βάργης, καὶ Ἡρακλέους, ὃν ἐδίωξε 58 Λάμος ὁ Ὀμφάλης δὲ Ἡρακλέους, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ. 59 τὸ C ἐθνικὸν, Βαργασηνὸς, ὡς αὐτὸς ἑκκαιδεκάτῳ· ὡς Ἔδεσσα Ἐδεσσηνὸς, Γερασηνὸς, 60 Ἐμεσηνός.

ΒΑΡΓΟΥΣΙΟΙ, ἔθνος δυτικὸν πρὸς τῷ Ἴβηρι ποταμῷ· 61 Πολύβιος ἐν τρίτῳ. D ἔστι δὲ Βάρχουσα μικρὰ πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης, Βαρχουσηνός.

ΒΑΡΓΥΛΑ 62, οὐδετέρως πόλις Καρίας, 63 ἣν Ἄνδανον οἱ Κάρες φασὶν, Ἀχιλλέως κτίσμα λέγοντες. ἔστι δὲ πλησίον Ἰάσου 64 καὶ E Μύνδου. 65 ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βαργύλου, ὃς πληγεὶς ὑπὸ Πηγάσου, τελευτᾷ. Βελλεροφόντης δ' ἀνιαθεὶς ἐπὶ τῷ ἑταίρῳ, πόλιν 66 ἔκτισε Βαργυλίαν. καὶ ἡ θάλασσα 67 Βαρ-

A Barbariloquos, quippe Jonum ſuorum hoſtes, appellavit. A recentioribus vero tanquam Gentile uſurpatur, unde Barbaria deducitur. Eſtque Barbaria regio apud ſinum Arabium, à qua mare Barbaricum nomen habet. Barbaricus autem non à Barbaria derivatur, ſed à voce Barbarus: alioquin enim eſſet Barbariacus. B

BARGASA, Cariæ civitas, nomen habens à Bargaſo, filio Bargæ & Herculis, quem perſecutus eſt Lamus Omphalæ C & Herculis filius, uti Apollonius libro IV Caricorum auctor eſt. Gentile, Bargaſenus, quemadmodum idem libro XVI perhibet. Uti Edeſſa Edeſſenus, Geraſenus, Emeſenus.

BARGUSII, gens occidentalis ad Iberum fluvium, cujus meminit Polybius libro D tertio. Eſt quoque Barchuſa parvum Phœniciæ oppidum, cujus oppidanus Barchuſenus.

BARGYLA, genere neutro, urbs Cariæ, quam Cares Andanum appellant, & E ab Achille conditam tradunt. Hæc Jaſo & Myndo vicina eſt. Nomen habet à Bargylo, qui à Pegaſo ictus interiit. Bellerophontes autem ob amici caſum triſtatus, urbem Bargyliam condidit. Mare [cui ea adjacet] Bar-

lacuna conſpicitur, quam Xylander voce Κᾶρας replevit: Verum præterea inſerendum ὠνόμασε, aut ſimile quid.

55 Ὡς πολεμίους τῶν Ἰώνων.] Non poſſum quin huc tranſcribam verba Euſtathii Archiepiſcopi Theſſal. ita enim ille ad Iliad. B. pag. 367. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι μόνους ἐθνῶν τοὺς Κᾶρας οὕτως ἔσκωψεν ὁ ποιητὴς, διὰ τὴν ἔχθραν τῶν Ἰώνων. Ἴων μὲν γὰρ Ὅμηρος. Κᾶρες δὲ Ἴωσιν ἐχθροί. Plures ab Euſtathio allegantur rationes, quare Cares Barbari dicantur, verum cum hanc duntaxat innuat Stephanus, alias tranſcribere ſupervacaneum exiſtimo.

56 Χώρα παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον Βαρβαρία.] Proprie Barbaria, non eſt collocanda παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον, uti noſter ſcribit: quippe ora illa maritima Τρωγλοδυτικῆς eſt: ſed, uti optime obſervat Salmaſius, poſt Rubrum mare quod inter ſinum Arabicum & Perſicum ad meridiem patet, verſus auſtrum tendenti in ora ſinus Barbarici, qui ad orientem jungitur mari Indico, *Barbaria* dicebatur uſque ad promontorium *Rhapton*, à quo urbs totius Barbariæ Metropolis Ῥαπτά; & portus & Emporium. Stephanus: Ῥαπτὰ, μητρόπολις τῶν ἐντὸς Αἰθιόπων, οἱ οἰκήτορες Ῥάψιοι. καὶ Ῥαπτὰ ὅρμος, καὶ Ῥαπτὸς ποταμός. ἔστι δὲ καὶ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας τὰ Ῥαπτὰ, καὶ αὐτὴ καλουμένη. Hujus Barbariæ ſitum egregie tradit Marcianus Heracleota hiſce verbis: Μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν, καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό, τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον, καὶ ἡ Ἀρωματοφόρος χώρα, μεθ' ἣν ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος. Vide quoque Ptolemæum & Auctorem Peripli Rubri maris.

57 Βάργασα, πόλις Καρίας.] Vide Strabonem lib. XVI in Cariæ deſcriptione, & de ſitu hujus oppidi eris certiſſimus.

58 Λάμος ὁ Ὀμφάλης.] Hujus Lami etiam noſter meminit alio in loco. Λαμία, πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων. Πολύβιος. οἱ μὲν ἀπὸ Λαμίου τοῦ Ἡρακλέους. Verum ibi Λάμου correximus. Apud Nonnum in Dionyſiacis *Lami* aliquoties mentio reperitur.

59 Τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός.] De hoc gentili non eſt dubitandum. Apud Goltzium conſpicitur nummus Veſpaſiani cum inſcriptione ΒΑΡΓΑϹΗΝΩΝ.

60 Ἐμεσηνός.] Stephanus urbis nomen fecit Ἔμισα, unde Ἐμισηνὸς deducendum foret: verum addit: Ἔν τισι δὲ Ἔμεσα εὕρηται, ἀφ' οὗ Ἐμεσηνός.

61 Πολύβιος ἐν τρίτῳ.] Sine dubio hæc Polybii verba reſpicit noſter: Καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, κατεστρέφετο τό τε τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς &c. Vide quoque Livium lib. XXI.

62 Βάργυλα, οὐδετέρως.] Duplici lambda hoc oppidi nomen exprimunt editiones Xylandrianam præcedentes, Βαργύλλα, οὐδετέρως πόλις Καρίας. Mira conſpicitur in hac voce exaranda diverſitas: ſequor Xylandrum, quanquam neque τὸ Βάργυλα, neque Βαργύλλα probem, quod ultimum Urſinus in notis ad Polybium, deceptus prava Stephani lectione, prius retinendum, & deinde ex illo auctore exſtirpandum putavit. Optime in chartaceo Voſſiano legitur Βαργύλια, οὐδετέρως πόλις Καρίας. Præter alios, hanc vocem eadem terminatione, eodemque genere Strabo uſurpavit, ita enim ille: lib. XIV. Καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις. Mox ſequitur: Πλησίον δ' ἐστὶ τῶν Βαργυλίων τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς Κινδυάδος. Et poſt hæc verba addit: Ἐκ δὲ τῶν Βαργυλίων ἀνὴρ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἐπικούρειος Πρώταρχος. Polybius lib. III. Τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Ἰασοῦ, καὶ Βαργυλίων. Et ita quoque apud Livium eſſe ſcribendum viri docti admonuerunt. Unus Mela habet *Bargylos*, lib. I. cap. XVI.

63 Ἣν Ἄνδανον οἱ Κάρες φασίν.] Poſterioribus temporibus videtur hoc nomen fuiſſe adoptatum, cujus apud Conſtantinum Porphyrog. lib. I de Them. cap. XIV mentio reperitur: Verba ejus adſcribam, quia emendatione indigent: Κατάληγει δὲ πρὸς μῆκος ὡς δυσμὰς ἕως αὐτῆς Μιλήτου τῆς πόλεως, καὶ τῆς Ἰασοῦ, καὶ τοῦ Βαργυλιακοῦ κόλπου, ἤγουν τῶν καλουμένων Ἀνδανίων, ἐν ᾧ κεῖται ἥτε Μύλασσα, πόλις διάφημος, καὶ αὐτὰ τὰ Βαργύλια. Male nunc in editis legitur Ἀντανίων & Μαργύλια.

64 Καὶ Μύνδου.] Peſſime Florentina editio: Κνίδου.

65 Ὠνομάσθη.] Sic ex MSS Palatino emendavimus. Editiones omnes: Ὠνομάσθησαν. Poſſet tamen retineri, ſi reſpicias τὰ Βαργύλια: verum non ita loqui amat Stephanus.

66 Ἔκτισε πόλιν Βαργυλίαν.] Quanquam hanc lectionem agnoſcant libri vulgati omnes atque editi, puto tamen

[67] βαργυλικὸς κόλπος. ἐξ αὐτοῦ [68] ὁ πολί- A
της, Βαργυλιάτης.

ΒΑΡΗ'ΝΗ [69], πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Α'γ-
βατάνων. οἱ οἰκήτορες, Βαρηνοί.

ΒΑΡΗ'ΤΙΟΝ [70], χωρίον πρὸς τῷ Α'-
δρίᾳ, Θεόπομπος πεντηκοστῷ δευτέρῳ. τὸ B
ἐθνικὸν, Βαρητῖνος, ὡς Βρεντεσῖνος.

ΒΑ'ΡΙΣ [71], πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Βαρίτης.
λέγεται [72] Βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσίδιππος·
καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ε'φορος.

ΒΑΡΚΑ'ΝΙΟΙ, ἔθνος τοῖς Υ'ρκανοῖς C
ὅμορον.

ΒΑ'ΡΚΗ, πόλις Λιβύης, [73] ἥ τις ἐστὶ Πτο-
λεμαΐς. ἦν δὲ ἐκ πλινθίνων οἰκοδομημάτων
συντεθεῖσα, [74] κτίσμα Περσέως, Ζακύνθου,
Α'ρισομέδοντος, Λύκου. [75] λέγεται ἐστὶ Βαρκαία, D
ἐξ οὗ τὸ Βαρκαιάτης. τῆς δὲ Βάρκη, [76] Βαρκαῖος.
καὶ [77] Βαρκαῖον τὸν Λίβυν, φασὶ [78] Βαρκαῖον
ἔθνος;

BARGYLIACUS ſinus dicitur. Hinc oppidani nomen Bargyliates.

BARENE, urbs Mediæ, Ecbatanis vicina, cujus incolæ Bareni vocantur.

BARETIUM, locus ad mare Adriaticum, cujus Theopompus libro LII meminit. Gentile, Baretinus, ſicuti Brenteſinus.

BARIS, urbs, cujus gentile Barites. Baris etiam de domo accipitur apud Poſidippum, nec non de vicinia apud Ephorum.

BARCANII, populus in finibus Hyrcaniæ.

BARCE, urbs Libyæ, quæ etiam Ptolemaïs appellatur, & ex lateritiis ædificiis compoſita eſt; conditaque à Perſeo, Zacyntho, Ariſtomedonte, Lyco. Nominatur quoque Barcæa, unde Barcæates: ſed à Barce fit Barcæus. Aliquem ex Libya Barcæum nuncupant. Dicitur præterea Barcæus currus. Nam

men aliquid à mala manu irrepſiſſe. Lego: ἔκτισε πόλιν Βαργύλια. Nuſquam enim genere fœmino hoc oppidi nomen profertur.

[67] Βαργυλικὸς κόλπος.] Ita in MSS codicibus ſcriptum, & in vulgatis impreſſum reperio; verum corrigendum hunc in modum: Καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλιακὸς κόλπος. Locus apud Conſtant. Porphyrog. elegans eſt, quem ſupra in medium adduxi, quo hanc conjecturam confirmare poſſem. Livius lib. XXXVII cap. XVII: *Miletum & cæteram oram ſociorum prætervecti in Bargyliaco ſinu excenſionem ad Jaſſum fecerunt.* Plinius lib. V cap. XXIX, etiam camporum ab hac urbe denominatorum meminit: *Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos.* Mallem hic reponere *Bargyliacos campos*, vel quod magis lectioni vulgatæ reſpondet, *Bargyliaticos campos*; quod poſſeſſivum non à voce Βαργύλια, ſed à gentili Βαργυλιάτης commodiſſime deduci poſſet.

[68] Ο' πολίτης, Βαργυλιάτης.] Hinc optime hujuſmodi gentile formatum videtur, ſed corruptiſſime occurrit apud Ciceronem lib. XIII. Epiſt LVI: *Præterea Heracleotæ, & Bargiletæ, qui item debent, aut pecuniam ſolvant, aut fructibus ſuis ſatisfaciant.* Confidenter hoc loco repono, *Bargyliatæ qui item debent.* Apud Plutarchum in vita. T. Q. Flaminii Βαργυλιήτης occurrit: Α'μα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν εἰς Α'σίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα &c. Hic mallem reſcribere Βαργυλιάτας, niſi dicas Plutarchum peculiarem dialectum ſecutum fuiſſe.

[69] Βαρήνη, πόλις Μηδίας.] Putat And. Scottus hæc deſumpta eſſe ex Cteſiæ Perſicis, & Epitomatorem ejus nomen reticuiſſe. Salmaſius in margine ſui libri cenſet gentile hinc formatum corruptum eſſe, & legi debere: οἱ οἰκήτορες, Βαρηνηνοί. Qua in re viro Cl. facile aſſenſum præbeo.

[70] Βαρήτιον, χωρί... πρὸς τῷ Α'δρίᾳ.] Hoc oppidum Straboni Α'λητία, & Ptolemæo Α'λήτιον dicitur: Latinis vero Valetium & Valentium & Aletium. Cluverius, ut optime demonſtrat Cl. Voſſius, Valetium & Aletiam tanquam duo diverſa oppida in Calabria deſcribit, cum unum omnino idemque fuerit. Plura de oppidi ſitu apud eundem legere licet. Vide ejus Obſerv. ad lib. II cap. IV Pomp. Mel.

[71] Βάρις, πόλις.] Ita hic locus conſpicitur in prioribus editionibus & chartaceo Voſſiano. Salmaſius in annotationibus ad marginem ſui Stephani exaratis, teſtatur ſe in MS inveniſſe, Βάρις, πόλις τῆς ἀναβολικῆς Πισιδίας. Quæ verba in textum admiſiſſem, niſi ibidem monuiſſet, illa ab alia manu addita fuiſſe. In orientali Piſidiæ parte oppidum hoc nomine extitiſſe liquet ex Ptolemæo lib. V cap. V. Πισιδίας δὲ Α'ντιόχεια, Παλαιὸν Βεύδος, Βάρις, Κόνανα, Λυσινία, Κόρμασα &c.

[72] Βάρις ἡ οἰκία.] Varias hujus vocis ſignificationes apud Heſychium, Etymologici Magni auctorem, & alios lexicographos reperies.

[73] Η'τις ἐστὶ Πτολεμαΐς.] Multi, inter quos etiam Stephanus, Barcen & Ptolemaïdem pro eadem urbe habent, uti obſervat Bochartus. Strabo lib. XVII: Εἶθ' ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς. Plinius lib. V cap. V. *Ptolemaïs, antiquo nomine Bar-Barce.* Servius in lib. quart. Æneid. *Barce autem civitas eſt Pentapoleos, quæ hodie Ptolemaïs dicitur.* Vide quoque Suidam & Sophoclis Scholiaſt. ad Electram. Verum Ptolemæo lib. IV cap. IV Ptolemaïs & Barce ſunt diverſæ urbes, quarum illa in littore, hæc in mediterraneis collocatur. Scylax Caryandenſis: Η' δὲ πόλις ἡ Βαρκαίων ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ρ'. Ptolemaïdem Ptolemæi condidere, non quo loco erat urbs, ſed quo loco erat portus Barces, de quo idem Scylax: Ε'κ δὲ λιμένος τῆς Κυρήνης μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην στάδια φ'. Et rurſum: Ε'κ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ε'σπερίδας στάδια χν'.

[74] Κτίσμα Περσέως, Ζακύνθου &c.] Horum conditorum genealogiam eruere, res non adeo facilis eſt. Ex noſtro non liquet, illos affinitate fuiſſe conjunctos. Herodotus lib. IV perhibet, Arceſilaum Batti filium extitiſſe, qui cum fratribus ſuis ſeditiones exercuit, donec illi relicto eo, in alium Libyæ locum migraverunt, ubi fœdere ſancito, urbem hanc condiderunt. Verum fratrum nomina ibidem non exprimuntur.

[75] Λέγεται ἐστὶ Βαρκαία.] Sumitur de regione apud Herodot. Muſa IV: Αὐσχισέων δὲ κατὰ μέσον τῆς χώρης οἰκέουσι Κάβαλες, ὀλίγον ἔθνος, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατὰ Ταύχειρα πόλιν τῆς Βαρκαίης.

[76] Βαρκαῖος.] Goltzius edidit nummum cum inſcriptione: ΒΑΡΚΑΙΩΝ. Ptolemæus ſecundum formam regioni ſolitam formavit gentile Βαρκίτης, ita enim ille lib. IV cap. IV. Κατέχουσι δὲ τῆς χώρας, τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Πεντάπολιν Βαρκῖται.

[77] Βαρκαῖον τὸν Λίβυν.] Hinc evidentiſſime liquet, τὸ Βαρκαῖος tam late patere, ut non duntaxat pro Barcæ incolis, verum etiam pro aliis circumjacentibus Libyæ incolis ſumi poſſit. Heſychius per Barcæos currus, intelligit Libycos: Βαρκαίοις ὄχοις, Λιβυκοῖς.

[78] Βαρκαῖον ἔθνος.] Sic edi curavit Xylander, ſed ut ingenue fatear, non poſſum hac correctione acquieſcere. Editiones Xylandrianam præcedentes: Βαρκαῖον ἔπος: quod itidem à mala manu exiſtimo, licet Palatini, nunc vero Vaticani codices, nec non chartaceus Voſſianus conſtanter ita exhibeant. Duobus modis hoc mendum commodiſſime poſſet tolli, legendo vel Βάρκαιος ἵππος, vel Βαρκαῖος ὄχος, quod ultimum præfero, tanquam minus à vulgata lectione recedens. Totum locum ita conceperam, atque diſtinxeram: Καὶ Βαρκαῖον τὸν Λίβυν φασὶ, ὡς Βαρκαῖος ὄχος. Sophocles in Electra:

Μέτωπα συμπτύξουσι Βαρκαίοις ὄχοις.

ἔθνος, οἱ [79] τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἡνιοχεῖν δὲ παρὰ Ἀθηνᾶς ἔμαθον. A

ΒΑΡΥΓΑΖΑ [80], ἐμπόριον Γεδρωσίας, τὸ σφόδρα ἐπίσημον. οἱ οἰκοῦντες, καὶ ὁ κόλπος, [81] Βαρυγαζηνοί.

ΒΑΣΑΝΙΣΑΙ [82], ἔθνος Θρᾴκιον, ἀπὸ τῆς ὁ Βασανίσης εὐθείας. τινὰ δὲ τῶν βιβλίων Βανίσαι ἔχουσι, τρισυλλάβως. B

ΒΑΣΗΡΑ, πόλις Φοινίκης. [83] τὸ ἐθνικὸν, Βασηρεύς, ὡς Ἀλίφηρα Ἀλιφηρεύς.

ΒΑΣΙΝΝΟΙ, Ἀραβικὸν ἔθνος· Γλαῦκος ἐν τρίτῳ Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. C

ΒΑΣΙΛΙΣ, πόλις Ἀρκαδίας· [84] Παυσανίας ὀγδόῳ. τὸ ἐθνικὸν, Βασιλίτης.

ΒΑΣΤΑΡΝΑΙ, ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν. Διονύσιος ἐν περιηγήσει, D

Πολλὰ μάλ᾽ ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γερμανοί, [85] Σαμάται τε, Γέται θ᾽ ἅμα, Βαστέρναι τε.

ΒΑΣΤΑΝΑΒΟΣ, Ἀραβίας σταθμός. τὸ ἐθνικὸν, Βασταναβηνός. E

ΒΑΤΑΝΕΑΙ, συνοικία Συρίας· [86] ἡ καὶ Βατανέα ἑνικῶς. τὸ ἐθνικὸν, Βατανεώτης. [87] ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.

ΒΑΤΕΤΑΡΑ [88], πόλις Λιγύων, θηλυκῶς. τὸ ἐθνικὸν, Βατεταραῖος. F

ΒΑΤΙΕΙΑ [89], τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός· κέκληται

Nam à Neptuno [Barcæi] equos alere & à Minerva aurigari didicerunt.

BARYGAZA, emporium Gedroſiæ valde illuſtre. Incolæ & ſinus Barygazeni.

BASANISÆ, gens Thraciæ, à caſu recto Baſaniſes. Quidam codices Baniſæ exhibent, quod tribus conſtat ſyllabis.

BASERA, urbs Phœniciæ. Gentile, Baſerenſis, quemadmodum Aliphera Alipherenſis.

BASINNI, gens Arabica, cujus meminit Glaucus libro III de antiquitate Arabica.

BASILIS, urbs Arcadiæ, apud Pauſaniam libro VIII. Gentile, Baſilites.

BASTARNÆ, gens trans Iſtrum habitans, cujus meminit Dionyſius in deſcript. orbis:

Plurimæ gentes deinde, Mæotidis uſque ad oſtium paludis
Germani, Sarmatæque, Getæque ſimul, Baſtarnæque.

BASTANABUS, Arabiæ ſtatio. Gentile, Baſtanabenus.

BATANEÆ, vicinia Syriæ, quæ & Batanea numero ſingulari dicitur. Gentile, Batanеotes. Eſt quoque Batana ad Euphratem ſita.

BATETARA, urbs Ligurum, genere fœminino. Gentile, Batetaræus.

BATIEA, locus excelſus in agro Trojano, ita

Si quis tamen τὸ ἵππος loco τοῦ ὄχος in textum recipere malit, non acriter cum ipſo contenderim, cum etiam multa pro hac emendatione dici poſſint: eſt enim notiſſimum τὴν ἱππικὴν in Libya inventam eſſe, uti ex Pindaro & ejus Scholiaſta manifeſte conſtat. Verum cum in MSS & vulgatis tam magna conſpiciatur lectionum varietas, indicabo & tertium modum, quo hic locus inſtaurari poſſit. Καὶ Βάρκαιον τῶν Λίβυων φασί· Βάρκαιον ἔθνος, ὃ τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἡνιοχεῖν δὲ παρὰ Ἀθηνᾶς ἔμαθεν.

79 Τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος &c.] Totum hunc locum Stephanus ex Mnaſeæ Libycis tranſcripſerat, cujus ſcriptoris nomen Epitomator reticuit: ut hoc argumento evidentiſſimo evincam, Heſychii locum addere neceſſe habeo: Βαρκαίοις ὄχοις. Λιβυκοῖς. οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος. τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης.

80 Βαρύγαζα.] Genere neutro & numero plurativo hanc vocem uſurpat Arrianus in Periplo Mar. Rubri: Ἀφ᾽ οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαὶ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι. Situm celeberrimi hujus emporii habes apud eundem Arrianum, & Ptolemæum lib. VII cap. 1.

81 Βαρυγαζηνοί.] Male Xylandriana: Βαρυγαζηνοί.

82 Βασανίσαι.] Sic legunt MSS & vulgati omnes. Salmaſius in ſuo libro correxerat Βάσιναι, quod deinde alio loco iterum confirmat, addens inde regionis nomen Βασανῖτις apud Suidam reperiri. Verum non puto illud nomen de hac gente Thracica deductam eſſe. Βασανῖτις eſt regio quæ ditioni regis Og (de quo Num. 21) ſubjacet, & alio nomine *Baſan*, dicebatur. Hujus meminit Cyrillus ad IV Cap. Proph. Amos: Χώρα ἡ Βασανῖτις, εὔβοτός τε καὶ εὐάνθης. Et Theodoretus ad eundem locum: Δαμάλεις δὲ αὐτὰς τῆς Βασανίτιδος ὀνομάζει, ὡς ἁβροδιαίτους, καὶ χλιδῇ παντοδαπῇ κεχρημένας. Exiſtimo itaque Suidam de hac Baſanitide locutum fuiſſe.

83 Τὸ ἐθνικὸν Βασηρεύς.] De hoc oppido nemo antiquorum mentionem fecit: Goltzius tamen Titi nummum divulgavit cum hac inſcriptione, ΒΑΣΗΡΕΩΝ.

84 Παυσανίας ὀγδόῳ.] Hæc ſine dubio Pauſaniæ verba noſter reſpicit, in quibus de conditoribus & ruinis hujus oppidi agitur: Τοῦ δὲ χωρίου τοῦ ὀνομαζομένου Βάθους σταδίους ὡς δέκα ἀφέστηκε καλουμένη Βασιλίς. ταύτης ἐγένετο οἰκιστὴς Κύψελος, ὁ Κρεσφόντῃ τῷ Ἀριστομάχου τὴν θυγατέρα ἐκδούς. ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ ἐρείπια ἡ Βασιλὶς ἦν, καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐλείπετο Ἐλευσινίας.

85 Σαμάται.] In MSS & aliis editionibus Σαρμάται legitur, quod ob verſiculi modulum non eſt ferendum, uti docet Euſtathius ad Dionyſii locum à Stephano citatum.

86 Ἡ καὶ Βατανέα ἑνικῶς] Joſepho lib. 11 de bello Jud. cap. 2 dicitur Βαταναία, pars regni Herodis: Hebraice בשן *Baſan*, & Syriace בותנן *Batnan* & בתנ״א *Botnæa*, regio transjordana pinguedine ſua celebris.

87 Ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Vereor ne hic ſcribendum ſit Βατάνεια vel Βατάνεα. Stephanus in voce Ἀγβάτανα, Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι. τὸ ἐθνικὸν Βατανεώτης. Et in fine ejuſdem ſectionis inquit: Δείξομεν δὲ ἐν τῷ Β, ὅπῃ ἡ καθ᾽ ἡμᾶς Βατάνεα, καὶ Βατάνεια καλεῖται. τὸ ἐθνικὸν, Βατανεώτης. Quam manifeſtum hinc Epitomæ conſpicitur argumentum. Promittit enim Stephanus ſe in Βατάνεα demonſtraturum, quare hoc oppidum ſic appellatum fuerit. Verum is qui Stephani opus in compendium redegit, lectorem jam fruſtratur & inanem dimittit.

88 Βατέταρα, πόλις Λιγύων.] Lectionem vulgatam, quam etiam MSS agnoſcunt, minime probo, in quibus erat πόλις Λυγίων. Nos emendavimus, uti nunc legitis.

89 Βατίεια, τόπος τῆς Τροίας.] De eo vide Homerum Iliad. B.

κέκληται) [90] ἀπὸ Βατιείας τινὸς, ὡς Ἑλλάνικος A ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν. [91] ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων, ἤγουν τῆς τροφῆς, τροπῇ τοῦ π εἰς β. [92] ἢ ἀπὸ τῶν βάτων. [93] τὸ ἐθνικὸν, Βατιεύς, καὶ Βατιειάτης.

BATH [94], δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, B ὅθεν ἦν [95] Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητὴς, περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς. [96] τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν. οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἐπιῤῥήματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων· [97] ἢ τῇ γενικῇ μετὰ C προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, [98] ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας. τὰ τοπικὰ, δῆλα.

BAT-

ita à Batea quadam denominatus, teſte Hellanico libro primo Troïcorum. Vel nomen habet ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων, quod equorum alimentum denotat, Π in B mutato: vel ἀπὸ τῶν βάτων, id eſt, à rubis. Gentile, Batienſis, & Batieates.

BATE, populus tribus Ægeïdis, ex qua Abro Calliæ interpres, qui de feſtis & ſacrificiis ſcripſit, originem habet. Gentile adverbialiter formatur Βατῆθεν, ex Bate. Non enim oportet in omnibus gentile inveſtigare, ſed adverbio uti, præſertim de Populis Atticis; vel genitivo cum præpoſitione, vel analogia, vel conſueta regioni forma. Localia ſunt manifeſta.

BAT-

Iliad. B. & ad illum locum Euſtathium & Didymum; item Strab. lib. XII. Dyct. Cretenſis inter urbes Trojanis amicas enumerat *Potyram*, de qua nihil uſpiam legitur. Fortaſſis ibi *Batiæam* non male correxeris.

90 Ἀπὸ Βατιείας τινός.] Secundum Stephanum *Batea* Dardani uxor, & Troïs filia fuit, ita enim ille in Δάρδανος. Ὁ δὲ Τρὼς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον, δίδωσι αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν. Vide etiam Apollod. de origine Deor. lib. III. Hanc Lycophron alio nomine Ἀρίσβην appellat, ut ejus Scholiaſtes teſtatur alibi.

91 Ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων.] Hæc ſine dubio Stephanus ex Epaphrodito hauſit, cujus grammatici nomen, ſæpiſſime à noſtro citatum, nunc expunxit Epitomator. Ut evidentiſſime hoc confirmem, addam Epaphroditi verba, uti ea tranſcripſit Etymologici Magni Auctor: Ἐπὶ δὲ τοῦ τόπου, Ἐπαφρόδιτός φησιν, ἀπὸ τοῦ πατῶ, πάτος. καὶ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων. τοὺς γὰρ ἐν ταῖς ὁδοῖς ὁλκούς τε καὶ συνεχεῖς τριμμοὺς, πάτους ἔλεγον καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, πατίεια, καὶ Βατίεια. ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ πεδιάδι τῆς Ἰλιάδος. Verum longe alio ſenſu τὸ πάτος accipit Etymologus, quam noſter: hic ἀντὶ τῆς ὁδοῦ πεπατημένης, ille vero ἀντὶ τῆς τροφῆς, quæ ſignificatio apud alios non adeo trita & obvia eſt, imo fateor me nuſquam niſi hoc loco legiſſe: verum ſi quis in memoriam revocet, τὸ πατεῖν non duntaxat *ambulare* & *conculcare*, verum etiam *veſci* & *commedere* denotare, τῆς τροφῆς notionem inde facillime deduxerit. Vide quæ de ſignificatione τοῦ πατεῖν pag. 110 comment. 19 fuſius diſſeruimus.

92 Ἢ ἀπὸ τῶν βάτων.] De hac opinione mentionem fecit Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 351: Τινὲς δὲ Βάτειαν φασὶ, πόλιν Τρωϊκὴν παρωνομαζομένην ἐκ τῶν περὶ αὐτὴν βάτων. αἵπερ καὶ Βάτειαι, τρισυλλάβως λέγονται, ὡς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ ἐν τῇ εἰς τὸν Ἀγησίαν ᾠδῇ. Mendum latet in hiſce verbis, lego τινὲς δὲ Βατίειαν φασί. Primo enim loco vox quatuor, & poſtremo tribus ſyllabis eſt proferenda. Præterea apud Pindarum hodie non legitur Βάτεια ſed Βάτια, hæc enim verba reſpicit Euſtathius:

- - - - Ἀλλ' ἐγ' - - -

Κέκρυπται γὰρ σχοίνῳ, Βατίᾳ τ' ἐν ἀπειρίτῳ. - - -

Hunc igitur Trojano in agro locum ἀπὸ τῶν βάτων, id eſt, à rubis appellationem accepiſſe, multo probabilior eſt opinio, quam eam vel ab heroina quadam vel aliunde deduxiſſe: nam circa Idam montem βάτοι ſive rubi magna copia naſcebantur, teſte Dioſcoride lib. IV cap. XXXIX, quos ille à loco βάτους Ἰδαίας, id eſt *rubos Idæos* nuncupavit. Plinius lib. XXIV cap. XIV. *Idæus rubus appellatus eſt, quoniam in Ida, non alias naſcitur.*

93 Τὸ ἐθνικὸν, Βατιεύς, καὶ Βατιειάτης.] Sic exhibent editi: verum à Βατίεια deductum eſſe Βατιεύς, mihi non fit veriſſimile: nam uti ab eodem fonte noſter derivat τὸ Βατιειάτης, Sic ego eodem jure inde τὸ ἐθνικὸν Βατιειεύς formaverim. Niſi quis affirmet ſuſpectum illud gentile à Βάτεια, ſive Βατία factum eſſe: nam alterutrum genuinum loci nomen fuiſſe, liquet ſatis evidenter ex verbis Etymologi jam allegatis, ubi inquit ex Βάτεια per plonaſmum literæ jota Βατίεια fieri, quo etiam Homerus per poëticam licentiam uſus eſt. Addam & alia Etymologici Mag. Auctoris verba: Βατία, λέγεται καὶ ὁ βάτους ἔχων τόπος. ἀπὸ τοῦ βάτος, Βατία διὰ τοῦ ι, ὡς Αἰτωλὸς Αἰτωλία, τὸ ἐθνικὸν, Βατιεύς, καὶ Βατιάτης. Ergo à Βατίεια deducendum eſt Βατιειεύς & Βατιειάτης: Verum à Βάτεια vel Βατία formandum τὸ ἐθνικὸν, Βατιεύς & Βατιάτης, quam lectionem codex Voſſianus mihi exhibuit: unde non levis oritur ſuſpicio, in principio hujus tmematis ſcriptum fuiſſe olim, Βάτεια vel Βατία, τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός, nam Βατίεια poëtica auctoritate fictum eſt, ut jam probavimus.

94 Βατὴ, δῆμος &c.] Vide Meurſium de Populis Atticis.

95 Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητής.] De Abrone videndus Cl. Voſſius de Hiſt. Græc. lib. III. Et Jonſius de Script. Hiſt. Phil. lib. IV. De Callia legendus idem Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. I cap. IX. & Jonſius eodem tractatu lib. II cap. III.

96 Τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν.] Adverbii forma loco gentilis uſus eſt Plutarchus in Lycurgo Rhet. Ἀρισόδημος Βατῆθεν. Diogenes Laert. in Epicuro: Φιλοκράτης Βατῆθεν. Quod noſter aliis in locis τὸ δημότην, nunc τὸ ἐθνικὸν appellavit. Ab omnibus plerumque Demis populare nomen deducitur, quod adverbii formam repræſentat, exceptis in ους deſinentibus, ab iis enim ſæpiſſime duplex τοῦ δημότου nomen formatur, ſic Ἀγνοῦς Ἀγνούσιος & Ἀγνουσόθεν. Ἀχερδοῦς, Ἀχερδούσιος, Ἀχερδουντόθεν. Et ita in multis aliis.

97 Ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως.] Gentile nomen cum inventu difficili ſit, tum plerumque ſolent ſcriptores uti genitivo cum præpoſitione, quæ formatio artificialis, ſive κατὰ τὴν τέχνην appellatur. Ἀγαθοῦ Δαίμονος, νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τέχνην ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον. Sic in voce Ἀβρότονον etiam teſtatur, gentile nomen iſtius urbis non fuiſſe in uſu, quod tamen formavit ad ſimilitudinem aliarum urbium circumjacentium, & ex lege artis cum genitivo & præpoſitione. Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, &c. οὕτως Ἀβροτονεύς. ὁ δὲ τῶν οὐδετέρων τύπος ἐστ', ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος ἔχει. ὡς Πέργαμον Περγαμηνὸς, εἰ μὴ ἀπὸ θηλυκοῦ τοῦ Πέργαμος &c. Δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φάναι τὸ ἐθνικόν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς Δήμοις τῶν Ἀθηναίων. Plurima hac de re inveniet lector vel in prolegomenis ad hunc ſcriptorem, vel in tractatu quem περὶ ἐθνικῶν meditamur.

98 Ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας.] Cum alio modo Europæi, & alio modo Aſiæ incolæ, teſte Stephano in Ἀβασηνοί, gentilia ſua formare ſoleant, alio modo Ægyptii, alio quoque Perſæ, Aſſyri, Meſopotamii, Syri &c. Scriptores conſuetam unicuique regioni formam & terminationem ſequi neceſſe habent. In voce Βολογεσιάς hanc differentiam noſter egregie commonſtrat: nam inde ex analogia & lege artis deduci poſſet Βολογεσιεύς, verum quia hujuſmodi forma regioni non eſt familiaris in de Βολογεσιηνὸς derivandum eſt: τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεύς, ὡς Ἀφροδισιεύς. ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ χώρᾳ. λεκτέον Βολογεσιηνός. Vide quoque hac de re in voce Ἄρειος πάγος, Δοκίμειον, Φιλαδέλφεια & aliis in locis plurimis.

ΒΑ'ΤΝΑΙ 99, πόλις τῆς Ὀρροἰνῆς. 1 τὸ A ἐθνικὸν Βατναῖος, διὰ τὸν χαρακτῆρα, ὡς Ἐδεσσαῖος, καὶ Καῤῥαῖος.

ΒΕΒΡΥ'ΚΩΝ ἔθνη δύο· τὸ μὲν, πρὸς τῷ Πόντῳ, ἐν τῇ Ἀσίᾳ· τὸ δὲ, 2 παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ· 3 περὶ δὲ τῆς ἐν Ἀσίᾳ, B διάφοροι γεγόνασι δόξαι, ὅτι ἀπὸ Βέβρυκος, 4 ἢ ἀπὸ Βεβρύκης. καὶ ἄλλοι ἄλλως. τὸ ἐθνικὸν Βεβρύκιος, 5 καὶ Βεβρυκία. εὕρηται καὶ Βέβρυσσα, ὡς Φοίνισσα, Κίλισσα, Θρῆσσα. ἔχει γὰρ οἰκειότητα τὸ σ πρὸς τὸ ξ. C

ΒΕ'ΛΒΙΝΑ 6, πόλις Λακωνική· Παυσανίας ὀγδόῳ. 7 Ἀρτεμίδωρος νῆσον αὐτὴν φησι. 8 τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης.

ΒΕΛ-

BATNÆ, urbs Oſdroënæ. Gentile, Batnæus, propter ſolitum loquendi modum, uti Edeſſæus, & Carrhæus.

BEBRYCES, duæ hac appellatione gentes, altera ad Pontum in Aſia, altera vero circa Iberos in Europa. De illa quæ eſt in Aſia, diverſæ extitere ſententiæ. Quidam exiſtimant, quod Bebryx, nonnulli quod Bebryce genti nomen impoſuerit, & alii aliter. Gentile, Bebrycius, & Bebrycia. Reperitur quoque Bebryſſa, uti Phœniſſa, Ciliſſa, Threſſa. Σ enim cum Ξ affinitatem quandam habet.

BELBINA, urbs Laconica, cujus meminit Pauſanias libro VIII. Ab Artemidoro pro inſula habetur. Gentile, Belbinites, uti Æginites.

BEL-

99 Βάτναι, πόλις τῆς Ὀρροἰνῆς.] Codex Voſſ. male Ἐρροἰνῆς. Optime emendavit Hieronymus Surita Ὀσδροηνῆς. Ammianus Marcell. lib. XXIII: *Denique cum exercitu & Scytharum auxiliis Euphrate navali ponte tranſmiſſo, venit ad Batnas, municipium Oſdroënæ, ibi illætabile portentum offendit.* A priſcis Macedonibus conditum eſſe, idem teſtatur lib. XIV: *Batnæ municipium in Anthemuſia conditum, Macedonum manu priſcorum, ab Euphrate flumine brevi ſpatio diſparatur, refertum mercatoribus opulentis.* Optime obſervat Valeſius geminas olim Batnas fuiſſe, alias in Syria cis Euphratem, alias Oſdroënæ trans Euphratem ſatis celebres. Utrumque oppidum manifeſte diſtingui, ex Ant. Itinerario facillime probari poſſet.

1 Τὸ ἐθνικὸν Βατναῖος, διὰ τὸν χαρακτῆρα.] Noſter, quotieſcunque ultima voce utitur, intelligit peculiarem, & regioni ſolitum loquendi typum & formam. Verum non cenſeo terminationem in αῖος hujus regionis incolis familiarem fuiſſe. Hic error & ingens oſcitantia non Stephano, ſed potius Hermolao eſt imputanda, ſine judicio optima quæque exſtirpanti. Stephanum in genuino ſuo opere etiam aliud gentile ab hoc oppido formaſſe κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον καὶ χαρακτῆρα, evidentiſſime liquet in voce Χωχὴ, ubi noſter ita ſcribit: Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Χωχηνὸς, καὶ Χωχαῖος, ὡς τὰ προκείμενα χωρία Καῤῥαῖος Καῤῥηνὸς, Βατναῖος Βατνηνός. Itaque valde miror τὸ ἐθνικὸν Βατνηνὸς ſuo loco non inſertum fuiſſe, & licet nunc ordine ultimum conſpiciatur, habet tamen terminationem regioni ſolitam & familiarem.

2 Παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.] Dio Coccianus, quemadmodum Lycophronis Scholiaſtes perhibet, Narbonenſes appellavit Bebrycas, & ad Pyrenæos montes, Hiſpaniam à Gallia dividentes, collocat. Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει, γράφων οὕτω. τὴν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων, ἐστὶ τὸ Πυρήναιον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν. De iiſdem Europæis Bebrycibus alius eſt locus præſtantiſſimus apud eundem Lycophronis enarratorem hiſce verbis: Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Βέβρυκες ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρήνης (male in vulgatis Πειρήνης) καὶ Κεραυνίων ὀρῶν καὶ Ἰβηρίας κείμενον, οἱ καλοῦνται Ναρβωνῆσιοι. Marcianus Heracleota etiam eos Iberis vicinos ſtatuit, ita enim ille:

- - - - Εἶτ' Ἴβηρες οἱ προσεχεῖς.
Ἐπάνω τούτων δὲ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες.

Hæc regio à virgine quadam *Bebrycia* nomen accepit, cujus meminit Silius lib. III:

Nomen Bebrycia duxere à virgine colles.

Et mox ſequitur lib. eodem:

Jamque per & colles & denſos abiete lucos.
Bebryciæ Pœnus fines tranſcenderat aulæ.

3 Περὶ δὲ τῆς ἐν Ἀσίᾳ, διάφοροι &c.] Quemadmodum incertum eſt, unde Bebryces Aſiatici nomen traxere, ita quoque eorum habitatio vaga atque admodum incerta habetur: Nam quidam perhibent, eos agrum Trajanum incoluiſſe, inter quos Lycoph. Scholiaſta: Τὴν Τρῳάδα ποτὲ Βέβρυκες ᾤκησαν. ὅθεν καὶ Βεβρυκίαν (ita legendum eſt pro Βεβρυκηΐαν) αὐτὴν καλοῦσι, καὶ τὸ σῶζον παλαιὰν Βεβρύκων παρεκλησίαν. Apollonius Rhod. lib. II, Bebrycas & Amyci regionem ponit circa Boſporum in Propontide. Theocritus Idyll. XXII eós collocat ultra Boſporum in Bithyniæ littore, quod Pontus alluit, ut & Dionyſius Periegetes. Apollonii Scholiaſt. ad lib. II refert, eos loca quædam circa Epheſum & Magneſiam incoluiſſe, præterea ex Charone addens, Lampſacenorum regionem Bebryciam nuncupatam fuiſſe. Hæc ſunt ejus verba: Κατῴκησαν δέ τινες τῶν Βεβρύκων καὶ περὶ τὴν Λυδίαν ἐν τοῖς πλησίον Ἐφέσου τε καὶ Μαγνησίας τόποις. Χάρων δέ φησι, καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων. τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισται διὰ τοὺς γενομένους πολέμους, καθάπερ καὶ ἄλλων ἐθνῶν. Strabo lib. XII conjicit, Bebrycas Thracas fuiſſe, ubi quoque varias de Bebrycibus opiniones recenſet.

4 Ἢ ἀπὸ Βεβρύκης.] Bebrycæ genealogiam fuſius deſcribit Euſtathius in comment. ad Dionyſii Periegeſin, ſcilicet fuiſſe Ægypti fratris filiam: τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Βεβρυκίαν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ Βεβρύκης Αἰγύπτου μὲν ἀδελφόπαιδος, μίαν δὲ τῶν θυγατέρων Δαναοῦ, ἀδελφὴν τῆς Ὑπερμνήστρας &c. διὸ καὶ Βεβρύκην ἢ Βεβρυκίαν ἀπ' αὐτῆς κληθῆναι τὴν χώραν εἰς ἣν ἔφυγε. Verum Etymologici Magni Auctor Bebrycum appellationem deducit ἀπὸ τοῦ βρύχειν quod *fremere* & *frendere* denotat: Futurum hujus verbi eſt βρύξω, unde βρὺξ & per ἀναδιπλασιασμὸν Βέβρυξ. Fortaſſis à voce βρὺξ deductum eſt Belgicum & Germanicum *Bruſch*, quo homo moroſus & frendens denotatur.

5 Καὶ Βεβρυκία.] Latino ore Bebrycum regio *Bebrycia* dicitur. Hyginus cap. XVII: *Amycus Neptuni & Melies filius, Bebryciæ rex.* Vide quoque Servium ad lib. V Æneid.

6 Βέλβινα, πολ. Λακων. Παυσανίας ὀγδόῳ.] In tota Pauſaniæ Periegeſi τῆς Ἑλλάδος hujus oppidi memoria non reperitur. Aut Stephanus in vitioſum incidit codicem, aut locum non recte tranſcripſit, aut hodiernæ editiones ſunt emendandæ, in quibus lib. VIII nunc legitur Βελεμῖνα. Λέγουσι μὲν δὴ οἱ Ἀρκάδες τὴν Βελεμίναν τῆς σφετέρας οὖσαν τὸ ἀρχαῖον ἀποτεμέσθαι Λακεδαιμονίους. Parum abeſt quin τὸ Βελεμίναν in Pauſania expungam, inductus auctoritate Plutarchi, qui ipſa de hac *Belbina*, & controverſia inter Lacedæmonios & Arcadas agitata, mentionem facit, ita enim ille in Agid. & Cleom. Ἐκ τούτου Κλεομένην πρῶτον οἱ ἔφοροι πέμπουσι καταληψόμενον τὸ περὶ τὴν Βελβίναν Ἀθήναιον. ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστὶ, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἦν ἐπίδικον.

7 Ἀρτεμίδωρος νῆσον αὐτὴν φησι.] Tanta mentis ſtupiditate Artemidorum laboraſſe non exiſtimo, ut ille ſibi perſuaſerit locum iſtum Laconiæ inſulam fuiſſe, aut inſulam hoc nomine circa Laconicum littus extitiſſe. Belbina inſula non procul ab Ægina ſita eſt: Strab. lib. VIII: Νησίδια δὲ πρόκειται πολλὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ. Βέλβινα δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα.

8 Τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης &c.] Malim: τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης vel hoc modo: Βελβινάτης, ὡς Αἰγινάτης.

ΒΕΛΓΙΚΗ[9], ἡ χώρα, ὡς Βαιτική, προσεχὴς τῆς Γερμανίας. ὁ οἰκήτωρ, Βελγικὸς, ὡς Ἀττικός. ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ Βέλγη, ὡς Ἀκτὴ Ἀττική. [10] τὸ θηλυκὸν Βελγεία, ἡ χώρα. A

ΒΕΛΗΔΟΝΙΟΙ, ἔθνος παρ' Ὠκεανῷ. Παρθένιος ἐν Δήλῳ, B

[11] Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων τοῦ πόρρω ἄκρα Βεληδονίων.

ΒΕΛΙΤΑΝΟΙ, οἱ αὐτοὶ τοῖς Λυσιτανοῖς, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν τρίτῃ γεωγραφουμένων. C

ΒΕΛΙΤΡΑ[12], πόλις Ἰταλίας, [13] οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω, [14] ὡς φησι Φλέγων ὀλυμπιάσιν ἑκατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι. [15] τὸ ἐθνικὸν Βελιτριανὸς, τῷ ἔθει τῆς χώρας. D

ΒΕΛΩΝ[16], πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Βαιτικῇ τῆς Ἱσπανίας. ὁ πολίτης, Βελώνιος.

ΒΕΜΒΙΝΑ, κώμη τῆς Νεμέας. Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον, καὶ πόλιν φησίν. ὁ πολίτης, [17] Βεμβινήτης, ὡς Σταγειρίτης. παρὰ δὲ Ῥιανῷ, E

BELGICA, uti Bætica, regio Germaniæ proxima, cujus incola Belgicus, uti Atticus. Derivatum videtur à voce Belge, uti ab Acte Attice. Belgia etiam genere fœminino de regione uſurpatur.

BELEDONII, gens juxta Oceanum, cujus meminit Parthenius in Delo.

Neque remotorum promontorium Beledoniorum.

BELITANI, ſic ipſi Luſitani appellantur, uti perhibet Artemidorus libro tertio Geographicorum.

BELITRA, urbs Italiæ non procul à Roma, uti inquit Phlegon Olympiade centeſima ſeptuageſima quarta. Gentile, Belitrianus, ex regionis conſuetudine.

BELÔN, urbs & fluvius in Hiſpania Bætica, cujus cives Belonius.

BEMBINA, vicus Nemeæ. Hellanicus vero Bembinum, & oppidum appellat, cujus oppidanus Bembinetes, uti Stagirites. Apud Rhianum

νάτης. Vide in voce Αἴγινα. In Βίλβινα, quam Perſicam urbem ſtatuit, etiam legitur Βιλβινάτης, ὡς Αἰγινάτης: Apud Stobæum Serm. XXXVIII Βελβινήτης occurrit, quod ab inſula Belbina formatum videtur: Καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅτι Κύπελος, ὁ Μυκόνιος, ὁ Βελβινήτης. Ita emendavit vir doctus pro Βελβινθείτης.

9 Βελγικὴ, ἡ χώρα.] Male in Aldina, & quæ illam excepit Florentina: Βελβικὴ, ἡ χώρα.

10 Τὸ θηλυκὸν Βελγεία, ἡ χώρα.] Ita libri MSS & Xylandriana quam ſequimur: peſſime in aliis legitur: τὸ θηλυκὸν Βελγαία ἡ χώρα.

11 Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων τοῦ πόρρω ἄκρα Βεληδονίων.] Codex Voſſ. Οὐ δ' ἀπιλίτων πόρρω. Verum hæc lectio eſt maxime depravata, ut & codicum vulgatorum. Optime incomparabilis Salmaſius in margine ſui libri legendum exiſtimat: Οὐ δ' ἀποτηλίτων ἄκρα Βεληδονίων. Eſt verſus pentameter, optime ſuis numeris conſtans. Ἀποτηλίτους Βεληδονίους vocat *extremos* & *longe poſitos*: illud enim τοῦ πόρρω gloſſema eſt hominis cujuſdam ſtudioſi, qui explicabat ἀποτηλίτων, τοῦ πόρρω.

12 Βέλιτρα.] Editiones Xylandrianam præcedentes. Βέλετρα, πόλις Ἰταλίας. Exiſtimat Cluverius à quo non diſſentio, olim Stephano fuiſſe ſcriptum Βελίτραι: cum omnibus aliis auctoribus oppidum numero plurativo dicatur. Livius lib. VI: *Ad Velitras* pugnatum eſt. Deinde: *Obſidebantur Velitræ.* Dionyſius Hal. lib. VII: Ἐδήλωσε δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς ἡ πόλις ἐπιφανὴς τῶν Οὐολούσκων (Οὐελίτραι ὄνομα αὐτῇ) μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος. Vide quoque Suetonium in Auguſt. Zonar. Anal. lib. II, & alios, quos citat Cluverius in Ital. ant. deſcriptione.

13 Οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω.] A Roma diſtat XX mil. paſſ. in eurum, Privernum verſus. Cluverius teſtatur ſe hoc intervallo deprehendiſſe XXIV mil. paſſ.

14 Ὡς φησι Φλέγων ὀλυμπιάσιν ἑκατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι.] Subolfecit Cluverius in hiſce verbis aliquid latere, quod à mala manu erat: nihilominus tamen hunc locum emendando multo vitioſiorem reddidit, Olympiadum numerum, qua Phlegon de hoc oppido mentionem facit, ad ſtadiorum intervallum ineptiſſime detorquens, ita enim ille: ὡς φησι Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσιν, ἢ ἑκατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι σταδίοις. Quotieſcunque Phlegon à Stephano citatur, toties ferme à tranſcriptoribus miſerrime depravatur, uti obſervatum Salmaſio ad Ælium Spartianum, ubi plurima loca reſtituit, & inter alia etiam hunc, de quo nobis eſt ſermo. Ὡς φησι Φλέγων Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ. In voce Ταρρακίνη optime omnium Phlegon allegatur. Ταρρακίνη, πόλις Ἰταλίας· Φλέγων, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐννάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως τῶν προσαγορευσάντων ἀντιπροσαγορεῦσαι, ἐφ' οἷς τοὺς μάντεις προσαγορεῦσαι ὄλεθρον. Hunc locum adducebat Salmaſius, ut appareret quale fuerit argumentum librorum Olympiadum Phlegontis: nam ſub quaque Olympiade, quid toto orbe geſtum eſſet recenſebat, prodigia præcipue & monſtra, reſque alias mirabiles memorabileſque. Verum hoc obiter addam, etiam Luc. Holſtenium in commentariis ſuis ad Stephanum Byzant. (quæ etiam nunc lucem publicam deſiderant) oſtendiſſe, hæc à Cluverio peſſime & inepte eſſe correcta, ut ipſe teſtatur in Annotationibus ad Philp. Cluv. Italiam antiquam pag. 214.

15 Τὸ ἐθνικὸν, Βελιτριανός.] Licet Stephanus ſolitum regioni morem teſtetur, nihilominus tamen credit Cluverius, hoc gentile vitiatum eſſe, & pro eo Stephanum potuiſſe ſcribere Βελιτρῖνος. Sueton. in Aug. cap. XCIIII: *Qua fiducia VELITRINI & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius pene ad exitium ſui cum pop. Rom. belligeraverunt.* Apud Plin. lib. III cap. V gentile nomen eſt VELITERNUS, ut & Valer. Max. lib. IX cap. V: & Livium lib. VI & lib. XXXII. Similiter apud Diodor. lib. XIV Οὐελιτρῖνοι, & Plut. in Coriolano Οὐελιτρανοί.

16 Βελὼν, πολ. καὶ ποτ. ἐν τῇ Βαιτικῇ.] Marcianus Heracleota in deſcriptione Hiſpaniæ Bæticæ de hoc oppido fluvioque verba facit: Ἀπὸ δὲ Μενλαρίας εἰς Βελῶνα πόλιν στάδια οὐ πλεῖον ρμ'. οὐκ ἧττον στάδια ρ'. ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ Τουρδούλων ἔθνος. ἀπὸ δὲ Βελῶνος πόλεως εἰς Βελῶνος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδια οὐ πλεῖον οε', οὐκ ἧττον στάδια ν'. Apud Ptolemæum lib. I cap. IV etiam Belonis fluvii & oppidi memoria reperitur, ſed monet Cl. Voſſius ibi male Βαίλων ſcriptum eſſe. Pomp. Mel. lib. II cap. VI: *Tum Mellaria, & Belo, & Beſippo, uſque ad Junonis promontorium oram freti occupat.* A Belone potiſſimum trajiciebatur ad Tingin Mauritaniæ, uti auctor eſt Strabo lib. III. Plinius lib. V cap. I, etiam de Tingi & trajectu loquens, hæc habet: *Abeſt à Belone oppido Bæticæ proximo trajectu* XXX. M. *paſſ.* Marcianus Capella lib. VI etiam meminit civitatis Velonenſis in Bætica, quam coloniam dicit Mauritaniæ Cæſarienſis.

17 Βεμβινήτης, ὡς Σταγειρίτης.] Sic libri ſcripti & editi omnes: fortaſſis reponendum: ὁ πολίτης, Βεμβινίτης, ὡς Σταγειρίτης.

Ῥιανῷ, Βεμβινάτης. [18] ἔοικεν οὖν Αἰγινάτης A καὶ Αἰγινήτης κατὰ τροπὴν, ὡς Πανύασις ἐν Ἡρακλείας πρώτῃ,

Δέρματι θήρειον [19] Βεμβινήταο λέοντος.

[20] Καὶ ἄλλως·

Καὶ Βεμβινήταο πελώρου δέρμα λέοντος. B

Τὸ ἐκ τόπου ἐπίῤῥημα, Βεμβίνηθεν. καὶ εἰς τόπον, Βεμβίναδε.

BENEBENTO'Σ [21], χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. οἱ δὲ, [22] ὅτι κτῆμα Διομήδους, [23] ἢ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο. [24] τὸ ἐθνικὸν, Βε- C νεβεντῖνος. [25] ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, διὰ τοῦ δ, ἧς τὸ ἐθνικὸν Βενεβενδεύς.

BE'NNA, πόλις Θρᾴκης, καὶ δι' ἑνὸς ν, καὶ διὰ δύο. καὶ ἡ γραφὴ διάφορος, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ε, ὅπερ κρεῖττον. [26] τὸ ἐθνι- D κὸν, Βένναι· καὶ ὁ Βεννικὸς κόλπος. εἴρηται καὶ Βεννική. λέγονται καὶ Βεννάσιοι, οἱ αὐτοί.

BENNAMI'A [27] βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη, ἧς οἱ βουλευταὶ Βέννιοι, ὡς Ἔφορος. [28] ὅτι Ἄνδροκλος ὁ κτίσας Ἔφεσον, E [29] οὗτος Πριηνεῦσι βοηθήσας, ἐτελεύτησε, καὶ

Rhianum vero Bembinates invenitur, ſecundum quam mutationem etiam Æginates & Æginetes dicitur, uti Panyaſis perhibet libro I de Heraclea:

Pelliſque belluina leonis Bembinetæ.

Et aliter:

Et pellis prodigioſi Bembinatæ leonis.

Hinc adverbium de loco, ex Bembina; & ad locum: ad Bembinam.

BENEVENTUS, prædium Diomedis in Italia. Quidam exiſtimant, quod Diomedis poſſeſſio etiam Maleventus diceretur. Gentile, Beneventinus. Eſt item alia Campaniæ urbs, quæ per Δ ſcribitur, cujus gentile, Benebendenſis.

BENNA, urbs Thraciæ. Scriptura vocis varia eſt, vel cum ſimplici & duplici N: vel per diphthongum, & E ſimplex, quod melius eſt. Gentile, Bennæus. Hinc ſinus Bennicus. Dicitur quoque Bennica. Et iidem Bennaſii vocantur.

BENNAMIA, una ex quinque Epheſinis curiis, cujus ſenatores appellantur Bennii, uti Ephorus auctor eſt. Quum Androclus, qui Epheſum condidit, Prienenſibus auxilium ferens, &

18 Ἔοικεν οὖν Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης.] Variis modis à voce Αἴγινα formatur τὸ ἐθνικόν. Cum in illa voce eſſem occupatus, nihil de ejus gentilibus dixi. Deducuntur inde quatuor gentilia: in nummo quodam Goltzius luſtravit Αἰγινέων, ab Αἰγινεὺς factum, quod etiam noſter agnoſcit ſuo loco. Præterea hic habemus τὸ Αἰγινάτης & Αἰγινήτης. Et in voce Βέλβινα reperitur Αἰγινίτης. Verum quatuor hæ τοῦ ἐθνικοῦ terminationes, utrum apud idoneos auctores ſint in uſu, nihil habeo quod dicam.

19 Βεμβινήταο λέοντος.] Hæc de leone Nemæo, bellua in mythologorum ſcriptis decantatiſſima, dubio procul intelligenda ſunt. Belluæ in antiquorum ſcriptis duabus appellationibus inſignitæ quandoque nobis occurrunt, quarum alteram à regione in qua natæ ſunt, alteram à loco in quo degunt, vel quem atroci ferocitate devaſtarunt, accepere. Aper ille qui Calydonium agrum vaſtavit, non ſolum Calydonius, verum etiam Oetæus dicebatur ab Oeta monte circa Macedoniam ſito, uti Soterichus apud Lycophronis Scholiaſt. in Calydoniacis auctor eſt. Ita fortaſſis etiam huic leoni duplex nominatio obtigit, vel quod hunc Nemeæ vicum atroci immanitate divexaverit, vel quod ibi ut plurimum tranſegerit. Strabo lib. VIII: Ἐνταῦθα δὲ καὶ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος, καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμαῖον λέοντα μυθευόμενα, καὶ ἡ Βέμβινα κώμη.

20 Καὶ ἄλλως.] Hinc liquet evidenter in utroque verſiculo τὸ Βεμβινήταο non eodem prorſus modo eſſe legendum, quemadmodum omnes editi & ſcripti exhibent, verum uno in loco Βεμβινάταο, & altero Βεμβινήταο, uti teſtatur noſter κατὰ τροπὴν dici Αἰγινάτης & Αἰγινήτης.

21 Βενεβεντὸς, χωρίον Διομήδους.] De ſitu & rebus aliis ad hunc locum ſpectantibus legatur Cluverius.

22 Ὅτι κτῆμα Διομήδους.] Salmaſius in Plinianis Exercitationibus hunc locum citans, habet κτίσμα Διομήδους, de qua mutatione in margine ſui libri nullam mentionem facit. Libri MSS & editi conſtanter legunt, οἱ δὲ, ὅτι κτῆμα Διομήδους.

23 Ἢ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο.] Livius lib. IX: *Omiſſo certamine, cæſi captique Samnites; niſi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen eſt, perfugerunt.* Alia loca apud Cluverium invenies. De origine hujus vocis ſpecioſam admodum conjecturam videſis apud Salmaſium in Solinum pag. 64.

24 Τὸ ἐθνικὸν, Βενεβεντῖνος.] Oppidani inde erant BENEVENTANI, uti obſervat Cluverius. Livius lib. XXIV: *Beneventani omnes turba effuſa quum obviam ad portas exiſſent, complecti milites, gratulari, vocare in hoſpitium.*

25 Ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, διὰ τοῦ δ.] Salmaſius reprehendit Stephanum Beneventum in Campania collocantem, diverſum ab oppido quod jam nominavit. Βενεβεντὸς & Βενεβενδὸς plane idem: ut Βρεντήσιον & Βρενδήσιον dupliciter ſcribebatur.

26 Τὸ ἐθνικὸν, Βένναι.] Locus ſuſpectus de mendo. Legendum fortaſſis: Τὸ ἐθνικὸν, Βενναῖος. Ita enim à Κάννα deducitur Κανναῖος.

27 Βενναμία, βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη.] Sic legunt libri MSS & editi omnes: & quanquam evidentiſſimum ſit, tranſcriptores hunc locum mirifice contaminaſſe, non tamen ſuſtinui probabilem conjecturam, & forte veriſſimam, textui inſerere. Totus locus hunc in modum eſt conſtituendus: Βέννα, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε. Non teram tempus in aſſerenda hac lectione, tantum apponam ipſiſſima noſtri auctoris verba, quæ eadem hac ſectione leguntur: Ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι. &c. Hinc ſatis apparet *Bennam* fuiſſe unam, (non vero quintam) ex quinque Epheſinis curiis.

28 Ὅτι Ἄνδροκλος ὁ κτίσας Ἔφεσον.] Mirum eſt profecto Epitomatorem in ſequentibus, ubi Epheſi deſcriptionem exhibet, nulla omnino de Androclo, qui coloniarum ad eam urbem tendentium dux fuerit, verba feciſſe. Unde apparet nos optimi ſcripti peſſimam habere Epitomen, eandemque negligenter & oſcitanter ab Hermolao eſſe confarcinatam. De Androclo meminit Strabo lib. XIV: Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Βασιλέως Ἀθηνῶν. γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην.

29 Οὗτος Πριηνεῦσι βοηθήσας ἐτελεύτησεν.] Temporibus Androcli Leleges Carici nominis, illum circa Epheſum & Prienen tractum incolebant. Androclus Jonum dux primo Lelegas & Lydos in ſuperiori Epheſi parte habitantes, inde ejecit. Poſtquam etiam Samiis Samon ademiſſet, Prienenſibus contra Caras auxilium tulit, in qua pugna ipſe cum multis Epheſiis occubuit. Tota hiſtoria, quam noſter leviter tangit, extat apud Pauſaniam lib. VII: Σαμίων δὲ ἤδη κατεληλυθότων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα Πριηνεῦσιν ἤμυνεν ἐπὶ τοὺς Κᾶρας ὁ Ἄνδροκλος, καὶ νι-

καὶ πολλοὶ Ἐφέσιοι σὺν αὐτῷ. οἱ οὖν καταλειφθέντες Ἐφέσιοι, ἐστασίασαν κατὰ τῶν Ἀνδρόκλου παίδων. καὶ βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, ἐκ Τέω καὶ [30] Καρίνης ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι· [31] οἱ δ' ἐν Εὐωνύμῳ τῆς Ἀττικῆς, Εὐώνυμοι. οὓς δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ κατέλαβον, Ἐφεσίους φασί· τοὺς δ' ὕστερον ἐπήλυδας, Τηΐους, καὶ Καριναίους ἀποκαλοῦσι.

A & plurimi Epheſiorum cum ipſo interiiſſent: ſuperſtites Epheſii adverſus Androcli filios ſeditionem moverunt; & cupientes contra illos ſuppetias, ex Teo & Carina colonias adepti ſunt, à quibus, Epheſi geminæ ex quinque inſtitutis curiis, ſic cognominantur. B Qui enim in Benna, Bennii, qui vero in Euonymo Atticæ ſunt, Euonymi appellantur. Colonos ſtatim in principio Epheſi natos, Epheſios nominant: qui vero deinde advenere Teïos & Carinæos vocant.

ΒΕΡΓΕΠΟ'ΛΙΣ [32], Ἀβδηριτῶν. τὸ ἐθνικὸν, Βεργεπολίτης. C

BERGEPOLIS, Abderitarum opus. Gentile, Bergepolita.

ΒΕ'ΡΓΗ, πόλις Θράκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ· τὸ ἐθνικὸν, Βεργαῖος. Στράβων δὲ κώμην αὐτὴν λέγει, [33] ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀντιφάνης, ὁ κωμικός. ἄπιστα δὲ οὗτος συνέγραψεν, ὥς φασιν. D ἀφ' οὗ καὶ παροιμία, Βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. [34] λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς.

BERGE, urbs Thraciæ, ad Cherroneſum. Gentile, Bergæus. Hanc Strabo vicum appellat, ubi Antiphanes Bergæus comicus natus eſt, quem incredibilia conſcripſiſſe perhibent. Hinc proverbium, Bergaïzare, pro nihil veri dicere. Uſurpatur quoque Bergium diminutive.

ΒΕΡΕΝΙ'ΚΑΙ, πόλεις ἕξ. πρώτη, [35] ὑπὸ Πύρρου τοῦ νεωτέρου κτισθεῖσα. [36] δευτέρα, E ὑπὸ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου· τρίτη, ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. τετάρτη, ἡ πρότερον Χῖος. πέμπτη, ἐν Κιλικίᾳ. [37] ἕκτη, Λιβύης, ἡ πρότερον Ἑσπερίς. ἐκλήθη δὲ Βερενίκη, ἀπὸ τῆς Πτολεμαίου γυναικὸς Βερενίκης. ὁ πολίτης, F Βερενικεύς. εὕρηται καὶ Βερενίκεια. [38] λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Βερενικιάδαι. ἔστι καὶ [39] ἄλλη περὶ Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι.

BERENICÆ, ſex hoc nomine urbes exiſtunt. Prima à Pyrrho juniore condita eſt. Secunda à Ptolemæo Philadelpho. Tertia in Troglodytica. Quarta prius Chios appellabatur. Quinta, Ciliciæ. Sexta, Libyæ, olim Heſperis dicta: verum Berenice vocata eſt ab uxore Ptolemæi, cui Berenice nomen erat. Cives, Berenicenſis. Invenitur quoque Berenicea. Et patronymice Bereniciadæ appellantur. Eſt item alia circa Syriam, quam Pellam nuncupant.

BE-

καὶ νικῶντος τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. Hujus cadaver ſublatum ab Epheſiis, intra ſuos fines ſepulturæ mandatum eſt.

30 Καρίνης.] Secundum Epitomatorem ſcribendum eſſet Καρήνης, & in fine hujus ſectionis Καρηναίους pro Καριναίους. Oppidi nomen ex Herodoto & Cratero de Decretis Καρήνη fecit: ſed Herodoti codd. agnoſcunt Καρίνη, uti poſtea oſtendemus.

31 Οἱ δ' ἐν Εὐωνύμῳ.] Vide noſtrum in voce Εὐωνυμία.

32 Βεργεπόλις, Ἀβδηριτῶν.] Hunc locum miſerrime eſſe truncatum, nemo non videt, licet conſtanter in omnibus editis & MSS ſic legatur. Ego cenſeo eſſe ἀπεσπασμένον ſectionis ſecuturæ, & ante τὸ Ἀβδηριτῶν vel excidiſſe τὸ κλίσμα, vel χωρίον, vel ſimile quid.

33 Ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀντιφάνης, ὁ κωμικός.] Antiphanes Bergæus, qui incredibilia ſcripſit, non eſt confundendus cum Antiphane comico, uti optime monet Cl. Valeſius: nam præterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, ſed Cio, aut ut quidam ajunt, Rhodo, certe non ejuſmodi poëta fuit, ut in exemplum inſignis ſtultitiæ ſumeretur: quæ enim ſuperſunt illius fragmenta apud Athenæum, longe aliud teſtantur. Ipſi Stephano videtur hæſiſſe animus, utrum τὰ ἄπιστα Antiphani comico, an vero alii ejuſdem nominis adſcribenda ſint, quia addit: Ἄπιστα δὲ οὗτος συνέγραψεν, ὥς φασιν. Antiphanem quendam Bergæum incredibilia, & falſa ſcripſiſſe teſtantur Strabo lib. I. Polyb. de Virtutibus & Vitiis: Marc. Heracleota in Epitome undecim librorum Artemidori: Suidas & alii.

34 Λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς.] Vide quæ hac de re ad vocem Βαβράντιον fuſius diximus.

35 Ὑπὸ Πύρρου τοῦ νεωτέρου κτισθεῖσα.] Quod hic nihil omnino de ſitu urbis tradatur, hoc potius Hermolao Epitomatori, quam Stephano eſt imputandum. Exiſtimo in Epiri Cherroneſo urbem hoc nomine à Pyrrho conditam eſſe, referente Plutarcho in ejus vita, hiſce verbis: Μεμνημένος δὲ Βερενίκης καὶ Πτολεμαίου, παιδίον μὲν αὐτῷ γενόμενον ἐξ Ἀντιγόνης, Πτολεμαῖον ὠνόμασεν, οἰκίσας δὲ πόλιν ἐν τῇ χερρονήσῳ τῆς Ἠπείρου, Βερενικίδα προσηγόρευσεν.

36 Δευτέρα ὑπὸ Φιλαδέλφου &c.] De ſecundæ Berenicæ ſitu ne γρὺ quidem tradit noſter. Certum eſt unam fuiſſe ex quatuor, quæ ſinui Arabico adjacent. Prima inter Heroopoliticum promontorium & Strobilum ſita eſt, cujus præter Melam unus meminit Joſephus lib. VIII Antiq. obſervante Cl. Voſſio, ubi de claſſe Salomonica agit, quam perhibet in portu Aſiongaber ædificatam eſſe, qui ſua ætate Berenice appellabatur. Alteram collocant geographi in Troglodytica ſub ſolſtitiali circulo, uti liquet ex Plinio lib. II cap. III. Tertia *Epidires* dicitur, quia ſita eſt in intimo Arabici ſinus receſſu. Plinius etiam quartam addit, & Πάγχρυσον appellatam ſcribit lib. VI cap. XXIX. Hæc fortaſſis illa eſt, quæ Stephano quarto loco male Χῖος pro Πάγχρυσος dicitur. Videſis Cl. Voſſium ad Melam pag. 228 & ſequent.

37 Ἕκτη, Λιβύης, ἡ πρότερον Ἑσπερίς.] Ita hunc locum ex Voſſiano cod. ſupplere placuit: omnes editi vocem Λιβύης non agnoſcunt. Hæc eſt Cyrenaïca illa, de qua Plinius lib. V cap. V. Vide quoque in Ἑσπερίς.

38 Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς.] De patronymicis appellationibus alibi egimus. Vide ad vocem Ἀθῆναι.

39 Ἄλλη περὶ Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι.] Hanc Stephanus in voce Πέλλα Cavæ Syriæ attribuit, & olim *Butim* nominatam perhibet. Euſtathius in commentariis ad Dionyſii Periegeſin: Ἥτις καὶ Χερρόνησος ποτὲ ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ἐκεῖ ὑδάτων ἐκλήθη. Καὶ Πέλλα δὲ ὠνομάσθη πρὸς τῶν αὐτόθι Μακεδόνων, διὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Πέλλαν, τὴν τοῦ Φιλίππου πατρίδα. Hæc illa Pella eſt, quæ alio no-

ΒΕΡΕΚΥΝΤΟΣ [40], γενικὴ τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου. [41] ἔστι δὲ πόλις Φρυγίας. καὶ ἡ χώρα Βερεκυντία. ἦν γάρ τις Βερεκύντης, ἀφ᾽ οὗ ἡ Βερεκυντία χώρα. καὶ [42] τὸ ἐθνικὸν, Βερεκύνται ὁμοφώνως. A

ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΑΙ, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς. [43] δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι, προσέθεσαν δύο, Ἀντιγονίδα καὶ Δημητριάδα καλοῦντες. [44] ὕστερον δὲ Ἀτταλίδα καὶ Πτολεμαΐδα, διὰ τῶν ἐπωνύμων εὐεργετηθέντες βασιλέων. ὅθεν καὶ τὴν βουλὴν πεντακοσίων οὖσαν, ἑξακοσίων ἐποίησαν. ἑκάστη γὰρ φυλὴ πεντήκοντα εἶχεν, οἱ κατὰ μῆνα ἐπρυτάνευον. [45] ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Πτολεμαίου, ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι οἱ δημόται. καὶ ἄλλα γὰρ ἐξηνέχθη [46] πατρωνυμικῶς· Αἰθαλίδαι γὰρ, [47] καὶ Βουτάδαι. τὰ εἰς τόπον, εἰς Βερενικιδῶν φασι. τὰ δ᾽ ἐν τόπῳ, ἐν Βερενικιδῶν. B C D E

ΒΕΡΕΞ [48], ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός.

ΒΕΡΗΣ, πόλις Θρᾴκης, [49] ἀπὸ Βέρητος υἱοῦ Μακεδόνος. τὸ ἐθνικὸν Βερήσιος, ὡς Φαγρήσιος, Ἀδρυμήσιος. F

ΒΕΡΟΙΑ, πόλις Μακεδονίας, ἣν Φέρωνα κτίσαι φασίν· [50] αὐτοὺς δὲ τὸ φ εἰς β μεταποιεῖν, [51] ὡς Φαλακρὸν Βαλα-

A BERECYNTOS, genitivus à caſu recto inuſitato. Eſt autem urbs Phrygiæ cujus regio Berecyntia: olim enim Berecyntes quidam exſtitit, à quo regio Berecyntia nomen habet. Gentile, Berecyntæ, eadem terminatione effertur, qua primitivum.

B BERENICIDÆ, populus tribus Ptolemaïdis. Athenienſes enim decem tribus habentes, duas addiderunt, quas Antigonidem & Demetriadem appellabant: poſtea vero Attalidem & Ptolemaïdem, quia reges iſtius C nominis in eos beneficia contulerant. Hac de cauſa quoque ſenatum ante quingentorum virorum, uſque ad ſexcentorum numerum adauxerunt: nam unaquæque tribus quinquaginta ex ſe viros eligebat, qui ſingulis menſibus in Prytanæo magiſtratum gerebant. Populares à Bere- D nice Magæ filia, Ptolemæi autem uxore, Berenicidæ appellantur. Sunt & aliæ tribus, quæ patronymice efferuntur, quemadmodum Æthalidæ & Butadæ. Hinc formantur adverbia loci, quæ ad Berenicidas & in Berenicidis denotant. E

BEREX, gens inter Indiam & Æthiopiam, cujus Timocrates Adramyttenus meminit.

BERES, urbs Thraciæ, quæ à Berete Macedonis F. nomen habet. Gentile, Bereſius, uti F Phagreſius, Adrymeſius.

BEROEA, urbs Macedoniæ, quam Pheronem condidiſſe tradunt. Incolæ Φ in Β tranſmutare ſolent, quemadmodum pro Phalacrum Bala-

mine etiam Apamea nominabatur, de qua in præcedentibus. Vide Voſſium ad Melam pag. 142.

40 Βερέκυντος, γενικὴ τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου.] Optime noſter hanc vocem ſine aſpiratione ſcripſit in fine, ſecutus exemplum Strabonis, Heſychii & aliorum. Servius ad lib. IX Æneid. *Mater Deum à monte Phrygiæ Berecynto, cujus ultima ſyllaba caret aſpiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus.* Dicam ad vocem Δωδώνη quid ſit τὸ ἄῤῥητον, ubi eodem utitur Stephanus: Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, ταύτης ἀῤῥήτου ὡς πεπονθυίας.

41 Ἔστι δὲ πόλις Φρυγίας.] Servius ad lib. VI Æneid. perhibet eſſe caſtellum juxta Sangarium fluvium, ubi Mater Deûm colitur.

42 Τὸ ἐθνικὸν, Βερεκύνται.] Heſychius: Βερεκύνται, Φρυγῶν τι γένος, καὶ πρότερον Βερεκυντία ἡ Φρυγία, καὶ αὐλὸς Βερεκύντιος.

43 Δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι.] Antiquis temporibus apud Athenienſes quatuor tantum fuere tribus, ex quibus Cliſthenes, ut populo placeret, decem effecit, teſte Herodoto lib. V. Reſpicit hunc Herodoti locum Pauſanias in deſcriptione Atticæ: Ὅστις δὲ ἀντικατέστησαν δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι, καὶ μετέθετο σφίσι τὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ ταῦτα ἐστὶν εἰρημένα.

44 Ὕστερον δὲ Ἀτταλίδα καὶ Πτολεμαΐδα.] De Attalo & Ptolemæo mentionem facit Pauſanias loco jam citato: recenſitis enim priſcorum heroum nominibus, à quibus Athenienſes tribubus appellationes indiderant, ita pergit: Ὕστερον καὶ ἀπὸ τῶνδε φυλὰς ἔχουσιν, Ἀττάλου τοῦ Μυσοῦ, καὶ Πτολεμαίου τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ κατ᾽ ἐμὲ ἤδη βασιλέως Ἀδριανοῦ τῆς τε ἐς τὸ θεῖον τιμῆς ἐπιπλεῖστον ἐλθόντος.

45 Ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς &c.] Magas rex fuit Cyrenarum, de quo Juſtinus lib. XXVI cap. III. Verum in vulgatis legitur *Agas*, quod viri docti emendarunt. Polyb. lib. V. & in Excerpt. de Virt. & Vitiis. Polyænus lib. II Stratag. Et Athenæus lib. XII, tradens ipſum à pinguedine ſuffocatum eſſe. Hujus filiam Berenicen Ptolemæus Philopator uxorem habuit, uti ex Juſtino, & aliis liquet.

46 Πατρωνυμικῶς.] Ita placuit reſcribere ex libris MSS. Male omnes editi πατρωνυμικὸν exhibent.

47 Καὶ Βουτάδαι.] Xylander, quem ſequimur, optime ſic curavit edi: Aldina editio, Florentinaque perperam: Βουπάδαι. Vide Stephanum de hac voce ſuo loco.

48 Βέρεξ, ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας.] Exiſtimat Cl. Voſſius in obſervat. ad Melam, hanc gentem male ſic à Stephano appellari pro Βέχειρες. Pomp. Melæ *Bechiri* dicuntur, ita enim ille lib. I cap. XIX. *Deinde minus feri (verum & hi inconditis moribus) Macrocephali, Bechiri, Buzeri.* Indiam & Æthiopiam intelligit noſter circa Pontum Euxinum, uti idem Voſſius loco jam allegato indicat. Etiam hujus gentis mentio reperitur apud Dionyſium de Situ Orbis:

Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

49 Ἀπὸ Βέρητος υἱοῦ Μακεδόνος.] Idem hic eſt Beres, de quo proxima ſectione fit mentio.

50 Αὐτοὺς δὲ τὸ φ εἰς β μεταποιεῖν.] Hunc locum non parum illuſtrant verba Etymologici Mag. Auctoris, ubi de hac civitate ita ſcribit: Βέρροια, πόλις Μακεδόνων, ἣν φασὶν ἀπὸ Φέρητός τινος κτισθεῖσαν. Φέρροια, καὶ κατὰ Μακέδονας Βέρροια, τροπῇ τοῦ φ εἰς β, ὡς Φερενίκη Βερενίκη, ἡ γυνὴ τοῦ πατρὸς Πτολεμαίου· καὶ τὴν κεφαλὴν κεβαλὴν λέγουσι. Addam præterea inſignem locum Plutarchi ex Quæſt. Græc. ubi docet Byſium menſem apud Delphos dici, qui Pyſius eſſet: Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ Φ τῷ Β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακέδονες (Βίλιππον γὰρ καὶ Βάλακρον καὶ Βερονίκην λέγοντες) ἀλλὰ ἀντὶ Π. καὶ γὰρ τὸ πατεῖν βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσι. ἔστι οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος.

51 Ὡς Φάλακρον Βάλακρον.] Abeſt à Palatinis codicibus τὸ Φάλακρον, uti ſcripſit Salmaſius in margine ſui libri. Balacri mentio fit apud Polyb. Legat. LXIX: ejus filius Pantauchus à Perſeo legatus eligitur, & ad Romanos cum Medone Berœæo mittitur.

Βάλακρον, καὶ Βίλιππον, [52] καὶ Βεβαλῖνον. A [53] ἄλλοι ἀπὸ Βεροίας, τῆς Βέρητος, τοῦ Μακεδόνος. [54] τὸ ἐθνικὸν, Βεροιαῖος. [55] ἔστι καὶ πόλις Συρίας, ἀφ᾽ ἧς Βασιανὸς ἄριστος ῥήτωρ. λέγεται καὶ Βερόη. [56] οἱ δ᾽ ἐγχώριοι, Βερόειαν. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βεροεύς. B

ΒΕ΄ΡΟΥΝΟΣ [57], ὡς Λούγδουνος, Ἰταλικὴ πόλις, [58] μεταξὺ τῶν Ὠρικῶν. τὸ ἐθνικὸν Βερουνήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος.

ΒΕ΄ΡΥΤΙΣ [59], Τρωϊκὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν Βερυτίτης, ὡς Ἄβοτις Ἀβοτίτης. C

ΒΕ΄ΣΒΙΚΟΣ [60], νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς [61] Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς πατρίδος νήσων, λέγων· Προκόννησος, [62] καὶ Φοίβη, καὶ Ἀλόνη, καὶ Φυσία, καὶ Ὀφιόεσσα, καὶ Βέσβικος, Γόνιμοι, καὶ Λιπάραι. D Ἀγαθοκλῆς δὲ ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου φησὶν, ὅτι κτίσμα ἐστὶ Φερσεφόνης, καὶ ὄνομα ἔχει γίγαντος. οἱ γὰρ γίγαντες ἀπορρήξαντες αἰγιαλοὺς, ἐκύλιον διὰ τῆς θαλάσσης, ἐγχῶσαι τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ῥυνδακοῦ ζητοῦντες. ἡ δὲ Κόρη E ἀγωνιῶσα περὶ Κυζίκου, τὰς πέτρας ἐρρίζωσε, καὶ νῆσον ἐποίησεν, ἥτις ἀφ᾽ ἑνὸς τῶν ὕστερον οἰκισάντων Πελασγῶν προσηγόρευται Βέσβικος, ἐφ᾽ ᾗ τοὺς λειπομένους τῶν Γιγάντων ἠφάνισε σὺν Ἡρακλεῖ. τὸ ἐθνικὸν, Βεσβικηνός. F

ΒΕΣΚΙ΄Α [63], πόλις Αὐσόνων. [64] τὸ ἐθνικὸν Βεσκιά-

Balacrum, Bilippum & Bebalinum. Alii cenſent à Berœa filia Beretis, qui Macedonis F. fuit, nomen habere. Gentile, Berœæus. Eſt item Syriæ civitas, unde Baſianus præſtantiſſimus rhetor originem habet. Aliquando etiam dicitur Beroë: indigenæ vero nominant, Beroëam. Gentile, Beroënſis.

BERUNUS, uti Lugdunus, Italica civitas inter Noricos. Gentile, Berunenſis, ut Lugdunenſis.

BERYTIS, urbs Troïca, cujus gentile Berytites, ſicuti Abotis Abotites.

BESBICUS, parva inſula circa Cyzicum, cujus meminit Diogenes Cyzicenus in primo ſeptem librorum, quos de patriæ ſuæ inſulis conſcripſit, ſic dicens: Proconeſus, & Phœbe, & Alone, & Phyſia, & Ophioëſſa, & Besbicus, Gonimi & Liparæ. Refert autem Agathocles libro primo de Cyzico, opus eſſe Proſerpinæ, & gigantis nomen habere. Gigantes enim, oras maritimas intercidentes, eas per mare devolvebant, hoc modo Rhyndaci oſtia implere conantes. Verum Proſerpina de Cyzico anxia, petras conſtabilivit, & inſulam fecit, quæ ab uno ex Pelaſgis poſtea hanc incolentibus, Besbicus appellatur, ubi reliquos gigantes cum Hercule interfecit. Gentile, Besbicenus.

VESCIA, Auſonum civitas. Gentile, Veſcia-

[52] Καὶ Βεβαλῖνον.] Hæc vox in mendo cubat, legendum videtur κεβαλῖνον, quod Macedones dixere pro κεφαλῖνον: ſic quoque κεβαλὴ pro κεφαλή. Eſtque κεφαλῖνος piſcis, quem alio nomine βέμβραν appellant, de quo Athenæus lib. VII.

[53] Ἄλλοι ἀπὸ Βεροίας, τῆς Βέρητος.] Eandem genealogiam noſter habet in voce Μίεζα ex Theagenis Macedoniacis: Βέρης γὰρ τρεῖς ἐγέννησε Μίεζαν, Βέρροιαν, Ὄλγανον. ἀφ᾽ οὗ ποταμὸς ὁμώνυμος, καὶ πόλις Βερόη.

[54] Τὸ ἐθνικὸν, Βεροιαῖος.] Apud Urſinum in æreo numiſmate conſpicitur hæc inſcriptio: ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Non video rationem quare Urſinus τὸ Βεροιεὺς, quod eſt apud Polybium Legat. LXIX, præferat, cum ab antiquis numiſmatibus, tanquam incorruptis teſtibus, gentilium nominum forma peti debeat. Utitur Philoſtorgius genitivo cum præpoſitione lib. IX cap. VIII: Δημόφιλος ἀπὸ Βεῤῥοίας.

[55] Ἔστι καὶ πόλις Συρίας.] Scio plures eſſe qui exiſtiment, hanc urbem eſſe recentiorum Aleppo, & Turcicum emporium celeberrimum, quod non facile mihi perſuaderi patiar, niſi litem de diſtantiis ad alias urbes ſublatam viderim.

[56] Οἱ δ᾽ ἐγχώριοι, Βερόειαν.] Sequimur Aldinam & Florentinam: male enim Xylander divulgaverat: οἱ δ᾽ ἐγχώριοι, Βερόει. γ. Idem etiam Salmaſius ad marginem ſui libri correxerat.

[57] Βέρουνος.] Lepidiſſima eſt fabula, quam Suidas de origine hujus urbis poſteris reliquit: Βηρούνιον, ὄνομα πόλεως. Νωρικοὶ γὰρ ἔθνος, ἔνθα συὸς χρῆμα θεόπεμπτον τὴν χώραν ἐλυμαίνετο. καὶ αὐτοὶ πάντες ἐπιχειροῦντες, οὐδὲν ἤνυον, μέχρι τις ἀνὴρ τὴν σῦν περιλείψας, ἐπὶ τοὺς ὤμους ἀνέθετο, οἷόν τι καὶ περὶ Καλυδωνίου μυθεύεται. οἱ δὲ Νωρικοὶ ἐπεβόησαν, εἷς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, τουτέστι Βὴρ οὖνος. ὅθεν ἡ πόλις Βηρούνιον ἐκλήθη. Vide porro Cluverium, ſitum & alia hanc urbem ſpectantia memorantem lib. I Ital. antiq.

[58] Μεταξὺ τῶν Ὠρίκων.] Sic habet MSS & libri editi. Cluverius jam olim emendaverat, μεταξὺ τῶν Νωρίκων, quod etiam à Salmaſio in margine ſui libri factum video: ſed primus omnium Ortelius hunc locum ita inſtauravit.

[59] Βέρυτις, Τρωϊκὴ πόλις.] Hactenus hic locus in vulgatis mutilus fuit. Ex codice Voſſiano τὸ πόλις addere placuit. Hæc eadem eſt urbs, quam Berithrum alio loco appellat. Βέρεθρος, πόλις Τρωϊκή. τὸ ἐθνικὸν, Βερέθριος.

[60] Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον.] Antiquis temporibus non erat inſula, ſed Bithyniæ adjuncta, uti refert Plinius lib. II cap. LXXXVIII.

[61] Διογένης ὁ Κυζικηνός.] A Suida Diogenes ſive Diogenianus appellatur: Διογένης ἢ Διογενιανὸς Κυζικηνὸς γραμματικὸς ἔγραψε περὶ πατρίας Κυζίκου. Ita hunc Suidæ locum emendat Salmaſius in margine ſui Stephani. Vulgati Suidæ codd. habent, ἔγραψε πατρία Κυζίκου.

[62] Καὶ Φοίβη.] Ejecto ſpurio, ſcilicet τὸ Φοινίκη, quod omnes editi agnoſcunt, antiquam & veram lectionem reduxi ex MSS Palatinis & Voſſiano. *Phœnice* enim nulla ratione inter inſulas circa Cyzicum jacentes, poni debet. De *Phœbe* circa Cyzicum egregius eſt locus apud Plinium lib. V cap. XXXII. *Inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris & Proconneſus dicta. Sequuntur Ophiuſa, Acanthus, PHOEBE, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido.* Phœnice ſita erat extra Helleſpontum prope Tenedum. Plinius lib. V cap XXXI: *Extra Helleſpontum adverſa Sigæo littori adjacet Tenedus, Leucophrys dicta, & Phœnice, & Lyrneſſos.*

[63] Βεσκία, πόλις Αὐσόνων.] Inter Maſſicum montem, teſte Cluverio, & Lirim amnem fuit urbs *Veſcia* & *Veſcinus* ager. Livio hic ager & urbs ſæpiſſime commemorantur. Lib. VIII: *Cæterum Auſonum gens, proditione urbium, ſicut Sora, in poteſtatem venit. Auſona & Minturnæ & Veſcia urbes erant.*

[64] Τὸ ἐθνικὸν, Βεσκιάτης.] At Romani, uti optime cenſet Cluverius, à Veſcia potuere deducere *VESCINI*, uti à Feſcennia, Saturnia, Pollentia, Potentia, Aricia, Feſcen-

Βεσκιάτης, ὡς Ἀντιάτης. καὶ Βεσκιανός, ὡς A Ἀδριανός.

ΒΕΥΗ, πόλις Μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ [65] Βεῦος ποταμός. τὸ ἐθνικὸν, Βευαῖος.

ΒΕΧΕΙΡ [66], ἔθνος Σκυθικὸν, [67] ὡς Σάπερ· ἢ μετὰ τοῦ σ, Σάσπειρ, Ἐλεάζειρ· ὀνό- B ματα βαρβάρων· [68] Λίγειρ, ποταμὸς περὶ Πλάταιαν· [69] Χρυσοέθειρ, παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐν Ἰοβάκχοις, ὅπερ ἀποκέκοπται τοῦ Χρυσοέθειρος· [70] ἑκατόγχειρ, τὸ σύνθετον.

ΒΗΓΙΣ [71], πόλις Τραλλέων. ἔνιοι δὲ τῶν C Ἰλλυριῶν μοῖραν. [72] τὸ ἐθνικὸν, Βηγίτης, τῷ κοινῷ χαρακτῆρι.

ΒΗΤΛΕΜΑ [73], πόλις Παλαιστίνης, πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις, οὐδετέρως· ἐν ᾗ γέγονεν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος D ἡμῶν. Ἰώσηπος δέ φησιν, [74] ἐκ Βηλλεεμῶν.

ἔστι

Veſciates, uti Antiates, & Veſcianus, uti Adrianus.

BEUA, urbs Macedoniæ, & ad eam fluvius Beuus. Gentile, Beuæus.

BECHEIR, gens Scythica, uti Apeir, vel cum S, Sapeir, Eleazeir, quæ barbarorum nomina ſunt. Ligeir, fluvius circa Platæam. Chryſoetheir invenitur apud Archilochum in Jobacchis, quod abſciſſo fine ex voce Chryſoetheiros factum eſt. Ecatoncheir compoſitum eſt.

BEGIS, urbs Trallianorum. Quidam Illyriorum partem eſſe exiſtimant. Gentile, Begites, juxta communem loquendi modum.

BETHLEMA, genere neutro, urbs Palæſtinæ, prope Hieroſolyma, in qua Deus & ſalvator noſter ſecundum carnem natus eſt. Joſephus autem inquit ex Bethleemis.

Eſt

ſcennini, Saturnini, Pollentini, Potentini, Aricini &c. Livius lib. jam citato: *Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum & Falernum agrum deducerentur: una ad oſtium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellatæ: altera in ſaltu VESCINO, Falernum contingente agrum.*

65 Βεῦος ποταμός.] Hujus amnis memoria reperitur apud Livium lib. XXXI cap. XXXIII hiſce verbis: *Ad Lycum ſtativa poſuit prope flumen Beuum: inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum mittebat.*

66 Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικόν.] Grammatici notant, ut optime perhibet Cl. Voſſius ad Melam, Βέχειρ & Βέχειρος utrumque rectum eſſe. Zenobius in Parœmiis: Βέχειροι ἐὰν ἀπὸ νόσου σωθῶσι, κυσὶν ἑαυτοὺς παραβάλλουσιν. Uſitatius tamen Βέχειρ & Βέχειρες. Vide quæ ad vocem Βέρεξ annotavimus. Illorum regio vocatur Βεχειρική, uti teſtatur Hecatæus in Aſiæ deſcriptione in voce Χοῖ. Ἐς μὲν τοῦτο ἡ Βεχειρική, ἔχονται δ' αὐτῶν Χοῖ. Apollon. Rhod. lib. II Argonaut.

---- Μετὰ δ' αὖ περιώσια φῦλα Βεχείρων.

67 Ὡς Σάπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ, Σάσπειρ.] Etſi codd. MSS & editi ita habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebio. Sine dubio reſcribendum eſt: ὡς Ἄπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ Σάπειρ. Innumeris nominibus propriis nunc addi τὸ σ, nunc vero demi, aliis in locis demonſtravimus. Puto eandem eſſe gentem, de qua Stephanus alibi ſic ſcribit: Σάπειρες, ἔθνος ἐν τῇ μεσογείᾳ τῆς Ποντικῆς, οἱ νῦν διὰ τοῦ Β λεγόμενοι Σάβειρες. Optime tamen omnium noſtram emendationem confirmant verba Etymologici Mag Auctoris: Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Ἄπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ Σάπειρ. Eadem vox corrupta occurrit apud eundem Etymologum in voce ἀνήρ, ita enim ille: Τὰ εἰς ηρ ἐπὶ παντὸς γένους διὰ τοῦ η γράφεται, πλὴν τοῦ χεὶρ, φθεὶρ, Βέχειρ, Σάφειρ (Lego Σάπειρ) ἔθειρ, εἰνάτειρ, Ἐλάτειρ ποταμός· Λήγειρ (malim Λίγειρ) ποταμὸς, Ἐλεάζειρ.

68 Λίγειρ, ποταμὸς περὶ Πλάταιαν.] In Bœotia eſſe fluvium hujus nominis circa Platæam, nemo geographorum ſtatuit. Cenſeo ultimam vocem ſumma librariorum incuria, crebraque tranſcriptione deturpatam eſſe. Ingenue fateor, nihil mihi in mentem venire, quo commode huic loco medicina adferri poſſit: nam ſi vel τὸ Γαλάτας, vel Γαλλίαν reſcripſerim, utrumque nimis longe à vulgata lectione recedere exiſtimabitur: alterum tamen eorum eſt amplectendum, ſi quis fluvium Celtarum in Aruernorum finibus orientem, & Heduos à Biturigibus dividentem intelligat. Tibull.

Teſtis Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna,
Carnuti & fluvii cærula lympha Liger.

69 Χρυσοέθειρ.] Rariſſime hæc vox in Græcorum ſcriptis occurrit, eamque accipi poſſe exiſtimo de homine flavis crinibus prædito, quemadmodum apud Coluthum χρύσεοι πλόκαμοι ſermone amiliari hoc modo ſumuntur. Verum & optime hoc verbum in illos quadrat, qui inter veteres auri ramentis quotidie capillum ſpargebant, quod de Gallieno teſtatur Trebellius Pollio: *Mantilibus aureis ſemper ſtravit. Gemmata vaſa fecit, eademque aurea. Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit.* Eundem quoque morem obſervaſſe Salomonis equites ſcribit Joſephus lib. VIII Antiq. Jud. cap. II hiſce verbis: Ψῆγμα δὲ χρυσίον καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις. ὡς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀντανακλωμένης. Hac de re etiam locus eſt egregius apud Herodianum lib. I de Commodo: Ὀφθαλμῶν τε γὰρ ἐρύθημα καὶ πυρώδεις βολαὶ, κόμη τε φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη, ὡς, εἴποτε φοιτώη δι' ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλάμπειν αὐτῷ πυρωειδές τι, ὡς τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι.

70 Ἑκατόγχειρ.] Ægionis vel Briarei epitheton, uti liquet ex Apollodoro de origine Deorum circa initium lib. I. Apud Palæphatum de Cotto & Briareo reperitur τὸ Ἑκατοντάχειρ, & urbis nomen Ἑκατονταχειρία inde formatum: Τῇ πόλει ὄνομα Ἑκατονταχειρία, ἐν ᾗ ᾤκουν. ἦν δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Κόττος καὶ Βριάρεως, καὶ Γύγης, οἱ Ἑκατοντάχειρες. Horat. Carm. lib. II:

Nec ſi reſurgat centimanus Gyges.

71 Βῆγις, πόλις Τραλλέων.] Male in Florentina editione Βῆγης excuſum eſt. Noſter in voce Μέτηλις mentionem facit de oppido quod dicitur Βῆγις, ſed ad hanc ſectionem minime pertinet. Begis vicina fuit Boluro Illyridis urbi, ſic enim Stephanus: Βόλουρος, πόλις τῆς ἐν Ἰλλυρίᾳ Τραλλέων· μοῖρα γὰρ τῶν Ἰλλυριῶν Βῆγις καὶ Βόλουρος.

72 Τὸ ἐθνικὸν, Βηγίτης, τῷ κοινῷ χαρακτῆρι.] Geminas noſter communis characteris terminationes facit, alteram in ιτης, uti hoc loco Βηγίτης; alteram vero in ιος, quemadmodum docet in Τελχὶς, πόλις Αἰθιοπίας, πρὸς τῇ Λιβύῃ· τὸ ἐθνικὸν, τῷ μὲν ἔθει τῆς χώρας, Τελχίτης, τῷ δὲ κοινῷ χαρακτῆρι, Τελχίνιος.

73 Βήτλεμα.] Cum aſpiratione hæc vox ſine dubio eſt exaranda, ita recto literarum ordine, & auctoritate Septuaginta Interp. nec non Euangeliſtarum atque aliorum, paſſim Βηθλεὲμ, non vero Βηλλεὲμ exarantium, poſtulante. Et fortaſſis hic non Βήθλεμα, ſed Βηθλέεμα ſcribendum eſt: nam οἱ Ο', Euangeliſtæ, & Joſephus paſſim in fine duplex E agnoſcunt, uti mox apparebit.

74 Ἐκ Βηλλεεμῶν.] Reſcribe etiam hic, ἐκ Βηθλεεμῶν. Locus quem noſter ex Joſepho allegat, reperitur lib. V Antiq. Jud. cap. XI: Ἐπὶ τούτου λιμοῦ γενομένου Ἀβιμέλεχος ἐκ Βηθλεμῶν, ἔστι δ' ἡ πόλις αὕτη τῆς Ἰούδα φυλῆς. Verum cenſeo apud Joſephum ex noſtro emendandum ἐκ ηθλεεμῶν: nam eodem capite paucis interjectis verſibus, ſic ſcribit Joſephus: Ἐλθοῦσαν δὲ Ῥούθην μετὰ τῆς πενθερᾶς εἰς τὴν Βηθλεεμῶν. Sic optime ibi legitur, ſed ſubintellige hic πόλιν, χώραν vel ſimile quid: eſt enim in uſu apud Stephanum & alios ellipticum hoc loquendi genus, ita enim noſter in Βερενικίδαι· τὸ εἰς τόπον, εἰς Βερενικιδῶν φασι, τὸ δ' ἐν τόπῳ, ἐν Βερενικιδῶν.

ἔστι δὲ πόλις τῆς Ἰούδα φυλῆς. ὁ πολίτης A [75] Βηλλεμίτης, ὡς Ἱεροσολυμίτης.

ΒΗΛΟΣ [76], ἢ καὶ Μῆλος, πρὸς τοῦ Ἡρακλέους στήλαις, ἀμφοτέρων ἐτύμως λεγομένων, τῷ τοὺς ἀρχαίους [77] βηλὸν λέγειν τὸν οὐδὸν τῆς θύρας, καὶ ταύτην κεῖσθαι περὶ τὸν οὐδὸν τοῦ B Ὠκεανοῦ. Μῆλος δὲ, καὶ [78] Μηλάρια, δύο πόλεις ἐπὶ τοῖς πέρασι τὴν αὐτὴν ἔμφασιν ἔχουσιν, ἀπὸ τῆς κλήσεως τῶν μήλων, [79] ἃ χρύσεα λέγεται Ἡρακλῆς ἐκ τῆς Λιβύης ἀγηοχέναι. τὸ ἐθνικὸν, Βηλαῖος καὶ Μηλαῖος, ὡς C Νεῖλος Νειλαῖος.

ΒΗΝΗ [80], πόλις Κρήτης, ὑπὸ Γορτύνην τεταγμένη. τὸ ἐθνικὸν, Βηναῖος. [81] Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν, [82] ἢ Κερεάτης, ἢ Κρής.

ΒΗΡΙΘΡΟΣ [83], πόλις Τρωϊκή. τὸ D ἐθνικὸν, Βηρίθριος. τὸ θηλυκὸν, Βηριθρία.

ΒΗΡΥΤΟΣ [84], πόλις Φοινίκης, ἐκ μικρᾶς μεγάλη, κτίσμα Κρόνου. ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ εὔυδρον. [85] βὴρ γὰρ, τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. Ἱστιαῖος δ' ἐν πρώτῃ, [86] τὴν ἰσχὺν βηροῦτ E Φοίνικας ὀνομάζειν· ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιός φησιν. [87] ὁ πολίτης, Βηρύτιος, ὡς Ἀζώ-

Eſt vero urbs in tribu Judæ. Cives Bethlemita, uti Hieroſolymita.

BELUS, ſive etiam Melus, non procul ab Herculis columnis: ſecundum veram vocis originem utroque modo ſic dicta, propterea quod veteres limen januæ βηλὸν appellaverint, eaque urbs quaſi ad limen Oceani ſita ſit. Melos vero & Melaria duæ urbes, in terrarum extremitatibus ſitæ, eadem ſignificatione gaudent: Nam nomen accepere ἀπὸ τῶν μήλων, id eſt, à malis, quæ Hercules aurea attuliſſe ex Libya dicitur. Gentile Belæus & Melæus, uti Nilus Nilæus.

BENE, urbs Cretæ; ſub Gortyne ſita. Gentile, Benæus. Rhianus enim poëta Benæus erat, aut Cereates, aut Cres.

BERITHRUS, urbs Troïca. Gentile, Berithrius, genere fœminino Berithria.

BERYTUS, urbs Phœniciæ, quæ ex prava magna evaſit, & à Saturno condita eſt. Ita dicta, quod aquis abundet: vox enim Βὴρ apud ipſos puteum denotat. Hiſtiæus libro primo refert, Phœnices fortitudinem ſua lingua Βηροῦτ nominare, unde & urbi nomen tributum, teſte Helladio. Cives, Berytius, uti Azo-

75 Βηλλεμίτης.] Fortaſſis & hoc loco reſcribendum eſt: Βηθλεεμίτης.

76 Βῆλος, ἢ καὶ Μῆλος.] Mallem legere, Βῆλος, ἢ καὶ Μῆλος, uti ſæpenumero noſter aliis in locis loquitur. Infra à Stephano appellabatur, Βέλων. De ſitu lege Strabonem lib. III: Plinium lib. III cap. I: Melam lib. II cap. VI. Ptolemæum lib. I cap. IV: Marcianum Heracleotam & alios.

77 Βηλὸν λέγειν τὸν οὐδὸν τῆς θύρας.] Hoc ſenſu vocem accepit Homerus Iliad. A, ubi Vulcanus de limine divino, id eſt, cœlo projicitur:

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Alias, & quidem egregias hujus vocis explicationes invenies apud Euſtathium ad hunc locum, & Etymologici Mag. Auctorem in Βηλός. Apud Heſychium legimus: Βηλὸς, οὐδὸς οἴκου, ἀπὸ τοῦ βαίνεσθαι.

78 Μηλάρια.] Scriptura hujus vocis admodum eſt inconſtans in antiquorum libris: verum Stephani maxime eſt præferenda, ſi urbs ἀπὸ τῶν μήλων nominis originem traxerit. Straboni lib. III dicitur Μελλαρία, non abſque ſuſpicione mendi, nam & illo in loco η deſidero. Pomponius Mela lib. II cap. VI: *Tum Mellaria & Belo, & Beſippo, uſque ad Junonis promontorium oram freti occupat*. Vide quoque Plinium lib. III cap. I: Solinum, Ant. Itinerarium & alios. Apud Ptolemæum reperitur Μενραλία, & apud Marcianum Heracleotam Μενλάρια, de quo vehementer ambigo, licet Salmaſius eam vocis ſcripturam defendere conetur.

79 Ἃ χρύσεα λέγεται Ἡρακλῆς ἐκ τῆς Λιβύης &c.] Fabula originem duxit ex ambigua ſignificatione vocabuli μῆλα, *oves* & *mala* ſignificantis. Varro lib. I de Re Ruſt. *Aurea mala, id eſt, ſecundum antiquam conſuetudinem capræ & oves; quas Hercules ex Africa in Græciam exportavit.*

80 Βήνη, πόλις Κρήτης.] Sequimur priores editiones & MSS codices: in Xylandriana peſſimo typothetarum errore Βύνη excuſum eſt.

81 Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν &c.] Quanquam etiam Pauſanias in Meſſeniacis teſtetur Rhianum Bænæum fuiſſe, alias tamen de ejus patria opiniones adfert Suidas: Ῥιανὸς, ὁ καὶ Κρὴς ὢν Βηναῖος. Βήνη δὲ πόλις Κρήτης. τινὲς δὲ Κερεάτην. ἄλλοι δὲ, ἐξ Ἰθάκης τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. Ita hunc locum lege.

82 Ἢ Κερεάτης, ἢ Κρής.] Si *Bene* fuit urbs Cretæ, quis dubitabit Rhianum fuiſſe Κρῆτα? Melius Suidas loco citato, ὁ καὶ Κρὴς ὢν Βηναῖος; eodemque loco pro τοῦ Κερεάτης habet Κερεάτης. Sed uterque locus levi mendo laborat, reſcribendum forte ἢ Κερέτης, ἢ Κρής. Polybius lib. IV: Καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν καὶ Κερέται καὶ Λαμπαῖοι &c.

83 Βήριθρος, πόλις Τρωϊκή.] Hæc eadem eſt, quemadmodum in præcedentibus diximus, quam Berytin appellavit.

84 Βηρυτὸς, πόλις Φοινίκης.] Sita eſt ad mare Syriacum inter Byblum & Sidonem media: à Sidone, uti Strabo lib. XVI auctor eſt, quadringentis fere ſtadiis diſtans. Portum habuiſſe teſtis eſt Scylax Caryandenſis, cujus formam nobis egregie ob oculos ponit Joh. Phocas in itinerario ſuo: Βηρυτὸς, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, λειμώνων περιεστοιχισμένη πλήθεσι, καὶ κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη. οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμὴν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος, μηνοειδῶς ἐγκολπούται τῇ πόλει, καὶ περὶ τὰ τοῦ κόλπου μηνοειδοῦς χήματα κέρατα δύο μεγάλοι πύργοι ἐφίδρυνται, ὧν ἐκ τοῦ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον ἅλυσις ἐκταθεῖσα τὰς ναῦς ἔσωθεν τοῦ λιμένος ἐναποκλείει. In deprædicandis hujus urbis laudibus omnino luxuriatur Nonnus Panopolita lib. XLI. Dionyſiacorum; teſtificans præterea eam à Romanis *Beroen* fuiſſe dictam, qua de re lege judicium Illuſtris Scaligeri ad Euſebium.

85 Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς.] Optime in hanc rem Heſychius: Βὴρ, τὸ φρέαρ, Σύροι.

86 Τὴν ἰσχὺν βηροῦτ Φοίνικας ὀνομάζειν.] Pro βηροῦτ Cl. Bochartus optime legendum exiſtimat Βηρὸτ, cujus verba integra adſcribam. En Beryti nominis duas origines; unam ex באר *beer* vel *ber*, id eſt puteo, quod vocabulum Phœnices commune habuere cum Hebræis; alteram ex בירות *beruth*, id eſt robore; nam בירות *beruth* eſt pro אבירות *abiruth* ex אביר *abir*, quod *validum* ſonat. Scio Scaligerum ad Euſebium non probare ſecundum hujus vocabuli etymon, quod ego tamen veriſſimum exiſtimo: nam τὸ βηρὸτ denotare *robur*, etiam manifeſte liquet ex Heſychio, apud quem legimus: Βῆρυς, ἰχθύς. Sed locus peſſime eſt depravatus, reſcribe confidentur, Βῆρυς, ἰσχύς. Munitiſſimam ergo & validam Berytum fuiſſe urbem, vocis origo ſatis manifeſte arguit.

87 Ὁ πολίτης, Βηρύτιος.] Hoc gentile habet Joſephus lib. XVII

Ἀζώτιος, Αἰγύπτιος. σεσημείωται τὸ Μιλήσιος ἐν τοῖς τοπικοῖς, ὅτι ἐτράπη, ὡς τὸ Θεοδόσιος. τὸ γὰρ θεόδοτος, καὶ ἀθάνατος, [88] καὶ ἀμβρόσιος, σύνθετα. τὸ δὲ Χαρίσιος, οὐ τοπικόν. [89] περὶ τοῦ Περκώσιος ἐροῦμεν. τὸ δὲ υ, μακρόν. Διονύσιος ὁ περιηγητής·

> Καὶ Τύρον ὠγυγίην, Βηρυτοῦ τ' [90] αἶαν ἐραννήν.

ὀξύνεται δ' [91] ὡς τρισύλλαβος, καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ, ὡς τὸ κωκυτὸς, γωρυτὸς, [92] Κορδυτὸς, πόλις· [93] τὸ Σεβέννυτος, τετρασύλλαβον. ἔστι δὲ πόλις Ἀραβίας, ἡ πρότερον καλουμένη Διόσπολις. τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

ΒΗ͂ΣΣΑ, πόλις Λοκρῶν. [94] Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει. Ἀπολλόδωρος δὲ, καὶ Ἐπαφρόδιτος, καὶ Ἡρακλέων, [95] διὰ δύο·

> Βῆσσάν τε, Σκάρφην τε, καὶ [96] Αὐγείας ἐρατεινάς·

ὠνομάσθη δὲ [97] ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φύσεως, ναπώδους οὔσης. τὸ ἐθνικὸν, Βησσαῖος.

ΒΗ΄ΣΣΥΓΑ, οὐδετέρως, ἐμπόριον τῆς Ἰνδικῆς, καὶ Βήσσυγας ποταμὸς, καὶ Βησσυγῖται οἱ ἄνθρωποι, οὕς φασιν ἀνθρωποφάγους.

ΒΙ΄ΒΑΣΤΟΣ, Θρᾴκης πόλις. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βιβάστιος, ὡς Φαίστιος. [98] εἰ δὲ Βούβαστος, τὸ ἐθνικὸν Βουβαστίτης.

A Azotius, Ægyptius. Notatum eſt, illam vocem Mileſius in localibus mutatam eſſe, uti Theodoſius. Θεόδοτος enim Deo datus, ἀθάνατος immortalis, & ἀμβροτος divinus, compoſita ſunt, & Chariſius non eſt locale: de voce Percoſius deinde dicemus. Berytus habet Υ lon-
B gum. Dionyſius Periegeta:

> *Et Tyrum antiquam, & Beryti terram amabilem.*

Accentus collocatur in ultima, quemadmodum trium ſyllabarum dictiones; & Υ produci-
C tur, uti κωκυτὸς luctus, γωρυτὸς pharetra, Κορδυτὸς urbs. Sebennytus quadriſyllabum eſt. Extat quoque Arabiæ oppidum, quod antea Dioſpolis nominabatur, eodem gentili gaudens.

BESSA, urbs Locrorum. Herodianus vocem cum ſimplici S ſcribit, Apollodorus vero
D & Epaphroditus, & Heracleo cum duplici:

> *Et Beſſam & Scarphen, & Augias amabiles.*

A natura loci, quæ ſilvoſa eſt, nomen accepit. Gentile, Beſſæus.

E BESSYGA, genere neutro, Indiæ emporium, ubi & amnis Beſſygas, & Beſſygitæ populi, quos humana carne veſci ajunt.

BIBASTUS, urbs Thraciæ, cujus gentile oportebat eſſe Bibaſtius, uti Phæſtius. Si autem
F urbis nomen ſit Bubaſtus, gentile erit Bubaſtites.

BI-

BI-

lib. XVII Antiq. Jud. cap. XII: conſpiciturque in hortis Arundelianis ex oriente advecta hæc inſcriptio.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΒΗΡΥΤΙΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ.

Latino ore dicebatur BERUTENSIS, uti liquet ex inſcriptione, quæ legitur Neapoli in ædibus Marcelli Muſcettolæ Equitis, quam Cl. Reineſius cum viro docto communicavit.

IMP. CÆSARI
JEROPOLITANI
BEPYTENSES
QUI PUTEOLIS CONSISTUNT.

Utitur eodem gentili Ulpianus L. I. D. de Cenſ. §. I. *Sed Berytenſis colonia in eadem provincia Auguſti beneficiis gratioſa* &c. Præterea etiam BERYTIENSIS reperitur §. 7. Conſt. Juſtin. de Concep. D. *Hæc autem tria volumina à nobis compoſita, tradi eis tam in regiis urbibus, quam in Berytienſium pulcherrima civitate.* Præferendum tamen multis nominibus *Berytenſis*, imo vehementer ambigo, an *Berytienſis* non leviter ſit corruptum.

88 Καὶ ἀμβρόσιος.] Nullum eſt dubium, quin hoc loco reſcribendum ſit, καὶ ἄμβροτος: nam quemadmodum à θεόδοτος fit θεοδόσιος, ab ἀθάνατος ἀθανάσιος, ſic ab ἄμβροτος fit ἀμβρόσιος. Adducuntur enim à noſtro exempla nominum in τος deſinentium, unde illa in σιος exeuntia derivantur. Vide Etymologici Mag. Auctorem in Ἀμβρόσιος.

89 Περὶ τοῦ Περκώσιος ἐροῦμεν.] Promiſerat Stephanus ſuo loco dicturum, quare à περκώτη, quæ Troadis urbs eſt, derivandum ſit gentile Περκώσιος: verum nulla iſtius rei iſthac in voce memoria ſupereſt, quod etiam inter Epitomes ſigna eſt recenſendum.

90 Αἶαν ἐραννήν.] Cod. Voſſianus: Αἶαν ἐρατεινήν. Sed metri lex ſic non conſtat.

91 Ὡς τρισύλλαβος.] Idem cod. MS. Ὡς τρισύλλαβα.

92 Κορδυτὸς, πόλις.] Eadem fortaſſis eſt hæc urbs, quam alio loco Κόρδυλον appellavit. Κόρδυλος, πόλις Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

93 Τὸ Σεβέννυτος.] Hanc vocem ſuo loco noſter duplici N exaravit, Σεβέννυτος. Eſt urbs Ægypti notiſſima.

94 Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει.] Si noſter exiſtimet, Herodianum Locridis urbem ſimplici ſigma conſignaſſe, maxime fallitur & toto cœlo errat: contrarium enim de Herodiano teſtatur Euſtathius ad Iliad. B pag. 277. Ἡ δὲ Βῆσσα, ὅτι μὲν κατά τινας δι' ἑνὸς γράφεται σ, εἴρηται περὶ βραχέων. Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ δύο γράφει. Quod ſi vel Herodianus vel alii ſimplici S, in hac voce exaranda, fuerint uſi, non intellexere hanc Locridis civitatem, ſed δῆμον Atticæ, de quo commentario ſecuturo mentionem faciam.

95 Διὰ δύο.] Etiam Strabo lib. IX in Locridis periegeſi ſcriptionem cum duplici Σ præfert, & rationem dat: Ἑξῆς δὲ Βῆσσά τι πεδίον. καλοῦσι δ' οὕτως ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τῷ τόπῳ. δρυμώδης γὰρ ἐστι. ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν ἐν τοῖς δυσὶ γραπτέον σσ. ἀπὸ γὰρ τοῦ δρυμώδους ὠνόμασται ὁμωνύμως. Præterea addit, Beſſam Locridis cum duplici S proferri, ad differentiam Beſæ Atticiæ: τὸν δ' ἐν Ἀττικῇ δῆμον, ἀφ' οὗ Βησαιεῖς οἱ δημόται λέγονται, ἐν τῷ ἑνὶ σ γράφουσι. Apud Suidam tam reperitur hoc nomine tribus Antiochidis, ſed duplici S exaratur.

96 Αὐγείας ἐρατεινάς.] Aldina editio, Florentinaque exhibent: Αὐγείαν ἐρατεινήν. Multo adhuc pejus Xylandriana: Αὐγείαν ἐρ. Nos ejecto ſpurio, antiquam lectionem revocavimus.

97 Ἀπὸ τῆς τόπου φύσεως.] Qualis Βῆσσα ſit locus, legito apud Heſychium & Etymologici Mag. Auctorem. Hujus vocis etymon etiam agnoſcere videtur Euſtathius ex Strabone loco jam allegato: cujus verba proferam, quia leviter ſunt corrupta: Ἀρέσκει δὲ καὶ τῷ γεωγράφῳ ἡ διὰ τῶν δύο σσ γραφὴ τῆς Βήσσης. ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτόθι δρυμῶνος (lege δρυμώδους) φησὶν ὠνόμασται ὁμωνύμως.

98 Εἰ δὲ Βούβαστος.] Quid hæc & ſequentia ad rem faciant non video: eſt enim Bubaſtus Ægypti oppidum, geographis decantatiſſimum.

ΒΙΒΑΙ'ΝΗ, χώρα Θρᾴκης· ἀπὸ ταύτης [99] ὁ Βίβλινος οἶνος. οἱ δὲ ἀπὸ Βιβλίας ἀμπέλου. [1] Δῆμος δ' ὁ Δήλιος τὸν Νάξιόν φασιν, ἐπειδὴ Νάξου ποταμὸς Βίβλος.

ΒΙ'ΔΟΣ [2], φρούριον ἐν Σικελίᾳ· οὐδετέρως. εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. ἔστι καὶ [3] ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ Βίδιος φρούριον. τὸ ἐθνικὸν, Βιδῖνος.

ΒΙ'ΕΝΝΟΣ, πόλις Κρήτης. οἱ μὲν [4] ἀπὸ Βιέννου τοῦ τῶν Κουρήτων ἑνός· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἄρη γενομένης βίας, ἣν ἐνταῦθά φασιν ἀπὸ [5] * Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος, [6] καὶ μέχρι καὶ νῦν τὰ καλούμενα [7] ἑκατομφόνια θύεται τῷ Ἄρει. ὁ πολίτης, Βιέννιος. οἱ δὲ, τιμὰς ἀποπέμπειν [8] τῷ Τεμιλίῳ Διῒ, καὶ Βιεννίῳ. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις [9] ἐν Γαλλίᾳ. αὐχμοῦ γάρ ποτε [10] σύμπασαν Κρήτην κατασχόντος, εἰς ἑτέρους τόπους ἀπῳκίζοντο, οἰκῆσαι δέ τινας Ὑδροῦντα τῆς Ἰταλίας, οὔπω πεπολισμένον. χρησμοῦ δ' αὐτοῖς δοθέντος, ὅπου ἑλωδέστατον τόπον θεάσονται, κατοικῆσαι· ἐλθόντες οὖν [11] ἐπὶ τὸν Ῥόδανον ποταμὸν [12] τῆς Γαλλίας, ἑλώδη ὄντα, οἰκῆσαι, καὶ τὴν πόλιν οὕτως ὀνομάσαι, ἐπειδὴ μία τῶν σὺν αὐτοῖς παρθένων Βίαννα καλουμένη, χορεύουσα, ὑπό τινος χάσ-

BIBLINE, Thraciæ regio, à qua vinum Biblinum nomen habet. Quidam vero à Biblia vite appellatum malunt. Demus Delius Naxium vocat, quoniam Biblus Naxi fluvius eſt.

BIDUS, caſtellum Siciliæ, genere neutro. Vox invenitur ſcripta cum diphthongo & cum I. Eſt item aliud caſtellum Bidius in Tauromenitarum regione. Gentile, Bidinus.

BIENNUS, urbs Cretæ. Nominis originem quidam deducunt à Bienno, qui unus ex Curetibus fuit: alii vero ἀπὸ τῆς βίας, id eſt, à vi Marti illata, quem perhibent ab Oto & Ephialte Neptuni filiis ibidem colligatum fuiſſe; qua de cauſa etiam Marti in hunc uſque diem ſic nuncupata Hecatomphonia ſacrificantur. Cives, Biennius. Quidam vero, quod Jovi Temelio & Biennio honores recuſaverint. Eſt item alia urbs in Gallia. Cum aliquando æſtus totam Cretam occupaſſet, incolæ ad alia loca commigrabant: quidam Hydruntum Italiæ civitatem incoluerunt, tunc temporis nondum extructam. Verum oraculo accepto, ut ad habitandum, locum valde paludoſum circumſpicerent, prope Rhodanum Galliæ fluvium paluſtrem advenere, ubi ſedes poſuerunt, & urbem ex eo ita appellavere, quod una ex virginibus, ipſos comitantibus (cui Bianna nomen erat) choreas agens,

[99] Ὁ Βίβλινος οἶνος.] Hujus vini mentio reperitur apud Theocritum Idyl. XIV:

- - - - Ἀνῷξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς
Εὐώδη τετόρων ἐτέων. - - - -

Locus leviter eſt corruptus lege Βίβλινον. De hoc vino legito Heſychium, Etymologici Mag. Auct. Suidam atque alios.

[1] Δῆμος δ' ὁ Δήλιος τὸν Νάξιόν φασι.] Salmaſius in margine ſui libri emendat ex Athenæo Ζῆμος δ' ὁ Δήλιος. Verum quid de illo loco pronunciaverit Caſaubonus, longum nimis foret hic enarrare. Omnes editi & MSS conſtanter τὸ Δῆμος agnoſcunt, quod non temere mutaverim: nam idem videtur, qui de Attica ſcripſit apud Heſychium in Ἀγαμεμνόνια. ἱστοροῦσι τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος φρέατα ὀρύξαι, καὶ Δῆμος δὲ ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς Ἀτθίδος. Præterea hic Demus Delius commentaria in Homerum conſcripſit, è quibus hæc de vino Naxio hauſit Stephanus, nam eadem traduntur ab Etymol. Mag. Auct. in Βίβλινος οἶνος: locum producam, quia emendatione indiget: Σῖμος δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς Ἰλιάδος, ἐν Νάξῳ φησὶ ποταμὸν Βιβλίνην. ἀφ' οὗ καλοῦσιν οἶνον Βίβλινον, διὰ τὰς πεφυκυίας ἀμπέλους. Sed quis hic Σῖμος? Scribe potius Δῆμος δὲ ἐν τῇ &c. Certiſſimum enim eſt, & noſtrum Stephanum & Etymologum hæc ex iiſdem hauſiſſe fontibus.

[2] Βίδος, φρούριον ἐν Σικελ.] Teſtatur Cluverius, in Syracuſano agro inveniri reliquias antiqui oppidi cum templo, cui vulgaris appellatio *S. Giovanni di Bidini*. Cicero in Verrem: *Bidis oppidulum eſt tenue ſane, non longe à Syracuſis.*

[3] Ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ.] Male cod. Voſſ. ἐν τῇ Σαυρομενιτῶν χώρᾳ. Hujus caſtelli, eodem perhibente Cluverio, nuſquam apparent veſtigia, adeo ut incertæ poſitionis ſit.

[4] Ἀπὸ Βιέννου.] Xylandrianam ſequimur. Editio prima & ſecunda male exhibent: οἱ μὲν ἀπὸ Βέννου.

[5] Ὤτου καὶ Ἐφιάλ. τῶν παιδ.] Jure meritoque hunc locum Xylander aſteriſco notavit, nam τὸ δεδέσθαι, vel ſimile quid, ut ſententia ſit perfecta, excidiſſe, nemo in dubium vocabit, qui apud Homerum Iliad. E in eximia Diones oratione legerit, Martem olim ab Aloëi filiis validis vinculis ligatum & tredecim menſes æreo carcere incluſum fuiſſe:

Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης
Παῖδες Ἀλωῆος δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ.
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.
Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἆτος πολέμοιο,
Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια,
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν. - - - -

Totum itaque locum hunc in modum ſuppleo atque emendo: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἄρη γενομένης βίας, ὃν ἐνταῦθά φασι δεδέσθαι ἀπὸ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος. Et quicunque evolverit comment. Euſtathii ad hunc locum, de hac emendatione non ambiget. Verum dubitarunt mythologiæ doctores, utrum Neptuni, an vero Aloëi filii fuerint Otus & Ephialtes, uti liquet ex Hygino Fab. XXVIII. Iſacius in Scholiis ad Lycophronem ſcribit, Alphæi filios fuiſſe: Καὶ Ὅμηρος φησὶ περὶ τῶν Ἀλφαίου παίδων, Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου. Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπου μέμασαν θέμεν. Certiſſimum eſt, hunc locum tranſcriptores depravaſſe, & reſtitui debere, περὶ τῶν Ἀλωέως παίδων.

[6] Καὶ μέχρι καὶ νῦν.] Vitium irrepſit: lege, καὶ μέχρι τοῦ νῦν.

[7] Ἑκατομφόνια.] Si quis olim centum hoſtes interfeciſſet, Jovi hominem ſacrificabat. Illa itaque ſacra Ἑκατομφόνια appellantur.

[8] Τῷ Τεμιλίῳ Διῒ.] Ignotum mihi Jovis nomen. Clariſſimus Bochartus in margine ſui libri emendavit, uti ad me ſcripſit doctiſſimus Morinus: Τῷ τε μηλίῳ Διῒ Βιεννίῳ.

[9] Ἐν Γαλλίᾳ.] Xylander adjutus optimæ notæ MSS. merito edi curavit ἐν Γαλλίᾳ. Editiones Xylandrianam præcedentes, MSS Palatini, nec non chartaceus Voſſianus conſtanter agnoſcunt, ἐν Γαλιλαίᾳ, quod eſt vitioſiſſimum.

[10] Σύμπασαν Κρήτην.] Aldina Florentinaque τὴν σύμπασαν Κρήτην.

[11] Ἐπὶ τὸν Ῥόδανον.] Chartaceus Voſſianus male: ἐπὶ τὴν Ῥόδον. Similiter quoque Ald. & Flor. editio.

[12] Τῆς Γαλλίας.] Libri editi omnes & MSS, excepta Xylandriana: τῆς Γαλιλαίας, quod itidem mendoſiſſimum.

χάσματι ἐλήφθη· [13] ἧς μνημονεύει πό- A λεως Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Βιέννιος, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον Βιεννήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος· τῆς δὲ Βιέννης, Βιενναῖος. B

ΒΙΖΥ'Η [14], πόλις Θράκης, τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον. [15] τὸ ἐθνικὸν, Βιζυηνός.

ΒΙΖΩ'ΝΗ [16], πόλις Ποντική. τὸ ἐθνικὸν ἠδύνατο Βιζωναῖος, ἢ Βιζωνίτης. ἔστι δὲ Βιζώνιος, ὡς Παλλήνιος. C

ΒΙ'ΘΥΑΙ, ἔθνος Θράκης, ἀπὸ Βίθυος τοῦ Ἄρεος καὶ Σήτης, τῆς Ῥήσου ἀδελφῆς.

ΒΙΘΥΝΙ'Α [17], πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα, ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διὸς, καὶ Θράκης τῆς Τιτανίδος, D ἣ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βίθυν, ἐκ δὲ Κρόνου Δόλογκον. τὸ ἐθνικὸν, Βιθυνὸς, καὶ Βιθυνὴ, καὶ Βιθυνὶς, καὶ Βιθυνίας. τὰ δὲ εἰς νος καθαρὸν, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, τῷ υ παραληγόμενα, προπαροξύνεται, εἰ μὴ ἐθνικὸν εἴη. [18] τὸ μό- E σσυνος βαρυνόμενον, σημειῶδες, καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ. [19] τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ σ, βραχὺ ἔχει τὸ υ, [20] καὶ τὸ γέρυνος, ὁ μικρὸς βάτραχος.

ΒΙΘΥ'ΝΙΟΝ, πόλις Βιθυνίας· [21] Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ οἰκῶν, Βιθυνιεὺς, καὶ Βιθυ- F νιάτης. ἀφ' οὗ Πινυτὸς ἐγένετο Ῥώμης γραμματικὸς, Ἐπαφροδίτου τοῦ Νέρωνος ὢν ἐξελεύθερος.

BI-

A agens, hiatu quodam abſorpta ſit. Hujus civitatis Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica ſæpenumero meminit. Gentile ſimiliter Biennius, niſi ſecundum peculiarem regioni formam dicendum ſit Biennenſis, uti Lugdunenſis. A genitivo autem Biennes fit Biennæus.

BIZYE, urbs Thraciæ, Aſtorum regia. Gentile, Bizyenus.

BIZONE, urbs Pontica. Gentile dici poterat Bizonæus, vel Bizonites: eſt autem Bizonius, uti Pallenius.

BITHYÆ, gens Thraciæ, quæ à Bithye Martis & Setæ filio, quæ Rheſi ſoror erat, nomen accepit.

BITHYNIA, regio ad Pontum ſita, nomen habens à Bithyno Jovis & Thraces, Titanidis filiæ filio, quæ ex Jove progenuit Bithyn, ex Saturno autem Doloncum. Gentile, Bithynus, & Bithyna, & Bithynis, & Bithynias. Nomina in νος purum, plures quam duas ſyllabas habentia, quorum penultima eſt Υ, accentum habent in antepenultima, niſi gentile ſit. Vox μόσσυνος cum accentu in penult. inſignitum longum habet Υ. Quæ vero habent Σ, corripiunt Υ, ut γέρυνος, exigua rana.

BITHYNIUM, urbs Bithyniæ, auctore Pauſania libro VIII. Incola, Bithynienſis & Bithyniates. Inde natus eſt Pinytus, qui Romæ docuit grammaticam; hic Epaphroditi, ille Neronis fuit libertus.

BI-

13 Ἧς μνημονεύει πόλεως Εὐσέβιος.] Omnes editiones conſtanter exhibent: ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος: quod mendum ex compendioſa ſcriptura ortum videtur: fortaſſis hæc antiqua fuit ſcriptura: ἧς μνημονεύει πολ. Εὐσέβιος. Nos veram lectionem reduximus, Voſſiano MS. ita ſuadente.

14 Βιζύη, πόλις Θράκης.] Solinus cap. x: *In Canienſi regione non longe à Flaviopoli colonia, Bizye oppidum, quondam arx Terei regis, inviſum hirundinibus.* Verum in *Canica* non eſt collocanda Bizye, uti optime monet Salmaſius, ſed in *Aſtica*: erat enim ibidem, ut noſter perhibet, τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον. Etiam Plinius hujus oppidi meminit, & Socrates in Hiſt. Eccleſ. lib. IV cap. XV.

15 Τὸ ἐθνικὸν, Βιζυηνός.] Variis modiis hoc gentile in numiſmatibus excuſum conſpicitur, teſte Spanhemio. In Adriani nummis regiis ac Mediceis ΒΙΖΥΗΝΩΝ, in aliis autem Philippi nummis ΒΙΣΣΗΝΩΝ & ΒΥΖΥΗΝΩΝ. Hinc nata illa auctorum diverſitas: nam oppidum quibuſdam *Byzia*, aliis *Biſa*, & nonnullis Βιζύη appellatur: & in Actis Conciliorum Βύζης & *Byziæ* reperitur. Aliud quoque gentile à tribus jam nominatis diverſum legitur apud Joh. Cantacuzenum lib. III cap. LXXVIII: ΒΙΖΥΙΟΙ δὲ, οὔτε ἐπηγγέλλοντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι.

16 Βιζώνη, πόλις Ποντική.] Non longe à Tetriſiade hoc oppidum erat ſitum: de eo ſic ſcribit Auctor Peripli Ponti Euxini: Ἀπὸ δὲ Τετρισιάδος ἤτοι ἄκρας εἰς Βιζώνην πολίχνιον ἐν ᾧ στόλος στάδια ξ', μίλια η'. Τοῦτο τὸ πολίχνιον τινὲς μὲν φασὶν Βαρβάρων, τινὲς δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας.

17 Βιθυνία, πρὸς τῷ Πόντ. &c.] Triſtanus in antiquo numiſmate invenit ΒΕΙΘΥΝΙΑ. Et Spanhemius in nummis Domitiani, quos ſervat gaza regia Gallorum: ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ ΝΙΚΟΜ. Hæc regio olim multis nominibus inſigniebatur, uti teſtis eſt Salluſtius apud Iſidorum, cujus verba ita ſunt emendanda: *Prima Aſiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad ſolis orientis partem adverſa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia appellata, ipſa eſt & major Phrygia.* Præterea Bithynia etiam Mariandyna nuncupata fuit, uti auctor eſt Euſebius Chron. lib. I. Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μαριανδυνή.

18 Τὸ μόσσυνος βαρυνόμενον.] Ad τὸ μόσσυνος quod attinet, videtur eſſe caſus obliquus à recto μόσσυν, turris, domus lignea, qua utuntur Μοσσύνοικοι, populus de quo paſſim geographi. Heſychius: Μόσσυν, πύργος. Originem habet παρὰ τὸ μῶ τὸ συνθετῶ, teſte Etymologici Mag. Auctore. Verum quare τὸ μόσσυνος in omnibus editionibus accentum habeat in antepenultima, rationem nullam video, nam quid τὸ βαρυνόμενον apud Grammaticos denotet, omnes norunt, qui eorum tribus obiter ſalutarunt.

19 Τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ σ.] Vitium irrepſit: videtur legendum: τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ Ε, atque ita canon ſequenti verbo γέρυνος reſpondebit.

20 Καὶ τὸ γέρυνος.] Sequimur editiones Xylandrianam præcedentes. In Xylandriana erat τὸ γύρινος, quod ad hunc locum non pertinet. Lexicographi tribus modis hanc vocem efferunt: γέρυνος, γύρινος & γέρινος. Heſychius: Γύρινος, τὸ ἐκ τοῦ βατράχου παιδίον. Etymologici Mag. Auctor. Γύρινοι, οἱ μικροὶ βάτραχοι. παρὰ τὸ γυρὸν τὸ περιφερές. τοιοῦτοι γάρ εἰσι.

21 Παυσανίας ὀγδόῳ.] Noſter hunc Pauſaniæ locum innuit: Γένος ἦν ὁ Ἀντίνους ἐκ Βιθυνίου τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ. οἱ δὲ Βιθυνιεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. Sic legendum eſſe hunc locum jam olim doctiſſimus

Syl-

ΒΙΘΟΝΟ'ΠΟΛΙΣ [22], πόλις ἀπὸ Βίθυος· τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βιθυοπολίτης. εὗρον δὲ Βιθυνιαπολίτην, παρὰ Ἀῤῥιανῷ ἐν πέμπτῳ Βιθυνιακῶν. δεῖ δὲ τοῦ Βιθυνόπολις εἶναι, Βιθυνοπολίτης. A

ΒΙ͂ΣΑ [23], πόλις Θράκης. τὸ ἐθνικὸν, Βισαῖος. B

ΒΙ'ΛΒΙΝΑ [24], πόλις Περσική. τὸ ἐθνικὸν Βιλβινάτης, ὡς Αἰγινάτης.

ΒΙΣΑ'ΛΤΙΑ, πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἡλίου καὶ Γῆς. περὶ ταύτην οἱ λαγοὶ σχεδὸν πάντες ἁλίσκονται [25] δύο ἥπατα ἔχοντες, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ, καὶ Φαβωρῖνος. τὸ ἐθνικὸν, Βισάλτης. ἔστι καὶ Βισάλτης ποταμός. τὸ ἐθνικὸν, Βισάλτιος. ἀφ' οὗ Βισαλτία ἡ χώρα. Λυκόφρων, C D

[26] Τὸν μὲν γὰρ ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία.

ΒΙΣΑ'ΝΘΗ, [27] πόλις Μακεδονίας κατὰ Θράκην, Ἑλληνὶς, ἄποικος [28] Σαμίων. τὸ ἐθνικὸν, Βισανθηνὸς, ἀφ' ἧς [29] Φαίδιμος ἐλεγείων ποιητὴς Βισανθηνὸς, ἢ Ἀμαστριανὸς, ἢ Κρωμνίτης. E

ΒΙ'ΣΤΙΡΟΣ [30], πόλις Θράκης, ὡς Πίστιρος τὸ ἐμπόριον. τὸ ἐθνικὸν Πιστιρίτης, ὡς Στάγειρος Σταγειρίτης.

ΒΙΣΤΩΝΙ'Α [31], πόλις Θράκης, ἀπὸ Βίστωνος καὶ Καλλιῤῥόης τῆς Νέστου. ἀδελφὸς δὲ ἦν Ὀδόμαντος, καὶ Ἠδωνοῦ. ἔνιοι δὲ, Παίονος τοῦ Ἄρεος παιδός. τὸ ἐθνικὸν, Βίστων. F

[32] τῶν

BITHYOPOLIS, oppidum quod à Bithye nomen habet. Gentile debebat eſſe Bithyopolita, verum apud Arrianum libro v Bithyniacorum Bithyniapolitam inveni. A Bithynopolis vero Bithynopolita formandum.

BISA, urbs Thraciæ. Gentile, Biſæus.

BILBINA, urbs Perſica. Gentile, Bilbinates, ut Æginates.

BISALTIA, urbs & regio Macedoniæ, quæ à Biſalte Solis & Terræ filio nomen habet. Circa hanc lepores ferme omnes capiuntur, duo hepata habentes; quemadmodum Theopompus & Phavorinus perhibent. Gentile, Biſaltes. Eſt quoque Biſaltes fluvius. Gentile Biſaltius, unde regio Biſaltia. Lucophron:

Quem enim ripa Strymonis Biſaltia.

BISANTHE, urbs Græca Macedoniæ, juxta Thraciam, Samiorum colonia. Gentile, Biſanthenus. Hinc Phædimus poëta elegiacus Biſanthenus, vel Amaſtrianus, vel Cromnites fuit.

BISTIRUS, urbs Thraciæ, uti Piſtirus emporium. Gentile, Piſtirites, ſicuti Stagirus Stagirites.

BISTONIA, urbs Thraciæ, à Biſtone filio Martis, & Callirrhoes Neſti filiæ. Frater autem erat Odomantis & Edoni. Quidam vero Pæonis Martis filii filium, eſſe ipſum Biſtona arbitrantur. Gentile, Biſtôn.

Nomina

Sylburgius annotavit. Vide quoque Plinium lib. v cap. xxxii, & Ptolemæum; qui ſcribit lib. v cap. i. Bithynium Claudiopolin appellari.

22 Βιθονόπολις.] Legendum eſſe Βιθυόπολις ſatis manifeſte oſtendit τὸ ἐθνικὸν Βιθυοπολίτης, uti in margine ſui libri obſervat Salmaſius.

23 Βῖσα, πόλις Θράκης.] Non ambigo, quin idem ſit oppidum, quod Stephanus ſupra Βιζύη appellavit: liquet hoc ex epigraphe nummi Philippei, ΒΙΣΣΗΝΩΝ, quod deductum eſt à Βίσσα: dempto enim Σ habemus ΒΙΣΑ. Vide comment. ad illum locum.

24 Βίλβινα, πόλις Περσική.] Hic aliquid monſtri latere, luce meridiana clarius eſt: quod ſine magna mutatione tolli non poteſt. Perſicam urbem hoc nomine non agnoſcunt geographi. Fortaſſis reſcribendum eſt: Βίλβινα, πόλις Λακωνική. Videturque idem eſſe oppidum, quod ſupra Βέλβινα dicitur. Præterea τὸ ἐθνικὸν Perſica forma non eſt indutum, quod etiam manifeſtum mendæ ſignum arguit.

25 Δύο ἥπατα ἔχοντες.] Idem ex Theopompo refert Ælianus lib. v cap. xxvii de animal. Τοὺς ἐν τοῖς Βισάλταις λαγὼς διπλᾶ τὰ ἥπατα ἔχειν Θεόπομπος λέγει. Stephanus adducit gentile Βισάλτης, quod ex hoc loco probum eſſe cognoſcimus. Hunc locum verbotenus tranſcripſit Suidas, & gentile cum Æliano etiam approbat Virgil. lib. ii Georg.

Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus.

26 Τὸν μὲν γὰρ ἠών.] Ita reſcripſimus ex Lycophronis vulgatis. Omnia Stephani exemplaria male exhibent: Τὸ μὲν γὰρ ἠών &c.

27 Πόλις Μακεδονίας κατὰ Θράκην.] Hæc re vera Thraciæ civitas eſt, in ore Ponti ſita, non longe ab Arſo fluvio, [illegible] ſe Macedoniæ fines nunquam extenderunt. Ptolemæus lib. iii cap. xi Ῥαίδεστον appellat, ut & Procopius de Ædificiis Juſtiniani; qui præterea teſtatur commodiſſimum habere ſitum ad navigandum Helleſpontum. Hujus etiam extat mentio in Itin. Ant. Auguſti.

A Plotinopoli Heracleam.	M. P. xcii.
Traianopolim	M. P. xxii.
Apros	M. P. xxiii.
Reſiſton	M. P. xxii.
Heracleam.	M. P. xxv.

Verum cenſeo, hunc locum eſſe corruptum, legique debere *Radeſtum*, uti habent Ptolemæus, Juſtinianus, & Suidas.

28 Σαμίων ἄποικος.] Pomp. Mela lib. ii cap. ii: *Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciæ, & Byſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſela.*

29 Φαίδιμος.] Codices Palatini: Φαίδυμος.

30 Βίστιρος, πόλις Θράκης.] Eadem hæc eſt civitas, quæ noſter alio loco Piſtirum appellat. Πίστιρον, ἐμπόριον Θράκης. τὸ ἐθνικὸν Πιστιρῖται. Quam familiare ſit antiquis ſcriptoribus Β & Π confundere, omnibus eſt notiſſimum. Noſter has urbes diſtinxiſſe videtur, quia mox ſubjungit: ὡς Πίστιρος τὸ ἐμπόριον, qua phraſi nunquam utitur, niſi diverſas urbes intelligat. Verum τὸ Στάγειρος quod ſequitur, eſt vitioſiſſimum & ad rem non facit, cum ſemper τὰ Στάγειρα dicatur, uti infra videre licet.

31 Βιστωνία, πόλις Θράκης, ἀπὸ Βίστωνος καὶ Καλλιῤῥόης.] Et urbis & herois nomen per ο parvum exarandum eſſe, plurimis tam Græcorum quam Latinorum locis evidenter evinci poteſt. Videantur Lycophron, Apollonius Rhodius, Dionyſius Periegeta & alii: è Latinis vero Ovidius, Lucanus, Val. Flaccus & Statius. Præterea locus eſt mutilus & ita ſupplendus: ἀπὸ Βίστονος τοῦ Ἄρεος καὶ Καλλιῤῥόης τῆς Νέστου. Diverſam ab hac, Biſtonis genealogiam enarrant, quotquot hujus herois meminere. Apollonii Schol. ad lib. ii: Βίστονες γὰρ ἔθνος Θρᾳκῶν· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βίστονος τοῦ Κίκονος, ὡς Φιλοστέφανος. Et Scholiaſtes in Lycophronis Alexand: Βίστονες δὲ ἀπὸ υἱοῦ Ἄρεος Βίστονος [ubi malim Βίστονος.] ἢ υἱοῦ Τερψιχόρης.

[32] τῶν εἰς των δισυλλάβων βαρυνομένων, οἷον Πλάτων, Κρίτων, εἰ μὴ διαστολὴ γίνοιτο σημαινομένου. χιτὼν γὰρ, πρὸς διαστολὴν ὀξύνεται τοῦ κυρίου, καὶ ποταμοῦ· καὶ τὸ κροτὼν τὸ ζωΰφιον, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τῆς πόλεως ὀνόματος. ἢ περιεκτικὸν, [33] διὰ τὸ κοιτὼν, ἰσών. ἢ ἐθνικὸν, [34] διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίσονος· τὸ θηλυκὸν, Βισονίς. [35] ἐκτέταται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνὶς, διὰ τοῦ ω, καὶ Βιστώνιος ποιητικῶς. A B

ΒΙ´ΤΕΛΛΑ, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Βιτελλῖνος. C

ΒΛΑΥ´ΔΟΣ[36], πόλις Φρυγίας, ἀπὸ Βλαύδου τοῦ [37] τὸν τόπον εὑρόντος, ὡς [38] Μενεκράτης. τὸ ἐθνικὸν, Βλαυδηνός.

ΒΛΕ´ΜΥΕΣ[39], ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης, [40] ἀπὸ Βλέμυος, ἑνὸς τῶν Δηριάδου τριῶν ὑποστρατηγῶν, τῶν σὺν αὐτῷ Διονύσῳ πολεμησάντων. ἦσαν δὲ Ὀρόντης, [41] καὶ Ὀρουάνδης, καὶ Βλέμυς. D

ΒΟΑΥ´ΛΕΙΑ, πόλις Σκυθίας, Πείσανδρος εἰκοστῇ ἕκτῃ. E

ΒΟΒΩ´ΝΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Βοβωνιάτης, ὡς Ῥιθυμνιάτης· ἢ Βοβώνιος, ὡς Ῥιθύμνιος.

ΒΟ´Γ-

Finitia in των duas ſyllabas habentia, accentu in penultima notantur, ut Πλάτων, Κρίτων: niſi inter varias ejuſdem vocis ſignificationes diſtinguendum ſit: nam vox χιτὼν *tunica*, ad nominis proprii & fluvii diſcretionem in ultima ſignatur: ita quoque κροτὼν animalculum, ad differentiam urbis ejuſdem appellationis: vel niſi ſit nomen locum continentem ſignificans, ut κοιτὼν, ἰσών. Vel denique niſi gentile ſit, cujus obliquus habet ο parvum, ut τὸ Βίσονος, unde fœmininum Βισονίς. Verum etiam producitur, diciturque Βιστωνὶς per magnum, & Βιστώνιος poetice.

VITELLA, urbs Italiæ. Gentile, Vitellinus.

BLAUDUS, urbs Phrygiæ. Nomen habet à Blaudo, qui locum iſtum invenit, teſte Menecrate. Gentile, Blaudenus.

BLEMYES, gens barbara Libyæ, ita dicta à Blemye, uno ex tribus Deriadæ ducibus, qui cum ipſo contra Bacchum militarunt: erant autem Orontes, Oruandes & Blemys.

BOAULIA, urbs Scythiæ, cujus meminit Piſander libro vigeſimo ſexto.

BOBONIA, urbs Italiæ. Gentile, Boboniates, ut Rhithymniates: vel Bobonius, uti Rhithymnius.

BON-

32 Τῶν εἰς των δισυλλάβων βαρυνομένων.] Hic grammaticus canon mutilus eſt: nam vocem unam & alteram excidiſſe, ex depravato ſenſu nemo eſt, qui non cognoſcat. Eundem noſter exhibet in Αἴσων, unde hic locus commodiſſime ſuppleri poſſet, ita enim ibi: Τὰ γὰρ εἰς ων διςύλλαβα ἐπὶ πόλεων, ὀξύνεται, εἰ μὴ διαστολὴν ἔχει σημαινομένου, ὡς τὸ Κρότων βαρύνεται. Ipſum locum vide & commentarios noſtros, ſi rem tanti feceris.

33 Διὰ τὸ κοιτὼν, ἰσών.] Illud κοιτὼν *cubiculum* denotare, omnes norunt, quod de ſequenti ἰσὼν non dixerim. Puto enim legendum eſſe: διὰ τὸ κοιτὼν, σιτὼν, quæ ultima vox *frumentarium agrum* ſignificat.

34 Διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίσονος.] Hinc liquet, nos ſuperius bene repoſuiſſe τὸ Βισονία & Βίσονος. Contrarium plane huic canoni exhibet Epitomator in Αἴσων: nam cum longum de nominibus in των exeuntibus ſermonem inſtituiſſet, in fine ſectionis ſubjungit: πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ Ω. Quæ verba cum ſint falſa, etiam me facile in errorem induxerunt: nam pag. 70 num. 10 aperte ſtatui τὸ Βιστὼν in caſu obliquo habere Βίστωνος, deceptus non tantum illo canone, ſed etiam verbis, jam ſupra allegatis, ubi noſter inquit: Βιστωνία, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Βίστωνος &c. Verum hæc frequens doctorum eſt querela, Epitomatorem plurimis in locis à vero longiſſime aberrare, & ſibi ineptiſſime contradicere.

35 Ἐκτέταται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνίς &c.] Utinam unicum ex poëtis Epitomator adduxiſſet exemplum. Non memini apud grammaticorum filios hujuſmodi nomina inveniſſe, quæ in caſu obliquo habent ονος & poëtice ωνος. Apud Herodotum lib. VII cap. CIX legitur: Καὶ δὲ Δικαίαν, Βιστωνίδα &c. Sed ſine dubio reſcribendum eſt Βισονίδα, nam capite ſequenti τὸ Βίσονες apud eundem occurrit. Poëtæ omnes mediam hujus vocis corripiunt, tum Græci tum Latini, uti ſuperius dictum eſt. Ovidius lib. XXII Metam.

Eſt ubi Troia fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Biſtoniis habitata viris. - - - -

Lucanus lib. VII:

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum
Biſtonas, aut Mavors agitans. - - -

Etiam ex Græcis exempla peti & addi poſſent, ſi res foret operæ pretium.

36 Βλαῦδος, πόλις Φρυγίας.] Exiſtimat Ortelius hanc eſſe *Blandum* Antonini. Sita erat urbs non procul à finibus Lydiæ, uti liquet ex Strab. lib. XII: Τούτων δὲ ἦν φρούριον Ἄγκυρα, ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολίχνῃ Φρυγιακῇ.

37 Τὸν τόπον εὑρόντος.] Codex Voſſianus plus continet: ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τὸν τόπον πρῶτον εὑρόντος. Sic noſter etiam aliis in locis aliquando loqui amat.

38 Μενεκράτης.] Sine dubio hic idem eſt, cujus liber primus de rebus Lyciacis à Stephano in voce Ἀρτύμνησος allegatur, & Anton. Liberali Metam. cap. XXXV.

39 Βλέμυες, ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης.] Multi reperiuntur, gentis nomen cum ſimplici M exarantes; ſed plures duplici efferunt, ut Mela, Plinius, Solinus, Strabo, Euſebius de Vita Conſtantini & alii. Hos Mamertinus in Maximiniani Genethliaco *Blemios* appellat. *Blemii illi, ut audio, levibus modo aſſueti ſagittis, adverſus Æthiopas quærunt quæ non habent arma.* Incolunt locum Ægypti ſuperioris, qui Τάλμις dicitur, uti teſtatur Olympiodorus apud Photium. Et Etymologici Magni Auctor, cujus locum mo[illegible] emendabimus, illis ſedem circa Catarractas prope Syenen aſſignat.

40 Ἀπὸ Βλέμυος.] Sine dubio hæc Stephanus hauſit ex Dionyſii Baſſaricis, cujus nomen nunc reticet Epitomator. Apud Nonnum in Dionyſiacis Blemyis aliquoties reperitur memoria, ita enim ille in fine lib. XVII:

Καὶ Βλέμυς ὠκὺς ἵκανεν ἐς ἑπτάπορον στόμα Νείλου,
Ἐσσόμενος σκηπτοῦχος ὁμόζυγος Αἰθιοπήων.
Καί μιν ἀνηέριος Μερόης ὑπεδέξατο πυθμὴν
Υἱωνοῖς Βλεμύεσσι πρηώνυμον ἡγεμονῆα.

41 Καὶ Ὀρουάνδης.] Vulgati omnes male Ὀρεβάνδας. Codicum Palatinorum veriſſima lectio, Ὀρουάνδης. Ita quoque hunc ducem appellat Etymologici Mag. Auctor, cujus verba, quia emendatione indigent, in medium adducam. Βλέμμυες ἔθνος βάρβαρον Λιβυκὸν ἀπὸ Βλέμμυος ἑνὸς τῶν Δηριάδου τριῶν ὑποστρατηγῶν, ἦσαν δὲ Ο[illegible]της, καὶ Ὀρουάνδης, καὶ Βλέμμυς. τοὺς Καταρράκτας φασ[illegible] Συήνην. Τῆς πῦρ αἰθαλέων Βλεμύων ἀνέχουσιν [illegible]. Poſt vocem Βλέμμυς excidiſſe τὸ οἰκεῖν, vel ſimile quid, [illegible]identiſſimum [illegible] eſt. Ultima hujus loci verba, ſum[illegible] [illegible]nologus ex Dionyſio

ΒΟΥΓΧΝΑΙ[42], ἔθνος τοῖς Καῤῥηνοῖς A παρακείμενον, [43] μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου ποταμοῦ, ὡς Κουάδρατος.

ΒΟΙΒΗ[44], πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος,

[45] Βοίβην τε γλαφυρὰν, καὶ εὐκτιμένην B
Ἰαωλκόν.

ἔστιν οὖν καὶ πόλις, [46] καὶ λίμνη Βοιβιὰς, [47] ἀπὸ Βοίβου τοῦ Γλαφύρου, τοῦ τὰς Γλαφυρὰς κτίσαντος. ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Βοίβη τῆς Γορτυνίδος, [48] καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη. τὸ ἐθνικὸν C τῆς Βοίβης, Βοιβεὺς, [49] καὶ Βοιβηΐς θηλυκόν. [50] εἰ δὲ καὶ Βοιβαῖος, οὐ κωλύει. ἔστι καὶ Βοιβήϊον πόλις. λέγεται καὶ Βοιβία ἡ λίμνη.

ΒΟΥΙΛΛΑΙ[51], πόλις Λατίνων. [52] τὸ ἐθνικὸν, Βοϊλλανὸς, [53] ὡς Διονύσιος ἐν ὀγδόῳ D τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

ΒΟΙΟΝ[54], ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν. [55] ἔστι δὲ Δωρικὴ πόλις οὐδετέρως λεγομένη, καὶ θηλυκῶς. ἔστι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις. ὁ πολίτης, Βοιάτης, ὡς Κάρυαι Κα- E ρυάτης, [56] Πιτάναι Πιτανάτης, Θαλάμαι Θα-

A BONCHÆ, gens Carrhenis adjacens, media inter Euphratem & Carrham fluvium, uti Quadratus perhibet.

BOEBE, urbs Theſſaliæ, de qua Homerus:

B *Et Bœbem concinnam, & bene ædificatam Jaolcum.*

Eſt igitur urbs: eſt & palus Bœbias, nomen habens à Bœbo Glaphyri filio, qui Glaphyras condidit. Eſt quoque in Creta Bœbe Gortynidis, & in Macedonia palus Bœbe. Deduci- C tur à Bœbe gentile Bœbenſis, & Bœbeïs fœmininum. Quo minus autem etiam ſit Bœbæus, nihil eſt, quod impediat. Reperitur quoque Bœbeïum urbs, & palus Bœbia dicitur.

BOVILLÆ, urbs Latinorum. Gentile, D Bovillanus, auctore Dionyſio libro VIII de antiquitate Romana.

BOEUM. Hanc urbem Homerus Bœben videtur appellare: eſt autem urbs Dorica, quæ genere fœminino & neutro ſic dicitur. Sunt & E Bœæ oppidum Cretæ, cujus oppidanus, Bœates, uti Caryæ Caryates, Pitanæ Pitanates, Thalamæ Tha-

nyſio de ſitu Orbis, ubi nunc corrupte legitur, Τῶν πύογς αἰθαλέων: cum legendum ſit, Τῆς πύργος αἰθαλέων &c.

42 Βούγχναι, ἔθνος.] Sequimur Xylandrianam editionem. Codex Voſſianus Βούγχαι, deleto N: quod etiam editio Aldina & Florentina repræſentant.

43 Μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου.] Putat Bochartus hic latere mendum: emendat enim in Geog. Sac. Μέσον Εὐφράτου καὶ Καῤῥᾶ ποταμοῦ. Addens, forte fluviolum eſſe in Chaboram influens. Alibi hunc fluvium Stephanus ita appellat. Καῤῥαὶ, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καῤῥᾶ ποταμοῦ Συρίας.

44 Βοίβη, πόλις Θεσσαλίας.] Hunc in modum reponere placuit, pro Βοῖβος, πόλ. Θεσσαλίας, quod omnes codices antiquos & vulgatos occupaverat. Sic legendum eſſe etiam monuit Cl. Voſſius ad Scylacem Caryandenſem. Liquet præterea hanc veram eſſe lectionem ex teſtimonio, quod noſter ex Homero adfert.

45 Βοίβην τε γλαφυράν.] Hæc verba duobus aliis in locis à Stephano ex Homero citantur: ſed nuſquam bene. Hic veram noſter repræſentat lectionem. Vide in vocibus Γλαφυραὶ & Ἰωλκός.

46 Καὶ λίμνη Βοιβιάς.] Sic Pindarus Pythiorum III hanc paludem nominat.

- - - - Ἐπεὶ
Παρὰ Βοιβιάδος
Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.

Ex Scholiaſta ſitum accuratius cognoſcimus, ita enim ille: Ἐπεὶ ἡ παρθένος Κορωνὶς ᾤκει παρὰ ταῖς ὄχθαις τῆς Βοιβιάδος λίμνης. ἡ δὲ Βοιβιὰς λίμνη παρακειμένη τῇ Λακερείᾳ.

47 Ἀπὸ Βοίβου τοῦ Γλαφύρου.] Non poſſum quin adducam verba Euſtathii, qui totum Epitomatoris locum in ſuos ad Homerum commentarios tranſcripſit, ita enim ille pag. 327. Εἴρηται δὲ φασι Βοίβη ἀπὸ Βοίβου υἱοῦ Γλαφύρου, τοῦ τὰς Γλαφυρὰς κτίσαντος, ὡς ἱστορεῖ ὁ ἀπογραψάμενος τὰ Ἐθνικά. ὃς λέγει καὶ ὅτι ἔστι καὶ Κρητικὴ Βοίβη. καὶ Μακεδονικὴ δὲ λίμνη Βοίβη. καὶ ὅτι ἡ ῥηθεῖσα Βοιβηῒς καὶ Βοιβία λέγεται.

48 Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη.] Paludem hanc omnes Βόλβην appellant. Scylax cap. Macedonia. Ἀρέθουσα Ἑλληνίς, Βόλβη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς. Ad quem locum Cl. Voſſius inquit, ſe metuere, ne Stephanus vitioſos codices ſecutus ſit, uti centies in eo obſervare eſt.

49 Καὶ [illegible].] Hæc etiam paludis Theſſalicæ eſt appellatio: ſed præterea etiam Ξυνιάς dicitur ab urbe Xynia ei vicina, teſte Stephano: Ξυνία, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος [illegible] ἐθνικὸν, Ξυνιεύς, ὡς Ἰλιεύς. καὶ Ξυνιὰς λίμνη, ἣν Βοι[illegible] φασί. Ad quem locum etiam vide verba Scholiaſt. in Apol. Rhodium à nobis allegata.

50 Εἰ δὲ καὶ Βοιβαῖος, οὐ κωλύει.] Permittit itaque noſter uſum hujus ἐθνικοῦ, quod etiam reperire eſt in voce Ἀλύχμη, ubi nihil omnino ad rem facit, uti ibidem & alias manifeſte oſtendimus. Vide quæ diximus ad genuinum Stephani Fragmentum pag. 315 Comment. 21.

51 Βοΐλλαι, πόλις Λατίνων.] Latino ore dicuntur BOVILLÆ numero plurali, innumeris auctoribus. Urbs ſita fuit teſte Cluverio, in via Appia prope Albanum oppidum. De nominis origine ita ſcribit Nonius Marcellus cap. II: *Hillas inteſtina veteres dixerunt: unde Bohillæ: unde oppidum in Italia, quod eo bos inteſtina ex vulnere trahens advenerit.* Plura qui velit, Cluverium legat.

52 Τὸ ἐθνικὸν Βοϊλλανός.] Græci pariter & Latini hoc gentili uſi ſunt. Cicero ad Q. Fratrem lib. III epiſt. I: *Fundum audio te hunc Bovillanum velle retinere.*

53 Ὡς Διονύσιος ἐν ὀγδόῳ.] Neque ipſum oppidi nomen, neque gentile inde formatum apud Dionyſium eo libro reperitur niſi corrupte Βολαὶ & Βωλανοί. Cluverius ex Stephano emendavit Βοΐλλας & Βοϊλλανοί, uti videre licet lib. III Ital. antiq. cap. IV.

54 Βοῖον, ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν.] Non leviter fallitur noſter, quemadmodum obſervavit Cl. Voſſius ad Scylacem, exiſtimans hanc eandem eſſe, de qua Homerus in Catalogo, Βοίβην τε γλαφυράν. Quippe Βοίβη Homeri eſt in Theſſalia, ut & reliquæ urbes, quas recenſet: hæc autem eſt Doridis; ut nihil dicamus de ſummo diſcrimine, quod eſt inter Βοῖον & Βοίβην. Fortaſſis aliter ſcripſit Stephanus olim, quam nunc in vulgatis conſpicitur, nempe Βοῖβον, ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν, depravato deceptus antiqui ſcriptoris codice. Βοῖον tamen eſt veriſſimum nomen urbis: Scylax capite ΜΗΛΙΕΙΣ: Ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ εἰσὶ οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε. Ἐρινεὸς, Βοῖον, τὸ Κυτίνιον. Hoc urbis nomen optime nuper Diodoro Siculo vir doctus reſtituit, ubi de Dorienſibus lib. IV ſic ſcribit: Καὶ κατῴκησαν ἐν Ἐρινέῳ καὶ Κυτινίῳ καὶ ἐν Βοίῳ. Vide præterea Thucyd. lib. I. Scymnum Chium, Strabonem lib. IX. Plinium lib. IV cap. VII. Ptolemæum lib. III cap. XV, & Ariſtidem in Leuctrica.

55 Ἔστι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις.] Hæc mihi eadem videtur, quam præcedenti ſectione in Gortynide poſuit. Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Βοίβη τῆς Γορτυνίδος.

56 Πιτάναι, Πιτανάτης.] Suo loco hoc gentile, quod tamen non improbandum eſt, non conſpicitur, cujus primitivum numero ſingulari effertur.

Θαλαμάτης. λέγεται καὶ Βοιαῖος, ὡς Ἔφορος. A Ἡρωδιανὸς δὲ Βοιηΐτης φησίν, ἴσως παρὰ τὸ Βοῖον, ὡς λίκνον λικνίτης. εἰσὶ καὶ Βοιοὶ ἔθνος Κελτογαλατῶν. [57] ἔστι καὶ Βοιανὸν πόλις Σαυνιτῶν.

ΒΟΙΩΤΙ'Α, μόνη τῆς Ἑλλάδος [58] ἐπὶ B τρισὶ θαλάτταις διήκοντας ἔχει τοὺς οἰκήτορας· τοὺς μὲν πρὸς Πελοπόννησον ἐστραμμένους, καὶ τὸν Σικελικὸν καὶ Ἀδριατικὸν κόλπον· τοὺς δὲ [59] πρὸς Αἴγυπτόν τε, καὶ Κύπρον, καὶ τὰς ἄλλας νήσους· τοὺς δὲ πρὸς τὸν Εὔριπον, καὶ Μακεδο- C νίας καὶ Θεσσαλίας θάλασσαν. γενέσθαι δέ φασι [60] Βοιωτὸν Ἴτωνος τοῦ Ἀμφικτύονος, τοῦ [61] καθ' αὐτὸν νεωτέρου, [62] τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας παίδων. Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης ἦν παῖς. Εὐφορίων, D

Ὄφρα κε μαντεύοιτο [63] μεθ' υἱάσι Βοιωτοῖο,
[64] Τόν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη,
Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε. τὸ γὰρ καλέσαντο νομῆες, E
Ὅττι ῥα πατρῴησι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

καὶ Εὐριπίδης,

Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν.

Κάστωρ

Thalamates. Dicitur quoque Bœæus, ut Ephorus perhibet: Herodianus vero Bœeïtes dicit, quod fortaſſis à Bœum formatur, uti à λίκνον λικνίτης. Sunt item Boii gens Celtogalatica. Eſt præterea Bovianum urbs Samnitum.

BOEOTIA, ſola hæc Græciæ regio incolas ad tria maria exporrectos habet, & quidem alios ad Peloponneſum & Siculum Adriaticumque ſinum converſos; alios vero ad Ægyptum, & Cyprum, aliaſque inſulas; alios autem ad Euripum, & mare Macedonicum atque Theſſalicum. Narrant Bœotum Itoni Amphictyonis filii filium eſſe, qui, ſecundum illum, filiorum Deucalionis & Pyrrhæ natu minor fuit. Verum Nicocrates inquit, Neptuni & Arnæ filium eſſe. Euphorio:

Donec vaticinaretur cum filiis Bœoti,
Quem Neptuno ſubagitata peperit Arne,
Bœotum vero nominavit. Illud enim narrarunt paſtores,
Quod in paternarum boum fimo expoſitus fuerit.

Et Euripides:

Illum vero circa bovem projectum Bœotum vocaſſe.

Caſtor

[57] Ἔστι καὶ Βοιανὸν, πόλις Σαυνιτῶν.] Sequitur Strabonis ſcripturam noſter Stephanus. Ætate Geographi non merebatur inter urbes numerari, ita enim ille lib. v. Καὶ γὰρ τοινῦν κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις. ἔνιαι δ' ἐκλελοίπασι τελέως, Βοιανὸν, Αἴσερνία &c. Ptolemæo dicitur Βουΐανον, quod ex Latino BOVIANUM formatum eſt. Cluverius illud collocat ad radices Apennini montis & fontes Tiferni amnis. Vulgo nunc *Boiano* dicitur.

[58] Ἐπὶ τρισὶ θαλάτταις διήκοντας &c.] Ephorus apud Strabonem lib. IX judicat, Bœotiam finitimis populis hac in re præſtare, ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι. καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων. Nam in Criſſæo & Corinthiaco ſinubus allata ex Italia, Sicilia, & Africa excipit. Ubi Eubœæ opponitur in utramque Euripi partem ſe ora ejus diducit. Ita ut parte quæ adverſus Aulidem eſt, in qua Tanagra jacet, Salganeus & Anthedon, continuum habeat mare ei, quod ad Ægyptum, Cyprum aliaſque inſulas pertingit: altera parte habet mare Macedonico, Propontidi & Helleſponto continuum. Non poſſum quin hic addam verba Marciani Heracleotæ, egregie ad rem facientia:

Ταύτης δὲ κεῖται πλησίον Βοιωτία,
Χώρα μεγίστη, καὶ ἱερά τε τῇ θεῷ.
Χρῶται μόνη γὰρ τρισὶ θαλάσσαις, ὡς λόγος.
Ἔχει δὲ λιμένας, οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν
Βλέποντας εὐκαιροῦντας πρὸς τὴν Ἀδρίαν,
Τὸν Σικελικόν τε πόντον, οὓς δὲ πρὸς Κύπρον,
Καὶ τὴν κατ' Αἴγυπτόν τε τὰς νήσους τε πλεῖν.

In hiſce verbis erat lacuna, quam conjecturando ſupplevimus.

[59] Πρὸς Αἴγυπτόν τε, καὶ Κύπρον.] Fateor Κρήτην hic commodiſſime poſſe ſubſtitui, loco τοῦ Κύπρον, verum cum omnes codices conſtanter ita legant, eademque vox apud Strabonem & Marcianum Heracleotam reperiatur, non poſſum ſtare à partibus Gerbelii, pro Κύπρον apud Strabonem & noſtrum Κρήτην reponentis.

[60] Βοιωτὸν Ἴτωνος τοῦ Ἀμφικτύονος.] Sic etiam ſcripſit Pauſanias in principio Bœoticorum, totam gentem à Bœoto nomen accepiſſe: Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἐσχήκει. ὃν Ἴτωνος παῖδα, καὶ νύμφης δὴ Μελανίππης, Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι. Editio Aldina & Florentina habent: τοῦ Ἀμφικτύωνος.

[61] Καθ' αὐτόν.] Ex hiſce verbis manifeſtiſſime colligo, in præcedentibus excidiſſe antiqui ſcriptoris nomen, cujus teſtimonio Stephanus in genuino opere uſus eſt, quo probaret Amphictyonem, filiorum Deucalionis & Pyrrhæ minimum natu fuiſſe. Mythologiæ doctores Amphictyonis genus referre ad Deucalionem, inter alios teſtis eſt Apollod. lib. III: Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα λέγουσι. Igitur τὸ καθ' αὐτὸν auctorem reſpicit, de quo jam nulla reperitur mentio.

[62] Τῶν Δευκαλίωνος &c.] Optime ſic edidit Xylander. Peſſime in Voſſiano cod. & prioribus editionibus: τοῦ Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας παίδων.

[63] Μεθ' υἱάσι Βοιωτοῖο.] Codex vetuſtiſſimns Palat. unico verbo legebat μεθυάσαι, notante Salmaſio in margine ſui Stephani.

[64] Τόν ῥα Ποσειδάωνι &c.] Hic Euphorionis locus etiam ab Etymologici Mag. auctore citatur eodem modo, niſi quod pro νομῆες habeat βοτῆρες. Totum locum in medium producam, quia ad rem facere videtur, & emendatione indiget. Βοιωτός] Ἄρνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ, τεκοῦσα αὐτὸν, λαθεῖν βουλομένη τὸν πατέρα, ἔρριψεν εἰς βοῶνα. παρὰ τὸ οὖν μετὰ βοῶν τραφῆναι Βοωτὸς καὶ Βοιωτὸς ἐκλήθη. Εὐφορίων,

Τόν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκε μήτηρ.
Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε. Τὸ γὰρ καλέουσι βοτῆρες.
Ὅττι ῥα πατρῴησι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

Mendum latet in iſtis verbis ἔρριψεν εἰς βοῶνα. Ultima vox nihil ad rem facit, apud Heſychium *viam*, & Alexandrinorum lingua *cuſtodiam* denotans. Ego confidenter repono: ἔρριψεν εἰς βολεῶνα. Eſt enim ὁ βολεὼν, ſterquilinium, κοπρὼν ſive κοπροβολεῖον: locus ubi animalium purgamenta rejiciuntur & colliguntur. Etymol. Mag. Auctor: Βολεῶνας] οὕτω λέγεται οὗ ἡ κόπρος τῶν βοῶν καὶ τῶν ὑποζυγίων βάλλεται, οἷον τοὺς κοπρῶνας. Vide etiam Pollucem & Euſtathium ad Hom. pag. 1404.

[65] Ἀπὸ τῆς καθηγησαμένης Κάδμῳ βοὸς &c.] Addi meretur quod hac de re ſcribit Ovidius lib. III Metamorph.

Bos, tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in arvis,

Nullum

Κάςωρ δὲ, [65] ἀπὸ τῆς καθηγησαμένης Κάδμῳ A βοὸς λεχθῆναι τὴν χώραν οὕτω. [66] τινὲς δ' ὡς οὐκ ὄντας τῇ διανοίᾳ τοὺς Βοιωτοὺς ἄγαν εὐκινήτους. [67] ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία, [68] καὶ Μεσαπία, καὶ Ὠγυγία, καὶ Καδμηΐς, ὡς Θουκυδίδης. Ἔφορος δέ φησιν, ὅτι [69] Ἀθη- B ναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, [70] Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, [71] Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, [72] Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην ἠσχόληνται. [73] ἡμεῖς δὲ, περὶ τὴν τῶν νόμων εὐταξίαν. ἔστι δὲ C καὶ [74] Βοιωτία ἐν Θρᾴκῃ. τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, [75] Βοιωτός. λέγεται καὶ Βοιώτιος, καὶ Βοιωτία. ἀφ' οὗ ἡ παροιμία, [76] Βοιωτία ὗς, καὶ Βοιωτίς. καὶ Βοιωτίδιον, ἐκ Βοιώτιος. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν, D

Ὦ χαῖρε

Castor autem perhibet regionem ita dictam eſſe, quod bos Cadmo illuc dux fuerit. Quidam ajunt παρὰ τὴν βοῦν, id eſt, à bove nomen accepiſſe Bœotos; quod ingenio non admodum celeres eſſent. Olim autem appellabatur Aonia, & Meſapia, & Ogygia, & Cadmeïs, ſicut Thucydides teſtis eſt. Verum narrat Ephorus, Athenienſes ſe ad nauticam, Theſſalos ad equeſtrem, Bœotos ad gymnaſticam, Cyrenæos autem ſe ad curulem artem applicuiſſe: nos autem juris ſcientiæ dediti ſumus. Eſt etiam Bœotia in Thracia, unde ſimile gentile, Bœotus. Dicitur quoque Bœotius, & Bœotia, unde proverbium, Bœotia ſus. Et Bœotis, & Βοιωτίδιον, id eſt, Bœotiolus, quod fit à Bœotius. Ariſtophanes in Acharnenſibus:

O ſalve

Nullum paſſa jugum; curvique immunis aratri.
Hac duce carpe vias: & qua requieverit herba.
Mœnia fac condas: Bœotiaque illa vocato.

Hinc Bœotiam nomen accepiſſe, etiam vult Hyginus Fab. CLXXVIII. *Cadmus cum erraret Delphos devenit: ibi reſponſum accepit, ut à paſtoribus bovem emeret, qui Lunæ ſignum in latere haberet, eumque ante ſe ageret; ubi decubuiſſet, ibi fatum eſſe, eum oppidum condere & ibi regnare &c. Ex bove autem quem ſecutus fuerat, Bœotia eſt appellata.*

66 Τινὲς δ' ὡς οὐκ ὄντας τῇ διανοίᾳ &c.] In his verbis lacunam debere notari, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere: nam varias Bœotiæ origines enarrans Stephanus, ultimo loco addit: quoſdam perhibuiſſe Bœotos παρὰ τὴν βοῦν ὀνομάσαι, quod mente non admodum agiles eſſent; quæ verba cum hic neceſſario requirantur, commodiſſime tranſcribi poſſunt ex Euſtathio ad Dionyſium de Situ Orbis, ubi omnium etymologiarum vocis Bœotiæ quaſi ex Stephano compendium fecit. Ὅτι Βοιωτοὶ ὠνομάσθησαν ἀπό τινος Βοιωτοῦ καλουμένου, ὃν ἡ μήτηρ Ἄρνη λάθρα τεκοῦσα, περὶ βοῶν ἔθετο κόπρους. ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν, ὡς ῥιφεὶς ἀμφὶ τὰς βόας. ἢ ἀπὸ τῆς βοὸς ἡ χώρα Βοιωτία τῆς καθηγησαμένης αὐτόθι τῷ Κάδμῳ. οἱ δὲ παρὰ τὴν βοῦν ὀνομάσαι εἶπον τοὺς Βοιωτοὺς, ὡς μὴ ὄντας τῇ διανοίᾳ ἄγαν εὐκινήτους. συμφωνεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ ἡ Βοιωτία ὗς, ὅπερ ἐσκώπτοντο οἱ Βοιωτοί. Hinc manifeſtiſſime liquet, Stephani locum eſſe mutilum, & ut ſenſus ſit integer, hunc in modum ſuppleri debere: Τινὲς δ' ὡς οὐκ ὄντας τῇ διανοίᾳ τοὺς Βοιωτοὺς ἄγαν εὐκινήτους, παρὰ τὴν βοῦν ὀνομάσαι εἶπον. Culpam hujus defectus non in librarios, ſed in Hermolaum Epitomatorem rejicio, qui multis in locis præſtantiſſimum ſcriptorem tam fœde mutilavit, ut in tota antiquitate vix ſimile exemplum occurrat.

67 Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία.] Aonas barbaros à Sunio evagatos Bœotiam priſcis temporibus tenuiſſe, & inde Aoniam nuncupatam fuiſſe, teſtantur plurimi: Strabo lib. IX: Apoll. Rhodii Schol. ad lib. III: Euſtathius ad Catalogum navium circa initium, & alii.

68 Καὶ Μεσαπία, καὶ Ὠγυγία, καὶ Καδμηΐς.] Bœotiam Meſapiæ nomine fuiſſe inſignitam, non memini apud alios legiſſe. Ogygiam nuncupatam fuiſſe noſter ipſe teſtatur: Ὠγυγία, νῆσος ἀρχαία &c. λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη, ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ Τερμίερας. In honorem Cadmi, qui plurima in hanc regionem beneficia contulit, Cadmeïdem vocatam fuiſſe, admodum veriſimile eſt, licet aliorum teſtimonia deſint.

69 Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν.] Hinc eſt quod paſſim τὸ θαλαττοκρατεῖν Athenienſibus adſcribatur. Vide Thucydidem, Ariſtophanis Scholiaſtam atque alios. Egregie Juſtinus lib. VI cap. II: *Quippe Athenienſes, etſi fractæ ſint opes, manere tamen navalem uſum, et, ſi eligendus ſit ex univerſis, meliorem alium eſſe.*

70 Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν.] Eadem hæc de Theſſalis, Athenienſibus, Bœotis & Cyrenæis perhibet Euſtathius ad Dionyſium de Situ Orbis, quæ verbotenus ex noſtro tranſcripſiſſe videtur. Γυμναστικοὶ οἱ Βοιωτοὶ, διὸ καὶ λέγεται λόγος τοιοῦτος, ὡς Ἀθηναῖοι μὲν περὶ ναυτικὴν ἠσχόληνται τέχνην. Θετταλοὶ δὲ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν. Βοιωτοὶ δὲ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην. Ælianus in Tacticis multum laudis Theſſalicis equitibus attribuit. Equi Theſſalici laudantur paſſim in oraculo apud Dionyſium de ſitu orbis, Suidam, & ſpeciatim apud Lucanum lib. VI

Theſſalicus ſonipes bellis feralibus aptum.

Hinc factum videtur, illum qui in Theſſalia uxorem eſſet ducturus, pro nuptiis ſacrificaverit equum frœnatum. Vid. Ælian. de Animal.

71 Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν.] Locus in hanc rem egregius eſt apud Cornel. Nepot. in Alcibiade: *Poſtquam inde expulſus Thebas venerit, adeo ſtudiis eorum inſerviviſſe, ut nemo eum labore corporiſque viribus poſſet æquiparare. Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviunt.* Ad quem locum vide commentatores.

72 Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν &c.] Non multum temporis teram, ut probem Cyrenæos hac ſcientia præ cæteris excelluiſſe, lectorem remitto ad vocem Βάρκη, ubi fuſius hac de re in comment. loquuti ſumus.

73 Ἡμεῖς δὲ, περὶ τὴν τῶν νόμων εὐταξίαν.] Toto orbe Romano tria tantum fuere gymnaſia in quibus licitum erat jus docere, Romæ, Conſtantipoli, & Beryti in Phœnicia. Juſtinianus in prooem. D. §. 7. *Hæc tria volumina à nobis compoſita tradi eis tam in regiis urbibus quam in Berytienſium pulcherrima civitate, quam & legum nutricem quis appellet, tantummodo volumus; quod jam à retro principibus conſtitutum, & non in aliis locis.* Duarum urbium, ſcilicet Novæ Romæ & Beryti, quam alii Beroën appellavere, meminit Theætetus lib. IV. Epigrammat.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν ῥομικῆς φάος εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη, πάντα φύσις δύναται.

74 Βοιωτία ἐν Θρᾴκῃ.] De Bœotia ad Propontidem ſita mentionem facit Hyginus Fab. CLXXXVI. *Poſt quæ Metapontus duxit conjugio Melanippen, eoſque ſibi filios adoptavit, qui in Propontide ex ſuo nomine condiderunt, Bœotus Bœotiam, Æolus Æoliam.*

75 Βοιωτός.] Invenitur illud gentile in veteribus numiſmatibus. Goltzius agnoſcit nummum cum inſcriptione ΒΟΙΩΤΩΝ.

76 Βοιωτία ὗς.] Adagium deſumtum eſt ex Pindari Olymp. Od. VI: hæc ſunt Lyrici verba:

- - - - Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους.
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν παρθενίαν κελαδῆσαι,
γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
ὗν. - - - -

Ad quem locum ita ſcribit Sholiaſt. Ἡ δὲ παροιμία ἐντεῦθεν

Ὦ χαῖρε κολλικοφάγε [77] Βοιωτίδιον. A
καὶ ῥῆμα, Βοιωτιάζειν ἔμαθες.

ΒΟ´ΛΒΑΙ, [78] πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης, ἥ τις Ἡράκλεια ἐκλήθη. [79] ἔστι καὶ Βόλβη πόλις, καὶ λίμνη. τὸ ἐθνικὸν, Βολβαῖος. B

ΒΟΛΒΙΤΙ´ΝΗ, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος. [80] ὁ πολίτης, Βολβιτινήτης. τὸ ἐθνικὸν, Βολβίτινος· ἔνθεν καὶ Βολβίτινον ἅρμα.

ΒΟΛΙ´ΝΗ, [81] πόλις Ἀχαΐας, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Βολιναῖος. C

ΒΟΛΙΣΣΟ´Σ, [82] πόλις Αἰολικὴ ἐπ᾽ ἄκρου, Χίου πλησίον. [83] Θουκυδίδης Βολίσκον αὐτὴν καλεῖ, ἐν ὀγδόῃ. καὶ φασὶν, ὅτι [84] Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος. Ἀνδροτίων δὲ δι᾽ ἑνὸς σ γράφει. τὸ ἐθνικὸν, τῇ τέχνῃ Βολίσσιος, ὡς Λυρνήσσιος. Βολισσεὺς, ὡς Ἁλικαρνασσεύς· καὶ Βολισσίτης, ὡς Ὀδυσσίτης. χρηστέον δὲ τῷ προτέρῳ, διὰ τὸ συνηθες. D E

ΒΟΛΟΓΕΣΙΑ´Σ, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ἐκ [85] Βολογέσου βασιλέως ᾠκισμένη. [86] τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεὺς, ὡς

O ſalve panivorator Bœotiole!
Hinc & illud dictum Bœotiſſare didiciſti.

BOLBÆ, urbs Cariæ & fluvius Bolbæotes, quæ Heraclea appellatur. Eſt item Bolbe urbs & ſtagnum. Gentile, Bolbæus.

BOLBITINE, oppidum Ægypti, cujus meminit Hecatæus. Oppidanus, Bolbitinites. Gentile, Bolbitinus. Inde etiam vehiculum Bolbitinum.

BOLINE, urbs Achaïæ, de qua Rhianus libro II Achaïcorum. Gentile, Bolinæus.

BOLISSUS, urbs Æolica in promontorio, prope Chium. Thucydides eam Boliſcum appellat libro VIII. Narrant quoque Homerum illa in urbe moras duxiſſe, uti Ephorus auctor eſt. Androtio vocem per ſimplex S ſcribit. Gentile ex lege artis, Boliſſius, uti Lyrneſſius. Boliſſenſis, ut Halicarnaſſenſis. Et Boliſſites, uti Odyſſites. Præſtat autem priore uti, propter formam regioni ſolitam.

VOLOGESIAS, urbs ad Euphratem, à Vologeſo rege condita. Hinc gentile Vologeſienſis, uti Aphrodiſienſis formari oportebat:

εὐλόγως ... Ὕαντες, ἔθνος βάρβαρον ἀρχαῖον, κατῴκησαν τὴν Βοιωτίαν. ἐξ ὧν τινας ἐκ παραφθορᾶς τοῦ ὀνόματος, ἀντὶ τοῦ Υ αὐτοὺς λέγειν ὗς ἐκάλουν. ὥστε καὶ τοῖς ὕστερον, διαφθεῖραι τὴν λέξιν ἐπὶ τῶν Βοιωτῶν. καὶ λοιπὸν νομισθῆναι, διὰ πολλὴν ἀλογίαν καὶ ἀγροικίαν, οὕτως ἐξ ἀρχαίου αὐτοὺς κεκλῆσθαι. τούς τε βουλομένους εἰς ἀπαιδευσίαν ἐπισκώπτειν τινὰς, τοῦτο λέγειν, Βοιωτία ὗς. Eadem etiam refert Demetrius Triclinius ad Pindari locum jam citatum. Præterea in fine hujus ſectionis addit aliam dictionem continentem adagium, nempe Βοιωτιάζειν, quod in eos dicitur, qui rudi & imcompoſita voce, quaſi bovum mugitu clamare conſueverunt.

77 Βοιωτίδιον.] Vocabulum diminutivum comica licentia fictum, quemadmodum plura ejuſdem farinæ apud Ariſtophanem occurrunt, ut Σωκράτης Σωκρατίδιον, Εὐριπίδης Εὐριπίδιον. Vide commentarios ad vocem Βαβρώνιον.

78 Βόλβαι, πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης.] Locus admodum ſuſpectus: nam fluviorum nomina in ωτης terminari, res non adeo frequens eſt. Ortelius verba ſequentia ἥ τις Ἡράκλεια ἐκλήθη cum fluvii appellatione conjungit, quod profecto præter Stephani mentem factum videtur. Fortaſſis hic locus ita eſt conſtituendus: Βόλβαι, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης, Βολβαιώτης· ἥτις Ἡράκλεια ἐκλήθη. Neceſſe eſt ultima verba, urbis nomen reſpicere. Heracleæ Caricæ meminit noſter ſuo loco.

79 Ἔστι καὶ Βόλβη πόλις, καὶ λίμνη.] Hæc illa palus eſt, quam ſupra Βοίβην male appellavit, & optime Macedoniæ adſcripſit, de cujus ſitu τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ. Ponitur à Scylace prope Apolloniam, cujus verba jam ſupra citavimus. Memoratur etiam Thucydid. lib. IV, Æſchylo in Perſis, & Ariſtot. de hiſt. Animal. lib. II. Etiam Palmerius hoc ſtagni nomen feliciſſime Athenæo reſtituit.

80 Ὁ πολίτης, Βολβιτινήτης.] Leve mendum hic latet. Scribe, ὁ πολίτης, Βολβιτινίτης. Ægyptiorum enim τύπος, ut paſſim noſter inculcat, in ιτης deſinit. Verum quod in fine addit περὶ Βολβιτίνου ἅρματος, illud valde eſt inſolens, nam de iſtis vehiculis non memini aliquid in ſcriptis antiquorum reperiſſe. Hinc non levis mihi ſuborta ſuſpicio mendæ, licet conſtanter hic locus in vulgatis & MSS ita concipiatur. Lego, Βολβίτινον στόμα. Exiſtimo enim Stephanum unum ex Nili oſtiis innuere. Strabo lib. XVII. Μετὰ δὲ τὸ Βολβίτινον στόμα ἐπὶ πλέον ἔκκειται ταπεινὴ καὶ ἀμμώδης ἄκρα. Eodem loco apud Strabonem τὸ Βολβιτικὸν στόμα dicitur, quod poſſeſſivum eſt ab hac voce formatum.

81 Βολίνη, πόλις Ἀχαΐας.] Etymologici Mag. Auctor *Bolinum* vicum appellat, & prope Patras & Drepanum collocat, ſtatuens hoc nomen ei ἀπὸ τῆς βολῆς inditum fuiſſe, ita enim ille: Βόλινον, κώμη τῆς Ἀχαΐας, πλησίον Πατρῶν καὶ τοῦ καλουμένου Δρεπάνου. εἴρηται δὲ ὅτι νύμφη τις διωκομένη ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐρῶντος, κατὰ τὸν δὲ τὸν τόπον μέλλουσα ἁλῶναι, ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν. ὅθεν τὸ χωρίον οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῆς βολῆς τῆς νύμφης. Eundem ſitum ei quoque attribuit Pauſanias in Achaïcis.

82 Πόλις Αἰολικὴ ἐπ᾽ ἄκρου, Χίου πλησίον.] Non poſſum quin huc tranſcribam locum inſignem, qui eſt apud Annam Comnenam lib. VII Alexiad. ubi egregie urbis ſitus ob oculos ponitur: Οἱ μέν τοι Δαλασσηνοὺς παραπεπλευκέναι τὰς περὶ τὸ δυτικώτερον μέρος ἀκτὰς τῆς νήσου, καὶ τὴν Βολισσὸν καταλαβεῖν παρεγγελοῦσαι, καὶ τὴν αὐτοῦ ὑπεκδέχεσθαι ἐλθοῦσιν. ἡ δὲ Βολισσὸς πολίχνιον κατὰ τὸ ἀκρωτήριον ταυτησὶ νήσου διακείμενον.

83 Θουκυδίδης Βολίσκον.] Apud Thucydidem libro octavo urbis nomen etiam duplici S exaratum reperitur. Incidit fortaſſis noſter in librum ἀδιόρθωτον.

74 Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολ. &c.] Homerum quandoque ibi divertiſſe, literas docuiſſe, & quæcunque juvenilia ludicraque ejus extant, condidiſſe, etiam Herodotus teſtatur libro de vita Homeri: Καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιχλίδας, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα παίγνια ἐστὶν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ.

85 Βολογέσου βασιλέως.] Genuinum regis regum Vologeſi nomen, in omnibus auctoribus corrupiſſimum reperitur, uti nuper docuit Cl. Spanhemius diſſert. ſecund. de præſtantia & uſu numiſmatum, adducens auctoritatem rariſſimi & eximii nummi Romæ non ita pridem reperti, in quo ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ſcriptum occurrit. Hinc emendandum urbis nomen & gentile inde formata. Quod hic de voce Βολογεσιὰς, idem etiam de Βολογεσίφορα ſtatuimus.

86 Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεύς.] Noſter hic loquitur περὶ ἐθνικοῦ, quod ex lege artis & ad ſimilitudinem alorum

ὡς Ἀφροδισιεύς. ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ A
χώρᾳ. λεκτέον Βολεγεσιηνός.

ΒΟΛΟΓΕΣΙΦΟΡΑ, πόλις Περσική. τὸ ἐθνικὸν τύπῳ Περσῶν, Βολογεσιφορηνός. [87] λεκτέον δὲ Βολογεσιφορεύς.

ΒΟΛΟΥΡΟΣ, πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ B
Τραλλέων. μοῖρα γὰρ τῶν Ἰλλυριῶν Βῆγις, καὶ Βόλουρος. ἔστι δὲ πόλις Θεσπρωτίας.

ΒΟΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙ, τόπος, [88] καθ' ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον, ὡς Ἐρατοσθένης ἑβδόμῃ Γαλατικῶν. [89] ἔστι δὲ C
Ἰνδικῆς Βουκέφαλα, ἣν ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. [90] ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὄχθαις τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ, [91] πόλεις ᾤκισε Νίκαιαν, Βουκεφάλαντε. ἔνθα διαβάντος, καὶ μαχομένου, ἀπέθανεν αὐτοῦ [92] ὁ ἵππος Βουκεφάλας προσαγορευόμενος. οἱ κατοικοῦντες, Βουκεφαλεῖς, D
[93] ἐπειδὴ ὁ δημότης Κεφαλεύς, τοῦ Κεφαλῆ.

ΒΟΡΜΙΣΚΟΣ, χωρίον Μακεδονίας, [94] ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης· οὓς κύνας τῇ πατρῴᾳ φωνῇ ἑτερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες, [95] ὁ δὲ ποιητὴς, τραπεζῆας. E
ἐκ δὲ τῶν δηγμάτων ἀρρωστήσαντα αὐτὸν ἀποθανεῖν. τὸ ἐθνικὸν Βορμίσκιος, ὡς Τριποδίσκιος, [96] Δο-

tebat: verum illa forma regioni minime convenit. Dicendum enim Vologeſienus.

VOLOGESIPHORA, urbs Perſica. Gentile, forma Perſarum, Vologeſiphorenus. Dicendum vero Vologeſiphorenſis.

BOLURUS, urbs Trallianorum in Illyria. Begis enim & Bolurus pars ſunt Illyrici. Eſt præterea Theſprotiæ urbs.

BOOS CEPHALÆ, locus ubi Pruſias cum Attalo dimicavit, uti teſtatur Eratoſthenes libro VII de rebus Galaticis. Eſt quoque Bucephala Indica, quam Alexander condidit. In utraque enim Hydaſpes fluminis ripa urbes Nicæam Bucephalamque condidit: illic cum trajeciſſet & pugnaſſet, obiit ipſi equus Bucephalus nominatus. Incolæ, Bucephalenſes, quandoquidem populare nomen Cephalenſis à voce Cephale deducitur.

BORMISCUS, regiuncula Macedoniæ, ubi Euripides à canibus dilaceratus eſt, quos Macedones vernacula lingua ἑτερικὰς, & Poëta τραπεζῆας appellavit. Illorum morſu debilitatus, diem ſuum obiit. Gentile, Bormiſcius, uti Tripodiſcius, Do-

rum formatum eſt, quemadmodum liquet in voce Ἀβρότονον, quæ verba etiam alia occaſione produximus. Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστι ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος, ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, οὕτως Ἀβρότονον Ἀβροτονεύς. Eadem prorſus ratio hic obtinet: nam uti ab Ἀφροδισίας fit Ἀφροδισιεύς, ita à Βολογεσιὰς Βολογεσιεύς. Verum noſter fatetur hunc τύπον regioni minime convenire, quippe hinc deducendum Βολογεσιηνός.

[87] Λεκτέον δὲ Βολογεσιφορεύς.] Non dubito, quin in genuino ſuo opere Stephanus hoc reſtricte ſtatuerit Hujuſmodi enim gentile ab hac urbe non eſt formandum, niſi id feceris κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν τύπον, quemadmodum alibi loquitur.

[88] Καθ' ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον.] De bello inter Pruſiam & Attalum legendus Polybius Legat. CXXVIII: Ὅτι Ἄτταλος ἡττηθεὶς παρὰ Προυσίου, προχειρισάμενος Ἀθήναιον τὸν ἀδελφὸν, ἐξαπέστειλε μετὰ τοῦ περὶ Πόπλιον Λέντλον, διασαφήσοντα τῇ συγκλήτῳ τὸ γεγονός. Præterea videſis Legat. CVI, CXXIX, CXXXV & CXXXVI, ubi leges pacis, in quas reges ambo, auctoritate Romanorum legatorum conſentiebant, memorantur. Polybius locum, ubi Pruſias Attalum devicit, expreſſis verbis non nominat, & noſter de ſitu nihil perhibet: procul dubio fuit locus Aſiæ vel circa Chalcedonitim, vel circa Bithyniam. Polybius libro IV in deſcriptione Mæotidis ac Ponti, in Aſia locum ponit *Bovem* dictum, qui fortaſſis idem eſt, quem noſter Βοὸς κεφαλὰς nuncupat: Ὅθεν αὖθις ὁρμήσας προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος. ἐφ' ὃν ἐπιστῆναί φασι πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. πλὴν ὅγε ῥοῦς τὸ πλεῖστον ὁρμήσας ἀπὸ τοῦ Βοὸς, ἐπ' αὐτὸ φέρεται Βυζάντιον. Verum hæc mera conjectura eſt, quam memini obtrudo.

[89] Ἔστι δὲ Ἰνδικῆς Βουκέφαλα.] Miror noſtrum hac ſectione Bucephalæ, ab Alexandro ædificatæ, meminiſſe, cum & literarum ordo aliter ſuadeat, & ejuſdem Bucephalæ, ſuo loco in ſequentibus, deſcriptionem exhibeat.

[90] Ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὄχθαις.] In omnibus editionibus hic locus mala *interpunctione* laborat. Ante hæc verba πλειστάκην collocare viſum fuit, & reliqua ita interſtinguere, ut lectori ſenſus ſit facilis & perſpicuus. Egregie huc faciunt verba Euſtathii ad Iliad. B. Ἡ Βουκέφαλα δὲ ἐστὶ πόλις Ἰνδικὴ ἐκείνη κτισθεῖσα ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἐπ' ἀμφοτέραις φησὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ Ὑδάσπου, διότι διαβάντος Ἀλεξάνδρου ἐκεῖ, καὶ μαχομένου, ὁ Βουκεφάλας ἵππος ἀπέθανεν.

[91] Πόλεις ᾤκισε Νίκαιαν, Βουκεφάλαν τε.] Hic locus in omnibus editis mutilus conſpicitur hunc in modum, & particulam τε tranſcriptores in adverſativam conjunctionem commutarunt, πολ * ᾤκισε Νίκαιαν. Βουκεφάλαν δὲ, ἔνθα διαβάντος &c. Quemadmodum edi curavimus, ita Salmaſius ad oram ſui Stephani hanc lacunam ex MSS repleverat. Hanc lectionem nobis etiam Voſſianus cod. ſuppeditavit. Suſpicor tamen hæc & ſequentia auctoris cujuſdam antiqui eſſe verba, cujus nomen ante τὸ ἐπ' ἀμφοτέραις excidit. In eundem ferme modum ſcribit Arrianus lib. V: Ἵνα δὲ ἡ μάχη ξυνέβη, καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρασε τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. καὶ τὴν μὲν Νίκαιαν, τῆς νίκης τῆς κατ' Ἰνδῶν ἐπώνυμον, ὠνόμασε. τὴν δὲ, Βουκεφάλαν, ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ.

[92] Ὁ ἵππος Βουκεφάλας.] Utrumque dicitur, & Βουκεφάλας & Βουκέφαλος. Plutarchus in vita Alexandri: Τοῦ Βουκεφάλα φειδόμενος, ἤδη παρήλικος ὄντος.

[93] Ἐπειδὴ ὁ δημότης Κεφαλεύς, τοῦ Κεφαλῆ.] Sic exhibent libri editi. Cod. Voſſianus ultimæ voci aliam terminationem tribuit, legitur enim inibi, Κεφαλεύς τοῦ Κεφαλέου. Unde fortaſſe ſi Κεφαλαὶ conjecero, non erravero, Euſtathii auctoritate ductus, ita enim ille ad Iliad. B. Ὅμοιον δὲ καὶ αἱ ἀσυνθέτως ὀνομασμέναι Κεφαλαὶ, δῆμος αὕτη Ἀττικὸς, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι.

[94] Ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης.] Qui de hoc Euripidis fato mentionem faciunt, loci nomen reticent, duntaxat narrantes hoc illi in Macedonia contigiſſe. Aulus Gellius lib. XV cap. XIX: *Quum in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, uteretur que eo rex familiarius; rediens nocte ab ejus cœna, canibus à quodam æmulo immiſſis dilaceratus eſt: & ex his vulneribus mors ſecuta eſt.* Vide hac de re C. Rhodig. Ant. lect. lib. XXII cap. X. Cui adde Scaligerum ad Euſebium pag. 108.

[95] Ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζῆας.] Locus, quem Stephanus innuit, eſt apud Homerum Iliad. X in oratione Priami hiſce verbis:

Αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν

Ὠμησταὶ

[96] Δορίσκιος, ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις εὑρήσεις. A

Doriſcius, quæ ſuis locis invenies.

ΒΟ'ΡΣΙΠΠΑ, [97] πόλις Χαλδαίων
οὐδετέρως, ἱερὰ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος,
λινουργεῖον μέγα. [98] λέγεται καὶ θηλυκῶς, [99] οἱ
πολῖται, Βορσιππηνοί. Ἀῤῥιανὸς δὲ, [1] Βορ-
σιππεῖς αὐτοὺς φησι. B

BORSIPPA, urbs Chaldæorum, genere neutro, Apollini & Dianæ ſacra. Magnæ ibi ſunt officinæ linteis conficiendis deſtinatæ. Dicitur etiam genere fœminino. Cives, Borſippeni. Arrianus vero eos Borſippenſes nominat.

ΒΟ'ΡΥΖΑ, πόλις Ποντική. [2] τὸ ἐθνικὸν,
Βορυζαῖος.

BORYZA, urbs Pontica. Gentile, Boryzæus.

ΒΟΡΥΣΘΕ'ΝΗΣ, [3] πόλις, καὶ ποταμὸς
τοῦ Πόντου, [4] παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, καὶ Τά-
ναϊν τὸν ποταμόν. οὕτω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πρὸ τῆς C
Ἕλλης ἐκαλεῖτο. ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς πρὸς
ἑσπέραν, [6] Μιλησίων ἀποικία, ἣν οἱ μὲν [7] ἄλλοι
Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν. [8] ἣν ποιοῦσιν, ὅ, τε
Βορυσθένης καὶ Ὕπανις. ὁ πολίτης, Βορυσθενί-
της. καὶ τὸ θηλυκὸν Βορυσθενῖτις, οὐκ ἀπὸ τῆς D
πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. βούλεται δὲ τὴν ει
δίφθογγον ἔχειν ἐν τῇ παραληγούσῃ. ἀπὸ γὰρ τῆς
εἰς ος εὐθείας, ἡ διὰ τοῦ ιτης παραγωγὴ πλεο-
νάζει μιᾷ συλλαβῇ, ὡς τόπος τοπίτης, Κανωπί-
της, ὁ Ἄδωνις παρὰ Παρθενίῳ. [9] τὸ δὲ Ἰήτης, ἀπὸ E
τῆς Ἴου,

BORYSTHENES, urbs & flumen Ponti, juxta Mæotidem paludem, & Tanaïn fluvium. Ita Helleſpontus ante Hellen appellabatur. Eſt quoque urbs Græca ad occaſum ſita, Mileſiorum colonia, quam alii quidem Boryſthenem, ipſi vero incolæ Olbiam nuncupant. Boryſthenes autem & Hypanis præterlabuntur. Civis, Boryſthenites, & genere fœminino Boryſthenitis, quod tamen non ab urbis, ſed à fluvii appellatione deducitur. Gaudet enim habere diphthongum ει in penultima: Nam vox derivata à caſu recto in ος, eademque per ιτης prolata, unica ſyllaba primitivum ſuum ſuperat, uti τόπος τοπίτης, Canopites, quo nomine Adonis apud Parthenium inſignitur. At vero Ἰήτης, deri-

---

Ὠμησταὶ ἐρύουσι, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
Τύψας ἠὲ βαλὼν ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται,
Οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς.

Τραπεζεὺς eſt canis domeſticus, qui ad menſam omnia cruda vorat. Heſychius: Τραπεζῆες, οἱ πρὸς ταῖς τραπέζαις λιχνεύοντες. Etymologici Magni Auct. ſimpliciter κύνας interpretatur *menſæ adſtantes*, ita enim ille: Τραπεζίτης, διὰ τοῦ ι. σημαίνει τὸν ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον τραπεζίτην, ἀπὸ τοῦ τράπεζα. διὰ δὲ τῆς ει διφθόγγου, τὸν ἐν τῇ τραπέζῃ παρεστηκότα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· - - - - τραπεζῆες κύνες. ἀπὸ τοῦ τραπεζεύς ἐστι. τὸ δὲ παρ' Ἰβύκῳ, διὰ τοῦ η λεγόμενον, τραπεζητᾶν κυνῶν, ἔστιν ὡς πλειόνων πλήων.

[96] Δορίσκιος.] In prima ſyllaba omnes ſcripti & vulgati Ω mega agnoſcunt, quod nobis auctoritate ipſius Stephani & aliorum, immutare placuit.

[97] Πόλις Χαλδαίων οὐδετέρως.] Sic uſurpavit hanc vocem Strabo lib. xv, cujus verba noſter tranſcripſit, ita enim ille: Τὰ δὲ Βόρσιππα, ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα. Sequitur & aliud quid memorabile, quod noſter neglexit, ſcilicet, maximam ea in urbe veſpertilionum multitudinem reperiri, qui longe majores ſunt quam in cæteris locis. Hi capiuntur ad cibum & ſale condiuntur. Corrupte urbis nomen occurrit apud Ptolemæum Βάρσιτα pro Βόρσιππα, obſervante doctiſſimo Bocharto. Apud Joſephum lib. i contra Appionem reperitur Βόρσιππος, ſic enim ille de Cyro Nabonnedum oppugnaturo: Ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον.

[98] Λέγεται καὶ θηλυκῶς.] In Græcorum ſcriptis nihil inveni, quo hoc demonſtrem. Apud Juſtinum lib. xii cap. xiii locus eſt, quem ſic emendavit Cl. Voſſius: *Ob hoc omiſſa Babylonia in Borſippam urbem trans Euphratem, deſertam olim conceſſit.*

[99] Οἱ πολῖται, Βορσιππηνοί.] Hoc gentile uſurparunt Strabo & Joſephus, libris jam ſupra allegatis.

[1] Βορσιππεῖς αὐτοὺς φησι.] Scilicet, non ſecundum τὸν ἐπιχώριον, ſed τὸν Ἑλληνικὸν τύπον.

[2] Τὸ ἐθνικὸν, Βορυζαῖος.] Clariſſimus Seguinus divulgavit nomiſma cum inſcriptione ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ, quam ad Pryſam Bithyniæ pertinere exiſtimabat. Verum Spanhemius levi trajectione Ρ & Ο ΒΟΡΥΖΗΝΩΝ legendum ex Stephano noſtro judicavit, quod etiam à Coſſartio obſervatum aſſeverat.

[3] Πόλις καὶ ποταμός.] Martianus capella: *Ab Hiſtro ad Oceanum bis decies centum millium paſſuum eſt: in latitudine millibus quadringentis uſque ad Sarmatiæ ſolitudines. Nec procul fluvius, lacus, oppidum, ſub uno cuncta nomine Boryſthenes, propter Achillis inſulam ejus ſepulchro celebratam.* Omnia Boryſthenis (qui vulgo nunc de *Nieper* dicitur) memorabilia atque admirabilia ex variis auctoribus huc congerere, nimis longum foret. Lectorem ablegamus ad Herodot. lib. iv. Solinum cap. xix. Plinium lib. iv cap. xii. ix: xv. & xxxi: v.

[4] Παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην καὶ Τάναϊν.] Non recte Stephanus noſter Boryſthenem juxta Mæotidem & Tanaïm collocat, quod obiter obſervavit Cl. Iſaacus Voſſius in notis ad fragmenta Peripli Ponti Euxini & Mæotidis paludis. Addam verba Herodoti quæ hoc evincunt maniſeſtiſſime, ita enim ille lib. jam citato: Ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός. ἀπὸ Βορυσθένεός τ' ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Μαιῆτιν, ἑτέρων δέκα. Vide quoque Plinium lib. iv cap. xii.

[5] Οὕτω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πρὸ τῆς Ἕλλης.] Sic Helleſpontus antequam Helle in eo periiſſet, Boryſthenis nomine inſigniebatur, quamvis apud Heſychium & alios contrarium inveniatur.

[6] Μιλησίων ἀποικία.] Hinc eſt, quod Plinius tradat Olbiam Miletopolim dictam eſſe. Herodotus lib. iv: Εὖτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν τῶν Σκυθέων ἐς τὸ Βορυσθενεϊτέων ἄστυ. Οἱ δὲ Βορυσθενεῖται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους. Vide præterea Marcianum Heracleotam & alios.

[7] Ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν.] Deſideratur καλοῦσι, vel ſimile quid. Boryſthenem eſſe Olbiam certiſſimum eſt. Pomponius Mela ineptiſſime contrarium ſtatuit, ita enim ille lib. ii cap. i: *Longe venit ignotiſque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo ſtringit: tantoque ſpatio navigabilis, ſecundum Boryſthenida & Olbiam Græca oppida.* Egregie ad rem faciunt verba Herodoti lib. iv: Τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὕπανι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας. σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας.

[8] Ἣν ποιοῦσιν ὅ, τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις.] Hæc mihi non ſatis ſana videntur: locum tamen ſine auxilio meliorum codicum emendare haud aggrediar. Videtur noſter velle: urbem eo loci eſſe conditam, ubi Hypanis & Boryſthenes fluvii junguntur. Præclare in hanc rem ſcripſit Auctor Peripli Ponti Euxini: Ἐπὶ δὲ ταῖς κατὰ Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην ταῖς τῶν δυοῖν ποταμῶν συμβολαῖς ἐστι κτισθεῖσα πόλις, πρότερον μὲν Ὀλβία Σαβία καλουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης κληθεῖσα. Ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσι.

[9] Τὸ δὲ Ἰήτης.] Eſt gentile à voce Ἴος, quæ una è Cycladum eſt inſulis, de qua ſuo loco.

τῆς Ἴου, [10] διὰ τὸ ι, ἐξεφωνήθη διὰ τοῦ η· καὶ ἀπὸ A τῆς γενικῆς Ἀσκάλωνος Ἀσκαλωνίτης, [11] Ἕλεος Ἑλεΐτης καὶ Ἑλείτης, ὁ τὸ Ἕλος οἰκῶν. [12] Ὠρεός, Ὠρεΐτης καὶ Ὠρείτης. ἔδει οὖν καὶ Βορυσθενείτης, διὰ διφθόγγου· οὐ γὰρ ὅμοιος [13] τῷ Τεμενίτης, οὐδὲ τῷ [14] ἑρκίτης. οὐ γὰρ ἀπὸ B τῆς γενικῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς εἰς ος εὐθείας. ταῦτα καὶ εἰκότως ἔχει τὸ ι. τὸ δὲ Βορυσθένης, οὐκ εἰς ος λήγει. τί οὖν; ἐροῦμεν, [15] ὅτι ἠκολούθησε τῷ πλείονι χαρακτῆρι διὰ τοῦ ι. τὰ γὰρ διὰ διφθόγγου, ὀλίγα. Ζελείτης, Σαμαρείτης, C Δικαιαρχείτης, Μαρωνείτης.

ΒΟΣΙΡΑΡΑ, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν, [16] Βοσιραρήτης, διὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον.

ΒΟΣΠΟΡΟΣ [17], πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. [18] καὶ πορθμὸς D ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος. [19] Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ,

> Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
> Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
> Κεκλήσεται. - - - - E

[20] ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς. [21] τὸ ἐθνικὸν, Βοσπόριος, καὶ Βοσπορία, [22] καὶ Βοσπορανός, καὶ Βοσπορηνός· διχῶς γὰρ, καὶ διὰ τοῦ α, καὶ διὰ τοῦ η, ὡς

derivativum à genitivo Ἴου, quia in principio habet ι, effertur per η. Et à genitivo Aſcalonis eſt Aſcalonites: ſic ab Ἕλεος Heleïtes & Heleites, id eſt Heli incola. Ab Ὠρεός Oreïtes & Oreites formatur. Oportebat igitur & Boryſtheneites per diphthongum ſcribi. Neque enim hæc vox ſimilis eſt voci *Temenites* aut Hercites, quippe quæ non à gignendi, ſed à caſu recto in in ος derivantur, & merito ι habent. At vero Boryſthenes non in ος deſinit. Quid igitur? Dicemus ipſum ſequi formam, ut plurimum uſitatam per ι. Illa enim, quæ diphthongum ει habent, pauca ſunt, ut Zeleites, Samareites, Dicæarcheites, Maroneites.

BOSIRARA, urbs Ægypti, cujus gentile Boſirarites, propter formam vernaculam.

BOSPORUS, urbs Ponti, juxta Cimmerium ſinum, uti Philo auctor eſt. Et fretum ejuſdem nominis ab Iô denominatum, cujus meminit Æſchylus in Prometheo vincto:

> *Mortalibus vero perennis erit fama*
> *Tuæ trajectionis. Boſporus hinc*
> *Cognominabitur.*

Eſt & alius Sindicæ. Gentile, Boſporius & Boſporia, & Boſporianus & Boſporenus. Duplici enim modo ſcribitur & per A, & per η, quem-

[10] Διὰ τὸ ι.] Ita correxi hunc locum ex prioribus editionibus. Peſſime Xylandriana exhibet, διὰ τοῦ ι.

[11] Ἕλεος Ἑλεΐτης.] Vocabulum primum eſt caſus obliquus à recto Ἕλος, de quo in ſequentibus.

[12] Ὠρεός Ὠρεΐτης.] Male in Xylandriana legitur, Ὠρεύς Ὠρεΐτης. Nos veram lectionem ex MS Voſſiano & prioribus editionibus revocavimus.

[13] Τῷ Τεμενίτης.] Juxta Stephanum Τέμενος Siciliæ locus eſt, unde deducitur τὸ Τεμενίτης, de quo vide ſuo loco.

[14] Ἑρκίτης.] Aliæ editiones ſine aſpiratione Ἐρκίτης. Eſt nomen ſervile, uti ſcribit Euſtathius ad Iliad. O. Δουλικὰ ὀνόματα καὶ οἱ Ἀργοί, καὶ οἱ πελάται, καὶ οἱ λάτρεις, καὶ οἱ ἑρκῖται, οἵπερ εἰσὶ καὶ ἄγρον οἰκέται. Idem quoque perhibet Heſychius. Derivatur hæc vox παρὰ τὸ ἕρκος, cujus varias notiones apud Lexicographos legere licet: illa Stephanus utitur alibi: Ἕρμος, ὡς ἕρκος, ἑτέρως, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς.

[15] Ὅτι ἠκολούθησε τῷ πλείονι χαρακτῆρι.] Salmaſius in margine ſui libri ad hæc verba ita ſcribit: Χαρακτῆρα hoc loco vocat, quem aliter ſemper τύπον vocavit. Πλείονα χαρακτῆρα vocat, qui multis eſt in uſu. Inde & πλεονάζειν verbum, ſic ἐπιπολάζειν, pro eodem ſumunt, ἀπὸ τοῦ πολύ, quod alibi temere non reperias.

[16] Βοσιραρήτης.] Sine dubio legendum, Βοσιραρίτης, quæ forma Ægyptiis eſt ſolita, ut noſter paſſim perhibet.

[17] Βόσπορος, πόλις Πόντου &c.] Totum hunc locum Conſtantinus Porphyrogenneta lib. II de Thematibus, ex genuino Stephani opere, quo paſſim utitur, tranſcripſit, quanquam ejus nomen ſupprimat, ita enim ille: Βόσπορος, πόλις Πόντου κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου καλούμενος, καθὼς Αἰσχύλος ἐν τῷ Προμηθεῖ δεσμώτῃ γράφει. Sequuntur iidem verſus Æſchyli, & aliorum ſcriptorum teſtimonia, quæ de Boſporo Cimmerio & Thracio loquuntur, de quibus Epitomator ne γρὺ quidem. Denique Conſtantinus quoque fabuloſam hanc de Philippo Macedone narrationem addit, & eodem modo ac Stephanus, quanquam illa narratio ubi mutila ſit, huic themati finem imponit.

[18] Καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος.] Næ mihi in mythologicis is parum videtur verſatus, qui hanc Cadmi filiam facit. Ita tamen voluit Etymologici Magni Auctor: Βόσπορος, οἱονεὶ βοὸς πόρος· ὠνόμασται γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς τῆς θυγατρὸς Κάδμου. ταύτῃ γὰρ ἡ Ἥρα κατὰ ζῆλον οἶστρον ἐπέμψεν. ἥτις ἐλαυνομένη ὥσπερ πόρους, τοῦτον παρῆλθε τὸν τόπον. Apollodorus lib. II Jûs genealogiam recenſet, & variantes antiquorum ſententias adducit, ſed de Cadmo nullam mentionem facit: ſic neque Hyginus Fab. CXLV cujus verba veterum membranarum ope ita reſtituo. *Ex Triope & Oreaſide Xanthus & Inachus, ex Pelaſgo Laris, ex Inacho & Argia Io. Hanc Jupiter dilectam compreſſit, & in vaccæ figuram convertit, ne Juno eam cognoſceret. Id Juno cum reſcivit, Argum cui undique oculi refulgebant, cuſtodem ei miſit, cujus timore exagitata, coëgit eam ut ſe in mare præcipitaret: quod mare Jonium eſt appellatum. Inde in Scythiam tranſnavit, unde Boſpori fauces ſunt dictæ.* Peſſime in vulgatis legitur & ſine ſenſu: *unde Boſphorus fines ſunt dictæ.* Hujus fabulæ plurimi antiquorum meminere, Dionyſius Periegeta, & Euſtathius ad eundem, Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Palæphatus, Lycophronis Scholiaſtes, Heſychius Mileſius, & Parthenius Eroticor lib. I.

[19] Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ.] Corruptiſſime MS Voſſianus: Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσπότῃ. Scripſit enim Æſchylus Prometheum δεσμώτην & λυόμενον, cujus noſter meminit in Ἄβιοι.

[20] Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς.] Euſtathius qui paſſim Stephani ἐθνικὰ tranſcribit & ſequitur, quanquam aliquando nomen reticeat, etiam hujus Boſpori meminit, ita enim ille ad Dionyſium: Ἔστι δὲ Βόσπορος καὶ Ἰνδικός. Clar. Voſſius in notis ad Scylacem legendum exiſtimat, ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Σινδικῆς. Non magnopere tamen cum quoquam contenderit, ſi quis apud Stephanum Ἰνδικῆς retineat, quia poſterioris ætatis Græci Sindicam videntur appellaſſe Indicam. Verum Salmaſius in margine ſui libri etiam hæc verba non intacta reliquit, legit enim: ἔστι καὶ ἄλλος τῆς Ἰνδικῆς, reſpiciendo ad vocem πορθμός.

[21] Τὸ ἐθνικὸν, Βοσπόριος.] Utitur Ovidius hoc gentili, ita enim ille lib. II Triſt.

> *Iſidis æde ſedens, cur hanc Saturnia quæret,*
> *Egerit Jonio Boſphorioque mari.*

[22] Καὶ Βοσπορανός, καὶ Βοσπορηνός.] Non ignoro primum

A ὡς τὸ Τιβαρανὸς καὶ Τιβαρηνός. λέγεται καὶ Βοσπορίτης, [23] καὶ Βοσπορικὸς τὸ κτητικόν. [24] λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμήν. [25] οἱ δὲ ἐγχώριοι, Φωσφόριον αὐτὸν καλοῦσι, παραγραμματίζοντες. ἢ ὅτι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος διορύξαντος κατὰ τὴν πολιορκίαν B εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν ἀφανῶς οἱ ὀρύττοντες ἔμελλον τοῦ ὀρύγματος [26] ἀναδῦναι, [27] καὶ Ἑκάτη Φωσφόρος οὖσα, δᾷδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυγόντες, Φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασαν. C εἴρηται περὶ τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου. Σοφοκλῆς δὲ [28] ἐν Φινεῖ πρώτῳ, διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον,

[29] Οὐδ᾽ ἂν Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

ΒΟΣΤΡΑ [30], πόλις Ἀραβίας, οὐδετέρως, καὶ θηλυκῶς. τὸ ἐθνικὸν Βοστρηνὸς, ὡς Γαγγρηνός· [31] καὶ Βοστρινὴ, καὶ Βοστραῖος. D

ΒΟΤΡΥΣ [32], πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης Βοτρυηνὸς, ὡς Παυσανίας, [33] παραλόγως· [34] ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ η E ἔχει πρὸ τέλους, ὀφεῖλον τὸ α, ὡς Ὀλβιανὸς, Καρδιανός.

ΒΟΤΙΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, ἔχουσα λίμνην [35] Ἄτταιαν λεγομένην, τρέφουσαν ἅλας. [36] τὸ ἐθνικὸν Βοτιεύς, ὡς Δορυλαεύς. F

quemadmodum Tibaranus & Tibarenus. Dicitur quoque Boſporita, & Boſporicus poſſeſſivum. Et Boſporium vocatur Byzantii portus: verum hunc incolæ, vel per alliterationem Phoſphorium appellant; vel quod Philippo Macedone in obſidione urbis occultum introitum fodiente, cum inde foſſores è cuniculo jam jam prorupturi eſſent, Hecate Phoſphorus, id eſt, *luna cœlo ſplendens*, faces civibus noctu apparere fecit, qui evitata ſolutaque obſidione, hunc locum Phoſphorium, id eſt, *Luciferum*, nuncuparunt. De quo nomine, ſectione de Byzantio dicetur. Sophocles autem in Phineo primo proprium illud nomen in penultima per ει diphthongum effert:

Nec ſi Boſporeia apud Scythas aqua.

BOSTRA, urbs Arabiæ, genere neutro & fœminino. Gentile, Boſtrenus, uti Gangrenus, & Boſtrene, & Boſtræus.

BOTRYS, oppidum Phœniciæ. Oppidanus, Botryenus, quo utitur Pauſanias præter rationem. Nam quod à genitivo in Y purum formatur, in penultima neceſſario habet A, ut Olbianus, Cardianus.

BOTIEUM, urbs Phrygiæ, habens paludem Attæam appellatam, ſal proferentem. Gentile, Botienſis, uti Dorylaënſis.

BOY- BU-

mum gentile ſcriptoribus antiquis eſſe uſitatiſſimum, præſertim Straboni lib. VII. Οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσπορανῶν καὶ Ταύρων γῆς. Verum metuo, ne apud Stephanum legendum ſit, καὶ Βοσπορανὸς καὶ Βοσπορηνός. διχῶς γὰρ, καὶ διὰ τοῦ α, καὶ διὰ τοῦ η. Quemadmodum Τιβαρανὸς & Τιβαρηνὸς dicitur. Nam Græcis pariter & Latinis τὸ Βοσπορανὸς in uſu eſt. Euſtathius ad Dionyſium Periegetam pag. 45. Παντικάπαιον πόλις μεγάλη, κτίσμα παιδὸς Αἰήτου, λόφος κύκλῳ περιοικούμενος, σταδίων εἴκοσι, μητρόπολις τῶν ἐκεῖ Βοσπορανῶν. Sic quoque Jul. Capitolinus in Ant. Pio: *Rimethalcen in regnum Boſphoranum, audito inter ipſum & curatorem negotio, remiſit.*

23 Καὶ Βοσπορικὸς τὸ κτητικόν.] Macrobius Saturnal. lib. VII cap. XII: *Nam quod Herodotus hiſtoriarum ſcriptor, contra omnium ferme, qui hæc quæſiverunt, opinionem, ſcripſit mare Boſporicum, quod & Cimmericum appellat.*

24 Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμήν.] Obſervat Salmaſius ad oram ſui libri, apud Euſtathium legi Βόσπορος, non vero Βοσπόριον. Ἔστι δὲ Βόσπορος καὶ Ἰνδικός· καὶ ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη. Imo non dubito hanc genuinam Stephani lectionem fuiſſe, nam eodem modo etiam Conſtant. Porphyrogenneta loquitur, qui ſæpiſſime noſtrum verbotenus tranſcripſit, ita enim ille lib. II de Them. circa finem. Δύο δέ εἰσι τόποι Βόσποροι καλούμενοι. εἷς μὲν ὁ Κιμμέριος, πλησίον Χερσῶνος, ἐν ᾧ καὶ τὸ βασίλειον τῶν Βοσπορανῶν ἦν. ἕτερος δὲ ἐν Βυζαντίῳ, καθὰ Φαβωρῖνος γράφει Βυζαντίων λιμὴν Βόσπορος καλεῖται.

25 Οἱ δὲ ἐγχώριοι Φωσφόριον αὐτὸν καλοῦσι.] Hunc locum ferme verbotenus ex noſtro habet Euſtathius, ita enim ille in comment. ad Dionyſium: Καὶ ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη, κατὰ παραγραμματισμὸν, ἢ μάλιστα κατὰ τὴν παρὰ τοῖς ῥήτορσι λεγομένην παραφθοράν. Φωσφόριον ὀφείλων καλεῖσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. Φιλίππου γὰρ ἐν πολιορκίᾳ διορύξαντος εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν οἱ ὀρύσσοντες ἔμελλον ἀφανῶς ἐξαναδῦναι τοῦ ὀρύγματος, καὶ Ἑκάτη Φωσφόρος οὖσα δᾷδας ἐκεῖθεν ἔφηνε τοῖς πολίταις. καὶ τὴν πολιορκίαν οὕτω φυγόντες, Φωσφόριον οἱ ἐγχώριοι τὸν τόπον ἐκάλεσαν.

26 Ἀναδῦναι.] Editi omnes & calamo exarati, ἀναδοῦναι quod eſt vitioſiſſimum. Jam olim Meurſius ex Euſtathio repoſuit ἀναδῦναι vel ἐξαναδῦναι. Quod itidem à Salmaſio in ora ſui Stephani factum video.

27 Καὶ Ἑκάτη.] Multo rectius Euſtathius verbis jam allegatis: Ἡ Ἑκάτη. Hanc veram lectionem eſſe reor.

28 Ἐν Φινεῖ πρώτῳ.] Ab Heſychio in Ἀχάλκιδα, Sophoclis Φινεὺς δεύτερος allegatur.

29 Οὐδ᾽ ἂν Βοσπόρειον.] Salmaſius in Palatinis MSS invenit: Οὐδ᾽ ἂν Βοσπόρειο ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

30 Βόστρα, πόλις Ἀραβίας.] Vide quæ de hoc oppido ſcripſere nobiliſſimi antiquarii Triſtanus tom. II pag. 426. & Spanhemius diſſertatione nona de præſt. & uſu numiſmatum.

31 Καὶ Βοστρινή.] Hæc vox manifeſte eſt depravata in MSS & editis omnibus. Non incommode reſcribi poſſet, καὶ Βοστρηνὴ, quod eſt fœmininum à Βοστρηνός.

32 Βότρυς, πόλις Φοινίκης.] P. Mela lib. I cap. XII: *Et ea ad promontorium Euproſopon duo ſunt oppida, Byblos & Botrys.* Ad quem locum vide Voſſium. Wildebrandus ab Oldenburg *Boterim* appellat in itinerario ſuo. *Eadem nocte, quæ ſemper à me nigro lapide* [illegible] *processimus Boterim, quod eſt caſtellum bonum* [illegible] *poſſeſſum.*

33 Παραλόγως.] Codex Voſſianus παραλόγως. male. Optime addit hanc formandi rationem non procedere, nam in Ἄγκυρα dixerat: ἡμάρτηται τὸ Βοτρυηνὸς, εἰ ἀπὸ τοῦ βότρυος γέγονεν.

34 Ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης.] Salmaſius in margine ſui libri exiſtimat, hunc locum ita corrigendum eſſe: ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ υ, ἔχειν πρὸ τέλους ὀφείλει τὸ α. Hæc ſi probe intelligere velimus, recurrendum ad vocem Ἄγκυρα, ubi hac in re plurimum lucis ſuppeditatur.

35 Ἄτταιαν λεγομένην.] Codex Palatinus vetuſtiſſimus, teſte Salmaſio, exhibet: Ἄτγαιαν λεγομένην. Utrum ſit præferendum, alii judicent, in geographicis magis verſati.

36 Τὸ ἐθνικὸν, Βοτιεύς.] MSS Palatini: Βοταεύς.

ΒΟΥΒΑΣΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου, [37] ἣν Ἡρόδοτος Βούβασιν φησὶ, διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν, Βουβαςίτης· καὶ πόλις Βουβαςῖτις· Βούβαςος τε πόλις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος· καὶ νομὸς Βουβαςίτης. λέγεται καὶ Βουβάςιος, παρὰ Θεοπόμπῳ. οἱ δ' [38] Αἰγύπτιοι Βούβαςον, τὸν αἴλουρόν φασι. A B

BUBASTUS, urbs Ægypti, quam Herodotus per I Bubaſtin appellat. Gentile, Bubaſtites. Et urbs Bubaſtitis. Bubaſtus & urbs & templum Dianæ. Et præfectura Bubaſtites. A Theopompo etiam Bubaſtius dicitur. Ægyptii vero felem Bubaſtum nuncupant.

ΒΟΥΒΩΝ [39], πόλις Λυκίας. Βούβων γὰρ καὶ Βάλβουρα, πόλεις Λυκίας, ἀπὸ Βαλβούρου καὶ Βούβωνος· οὗτοι δὲ λῃσταὶ πόλεις ἔκτισαν ὁμωνύμους. ὁ πολίτης ὤφειλε Βουβώνιος, εἴρηται δὲ Βουβωνεύς. [40] χαίρουσι γὰρ οἱ Λύκιοι τῷ τύπῳ. C

BUBÔN, urbs Lyciæ. Bubôn enim & Balbura Lyciæ urbes ſunt, à Balburo & Bubone ſic dictæ. Iſti autem latrones urbes condiderunt, quas de ſe nominarunt. Civis debebat dici Bubonius: verum dicitur Bubonenſis: Lycii enim iſta forma gaudent.

ΒΟΥΔΕΙΑ, [41] πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βούδους. οὕτω τιμᾶται Βουδεία ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Θετταλίᾳ. Λυκόφρων, D

[42] Ἡ πολλὰ δὴ Βούδειαν Αἴθυιαν κόρην,
Ἀρωγὸν αὐδάξασα παρρόθον γάμων.

Ὅμηρος Βούδειον ἔφη,

[43] Ὅς ῥ' ἐν Βουδείῳ εὖ ναιομένῳ. ---- E

[44] ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας. ἔστι καὶ [45] Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν.

BUDIA, urbs Magneſiæ, quæ à conditore Budio nomen habet. Sic Minerva Budia in Theſſalia colitur. Lycophron:

Quæ multum profecto Budiam Æthyiam virginem
Vindicem invocavit nuptiarum ſociam.

Homerus Budeium dixit:

Qui in Budeio bene culto.

Eſt quoque Budia urbs Phrygiæ. Sunt & Budii, gens Medica.

ΒΟΥΔΙΝΟΙ [46], ἔθνος Σκυθικὸν, παρὰ τὸ δινεύειν ἐπάνω ἁμαξῶν [47] ὑπὸ βοῶν ἐλαυ-

BUDINI, gens Scythica, ſic dicta à δινεύειν & βοῶν, quod circumvagetur in plauſtris à bu-

37 Ἣν Βούβασιν Ἡρόδοτος φησί.] Frequens admodum hujus urbis eſt mentio apud Herodotum lib. II. Hæc in honorem Dianæ condita eſt, quæ lingua Ægyptia Βούβαςις appellatur. Ita enim Herod. loco jam allegato: Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δὲ Βούβαςις. De ſitu idem legatur Herod. Strabo, Plinius, Ptolemæus & alii.

38 Αἰγύπτιοι βούβαςον, τὸν αἴλουρόν φασι.] Typhone imperium Jovis affectante, omnes dii, habitu in beſtias mutato, in Ægyptum fugam paravere, uti refert Ant. Liberalis Fab. XXVII. Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ· Ἑρμῆς δὲ ἶβις· Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθύς, Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος. Ergo Diana æluri ſive felis nomine, apud Ægyptios nota erat.

39 Βούβων γὰρ καὶ Βάλβουρα, πόλεις Λυκίας.] Urbes fuere vicinæ in mediterraneis Lyciæ teſte Plinio lib. V cap. XXVII. *Lycia comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cujus tres urbes, Oenoanda, Balbura, Bubon.* Etymologicographus *Bubonem* in Lycaonia, quæ Lyciæ mediterranea regio eſt, collocat, ita enim ille: Βούβων πόλις Λυκαονίας, ἀπὸ Βούβωνος λῃστοῦ· ὁ πολίτης Βουβώνιος ὤφειλεν εἶναι, ἀλλ' ἔστι Βουβωνεύς. Reperitur circa hanc urbem creta, viribus ſuis commendabilis, de qua Plinius lib. XXXV cap. XVII: *Laudatur maxime Theſſalica. Naſcitur & in Lycia circa Bubonem.*

40 Χαίρουσι γὰρ οἱ Λύκιοι τῷ τύπῳ.] Eundem gentilium formandorum canonem noſter etiam Lyciis attribuit in voce Ἀγάθη. Ἔστι καὶ νῆσος Ἀγάθη Λυκίας· τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Ἀγαθεύς· ἡ γὰρ χώρα τοῖς εἰς ευς τύποις χαίρει. Vide præterea in Δολίχη, & Σιδήνη.

41 Πόλις ἐν Μαγνησίᾳ.] Cum plures ſint Magneſiæ, merito quis ambigere poſſet, quamnam noſter intelligat. Euſtathius hunc locum verbotenus tranſcribens, intelligit Μαγνησίαν τὴν κατὰ Εὐρώπην, quæ verba hic excidiſſe merito quis ſuſpicetur, ita enim ille ad Iliad. Π pag. 1076. Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, Ὁμηρικὸν οἶδε χρῆμα τὸ Βούδειον. Ἄλλως δὲ Βούδειαν ἱστορεῖ πόλιν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ κατὰ Εὐρώπην, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βούδους. καὶ Βούδειαν λέγων Ἀθηνᾶν ἐν Θετταλίᾳ. εἰς ὃ καὶ παραφέρει τὸν Λυκόφρονα μάρτυρα. ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἑτέραν Βούδειαν ἱστορῶν πόλιν Φρυγίας, λέγει ὡς καὶ ἔθνος ἐστὶ Μηδικὸν οἱ Βούδειοι. Igitur Euſtathius aut meliore uſus eſt codice, aut illa verba τῇ κατὰ Εὐρώπην de ſuo addidit, ut τὸν τὰ Ἐθνικὰ γραψάμενον ſua interpretatione emolliret. Præterea in noſtro manifeſtum hic apparet compendii ſignum; nullum enim, neque de urbibus Magneſiæ & Phrygiæ, neque de gente Medica gentile formavit, quod tamen apud Euſtathium exſtat, qui inde Βουδειεὺς deduxit.

42 Ἡ πολλὰ δὴ Βούδειαν Αἴθυιαν κόρην.] Ita hunc Lycophronis locum legunt libri editi omnes; ſed variat mirum in modum MS Voſſianus, in quo hæc verba ita concipiuntur: Οἱ πολλὰ δὴ Βούδειαν Εἰλείθυιαν κόρην. Neque hæc lectio adeo inconcinna & invenuſta eſt, ut ſpecioſæ interpretationis non ſit capax: omnes norunt Εἰλείθυιαν eſſe Lucinam, quæ à parturientibus invocatur, ut partus in lucem veniat. Multo rectius hæc παρρόθος γάμων, id eſt, nuptiarum auxiliatrix dici poteſt, quam Αἴθυια, licet illa voce Ἀθηνᾶ intelligatur. Quicquid ſit, Lycophronis locus in mendi ſuſpicionem venit; nam Stephani ſcopus eſt, ex Lycophrone probare Minervam in Theſſalia Budiam appellari & coli; cujus prænomen in verſu, niſi ſenſu quodammodo detorto, non conſpicitur.

43 Ὅς ῥ' ἐν Βουδείῳ.] Deſumſit noſter hæc verba ex Iliad. Π.

44 Ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας.] Dionyſius libro I in Baſſaricorum hujus oppidi meminit, ſed penultima ſine diphthongo profertur apud noſtrum in Δρέσαι.

Βούδιαν, Δρεσσῆλιτε καὶ αἱ μηλώδεα γαῖαν.

Verum puto antiquam ſcripturam ibi fuiſſe Βουδείαν, uti ad illum locum docebimus.

45 Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν.] Euſtathius olim hoc loco legebat Βούδειοι, uti ſuperius liquet, quam ſcripturam etiam agnoſcunt editiones Xylandrianam præcedentes. Apud Herodotum Muſa prima hodie Βούδιοι reperitur; ita enim ille: Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βοῦσαι, Παρητακηνοί, Στρούχατες, Ἀριζαντοί, Βούδιοι, Μάγοι.

46 Βουδινοὶ, ἔθνος Σκυθικόν.] De ſitu & moribus hujus populi legendus Herodotus lib. IV. Pomp. Mela lib. II cap. XIX.

47 Ὑπὸ βοῶν ἐλαυνομένων.] Ita exhibent libri editi omnes. Voſſianus codex: ὑπὸ βοῶν ἑλκομένων. Utraque lectio

ἐλαυνομένων. [48] ἁμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύθαι. A [49] Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν Ἰάμβων πρώτῳ.

ΒΟΥΔΩΡΟΝ, ἀκρωτήριον πρὸς τῇ Σαλαμῖνι. [50] Θουκυδίδης τρίτῃ. Ἔφορος δὲ, φρούριον Βούδαρον εἶπε. τὸ ἐθνικὸν, Βουδώριος. B

ΒΟΥΘΕΙΑ[51], πόλις Ἰωνίας. Θεόπομπος δὲ χωρίον φησί. τὸ ἐθνικὸν, Βουθιαῖος.

ΒΟΥΘΟΗ[52], πόλις Ἰλλυρίδος, ὡς Φίλων. διὰ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζεύγους βοῶν C ὀχούμενον, [53] ταχέως ἀνύσαι τὴν εἰς Ἰλλυριοὺς ὁδόν. οἱ δὲ, τὸν Κάδμον [54] ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βουτοῦς ὀνομάσαι αὐτήν, καὶ παραφθαρεῖσαν καλεῖσθαι Βουθόην. ἔχει δ' ἐπὶ τοῦ μυχοῦ Ῥίζονα πόλιν, καὶ ποταμὸν ὁμώνυμον. τὸ ἐθνικὸν, D Βουθοαῖος.

ΒΟΥΘΡΩΤΟΣ[55], χερρόνησος περὶ Κέρκυραν. ἔστι καὶ πόλις. ἐκλήθη δὲ, οἱ μὲν φασιν, ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ. [56] οἱ δὲ μυθεύονται, ὅτι Ἑλένῳ ἐκ Τροίας [57] πλέοντι ἐς ἑσπέραν, E [58] θύοντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ, τὸ θῦμα ἡ βοῦς ἀποδρᾶσα ἐκ τοῦ βουπλῆγος, ᾤχετο φεύγουσα διὰ τοῦ μεταξὺ πόντου εἰς τὸν κόλπον. … καὶ ἐς

à bubus tractis. Scythæ enim in curribus degunt, ut Parmeno Byzantinus libro I Jamborum perhibet.

BUDORUM, promontorium juxta Salaminem, auctore Thucydide libro tertio. Ephorus vero caſtellum Budarum dixit. Gentile, Budorius.

BUTHIA, urbs Joniæ. Theopompus regiunculam nominat. Gentile, Buthiæus.

BUTHOE, Illyrici civitas, cujus Philo meminit. Hanc ſic dictam perhibent, quod Cadmus jugo boum vectus viam in Illyricum celeriter confecerit. Alii volunt, Cadmum eam ab Ægyptia Buto ſic nominaſſe, & hinc corrupte Buthoen appellari. In intimo ſinus receſſu habet urbem Rhizona, & fluvium ejuſdem nominis. Gentile, Buthoæus.

BUTHROTUS, peninſula circa Cercyram, & præterea urbs, à conditore, ut quidam perhibent, ſic denominata. Alii vero fabulantur, Heleno ex Troia occidentem verſus navigante, & in Epiro ob deſcenſum è navi ſacrificium faciente, victimam bovem, ictu percuſſoris declinato, per mare in quendam ſinum aufugiſſe: cumque in terram conſcendens … (erat

… lectio ferri poteſt. Nam τὸ ἐλαύνεσθαι optime dicitur de equo ad curſum incitato.

48 Ἁμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύθαι.] Vide noſtrum in voce Ἄβιοι.

49 Παρμένων ὁ Βυζάντιος.] Idem citatur in voce Φείκιον, ubi etiam Jamborum liber primus commemoratur.

50 Θουκυδίδης.] Locus eſt apud Thucydidem libro II, non tertio: ibidemque non Βούδωρον, ſed Βούδορον legitur.

51 Βουθία, πόλις Ἰωνίας.] Hujus urbis & gentilis inde deducti meminit Etymologus in voce Βουθίη.

52 Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίδος.] MSS Palatini, πόλις Ἰλλυριάδος. Editiones Xylandrianam præcedentes peſſime Βουθὸν, πόλις Ἰλλ. Hæc eſt *Butua* Plinii, de qua lib. III cap. XXII mentionem facit, unde etiam ſitus cognoſci poteſt: ut autem manifeſtior evadat, addam verba Scylacis, ita enim ille capite Manii: Ἀπὸ δὲ τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα καὶ ἱερὸν, ἄπωθεν τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς καὶ τὸ ἐμπόριον. Capite ſequenti idem auctor civitatem hanc memorat. Sitam fuiſſe ad Drilonem amnem, patet ex verbis Sophoclis, quæ ſunt apud Etymologicographum, qui ſummo errore diſtinguit inter urbem Βουθόη & Βουθόιη, quod nomen urbi Sophocles tribuit. Βουθόιη, πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ, Βουθόιη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσι ἐκάθηι, εἴρηται ἀπὸ τοῦ βοηθὸν γενέσθαι. Ptolemæo Βούλουα dicebatur.

53 Ταχέως ἀνύσαι.] Illud ταχέως proprie non pertinet ad etymologiam τῆς Βουθόης, niſi quod ultimam partem vocis compoſitæ explicet. Nam civitas nomen habet ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ τοῦ θοῶς, id eſt ταχέως, uti docet Etymologici Mag. Auctor: Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίδος. εἴρηται, ὅτι Κάδμος ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐκ Θηβῶν ταχέως εἰς Ἰλλυρικὸν παραγενόμενος ἔκτισε πόλιν. καὶ ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ τοῦ θοῶς φυγεῖν Βουθόην ὠνόμασεν. ἢ ἀπὸ τῆς Βουτοῦς Βουτόη καὶ Βουθόη. τὸ ἐθνικὸν, Βουθοαῖος.

54 Ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βουτοῦς.] Latona Ægyptiis dicebatur Βουτώ, unde quidam urbi nomen impoſitum exiſtimant: verum Etymologus loco jam citato, non à Latona, ſed ab urbe, quæ Βοῦτος dicitur, hanc appellationem deducit.

55 Βουθρωτὸς, χερρόνησος περὶ Κέρκυραν.] Editio Aldina Florentinaque corruptiſſime exhibent Βουθρωτὸς, νῆσος περὶ Κέρκυραν. Ita quoque codex Voſſianus mihi exhibuit. Optime ſane Xylander χερρόνησος, quem ſequimur, repoſuit. Urbem in loco peninſulam referente conditam eſſe, Strabonis teſtimonio ſufficienter evincitur, ita enim ille lib. VII: Μετὰ δὲ Ὄγχησμον, Ποσείδιον, καὶ Βουθρωτὸν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ καλουμένου Πηλώδους λιμένος, ἱδρυμένον ἐν τόπῳ χερρονησίζοντι. Verum peninſulam hanc etiam Buthrotum appellatam fuiſſe, ſola Stephani auctoritate nititur. Urbs ſita erat in Epiro è regione Corcyræ. Cæſar de bel. civ. lib. III: *Cæſar eo tempore cum legione una profectus ad recipiendas ulteriores civitates, & rem frumentariam expediendam, qua anguſte utebatur, erat ad Buthrotum oppoſitum Corcyræ.* Hæc urbs edito in loco condita fuit, teſte Virgilio lib. III Æneid. ita enim ille:

Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti adſcendimus urbem.

Eundem ſitum huic urbi attribuunt Dionyſius de ſitu orbis, Mela, Plinius & alii.

56 Οἱ δὲ μυθεύονται, ὅτι Ἑλένῳ.] Conjunctionem ὅτι inſerere placuit, ex chartaceo Voſſiano, quæ in omnibus editionibus omiſſa eſt.

57 Πλέοντι εἰς ἑσπέραν.] Neſcio quid Meurſio in mentem venerit, corrigenti in comment. ad Lycophronem, πλέοντι εἰς ἑσπερίαν. Sine dubio ſcribendum, πλέοντι εἰς ἑσπέραν. Nam τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη, ſunt partes ad occidentem ſitæ. Epirus reſpectu Troadis ad occaſum jacet.

58 Θύοντι ἀποβατήρια.] Hanc de Heleno Priami & Hecubæ F. hiſtoriam etiam ex Teucro Cyziceno, verbis & circumſtantiis paullulum immutatis tranſcripſit Etymologici Mag. Auctor, quæ, utpote ad rem facientia, noſtris commentariis inſerere non pigebit. Βουθρωτὸς, ἢ Βουθρωτὸς, πόλις τῆς Ἠπείρου, ὥς φησι Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. ὅτι Ἑλένου ἐκ τῆς πατρίδος εἰς τὴν Ἤπειρον παραγενομένου, θύοντος δὲ ἐπιβατήρια, ἡ βοῦς, ἐν καιρίῳ λαβοῦσα πληγὴν, φεύγει, καὶ κόλπον τινὰ τῆς Ἠπείρου διανηξαμένη, εἰς γῆν ἐξέρχεται, καὶ ἐκβᾶσα ἀπέθανεν. ὁ δὲ Ἕλενος, συμβόλῳ θείῳ χρησάμενος, κτίζει πόλιν, καὶ ἀπὸ τοῦ συμβάντος, Βουθρωτὸν αὐτὴν ὀνόμασε. Hæc potiſſimum eum in finem adduco, quia ex Teucro habet τὰ ἐπιβατήρια pro ἀποβατήρια.

Horum

καὶ ἐς τὴν χέρσον ἐμβᾶσα (καὶ γὰρ [59] τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν) αὐτοῦ ἤριπε, καὶ ἔθανε. καὶ κληδόνι Ἕλενος χρῆται, ἵνα ἔθηκε Βουθρωτὸν ὄνομα, ὥς φησι Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. τὸ ἐθνικὸν, Βουθρώτιος. Λέπιδος δέ φησι [60] διὰ τοῦ τ Βουτρώτιος.

ΒΟΥΚΕΦΑΛΕΙΑ [61], πόλις ἀπὸ τῷ Βουκεφάλῳ ἵππῳ, ἣν ἔκτισεν Ἀλέξανδρος ἐν

A (erat enim cervice ſaucia) ibidem cecidiſſet & mortua eſſet, accepit Helenus omen atque locum Βουθρωτὸν, id eſt, *vulneratam bovem* appellavit, uti Teucer Cyzicenus perhibet. Gentile, Buthrotius. Lepidus, per τ effert Butrotius.

B

BUCEPHALEA, urbs ab equo Bucephalo ſic denominata, quam Alexander in

Τῶν ἀποβατηρίων verum ſenſum, quum hoc à nemine præſtitum ſit, accuratius excutere fert animus. Triplici ſignificatu illa vox, qua Stephanus utitur, in antiquorum ſcriptis occurrit. Primo quidem locus ille, ubi Noachus animantes poſt diluvium ex arca emiſit, ipſeque cum liberis egreſſus eſt, ab Armeniis ΑΠΟΒΑΤΗΡΙΟΝ dicitur, teſte Joſepho lib. I. Ant. Jud. cap. IV. Καὶ μαθὼν τὴν γῆν ἀπηλλαγμένην τοῦ κατακλυσμοῦ, μείνας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας, τὰ ζῶα τῆς λάρνακος ἐξαφίησιν. αὐτός τε μετὰ τῆς γενεᾶς προελθὼν, καὶ θύσας τῷ θεῷ, συνευωχεῖτο τοῖς οἰκείοις. Ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι. Idem ex Joſepho perhibet Zonaras: Ἀποβατήριον δὲ τὸν τόπον καλεῖσθαι τοῖς Ἀρμενίοις φησὶν ὁ Ἰώσηπος, καὶ λείψανα δείκνυσθαι τῆς λάρνακος ἐκεῖ. Deinde hoc verbum ſummo Jovi attribuitur: ſolebant enim è veteribus paullo religioſiores, poſtquam in aliam regionem transfretaſſent, & omnes pelagi difficultates eſſent emenſi, Jovi Ἀποβατηρίῳ, pro felici de nave in terram egreſſu, gratias agere & altaria ſtruere. Illuſtriſſimum hujus rei in Alexandro Magno exemplum habemus, qui itinere ex Europa in Aſiam peracto, in eo Aſiæ loco, in quem primus ex nave cum armis deſcendebat, *Jovi Deſcenſori* aliiſque numinibus altaria erexit. Docet hoc Arrianus lib. I de Exp. Alex. Λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας, ΔΙΟΣ ΑΠΟΒΑΤΗΡΙΟΥ καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους. Denique illa ſacrificia, quæ pro navigatione peracta, & felici ex nave in terram egreſſu fiebant, veteribus ἀποβατήρια appellabantur, quæ ſi quis etiam ἐπιβατήρια dixerit, non acriter cum eo contendam, nam primitiva ἀποβαίνειν & ἐπιβαίνειν eandem hac in cauſa ſortiri ſignificationem, notius eſt quam ut multis doceri debeat. Hunc ritum etiam non obſcure innuit Suidas in Ταυροπόλαν: refert enim ibi Anium quendam, dato Atridis tauro, juſſiſſe, ubicunque is è navi exiliiſſet, ut ædem Minervæ conderent, ſi proſpere navigare vellent. Addam ipſiſſima verba: Καὶ Ἀθηνᾶ Ταυροβόλος ἐν Ἄνδρῳ. ὁ γὰρ Ἄνιος δοὺς ταῦρον τοῖς Ἀτρείδαις, ἐκέλευσεν ὅπου ἂν ἐκ τῆς νεὼς ἅληται, ἱδρύσασθαι Ἀθηνᾶν. καὶ οὕτως εὐπλοήσειν. ὁ δὲ ἐν Ἄνδρῳ ἐξήλατο. Cum fluvius eſſet trajiciendus ſolebant veteres θύειν τὰ διαβατήρια, cujus rei nobis Plutarchus in Lucullo exemplum ſuppeditat; ὑπερβατήρια vero, cum in montana loca expeditio ſuſciperetur. Duces copias ſuas educturi Ἐξιτήρια faciebant. Etymologici Mag. Auctor: Ἐξιτηρίους, εὐχὰς ἐφοδίους τοῖς πρὸς ἔξοδον ἔχουσιν, ἢ πρὸς θάνατον. Quod Latini dicebant propter viam ſacrificare. Feſtus: *propter viam fit ſacrificium, quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus.*

[59] Τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν.] Libri ante Xylandrianam editionem excuſi: Τραῦμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν. Cum etymologia urbis τὸ τρῶμα magis convenit. Verum τραῦμα uſitatius eſt.

[60] Διὰ τοῦ τ Βουτρώτιος.] In antiquorum ſcriptis in ſecunda ſyllaba nunc per θ, nunc per τ exaratur. Si etymi rationem habemus, ſcriptura per τ maxime eſt probanda. Goltzius tamen in antiquo numiſmate ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ invenit.

[61] Βουκεφάλεια, πόλις ἐπὶ τῷ Βουκεφάλῳ ἵππῳ.] Etiam in præcedentibus de hac civitate atque ejus conditore mentionem facit noſter, eam Βουκέφαλαν appellans, quod contractum eſt ex Βουκεφάλεια, cujus rei exempla occurrunt in Ἀγάμεια, & alibi. Quam diverſimode hujus urbis nomen Græcis Latiniſque auctoribus ſcribatur, videſis doctiſſimum Freinshemium ad Curtium. Verum non poſſum, occaſione jam ſeſe offerente, quin addam, Anonymum de vita & rebus geſtis Alexandri Macedonis, hactenus ineditum (cujus uſum inſigni favore Magnus & celeberrimus Theologus Fridericus Spanhemius Bibliothecæ Lugd. Bat. præfectus, mihi nuper conceſſit) urbem hanc, ut & omnes alias ab Alexandro per orbem terrarum conditas, Alexandriam appellare, ubi refert circa finem operis, ipſum duodecim hac appellatione civitates ædificaſſe, hæc ſunt ejus verba, quæ eodem modo corrupta & depravata edam, quemadmodum in illo codice conſpiciuntur. Ἔκτισε δὲ πόλεις δώδεκα· αὗται. Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Ὀρπᾶς. Ἀλεξάνδρειαν κράτιστον. Ἀλεξάνδρειαν τὴν Σκυφίαν. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Κρηπῖδος ποταμοῦ. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Τρωάδος. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Περσίας. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ κεφαλῶν ἵππων. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Πώρων. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμόν. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τὰ Μεσσάγυστα καλουμένην. Sine dubio idem hic eſt ille Anonymus, de quo Caſaubonus epiſtola CCXXXVI ad Joſephum Scaligerum ita ſcribit. Cum hoc autem „ex te ſcire cupio, tum illud magis, quid de illorum ve„terum ſcriptis judices, qui Alexandrum non Philippo „ſatum, ſed rege quodam Ægyptio, qui ipſis dicitur „Nectenabo, tanta cum aſſeveratione confirment. Scio „rem ridiculam: ſed miror quid fabulæ originem dede„rit: niſi forte illæ ipſæ imagines, quæ ad Ammonem „genus illius referebant. Fabulam illam legere memini „apud Joſephum Hebr. editionis Italicæ, Caliſthenem „quendam ψευδώνυμον, qui in Regis Bibliotheca erat; „itemque in alio ſcriptore de vita Alexandri. Nugaciſſimi iſtius auctoris nugax ſcriptum (non intelligo Pſeudo-Caliſthenem) in quo Nectenabo magicis artibus inſtructiſſimus, & Olympias Alexandri mater omne punctum faciunt, à capite uſque ad calcem evolvi, nihil in eo reperiens, quod aut ad hiſtoriæ, aut ad antiquitatis illuſtrationem pertineat. Colloquia inter Nectenabonem & Olympiadem fabellæ ſunt ſuaviſſimæ, ſæpenumero adeo facetæ, ut in triſtiſſimo quovis non riſum duntaxat, ſed & cachinnos excitare valerent; nam rex ille Ægyptius omnem movet lapidem, ut Olympiadis potiatur & cum ea rem habeat: unde Alexandrum non Philippo, ſed Nectenabone ſatum auctor perhibet. Dictio in principio parum tumet, deinde humi ſerpens, ſæpe barbara & inconcinna. Prælia quibus Alexander hoſtes devicit, gentes ſub ejus imperio redactas, civitates per orbem terrarum conditas recenſet, & tandem mortuo Alexandro inficetiſſimis commentis Græculus ille ſequioris ævi finem imponit. Ut autem unuſquiſque liberum de hoc ſcripto judicium ferat, pagellam unam atque alteram ſi lectorum oculis ſubjecerim, non ingratum futurum confido.

ΒΙΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ ΚΑΙ ΠΡΑΞΕΙΣ.

Οἱ σοφώτατοι Αἰγύπτιοι, θεῶν ἀπόγονοι, γῆς μητέρα καταλαβόμενοι, θαλάσσης κύματα καὶ ἡμερωσάμενοι, οὐρανοῦ ἀστροθεσίαν ψηφισάμενοι, παραδεδώκασι τὴν οἰκουμένην ἐπὶ στρατείας. ἀρχὴ λόγου ῥύσεως μαγικῆς δυνάμεως. φασὶ γὰρ τὸν Νεκτανεβὼ τὸν τελευταῖον τῶν Αἰγύπτου βασιλέα, μεθ' ὃν Αἴγυπτος ἐξέπεσε τῆς τοιαύτης τιμῆς· τῇ μαγικῇ δυνάμει πάντων περιγενέσθαι· τὰ γὰρ κοσμικὰ στοιχεῖα, λόγῳ πάντα αὐτῷ ὑπετέτακτο, εἰ γὰρ ἀφνιδίως πολέμου νέφος ἐπεληλύθει, οὐκ ἔσκυλε στρατόπεδον, οὐδὲ ὅπλων πομπεύματα, οὔτε σιδήρου μηχανήματα, ἀλλ' εἰσήρχετο εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ἐλάμβανε χαλκῆν λεκάνην, καὶ ἐμπλήσας αὐτὴν ὕδατος ὀμβρίου, ἔπλαττεν ἐκ κηροῦ πλοῖα μικρὰ καὶ ἀνθρωπάρια, καὶ ἐνέβαλλεν αὐτὰ εἰς τὴν λεκάνην καὶ ἔλεγεν ἀοιδὴν,

ἐν Ἰνδίᾳ, παρὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν. ἔστι A καὶ [62] Βουκεφάλας λιμὴν τῆς Ἀττικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Βουκεφαλῖται. οὕτω γὰρ καὶ δῆμος Θεσσαλονίκης.

ΒΟΥΚΙΝΝΑ [63], πόλις Σικελίας. Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Βουκινναῖος, καὶ Βουκιννάτης. B

ΒΟΥΛΙΝΟΙ [64], ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐκ ἔθνος, ἀλλὰ [65] Βουλίνην πόλιν φησίν· ἧς τὸ ἐθνικὸν, Βουλῖνος.

ΒΟΥΛΙΣ [66], πόλις Φωκίδος, [67] ἀπὸ Βούλωνος. C

in India juxta Hydaſpem fluvium condidit. Eſt quoque Bucephalas portus Atticæ. Gentile, Bucephalitæ. Ita enim Demus Theſſalonicæ vocatur.

BUCINNA, urbs Siciliæ, cujus meminit Dionyſius libro tertio Baſſaricorum. Gentile, Bucinnæus, & Bucinnates.

BULINI, gens circa Illyricum. Artemidorus vero non gentem, ſed urbem dicit. Cujus gentile, Bulinus.

BULIS, oppidum Phocidis, quod à Bulone

ἀοιδὴν, κρατῶν ἐβεννίνην ῥάβδον, καὶ ἐπεκαλεῖτο τοὺς ἀγγέλους καὶ θεὸν Λιβύης Ἄμμωνα, καὶ οὕτως τοιαύτῃ λεκανομαντείᾳ τὰ ἐν τῇ λεκάνῃ πλοῖα τῶν ἐπερχομένων πολεμίων ἀπολλυμένων ἀνθρωπίνων περιεγίνετο, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῶν διὰ γῆς ἐπερχομένων. οὕτως οὖν διὰ τῆς πολυπειρίας τοῦ ἀνδρὸς τοῦ βασιλέως διαμένοντος, μετὰ ἱκανὸν χρόνον, ἐν τοῖς παρὰ Ῥωμαίοις ἐκφερκουτόρων, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι κατασκόπων, παρών ποτέ τις παρὰ τῷ βασιλεῖ, οὕτως εἶπε, μέγιστε Νεκτανεβὼ παραπεμψάμενος τὸ ἐν εἰρήνῃ εἶναι, τοῦτο ἐπισκέψαιο, ἐπίκειται γάρ σοι νέφος οὐκ ὀλίγον μυρίων ἐχθρῶν, εἰσὶ γὰρ Σκύθες, Κένσιρες, Καύκωνες, Ἴβηρες, Σῦδιοι, Κυκλωσάνιοι, καὶ Λαπάτεις, καὶ Σπόρες, καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Ζάλβοι, καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Μετωπόφορες, καὶ Ἀγριοφάγοι, καὶ Εὐωνυμῖται, καὶ ὅσα εἰσὶν ἔθνη ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς μεγάλα ἀναρίθμητα ἀνδρῶν στρατὸν ἔχοντα μύριον σπευδόντων τὴν σὴν Αἴγυπτον καταλαβέσθαι. ὑπεισελθέτω σοι τὸ Ὁμηρικὸν δίστιχον· Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν. Οὕτως εἰπόντος τοῦ στρατάρχου. μειδιῶν ὁ Νεκτεναβὼς εἶπε. σὺ μὲν καλῶς καὶ ἐπαγρύπνως ἣν βεβούλευσαι φρουρὰν φυλάσσοις. δειλῶς δὲ καὶ οὐ στρατιωτικῶς ἐφθέγξω. οὐ γὰρ δύναμις ἐν ὄχλῳ φαίνεται ἀλλὰ προθυμία. καὶ γὰρ εἷς λέων πολλοὺς ἐλαύνει χειρὶ τῇ ἀγαθῇ πολυπληθεία κατόψων, καὶ γὰρ εἷς κύων πολλὰς ἐλάφους ἐχειρώσατο. καὶ λύκος εἷς ἀγέλην ποιμνίων ὠλέσατο· ὥστε σὺ πορεύου ἅμα τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις· καὶ τὴν σεαυτοῦ παράταξιν φύλαττε. λόγῳ γὰρ ἐγὼ τὴν τῶν βαρβάρων ἀνάριθμον πολυπλήθειαν πελάγους κύμασιν ὑποκαλύπτω. Οὕτως εἰπὼν ἀπέπεμψεν αὐτόν. Οὗτος δὲ εἰς τὰ βασίλεια ἀναστρέψας, ἐκέλευσε πάντας ἐκ μέσου γενέσθαι· μόνος δὲ τὴν λεκάνην θείς, ἐπλήσατο ὕδατος, βαλὼν δὲ ἐπάνω τὰ κήρινα πλοῖα ἁρμόμενος κατὰ χεῖρα τὴν ῥάβδον τῷ δυναμικῷ λόγῳ ἐχρήσατο· ἀτενίζων δὲ εἰς τὴν λεκάνην, ἴδε τοὺς τῶν Αἰγυπτίων θεοὺς, τὰ τῶν πολεμίων βαρβάρων πλοῖα δὲ κυβερνῶντας· διὸ καὶ στοχασθεὶς τὸ τῶν Αἰγυπτίων βασίλειον ὑπὸ τῶν μακάρων ἤδη προδοσίαν ἔχειν, ξυρησάμενος τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν πώγωνα πρὸς τὸ ἄλλο μορφῶσαι, ἐγκολπωσάμενος χρυσὸν ὅσον ἠδύνατο βαστάζαι, ἔφυγε τὴν Αἴγυπτον διὰ τοῦ Πηλουσίου. Πολλὰ δὲ περιμαστεύσας ἔθνη, εἰς Πέλλην τῆς Μακεδονίας περιεγίνετο ὀθόνῃ ἀμφιασάμενος ἵνα προφήτης Αἰγύπτιος Ἀστρολόγος ἐκάθισε δημοσίᾳ τὸν προσερχόμενον σκέπτεσθαι· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἐν δὲ τῇ Αἰγύπτῳ ἀφανοῦς γενομένου τοῦ Νεκτανεβὼς ἠξίωσαν οἱ Αἰγύπτιοι τὸν προπάτορα τῶν θεῶν Ἥφαιστον, τί ἄρα ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐγένετο· Ὁ δὲ ἐπεμψεν αὐτοὺς διὰ χρησμῳδίας πρὸς τὸν ἀόρατον τοῦ Σινωπίου, ὅστις ἐχρησμῴδησεν αὐτοῖς· οὕτως Αἴγυπτον ἐκφυγὼν κρατερὸς ἄλκιμος πρέσβυς βασιλεὺς δυνάστης ἥξει μετὰ χρόνον· τὸ γηραλαῖον ἀποκαλῶν τύπων εἶδος κοσμὸν κυκλώσας ἐπὶ τὸ Αἰγύπτου πεδίον, ἐχθρῶν ὑποταγὴν ἀληθῶν. δίδως ἡμῖν οὕτω δοθέντος τοῦ χρησμοῦ τούτου, μὴ νοήσαντες τὴν λύσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Νεκτανεβὼς βάσιν γράφουσιν εἰς μνήμην ποτὲ τοῦ ἐκβησομένου τοῦ χρησμοῦ τούτου.

Ἐν τῇ Μακεδονίᾳ οὖν φανερὸς γίνεται πᾶσιν ὁ Νεκτανεβὼς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα θελῆσαι σκέψασθαι ὑπ' αὐτοῦ. μετεκαλέσατο οὖν αὐτὸν ὑπὸ δήμου τοῦ Φιλίππου τυγχάνοντος πρὸς πόλεμον, ὃς παραγενόμενος εἰς τὰ βασίλεια, ἰδὼν αὐτῆς τὴν εὐμορφίαν, τῆς σελήνης διαφορωτέραν· ἄνος καταφερὴς εἰς τὰς γυναῖκας ἀπὸ τῆς ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας· τὸν νοῦν ἀκονήσας, προτείνας τὴν χεῖρα ἠσπάσατο. χαίροις Μακεδόνος βασίλεια, μὴ καταξιῶν αὐτὴν δέσποιναν εἰπεῖν, τὸν βασιλικὸν ἔχων λογισμόν.

Ὀλυμπιὰς εἶπε· χαίροις ἀγαθώτατε Μαθηματικέ· καὶ παρεβὰς καθέζου· ὁ δὲ ἐκάθισεν· Ὀλυμπιὰς εἶπεν· εἰ τυγχάνεις Αἰγύπτιος ἀληθινός; Νεκτανεβὼς εἶπεν, ὡς οἱ δοκιμάσαντες λέγουσιν· Ὀλυμπιὰς εἶπεν, ποίᾳ σκέψει χρώμενος τὸ ἀληθὲς ἀπαγγελεῖς; Νεκτανεβὼς εἶπεν, καλῶς ἀπεφήνω ὦ Βασίλισσα, πολυσχιδὴς γάρ ἐστι τῆς σκέψεως ἡ κρίσις· εἰσὶ γὰρ Ὀνειροκρίτες, σημειολύται, ὀρνεοσκόποι, μάνεις, Ἀμμουμάντεις, γενεολόγοι, ἀπροθέται, ἀστρόλογοι· ἐγὼ οὖν πάντων τούτων ἐφαπτόμενος, κατ' ἐξοχὴν προφήτης ὢν Αἰγύπτιος, καὶ μάγος εἰμὶ καὶ ἀστρόλογος· καὶ ταῦτα λέγων, δριμύτατον αὐτὴν ἔβλεψεν· ἥτις σημειωσαμένη τὸ βλέμμα εἶπε· τί λογιζόμενος οὖν ὦ προφῆτα κατ' ἐξοχὴν, τί περὶ ἔργων με οὕτως περιέβλεψας; Νεκτανεβὼς εἶπε, ὑπομνησθεὶς χρησμοῦ βασιλικοῦ· ἤκουσα γὰρ ὑπὸ τῶν ἰδίων θεῶν ποτὲ, ὅτι βασίλισσάν σε δεῖ σκέψασθαι, καὶ ἅπαξ λέγω ἀληθῆ εὑρεθῆναι· ἅμα δὲ τῷ ταῦτα εἰπεῖν, προσενεγκάμενος πίνακα καὶ πολυτίμητον βασιλικὸν, ὃν ἑρμηνεῦσαι τίς ποτε οὐ δύναται, ἐξ ἐλέφαντος καὶ ἐβεννίνου, καὶ χρυσίου, καὶ ἀργύρου. τριχάρακτον ζώναις, ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου κύκλου δεκανοὺς ἔχοντα τοὺς τριάκοντα ἕξ, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ζῴδια δέκα δύο, ἐπὶ μὲν τοῦ μέσου ἥλιον καὶ σελήνην, ἔθηκεν ἐπὶ δίφρου, εἶτα γλωσσοκόμον ἐλεφάντινον ἀθροίσας, ὡς αὕτως μικρὸν ἐκκενώσας τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, καὶ τὸν ὡρόσκοπον ἐξ ὀκτὼ λιθοτέχνων μετ' ἄλλων ἔθηκε τὸν τηλικοῦτον οὐρανὸν ἐν ὀλίγῳ κύκλῳ περιφωτίσας προσθεὶς τὸν ἥλιον, τὴν δὲ σελήνην ἀδαμαντίνην τὸν ἄρεα αἱματίτην· τοῦ τὸν ἑρμέα σμαράγδου, τὸν Δία αἰθερίτου, τὴν Ἀφροδίτην σαπφείρου, τὸν Κρόνον ὀφίτου, τὸν ὡρόσκοπον λυγδίτου, καὶ φησὶ εἰπέ μοι λέξον μοι βασιλὶς ἐνιαυτὸν, μῆνα, ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἑαυτῆς γενέσεως· τῆς δὲ εἰρηκυίας Νεκτανεβὼς ψηφίζει τὴν ἑαυτῆς καὶ τὴν ἑαυτοῦ γένεσιν, εἰ συναστρεῖ εὑνοῆσαι, ἰδὼν δὲ εὐκειμένην τὴν ἀστρονομίαν, φησί, τί θέλεις ἀκοῦσαι βασιλίς; Ὀλυμπιὰς εἶπε, τὰ περὶ τὸν Φίλιππον μαθεῖν θέλω, φημίζεται γάρ μοι μετὰ τὸν πόλεμον ἀποβαλεῖν με, καὶ γαμεῖν ἄλλην. Νεκτανεβὼς εἶπε· Ψευδὴς ἡ φήμη γέγονε βασίλισσα.

[62] Βουκεφάλας λιμὴν τῆς Ἀττικῆς.] Omnes quotquot de hoc portu mentionem faciunt, *Bucephalum* nominant. Plinius lib. IV cap. V: *In eo Epidaurum oppidum Æſculapii delubro celebre: Spiraum promontorium, portus Anthedon & Bucephalus.*

[63] Βούκιννα, πόλις Σικελίας.] Non eſt in Sicilia oppidum hujus nominis, uti obſervat Cluverius, ſed inſula Lilybæo ac Drepanis objecta. Videſis Plinium lib. III cap. VIII.

[64] Βουλινοὶ, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν.] Diverſimode hujus gentis nomen veteribus profertur, uti ipſe teſtatur Euſtathius ad Dionyſium Alexandrinum hiſce verbis: Ἐκεῖ δὲ, φησὶ, καὶ οἱ Βουλιμεῖς, οὓς τινες διὰ τοῦ ν γράφουσι Βουλινεῖς, ἢ Βουλινοὺς. Straboni Βουλλίονες dicuntur, ita enim ille lib. VII. Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι τῶν Κεραυνίων περιοικοῦσι Βουλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι &c. Horum regio appellatur Livio Byllinus ager, ſic ille lib. XXXVI: *Ipſe cum omnibus terreſtribus copiis in Byllinum agrum procedes, & inde Græciæ præſidebis.*

[65] Βουλίνην πόλιν φησίν.] Vehementer dubito, an non eadem ſit urbs, quam infra Stephanus appellavit Βυλλίδα.

[76] Βοῦλις, πόλις Φωκίδος.] Urbis ſitum, conditorem & alia memorabilia deſcribit Pauſanias in Phocicis: Τῇ δὲ γῇ τῇ Φωκίδι ἐστὶν ὅμορος ἣ ὀνομάζεται μὲν ἀπὸ Βούλωνος ἀγαγόντος τὴν ἀποικίαν ἀνδρὸς, συνῳκίσθη δὲ ἐκ πόλεων τῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ Δωρίδι.

[67] Ἀπὸ Βούλωνος οἰκιστοῦ.] Salmaſius in margine ſui libri ſcripſit, quendam virum doctum cenſere reponendum eſſe ἀπὸ Βουλίωνος. Is eſt Henricus Stephanus in annota-

λων☉ οἰκιστοῦ. [68] οἱ πολῖται, Βούλιοι.

ΒΟΥΝΑΡΤΙΣ, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, Βουναρτίτης, ὡς Ναυκρατίτης.

ΒΟΥΝΕΙΜΑ [69], πόλις Ἠπείρου, οὐδετέρως, κτίσμα Ὀδυσσέως, ἣν ἔκτισε [70] πλησίον Τραμπύας, [71] λαβὼν χρησμὸν, ἐλθεῖν πρὸς ἄνδρας οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν. βοῦν οὖν θύσας, ἔκτισε.

ΒΟΥΝΝΟΣ [72], πόλις Ἰλλυρίας. τὸ ἐθνικὸν, Βούννιος, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων.

ΒΟΥΠΡΑΣΙΟΝ, πόλις καὶ ποταμὸς, [73] καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος.

> Οἳ [74] δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον.

ἣν γὰρ [75] κατοικία τῆς Ἤλιδος ἀξιόλογος, ἥ τις νῦν οὐκ ἔστι. τὸ ἐθνικὸν, Βουπρασιεὺς, καὶ Βουπράσιος, ἀπὸ Βουπρασίου [76] τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν· καὶ Βουπρασία, τὸ θηλυκόν· καὶ Βουπρασίων, ὡς Καδμείων.

ΒΟΥΡΑ [77], πόλις Ἀχαΐας, θηλυκῶς. ἀπὸ

A Ione conditore nomen habet. Oppidani, Bulii.

BUNARTIS, oppidum Libyæ, cujus oppidanus Bunartites, uti Naucratites.

BUNIMA, urbs Epiri, genere neutro. Opus Ulyſſis: quam condidit prope Trampyam, accepto oraculo, ut ad homines, qui mare ignorarent, proficiſceretur. Bove igitur ſacrificato, urbem condidit.

BUNNOS, urbs Illyriæ. Gentile, Bunnius, teſte Artemidoro lib. I Geographicorum.

BUPRASIUM, urbs & fluvius, & regio Elidis.

> *Qui autem Bupraſium & Elidem divinam habitant.*

D Erat enim vicinia Elidis præclara, quæ nunc intercidit. Gentile, Bupraſienſis & Bupraſius, quod derivatur à Bupraſio, qui incolis imperavit. Et Bupraſia genere fœminino. Et Bupraſiōn, uti Cadmeiōn.

E BURA, urbs Achaïæ, genere fœminino. Nomen

notationibus ad Dionyſium de ſitu orbis pag. 153. Qui re vera fallitur, uti manifeſtiſſime liquet ex Pauſania.

68 *Οἱ πολῖται Βούλιοι.*] Hoc civium nomen tranſcriptorum negligentia eſſe depratum, manifeſte apparet ex Pauſania libro citato, apud quem ſæpenumero Βουλίδιοι occurrit.

69 *Βούνειμα, πόλις Ἠπείρου.*] Urbem hanc prope Trampyam fuiſſe ſitam, noſter alibi etiam affirmat, verum qua in regione utraque ſita fuerit, neque apud Stephanum, neque apud alios geographos facile invenies. Certum eſt oppidum à boum paſcuis dictum eſſe, quæ in Tymphæa regione præ cæteris excellebant, uti liquet ex Callimacho Hym. III in Dianam, cujus verba in margine ſui Stephani ita emendat ὁ πάνυ Salmaſius:

> - - - - Καὶ εἰ Τυμφαιίδες εἶεν,
> Εἰναετιζόμεναι, κεραελκέες, αἳ μέγ' ἄρισται
> Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν.

Cum itaque mons Tymphe præſtantiſſimos fortiſſimoſque boves habuerit, non improbabile eſt, ibi etiam optima paſcua fuiſſe, unde locus Βούνειμα appellatus ſit, quem aut circa hunc montem conſtituo, aut in ejus radicibus. Euſtathius etiam illorum locorum, ad quos Ulyſſes μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν aufugiebat, in comment. ad Homerum meminit, illos Βουνίμαν & Κελκέας nuncupans, quæ vocabula veteribus videbantur barbara terminatione prolata. Quia autem Archiepiſcopi Theſſalonicenſis locus egregie ad illuſtrationem hujus ſectionis pertinet, eum huc tranſcribam, ita enim ille ad Odyſſ. Λ pag. 1675: Βούλεται δὲ ἡ τοῦ Τειρεσίου παραίνεσις, λαβεῖν τὸν Ὀδυσσέα κώπην ἐπὶ τοῖς ὤμοις, καὶ ὁδεύειν ἕως ἂν εἰς ἄνδρας ἔλθοι μὴ εἰδότας θάλασσαν, ἢ ἐμβρωματιζομένους μετὰ ἁλῶν, ἢ ἐπισημαίνοντας νηῶν, ἵνα δηλαδὴ τιμηθῇ Ποσειδῶν Ἠπειρώτης, ἐν τόποις οἷς οὐ φέρεται αὐτοῦ ὄνομα. φιλοτιμία γάρ τις καὶ τὸ τιμᾶσθαί τινας παρ' οἷς οὐ γνωρίζονται. Διόπερ ὁ πρὸς εἰδότας λέγων ἐπαίνους τινῶν, ἐκχύσοι ἂν τὸ, εἰδόσιν Ἀχαιοῖς ταῦτ' ἀγορεύεις. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ μὴ εἰδότες Ποσειδῶνα; ὅσοι οὐκ ἴσασι τὰ ἀνωτέρω ῥηθέντα. οἱ δὲ παλαιοὶ, καὶ τινων τοπικῶν ὀνομάτων βαρβαροφώνους ὄντας ἱστοροῦσι. Βουνίμαν λέγοντές τινα ἢ Κελκέαν, ἐν οἷς Ὀδυσσεὺς τὸν Ποσειδῶνα ἐτίμησε.

70 *Πλησίον Τραμπύας.*] Codd. Palatini, πλησίον Τραμπύλας, & ſic quoque exhibet editio Aldina Florentinaque. Stephanus: Τράμπυα, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων.

71 *Λαβὼν χρησμόν.*] Oraculum eſt deſumptum ex Oratione Tireſiæ, quam habuit ad Ulyſſem apud Hom. Odyſſ. Λ. Locum huc transferam, apprime ad rem facientem.

> Αὐτὰρ ἐπὴν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι
> Κτείνῃς ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ,
> Ἔρχεσθαι δ' ἐπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμὸν,
> Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
> Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.

72 *Βοῦννος, πόλις Ἰλλυρίας.*] Nemo vel geographorum vel hiſtoricorum hujus oppidi mentionem fecit, quapropter incertæ poſitionis eſt. Videtur tamen nomen hauſiſſe παρὰ τοὺς βουνούς. Sunt enim βουνοὶ οἱ ὑψηλοὶ, καὶ γεώλοφοι τόποι.

73 *Καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος.*] Placet magis καὶ χωρίον τῆς Ἤλιδος, quod Euſtathius olim hoc in loco reperit, quemadmodum apparebit ex verbis mox citandis.

74 *Οἳ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε* &c.] Vide Homeri catalogum navium.

75 *Κατοικία τῆς Ἤλιδος.*] Totum hunc locum Euſtathius in ſuos ad Homerum commentarios tranſtulit, ita enim ille ad Iliad. B. Ὁ δὲ τῶν Ἐθνικῶν γραφεὺς, καὶ πόλιν Ἤλιδος λέγει καὶ ποταμὸν καὶ χωρίον καὶ κατοικίαν ἀξιόλογον, τὸ Βουπράσιον. κληθὲν οὕτω ἀπὸ Βουπρασίου τινὸς ἄρξαντος ἐκεῖ. ἐθνικὸν αὐτοῦ, Βουπρασιεύς. καὶ Βουπράσιος, καὶ Βουπρασίων, ὡς Καδμείων. Legendus porro Strabo, lib. VIII Bupraſium luculentiſſime deſcribens.

76 *Τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν.*] Chartaceus Voſſianus ſine articulo, ἄρξαντος αὐτῶν.

77 *Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας, θηλυκῶς. ἀπὸ Βούρας* &c.] Quis auſus fuiſſet palam confiteri, hic aliquas dictiones exciſiſſe? Immanis profecto & intoleranda injuria eſt, quam Stephani verbis illatam reperi, nam præter hæc verba (Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος. Λυκόφρων.) codd. Palatini & omnes editi nihil agnoſcunt. Verum ne locus iſte poſthac aut librariorum vecordiam, aut temporis jacturam cauſetur, eum fide codicis Voſſiani replevi, quemadmodum in contextu excuſum eſt. Videt ergo lector integritatem hujus loci, cujus ſi veritatem quoque requirit, conſideret modo hæc Pauſaniæ ex Achaïcis verba: Θαλάσσης δὲ ἐν δεξιᾷ καὶ ἡ Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται. τεθῆναι δέ φασι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ γυναικὸς Βούρας. θυγατέρα δὲ αὐτὴν Ἴωνος τοῦ Ξούθου, καὶ Ἑλίκης εἶναι. Legendus porro Stephanus in voce Ἑλίκη. Solere Græcos urbium natales ab heroum & heroïnarum appellationibus deducere, jam lippis & tonſoribus notum eſt: verum aliud hujus urbis etymon legere eſt apud Eymologici Mag. Auctorem, qui teſtatur civitati ἀπὸ τοῦ τὰς βοῦς ὠρεῖν nomen inditum eſſe, ita enim ille: Βοῦρα, πόλις τῆς Ἀχαΐας, ἣν ᾤκισεν Ἐξάδιος ὁ κένταυρος, καὶ ἐκεῖ αὐτοῦ τὰ βουστάσια ἐφυλάττετο.

ἀπὸ Βούρας θυγατρὸς Ἴωνος [78] τοῦ Ξούθου καὶ A Ἑλίκης. [79] τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος. Λυκόφρων,

[80] Δύμη τε Βουραίοισιν ἡγεμὼν στόλου.

ἐκ ταύτης ἦν Πυθέας ζωγράφος, οὗ ἐστιν ἔργον ὁ ἐν Περγάμῳ ἐλέφας, [81] ἀπὸ τοιχογραφίας ὢν, ὡς Φίλων. τὸ θηλυκὸν, Βου- B ραία· καὶ πόλις οὕτω. [82] καὶ Βοραϊκὸς κτητικόν. λέγεται καὶ Βούρειος, διὰ διφθόγγου. [83] τὸ δὲ διὰ τοῦ ι, ὡς Νύσσα Νύσσιος, Βοίβη Βοίβιος.

ΒΟΥΡΑΙΆ, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Βου- C ραίου κληθεῖσα. τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος.

ΒΟΥΡΧΑΝΙΣ [84], νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, ὡς Στράβων.

ΒΟΥΣΑΙ, ἔθνος Μήδων· [85] Ἡρόδοτος πρώτῃ. D

ΒΟΥΣΙΡΙΣ [86], πόλις Αἰγύπτου. [87] ἐν ταύτῃ Ἴσιος μέγιστον ἱερόν. ἵδρυται δὲ ἐν μέσῳ τῆς Αἰγύπτου, ἐν τῷ Δέλτα. Ἶσις δὲ ἐστὶ κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, ἡ Δημήτηρ. ὡς δὲ ἄλλοι, ἐκεῖ λέγεται [88] θάψαι τὸν Βούσιριν Ἶσις, E [89] ἐμβα-

Nomen habens à Bura, Jonis Xuthi F. filia, & Helicæ. Gentile, Buræus. Lycophron:

Dumaque, Buræorum dux exercitus.

Ex hac originem habet Pytheas pictor, cujus opus, ſcilicet, elephas in Pergamo conſpicitur: erat enim parietibus pingendis celebris, uti Philo teſtis eſt. Fœmininum, Buræa: quo nomine & urbs appellatur. Et Buraïcus poſſeſſivum eſt. Dicitur quoque Bureius, per diphthongum. Illa autem forma per I, ita ſe habet uti Nyſſa Nyſſius, Bœbe Bœbius.

BURÆA, urbs Italiæ, à Buræo condita. Gentile, Buræus.

BURCHANIS, inſula Celtica, teſte Strabone.

BUSÆ, gens Medorum, auctore Herodoto libro I.

BUSIRIS, urbs Ægypti. In illa maximum eſt Iſidis templum. Condita eſt in medio Ægypti, in Delta. Iſis autem ſecundum Græcorum linguam dicitur Demeter, id eſt, *Ceres*. Verum alii perhibent Iſidem illic Oſiridem tumulo condidiſſe, poſtquam eum ligneo

λάττειν. διὰ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη. ἀπὸ τοῦ τοὺς βοῦς ὠρεῖν, ὅ ἐστι φυλάττειν. Eandem nominis originem lector inveniet apud Scholiaſtam Callimachi ad hymum in Delum.

78 Τοῦ Ξούθου.] In Voſſiani MS male exaratum erat Ξάνθου. Auctoritate Pauſaniæ Ξούθου repoſui, quæ veriſſima eſt lectio. Jonem Xuthi filium fuiſſe teſtantur paſſim Mythologi. Apollod. lib. I: Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα. ἀφ' ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται.

79 Τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος.] Paſſim quoque Pauſanias hoc gentili utitur libro jam allegato.

80 Δύμη τε Βουραίοισι &c.] Peſſime in tribus editionibus & libris calamo exaratis conſpicitur, Δήμη τε Βουραίοισι ἡγεμὼν στόλου. Veterem veramque lectionem ipſo ex Lycophrone reduxi.

81 Ἀπὸ τοιχογραφίας ὤν.] Vel librariorum negligentia, vel alio quodam fato, hic voculam excidiſſe, qua Pytheæ in τοιχογραφίᾳ peritia, ſive præ cæteris excellentia denotatur, firmiter mihi perſuadeo. Verum fateor, me tam divinum non eſſe, ut ipſam omiſſam vocem ope ingenii excogitem. Specilegis ingenioſioribus & iis qui melioribus uſi ſunt codicibus etiam relinquendum eſt aliquid. Dionyſius, teſte Plinio lib. XXXV cap. X ἀνθρωπογράφος cognominabatur, quia nihil aliud quam homines pinxit. Qui parietibus pingendis operam navabant, veteribus Τοιχογράφοι dicebantur, inter quos Ludius, Pauſias, C. Fabius & alii recenſentur. Romæ Τοιχογραφίαν primus inſtituit Ludius ætate Auguſti, narrante Plinio libro jam citato: *Non fraudandus ſua gloria Ludius, qui Divi Auguſti ætate primus inſtituit amœniſſimam parietum picturam, villas & porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optarat, varias ibi obambulantium ſpecies, aut navigantium, terraque villas adeuntium aſellis aut vehiculis.* De Pauſia legimus ibidem cap. XI: *Pinxit & ipſe penicillo parietes Theſpiis, cum reficerentur, quondam à Polygnoto picti, multumque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet. Idem & lacunaria primis pingere inſtituit: nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.* De C. Fabio mentionem facit Val. Maximus lib. VIII cap. XIII: *Nam quid ſibi voluit C. Fabius nobiliſſimus civis? qui cum in æde Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxiſſet, nomen his ſuum inſcripſit.* Verum tanta non fuit τῶν τοιχογράφων gloria, quanta illorum qui tabulas pinxere: tabulæ enim ex incendiis, ſed minime illud quod parietibus erat allitum, rapi poterant. Qua de re videſis judicium Plinii lib. XXXV cap. X circa finem.

82 Καὶ Βουραϊκὸς, κτητικόν.] Mendum leve machinata fuerat librariorum incuria in hunc locum: exhibent enim MSS & libri editi, καὶ Βοραϊκὸς, κτητικόν, Ego vero auctoritate Pauſaniæ commotus emendavi Βουραϊκὸς, ita enim ille in Achaïcis: Ἐς οὖν τὸ ἐπίνειον Αἰγειρῶν δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν Βουραϊκὴν εἰσιν Ἡρακλέους στάδιοι.

83 Τὸ δὲ διὰ τοῦ Ι.] Et huic loco aliquid excidiſſe, facile mihi perſuaſerim. Videtur enim reſcribendum: Τὸ δὲ διὰ τοῦ ι Βούριος, ὡς Νύσσα Νύσσιος &c. Polybius libro II hoc gentile uſurpavit: Ἑξῆς δὲ τούτοις, Βούριοι τὸν τύραννον ἀποκτείναντες.

84 Βούρχανις, νῆσος &c.] Locus Strabonis, quem noſter innuit, reperitur lib. VII hiſce verbis: Ἐχειρώσατο δ' ὁ Δροῦσος οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ Βούρχανις. Plinius lib. IV cap. XIII. *Burchanam* appellat: *Promontorium Cimbrorum, excurrens in mare longe, peninſulam efficit, quæ Cartris appellatur.* XXIII *inde inſulæ, Romanorum armis cognitæ. Earum nobiliſſima Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine, ſponte provenientis.* Sita eſt hæc inſula in ore Amiſiæ, & vulgo *Borchum* nuncupatur, uti viri docti teſtantur.

85 Ἡρόδοτος πρώτῃ.] En Herodoti verba: Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βοῦσαι, Παρητακηνοί, Στρούχατες &c.

86 Βούσιρις, πόλις Αἰγύπτου.] Noſter perhibet, hanc vocem componi παρὰ τὸ βοῦν καὶ Ὄσιριν, quaſi urbis nomen eſſet Βουσόσιρις. Verum Etymologici Mag. Auctor in longe alia verſatur ſententia, ſcilicet, ſic nuncupatam eſſe παρά το βοῦς εἴρειν, id eſt, *à jungendis bobus*, ita enim ille: Βούσιρις, ὁ ἥρως ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς. ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις οὕτω καλεῖται. εἴρηται παρὰ τὸ βοῦς εἴρειν. ὁ δυνάμενος μόνος ζευγνύειν δύο βοῦς. Sequitur jam eodem loco alia præterea etymologia: παρὰ τὸ βοῦς καὶ τὴν σειρὰν, ἵν', ἢ ὁ ἰσχυρὸς καὶ ἀνδρεῖος, ὥστε δύνασθαι βοῦν ἄγειν σειραῖς. Quicquid ſit, certiſſimum eſt, fabularem hiſtoriam de Iſide, & Oſiride, qua nihil antiquius habent Ægyptii, multis in Ægypto oppidis nomen impoſuiſſe.

87 Ἐν ταύτῃ Ἴσιος μέγιστον ἱερόν.] Hæc noſter, licet Herodoti nomen reticeat, ex Euterpe verbotenus tranſcripſit, ita enim ibi: Δευτέρα, ἐς Βούσιριν πόλιν τῇ Ἴσι. ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλει ἐστὶ μέγιστον Ἴσιος ἱερόν. ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου ἐν μέσῳ τοῦ Δέλτα. Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ.

88 Θάψαι τὸν Βούσιριν.] Locus in libris calamo exaratis & omni-

[89] ἐμβαλοῦσι εἰς ξυλίνην βοῦν, ὥς τε Βουσόσιριν εἶναι τὴν πόλιν. οἱ δὲ ὅτι τοπάρχης ἦν ὁ Βούσιρις ὑπὸ Ὀσίριδος καταστα θείς. ὁ πολίτης, Βουσιρίτης. A

ΒΟΥΣΜΑΔΙΣ, Ἰσαυρικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Βουσμαδιώτης. B

ΒΟΥΤΑΔΑΙ, δῆμος τῆς [90] Αἰγηΐδος φυλῆς. λέγονται γὰρ δῆμοι πατρωνυμικῶς, ὡς Αἰθαλίδαι, [91] Κωθωκίδαι. [92] ἔστι δὲ Βούτου, τοῦ Πανδίονος. ὁ δημότης, Βουτάδης.

ΒΟΥΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου. Ἡρωδιανὸς C δὲ κώμην αὐτήν φησιν, ἧς τινος χρηστήριον ἦν. ἐκαλεῖτο δὲ Βουτώ, [93] ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ. ἔστι δὲ [94] ἑτέρα Γεδρωσίας. [95] τὸ ἐθνικὸν, Βούτιος. [96] τῆς δὲ Βουτοῦς, Βουτοΐτης, καὶ Βουτοίτης, ὡς τῆς Σαβοῦς Σαβοΐτης καὶ Σαβοίτης. D

ΒΟΥΤΡΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, τῆς Ἰταλίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Βουτρῖνος, ὡς Ῥηγῖνος.

ΒΟΥΦΙΑ, κώμη τῆς Σικυωνίας· Ἔφορος εἰκοστῷ τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Βουφιεύς.

ΒΡΑΙΣΟΙ, ἔθνος Μακεδονίας· Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν. E

ΒΡΑΣΙΑΙ, πόλις Λακωνική· [97] Παυσανίας τρίτῳ. ὁ πολίτης, Βρασιάτης.

ΒΡΑΥΡΩΝ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις. τὰ τοπικὰ, Βραυρωνόθεν, Βραυρῶναδε, Βραυρῶνι, ὡς Μαραθῶνι. F

ΒΡΑΧΙΑ[98], οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται. ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλεῖστα. ἔστιν οὖν παρὰ τὸ βραχύς. τὸ G τοπικὸν, Βραχιάτης. Οὐράνιος δὲ Βραχιηνοὺς αὐτοὺς ἔφη. Brod: misc: 6. 24.

BUSIRIS ... gneo bove incluſiſſet. Adeo ut urbs quaſi Buſoſiris dicta ſit. Alii vero narrant, Buſiridem ab Oſiride ibidem Toparcham conſtitutum fuiſſe. Civis, Buſirites.

BUSMADIS, urbs Iſaurica, cujus gentile, Buſmadiota.

BUTADÆ, populus tribus Ægeïdis. Appellantur enim populi patronymice, uti Æthalidæ, Cothocidæ. Nomen habet à Buta Pandionis filio. Popularis, Butades.

BUTUS, urbs Ægypti. Herodianus vero vicum appellat, cui templum erat. Vocabatur etiam Butô, unde Latona Butô dicitur. Eſt quoque alia Gedroſiæ, Gentile, Butius: Verum à Butô fit Butoïtes & Butoites, uti à Sabô Saboïtes & Saboites.

BUTRIUM, uti Rhegium, Italiæ civitas. Gentile, Butrinus, uti Rheginus.

BUPHIA, vicus Sicyoniæ, auctore Ephoro libro III. Gentile, Buphienſis.

BRÆSI, gens Macedonica, de qua Dionyſius libro tertio Baſſaricorum.

BRASIÆ, oppidum Laconicum, cujus meminit Pauſanias libro III. Oppidanus, Braſiates.

BRAURÔN, populus Atticæ, ab heroë Braurone ſic nuncupatus. Hinc quoque Diana Brauronia cognomen habet. Localia denotant ex, ad & in Braurone; quemadmodum in Marathone.

BRACHIA, hoc nomine Arabicum mare appellatur. Sic dictum ob plurima in eo *brevia*. Igitur nomen habet à voce βραχύς, quod *breve* denotat. Locale, Brachiates. Uranius vero accolas Brachienos vocat.

ΒΡΑΧ- BRACH-

& omnibus editionibus fœdiſſime corruptus: confidenter repone, θάψαι τὸν Ὄσιριν. Ita quoque hunc locum Cl. Bochartus in Hierozoico emendavit.

89 Ἐμβαλοῦσι εἰς ξυλίνην βοῦν.] Apud Plutarchum in libro de Iſide legimus, Oſiridem arca incluſum in mare fuiſſe projectum, & poſtea Buſiride ſepultum, aut ut alii volunt Taphoſiride. Qua in urbe tumulatus ſit, inter auctores nondum convenit. Stephanus aliam quoque urbem recenſet, in honorem Oſiridis ſepulturæ conditam. Refert etiam Herodotus lib. II de rege Mycerino, qui defuncta filia ligneam bovem fecit, in qua eam ſepelivit, hæc ſunt ejus verba: Τὸν δὲ ὑπεραλγήσαντά τε τῷ περιπεπτώκεε πρήγματι, καὶ βουλόμενον περισσότερόν τι τῶν ἄλλων θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην, καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην, ἔσω ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα.

90 Αἰγηΐδος φυλῆς.] Etymologici Mag. Auctor, Οἰνηΐδος φυλῆς; quem vide in Βουτάδαι, ſi rem tanti feceris.

91 Κωθωκίδαι.] Sic etiam aliæ editiones. Verum Heſychius hanc vocem in prima ſyll. per ο μικρὸν exaravit.

92 Ἔστι δὲ Βούτου.] Et hic locus in omnibus libris MSS & editis mutilus circumfertur. Legendum videtur: ἔστι δὲ ἀπὸ Βούτου, τοῦ Πανδίονος.

93 Ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ.] De hac urbe & dea videndus Herodotus lib. II. Τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱερὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου· οὔνομα δὲ τῇ πόλι Βουτώ.

94 Ἑτέρα Γεδρωσίας.] Alii geographi de hac urbe ſilent. In cava Syria noſter Βοῦτιν collocat, de qua in voce Πέλλα, verum ad hanc ſectionem non pertinet.

95 Τὸ ἐθνικὸν, Βούτιος &c.] Locum hunc, librariorum incuria male acceptum, ope codicis Voſſiani in integrum reſtitui, Profligatiſſime enim in vulgatis legebatur: τὸ ἐθνικὸν, Βουτία· τοῦ δὲ Βουτοῦς, Βουτοΐτης. Noſtram emendationem eſſe veriſſimam, etiam liquet ex voce Κύβος, ubi Epitomator ita infit: ὁ πολίτης Κυβίτης, ὡς Σαβίτης τῆς Σαβοῦς, ἢ Κυβοίτης, ὡς τῆς Βουτοῦς Βουτοίτης.

96 Τῆς δὲ Βουτοῦς, Βουτοΐτης, καὶ Βουτοίτης.] Non puto hanc diæreſin huc pertinere, quod evidenter liquet ex verbis proxime allegatis: nam τὸ Κυβίτης & Σαβίτης habent formam Ægyptiis propriam. Nuſquam Stephanus ab urbium nominibus in ω deſinentibus, formavit gentilia, quæ per diæreſin efferuntur. Vide in Ταχεμψώ & aliis locis. Igitur hic reſcribendum videtur: τῆς δὲ Βουτοῦς, Βουτίτης καὶ Βουτοίτης.

97 Παυσανίας τρίτῳ.] Hunc Pauſaniæ locum noſter videtur reſpicere: Βρασιαὶ δὲ ἐσχάτη μὲν ταύτη τῶν Ἐλευθερολακώνων πρὸς θαλάσσῃ ἐστὶ, Κυφάντων δὲ ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων διακοσίων. Ibidem etiam oppidani nomen reperitur: Βρασιάται δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσι.

98 Βραχία, οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται.] Quotquot hujus maris mentionem faciunt, penultimam per diphthongum ſcribunt; & ita quoque Cl. Voſſius ad Melam hunc Stephani locum allegavit. Quare vereor, ne omnino hic Βραχεῖα ſit reſcribendum. Marc. Heracleota in Periplo: Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ λεγομένη Βραχεῖα θάλασσα, καὶ

ΒΡΑΧΜΑ῀ΝΕΣ 99, Ἰνδικὸν ἔθνος A [1] σοφώτατον, οὓς καὶ Βράχμας καλοῦσιν. [2] Ἱεροκλῆς δ' ἐν τοῖς Φιλίστορσί φησι· μετὰ ταῦτα σπουδῆς ἄξιον ἐνομίσθη τὸ Βραχμάνων ἰδεῖν φῦλον, ἀνδρῶν φιλοσόφων, καὶ θεοῖς φίλων, [3] ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων. B [4] ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, [5] καὶ ὑπαίθριοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι, καὶ ἀλήθειαν τιμῶσι. [6] χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων. τὰ μηρύματα μαλακὰ καὶ δέρ-

BRACHMANES, gens Indica ſapientiſſima, quos etiam Brachmas appellant. Hierocles vero in Philiſtoricis de eis ita refert: Poſtea operæ pretium viſum fuit Brachmanas viſere, homines philoſophiæ deditos, & diis charos, ſoli vero præcipue dedicatos. Cæterum ab eſu carnium prorſus abſtinent, ſub dio totam ætatem degunt, & veritatem colunt. Utuntur autem veſte linea, ex petris facta: lapidum enim filamenta quædam mollia & quaſi cutanea contexunt,

ὁ περὶ αὐτὴν μέγιστος κόλπος. Eodem modo Agathemerus lib. II cap. XI. Μετὰ δὲ ταύτην ὡς πρὸς ἄρκτους ἡ Βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἣ οὐ διὰ βραχύτητα τοῦ μεγέθους (ἐστὶ γὰρ μεγίστη) τούτου τετύχηκε τοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ βράχη. Igitur hoc maris etymon deducunt παρὰ τὸ βράχος, quia plurima in eo ſunt brevia & ſyrtes: Verum alii hoc nomen derivant ab Arabica voce بحر *Bahar mare*, quod auribus Græcis duriuſcule ſonans, paullo aliter redditum & immutatum eſt.

99 Βραχμᾶνες, Ἰνδικὸν ἔθνος.] De hac gente & ejus moribus ſcribunt Strabo lib. XV: Plutarchus in vita Alexandri: Arrianus de Exped. Alexandri lib. VII, & in Indicis: Clemens Alexandrinus Stromat. lib. III: Porphyrius de Abſtinentia lib. IV: Philoſtratus in vita Apollonii lib. III cap. IV. Quibus adde Palladium & Ambroſium de moribus Brachmanum. Veteribus etiam *Gymnoſophiſtæ* appellabantur, hodie *Bramines*: Illorum doctrinam ac mores Belgico idiomate non indocte deſcripſit Abrahamus Rogerius, qui per aliquot annos apud orientales Indos ætatem egit.

1 Σοφώτατον.] Eorum ſapientiam manifeſte ſatis deſcribunt auctores ſupra allegati, quibus addam verba Ciceronis Tuſc. Quæſt. lib. V: *Quæ Barbaria India vaſtior aut agreſtior? In ea tamen gente primum hi qui Sapientes habentur, nudi ætatem agunt.* De illorum ſapientia etiam ſic ſcribit Apulejus in Floridis: *Eſt præterea genus apud illos præſtabile, Gymnoſophiſtæ vocantur. Hos ego maxime admiror; quod homines ſunt periti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris, nec proſcindendi ſoli. Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel taurum ſubigere, vel ovem vel capram tondere vel paſcere. Quid igitur eſt? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt tam magiſtri ſenes, quam diſcipuli minores.*

2 Ἱεροκλῆς δ' ἐν τοῖς Φιλίστορσι.] Idem Hieroclis opus citatur à Stephano in Ταρκυνία, & à Johanne Tzetze Chil. VII, Hiſt. CXLIV. Plurimas videtur peragraſſe regiones, & res in itinere viſas literis conſignaſſe, ac libros Φιλίστορας nuncupaſſe.

3 Ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων.] Plinius lib. VII cap. II ſcribit, eos ab exortu ad occaſum perſtare contuentes ſolem immobilibus oculis, hæc ſunt ejus verba: *Philoſophos eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis; ferventibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere.*

4 Ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας.] Teſtatur Porphyrius lib. IV de Abſtinentia, illos præter recentes fructus & oryzam nihil commedere: imo apud ipſos, vel alimentum ex animatis tangere, extremæ impietati ſimile judicari: Τὸ δ' ἄλλου τινὸς ἅψασθαι, ἢ ὅλως θιγεῖν ἐμψύχου τροφῆς, ἴσον καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ νενόμισται. Addam præterea Alexandri Polyhiſtoris verba ex libro de rebus Indicis, quæ leguntur apud Clementem Alexand. lib. III Stromat. Βραχμᾶναι γοῦν οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσι, οὔτε οἶνον πίνουσι &c. Idem de illis teſtatur Strabo lib. XV.

5 Καὶ ὑπαίθριοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι.] Perhibet Arrianus in Indicis Brachmanas hyeme ſub dio apricari, & æſtate ſub ingentibus arboribus degere, ita enim ille: Οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ Σοφισταὶ, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ. τοῦ δὲ θέρεος, ἐπὴν ὁ ἥλιος κατέχῃ ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσι ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισι. Utuntur tamen aliquando tuguriis, quemadmodum Porphyrius lib. IV perhibet: Τὸν τοίνυν χρόνον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ὕμνους τῶν θεῶν ἀπένειμαν καὶ εὐχὰς, ἑκάστου ἰδίαν καλύβην ἔχοντος.

6 Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων &c.] Hic locus in omnibus editis & codicibus MSS peſſima interpunctione laborat, nec non aliis mendis à tranſcriptorum manu profectis, quod monuit clariſſimus & eruditione conſpicuus Johannes Pearſonus in prolegomenis ad Hieroclem, eum hunc in modum conſtituens atque corrigens: Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν. λίθων γὰρ μηρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνυφαίνουσι. Hanc emendationem confirmat vir doctiſſimus verbis Plutarchi, libro de Oraculorum defectu: Τῆς δ' ἐν Καρύστῳ πέτρας, χρόνος οὐ πολὺς ἀφ' οὗ πέπαυται μηρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα. Igitur ex Petra Caryſtia λίθων μηρύματα, eaque καὶ νηματώδη, uti apud Stephanum δερματώδη reſcripſit: imo τὸ νηματώδη, niſi nimium à veteri lectione recederet, ſubſtituiſſet. Hanc verborum interpunctionem agnoſco ſummopere neceſſariam; nam niſi poſt τὸ πετρῶν collocaveris πλεονασμὸν, tantæ erunt hoc in loco tenebræ, ut ejus defectu univerſa hujus orationis commoditas interrumpatur & pereat. Verum quod pro τὸ δέρματα repoſuerit δερματώδη, in eo tam tute ejus opinionem ſequi non licet: nam ὁ πάνυ Salmaſius in margine ſui libri hæc habet verba: *Lege meo periculo*, μηρύματα μαλακὰ καὶ θρέμματα. Ego autem hac in re adeo ancipiti nihil definio, cum utraque conjectura, à maximis ingeniis profecta, aliquid contineat, quod veri ſpeciem præ ſe ferat. Verum præterea in hiſce verbis aliud quid eſt, quod judicium meum remoratur, nimirum, ingens illa & nequaquam reconcilianda diſcrepantia, quæ apud vetuſti ævi ſcriptores in hac gente deſcribenda conſpicitur. Hierocles apud noſtrum non duntaxat perhibet eos veſtimentis uſos fuiſſe, ſed & addit, eadem ex materia linea, quam ipſis petræ ſuppeditabant, confici ſolita. Vulgares lineæ veſtes Indorum texebantur ex arborum lana, quæ plurimis lini nomine cenſetur: Arrianus in Indicis: Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέωνται, καθάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Idem invenire eſt apud Strabonem, Theophraſtum, Plinium & alios. Videtur Hierocles hic loqui de lino asbeſto, quod deſcribit Plinius lib. XVIII cap. I: *Inventum etiam eſt, quod ignibus non abſumeretur. Vivum id vocant, ardenteſque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas ſordibus exuſtis, ſplendeſcentes igni magis, quam poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis favillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtiſque ſole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes: aſſueſcitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem.* Formam veſtium accurate deſcribit Philoſtratus lib. III de vita Apollonii; erat enim ad exomidum formam concinnata, de quibus. Gellius lib. VII cap. XII & Heſychius in illa voce. Philoſtrati hæc ſunt verba, veſtimentorum formam & materiam depingentia. Καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐσχηματίζοντο παραπλησίως ταῖς ἐξωμίσι. ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς ὃ γῆ φύει, λευκὸν μὲν ὥσπερ τῶν Παμφύλων, μαλακώτερον δὲ τίκτει ἢ ἡ πιμελὴ, οἷα ἔλαιον ἐπ' αὐτοῦ λείβεσθαι. τοῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται. καὶ εἴ τις ἕτερος παρὰ τοὺς Ἰνδοὺς τούτους ἀνασπάσῃ αὐτὸ, οὐ μεθίεται ἡ γῆ τοῦ ἐρίου. Adeo ut nobis ex antiquorum monumentis innoteſcat materia & forma veſtium, quibus Brachmanes utuntur: Sed alii contra aperte teſtantur, eos nudo corpore degere. Arrianus lib. VII de exped. Alexan-

καὶ δέρματα, [7] ὃ δὴ συνυφαίνουσιν. ἐξ ὧν ὑφάσματα γίγνεται, [8] μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, [9] ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται.

A texunt, ex quibus vestimenta fiunt; neque igne comburenda, neque aqua purganda; ſed cùm ſordes & maculam contraxerint, in flammam conjecta, pura & ſplendida evadunt.

ΒΡΑΧΥΛΗ, πόλις Κερρητῶν· οὗτοι δὲ τοῖς Ἴβηρσιν ὁμοροῦσι. τὸ ἐθνικὸν, Βραχυλαῖος.

B BRACHYLE, urbs Cerretanorum. Illi autem Iberis ſunt contermini. Gentile, Brachylæus.

ΒΡΕΑ [10], πόλις, εἰς ἣν ἀποικίαν ἐστείλαντο Ἀθηναῖοι. τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεάτης. ἔστι δὲ Βρεαῖος παρὰ Θεοπόμπῳ εἰκοστῷ τρίτῳ.

C BREA, urbs in quam Athenienſes coloniam miſere. Gentile oportebat eſſe Breates; verum Breæus reperitur apud Theopompum libro XXIII.

ΒΡΕΝΘΗ [11], πόλις Ἀρκαδίας, καὶ ποταμὸς [12] Βρενθιάτης. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βρενθαῖος, ἢ Βρενθιεὺς, [13] ὡς εἰρήσεται παρὰ τοῦ Ορ *

D BRENTHE, urbs Arcadiæ, & fluvius Brenthiates. Gentile, Brenthæus, ſive Brenthienſis, quemadmodum in voce Orthe dicetur.

ΒΡΕΝΤΗΣΙΟΝ, πόλις παρὰ τὸν Ἀδρίαν, [14] ἀπὸ Βρέντου Ἡρακλέους, ἢ ὡς εὐλίμενος οὖσα, ἑνὶ γὰρ στόματι λιμένες πολλοὶ συγκλείονται. ὡς ἐοικυῖα τοίνυν κεφαλῇ ἐλάφου, οὕτως ὠνόμασται. [15] Βρέντιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις, ἡ τοῦ ἐλάφου κεφαλὴ, ὡς

BRENTESIUM, urbs Italiæ, ad mare Adriaticum, ſic dicta à Brento Herculis filio; vel quod portum opportunum habeat: uno enim oſtio complures includuntur portus. Unde quod E figuram capitis cervini præ ſe ferat, nomen ei impoſitum. Brentium enim Meſſapiis caput cervi-

Alexandri: Ἐς Τάξιλα αὐτὸς ἀφικόμενος, καὶ ἰδὼν τῶν Σοφιστῶν Ἰνδῶν τοὺς γυμνοὺς, πόθος ἐγένετο ξυνεῖναί τινα οἱ τῶν ἀνδρῶν τούτων, ὅτι τὴν καρτερίαν αὐτῶν ἐθαύμασε. Vide præterea alium Arriani locum in Indicis, & Ciceronem lib. v. Tuſcul. jam ſupra à nobis allegatum. Megaſthenes apud Strabonem inter Brachmanas & Germanas diſtinguit; illos refert poſt ſeptem & triginta annos σινδονοφορεῖν, id eſt, ſindonem induere; horum vero honoratiores (qui appellantur Ὑλόβιοι) ex libris arborum veſtem habere. Quicquid ſit, non facile mihi perſuaſerim hoc veſtimentum, de quo Hierocles apud noſtrum, Brachmanibus adeo vulgare fuiſſe, ut quotidiano privatove uſui inſervierit: ejus enim materia inventu rara, & textu difficilis erat: fortaſſis ea veſte circumdati rebus ſacris operam dedere, quod ex Philoſtrati verbis haud obſcure liquet.

7 Ὃ δὴ συνυφαίνουσιν.] Vetuſtiſſimus codex Palatinus, nec non chartaceus Voſſianus: ὃ δὴ συνεκφέρουσιν. Ad hanc vocem quædam in margine ſui libri annotavit Salmaſius, quæ adeo ſunt exeſa atque detrita, ut legi minime poſſint. Cl. Paerſonus illud ὃ δὴ expunxit, quod malim hunc in modum corrigere: ἃ δὴ συνυφαίνουσιν.

8 Μήτε πυρὶ καιόμενα &c.] Serium veſtimentis (quos Brachmanibus finitimos ſtatuunt) Anonymum in Exegeſi ὅλου τοῦ κόσμου idem attribuere comperio, ita enim ille: Οὐδέ τε τοῖς ἐσθήμασι χρῶνται πᾶσι κοινοῖς. ἀλλ' οὕτως ἄφθαρτός ἐστιν ἡ ἐσθὴς αὐτῶν, ἢ μηδὲ καταμιαίνεσθαι δύνηται, καὶ ἐὰν τοῦτο συμβαίνῃ, διὰ πυρὸς ξίφος τὴν πλύσιν αἰτοῦνται, καιομένη γὰρ βελτίων γίνεται.

9 Ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ.] Codex Voſſianus MS, & antiq. Palatinus auctiores ſunt, in iis enim hic locus hunc in modum legitur: ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα &c. Ad quam acceſſionem Salmaſius in ora ſui Stephani ita ſcribit: *illud* χρωμένων *non eſt otioſum, ſed optime favet, & eſt eleganter ſtyli veteris ſapiens.* Sed orationis ſenſus ſine alicujus præpoſitionis auxilio ſubſiſtere non poteſt: totum locum ita ſupplerem: ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ ἀπὸ τῶν χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται.

10 Βρεα, πόλις.] Mirum profecto, Epitomatorem non addidiſſe, qua in regione urbs fuerit ſita. Heſychius ex Cratino ejus meminit, & Thraciæ adſcribit, ita enim ille: Βρεα. Κρατῖνος μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἔστι δὲ πόλις Θρακίας, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον.

11 Βρένθη, πόλις Ἀρκαδίας.] Sine dubio Stephanus in genuino opere auctoritate Pauſaniæ uſus eſt, quam neglexit Epitomator, ſic enim ille de urbe & fluvio in Arcadicis: Παραβᾶσιν δὲ ἔχεται πεδίον ἑξήκοντα σταδίων μάλιστα, καὶ πόλεως ἐρείπια Βερένθης ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, καὶ ποταμὸς ἔξεισιν αὐτόθι Βερενθεάτης. Verum Sylburgius jam monuit eo in loco Βρένθη & Βρενθιάτης ſcribendum eſſe.

12 Βρενθιάτης.] Sequor editiones Xylandrianam præcedentes: male enim hæc exhibet: Βρεντεάτης.

13 Ὡς εἰρήσεται παρὰ τοῦ Ὄρθη.] Ita codex Voſſianus exibet, & eodem modo Salmaſius in quodam codice invenit, uti teſtatur in margine ſui Stephani: præterea addens: *ne quid diſſimulem, legunt MSS uno conſenſu* παρὰ τοῦ Ὄρθη. *Itaque forte legendum eſſet:* τὸ ἐθνικὸν, Βρενθαῖος, καὶ Βρενθιεὺς, ὃς εἴρηται παρὰ τὴν ὀρθὴν Βρενθιάς. Verum hanc conjecturam minime probo: locus enim in libris MSS ſatis integer conſpicitur. Stephanum in genuino opere de *Orthe*, urbe Perhæbica, loquutum fuiſſe, nullus ego dubito, quanquam ne γρῦ quidem de illa Epitomator: nam poſt vocem Ὀρεστία nunc ingens lacuna conſpicitur. Præterea ſi τῆς Βρένθη & Ὄρθη terminationis ſimilitudinem conſideres, infallibile habebis documentum, in voce Ὄρθη de gentilibus τῆς Βρένθης mentionem fieri potuiſſe.

14 Ἀπὸ Βρέντου Ἡρακλέους.] Salmaſius in margine ſui libri exiſtimat, hunc eundem eſſe Herculis filium, quem noſter infra in voce Βρέττος appellavit *Brettum.*

15 Βρέντιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἡ τοῦ ἐλάφου κεφαλή.] Omnia hæc de opportunitate portus Brunduſini, & illa quæ nominis etymologiam ſpectant, noſter hauſit ex Strabone lib. VI: Καὶ εὐλιμενον δὲ μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον. ἑνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, πολλῶν κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντός. ὥστε ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα· ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. σὺν γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος, τῇ δὲ Μεσσαπίων γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. Optime Cluverius emendavit Βρέντιον quemadmodum habet Stephanus. Sed operæ pretium videtur admonere, vitium hoc Euſtathii ætate codicibus Strabonis inſediſſe, ita enim ille ad Odyſſ. A. pag. 1409: Καὶ τὸ μὲν Βρεντέσιον, εὐλίμενον εἶναι λέγει. καὶ κέρασιν ἐλάφου ἐοικέναι φησὶ κατὰ τὸ σχῆμα, διὰ τὸ εἰς πολλοὺς κόλπους ἐκείνου πολυσχιδές· καθ' ὁμοιότητά τινα, ὡς εἰκὸς, τοῦ Βυζαντίου κέρως· γλῶσσα γάρ φησι Μεσσαπίων, Βρεντέσιον τὴν τῆς ἐλάφου καλεῖ κεφαλήν. Ibi quoque Βρέντιον reponendum eſſe, non duntaxat liquet ex Ste-

ὡς [16] Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν. τὸ A ἐθνικὸν, Βρεντησῖνος.

ΒΡΕΤΤΙ'Α [17], νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον· ταύτην Ἐλάφουσσαν Ἕλληνες, οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι. [18] τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος B τὸ θηλυκὸν, ἐπὶ Βρεττιανῆς τόπων. νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται. εἰσὶ καὶ [19] Βρεττανίδες νῆσοι ἐν τῷ Ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. Διονύσιος [20] ὑφελὼν τὸ ἓν τ, ἔφη,

Ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα C
Βρετανοί.

[21] καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ π, Πρεττανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανὸς καὶ Πτολεμαῖος.

ΒΡΕ'ΤΤΟΣ, πόλις Τυῤῥηνῶν, [22] ἀπὸ Βρέττου τοῦ Ἡρακλέους, καὶ Βαλητίας τῆς D Βαλήτου. οἱ οἰκοῦντες, Βρέττιοι. καὶ ἡ χώρα Βρεττία, [23] καὶ ἡ γλῶσσα. [24] Ἀριστοφάνης,

Με-

A cervinum appellatur, uti Seleucus libro II Gloſſarum auctor eſt. Gentile, Brenteſinus.

BRETTIA, inſula maris Adriatici, habens fluvium Brettium. Hanc Græci Elaphuſſam, alii vero Bretanidem appellant. Gentile B oportebat eſſe Brettianus, cujus fœmininum Brettiana uſurpavit Polybius pro loci nomine. Nunc autem Brettii vocantur. Sunt item Brettanides inſulæ in Oceano, quarum gentile eſt, Brettani. Dionyſius alterum τ auferens, dixit:

Oceani diffuſum eſt frigidum fluentum, ubi C
Bretani.

Et alii quoque, per π efferunt, Pretanides inſulæ, uti Marcianus & Ptolemæus.

BRETTOS, urbs Tyrrhenorum, quæ D à Bretto Herculis filio & Baletia Baletæ filia nomen habet. Incolæ, Brettii. Brettia quoque de regione & de pice dicitur. Ariſtophanes:

Pix

ex Stephano, verum præterea ex Heſychio, apud quem ita legimus Βρένδον, ἔλαφον. Quare poëtæ brevitatis cauſa hanc urbem *Brendam* appellarunt. Sex. Pomp. Feſtus: *Brundiſium quidam poëtæ brevitatis cauſa Brendam dixerunt.* Etymologici Mag. Auctor: Βρένδον, ἔλαφον, ἢ κεφαλὴν ἐλάφου. Sylburgius ex Suida monuit, hic Βρένδον reſcribendum eſſe. Vide inſuper Etymologum in Βρεντήσιον, Suidam, & alios.

16 Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν.] Seleucus grammaticus Heſychio, Etymologicographo & aliis frequentiſſime adeſt.

17 Βρεττία, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ.] In libris MSS & vulgatis manifeſtiſſimus conſpicitur error, in illis enim legitur Βρεττολία, νῆσος. Monente Cl. Salmaſio ad marginem ſui libri, emendavimus Βρεττία, quod appellationi fluminis & gentili reſpondet. Hanc ſententiam etiam Holſtenio receptam comperi. Eadem hæc leguntur apud Etymol. Mag. Auct. in Βρεττανοί. Βρεττία δὲ ἡ νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον. οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι. Ita hic locus eſt legendus. Hæc, uti judicat Hermolaus Barbarus, eſt *Prattia* Plinii, de qua lib. IV cap. XXVI ita ſcribit: *Contra Surium bubus & capris laudata Brattia, Iſſa civium Romanorum reliqua, & cum oppido Pharia.*

18 Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολ. &c.] Florentina editio: τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττανὸς, male. In Palatinis codicibus & Voſſiano totus locus ita legitur, & interpungitur: Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος. τὸ θηλυκὸν ἐπὶ Βρεττιανῆς τόπων. Fulvius Urſinus in fragmentis Polybianis hunc locum, cum nota defectus, ita conſtituit. Βρεττία, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ· τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος τὸ θηλυκόν. ἐπὶ Βρεττιανῆς * τόπων. Illud autem θηλυκὸν ita conſtruit, quaſi alibi Polybio uſurpatum fuiſſet. Certiſſimum eſt & minime dubium, Polybium ea voce eodem genere uſum fuiſſe lib. I ubi de populatione agri Brutiorum loquitur: Καταισύρας δὲ τὴν Λοκρίδα καὶ τὴν Βρεττιανὴν χώραν, ἀποπλέων ἐντεῦθεν κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν Πανορμῖτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς λεγόμενον τόπον. Præterea veritati congruum videtur, Stephanum hunc locum in genuino opere habuiſſe, & jam Epitomatoris incuria, nullius momenti ac mutilum ἀποσπασμάτιον ſupereſſe. Verum illud Polybii Βρεττιανὴ, gentile non eſt ab inſulæ cujuſdam appellatione deductum, ſed ab illa regione, quæ Latinis Brutiorum ager dicitur: de quo Stephanum hac ſectione præter alia mentionem feciſſe firmiter mihi perſuadeo, nam in ſequentibus addit: νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται, quod de Brutii agri incolis intelligendum. Fortaſſis Stephani verba hunc in modum ſunt conſtituenda: Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος τὸ θηλυκὸν, Βρεττιανὴ, ἐπὶ τόπου.

19 Βρεττανίδες νῆσοι.] Intelligit noſter Albionem & Hyberniam. Euſtathius ad Dionyſium: Αἱ Βρεττανίδες εἰσὶ δύο νῆσοι, Οὐερνία, καὶ Ἀλουίων. ἤτοι Βερνία καὶ Ἀλβίων. Sic quoque alibi Stephanus: Ἰουερνία, ἡ Πρεττανικὴ νῆσος, τῶν δύο ἐλάσσων Vide Plinium lib. IV cap. XVI.

20 Ὑφελὼν τὸ ἓν τ.] Quanquam Dionyſius, unde hunc verſiculum noſter tranſcripſit, ob moduli legem alterum τ expunxerit, evidentiſſimum tamen eſt ex antiquis Romanorum nummis, diverſimode hujus inſulæ nomen ſcribi ſolitum; in iis enim conſpicitur *Brettania*, *Brittania*, & *Britannia*. Quæ ſcripturæ inconſtantia hinc originem traxiſſe videtur, quod hæc inſula ipſis minus nota, & eorum armis jam pridem occupata eſſet.

21 Καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ π.] Plurima occurrunt in antiquorum ſcriptis & regionum & oppidorum nomina, in quibus Β in Π mutatur, uti Ἀμβρακία Ἀμπρακία, Ἀβαρνὶς Ἀπαρνίς. &c.

22 Ἀπὸ Βρέττου τοῦ Ἡρακλέους.] Eandem quoque appellationis rationem adducit Euſtathius ad Dionyſium, addens præterea aliam ex Strabone lib. VI. Lucani huic genti nomen dedere, qui deſertores ſive defectores Brettios vocant, hæc ſunt Geographi verba: Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν, Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας, ἀπέστησαν δὲ, ὥς φασι, ποιμαίνοντες πρότερον &c. Vide quoque Diodorum Sicul. lib. XVI, & Cluverium hac de re ſcribentem lib. IV cap. XV Ital. Antiq.

23 Καὶ ἡ γλῶσσα.] Sic conſtanter legunt libri MSS & vulgati, ſed peſſimo errore. Primus omnium vidit doctiſſimus Bochartus, hunc locum maxime depravatum eſſe, & manifeſtiſſimis documentis oſtendit, hic pro γλῶσσα ſcribendum eſſe πίσσα, quam vocem lubentiſſime in contextum admiſiſſem, ſi vel minimam mutationem in MSS animadvertiſſem. Locum unum atque alterum addam, ubi veteres de *Brutia pice* mentionem fecere. Columella lib. XII cap. XVIII: *Nec dubium, quin ſi quinta pars picis Brutiæ in univerſam cocturam adjiciatur, utiliſſimum ſit omni vindemiæ.* Plinius lib. XIV cap. XXII: *Pix in Italia ad vaſa vitibus condienda maxime probatur Brutia.* Alia loca, & longe quidem præſtantiora, ex ſupra laudati Bocharti lib. I de Phœnicum coloniis peti poſſunt.

24 Ἀριστοφάνης.] Hic verſiculus re vera non eſt Ariſtophanis comici, ut optime monet Cl. Bochartus; nam Brutiorum nomen illius ævo nondum exſtabat. Neque enim ſcripſit Ariſtophanes olympiade CXIV, ut habetur in Suida, ſed olympiade LXXXVIII ad XCVI. At olympiade demum CVI latronum & ſervorum in Lucania colluvies, urbibus aliquot occupatis, Brutiorum nomen accepit. Igitur pro Ariſtophane reſcribendum Ἀριστοφῶν, qui novæ comœdiæ poëta multo recentior eſt, & ſæpiſſime Athenæo citatur.

Μέλαινα [25] δεινὴ γλῶσσα Βρεττία παρῆν. A [26] Ἀντίοχος δὲ τὴν Ἰταλίαν φησὶ κληθῆναι Βρεττίαν, εἶτα Οἰνωτρείαν.

Pix nigra odore Brettia adfuit gravi. Antiochus vero perhibet, Brettiam Italiam vocatam fuiſſe, deinde Oenotriam.

ΒΡΙΓΕΣ [27], ἔθνος Θρᾳκικόν. [28] Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, καλέονται Βρίγες. [29] καὶ Βριγία B ἡ Τρωϊκή, τουτέστιν ἡ Φρυγία, [30] ἀπὸ Βρίγου τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ. [31] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων, Βρίγαντας αὐτοὺς φησι. τὰ γὰρ εἰς γας λήγοντα ὀνόματα, ἰσοσυλλάβως κλίνεται, ὅτε μόνον C εἰσὶ κύρια. τοῦτο δέ φημι διὰ τὸ Βρίγας. [32] ἔθνος δὲ ἐστι Βρεττανικὸν οἱ. *

BRIGES, gens Thracica, de qua Herodotus libro VII: Phryges autem, uti Macedones ajunt, appellantur Briges: Et Brigia, ager Trojanus, hoc eſt Phrygia, à Briga qui in Macedonia habitavit. Herodianus libro primo declinationis nominum, eos Brigantas vocat. Nomina enim in γας deſinentia, pariſyllabice declinantur, cum duntaxat propria ſint. Hoc autem dico propter τὸ Βρίγας: eſt vero gens Britanniæ. *.

ΒΡΙΚΙΝΝΙΑΙ [33], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρικιννιάτης.

BRICINNIÆ, urbs Siciliæ, cujus gentile, Bricinniates.

ΒΡΙΣΑ [34], ἄκρα Λέσβου, ἐν ᾗ ἵδρυται D Διόνυσος Βρισαῖος.

BRISA, promontorium Lesbi, ubi Dionyſus Briſæus colitur.

ΒΡΟΥΣΙΣ, μοῖρα Μακεδονίας, [35] ἀπὸ Βρούσου Ἠμαθίου παιδός. τὸ ἐθνικὸν Βροῦσοι, ὡς Κόλχοι. [36] τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ υ. E

BRUSIS, pars Macedoniæ, quæ à Bruſo Emathii filio nomen habet. Gentile, Bruſi, uti Colchi. Quidam vocem per y ſcribunt.

ΒΡΟΥΤΤΟΒΡΙΑ, πόλις μεταξὺ Βαίτιος ποταμοῦ, [37] καὶ Τυρτανῶν· δηλοῖ δὲ Βρουτούπολιν. [38] τὸ γὰρ Βρία τοῦτο σημαίνει, ὡς

BRUTOBRIA, urbs inter Bætim amnem & Turditanos. Significat autem Bruti urbem: nam hoc notat vox *Bria*; quemadmodum

[25] Δεινὴ γλῶσσα Βρεττία.] Ex emendatione Cl. Bocharti legendum eſt: Δεινὴ πίσσα Βρεττία, qua in re ipſi manus dare nemo paullo humanior recuſabit.

[26] Ἀντίοχος δὲ τὴν Ἰταλίαν &c.] Antiochi ſententia, ut putat Cluverius, hæc fuit: Id terrarum ſpatium, quod Brutii incoluerunt, primo vocatam fuiſſe Oenotriam, deinde Italiam, ac tandem Brettiam. Certiſſimum eſt, hæc verba eſſe tranſpoſita, quæ Cl. Bochartus ita conſtituit: Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν. Verum Antiochi locum ex Strabone lib. VI in medium adducam, ut hinc appareat, quæ vera hiſtorici ſententia fuerit, & quem in modum illa apud Stephanum verba ſint conſtituenda: Φησὶ δ' Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι. Itaque Stephani locus fortaſſis hoc modo eſt emendandus: Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν. De Antiocho & ejus ſcriptis videſis Voſſium de Hiſt. Græcis.

[27] Βρίγες, ἔθνος Θρᾳκικόν.] Briges ex Europa in Aſiam tranſiere, ibi Phrygiam incolentes, Phryges appellati ſunt. Plinius lib V cap. XXXII: *Sunt auctores tranſiſſe ex Europa Myſos, & Brigas & Thynos, à quibus appellantur Myſi, Phryges, Bithyni.* Euſtathius ad Dionyſium: Καλούμενοι δέ ποτε Βρίγες, μεταβάντες εἰς Ἀσίαν, μετέπεσον εἰς τὸ τῶν Φρυγῶν ὄνομα. Hac de re etiam Strabo lib. VII mentionem facit.

[28] Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Addam integrum Herodoti locum: Οἱ δὲ Φρύγες (ὡς Μακεδόνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπήιοι ἐόντες σύνοικοι ἦσαν Μακεδόσι. Μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας.

[29] Καὶ Βριγία ἡ Τρωϊκή. &c.] Servius ad hæc verba Virgilii lib. I Æneid. *Phrygiaſque biremes*, ita ſcribit. *Phrygias, Trojanas: Troja enim Phrygia provincia eſt, Et veriſimile eſt, Æneam de omni illa provincia ſocios habere potuiſſe.*

[30] Ἀπὸ Βρίγου τοῦ κατοικήσαντος.] Peſſime exhibet Xylandriana editio: ἀπὸ Φρύγου τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ. Veterem veramque lectionem ex prioribus editionibus & codicibus calamo exaratis revocare placuit.

[31] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων.] Cod. Voſſianus: Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλήσεως ὀνομάτων. Herodianum de inflexione nominum deſinentium in ας ſcripſiſſe, etiam liquet ex noſtro in voce Ἄβαι, ubi hæc citantur: Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, ὅτι τὸ Ἄβας, ὅτε ἔθνος σημαίνει, περιττοσυλλάβως κλίνεται ἀεί. ὅτε δὲ ἐστι κύριον, καὶ ἰσοσυλλάβως καὶ περιττοσυλλάβως. Igitur hinc ſatis liquet τὸ Βρίγας nomen gentis, impariſyllabice, ſed nomen proprium herois denotans, pariſyllabice, & ex canone allegato, etiam impariſyllabice mutari poſſe.

[32] Ἔθνος δὲ ἐστι Βρεττανικόν.] Brigantes rerum Anglicarum ſcriptoribus ſunt *Eboracenſes*, qui vulgo *Yorkshire men* appellantur. Videſis Lelandum & Camdenum.

[33] Βρικιννίαι, πόλ. Σικελ.] Omnes vulgati ſingulari numero hujus loci nomen efferunt, quod nos auctoritate codd. Palatinorum immutavimus. Fuit hoc nomine arx in agro Leontino, cujus meminit Thucydides lib. V: Ὕστερον δὲ πάλιν αὐτῶν τινες, διὰ τὸ μὴ ἀρέσκεσθαι, ἀπολιπόντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν, Φωκέας τε τῆς πόλεώς τι τῆς Λεοντίνων χωρίον καλούμενον καταλαμβάνουσι, καὶ Βρικιννίας, ὂν ἔρυμνα ἐν τῇ Λεοντίνῃ.

[34] Βρίσα, ἄκρα Λέσβου.] Hujus promontorii, & Bacchi ibidem culti meminit Androtio apud Etymologici Mag. Auct. Βρισαῖος, οὕτως ὁ Διόνυσος. καὶ εἰ μὲν διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ βρίζειν ἐστὶν, ὁ ἑρμηνευτικός· εἰ δὲ διὰ τοῦ η, ἀπὸ ἄκρας Λεσβιακῆς Βρήσης, ἧς μέμνηται Ἀνδροτίων. ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῇ Βρίσῃ φησὶν ἱδρύσασθαι ὑπὸ Μάκαρος.

[35] Ἀπὸ Βρούσου Ἠμαθίου.] Codex Voſſianus: Ἀπὸ Βρίσου Ἰμαθίου.

[36] Τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ υ.] Ita emendavi ex chartaceo Voſſiano: peſſime enim in aliis editionibus excuſum eſt: τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ ο.

[37] Καὶ Τυρτανῶν.] Leve mendum irrepſit, quod Cluverius in Germania antiqua, legendo καὶ Τουρδιτανῶν, emendavit. Stephanus noſter Τουρδιτανία, χώρα τῆς Ἰβηρίας. καὶ ἡ Βαιτικὴ καλεῖται, περὶ Βαῖτιν ποταμόν. οἱ οἰκοῦντες Τουρδιτανοί.

[38] Τὸ γὰρ βρία τοῦτο σημαίνει] Igitur ex mente noſtri auctoris τὸ βρία urbem denotat, quod etiam aliis in locis manifeſte ſatis indicat: Μεσημβρία, πόλις Ποντική. Νικόλαος, πέμπτῳ· ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου· βρία γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. Verum eſt, Thracum lingua τὸ βρία urbem ſignificare, quemadmodum etiam ex Strabone lib. VII appa-

ὡς Πολτυμβρία, Σηλυμβρία. ὅθεν τὸ ἐθνικὸν Βρουτοβριανὸς, ὡς Σηλυμβριανὸς, Πολτυμβριανὸς, Μεσημβριανός. A

dum Poltymbria, Selymbria. Unde gentile Brutobrianus, uti Selymbrianus, Poltymbrianus, Meſembrianus.

ΒΡΟΥΤΤΙΑ[39], μοῖρα Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρούττιοι.

BRUTTIA, pars Siciliæ. Gentile, Brutii.

ΒΡΥΑΝΙΟΝ[40], πόλις Θεσπρωτίας. τὸ ἐθνικὸν. Βρυάνιος, [41] ὡς Βυζάντιος. B

BRYANIUM, urbs Theſprotiæ. Gentile Bryanius, uti Byzantius.

ΒΡΥΓΙΑΣ, πόλις Μακεδονίας. [42] τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος.

BRYGIAS, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygius.

ΒΡΥΓΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος, καὶ Βρυγιεύς. C

BRYGIUM, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygius & Brygienſis.

ΒΡΥΚΗΣ, καὶ Βρύκαι, ἔθνος Θρᾴκης. λέγονται καὶ Βρυκεῖς, καὶ Βρυκήιοι.

BRYCES & Brycæ, gens Thraciæ. Appellantur etiam Brycenſes & Bryceïi.

ΒΡΥΛΛΙΟΝ, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι. Ἔφορος δὲ ἐν πέμπτῃ [43] Κεῖον αὐτὴν φησιν εἶναι. τὸ ἐθνικὸν, Βρυλλιανός· καὶ τὸ θηλυκὸν Βρυλλὶς ἡ χώρα, [44] ἐν ᾗ Δασκύλειον ἐστι μικρὸν πολισμάτιον. D

BRYLLIUM, urbs in Propontide. Ephorus vero libro quinto eam Cium eſſe perhibet. Gentile, Bryllianus: & regio genere fœminino Bryllis dicitur, in qua Daſcylium exiguum oppidum ſitum eſt.

ΒΡΥΞ, τὸ ἔθνος, [45] καὶ Βρυγαί. τοῦ Βρὺξ τὸ θηλυκὸν, Βρυγὶς καὶ Βρυγηὶς, ὡς Καδμηίς. εἰσὶ δὲ Μακεδονικὸν ἔθνος, προσεχὲς Ἰλλυριοῖς. E

BRYX, populus, & Brygæ. A voce Bryx fit fœmininum Brygis & Brygeïs, quemadmodum Cadmeïs. Eſt autem gens Macedonica, Illyriis finitima.

ΒΡΥΣΑΚΙΟΝ, [46] πόλις τῆς Παρθίνης. [47] οἱ πολῖται, Βρυσακοί.

BRYSACIUM, oppidum Parthinæ, cujus oppidani Bryſacii dicuntur.

ΒΡΥΣΙΑΙ[48], πόλις Ἤλιδος, ὡς Αὐγαί, διὰ τὸ πληθυντικῶς λέγεσθαι. F

BRYSIÆ, urbs Elidis, uti Augiæ, propterea quod numero multitudinis efferatur.

ΒΡΥΣΤΑΚΙΑ[49], πόλις Οἰνώτρων, τὸ ἐθνικὸν, Βρυστακιάτης.

BRYSTACIA, urbs Oenotrorum. Gentile, Bryſtaciates.

ΒΥΒΗ, BYBE,

apparet. Sed quid Thracum lingua in Hiſpania? Cum Cluverio exiſtimo, erraſſe Stephanum, eumque affinitatem vocabulorum Βρία & Βρίγα decepiſſe. Illud *Briga* Celtis, Hiſpanis, Gallis, & Anglis notum fuit: nam plurima oppida in iſtis regionibus reperiuntur, quæ in dictam vocem exeunt, nihil aliud quam *pontem* ſignificantem. Qua de re vide Cluverium Germ. Antiq. lib. I cap. VII.

39 Βρεττία, μοῖρα Σικελίας.] Quod Brutia Siciliæ pars exiſtimetur, hinc originem duxit; quia veterum plurimi opinabantur, Siciliam Bruttio agro annexam fuiſſe. Mela lib. II cap. VII: *Sicilia, ut ferunt, aliquando continens, & Bruttio agro annexa, poſt freto maris abſciſſa eſt.* Plinius lib. III cap. VIII: *Sicilia quondam Bruttio agro cohærens, mox interfuſo mari avulſa.* An Sicilia unquam Italiæ fuerit annexa, diſputat Cluverius libro I Sicil. antiq. cap. I.

40 Βρυάνιον, πόλις Θεσπρωτικός.] Hujus oppidi meminit Strabo lib. VII, verum non Theſprotiæ, ſe Deuriopibus adſcribit, qui non procul à Theſprotis abfuere.

41 Ὡς Βυζάντιος.] Chartaceus Voſſianus: ὡς Βυζάνιος.

42 Τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος καὶ Βρυγιεύς.] Libris vulgatis aliquid deerat, quod addere ex MSS placuit. In excuſis legebatur: Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Βρυγιεύς. Illa conjunctio καὶ manifeſte docet, alterum gentile excidiſſe. Τὸ Βρύγιος etiam formatum conſpicio à voce Βρυγίας, quæ proxime præcedit, unde non levis oritur ſuſpicio, τὸ Βρυγίας & Βρύγιον eaſdem urbes fuiſſe. Brygii meminit Plinius lib. IV cap. X. & prope Pallenen peninſulam collocat.

43 Κεῖον αὐτὴν φησι εἶναι.] Plinius cum Ephoro nequaquam convenit, Cium manifeſte à Bryllio diſtingens, ita enim ille lib. V cap. XXXII: *Poſtea ſinus, in quo flumen Aſcanium, oppidum Bryllium, amnes Hylas & Cios cum oppido ejuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Mileſiis quidem conditum, in loco tamen qui Aſcania Phrygia vocabatur.*

44 Ἐν ᾗ Δασκύλειον.] Codex Voſſianus: ἐφ' ᾗ Δασκύλειον.

45 Καὶ Βρυγαί.] Straboni, ut mihi quidem videtur, Βρῦγοι appellantur, ſic enim de iis loquitur libro VII: Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας, μέχρι τῶν Κεραυνίων περιοικοῦσι Βυλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι, καὶ Παρθῖνοι, καὶ Βρῦγοι. Caſaubonus exiſtimat Βρύγους & Βρυγίους eoſdem eſſe, & illorum oppidum dici Βρυγίαν, quod Stephanus in præcedentibus Macedoniæ adſcripſit, inde gentile Βρύγιος deducens, quod etiam à voce Βρύγιον deſcendere nos ſupra indicavimus. Brygorum etiam meminit Scymnus Chius, qui Marciani Heracleotæ nomine circumfertur:

Ὑπὲρ δὲ τούτους εἰσὶ Βρῦγοι βάρβαροι.
Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἐστὶν Ἐπίδαμνος πόλις
Ἑλληνίς, ἣν Κόρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.
Ὑπὲρ δὲ Βρύγους Ἐγχέλειοι λεγόμενοι
Οἰκοῦσιν &c.

46 Πόλις τῆς Παρθίνης.] Parthine, ſive ut alii ſcribunt, Parthene, illa Illyridis regio eſt, in qua ſita fuit Πάρθος, de qua urbe alibi Stephanus.

47 Οἱ πολῖται, Βρυσακοί.] Sic legunt libri editi & MSS: Sed reſcribendum videtur Βρυσάκιοι.

48 Βρυσιαί, πόλις Ἤλιδος.] Quotquot antiquorum de hoc oppido mentionem fecere, in Laconica collocant, & penultimam per diphthongum efferunt: imo neceſſario apud noſtrum corrigendum Βρυσεαί, ut cum Αὐγεαί reſpondeat. Euſtathius ad Hom. Iliad. B. pag. 295. Αἱ δὲ Βρυσεαί, καὶ αἱ Αὐγεαί, οὐ παραλαλοῦνται. πολίτης δὲ τῶν Αὐγεῶν, Αὐγεάτης. τάχα δ' ἂν καὶ Βρυσεάτης ὁμοίως. Vide præterea Homerum ipſum lib. citato, & Pauſaniam in Laconicis.

49 Βρυστακία, πόλις Οἰνώτρων.] Exiſtimare quoſdam, teſtatur Cluverius, eſſe id oppidum Epiſcopale, quod inter Neæthum Traëntaque amneis, & Crimiſam promontorium vulgo dicitur *Briatico*, & nonnunquam *Umbriatico*.

A ΒΥ΄ΒΗ [50], πόλις κατὰ Πευκετίους. τὸ ἐθνικὸν, Βυβαῖος. εἰσὶ δ' ἔθνος Θρακικόν. τὸ ἐθνικὸν Βύβαι, ὡς Λοκροὶ καὶ Δελφοί.

BYBE, urbs juxta Peucetios. Gentile, Bybæus. Sunt quoque gens Thracica. Gentile, Bybæ, quemadmodum Locri & Delphi.

B ΒΥ΄ΒΑΣΣΟΣ [51], πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβάσσου νομέως, περισώσαντος ἀπὸ θαλάσσης καὶ χειμῶνος εἰς Καρίαν ἐμπεσόντα Ποδαλείριον. τὸ ἐθνικὸν, Βυβάσσιος. Ἔφορος δὲ Βύβαστόν φησι, καὶ Βυβάστιον.

BYBASSUS, urbs Cariæ, ita dicta à Bybaſſo paſtore, qui Podalirium ex mari & tempeſtate in Cariam appellentem conſervavit. Gentile, Bybaſſius. Ephorus vero Bybaſtum inquit, & Bybaſtium.

C ΒΥ΄ΒΛΟΣ [52], πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα, [53] ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός. Βύβλος καὶ προσηγορεύθη, [54] ἐκ τοῦ πάσης ἀρχαίας βίβλου φυλακὴν ἀσινέα ἐν ταύτῃ γενέσθαι. [55] οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν, τὸ διάδημα ἔθηκε. D [56] τοῦτο δ' ἦν βιβλίον, βύβλου, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης, ἧς ἀνέτρεφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι. τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος, καὶ Βυβλίας. εἰσὶ καὶ Βύβλιοι Σκυθικὸν ἔθνος. [57] ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ, πόλις

BYBLUS, urbs Phœniciæ antiquiſſima, Saturni opus, à Byblide Mileti filia nomen habens. Urbs quoque ex eo Byblus, id eſt Papyrus, appellata eſt, propterea quod ibidem papyrus vetuſtiſſima ſine noxa conſervaretur. Alii vero cenſent nomen inde habere, quod Iſis Oſiridem deflens, illic capitis diadema depoſuerit, ex Ægyptia byblo confectum, quam Nilus in paluſtribus profert. Gentile, Byblius & Byblias. Sunt item Byblii gens Scythica. Eſt quoque Byblus in Nilo, urbs munitiſſima.

50 Βύβη, πόλις κατὰ Πευκετίους.] Salmaſius in MS invenit Βύβα, & in alio Βύβαι, quam ego veram lectionem exiſtimo: quia ſequitur apud noſtrum: εἰσὶ δ' ἔθνος Θρακικόν. Verum præterea aliud quid hoc in loco latere videtur: nam quia geographorum nemo, tum veterum tum recentiorum, de hac Italica hujus nominis civitate mentionem fecit, ſuſpicor Stephanum in cujuſdam ſcriptoris vetuſti depravatum incidiſſe codicem, in quo pro ΡΥΒΑΙ exaratum invenerit ΒΥΒΑΙ. Quod σφάλμα facili negotio à librariis committitur, ut optime norunt in antiquorum ſcriptis verſati. Eſt enim juxta Peucetiorum fines, Compſam inter & Pontem Aufidi, Hirpinorum oppidum *Rufæ* dictum, quod ego idem exiſtimo, de quo nunc noſter. Apud Virgil. lib. VII Æneid. ejus reperitur memoria:

Quique Rufas Batulumque tenent, atque arva Celennæ.

Noſtram conjecturam minime vanam eſſe, hodiernum loci nomen, quod eſt *Ruvo*, ſatis manifeſte evincere videtur.

51 Βύβασσος, πόλις Καρίας.] Hæc eadem eſt urbs, quæ ab Alexandro libro ſecundo Caricorum Μύμασσις appellatur, de qua alibi Stephanus: Μύμασσις, ὡς Βύβασσις, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Καρικῶν. Non ſunt urbes diverſæ, quamvis noſter ſic opinetur, & diverſa ſcribendi ratio apud auctores obtineat. De ſinu Bubeſſio mentionem facit Mela lib. I cap. XVI: *Tum tres ex ordine ſinus, Thymnias, Schœnus, Bubeſſius. Thymniæ promontorium Aphrodiſium eſt: Schœnus ambit Hylam, Bubeſſius Acanthum.* Plinius lib. V cap. XXVIII regionem Bubaſſum commemorat: *Oppidum Hylas. Sinus Schœnus. Regio Bubaſſus. Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis.* Certum eſt, urbem Bubaſſum in peninſula Bubeſſia, quæ etiam Acanthus appellabatur, juxta Cnidiam ſitam fuiſſe. Imo, uti optime judicat Cl. Voſſius, ejuſdem oppidi nomina ſunt, Bubaſſus, Acanthus & Dulopolis.

52 Βύβλος, πόλις Φοινίκης.] Sita eſt urbs in excelſo loco non procul à mari, ut tradit Strabo lib. XVI. De ſitu porro conſulantur Pomponius Mela lib. I cap. XII: & Plinius lib. V cap. XX.

53 Ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου.] Libros omnes editos & manu exaratos mendum occupat: ſine dubio corrigendum: ἀπὸ Βυβλίδος τῆς Μιλήτου. Adducam verba Scholiaſtæ ad Theocriti Idyl. VII, quæ hunc in modum ſunt legenda: Υἐτὶς καὶ Βυβλὶς, ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι. Μιλήτου γὰρ φασὶ καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλὶς, ἧς ἐρασθεὶς ὁ Καῦνος, ἀπέλιπε Μίλητον. In his verbis reſcripſi Καῦνος pro Δαῦνος. Hunc Scholiaſtæ locum ita debere conſtitui liquet ex Stephano: Καῦνος, πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου, οὗ Βυβλὶς ἦν ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φυγόντος ἐκείνου. His addam Suidæ verba: Βυβλὶς, ὄνομα κύριον, ἀδελφὴ Καύνου, ἀμφότεροι δυστυχήσαντες.

54 Ἐκ τοῦ πάσης ἀρχαίας βίβλου φυλακὴν &c.] Etymologici Mag. Auctor etiam teſtatur urbem ex eo dictam eſſe, quod βίβλια, id eſt, libri papyracei, ibi incorrupta & putredinis immunia conſerventur. Ita enim ille: Βύβλος, πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη. εἴρηται, ὅτι τὰ ἐν αὐτῇ τιθέμενα βιβλία ἄσηπτα διαφυλάττεται.

55 Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν.] Hanc nominis originem etiam agnoſcit Etymologici Mag. Auctor; cujus verba apprime ad rem facientia, atque emendatione indigentia, huc tranſcribere non pigebit, ita enim ille in voce Βύβλος. Οἱ δὲ φασὶν, ὅτι Ἶσις ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου παραγενομένη, κλαίουσά τε τὸν Ὄσιριν, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἐκεῖσε ἀπέθετο βύβλινον ὑπάρχον, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Νείλῳ φυομένης βύβλου. Ἡσίοδος, Βύβλον τ' ἀγχίαλον, καὶ Σιδῶν', ἀνθεμόεσσαν. τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος καὶ Βυβλιάς. Verum ne quis exiſtimet, hic Aſcræi vatis fragmentum reperiri, moneo, verſiculum illum ex Dionyſii periegeſi depromptum eſſe. Itaque pro Ἡσίοδος indubitanter lege Διονύσιος.

56 Τοῦτο δ' ἦν βιβλίον, βύβλου, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης.] Hæc Salmaſius in codicibus Palatinis corruptiſſima invenit, quod itidem de Voſſiano MS affirmare habeo. Itaque res conjecturis peragenda, quibus non mediocrem lucem & certitudinem præbebunt verba Etymologi, jam proxime allegata. Totum locum ita conceperam: Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἔθηκε. τοῦτο δὲ ἦν βύβλινον, ἀπὸ βύβλου τῆς Αἰγυπτίης, ἣν ἀνέτρεφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι. Pro βιβλίον repoſui βύβλινον: & ante τὸ βύβλου præpoſitionem ἀπὸ excidiſſe, evidentiſſime liquet ex verbis ſupra allegatis. Illud præterea τῆς φυλῆς non duntaxat maxime deturpatum eſt, verum & loco motum, quod in τῆς κεφαλῆς mutare placuit, & auctoritate Etymologici Magni cum διάδημα conjungere: nam papyri flore Dii olim coronabantur. Plinius lib. XIII cap. XI: *Semine nullo, aut uſu ejus alio, quam floris ad Deos coronandos.* Plutarchus in Ageſilao perhibet, eum papyra coronaria delectatum fuiſſe ob coronarum ſimplicitatem, eamque diſcedentem à rege petiiſſe, & accepiſſe.

57 Ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ.] De hoc oppido mentionem facit Photius ex Cteſiæ Perſicis: Φεύγει δὲ πρὸς τὴν Βύβλον Ἴναρος (πόλις ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὕτη) καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ μετ' αὐτοῦ.

πόλις ἀσφαλεστάτη· τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος, ἢ Βυβλίτης, τῷ τύπῳ τῷ Αἰγυπτιακῷ. A

ΒΥ´ΖΑΝΤΕΣ[58], Λίβυες περὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης ἔθνος, ἀφ' [59] οὗ ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ. [60] παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες. B [61] Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, [62] σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δισχιλίων, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ. [63] τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυζακίτης εἴη. νῦν δὲ Βυζαντηνοὶ λέγονται C [64] τῷ δυτικῷ χαρακτῆρι. καὶ ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζαντηνά. ἔστι δὲ διμερὴς ἡ Βυζακία, Καρχηδόνος ἐνδοτέρω. [65] καὶ δύο ἔθνη Βυζαντηνῶν, ὡς ἱστοροῦσι.

ΒΥΖΑ´ΝΤΙΟΝ, τὸ ἐν Θρᾴκῃ βασίλειον, D πόλις διασημοτάτη πρὸς τῇ Προποντίδι, πρὸς τῷ μέρει τῆς Εὐρώπης. χρησμὸς δ' ἐδόθη ἐρωτησάντων [66] εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων τοιοῦτος,

Ὄλβιοι,

ma. Gentile Byblius, vel forma Ægyptia Byblites.

BYZANTES, ſunt Libyes circa Carthaginem Libyæ, à quibus urbs Byzantium nomen habet, & Byzantii qui ſunt in Libya. Apud Herodotum vero male per G ſcribitur *Gyzantes*. Sed Polybius perhibet libro XII, Byzacida regionem eſſe circa Syrteis, quæ circuitum bis mille ſtadiorum, figuram vero orbicularem habet. Gentile, ſecundum regionis formam eſſet Byzacites, nunc vero Byzaceni appellantur, juxta occidentalem loquendi modum. Et veſtimenta Byzacena inde nomen ſortiuntur. Byzacia vero bipartita eſt Carthagine interior, & Byzacenorum duæ ſunt gentes, ut tradunt hiſtorici.

BYZANTIUM, regia in Thracia, & urbs clariſſima ad Propontidem in parte Europæ ſita. Hujuſmodi autem apud Delphos Megarenſibus oraculum interrogantibus reſponſum eſt:

Felices

58 Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδ. &c.] Admodum inconſtans hujus gentis appellatio in antiquorum ſcriptis occurrit: nam Βύζαντες alio loco appellantur Γύζαντες, Stephano non improbante, uti hic fit, Herodoti ſcribendi rationem. Præterea etiam Ζύγαντες nuncupantur, ita enim Epitomator: Ζυγαντὶς, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος Ἀσίας Περιηγήσει. οἱ πολῖται Ζύγαντες. Sed noſtrum incidiſſe in in depravatum Hecatæi & Eudoxi Cnidii codicem, ad illum locum demonſtraturi ſumus.

59 Ἀφ' οὗ ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι. &c.] Ita emendare viſum fuit ex libris MSS. Vulgati omnes male exhibent: Ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. Quemadmodum gentis nomen, ſic quoque oppidi, varie exaratum reperitur, de quo etiam queſtus eſt Illuſtris Scaliger ad Varronem: nam præter Plinium & alios, *Byzacium*, non *Byzantium* vocat oppidum illud in Africa vetus inſcriptio: *PER PROVINCIAS, PROCONSULAREM, ET NUMIDIAM, BYZACIUM AC TRIPOLIM.* In altera vero tabula ejuſdem exempli legebatur BYZANTIUM: ut, ſi in hoc variant vetera monumenta, mirandum non ſit, & in libris aliter atque aliter legi. Verum Salmaſius in Exercitationibus Plin. pag. 321. multis probare nititur, Byzacium paſſim apud auctores pro ipſa provincia, non vero pro urbe accipi: adducens hunc in finem Ptolemæum, Antonini Auguſti itinerarium, Acta Conciliorum Carthaginenſium & alios, quemadmodum lectori loco jam allegato patebit.

60 Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ.] Locus quem noſter reſpicit, reperitur Muſa quarta: ſed gentis nomen in vulgatis non per Γ ſcribitur: Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται.

61 Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ.] Ita hæc & ſequentia emendavit Magnus Salmaſius in Plin. Exercit. & ad marginem ſui libri. In omnibus Stephani vulgatis hic locus circumfertur miſerrime hunc in modum depravatus: Πολύβιος δὲ Βυσάκαδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δυοκαίδεκα, σταδίοις μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον, δύο δὲ τῷ σχήματι περιφερής.

62 Σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δισχιλίων.] Hæc Polybii bis mille ſtadia, uti viri doctiſſimi annotarunt, plane idem ſunt, quod CCLM paſſuum Plinii & Marciani. Omnino igitur Plinii Byzacium, & Marciani Byzantium eadem regio cum Polybii Byzacide. Idem habet Iſidorus lib. XIV cap. V: *Byzacena regio &c. eſt patens paſſuum ducenta vel amplius millia.*

63 Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυζακίτης εἴη.] Hic aliquid excidiſſe firmiter mihi perſuaſum habeo: ſine dubio legendum: τὸ ἐθνικὸν, τῷ τῆς χώρας τύπῳ Βυζακίτης εἴη. Forma enim gentilium Libybus ſolita in ιτης deſinit, ut paſſim docet noſter, & cum de peculiari regionis forma agit, ſic loqui amat. Præterea in omnibus libris legitur male Βυσακίτης & Βυσακηνοὶ, quod in hac editione emendare viſum fuit, quanquam certum ſit, το ζ ſæpe confundi cum σ.

64 Τῷ δυτικῷ χαρακτῆρι.] Ut fatear quod res eſt, videtur mihi hic locus vitii non immunis: nam δυτικὸς χαρακτὴρ non format gentilia in ηνος, verum ὁ τῆς ἕω, ut alibi ſatis inculcat Stephanus. In voce Ἀξία hujus characteris etiam noſter meminit, unde tamen veram lucem expiſcari nequeo: Τῆς δὲ Ἰταλίας Ἀξιάτης, καὶ θηλυκῶς Ἀξιάτις, διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.

65 Καὶ δύο ἔθνη Βυζαντηνῶν.] Geminas eſſe Byzacenorum regiones, alteram littoralem, alteram vero mediterraneam jam luculenter demonſtravit Cl. Bochartus. Littoralis illa circa Syrteis ponitur, atque ejus Polybius hoc loco meminit: hæc vero mediterranea, duobus populis Libyphœnicibus & Carthaginenſibus interjectis, longiſſime à mari diſtat, quod liquet evidenter ex Ptolemæi deſcriptione: nam apud eum poſt Medenos ſunt οἱ κατὰ τὴν Καρχηδονίαν, ὑφ' οὓς οἱ Λιβυκοὶ Φοίνικες. τῶν δὲ Λιβυφοινικῶν ἀπὸ μεσημβρίας ἐστὶν ἡ Βυζακῖτις.

66 Εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων.] De antiquis illuſtriſſimæ hujus urbis conditoribus inter ſe valde diſcrepant hiſtorici: imo hujus rei tot ferme opiniones, quot quidem ſcriptores reperiuntur. Maxime tamen receptam opinionem ſequitur Stephanus, ſcilicet à Megarenſium colonia Byzantium fuiſſe conditum. Marcianus in ſua Periegeſi:

Μετὰ δὲ τὴν χερρόνησον ἐν Προποντίδι
Θρᾴκη παρήκει, καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν ἐχομένη ἡ Σηλυμβρία,
Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζαντίου,
Ἑξῆς Μεγαρέων εὐτυχῶν Βυζάντιον.

Sic etiam opinantur Strabo lib. VII, Euſtathius ad Dionyſium, Cedrenus, aliique. Heſychius Mileſius in Conſtantinopol. deſcriptione perhibet, oraculum illud, cujus apud noſtrum & alios reperitur memoria, Argivis reſponſum fuiſſe: Λεκτέον δὲ ἡμῖν ὅπως τε ἐξ ἀρχῆς γέγονε, καὶ ὑπό τινων ἀπῳκίσθη, ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ συγγραφέων τὴν ὑπόθεσιν ποιούμενοις· φασὶ μὲν Ἀργείους πρώτους χρησάσης αὐτοῖς τῆς Πυθίας οὕτως &c. Deinde tamen idem Heſychius addit narrari, Megarenſes Byzante duce illic appuliſſe, & Byzantium condidiſſe, adeo ut hunc ſcriptorum hac in re diſſenſum etiam agnoverit. Vellejus Paterculus lib. II Mileſiorum coloniam, & Ammianus

Marcel-

67 Ὄλβιοι, οἱ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν. A

Ἀκτῆς Θρηϊκίης, 68 ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα Πόντου.

Ἔνθ' ἰχθῦς, ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τ' αὐτόν, B

69 Στέλλουν δ' ὡς ὤκιστα, καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα.

Felices qui hanc civitatem incolent viri,

Ripæ Thraciæ humidi ad extremum oſtium Ponti,

Ubi piſcis cervuſque eodem pabulo paſcuntur.

Mittite vero & quam celerrime, [& virum] omnia mente agitantem.

καὶ οὕτως ἐκλήθη 70 ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κεροέσσης, τῆς Ἰοῦς θυγατρὸς, καὶ Ποσειδῶνος. 71 ἢ ὅτι τοῦ στόλου Βύζας ἦν ἡγεμών. 72 καὶ ὅτι C οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι τῶν ἀνέμων ἐκεῖ. μετωνομάσθη δὲ καὶ Κωνσταντινούπολις, 73 καὶ νέα Ῥώμη. τὸ ἐθνικὸν, Κωνσταντινοπολίτης, ἀνδ[ρ]ὸς τοῦ υ. τὸ ἐθνικὸν, τοῦ Βύζας, Βυζάντιος, διὰ

Atque ita condita eſt à Byzante Ceroëſſæ, quæ Jûs filia fuit, & Neptuni filio. Vel nomen habet ex eo, quod Byzas exercitus dux fuerit; vel quod echini ibidem tempeſtates præſentiant. Deinde Conſtantinopolis & nova Roma vocata eſt. Gentile Conſtantinopolita ſine Υ. A voce Byzas formatur gentile Byzantius per

Marcel. lib. XXII Atticorum eſſe affirmat. Imo Conſt. Porphyrogenneta libro II Themate primo, non duntaxat Megarenſes, ſed & Lacedæmonios atque Bœotos hujus urbis conditores fuiſſe aperte ſtatuit, ita enim ille: Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων, καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ Βοιωτῶν ἐστὶν ἀποικία, τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων.

67 Ὄλβιοι οἱ κείνην πόλιν &c.] Non ubique iiſdem verbis & eodem ſenſu oraculum illud legitur; apud Heſychium Mileſium hunc in modum:

> Ὄλβιοι οἱ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν,
> Ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον παρά τε στόμα Πόντου,
> Ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν,
> Ἔνθ' ἰχθῦς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν.

In Selectis Georgii Codini de originibus Conſtantinopolitanis etiam de hoc oraculo fit mentio, ſed integrum non eſt: nam duo priores verſus omittuntur, & tertius hunc in modum concipitur ibidem: Ἔνθα δύο σκύλακες ἱερὴν μάρπτουσι θάλασσαν. Idem oraculum etiam reperitur apud Euſtathium in comment. ad Dionyſium, ſed tertio verſiculo mutilum, quem optime & ſatis ingenioſe interpretatus eſt Triſtanus de Cydaro & Borbyze, fluviis in unum confluentibus, de quibus ita ſcribit Codinus in Selectis ſupra allegatis: Πήγασι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται. ὁ μὲν τῶν ἀρκτῴων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων περιρρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σεμέστρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάττῃ μιγνύμενοι. Quartum verſiculum idem Triſtanus explicat de Pelamidum admodum celebrata olim Byzantiis piſcatione, & de Byzantino Cornu, quod erat promontorium Græcis Κέρας dictum, cornu cervini formam præ ſe ferens, circa quod Pelamides, rapidiſſimo fluxu ex Euxino Ponto delatæ, vulgo capiebantur, quas hac de cauſa Oppianus lib. V Halieutic. Euxini maris ſobolem appellavit.

> Φῦλα δὲ Πηλαμίδων ἐκ μὲν γένος εἰσὶ θαλάσσης.
> Εὐξείνου. &c.

De loco Cornu dicto ita ſcribit Strabo lib. VII: Ἔστι δὲ τὸ Κέρας προσεχὲς τῷ Βυζαντίων τείχει, κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δύσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα, ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι. εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς, εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ πηλαμὺς, ἁλίσκεται ῥᾳδίως, διά τε τὸ πλῆθος αὐτῆς, καὶ τὴν βίαν τοῦ συνελαύνοντος ῥοῦ, καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων, ὥστε καὶ χερσὶν ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν.

68 Ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα Πόντου.] Mutavit Salmaſius ad marginem ſui codicis: Ὑγροῦ παρ' ἄκρον στόμα Πόντου, & rectius meo quidem judicio.

69 Στέλλουν δ' ὡς ὤκιστα.] Libri Palatini & Voſſianus: στέλλειν δ' ὡς ὤκιστα. Quod Salmaſius mutavit in στέλλειν ad oram ſui libri. Totum ego verſiculum ita conceperam:

> Στέλλετε δ' ὡς ὤκιστα, καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα.

Hoc obiter admonendum judico, iſtum verſiculum non exſtare apud quenquam eorum, qui hujus oraculi mentionem fecere.

70 Ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κεροέσσης, τῆς Ἰοῦς θυγατρός.] Libri editi omnes exhibent Κερόεσης, quod aperte mendoſum.

Nos ex codicibus calamo exaratis genuinam lectionem revocavimus. Nonnus in Dionyſiacis lib. XXXII:

> - - - - Οὗτος ὃν Ἰοῦς
> Φοιτάδος Ἰναχίης πυρώπιδος, ἣ παρὰ Νείλῳ
> Τίκτε γονὴν Ἐπάφοιο καὶ ἀρχεγόνου Κεροέσσης.

Addam præterea locum Heſychii Mileſii in Conſtantinopol. deſcriptione: Ἡ τοίνυν Κερόεσσα παρὰ τῇ Σεμέστρῃ νύμφῃ τραφεῖσα, καὶ παραδόξῳ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα, πολὺ τὰς Θρᾳκικὰς ὑπερέβαλε παρθένους, τῷδε θαλαττίῳ μεγίστῳ Ποσειδῶνι τίκτει τὸν καλούμενον Βύζαντα. Eadem hæc etiam verbotenus leguntur apud Codinum ἐν παρεκβολαῖς de originibus Conſtantinopolitanis. Vide præterea Euſtathium ad Dionyſium & Etymologici Mag. auctorem in voce Βύζαντες.

71 Ἢ ὅτι τοῦ στόλου Βύζας ἦν ἡγεμών.] Neque hic locus in vulgatis mendi immunis eſt; in iis enim ſine ſenſu exhibetur: ἢ ὅτι τοῦ στόλου τοῦ Βύζης ἦν ἡγεμών. Illud τοῦ facili negotio in τις mutari, & ſenſus integrior reddi poſſet: verum auctoritate codicis Voſſiani illud rejecimus. Præterea pro Βύζης reſcribere placuit Βύζας, quod genuinum ducis nomen eſt, uti liquet hac ſectione, & in voce Γυναικόπολις, itemque ex aliis plurimis, qui ejus meminere: ut Codinus, Heſychius Mileſius, Euſtathius, nec non Faſtorum Siculorum auctor, quos Chronicon Alexandrinum appellant.

72 Καὶ ὅτι οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι τῶν ἀνέμων ἐκεῖ.] Mihi ſaltem hæc verba attentius conſideranti, adeo abrupta, conciſa atque arida viſa ſunt, ut fateri neceſſe habeam, vix ſimile exemplum apud noſtrum occurrere. Nam illud venti nomen, quod echini præſentiunt, & à quo Byzantium nomen ſortitum eſt, vel maxima Epitomatoris fraude, vel alio quodam fato interiit. Nonnulla ad hunc locum annotavit Salmaſius in margine ſui libri, quæ nunc vetuſtate adeo exeſa atque detrita apparent, ut omnino oculorum ſenſum fugiant. Percipio tamen ibidem de voce βύκται & βύκτης verba fieri, quæ ad hunc locum & etymologiam τοῦ Βυζαντίου pertinere judico: nam αἱ βύκται ſunt procellæ mugientes & murmurantes, quas Belgico idiomate **Bulderende winden** appellamus: Euſtathius ad Odyſſ. K. pag. 1646: Βύκται δὲ ἄνεμοι, ἢ κατὰ ὀνοματοποιΐαν, οἱ ἠχητικοί. ἢ οἱ σφοδροὶ καὶ κατὰ βυθὸν αἴσσοντες. ἢ καὶ ὡς ἀπὸ ἀρρήτου ῥήματος τοῦ βύσσω, ἤγουν εἰς βυθὸν κατάγω. His addam verba Scholiaſtæ in Lycophronem, ita enim ille ad hunc verſiculum:

> Βύκταισι χερνίψουσιν ὠμησταὶ πόρριν.

Βύκταισι. κυρίως τοῖς σφοδροῖς ἀνέμοις, τοῖς βύουσι, καὶ κρύπτουσι, καὶ βυθίζουσι τὰ σκάφη. Etymologici Mag. auctor: Βύκτης, ἠχητικὸς, ὁ μεγάλα ἠχῶν. Ὅμηρος, βυκτάων ἀνέμων &c. Eo ſenſu etiam uſurpatur ab Orpheo in Argonaut:

> Οἳ περὶ μὲν βύκτῃσι καὶ ἀργέσταις ἀέλλαις
> Νῆα καλύπτουσιν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Quanquam illud τοῦ Βυζαντίου etymon nimis longe petitum, & ridiculum cujuſdam grammatici commentum videatur, apud Plinium tamen exſtat præſtantiſſimum

διὰ τοῦ ι. τὸ δὲ κτητικὸν, διὰ διφθόγγου. 74 τὸ A
δὲ Βυζάντιος ἐθνικὸν, τριγενές. τὸ δὲ κτητικὸν, Βυζαντιακός. λέγεται δὲ Βυζαντιὰς, καὶ Βυζαντίς. ἔστι δὲ ἐπὶ τῆς χώρας Βυζάντεια, διὰ διφθόγγου. ἀπὸ δὲ τοῦ Βυζάντιος, Βυζαντία, Βυζαντιανὸς, καὶ Βυζαντειανὸς διὰ B
διφθόγγου, ὡς Ἡρακλειανός. ἔστι δὲ 75 Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ.

ΒΥ'ΖΗΡΕΣ, 76 ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ. ἔστι δὲ Βυζηρικὸς λιμήν.

ΒΥ'ΛΛΙΣ, 77 πόλις Ἰλλυρίδος πα- C
ραθαλασσία, τῶν μετὰ Νεοπτολέμου Μυρμιδόνων κτίσμα. 78 τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς.

ΒΥ'ΜΑΖΟΣ, πόλις Παιόνων· 79 Ἔφορος κζ.

ΒΥΣΝΑΙ͂ΟΙ, ἔθνος Βεβρύκων, D
80 ἀπὸ Βύσνου βασιλέως αὐτῶν, ὑπὸ Ἴλου φονευθέντος.

ΒΥΣΟ'Σ, 81 ἔθνος. καὶ ὀξυτόνως, ὡς Ἡρωδιανός. 82 λέγεται δὲ Ἐβυσός. 83 τὸ μέν τοι

per I, poſſeſſivum vero per diphthongum. Gentile Byzantius trium generum eſt. Poſſeſſivum, Byzantiacus. Dicitur quoque Byzantias & Byzantis, & Byzantea de regione, per diphthongum. Verum à Byzantius & Byzantia fit Byzantianus & Byzanteanus per dipthongum, uti Heracleanus. Eſt item aliud Byzantium in India.

BYZERES, gens in Ponto. Eſt præterea Byzericus portus.

BYLLIS, urbs Illyrici maritima, à Myrmidonibus, qui cum Neoptolemo erant, condita. Gentile, Byllidenſis.

BYMAZUS, urbs Pæonum, auctore Ephoro libro XXVII.

BYSNÆI, gens Bebrycum, quæ nomen habet à Byſno rege, qui ab Ilo interfectus eſt.

BYSUS, gens. Vox accentu in ultima notatur, teſte Herodiano. Appellatur quoque Ebyſus.

mum documentum, quo probem echinos τοὺς βύκτας, ſive mugientes procellas præſagire. Hæc ſunt ejus verba lib. IX cap. XXXI: *Circa Toronen candidi naſcuntur, ſpina parva. Ova omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram verſa. Tradunt ſævitiam maris præſagire eos; correptiſque ore lapillis, mobilitatem pondere ſtabilientes, quia nolunt volutatione ſpinas atterere: quod ubi videre nautici, ſtatim pluribus ancoris navigia infrænant.*

73 Καὶ νέα Ῥώμη.] Annis poſt Auguſtum Cæſarem CCCLXII Conſtantinus Conſtantii filius Byzantium novam Romam appellari juſſit, Heſychius Mileſius deſcriptionem Conſtantinopolitanam ſic exorditur: Δύο δὲ ἑξήκοντα τριακοσίων ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς πρὸς πέρας ἀφισταμένων, Κωνσταντῖνος Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων, τὴν νέαν Ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας. Apud Conſtantinum Manaſſem in Annalibus etiam illuſtris hac de re locus reperitur:

Καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσυναγείρει,
Πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρυτίδωτον, τὴν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην.

Lege præterea Theodoretum in Catal. Cæſarum, Suidam, Etymologici Magni auctorem, Socratem lib. I Hiſt. Eccleſ. cap. XVI & alios quam plurimos.

74 Τὸ δὲ Βυζάντιος ἐθνικόν.] De hoc gentili non eſt ambigendum, ſic enim veteres inſcriptiones & nummi exhibent. Nummus C. Cæſ. Auguſti conſpicitur apud antiquarios hac inſcriptione: *ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ* ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. Et alius hanc exhibet. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ.

75 Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ.] Apud Ptolemæum lib. VII cap. I. in India intra Gangem urbs hoc nomine reperitur: Ἀνδρῶν Πειρατῶν, Μανδαγάρα, Βυζάντειον, Χερσόνησος, Ἀρμαγάρα &c.

76 Βύζηρες, ἔθνος &c.] De gente & portu eadem habet Euſtathius ad Dionyſium. Vide præterea Strabonem lib. XII, Apollonium Rhodium lib. II Argonaut, & Stephanum in Ἐπτὰ κωμῆται.

77 Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος &c.] Noſter diverſas exiſtimavit urbes Βυλλίδα & Βουλίνην, quam ex Artemidoro in conſpectum profert. Vide quæ diximus ad vocem Βουλῖνοι. Cicero urbem Byllidem appellavit Philippica XI: *Præterea P. C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius. Qui tenet Apolloniam magnam urbem & gravem: tenet opinor Byllidem, tenet Amantiam.*

78 Τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς.] Hinc Romanorum BULLIDENSIS formatum eſt, quo utitur Cæſar lib. III de Bel. Civil. *Apolloniates ad Cæſarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt: Hos ſequuntur Bullidenſes, Amantiani &c.*

79 Ἔφορος κζ.] Perperam Xylandriana: κξ. Ex aliis editionibus κζ. reponere placuit.

80 Ἀπὸ Βύσνου βασιλέως.] Editiones Xylandrianam præcedentes, inſigni mendo laborant, in illis enim legitur, ἀπὸ Βώνου βασιλέως αὐτῶν.

81 Βυσὸς, ἔθνος. καὶ ὀξυτόνως, ὡς Ἡρωδιανός.] Quid huc faciat τὸ ἔθνος minime capio, cum ſatis evidenter ex geographis conſtet, *Byſum* inſulam fuiſſe, quæ vulgari nomine antiquis auctoribus *Ebuſus*, verum Dionyſio Βοῦσος dicitur.

Νῆσοι δ' ἑξείης Γυμνήσιαι· ἄγχι δὲ Βοῦσος.

Quam ob cauſam viri docti hic reſcripſerint, ἄγχι δ' Ἔβουσος, rationem nullam video, cum ipſe Euſtathius hanc lectionem agnoverit, & Herodianus non improbaverit, uti apparet ex Archiepiſcopi ad Dionyſium comment. Ὅτι ἐπὶ ταῖς Γυμνησίαις νήσοις ἡ Βουσός ἐστιν, ἣν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ ὀξύνει, Βουσὸς ἀναγινώσκων.

82 Λέγεται δὲ Ἐβυσός.] Exemplaria ante noſtram editionem divulgata, conſtanter exhibent: λέγεται καὶ ὀβυθός. Lectionem hanc vitioſiſſimam eſſe, nemo non videt. Huic vulneri Salmaſius ex MSS Palatinis remedium adhibuit, legendo λέγεται δὲ Ἐβυσός, quod nunc edi curavimus: ita enim hæc inſula appellatur Melæ, Straboni, Plinio, Solino, Silio aliiſque. Hodie nominatur *Ibiſſa*, ſive *Iviſſa*, & Geographo Nubienſi *Jabiſa* Inſulæ ambitus eſt, CCCC ſtadiorum, uti teſtatur Strabo & ex eo Euſtathius: ejus longitudinem Agathemerus facit CCC ſtadiorum, cujus verba fortaſſis hunc in modum ſunt conſtituenda: Ἐν δὲ τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει νῆσοι Πιτυοῦσαι. ἡ μείζων καὶ οἰκουμένη σταδίων τ τὸ μῆκος, ἡ δὲ ἐλάττων σταδ. ρ. Igitur *Ebuſus* una eſt ex Pityuſis, & quidem major: ſita verſus oram regni Valentiæ & promontorium Dianium, à quo X leucis Hiſpanicis in ortum diſtat: à Balearibus ad hanc inſulam computantur DCC ſtadia, & iter inde ad Columnas trium dierum ſpatio conficitur.

83 Τὸ μέν τοι θηλυκὸν βύσσος, βαρυνέται.] In tribus prioribus editionibus excuſum reperi, τὸ μέν τοι βύσσος βαρυνέται. Acceſſionem hanc, quam contextui inſerere viſum fuit, codd. Palat. & Voſſiano MS debeo. Quid ſit βύσσος & βύσσινον multo notius eſt, quam quod doceri debeat. Heſychius: Βύσσος, χρῶμα ἀντὶ τοῦ ὕσγης παραλαμβανόμενον. Byſſus color eſt qui cocci loco ſumitur. Suidas: Βύσσινον, βύσσῳ βεβαμμένον.

τοι βύσσος θηλυκὸν βαρύνεται, ἀφ' οὗ καὶ βύσσινον.

ΒΩΔΩΝΗ, [84] πόλις Περραιβικὴ, [85] ὡς Ἀπολλόδωρος. οἱ δ' ὀρθῶς, Θετταλίας, [86] ἀπὸ Βωδωνοῦ ἥρωος. ὁ πολίτης, Βωδωναῖος.

ΒΩΛΑ, [87] ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Βωλανοὶ, ὡς Νωλανοί.

ΒΩΛΙΓΓΑ, [88] ἔθνος Ἰνδικόν. Διονύσιος ιη' τῶν Βασσαρικῶν,

> [89] Καὶ τότε Βωλιγγῆσι μετ' ἀνδράσι
> [90] Τέκταφος ὦρτο.

ΒΩΜΟΙ, λόφοι Αἰτωλίας. οἱ κατοικοῦντες, Βωμιεῖς. [91] Θουκυδίδης τρίτῃ, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐπεβοήθησαν. ἀλλ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ βώμιος, ὡς ἀπὸ τοῦ Χήσιος τὸ Χησιεύς. [92] καὶ βώμιος ὁ τόπος τῶν θυσιῶν, [93] ὁ πρὸς τὴν ἐσχάραν διάφορος. ὁ μὲν γὰρ οἰκοδομητὸς, [94] ἡ δὲ σκαπτή. τὸ τοπικὸν, Βώμιος.

A Ebuſus. Verum byſſus (unde byſſinum) generis fœminini, in penultima notatur.

BODONE, urbs Perrhæbica, teſte Apollodoro: verum alii recte Theſſaliæ adſcribunt, & à Bodone heroë ſic dictam volunt. Civis, Bodonæus.

B BOLA, ſicuti Nola, urbs Italiæ. Gentile, Bolani, quemadmodum Nolani.

BOLINGÆ, gens Indica, cujus meminit Dionyſius lib. XVIII Baſſaricorum.

> C *Et tunc cum viris Bolingis Tectaphus irruit.*

BOMI, Ætoliæ colles, cujus incolæ appellantur Bomienſes, auctore Thucydide libro tertio. Bomienſes & Callienſes auxilio fuere. D Formatur enim à voce Bomius, quemadmodum à Cheſius Cheſienſis. Bomus etiam ſacrificiorum locus eſt, qui ab ἐσχάρα, id eſt, *ara*, ſic differt: Ille extructus, hæc effoſſa eſt. Locale, Bomius,

84 Βωδώνη, πόλις Περραιβική.] Hæc illa urbs eſt, quæ veteribus dicebatur Δωδώνη, & nonnunquam etiam Βωδώνη, quemadmodum Stephanus ſuo loco luculenter docet, cujus hac de re verba ex genuini operis fragmento hic ſubjiciam. Ἐπικέκληκε δὲ Ἀχιλλεὺς τὸν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ χθονίων τὰ θεὸν, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος εὔχεται Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ Βωδωναῖον. Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Καὶ Σουίδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ οὕτως ἀπὸ τούτου ἐπικαλεῖσθαι. Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην ὅπου τιμᾶται. Ita hæc verba debere emendari, ad illum locum pluribus docebo; nunc obiter admonere operæ pretium exiſtimans, pro Πίνδαρος reſcribendum eſſe Πάνδαρος, quod manifeſte evincam verbis Euſtathii ad Iliad. B. pag. 354: Καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐπὶ τῇ δὲ τῇ Λυκίᾳ Λύκιος. διὸ καὶ Πανδάρου πατὴρ, Λυκάων. οὐ πόρρω τοῦ τοιούτου ἔθνους, πεσόντος τοῦ ὀνόματος· καὶ Λυκηγενεῖ Ἀπόλλωνι ἐκεῖνος εὔχεται τῷ ἐγχωρίῳ. Videtur Euſtathius reſpicere locum Homeri Iliad. Δ, ubi hæc ſunt verba:

> Εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγενεῖ, κλυτοτόξῳ,
> Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.

85 Ὡς Ἀπολλόδωρος.] Etiam in genuino Stephani fragmento de Apollodoro fit mentio, cujus liber ſecundus de Diis ibidem allegatur; ex quo noſter Dodonæ etymon tranſcripſit.

86 Ἀπὸ Βωδωνοῦ.] Sic legunt libri editi & MSS. In voce Dodone Epitomator habet Δωδώνου, ſed utrobique male. Corrigendum eſſe ἀπὸ Βώδωνος certiſſimis alibi documentis demonſtrabo.

87 Βῶλα.] Oppidum fuit Æquanorum in Latio juxta viam Appiam, x mil. paſſ. ab urbe diſtans. Videſis Cluv. in Ital. antiq. Plinius *Bolanorum* meminit lib. III cap. V.

88 Βώλιγγα, ἔθνος Ἰνδικόν.] Quanquam libri editi omnes, & calamo exarati conſtanter ſic exhibent, ſuſpicor tamen hic leve mendum irrepſiſſe. Si mei arbitrii res foret, gentis nomen numero multitudinis Βωλιγγαὶ efferrem, uti Plinius lib. VI cap. XX: *Hinc deinde accolunt Indum adverſus eos evidenti demonſtratione Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ &c.* Eodem modo gentis nomen etiam apud Ptolemæum reperitur. Imo verſus Dionyſii à noſtro ex Baſſaricis in medium adductus, manifeſte ſatis arguit, hoc loco Βωλιγγαὶ legendum eſſe, quod etiam Salmaſius ad oram ſui Stephani annotavit.

89 Καὶ τότε Βωλιγγῆσι.] Ita hujus verſiculi numerum reſtituo. In aliis edit. male legebatur: Καὶ τότε δὴ Βωλιγγῆσι &c.

90 Τέκταφος ὦρτο.] Nonnus lib. XXVI Dionyſiacorum etiam Tectaphi meminit his verbis:

> Τέκταφος εἰς μόθον ἦλθεν, ἐκηβόλος, ὅς ποτε κούρῃ &c.

91 Θουκυδίδης τρίτῃ.] Apponam integrum Thucydidis locum: Ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες, ὥστε καὶ οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐβοήθησαν. Male in Aldina Florentinaque excuſum eſt: Βωμῖνες καὶ Καλλιῆς ἐβοήθησαν.

92 Καὶ βώμιος, τόπος τῶν θυσιῶν.] Appage τὸ βώμιος, & confidenter repone: καὶ βωμὸς, ὁ τόπος τῶν θυσιῶν, quod etiam Salmaſius in margine ſui libri annotavit.

93 Ὁ πρὸς τὴν ἐσχάραν διάφορος.] Proprie erat ἐσχάρα, in qua heroibus ſacrificabatur, quemadmodum apud Pollucem legimus: Ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὀνομάζεσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς ἥρωσι ἀποθύομεν. Certum eſt plurimos antiquorum inter βωμὸν & ἐσχάραν diſtinctionem adhibuiſſe: locus in hanc rem egregius eſt apud Porphyrium in lib. de Antro Nympharum: Ὡς γὰρ τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη, καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο. χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα, οὕτω καὶ τῷ κόσμῳ ἄντρα τε καὶ σπήλαια. Addam præterea locum ex Ammonio de verborum differentiis, quem ille hauſit ex Ammonio Lamprienſi: Βωμὸς, ἑστία, ἐσχάρα καὶ μέγαρον διαφέρουσι. καθὰ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν. Hunc Ammonium Lamprienſem ſuper hac re citat Harpocration, hiſce verbis: Ἐσχάρα Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ Ἱερείας. Ἀμμώνιος ἐν τοῖς περὶ βωμῶν, ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ὡς ἑστίαν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυμένην κοίλην. Sic vides quoſdam grammaticorum diſtinxiſſe inter βωμὸν & ἐσχάραν: Alii tamen contra pro eodem habuerunt; teſtem dabo Euſtathium ad Homeri Odyſſ. Z, pag. 1564. Σοφοκλῆς δὲ ἀντὶ βωμοῦ οἶδεν ἐσχάραν. λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης, Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις. Idem quoque Ammonio obſervatum video, eundem Euripidis locum citanti, ita enim ille: Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει Sed verſiculum Euripidis in medium adducens, legebat: Μῆλος φάγεται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις, quod magis placet.

94 Ἡ δὲ σκαπτή.] Euripidis Scholiaſtes perhibet, τὴν ἐσχάραν proprie dici de foſſa, in qua mortuis parentatur: Ἐσχάρα δὲ κυρίως μὲν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα σφαγιάζουσι τοῖς κάτω ἐρχομένοις. βωμὸς δὲ ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς. Apud Feſtum hæc differentia egregie conſpicitur: *Altaria ab altitudine dicta ſunt, quod antiquis diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis, ſacra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis infernalibus in effoſſa terra.* Ovidius lib. VII Metamorp. *ſcrobem* & *foſſam* appellat; ita enim ille:

> *Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus*
> *Sacra facit, cultroſque in guttera velleris atri*
> *Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.*

A Βώμιος. [95] καὶ κατὰ παραγωγὴν, Βωμιαῖος. [96] Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις,

[97] Καὶ Βωμιαῖον ἐσχάρας λαβών.

ΒΩ'ΓΧΙΣ, πόλις Αἰθιοπίας, πρὸς τῷ τρίτῳ Καταῤῥάκτῃ. τὸ ἐθνικὸν Βωγχίτης, ὡς Μεμφίτης.

B ΒΩΤΑΧΙ'ΔΑΙ, [98] τόπος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Βωτάχου· Νικόλαος έ. Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Λυκούργου Βώταχος, ἀφ' οὗ ὁ τόπος Βωταχίδαι ἐν τῇ Τεγέᾳ ἐκλήθη.

Bomius, & per paragogen inde fit, Bomiæus. Sophocles Bello captis:

Et Bomiæum focum præhendens.

BONCHIS, urbs Æthiopiæ ad tertium Catarrhactam. Gentile, Bonchites, uti Memphites.

BOTACHIDÆ, locus Arcadiæ, à Botacho ſic dictus, teſte Nicolao lib. v. Ex Jocrita vero Lycurgi filio Botachus originem habet, à quo locus Botachidæ in Tegea nominatus eſt.

Addam præterea verba Lutatii ad Statii lib. v Thebaïdos: *Tria*, inquit, *ſunt in ſacrificiis loca, quæ per piationem facimus, ſcrobiculo facto inferis, terreſtribus ſupra terram ſacrificamus, cœleſtibus exſtructis focis.*

95 Καὶ κατὰ παραγωγὴν Βωμιαῖος.] Eo utitur Strabo pro gentili lib. x ubi ita inquit: ὁ δὲ Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιαίων τῶν ἐν Ὀφιεῦσι Αἰτωλικοῦ ἔθνους, καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες. Ita hunc locum ex MSS emendavit Caſaubonus.

96 Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις.] Perperam in vulgatis & MSS legitur, Σοφοκλῆς αἰχμαλωτίσι, & Αἰχμαλώτησι. Cl. Menagii emendatio eſt, quam in contextum recepimus, utpote veriſſimam, & veterum ſcriptorum documentis, qui iſtius Tragœdiæ meminere, comprobatam.

97 Καὶ βωμιαῖον ἐσχάρας λαβών.] Sic exhibent editi & calamo exarati: verum Salmaſius ad marginem ſui libri emendat: καὶ βωμιαῖον ἐσχάραν λαβών..

98 Βωταχίδαι, τόπος Ἀρκαδίας.] A Pauſania libro VIII hic locus Βωταχίδαι appellatur, numeraturque inter Tegeatarum curias: Τοῖς δὲ ἀνθρώποις κατὰ δήμους εἶναι τοὺς οἰκήσεις, Γαρεάτας, καὶ Φυλακεῖς, καὶ Καρυάτας τε καὶ Κορυθεῖς, ἔτι δὲ Βωταχίδας, &c.

Γ.

A Γ'ΑΒΑ, πόλις Γαλιλαίας· [1] Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. B [2] τὸ ἐθνικὸν Γαβηνὸς, ὡς αὐτὸς Ἰώσηπος.

C ΓΑΒΑ'ΘΗ, πόλις Γαλιλαίας, ὡς [3] Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. [4] τὸ ἐθνικὸν, Γαβαθηνὸς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

D ΓΑ'ΒΑΛΑ, πόλις Φοινίκης, ἣν Ἑκαταῖος θηλυκῶς φησίν. [5] ὁ δὲ Στράβων, Συρίας,

G.

GABA, urbs Galilææ, auctore Joſepho libro v Antiquitatum Judaïcarum. Gentile, Gabenus, quo ipſe Joſephus utitur.

GABATHA, urbs Galilææ, teſte Joſepho libro VI Antiquitatum Judaïcarum. Gentile, Gabathenus, ſecundum regionis formam.

GABALA, urbs Phæniciæ, quam Hecatæus genere fœminino profert. Strabo eam in Sy-

1 Ἰώσηπος πέμπτῳ.] Aliquoties Joſephus libro v cap. II Ant. Jud. urbem hujus nominis citat, & etiam aliis in locis: verum ingens in ſignanda voce paſſim conſpicitur diverſitas, nunc enim in penult. nunc vero in ult. notatur. Cap. II ſic legitur: Παρῆν εἰς Γαβάν. Et mox eodem capite: Ὥστε καὶ μέχρις πρὸς τῇ Γαβᾷ γενομένης &c. Libro VI cap. VII accentu in penul. ſignatur: οἱ γὰρ τῆς Γάβας Παλαιστινοί. Aſanus condidit Gabam & Maſpham, teſte Joſepho lib. VIII cap. VI Ἀρχ. Verum metuo, ne apud noſtrum Γάβα & Γάβαα confundantur.

2 Τὸ ἐθνικὸν, Γαβηνός.] Prelo excuſi codices conſtanter ſic exhibent: Verum Salmaſius in margine ſui libri ex MSS Palatinis, legendum eſſe Γαβαηνός, admonet, quam lectionem etiam nos in chartaceo Voſſiano inveniſſe teſtamur. Imo variis in locis idem gentile apud Joſephum reperire eſt, ut libro v cap. II: Νεανίαι δέ τινες τῶν Γαβαηνῶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τὸ γύναιον θεασάμενοι. Et paullo poſt eodem libro & capite: Πέμπουσιν οὖν πρὸς τοὺς Γαβαηνοὺς κατηγοροῦντες τῶν νεανίσκων τὰ περὶ τὴν γυναῖκα. Tamen neque codicum manu exaratorum, neque etiam fide evulgatorum Joſephi, hanc vocem in contextum recipere ſuſtinui: nam Cl. Spanhemius ex regia Gallorum gaza nummum adduxit, hanc inſcriptionem repræſentantem ΓΑΒΗΝΩΝ; quod profecto mihi genuinum & incorruptum hujus urbis ἐθνικὸν videtur: nam à primitivo diſſyllabo nunquam noſter quatuor ſyllabarum gentile deduxit. Ergo à Γάβα fit Γαβηνὸς, ut à Μήδαβα Μηδαβηνὸς, Ὄβοδα Ὀβοδηνὸς, Σάμψα Σαμψηνὸς, non vero Μηδαβαηνὸς, Ὀβοδαηνὸς, Σαμψαηνός. Imo omnia illa Joſephi loca, ubi hodie Γαβαηνὸς, excuſum eſt, in mendi ſuſpicionem veniunt, niſi quis dicat, illud à primitivo Γάβαα formatum eſſe, cujus etiam ſacri ſcriptores alibi meminere.

3 Ἰώσηπος ἕκτῳ.] Lib. VI cap v nunc in Joſephi vulgatis diverſa terminatione legitur Γαβαθὰ & Γαβαθη. Primo loco ſcribitur hunc in modum: Ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἐλθὼν εἰς Γαβαθὰ, προφήτας ἐκκλησιάζουσιν ἐπιτυγχάνει. Secundo loco: Σαοὺλ δ' ἀπερχομένῳ εἰς Γαβαθὴν &c.

4 Τὸ ἐθνικὸν, Γαβαθηνός.] de hoc gentili minime dubitandum: Apud Goltzium in nummo Claudii Cæſ. hæc inſcriptio legitur: ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

5 Ὁ δὲ Στράβων, Συρίας.] Innuere noſter videtur locum libro XVI: Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό τε Ποσείδιον, καὶ τὰ Γάβαλα. Gulielmus Tyrius hanc urbem appellat

ρίας, πλησίον Λαοδικείας, [6] ὁ οἰκήτωρ, A Γαβαλίτης. καὶ θηλυκὸν, ἡ Γαβαλῖτις· ἀλλὰ καὶ Γαβαλεὺς, ὡς Μεγαρεύς. [7] ἔστι καὶ χώρα Ἀραβίας, καὶ λέγεται ἡ πρώτη συλλαβὴ διὰ τοῦ ε, Γέβαλα· καὶ τὸ ἐθνικὸν, Γεβαληνὸς, [8] ὡς Δαβηνὸς, [9] Ἀδρηνὸς, τῷ τύπῳ τῶν B ἐγχωρίων.

ΓΑΒΑΟΎΠΟΛΙΣ, [10] πόλις τῆς Γαλιλαίας. τὸ ἐθνικὸν, Γαβαουπολίτης. Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. [11] Σάουλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν, ἔχων ἑξακοσίους C μεθ' αὐτοῦ, μόνον ἧκε.

ΓΆΒΒΑ. [12] πόλις Συρίας, τὸ ἐθνικὸν Γαββηνὸς, ὡς Παυσανίας φησί.

ΓΆΒΙΟΙ, [13] πόλις Λατίνων, [14] τὸ ἐθνικὸν, Γαβῖται. [15] δυνατὸν καὶ Γαβίους. ὡς D [16] Διονύσιος ἐν τετάρτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας ἀμφότερα.

ΓΆΓΑΙ, [17] πόλις Λυκίας, ἣν καὶ παλαιὸν τεῖχος καὶ χώραν φησὶν Ἀλέξανδρος

in Syria prope Laodiceam ſtatuit. Incola, Gabalites, & genere fœminino Gabalitis: verum & Gabalenſis, uti Megarenſis dicitur. Eſt item Arabiæ regio, cujus prima ſyllaba per E, Gebala profertur. Gentile, Gebalenus, uti Gabenus, Adarenus, juxta formam indigenis uſitatam.

GABAûPOLIS, urbs Galilææ. Gentile, Gabaûpolites. Joſephus lib. VI Antiquitatum Judaïcarum. Saulus autem Gabaûpolin venit tantum cum ſexcentis militibus.

GABBA, urbs Syriæ, cujus gentile Gabbenus, uti Pauſanias perhibet.

GABII, urbs Latinorum. Gentile, Gabitæ. Appellantur etiam Gabii, nam Dionyſius libro IV Antiquitatum Romanarum utroque utitur.

GAGÆ, urbs Lyciæ, quam Alexander libro I rerum Lyciacarum Antiquum murum

appellat *Gibel*, & Phocas in itinerario *Zebel*, hæc ſunt ejus verba: Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν Ἀντιόχειαν, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, κἂν ὁ χρόνος καὶ ταύτης τὸ μεγαλεῖον ἐλώβησε, καὶ μετ' ἐκείνην τὰ Γάβαλα, ἤτοι τὸ Ζέβελ.

6 Ὁ οἰκήτωρ, Γαβαλίτης.] Præter gentile jam adductum, etiam τὸ Γαβαλεὺς noſter recenſet. Utrumque gentile in nummis conſpicitur teſte Cl. Spanhemio: in M. Aurelii nummo Lomeniano & in Julia Aquilia Chriſtinæ reginæ ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Et apud Occonem & Triſtanum in Elagabali nummo ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ.

7 Ἔστι καὶ χώρα Ἀραβίας.] Infra ſuo loco noſter regionis hoc nomine meminit, quam tertiæ Palæſtinæ adſcribit, quandoque geographis Arabia appellatæ. Stephanus: Ἔλουσα, πόλις τῆς νῦν μὲν Παλαιστίνης τρίτης, πάλαι δὲ Ἀραβίας. Vide præterea in voce Χαράκμωβα.

8 Ὡς Δαβηνός.] Sic perperam exhibent libri MSS & editi. Legendum Γαβηνὸς quod jam præceſſit & mox ſequitur, vel etiam Μηδαβηνὸς, quam vocem noſter ſæpius in exemplum trahit.

9 Ἀδρηνός.] Et hoc gentile vitio laborat, legendum enim Ἀδαρηνὸς, quod etiam Salmaſius in margine ſui Stephani obſervat, addens in MSS reperiri Ἀδραηνός. Vide noſtrum in voce Ἄδαρα, & de emendatione non dubitabis.

10 Γαβαούπολις, πόλις τῆς Γαλιλαίας.] Toto libro VI, imo toto Joſepho non occurrit urbs hujus appellationis. Certiſſimum tamen eſt, noſtrum hæc Joſephi verba reſpicere, ita enim ille lib. VI cap. VII: Σάουλος δὲ εἰς Γαβαὼν πόλιν, ἔχων ἑξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ, μόνον ἧκε σὺν Ἰωνάθῃ τῷ παιδί. τούτων δὲ οἱ πλείους οὐκ εἶχον ὅπλα, τῆς χώρας σπανιζούσης σιδήρου, καὶ τοῦ ὅπλα χαλκεύειν δυναμένων. οὐ γὰρ εἴων οἱ Παλαιστινοὶ ταῦτα εἶναι, καθὰ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν δεδηλώκαμεν. Ex hac narratione manifeſtiſſime conſtat, hunc Joſephi locum vitii non eſſe immunem, & Saulum cum filio Jonatha Gabam, & non in aliam veniſſe urbem, cujus etiam incolis Palæſtini omnis ferri uſu interdixerant, qua de re & urbe in principio hujus capitis Joſephus ipſe mentionem feciſſe confitetur, hæc ſunt ejus verba: Οἱ γὰρ τῆς Γάβας Παλαιστινοὶ καταστρεψάμενοι τοὺς Ἰουδαίους πάντα ὅπλα αὐτοῖς ἀφῃροῦντο, καὶ τοὺς ὀχυρωτάτους τῆς χώρας τόπους φρουραῖς κατελαμβάνοντο, καὶ σιδηροφορεῖν χρῆσθαί τε καθάπαξ ἀπηγόρευον σιδήρῳ. Igitur in Joſepho ſine dubio legendum hunc in modum: Σάουλος δὲ εἰς Γαβαηνῶν πόλιν. (vel potius juxta nummi veteris inſcriptionem Γαβηνῶν πόλιν.) ἔχων ἑξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ &c. Sed quid Stephano noſtro facias, qui ſua ætate hic legebat εἰς Γαβαούπολιν, & integram de illa voce ſectionem compoſuit? Uſus eſt codice Joſephi, in quo hic locus, tranſcriptorum incuria deturpatus, circumferebatur, quem ille non ſubolfaciens, in ſuam περὶ τῶν Ἐθνικῶν συλλογὴν rejecit. Stephanum ſæpiſſime in depravatos antiquorum ſcriptorum codices & verba incidiſſe, etiam ante me viri eruditione & fama nominis clariſſimi palam teſtantur.

11 Σάουλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν, ἔχων ἑξακοσίους &c.] Reperto Joſephi loco, facillimum mihi fuit ſupplere, quod deſiderabatur. In omnibus MSS & vulgatis ſine ſenſu legitur: Σαῦλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν, ἔχων ἧκε. Neceſſario inter τὸ ἔχων & ἧκε quædam interſerenda erant.

12 Γάββα, πόλις Συρίας.] Cenſet Salmaſius hanc eandem eſſe urbem, quam Stephanus *Gabam* appellavit, & Galilææ attribuit. Etiam Plinius lib. XII cap. XVII vocem duplici B exaravit, ita enim ille: *His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. Inde Gabbam omnes petere ſolebant, dierum* XX *itinere, & Palæſtinam Syriam.* Præterea idem gentile deducitur à Γάβα & Γάββα, quanquam & hoc loco Γαββηνὸς requiratur.

13 Γάβιοι, πόλις Λατίνων.] Fuit oppidum hoc ad viam Prænestinam, Romam inter & Præneſte, ſed totum adeo interiit, ut nulla, teſte Cluverio, ejus rudera ſuperſint, & de vero ejus ſitu inter doctos diſceptetur. Idem illud oppidum à noſtro appellatur Γάβιοι, quaſi, à Gabiis diverſum: quod utrum Stephani, an vero Epitomatoris incuria factum ſit, nemo facile dixerit.

14 Τὸ ἐθνικὸν Γαβῖται.] Hujuſmodi noſter ἐθνικὸν magis propria auctoritate confinxiſſe, quam ex lege artis formaſſe videtur: nam ut teſtatur Cluverius, neque Græci neque Latini ſcriptores hoc uſurparunt.

15 Δυνατὸν καὶ Γαβίους.] Legendum videtur: Δυνατὸν καὶ Γάβιοι. Rationem reddere noſter nititur in Γάβιοι, quare hoc gentile & urbis nomen idem ſint. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Γάβιοι, διὰ τὴν περίληψιν τοῦ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ ἐθνικοῦ χαρακτῆρος. Dubitat tamen vehementer Cluverius, utrum hic genuinum gentile indicetur, quia oppidani Latinis auctoribus GABINI appellantur. Varro. lib. IV de Ling. Lat. *Gabinus ab oppido Gabiis.* Et Livius lib. V *Gabinæ viæ meminit.*

16 Διονύσιος ἐν τετάρτῳ &c.] Procul dubio noſter hunc Dionyſii locum reſpexit: Πόλις ἦν τοῦ Λατίνων γένους, Ἀλβανῶν ἀποικίσις, ἀπέχουσα τῆς Ῥώμης σταδίους ἑκατὸν, ἐπὶ τῆς εἰς Πραίνεστον φερούσης ὁδοῦ κειμένη, Γαβίους ταύτην ἐκάλουν.

17 Γάγαι, πόλις Λυκίας.] Dioſcordi Γάγας locus vel fluvius eſt in Lycia, ubi Gagates lapis reperitur; verum ex illo loco apud noſtrum non eſt reponendum Γάγας, πόλις Λυκίας, uti conatur vir doctus ad Scribonium Largum. Oppidi nomen ab omnibus geographis numero multi-

δρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Γα- A
γαῖος.

ΓΑ΄ΓΓΡΑ, πόλις θηλυκῶς, ἣν Ἀλέξανδρος [18] ἐν τῷ περὶ Παφλαγονίας ἀναγράφει, λέγων οὕτως, [19] ὅτι Νικόστρατός φησιν αἰπόλον [20] νέμειν περὶ τοὺς τόπους αἶ- B
γας. μίαν δὲ χωριζομένην, ἀπορῶν ὁ αἰπόλος, ὅτι ἐν μὲν τῷ οἴκῳ ἐνδεᾶ ηὕρισκεν, ἐπὶ δὲ τῆς νομῆς δὲ πλήρη, ὡμολόγησε τῷ δεσπότῃ. ὁ δ᾽ ἔφη, ἐπιτηρῆσαι τὴν χωριζο- C
μένην. ἐπιτηρήσας οὖν, εἶδεν ἐπί τινα ὑψηλὸν ὄχθον, ἀναβαίνουσαν, [21] καὶ πρός τινα πρόσβατον πέραν πορευομένην, καὶ κάτωθεν ἐρίφων βληχὴν ἤκουσεν: ἐκεῖ συμβέβηκεν ἐντετοκέναι τὴν αἶγα. ἰδὼν οὖν ἐπιτήδειον τόπον, πόλιν ἔκτισε, καὶ Γάγγραν ὠνόμασεν, ὅτι D
τοῦτ᾽ ἦν ὄνομα τῇ αἰγί. Ἐρατοσθένης δὲ οὐδετέρως τὰ Γάγγρα φησι, καὶ [22] Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφιστῶν τρίτῃ οὕτω. [23] τὸ ἐθνικὸν Γαγγρηνός, ὡς Βοστρηνός. ἔστι καὶ Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος Γάγγρα· τὸ ἐθνικὸν δεῖ E
Γαγγραῖοι, ὡς Σαβαῖοι. δυνατὸν δὲ καὶ ἀμφοτέρων ἀμφότερα, ὡς Ἔδεσσα Ἐδεσσαῖος καὶ Ἐδεσσηνός, [24] τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης.

ΓΑ΄ΔΑΡΑ, [25] πόλις κοίλης Συρίας, ἥ τις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. F
[26] τὸ ἐθνικὸν, Γαδαρεύς. [27] καὶ Γαδαρίς, καὶ ἡ

rum & regionem vocat. Gentile, Gagæus.

GANGRA, urbs, genere fœminino, quam Alexander in libro de Paphlagonia deſcribit, ita inquiens. Nicoſtratus narrat, caprarium quendam hoſce circa colles capras paviſſe. Unam verò caprarius ille, conſilii inops quod eam in ſtabulo deficientem, at in paſcuo & gravidam inveniſſet, à cæteris deceſſiſſe domino ſuo confeſſus eſt. Ille reſpondebat, decedentem obſervandam. Igitur obſervans, eam vidit rupem excelſam adſcendentem, & ulterius ad aliam adſcenſu facilem pergentem, unde ab infimo loco capellarum balatum percepit: ibi enim capra pepererat. Videns igitur opportunum locum, urbem condidit, & Gangram appellavit, quia capra hoc nomine inſigniebatur. Eratoſthenes vero genere neutro τὰ Γάγγρα inquit, & eodem modo Athenæus libro III Deipnoſophiſtarum. Gentile, Gangrenus, uti Boſtrenus. Eſt quoque Arabiæ felicis Gangra, cujus gentile oportet eſſe Gangræi, uti Sabæi. Verum utrumque de geminis oppidis formari poteſt, uti ab Edeſſa Edeſſæus & Edeſſenus, ſecundum formam regionis & legem artis.

GADARA, urbs cavæ Syriæ, quæ etiam Antiochia & Seleucia dicta eſt. Gentile, Gadarenſis: & Gadaris de muliere & regio-

multitudinis effertur. Etymologici Mag. auctor feſtivam lepidamque nominis etymologiam adducit, hæc ſunt ejus verba: Γάγαι, πόλις Λυκίας. εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι Λυκίους αἰτοῦντες τόπον ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων Γᾶ Γᾶ τῇ πατρῴᾳ φωνῇ δωρίζοντες. καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὄνομα ἐτέθη τῇ πόλει. ἢ ὅτι Νέμιος στρατηγῶν Ῥοδίων, καὶ τοὺς Λυκίων καὶ Κιλίκων λῃστεύοντας κατὰ θάλασσαν νικήσας, νυκτὸς χειμῶνι περιέπεσε. καὶ κινδυνεύσης τῆς νεὼς, τῶν ἐμπλεόντων ἀναβοησάντων τῇ Δωρίδι φωνῇ Γᾶ Γᾶ, ἐκ τοῦ ἐπιφθέγματος προσέχον καὶ ἐσώθησαν· ἡμέρας δὲ γενομένης, κατὰ τὸν τόπον ἔκτισε πόλιν, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν ἀπὸ τῆς λεχθείσης φωνῆς Γάγαι. De ſitu vindendus Scylax Caryandenſis capite Lycia, & Scholiaſtes ad Nicandrum de Gagis etiam mentionem facit.

18 Ἐν τῷ περὶ Παφλαγονίας.] Hæc inter illuſtres Paphlagoniæ civitates recenſetur, atque pro metropoli habetur. Conſtant. Porphyrogenneta lib. I. de Them. Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους ἡ Παφλαγονία τοσαύτας. Πρώτην μὲν μητρόπολιν, Γάγγραν. δευτέραν δὲ Ἄμαστραν. τρίτην Σώραν. Hic urbis nomen etiam genere fœminino effertur, ut eo uſus eſt Alexander in Paphlagoniæ deſcriptione. Apud Plinium lib. VI cap. II *Gangre* reperitur.

19 Ὅτι Νικόστρατός φησιν.] Hæc referri non poſſunt ad Nicoſtratum Sophiſtam, qui Philippi Arabis res geſtas memoriæ tradidit. Hujus enim ætas multo inferior eſt, ut de eo Alexander Cornelius Polyhiſtor, qui temporibus Corn. Lentuli & L. Syllæ floruit, mentionem facere potuerit. Vereor, ne tranſpoſitione literarum idem huc irrepſerit mendum, quod in voce Ἄσος obſervavimus, ubi pro Στρατόνικος legitur Νικόστρατος. Vide commentaria ad illum locum.

20 Νέμειν περὶ τοὺς τόπους.] Non placet hæc lectio Salmaſio, neque etiam mihi. Ad marginem ſui Stephani emendavit: νέμειν περὶ τοὺς λόφους. Certum eſt, hæc aliquando confundere librarios.

21 Καὶ πρός τινα πρόσβατον πέραν πορευομένην.] Hanc acceſſionem debeo chartaceo Voſſiano: in Xylandriana ad hunc modum legitur: καὶ πρός τινα βάτον πορευομένην. Quanquam & iſta lectio prorſus repudianda non ſit, niſi quod pro βάτον reponas βατόν. Aldina ut & Florentina etiam agnoſcunt illud πρόσβατον.

22 Ἀθήναιος Δειπνοσοφιστῶν τρίτῃ.] Athenæi verba hæc ſunt: Τούτων δ᾽ οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγραις πόλει Παφλαγονικῇ Loquitur ibi Athenæus de malis Mattianis, quæ advehuntur è pago, in Alpibus prope Aquileiam ſito, teſtaturque ea non cedere illis, quæ Gangris gignuntur.

23 Τὸ ἐθνικὸν Γαγγρηνός.] Polychronius Dadibræ Epiſcopus per Petrum *GANGRENUM* Metropolitam ſubſcripſit concilio Chalcedonenſi act. VI.

24 Τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης.] Sic exhibent libri MSS & editi. Verum ſine dubio legendum: τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης τύπῳ. In Palatino Salmaſius invenit, τῶν τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης, quod eſt nihili.

25 Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας.] Oppidum eſt maritimum eo in tractu, ubi ſunt Joppe, Aſcalon & alia. Verba ſitum depingentia egregia ſunt, in Maccabæorum actis, ubi Γάζαρα appellatur: Καὶ Ἰόππην ὠχύρωσε τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ τὴν Γάζαρα, τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτου, ἐν ᾗ ᾤκουν οἱ πολέμιοι τὸ πρότερον ἐκεῖ. Sic quoque Joſephus lib. XXII cap. XXI: Ὁ δὲ τοῦ ἐκ Πτολεμαΐδος φόβου ἐλευθερωθεὶς, στρατεύεται μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὴν κοίλην Συρίαν. αἱρεῖ δὲ Γάδαρα πολιορκήσας δέκα μησίν. Verum cum Cl. Caſaubonus ad Strabonem optime inter Gadara cavæ Syriæ & Palæſtinæ diſtinxerit, lectorem eo ablegamus. Obiter hoc addendum, Strabonem neutro, & Joſephum fœminino genere urbis nomen uſurpare.

26 Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς.] Apud Goltzium & Spanhemium exſtant nummi cum inſcriptione ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Verum Γαδαρείτης occurrit apud Joſephum lib. I Ἁλωσ. cap. V. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ Γαδάρων ὑπὸ Ἰουδαίων κατεστραμμένην, Γαδαρείτῃ τινὶ τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων Δημητρίῳ χαριζόμενος.

27 Καὶ Γαδαρίς.] Sic de regione hac voce utitur Strabo lib. XVI, quem locum ſine dubio Stephanus innuit, cum ibi etiam de Menippo mentio reperiatur. Ἐν

δὲ τῇ

καὶ ἡ γωνὴ, καὶ ἡ χώρα. ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος. [28] ἔστι καὶ Γάδαρα κώμη Μακεδονίας.

ΓΑ'ΔΔΑ, [29] χωρίον Ἀραβίας. Γλαῦκος τετάρτῃ. καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως. τὸ ἐθνικὸν, Γαδδηνός.

ΓΑ'ΔΕΙΡΑ, [30] πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, [31] στενὴ καὶ περιμήκης, ὡς οὖσα ταινία, τῆς γῆς δειρά. Ἐρατοσθένης δὲ [32] ἡ Γάδειρα φησὶ, θηλυκῶς. [33] ὁ πολίτης, Γαδειρεύς· οὕτω γὰρ τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν [34] Μοδεράτου Γαδειρέως. λέγεται καὶ [35] Γαδειρίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ. λέγεται καὶ Γαδειραῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Γάδειρα θηλυκοῦ. [36] καὶ Γαδειρανοί. [37] καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ,

Πότερ' ἦν τὸ τάριχος Φρύγιον, ἢ Γαδειρικόν.

ΓΑ'ΔΑ-

regione uſurpatur. Inde originem habuit Menippus, ſeria jocoſe ſolitus exprimere. Eſt item Gadara, vicus Macedoniæ.

GADDA, opidulum Arabiæ, auctore Glauco libro IV. Genere fœminino & neutro uſurpatur. Gentile, Gaddenus.

GADIRA, urbs & inſula in Oceano, anguſta & prælonga inſtar faſciæ, ſic dicta ἀπὸ τῆς γῆς καὶ δειρᾶς, quaſi terræ eſſet cervix. Eratoſthenes genere fœminino dixit hæc Gadira. Civis, Gadirenſis; ita enim libri quinque Pythagoricarum exercitationum Moderati Gadirenſis inſcribuntur. Dicitur quoque Gadirites, apud Alexandrum Polyhiſtorem. Præterea etiam Gadiræus, quod fit tanquam à fœminino Gadira: & Gadiranus: & poſſeſſivum, Gadiricus. Eupolis in Marica:

Salſamentum utrum erat, Phrygium, an Gadiricum?

GARA-

δὲ τοῦ μεταξὺ, καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι. Et mox ſequitur: Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος.

28 Ἔστι καὶ Γάδαρα κώμη.] Editiones, quæ Xylandrianam præceſſere, exhibent: ἔστι καὶ Γαύδαρα κώμη Μακεδονίας. Utrum bene, an male, alii judicent.

29 Γάδδα, χωρίον Ἀραβίας.] Oppidum hoc hodie numeratur inter portus Mecchæ, à qua quadraginta milliaribus diſtat, & Arabibus appellatur ﺟﺪّﺓ *Giondda*. De eo ſic ſcribit Geographus Nubienſis parte quinta ſecundi climatis: *A Serrain ad portum Socquiæ oppidi populoſi, ubi eſt ſtatio carinis, tres habentur ſtationes, & ab hoc ad Gioudda, ſecus littus, ſtationes totidem. Eſt autem oppidum iſtud de portibus Mecchæ, & diſtant ab invicem quadraginta milliaribus.* Et parte eadem idem Auctor: *Nullus autem peregrinorum occidentalium trajicitur ad Giouddam, niſi prius oſtendat naulum ſuum: quod ſi quis nauclerus maris Calzem trajiceret aliquem, non habentem naulum ſuum, tenetur ſolvere nauclerus pro ipſo. Quare nemo tranſit ab Adhab ad Giouddam, niſi prius oſtendat nauclero vectigal, quod debet. Cumque navis vela fecerit, & Deus illi conceſſerit felicem adventum ad Giouddam, anchoras jacit procul ab ipſa: tunc eam ingrediuntur quæſtores miſſi ex parte præſidis Gioudda, & ſtatutorum quæ navis illa debet, & vectigalium ſummam ſubducentes, in albo referunt.*

30 Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Situm hujus inſulæ & urbis, unicuique notiſſimum, multis deſcribere, ſupervacaneum exiſtimo. Addam tamen locum Marciani Heracleotæ, ut maculam eluam: Κατὰ τούτους τοὺς τόπους κεῖται νῆσος ἐν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ τὰ Γάδειρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ πόλις ὁμώνυμος Γάδειρα· ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ἔνθα ὁ πορθμὸς ἐπὶ τὴν νῆσον στάδια σο. ἀπὸ δὲ Μενεσθέως λιμένος εἰς τὴν κατὰ Ἄστιν ἀνάχυσιν στάδια σι. Peſſime in vulgatis legitur ἀπὸ Νεμεθέως λιμένος. Livius lib. XXVIII Gades inſulam vocat *extra orbem terrarum*; Solinus, *extremum noti orbis terminum*, & Strabo lib. III ἐσχάτην ἱδρυμένην τῆς γῆς.

31 Στενὴ καὶ περιμήκης, ὡς οὖσα ταινία, τῆς γῆς δειρά.] Particulam, ὡς, ut neceſſariam & ab editis libris amotam, ex Voſſiano codice in contextum recepimus. Præterea Salmaſio aſſentimur, ſcribenti ad marginem ſui Stephani, ante τῆς γῆς excidiſſe τὸ οἱονεὶ, vel ſimile quid. Teſtantur hoc manifeſte verba Euſtathii ad Dionyſium, è quibus huic loco, quem noſter Epitomator nimio brevitatis ſtudio mutilum reddidit, ingens lux affulget: Γάδειρα δὲ νῆσος πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ, περιμήκης, κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὡς οἷα (Forte legendum ὡς οὖσα) ταινία, καθάπερ ὑφάσματος τμῆμα στενὸν καὶ μεμηκυσμένον. ὅπερ ἡμεῖς φασκίαν φαμέν. Λέγεται δὲ καὶ Γάδειρα θηλυκῶς. καλεῖται δὲ οὕτως οἱονεὶ γῆς δειρὰ, ὅ ἐστι τράχηλος, διὰ τὸ τῆς Ἠπείρου στενὸν, τῆς ἑκατέρωθεν σφιγγούσης τὸν ἐκεῖ ὀλιγοστάδιον πορθμόν. Omnes ferme grammatici nominis originem deducunt παρὰ τὴν γῆν καὶ τὴν δειρήν. Etymologici Mag. Auctor: Τὰ Γάδειρα λέγονται πληθυντικῶς. ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρὰ, οἱονεὶ γῆς δειρά. Adfert præterea aliam ex Claudii Jolai Phœnicicis, quæ Bocharto aliiſque linguæ Punicæ peritis diſplicet. Τὰ γὰρ Γάδειρα, τῆς γῆς ἐξοχή ἐστιν. ἢ ὥς φησι Κλαύδιος Ἰούλιος ἐν τοῖς Φοινίκης ἱστορίαις, ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος, κτίσας πόλιν, ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ, γάδδιν· γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐκ μικρῶν ᾠκοδομημένον. Verum *Gadir* Punicum verbum eſt, uti ex veteribus probant viri Clariſſimi Salmaſius & Bochartus. Plinius lib IV cap. XXII: *Pœni Gadir in Punica lingua ſeptum ſignificante*. Solinus: *Pœni lingua ſua Gadir, id eſt, ſepem nominarunt*. Heſychius: Γάδειρα τὰ περιφράγματα Φοίνικες. Alia præterea veterum teſtimonia apud ſupra nominatos obvia ſunt De conditoribus, tempore quo conditæ ſint Gades, aliiſque memorabilibus iidem conſulantur.

32 Ἡ Γάδειρα φησὶ, θηλυκῶς.] Conſtanter ſic legunt libri vulgati. Chartaceus Voſſianus: Ἐρατοσθένης δὲ ἡ Γάδειρός φησι, θηλυκῶς. Infra liquet vulgatam lectionem ſatis probam eſſe.

33 Ὁ πολίτης, Γαδειρεύς.] Quadruplex ὁ Ἐθνικογράφος hinc formavit gentile, quod etiam ſuo calculo comprobavit Euſtathius ad Dionyſium: Τὸ δὲ ἐθνικὸν αὐτῆς τετραχῶς λέγεται, Γαδειρίτης, καὶ Γαδειρεὺς, καὶ Γαδειραῖος, καὶ Γαδειρανὸς, ὡς Βοσπορανός. Perhibet etiam non tantum dici τὰ, ſed etiam ἡ Γάδειρα. Hiſce verbis: Ἔστι δὲ οὐ μόνον οὐδετέρου γένους τὰ Γάδειρα, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ἡ Γάδειρα.

34 Μοδεράτου Γαδειρέως.] Floruit hic Philoſophus ſub Nerone: perhibet enim Plutarchus lib. VIII: Sympoſ. ſe à Sylla cum Lycio Thuſco Moderati Pythagorici diſcipulo ad cœnam invitatum fuiſſe. Hujus etiam meminit Hieronymus contra Rufinum, uti videre eſt apud Jonſium de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſop.

35 Γαδειρίτης.] Etiam alii utuntur hoc gentili. Strabo lib. III: Τοὺς Γαδειρίτας ταῦτα μὲν ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι καθ' ἡμέραν γινόμενα. Euſtathius ad Dionyſium: Ἀνδρεῖοι δὲ περὶ ναυτιλίας οἱ Γαδειρῖται, διὸ καὶ ἐσχάτη οὖσα ἡ νῆσος ὅμως ὀνομαστοτάτη ἐγένετο.

36 Καὶ Γαδειρανοί.] Fortaſſis legendum καὶ Γαδειρανὸς, nam numerus plurium non eſt neceſſarius. Hinc Romani τὸ GADITANUS deduxiſſe videntur, quod paſſim apud illos pro gentili in uſu eſt.

37 Καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός.] Puto Pindarum hanc vocem

ΓΑ΄ΔΑΡΑ, [38] πόλις Παλαιςίνης. Πορφύριος τρίτῳ Φιλοσόφου ἱςορίας. τὸ ἐθνικὸν Γαδαρηνὸς, ὡς Βόςρα Βοςρηνὸς, καὶ Γαγγρηνός.

ΓΑ΄ΖΑ, [39] πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιςίνης, περὶ τὴν Αἰγύπτου. [40] ἐκλήθη καὶ Α΄ζα· καὶ μέχρι νῦν Σύροι Α΄ζαν αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ Α΄ζονος τοῦ παιδὸς Ἡρακλέους· μυθολογοῦσι δέ τινες ἀπὸ Διὸς κτισθῆναι, καὶ ἐν αὐτῇ ἀπολιπεῖν τὴν ἰδίαν Γάζαν, [41] οὕτω τῶν Περσῶν τὰ χρήματα καλούντων. [42] ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰώνη, ἐκ τῆς Ἰοῦς, προσπλευσάσης, καὶ μεινάσης αὐτῆς ἐκεῖ. [43] ἐκλήθη δὲ καὶ Μινῴα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθυϊ ἰὼν, ἐξ αὐτοῦ ταύτην ἐκάλεσεν. ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ᾽ αὐτοῖς εἶναι, [44] ὃ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ. [45] τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγο-

A GADARA; urbs Palæſtinæ, de qua Porphyrius lib. III Hiſtoriæ Philoſophicæ. Gentile, Gadarenus, uti Boſtra Boſtrenus & Gangrenus.

GAZA, urbs Phœniciæ, nunc au-
B tem Palæſtinæ, quæ ante Ægyptum eſt. Vocatur etiam Aza, & uſque nunc illam Syri Azam appellant ab Azone Herculis filio. Quidem fabulantur à Jove conditam eſſe, eumque ibi propriam Gazam reliquiſſe, quo nomine Perſæ pecuniam nun-
C cupant. Vocata eſt etiam Jone, ab Jô, quæ ibi appulit & manſit. Præterea quoque Minoa dicta eſt, quia Minos eô ſe conferens cum fratribus Æaco & Rhadamantho, eam à ſe nominavit. Hinc apud illos reperitur Jupiter Cretæus, quem ſecun-
D dum nos *Marnan* appellant, quæ vox, ſi eam interpreteris, Cretagenea denotat. Cretenſes enim virgines *Marnan* appellare ſolent.

vocem uſurpaſſe, cujus verba ſunt apud Strabonem lib. III: Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας (in vulgatis Γαδειρείδας) εἰς ταύτας ὑςάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα.. Idem locus etiam apud Euſtathium ad Dionyſium invenitur.

38 Γάδαρα, πόλις Παλαιςίνης.] Salmaſius in MSS Palatinis Γάδρα, πολ. Παλαις· τὸ ἐθνικὸν, Γαδρηνός. Voſſiano in codice legebatur Γάδδρα. πολ. &c. τὸ ἐθνικὸν Γαδδρηνός. Verum vulgata præplacet. Exiſtimo Marcum Euangeliſtam cap. VI: I: de incolis hujus urbis & agri circumjacentis mentionem facere: Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν. Et Lucas cap. VIII: 26. Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐςὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας. Ergo diverſa ab illis Gadaris, quorum noſter in præcedentibus meminit, & in cava Syria circa mare collocat.

39 Γάζα, πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιςίνης.] Phœnicia & Palæſtina quandoque apud noſtrum idem ſunt, ita enim alibi: Ἰόπη, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων, ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιςίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιςίνη. Verum & jam olim Palæſtinæ urbs fuit, & ad Phœniciam minime pertinet, niſi quatenus Phœnicia Palæſtinam comprehendit, ut ex Strabone, P. Mela & aliis manifeſtiſſime evinci poſſet. Gazæ ſitus omnibus adeo eſt cognitus, ut omnino ſupervacaneum judicem eum multis ob oculos ponere. Vide Arrianum lib. II.

40 Ἐκλήθη καὶ Α΄ζα.] Nempe *Aza* & Gaza idem ſunt, docente Cl. Bocharto. Utrumque Hebræis eſt עזה, ubi Ajin initiale alii efferunt ut G, alii prorſus negligunt. Inde *Aſiongeber* & *Gaſiongaber*, *Amorrha* & *Gomorrha*. Porro idem Bochartus docet, *Gazam* vel *Azan* à munitione dici: nam Hebræis עזה *munitam* ſonat: qualis revera *Gaza*. Mela: lib. I cap. XI: *Cæterum in Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza.* Hoc profecto expertus eſt Alexander, Gazam obſidione premens; cujus muros ingentis operis, contra eum modico præſidio tuebatur Batis urbi præfectus, qua de re vide Curtium lib. IV: & Arrianum lib. II. Eam condiderunt Euæi vel Hevæi gens Eſauitica, de qua Genſ. XXXVI & Joſ XXIV. Iſidorus lib. XV Org. *Gazam oppidum Palæſtinæ condiderunt Euæi, in qua habitarunt Cappadoces, priſtinis cultoribus interfectis. Vocata autem Gaza, eo quod ibi Cambyſes rex Perſarum theſauros ſuos poſuit, cum bellum Ægyptiis intuliſſet. Perſarum enim lingua theſaurus Gaza nominatur.*

41 Οὕτω τῶν Περσῶν τὰ χρήματα καλούντων.] Egregie ad rem faciunt verba Curtii lib. III: *Igitur, quaſi parum munimentis oppidi fidens, ante ſolis ortum pecuniam regiam, quam Gazam Perſæ vocant, cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet.* Addam præterea verba Servii ad lib. I. Æneid. etiam exiſtimantis hanc urbem inde nomen habere: *Gaza Perſicus ſermo eſt, & ſignificat divitias, unde Gaza urbs in Palæſtina dicitur, quod in ea Cambyſes rex Perſarum cum Ægyptiis bellum inferret, divitias ſuas condidit.*

42 Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰώνη.] Hujus rei Stephanum noſtrum teſtem adducam, qui voce Ἰόνιον hac de re mentionem facit: Τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεται. Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα καλεῖται.

43 Ἐκλήθη δὲ καὶ Μινῴα.] Stephanus in voce Μινῴα hac de re mentionem facit: ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Γάζα Μινῴα. Minoæ nomen aliunde deflectit Cl. Bochartus: ſcilicet *à Manoa*, cujus nominis fuit pater Samſonis. Deinde addit, *Minoam* dictam eſſe pro *Madmenæ*, vel *Menoide*. Nempe è duabus Gaza altera erat Madmeneæ propior, quæ & Menoïs dicta eſt. Hieronymus in Locis: *Medemana in tribu Juda, cujus meminit Eſaias. Et nunc eſt Menois oppidum, juxta civitatem Gazam.*

44 Ὃ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν.] Salmaſius ad Ælium Lampridium legit: ὃν καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν. Cenſens viros doctiſſimos vehementer in eo falſos eſſe, qui hæc accipiunt de templo Jovis à Gazæis *Marnan* dicto, & non de ipſo Jove. In margine ſui Stephani arbitratur hæc verba eſſe tranſpoſita & hoc modo in ordinem redigenda, de jam dicta emendatione nullam mentionem faciens: ὃ καὶ ἐκάλουν Μαρνᾶν, τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ.

45 Τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι Μαρνᾶν.] De Gazæorum Marna Hieronymus aliquoties in epiſt. ad Lætam: *Jam & Ægyptius Serapis factus eſt Chriſtianus: Marnas Gazæ luget incluſus, & everſionem templi jugiter pertimeſcit.* Et in vita Serapionis mulier Gazenſis obnixe orans Hilarionem, ut Gazam pergeret, & tribus filiis moribundis ſuccurreret, ait: *Glorificetur in urbe gentilium nomen domini Salvatoris, & ingrediatur ſervus ejus Gazam & Marnas corruat.* Et in Eſa. lib. VII: *Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in eccleſias Domini ſurrexerunt.* Hinc ſatis manifeſte liquet, non pro templo, ſed numine aliquo hanc vocem ſumi debere. Præterea apud Cretenſes *virgo* non *marna*, ſed μάρπις *martis* dicebatur, quod jam viris doctiſſimis obſervatum. Verum ut omnem in hiſce verbis difficultatem ſuperemus, tranſcribam Cl. Bocharti verba, ita enim ille: Dato, tamen non conceſſo, Cretenſes
, virgines vocari *Marnas*, an hinc ſequitur *Marnan* Jovis
, nomen apud Gazæos ſignificare Κρηταγενῆ? Quid dici
, potuit futilius? Quin *Syris* מרנש *Marnas* eſt dominus
, hominum, ut ברנש Barnas filius hominis. Philo in Flac-
, cum

σαγορεύουσι; Μαρνάν.[46] ὁ πολίτης, Γαζαῖος. λέγονται δὲ Γαζηνοὶ παραλόγως, ὡς Παυσανίας. λέγονται δὲ Γαζῖται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. καὶ οἱ κέραμοι λέγονται Γαζῖται. καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ Αἰγινῆται,[47] δὲ Αἰγιναῖοι κατὰ τὴν διαφορὰν, ἐναντιουμένων δὲ τῶν τύπων. οἱ μὲν γὰρ πολῖται Αἰγινῆται, καὶ Γαζαῖοι.[48] οἱ δὲ κέραμοι, Γαζῖται δὲ Αἰγιναῖοι.[49] εἰσὶ[50] καὶ διὰ τοῦ η ἔθνος Γαλατῶν[51] χρυσοφορούντων, ὡς Εὐφορίων. λέγονται δὲ διὰ τοῦ α Γαζάται, ὡς Πολυΐστωρ. ἔστι καὶ Γάζα τείχισμα Θρᾴκης.

lent. Civis, Gazæus. Vocantur quoque Gazeni, præter rationem, auctore Pauſania. Ab indigenis etiam Gazitæ dicuntur. Præterea κέραμοι [id eſt, fictilia] nuncupantur Gazitæ. Hoc enim ſimiliter procedit, ut Æginetæ & Æginæi juxta differentiam, formis ſibi adverſantibus. Nam cives Æginetæ & Gazæi: cerami vero Gazitæ & Æginæi appellantur. Eſt quoque gens Galatarum quæ aurum geſtat, cujuſque nomen per η ſcribitur, teſte Euphorione. Nominantur etiam Gazatæ per α, ut Polyhiſtor perhibet. Eſt item Gaza Thraciæ munimentum.

ΓΑ´ΖΑΚΑ,[52] πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κουάδρατος[53] ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν. Ἀρριανὸς δὲ κώμην μεγάλην αὐτήν φησιν, ἐν Παρθικῶν τετάρτῳ, καὶ ἑνικῶς τὴν Γαζάκου λέγων. τὸ ἐθνικὸν, Γαζακηνὸς, ὡς τοῦ Μάζακα Μαζακηνός.

GAZACA, urbs Mediæ maxima, cujus meminit Quadratus libro VIII Parthicorum. Arrianus vero libro IV Parthicorum magnum vicum appellat, ſecundum ſingularis numeri caſum adducens. Gentile, Gazacenus, uti à Mazaca Mazacenus.

ΓΑ´ΖΟΣ,[54] πόλις Ἰνδική,[55] κατὰ Διονύσου πολεμήσασα μετὰ Δηριάδου, λινοῦν ἔχουσα τεῖχος, καθὰ Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν,

Γήρειάν τε, Ῥοδόην τε,[56] καὶ οἳ * τείχεα Γάζον,

GAZUS, urbs Indica, quæ cum Deriade contra Bacchum belligeravit, habens murum lino veſtitum, juxta Dionyſium libro III Baſſaricorum.

Geriam, & Rhodoën, & lineis muris Gazum.

[57] Τοῖον

Quem-

, cum Μάρν ſcribit τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. Illud , Μάρν deflexum eſt ex מר *Mar*. Dæmones ſuperbiſſimos affectaſſe titulos evidentiſſimis documentis conſtat, unde in iiſdem & vicinis regionibus dicti *Bahalim* & *Molechim*, id eſt, *domini* & *reges*: ſed imprimis ſibi nomen Marnæ arrogare potuerunt, & dici *hominum domini*, ut ſe, quantum poterant, ſupra filium Dei efferrent, qui apud Danielem cap. VII: 13 ſimpliciter appellatur נראנש filius hominis. Præterea Talmudici meminere Dæmonis cujuſdam dicti מריא *Mari*, qui ſi compoſitionem hujus nominis ingrediatur ſignificabit *Deum hominum*, ſive *Jovem* ad mentem horum idololatrarum.

46 Ὁ πολίτης Γαζαῖος.] Goltzius Titi nummum divulgavit cum inſcriptione ΓΑΖΑΙΩΝ. Etiam apud Arrianum lib. II hoc gentile occurrit. Marinus in Procli vita Οὐλπιανοῦ τοῦ Γαζαίου meminit.

47 Καὶ Αἰγιναῖοι κατὰ τὴν διαφορὰν &c.] In aliis editionibus hæc verba & quæ ſequuntur, non comparent: in eis tamen, nulla mentione de defectu facta, totus locus quaſi plane eſſet integer publicatur & vertitur; quum revera levium ſcribarum fraude truncatus & mutilus ſit: nam in hactenus editis hunc in modum concipitur: Καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ Αἰγινῆται δὲ Γαζαῖοι. οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται δὲ Αἰγιναῖοι εἰσί. Luculentam illam acceſſionem, quam divulgavi, Voſſiano codici acceptam refero, cujus adjumento multas lacunas refeci, & pluribus locis vitam ac integritatem reddidi.

48 Οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται δὲ Αἰγιναῖοι.] De fictilibus Æginæis noſter mentionem facit in voce Αἴγιναι. Αἰγιναῖος δὲ, inquit, ὁ ἔμπορος, ἢ κέραμος, ἢ ὀβολὸς, ἢ ἄλλο τι σκεῦος ἀπὸ Αἰγίνης. Verum quæ conficiuntur apud Gazenſes fictilia, non κέραμοι Γαζαῖοι, ſed Γαζῖται ſunt nuncupandi, quæ vox contrariam τῷ Αἰγιναῖοι terminationem & formam obtinet.

49 Εἰσὶ δὲ διὰ τοῦ η.] Illud εἰσί, in Xylandriana editione præcedentibus adhærens, auctoritate vetuſtiorum editionum, ad priſtinam ſedem revocavi.

50 Καὶ διὰ τοῦ η ἔθνος Γαλατῶν.] Varia admodum hujus vocis ſcriptura eſt. Plutarcho vocantur Γεσσάται in Marcello: Polybio lib. II Γαιζάται. Etymologo Γαιζῆται, & Phavorino Γαζῆται. Eſt nomen militum mercenariorum apud Gallos, non vero gentis, ut optime ex Oroſio docet Cl. Bochartus: *Cum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur, maxime Gaſatorum, quod nomen non gentis, ſed mercenariorum Gallorum eſt.* Etymologici Mag. Auctor gentem eſſe exiſtimat, ut & Strabo, de illa lib. V ita ſcribens, Μέγιστα δὲ ἦν τῶν Κελτῶν, ἔθνη Βοῖοι, καὶ Ἴνσουβροι, καὶ οἱ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένωνες μετὰ Γαισατῶν. Ad quem locum vide Caſaubonum, nonnulla de vocis etymo tradentem; verum præplacet quod de ejus origine occurrit apud eundem Bochartum de Phœnicum coloniis lib. I. cap. XLII.

51 Χρυσοφορούντων, ὡς Εὐφορίων.] Euphorionis locum ſine dubio in genuino opere habuit Stephanus, quem Epitomator nobis ademit. Reperitur tamen apud Etymologici Mag. Auctorem, cujus verba fortaſſis ita ſunt conſtituenda: Γαιζῆται οἱ Γαλάται. παρὰ τὴν γῆν ζητεῖν. ἐκπεσόντες γὰρ τῆς ἑαυτῶν χώρας, πολλὴν γῆν περιῆλθον, ζητοῦντες ὅπη οἰκήσουσι. Εὐφορίων ἐν Πολυχάρει,

Οἱ δὲ Γαιζῆται περιδείραια χρυσοφοροῦντες.

52 Γάζακα, πόλις μεγίστη.] Cod. Voſſ. numero multitudinis Γάζακαι, quod minime probo, cum apud Ptolemæum & alios Γάζακα legatur. Ammianus lib. XXIII: *Habet autem etiam civitates aliquas; quibus clariores ſunt Gazaca, & Naulibus, & Ortopana.*

53 Ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν.] Salmaſius in MSS Palatinis invenit, ἐν ὀγδόῳ Παρθενικῶν, hinc conjectans reſcribendum eſſe, Κουάδρατος ἐν ὀγδόῳ Παρθυηνικῶν, quod etiam in margine ſui libri ad vocem Παρθυαῖοι admonet.

54 Γάζος, πόλις Ἰνδική &c.] Quod Dionyſius in Baſſaricis, idem Nonnus de muris hujus oppidi in Dionyſiacis cantat, cujus verba apprime ad rem facientia huc tranſcribam:

- - - - Καὶ οἳ λινοερκέϊ κύκλῳ
Γάζον ἐπυργώσαντο λινοπλεκέεσσι δομαίοις
Ἄρεος ἀκλινέες ἕρμα, καὶ οὔποτε δήϊος ἀνὴρ
Χαλκὸν ἔχων ἔρρηξε εὐκλώστοισι θεμέθλοις.

55 Καθὰ Διονύσιος.] Optime hunc locum ſupplevit Xylander: nam neque in Aldina, neque in Florentina poëtæ nomen conſpicitur.

56 Καὶ οἳ * * τείχεα Γάζον.] In omnibus editis reperitur lacuna, & nihil juvant hic MSS. Gerartus Falken-

burgius

[57] Τοῖόν μιν κλαυστοῖο λινοῦ πέρι τεῖχος ἐέργει, A
Ἀστύφελον δηΐοισι, [58] καὶ εἰ παγχάλκεον ἦεν,
[59] Ὡς μὲν μάλα δή τι διαμπερὲς ὀργυιῇσι, B
Μετρητὸν [60] πισύρεσσιν. ἀτὰρ μῆκός τε καὶ ἰθὺ,
Ὅσσον ἀνὴρ δοιοῖσιν [61] ἐν ἠελίοισιν ἀνύσσει,
Ἠῶθεν [62] κνέφας ἄκρον ἐπειγόμενος C ποσὶν οἷσι.

τὸ ἐθνικὸν, Γάζιος.

ΓΑ'ΖΩΡΟΣ, [63] πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Γαζώριος· ἡ γὰρ Ἄρτεμις αὐτόθι Γαζωρεία τιμᾶται. D

ΓΑΘΕΑ'Ι, πόλις Ἀρκαδίας, ἧς οἱ πολῖται Γαθεάται· Παυσανίας ὀγδόῳ, [64] Γαθεάται τῆς Κρωμίτιδος χώρας.

ΓΑΙΤΟΥ'ΛΟΙ, ἔθνος Λιβύης. [65] Ἀρτεμίδωρος Γαιτουλίους αὐτοὺς φησίν. ἡ χώρα, Γαιτουλία. ἐν ᾗ μεγάλοι ἀσπάραγοι, E πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, [66] μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα, ὡς Ἀθήναιος ἐν δευτέρῳ Δειπνοσοφιστῶν.

ΓΑ'ΛΑΔΑ, χώρα Ἀραβίας· [67] καὶ Γαλαδηνή. F

Quemadmodum ipſam connexi lini murus circumſepit,
Aſperus bellicoſis, quaſi totus eſſet æreus.
Altitudo quidem profecto ab omni parte ulnis
Menſurabilis quatuor. Sed longitudo & rectitudo
Tanta eſt, ut vir duobus diebus eam abſolvat,
Ab aurora in multam noctam accelerans pedibus ſuis.

Gentile, Gazius.

GAZORUS, urbs Macedoniæ. Gentile, Gazorius. Ibi enim Diana Gazoria colitur.

GATHEÆ, urbs Arcadiæ, cujus cives Gatheatæ vocantur, auctore Pauſania libro VIII. Gatheatæ Cromitidis regionis.

GÆTULI, gens Libyæ. Artemidorus eos Gætylios appellat. Regio, Gætulia, in qua magni aſparagi, qui arundinis Cypriæ craſſitudinem, & duodecim pedum longitudinem habent, teſte Athenæo libro II Deipnoſophiſtarum.

GALADA, Arabiæ regio, quæ & Galadene dicitur.

burgius Græcis literis doctiſſimus in ſuis ad Nonnum conjecturis, huic loco ſubſidium ferre nititur, legendo:

Γήρειαν, Ῥοδύλω τε, καὶ οἱ λινοτειχέα Γάζον.

Hæc conjectura nequaquam mihi diſplicet; quanquam neque contemnendum videatur, quod Salmaſius in margine ſui libri τὸ οἱ in εὖ mutaverit, & inde εὐτειχέα fecerit, qua voce etiam lacuna & verſiculi modulus refici poſſet.

57 Τοῖόν μιν κλαυστοῖο λινοῦ &c.] Cod. Voſſianus κλαυστοῖο, quæ vox eſt nihili: confirmat tamen conjecturam Salmaſii, qui in ora ſui libri reponendum præcipit κλωστοῖο, addens de hac conjectura non debere dubitari. Falkenburgius ad Nonnum legendum arbitratur, τοῖόν μιν γλαυκοῖο λινοῦ &c. Salmaſii conjectura, utpote codicibus manu exaratis magis reſpondens, præ altera amplectenda videtur.

58 Καὶ εἰ παγχάλκεον ἦεν.] Voſſianus calamo exaratus: καὶ εἰ παγχάλκεον εἶεν.

59 Ὡς μὲν μάλα &c.] Palatinorum vetuſtiſſimus exhibet: ὡς μὲν μάλα &c. Unde Salmaſius conjicit legendum: Ὕψος μὲν μάλα δή τι &c. Hanc conjecturam in verſione ſequi libuit.

60 Πισύρεσσιν.] MS Voſſianus contra metri legem exhibet πισσύρεσσιν. Videſis de hac voce Etymologici Mag. Auctorem & Heſychium.

61 Ἐν ἠελίοισιν ἀνύσσει.] Sic optime edi curavit Xylander. Codex Voſſianus, ἐν ἠελίοισιν ἄνυσσα, quod eſt nullius momenti. Eandem lectionem etiam Aldina & Florentina agnoſcunt.

62 Κνέφας.] Male chartaceus Voſſ. ἀνέφας.

63 Γάζωρος.] Exiſtimo eandem eſſe urbem, quam alio loco Ἄζωρον ex Strabone, & ex Arriano Ἀζώρειαν appellat: nam τὸ Γ aliquando in principio tollitur; ſic pro γαῖα dicitur αἶα, pro Γάζα Ἄζα.

64 Γαθεάται τῆς Κρωμίτιδος χώρας.] Non cenſeo hanc lectionem, quam editi & MSS conſtanter exhibent, ſani coloris eſſe, nam apud Pauſaniam libro citato *Gatheanum* memoria reperitur, ſed non *Gatheatarum*, quo nomine Epitomatori noſtro cives inſigniuntur. Totum Pauſaniæ locum tranſcribam, ut tanto clarius noſtri auctoris σφάλμα innoteſceret omnibus: Ἐκ Μαντινείων δὲ ὁδὸς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν, ὁπόσον πέντε σταδίων καὶ δέκα· κατὰ τοῦτο Γαθεάτας ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειόν· ἐς δὲ τὸν Γαθεάταν πρότερον ἔτι κάτεισιν ὁ Καρνίων. τούτῳ μὲν δὴ αἱ πηγαὶ γῆς εἰσὶ τῆς Αἰγυτίδος, ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κερεάτου τὸ ἱερόν· τοῦ Γαθεάτα δὲ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθέαις. Hiſce in verbis duntaxat de Gatheis Arcadicis, & de fluvio Gatheata facta eſt mentio, quæ cum vetuſtiſſimo meo Pauſaniæ manu exarato codice collata, in mendi ſuſpicionem venire nequeunt. Non nego tamen à voce Γαθέαι, civis nomen Γαθεάτης deduci poſſe, quod apud Pauſaniam non invenies.

65 Ἀρτεμίδωρος Γαιτουλίους αὐτοὺς φησι.] Etiam Euſtathius ad Dionyſium perhibet, eos ab Athenodoro ſic appellari. Adducam ipſa verba, ut maculam eluam: Ὅτι Γαιτοῦλοι μέγιστον ἔθνος Λιβυκόν. τούτους Ἀθηνόδωρος Γαιτουλίους λέγει. Verum quis ille Athenodorus? Lego confidenter Ἀρτεμίδωρος, qui in opere geographico etiam Gætulos recenſuit. Euſtathium hæc ex Stephano hauſiſſe, res clara eſt atque evidens: nam idem ille mox de aſparagorum magnitudine hæc ſubjungit: Ἱστορεῖ δὲ μεγίστους ἀσπαράγους φύεσθαι παρ' αὐτοῖς.

66 Μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα.] Paullo aliter in Athenæo legitur: Ἐν Λιβύῃ δέ φασιν ἐν Γαιτουλίᾳ γίνεσθαι (Scilicet aſparagos) πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, μῆκος δὲ ποδῶν δώδεκα. Non exigua ſane differentia eſt inter duodecim cubitos & duodecim pedes, ut nos docet Suidas: Πῆχυς, τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος μέχρι τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς ἔκτασμα· ὁ πῆχυς ἔχει πόδας β'. ὁ δὲ ποὺς, δακτύλους ιϛ'.

67 Καὶ Γαλαδηνή.] Apud Joſephum libro Epitomatori allegato reperitur Γαλαδινὴ & Γαλαδηνή. Capite VII: Αἱ δὲ πόλεις αἱ πρὸς τὰς φυγὰς ἀποδεδειγμέναι ἦσαν αἵδε. Βόσορα μὲν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἀραβίας. Ἀρίμανον δὲ τῆς Γαλαδηνῶν γῆς &c. Et cap. V ejuſdem libri: Οὕτως οὖν ἐχόντων τῶν πραγμάτων ἐπιτίθεται τοῖς Ἰσραηλίταις Ὤγης, ὁ τῆς Γαλαδινῆς καὶ Γαυλανίτιδος βασιλεύς. Ultimum locum innuere videtur

λαδηνή. Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, Γαλαδίτιν φησί.

ΓΑΛΑΔΡΑΙ, [68] πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. Λυκόφρων,

[69] Σᾶναι Γαλάδρης τὸν στρατηλάτην λύκον.

ἔστι δὲ ὄρος Γάλαδρος, ἀπὸ Γαλάδρου τοῦ Ἠμαθίου παιδός. [70] οἱ δὲ, ὅτι ὁ Γαλάδρας ἔκτισε τὴν πόλιν. ὁ πολίτης, Γαλαδραῖος. Λυκόφρων,

- - - - Καὶ [71] Γαλαδραῖον πέδον.

τὸ κτητικὸν ἔδει Γαλαδραϊκόν. [72] Πολύβιος δὲ ἐν τρίτῳ Γαλαδραϊκόν φησι.

ΓΑΛΑΡΙΝΑ, [73] πόλις Σικελίας, κτίσμα Μόργου Σικελοῦ. λέγεται δὲ Γαλαρία χώρα. [74] ὁ πολίτης, Γαλαρῖνος, καὶ Γαλαρίνη, καὶ Γαλαριναῖος.

ΓΑΛΑΤΑΙ, [75] πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν, οἱ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταλαβόντες τὴν χώραν, οὕτως ὠνόμασαν. παρήχθη δὲ τὸ Γαλάτης ἐκ τοῦ Γάλλος, ὑφέσει τοῦ ἑνὸς λ. καὶ Γαλατία, ἡ χώρα.

ΓΑΛΕΩΤΑΙ, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ, ἢ ἐν τῇ Ἀττικῇ, [76] ἀπὸ Γαλεοῦ τοῦ υἱοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Θεμιστοῦς, τῆς θυγατρὸς Ζαβίου, τοῦ βασιλέως τῶν Ὑπερβορέων, ὡς εἰρήσεται [77] ἐν τῷ

dicitur. Joſephus libri IV Antiquitatum Judaïcarum Galaditin nominat.

GALADRÆ, urbs Macedoniæ in Pieria, de qua Lycophron:

Adulari Galadræ duci lupo.

Eſt quoque mons Galadrus, à Galadro Emathii filio nomen habens. Quidam perhibent, Galadran urbem condidiſſe. Civis, Galadræus. Lycophron:

- - - *Et Galadræum campum.*

Poſſeſſivum oportebat eſſe Galadraïcum. Verum Polybius libro III Galadræcum inquit.

GALARINA, oppidum Siciliæ, Morgi Siculi opus. Et regio Galaria appellatur. Oppidanus, Galarinus, & Galarina, & Galarinæus.

GALATÆ, Paphlagonibus ſunt ad auſtrum, ſic dicti à Galatis Celticis, qui diutiſſime vagati, poſtquam hanc regionem occupaſſent, eam ſic appellarunt. Galata deducitur à voce Gallus, auferendo alterum Λ. Et regio Galatia vocatur.

GALEOTÆ, gens in Sicilia, ſive in Attica, à Galeota filio Apollinis & Themiſtûs, quæ Zabii Hyperboreorum regis filia fuit, nomen habens, quemadmodum in voce

videtur Stephanus, ſed quod in vulgatis ejus codicibus Γαλαδίτιν reperiatur, minime probo, nam toto lib. IV hæc vox non occurrit. Hinc eſt quod exiſtimem eum illum in locum incidiſſe, ubi nunc in Joſepho Γαλαδηνῆς excuſum reperitur, quod fortaſſis Stephani tranſcriptores in Γαλαδίτιν mutarunt. Galadenorum regio nomen ſortita eſt à colle quodam, cui nomen Γαλαάδης, teſte Joſepho lib. I Antiq. cap. XIX: Καὶ τὰς πίστεις τὰς ἐπὶ τούτοις ἐποιήσαντο ὑπὲρ ὄρων τινῶν, ἐφ᾽ οἷς στήλην ἀνέθεσαν κατὰ βωμοῦ σχῆμα. ὅθεν Γαλαάδης λέγεται ὁ βουνὸς, ἀφ᾽ οὗ δὲ νῦν Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν.

[68] Γαλάδραι, πόλις Μακεδ. &c.] Admodum inſtabilis hujus vocis ſcriptura in antiquorum ſcriptis conſpicitur, ut ante nos Ortelius obſervavit. Aliis dicitur Κάναστρα, unde Canaſtræum promontorium apud Nicandrum lib. V de Europa, quod noſter Thraciæ & Macedoniæ alibi aſſignat. Eadem urbs Stephano dicitur Χαλάστρα, quod Lycophronis verbis confirmat, in cujus codicibus id nomen etiam diverſimode exaratum fuit, ita enim Scholiaſtes: Χάλαδρα δὲ ἡ Κάναστρα πόλις, καὶ λίμνη Μακεδονίας, ἀφ᾽ ἧς ὅλην τὴν Μακεδονίαν φησίν. Καὶ Ἀναστραῖος γράφεται δὲ Χαλαδραῖος· καὶ γὰρ καλῶν φησι, Χαλάδρης λύκον. Illud Ἀναστραῖος apparet vitiatum, pro eo aut Καναστραῖος, aut Χαλαστραῖος videtur reponendum. Ab Herodoto lib. VII appellatur Χαλέστρα & ad fluvium Axium prope Sindum collocatur: Πλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμόν.

[69] Σᾶναι Γαλάδρης.] Libri calamo exarati: Σῖναι Γαλάδρους male. Iſacius, hujus verſiculi partem in commentariis citans, legebat: Χαλάδρης λύκον. In Lycophronis vulgatis hodie legitur: Σᾶναι Χαράδρης τὸν στρατηλάτην λύκον. Sed in Meurſii editione ad marginem conſpicitur Γαλάδρης, quæ Stephani noſtri lectio eſt, quanquam peſſime in editionibus Xylandrianam præcedentibus legatur: Σιναὶ Γαλάδρος τὸν στρατηλάτην λύκον.

[70] Οἱ δὲ, ὅτι ὁ Γαλάδρας.] Articulus abeſt ab omnibus editionibus, quem ex MSS revocare placuit.

[71] Γαλαδραῖον πέδον.] Hæc verba hodie in Lycophrone non reperiuntur. Haud longe à verſiculo ſupra allegato legitur: Θεσπρωτὸς ἄμφω δὲ Χαραδραῖος λέων. Quæ verba cum alio loco à Stephano in medium adducantur, non eſt quod exiſtimem, ea ab ipſo innui.

[72] Πολύβιος δὲ ἐν τρίτῳ Γαλαδραϊκόν.] Numerum procul dubio eſſe falſum, ante nos ſuſpicabatur Cl. Jacobus Gronovius, cenſens forte legendum: τριακοστῷ τρίτῳ. Illud poſſeſſivum Salmaſius corruptum judicat, emendans ad marginem ſui Stephani Γαλαδρικόν, de quo certiores eſſemus, ſi in hodiernis Polybii libris extaret.

[73] Γαλάρινα, πόλις Σικ.] De hoc oppido ejuſque incolis legendus Diodorus Sicul. lib. XVI & XVIII. Vulgo nunc *Gagliano* appellatur, teſte Cluverio.

[74] Ὁ πολίτης, Γαλαρῖνος.] Illud optime deducitur ἀπὸ τῆς Γαλαρία: verum τὸ Γαλαριναῖος à voce Γαλάρινα, quemadmodum ad marginem ſui Stephani obſervat Salmaſius.

[75] Γαλάται, πρὸς νότον τοῖς Παφλ.] De hac gente Stephanum in Ἄγκυρα, & noſtros ad illam vocem commentarios legito. Timæus apud Etymologicographum Galatiæ etymon deducit à Galata Cyclopis & Galatiæ F. vel quod Galli ſtipendia facientes tempore Cæſaris Auguſti, ibi relicti ſint. Γαλατία, χώρα, ὠνομάσθη (ὥς φησι Τίμαιος) ἀπὸ Γαλάτου Κύκλωπος δὲ Γαλατίας υἱοῦ, ἢ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ὑπὸ Καίσαρος Αὐγούστου καταλειφθῆναι Γάλλους στρατιώτας. Primam verborum partem ex Timæo eſſe deſumptam, facile crediderim: quæ enim poſt copulam diſiunctivam ſequuntur, Timæo adſcribi nequeunt. Floruit ille ſub Ptolemæo Lagi F. & Ptol. Philadelpho, cum Agathocles in Sicilia regnabat, & in Italia bellum Tarentinum gerebatur. Præterea Galatiæ appellatio multo vetuſtior eſt, quam ut originem ſuam temporibus Auguſti debeat. Adeo ut ridiculum Grammatici, non vero Timæi commentum ſit, Galatiæ nomen ætate Auguſti à Gallis promanaſſe.

[76] Ἀπὸ Γαλεοῦ.] Conſtanter ſic legunt MSS & editi. Suſpicor legendum, ἀπὸ Γαλεώτου. Sequentia hujus ſectionis evolventi, nulla erit ambigendi materies.

[77] ἐν τῷ περὶ Τελμισσοῦ. τινὲς δὲ, ὅτι [78] Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν. [79] Γαλεὸς δὲ, καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης. [80] Φιλύλλιος Αὐγεῖ,

Ὁ πάππος ἦν μοι γαλεὸς ἀστερίας.

[81] ἴσως διαπεποίκιλται παίζων. καὶ [82] Ἄρχιππος ἰχθῦσι,

[83] Τί λέγεις σὺ μάντεις; εἰσὶ γὰρ θαλάσσιοι
[84] Γαλεοί γε πάντων μάντεων σοφώτατοι.

Φασὶ δὲ, [85] τὸν πρῶτον ἐξ Ὑπερβορέων Τελμισσὸν, οἷς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Δωδώνῃ, τὸν μὲν ἐπὶ ἀνατολὰς, τὸν δὲ ἐπὶ δυσμὰς πλεῖν. ὅπου τε ἂν αὐτῶν θυομένων ἀετὸς ἁρπάσῃ τὰ μηρία, βωμὸν ἐνταῦθα ἱδρύσαι. Γαλεώτης οὖν ἐν Σικελίᾳ, καὶ Τελμισσὸς ἐν [86] Καρίᾳ ἦλθεν, ἔνθα Ἀπόλλωνος Τελμισσίου ἱερόν.

ΓΑΛΗΨΟΣ, [87] πόλις Θρᾴκης, καὶ Παιόνων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [88] Θουκυδίδης τετάρτῃ ἑτέραν λέγει, καὶ Γαληψὸς οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη. τὰ δὲ ἐς ψος ὑπερδισύλλαβα, ὀξύνεται. [89] σκινδαψὸς (ὀργάνου ὄνομα,

A voce Telmiſſus dicetur. Quidam vero perhibent, Galeotas ſpeciem Siculorum vatum eſſe. Galeotes etiam ſtellionem denotat, Philyllius in Ægeo.

Avus mihi erat muſtellus ſtellaris.

B Fortaſſis ita ludens, quod coloribus fuerit variegatus. Et Archippus in Piſcibus:

Quid tu dicis vatis? ſunt enim marini
Galei omnium vatum ſapientiſſimi.

Narrant autem Galeoten, & ex Hyperboreis Tel- C miſſum veniſſe, quibus Dodonæ Deus oraculo reſponderat, alterum in orientem, alterum vero in occidentem navigaturum, ut illic altare ædificarent, ubi aquila, ipſis ſacrificantibus, coxas raperet. Igitur Galeotes in Siciliam, & Telmiſſus in Cariam venit, ubi Apollinis D Telmiſſii templum.

GALEPSUS, urbs Thraciæ & Pæonum, auctore Hecatæo in Europa. Thucydides lib. IV aliam adducit. Et Galepſus non multo poſt, & Oeſyme. Nomina in ψος plures quam duas ſyllabas habentia in ultima accentu notantur. Scin- E dapſus

77 Ἐν τῷ περὶ Τελμισσοῦ.] Dubium non eſt, quin Epitomatoris fraudi & memoriæ infirmitati ſit imputandum, quod ne γοῦν quidem illa in voce de Zabio Hyperboreorum rege ſuperſit.

78 Γαλεῶται μάντεων εἶδος.] In Sicilia à Stephano tria nomine Hyblæ oppida enumerantur, quorum ſecundum ipſi Megaris, & Galeotis appellatur, unde *Galeotæ* portentorum interpretes nomen accepiſſe viſi ſunt, de quibus Cicero lib. I Divinat. Æliani Var. hiſt. lib. XII cap. XLVI, & Stephanus in voce Ὕβλαι. Verum hoc loco noſter aliam nominis originem tangit, id deducens à Galeo (vel potius Galeota) Apollinis & Themiſtûs F. Sic paſſim Græculi in tradendis urbium & gentium etymologiis parum ſibi conſtant. Vide Cl. Bochartum de hoc vocabuli etymo meliora & certiora docentem lib. I de Phœnicum coloniis cap. XXVIII.

79 Γαλεὸς δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης.] Sic mihi codex Voſſianus ſuppeditavit; libri ante noſtram editionem excuſi: Γαλεὸς δὲ ὁ ἀσκαλαβώτης. Bochartus in Hierozoico pro Γαλεὸς legendum cenſet γαλεώτης. Itaque apud noſtrum reſcribendum: Γαλεώτης δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης. Adeo ut grammatici exiſtimaverint, Galeotas Siculos ab hujus animalis induſtria nomen traxiſſe. Multa de aſcalabote dici poſſent, ſed actum ageret, qui poſt Salmaſium & Bochartum, quædam addere niteretur.

80 Φιλύλλιος Αἰγεῖ.] Editi omnes & calamo exarati, fortaſſis ex compendiaria ſcriptura, conſtanter exhibent Φύλλιος Αἰγεῖ, quod nos, admonentibus Xylandro & Salmaſio immutavimus. Sed quod pro Αἰγεῖ Salmaſius Αὐγῇ reſcribere conetur, probare nequeo: nam Suidas in iis quæ de Philyllio ſcripſit, notante Caſaubono ad Athenæum, duas fabulas agnoſcit, quarum altera Αἰγεύς, altera Αὐγὴ inſignitur. De Philyllio paſſim apud Athenæum mentionem factam reperies.

81 Ἴσως διαπεποίκιλται.] Hæc lectio non ſatis ſana videtur Salmaſio, in Plinianis Exercit. emendanti: Ἴσως διὰ τὸ πεποίκιλται παίζων. Legerem potius: Ἴσως διότι πεποίκιλται παίζων.

82 Ἄρχιππος ἰχθῦσι.] Hujus poëtæ nomen in Athenæi Deipnoſophiſticis frequentiſſimum eſt.

83 Τί λέγεις σὺ μάντεις;] MSS Palatini Salmaſio exhibebant: τί λέγεις σύ; μάντεις εἰσὶ γὰρ &c.

84 Γαλεοί γε πάντων.] Sic illos vates etiam Heſychius appellavit: Γαλεοὶ, μάντεις οὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν.

85 Τὸν πρῶτον ἐξ Ὑπερβορέων Τελμισσόν.] Aquam multo facilius ex ſilice expreſſerim, quam ex hoc loco ullum ſenſum. Optime monet Salmaſius ad oram ſui Stephani, hunc locum eſſe mutilum & corruptum, quem ſic emendandum exiſtimat: Φασὶ δὲ τὸν Γαλεώτην ἐξ Ὑπερβορέων, καὶ Τελμισσὸν, οἷς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Δωδώνῃ &c. Nam Galeotes & Telmiſſus infra conjunguntur: Γαλεώτης οὖν ἐν Σικελίᾳ, καὶ Τελμισσὸς ἐν Καρίᾳ ἦλθεν. De duobus iſtis verba feciſſe in genuino opere Stephanum, & fortaſſis etiam Epitomatorem, liquet ſatis ex his loquendi formulis: οἷς ἔχρησεν, & αὐτῶν θυομένων. In MSS quos inſpicere liquit nulla huic loco præbia inveni.

86 Γαλεώτης οὖν ἐν Σικελ.] Hæc & quæ ſequuntur, hunc in modum Salmaſius in margine ſui libri correxit: Γαλεώτης οὖν εἰς Σικελίαν, καὶ Τελμισσὸς εἰς Καρίαν ἦλθεν. Excuſari tamen aliquo colore hoc loquendi genus poſſet, cum Græci pariter & Latini præpoſitionem *in* contra communem Technicorum canonem, promiſcue nunc cum accuſandi, nunc cum auferendi caſu uſurparint. Homerus, ubi refert Vulcanum de limine divino à Jove projectum eſſe, hæc habet:

Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ.

Hyginus Fab. XCII: *Juno, Venus, Minerva formam ſibi vindicare cœperunt: inter quas magna diſcordia orta. Jovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem.*

87 Γαληψὸς, πόλις Θρᾴκης.] Non ambigo, quin Stephanus ut paſſim, urbis appellationem ab horoë quodam deduxerit, de quo hac ſectione nulla reperiter mentio. Librarii, qui ſeſe in tranſcribendo hoc breviario tam turpiter dedere, ut ſimile vecordiæ exemplum poſteritas non viderit, totius verſus lacunam feciſſe videntur, qui apud Etymologicographum invenitur, ubi oppidi appellatio à Galepſo Thaſi & Telephæ F. deducitur: Γαληψὸς, πόλις Θρᾴκης· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Γαλήψου τοῦ ἐκ Θάσου καὶ Τελέφης. ὁ πολίτης, Γαλήψιος, τὰ εἰς ψος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνεται, σκινδαψὸς (ὀργάνου ὄνομα, καὶ κύριον. τίθεται καὶ κατ' οὐδενὸς, ὡς τὸ τραγέλαφος) Χερρψὸς, καὶ Καλυψός. Ultima vox metatheſin paſſa eſt, confidenter ex Stephano reponendum Λυκαψός. Qui non videt, hæc ex Stephani epitome deſumpta eſſe, talpa cæcior eſt. In voce Βοῦρα, librarii etiam totum verſum, qui de urbis etymologia loquebatur, neglexerant, quem MSS ope reduxi, quemadmodum ſuo loco videre licet.

88 Θουκυδίδης τετάρτῃ.] Integer Thucydidis locus libro allegato ſic invenitur: Καὶ Γάψηλος οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη, εἰσὶ δὲ αὗται Θασίων ἀποικίαι. Sed viri docti apud Thucyd. merito Γαληψὸς repoſuere.

89 Σκινδαψὸς, ὀργάνου ὄνομα.] Sic olim Jobas muſicum quod-

ὄνομα, καὶ κύριον. [90] τίθεται δὲ καὶ ἐπ' οὐδενὸς, A ὡς τὸ τραγέλαφος) [91] Χεράψος, Λυκαψός. ὁ πολίτης, Γαλήψιος.

ΓΑΛΛΙ'Α, [92] ἐντὸς Α'λπεων χώρα. οἱ οἰκήτορες, Γάλλοι.

ΓΑΛΛΗ'ΣΙΟΝ, [93] πόλις Ε'φέσου· B [94] Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Α'υξίθεμιν. τὸ ἐθνικὸν, Γαλλήσιος.

ΓΑΛΙΛΑΓΟΙ, ἔθνος τῆς Ι'ουδαίας.

ΓΑ'ΛΛΟΣ, [95] ποταμὸς Φρυγίας. [96] οἱ περίοικοι Προμαθίδαν Ποταμογαλλῆνοι, οὓς C παραλίθεται ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Φρυγίας τρίτῳ· καὶ ὅτι [97] τὸν Γάλλον δὲ τὸν Α'ττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα. καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν [98] ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον [99] καλέσαι. ἀπὸ ἐκείνου γὰρ, τοὺς D τεμνομένους τὰ αἰδοῖα [1] Γάλλους καλοῦσι.

ΓΑ'ΜΑΛΑ, κατοικία Συρίας. ὁ οἰκήτωρ, Γαμαλεύς· [2] Ι'ώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ι'ουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

ΓΑΜ-

A dapſus (inſtrumenti nomen, & proprium. Ponitur etiam de re nihili, quemadmodum hircocervus) Cherapſus, Lycapſus. Civis, Galepſius.

GALLIA, regio ultra Alpes, cujus incolæ Galli appellantur.

B GALLESIUM, urbs Epheſi, cujus meminit Parthenius in Epicedio in Auxithemin. Gentile, Galleſius.

GALILÆI, gens Judææ.

GALLUS, Phrygiæ amnis, cujus ac- C colæ, uti Promathidas auctor eſt, Potamogalleni vocantur, eoſque adducit Polyhiſtor libro III de Phrygia. Perhibetur Gallum & Attyn exſecuiſſe pudenda; & quidem Gallum perveniſſe ad Tyriam fluvium, ibique habitaſſe, & amnem Gallum appellaſſe. Ex D illo enim pudendis amputatos Gallos nominant.

GAMALA, Syriæ vicinia, incola Gamalenſis, teſte Joſepho libro IV Antiquitatum Judaïcarum.

GAM-

quoddam inſtrumentum appellavit, teſte Etymologici Mag. Auctore in voce Βλίτυρι. Γόδας δὲ τὸν σκινδαψὸν, ὄργανον μουσικὸν ἀποδίδωσι. Hujus etiam meminit Athenæus lib. V, & ex eo Euſtathius ad Homerum. Heſychio dicitur κίνδαψος, abjecto ſigma: Κινδαψοὶ, ὄρνεα δὲ ὄργανα κιθαριστήρια δὲ Ι'νδοί.

90 Τίθεται δὲ καὶ ἐπ' οὐδενός.] Sic hanc vocem interpretatus eſt Suidas de re nihili & nugatoria: Σκινδαψὸς, ἀφάνα. Hic ἀφάνα ſunt apinæ, id eſt, nugæ vel dicta nugatoria & riſu digniſſima, quæ ab urbe Sicula Α'φάνναι originem traxiſſe videntur. Sed ad rem. Apud Nazianzenum Orat. XXIII locus in hanc rem egregius occurrit, ubi σκινδαψοὶ accipiuntur pro rebus fictis & imaginariis, quæ noſtro idiomate **Kasteelen in de lugt** appellantur, hæc ſunt ejus verba: Ταύτης καρπὸς τῆς φιλοσοφίας, οὐ λόγοι πλαττόμενοι πόλεις. σκινδαψοί τινες, ὡς αὐτοί φασι, καὶ τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συνέθησιν. Sic Τραγέλαφος Hirco-cervus, quem mox addit Stephanus, in ſcholis Philoſophorum pro *Ente rationis* ſumitur, quanquam in Germaniæ ſaltibus nihil frequentius. Perhibet Salmaſius in Plin. Exercit. Lutetiæ Pariſiorum Tragelaphum vidiſſe, quem ſic deſcribit: *Is cornua plane cervina gerebat, mentum promiſſa hirtum barba, & villoſos armos: velociſſimi in primo curſu impetus, ſed cito deficientis. Hircum barbariæ eum nominant, qui circumferebant.*

91 Χεραψὸς, Λυκαψός.] Ultima vox eſt nomen pagi prope Lydiam, cujus meminit Euphorion in Baccho, teſte Stephano. Sed prima non itidem nota eſt, nam eam nuſquam legiſſe memini. Reponi poſſet, ſi corrupta ſit Λαγεψὸς, Τρανιψὸς, Τακομψὸς, vel ſimile quid ei proxime reſpondens.

92 Γαλλία, ἐντὸς Α'λπεων χώρα.] Salmaſio hic locus videtur vitiatus, emendat enim ad marginem ſui libri: Γαλλία, ἐκτὸς Α'λπεων χώρα. Illud ἐκτὸς pro ὑπὲρ accipi poſſet. Strabo librum tertium ſic abſolvit: Ε'φεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Α'λπεων Κελτική. Et eodem modo librum quartum exorditur. Galliam ulteriorem ſive Tranſalpinam Geographus τὴν ἔξω Κελτικὴν appellavit, uti apparet circa finem libri citati, ubi vias ex Italia in Tranſalpinam Galliam ſic deſcribit: Τῶν δὲ ὑπερθέσεων τῶν ἐκ τῆς Ι'ταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν, καὶ τὴν προσάρκτιον, ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστὶν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον. Gallia enim ἐντὸς Α'λπεων, eſt Ciſalpina ſive Gallia citerior. Strabo lib. V. Η' μὲν οὖν ἐντὸς Α'λπεων Κελτικὴ, τούτοις κλείεται τοῖς ὅροις. Gloſſæ Cyrilli, ἐντὸς, *cis*, *intra*, *intro*. Gloſſæ Stephani, *citerius* ἐνδοτέρω, *ciſci* ἐντός. Ubi *cis* reſcribendum. Quod ſi Stephanus hic loquatur de Gallia Tranſalpina, quod maxime probabile mihi videtur, Salmaſii conjectura indubitanter amplexanda eſt.

93 Γαλλήσιον, πόλις Ε'φέσου.] In agro Epheſino urbem hoc nomine extitiſſe, nemo geographorum, quod ſciam, perhibet: ſed circa illum tractum Strabo lib. XIII montem Galleſium collocat.

94 Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν.] Parthenii nomen ſatis frequens eſt apud Etymologicographum & alios, ſed nuſquam hujus Epicedii fit mentio. Putat Salmaſius hunc eſſe Parthenium, quem Suidas Νικαέα, non Φωκαέα vocat. Teſtatur idem Suidas ipſum ſcripſiſſe Α'ρητῆς ἐπικήδειον, quod noſter fortaſſis nunc ἐπικήδειον εἰς Α'υξίθεμιν appellat.

95 Γάλλος, ποταμὸς Φρυγίας.] Non tantum Phrygiæ, verum etiam Bithyniæ fluvius eſt, qui, ex Celænis montibus magnæ Phrygiæ originem ducens, & in Sangarium influens, ultra Pruſam ſe in Pontum Euxinum exonerat. Fabulis, de virtutibus aquæ non immorabor. Vide Plinium lib. XXXII cap. II. & Ovid. IV Faſtor.

96 Οἱ περίοικοι Προμαθίδαν Ποταμογαλλῆνοι.] Hunc locum eſſe mutilum, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere: legendum eſſe monet Salmaſius in margine ſui Stephani: Οἱ περίοικοι, ὡς Προμαθίδας, Ποταμογαλλῆνοι. Poſſet quoque reſcribi κατὰ Προμαθίδαν, & accuſandi caſus retineri. Hujus ſcriptoris meminit Athenæus libro XI: Προμαθίδας ὁ Η'ρακλεώτης ἐξηγούμενος τὴν κατὰ τὸν Διόνυσον διάταξιν φησὶ, σκύφον εἶναι παρακειμένως ἔχοντα τὰ ὦτα, καθάπερ αἱ διαφοροῦ τῶν νεῶν. Et libro VII Hemijambi ejuſdem auctoris adducuntur. Varie id nominis ſcribitur apud Scholiaſtam Apollonii, obſervante Voſſio, invenitur enim Προμαχίδας & Προμηθίδας.

97 Τὸν Γάλλον δὲ τὸν Α'ττιν &c.] Fabula de Gallo & Attye egregie explicatur à Ger. Joh. Voſſio, in eruditiſſimo opere de Theologia Gentilium.

98 Ε'πὶ τὸν Τυρίαν ποταμόν.] Sic edi curavit Xylander, ſed Aldina Florentinaque exhibent, ἐπὶ τὸν Τηρίαν ποταμὸν, quam lectionem Codices Palatini Salmaſio, & Voſſianus mihi ſuppeditavit.

99 Καλέσαι.] Chartaceus Voſſianus: Καλέσας.

1 Γάλλους καλοῦσι.] Verrius Flaccus: *Galli qui vocantur matris magnæ comites, dicti ſunt à flumine, cui nomen eſt Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiunt, ut ſe privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos ſibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris matriſve, ne poſſint ipſi fieri parentes.*

2 Ι'ώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ι'ουδαϊκῆς ἀρχαιολ.] Toto libro quarto Antiquit. Jud. de Gamala nulla fit mentio: ſed libro quarto de Bello Jud. circa initium Gamalæ ſitus luculentiſſime deſcribitur. Tempore Veſpaſiani, op-

pidum

ΓΑΜΒΡΕΙΟΝ, πόλις Ἰωνίας. τὸ A ἐθνικὸν, Γαμβρειεὺς, ὡς Σιγειεύς. γράφεται δὲ διὰ διφθόγγου, ὡς δηλοῖ τὸ Γαμβρήιον.

ΓΑΝΔΑΡΑΙ, [3] Ἰνδῶν ἔθνος. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [4] λέγονται καὶ Γανδάριοι παρ' B αὐτῷ, [5] καὶ Γανδαρικὴ ἡ χώρα.

ΓΑΝΔΡΟΙ, [6] ἔθνος Ἰνδῶν ἀντιταχθὲν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τετάρτῳ. Ἑκαταῖος δὲ Γανδάρας αὐτοὺς καλεῖ. C

ΓΑΡΑΜΑΝΤΕΣ, [7] ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος τετάρτῃ. [8] οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, [9] καὶ παντὸς ὁμιλίαν.

ΓΑΡΓΑΡΑ, πόλις τῆς Τρῳάδος, ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἴδης, [10] πάλαι Γάργαρος καλουμένη· ἣν [11] Αἰολικὴν ὀνομάζει Στράβων, D καὶ Ἑκαταῖος: Ἀλκμὰν δὲ θηλυκῶς τὴν Γάργαρόν φησιν, [12] ἐν ᾗ κατῴκουν Λέλεγες. ὠνομάσθη

GAMBREUM, urbs Joniæ. Gentile, Gambreenſis, uti Sigeenſis. Scribitur autem cum diphthongo, quemadmodum Gambreium indicat.

GANDARÆ, gens Indorum, auctore Hecatæo in Aſia. Ab illo etiam Gandarii appellantur, & regio Gandarica.

GANDRI, gens Indorum, quæ inſtructa acie contra Bacchum ſtetit, ut refert Dionyſius libro IV Baſſaricorum. Hecatæus eos Gandaras appellat.

GARAMANTES, populus Libyæ, autore Herodoto libro IV. Hi cunctorum hominum occurſum, & omnium commercium refugiunt.

GARGARA, urbs Troadis in cacumine montis Idæ, Palægargarus appellata, quam Æolicam Strabo nominat. Verum Alcman Gargarum dixit genere fœminino, in qua habitabant Leleges. Ita autem vo-

pidum erat cum natura loci, tum arte munitiſſimum, qui hoc magno cum ſuo damno expertus eſt. Hæc urbs cameli ſimilitudinem præ ſe ferens, inde nomen accepit, ſed corrupto incolarum uſu pro *Gamela Gamela* inhæſit, uti loco citato Joſephus perhibet: Μηκύνεται δὲ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἐκκλίνων ὅσον καθ' ὕπτιν, ὡς εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα, παρ' ἣν ὠνόμασται, τὸ τρανὸν τῆς κλήσεως οὐκ ἐξακριβούντων τῶν ἐπιχωρίων. Gentile quod adfert noſter etiam eodem libro aliquoties occurrit. Συνεργίαν θεοῦ τοῦτο Γαμαλεῖς ὑπελάμβανον. Itaque non vereor apud noſtrum reſcribere: Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως.

[3] Γανδέραι, Ἰνδῶν ἔθνος.] Male in omnibus editis excuſum eſt, Γάνδαραι, Ἰνδῶν ἔθνος, quod Salmaſii auctoritate emendare placuit. Nam revera iidem ſunt, quamvis diſtinguat Stephanus, quos ex Hecatæo ſequutura ſectione, Γανδάρας appellat.

[4] Λέγονται καὶ Γανδάριοι.] Sic etiam Herodoto vocantur, & ſub imperio Perſico cum Gattagydis, Dadicis & Apparitis conjunguntur, uti in Thalia videre eſt. Eorum urbs dicebatur Γάνδαρα, obſervate Salmaſio, uti Βάκτρα unde Βάκτροι, & Παλίβοθρα Παλίβοθροι.

[5] Καὶ Γανδαρικὴ ἡ χώρα.] Horum regio Strabo in libro XV Γανδαρικὴ & Γανδαρῖτις appellatur.

[6] Γάνδροι, ἔθνος Ἰνδῶν.] Cod. Voſſ. & editi ante Xylandrianam: Γάνδροι, ἔθνος Πάρθων. Salmaſius in Plin. hunc locum Stephani citans, legit Γάνδαροι. Iidem ſunt Γανδέραι, Γανδάριοι, Γάνδροι, Γανδαρίδαι & Γανδαρικοί. Latini eos appellant *Gangaridas*, quaſi ſcilicet à Gange hoc nomen invenerint, quod ejus amnis eſſent accolæ. Servius duobus locis *Gangaridas* apud Virgilium notavit populos eſſe, qui circa Gangem habitant. Ptolemæus qui Romanos ſcriptores in multis ſequitur, Γαγγαρίδας eos juxta Latinorum vocamen appellat. Nec hoc tantum, ſed etiam Γάγγην eorum metropolim confingit. Sed quam verum hoc ſit, videſis apud Salmaſium, ex quo hæc hauſimus.

[7] Γαράμαντες, ἔθνος Λιβύης.] Populi ſunt interioris Libyæ, circa fontes Cinyphi, inter Cyrenen & Æthiopiam: alii tamen ob vicinitatem eos cum Æthiopibus confundunt, quod minime probo. Iſidorus in horum regione oppidum Garama collocat, unde populus & regio nomen ſortiuntur, ita enim ille: *Garamantis regionis caput Garama oppidum fuit. Eſt autem inter Cyrenenſem & Æthiopiam, ubi eſt fons qui friget calore diei, & calet frigore noctis.* Caſus rectus *GARAMAS* invenitur apud Claudianum.

[8] Οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι.] Hæc verba, ut alii obſervarunt, tranſtulit Mela lib. I cap. VIII & ex eo Plinius. Melæ verba hæc ſunt: *Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari: nec vitare ſciunt tela, nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum quam quibus idem ingenii eſt, aut congreſſus aut colloquia patiuntur.* Hinc concludit Nonius Pintianus in caſtigationibus ad Melam, hæc Herodoti verba *Gamphaſantibus*, non vero *Garamantibus* eſſe attribuenda. Verum Salmaſius nihil in Herodoto mutandum cenſet, quia Pomp. Mela, Herodotum aliquando in Latinum convertens, in plurimis ab eo divertit. Hinc eſt quod Pintianus exiſtimet, Stephanum incidiſſe in mendoſum Herodoti codicem, hoc ſi pro vero conſtet, quod non putem, etiam Euſtathius ſua ætate depravatis Herodoti codicibus uſus eſt, ita enim ille ad Dionyſium: Ὅτι οἱ Γαράμαντες ἐπώνυμοί εἰσιν, ὡς προείρηται, Γαράμαντός τινος. οὗτοι πάντα ἄνθρωπον, καὶ παντὸς ὁμιλίαν φεύγειν λέγονται. καὶ οὔτε ὅπλα ἔχουσι πολεμικὰ, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον.

[9] Καὶ παντὸς ὁμιλίαν.] Herodotus ſuo idiomate: καὶ παντὸς ὁμιλίην.

[10] Πάλαι Γάργαρος.] Conſtanter ita exhibent libri editi & MSS. Sed vereor, ne conjunctis vocibus ſcribendum ſit Παλαιγάργαρος. Noſter in vocabulo Τύρος haud abſimili modo: Ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Παλαιτύριος. Idem in Ταπροβάνη· ἡ πάλαι μὲν ἐκαλεῖτο Παλαισιμούνδου. Hæc ſi non placent, reponendum Παλαιὰ Γάργαρος auctoritate Etymologici Mag Auctoris, ita enim ille, Γάργαρος, πόλις τῆς Ἴδης, ἐν ὑψηλῷ τόπῳ κειμένη: ἣν κατῴκουν Λέλεγες. ἐξ ἧς διὰ τὸ κρυῶδες ὑποκατέβησαν οἱ Γαργαρεῖς, καὶ ᾤκισαν αὐτὴν ὑπὸ πεδίον Γάργαρον. ἐκείνη δὲ ἐρημωθεῖσα, καλεῖται Παλαιὰ Γάργαρος. Igitur Gargarenſes, ob immenſum frigus excelſo loco relicto, urbem in imis radicibus & loco plano condidere, atque deſertam *Palægargarum* appellarunt. Nihil mirum profecto Gargarenſes ob algorem alias ſibi quæſiviſſe ſedes, cum Gargara, cacumen Idæ, multa nive ſemper erant obtecta, uti teſtatur Epicharmus vetuſtiſſimus poëta in fabula, quæ inſcribitur Troës apud Macrob. Sat. lib. V cap. XX:

Ζεὺς ἄναξ ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα.

[11] Αἰολικὴν ὀνομάζει Στράβων.] Geographus lib. XIII de hoc oppido agit, & ab Aſſiis conditum perhibet: Ὥστε καὶ τὰ Γάργαρα καὶ ἡ Λαμπωνία Αἰολέων. Ἀσσίων γάρ ἐστι κτίσμα τὰ Γάργαρα, οὐκ εὖ συνοικούμενα. Ἐποίκους γὰρ οἱ βασιλεῖς εἰσήγαγον ἐκ Μιλήτου πόλεως, ἐρημώσαντες ἐκείνην. Aſſo etiam Gargara vicina erant, teſte Ephoro libro V apud Macrobium libro citato: Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον εἰσὶ Γάργαρα πλησίον πόλις. Idem quoque apud eundem ſtatuit Phileas in Aſiæ deſcriptione: Μετὰ Ἄσσον πόλις ἐστὶν ὄνομα Γάργαρα.

[12] Ἐν ᾗ κατῴκουν Λέλεγες.] Antiquis temporibus Leleges eum tractum habuiſſe, hiſtoricorum auctoritate manifeſte

μάσθη δ' [13] ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διὸς, [14] τοῦ ἐκ A τῆς Λαρίσσης ἐν Θεσσαλίᾳ. ἐκεῖ δὲ Διότιμος ὁ Ἀδραμυττηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς ὃν Ἄρατος εἶπεν,

[15] Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτρῃσι κάθηται, B

Παισὶ Γαργαρέων βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

καὶ Γάργαρα ἄκρα. Ἐπαφρόδιτος δέ φησιν, ὅτι. [16] ἡ μὲν πόλις θηλυκῶς λέγεται, τὸ δ' ἀκρωτήριον οὐδετέρως. [17] Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν, διὰ τοῦ σ, ἀλλ' οἴομαι σφάλμα εἶναι. C [18] ἔστι καὶ Λαμψάκου πολισμάτιον Γάργαρον. ἔστι δὲ [19] ἑτέρα τῆς Ἰταλίας, [20] καὶ τῆς Ἠπείρου ἄλλη. [21] τὸ ἐθνικὸν, Γαργαρεύς· καὶ θηλυκῶς Γαργαρίς. D

ΓΑΡΓΑΡΕΙΣ, ἔθνος, οἳ μίγνυνται ταῖς Ἀμαζόσιν, ὡς [22] Στράβων ἑνδεκάτῃ. τὸ θηλυκὸν, Γαργαρὶς κατὰ τέχνην, ὡς

A tem vocata eſt à Gargaro Jovis filio, qui à Lariſſa Theſſalica fuit. Ibidem etiam Diotimus Adramyttenus literas docuit, in quem Aratus dixit:

Lugeo Diotimum, qui in rupibus ſedet;
B
Gargarenſium pueros beta & alpha docens:

Sunt item Gargara promontorium. Epaphroditus perhibet, urbem genere fœminino, promontorium vero neutro proferri. C At Hellanicus civitatem Gargaſum per S dixit, ſed exiſtimo ibi mendum latere. Eſt quoque Lampſaci oppidulum Gargarum, & aliud Italiæ, & aliud Epiri. Gentile, Gargarenſis, genere fœminino D Gargaris.

GARGARENSES, populi qui ſe miſcent cum Amazonibus; quorum meminit Strabo libro undecimo. Fœmininum eſt Gargaris;

---

nifeſte ſatis evincitur. Vide Strabonem loco citato, & verba ex Etymologicographo jam in medium adducta.

13 Ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διός.] Sic etiam alii id urbis nomen à Gargaro Jovis F. deducunt. Verum cenſent præterea technici, id nominis per onomatopœian ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν oppido inditum eſſe, ita enim Etymologus loco citato: Ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διὸς, ὡς δηλοῖ Νυμφις, ὁ φιλόσοφος &c. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν γαργαρεῶνος. Eadem quoque habet Euſtathius ad Hom. Iliad. Ξ pag. 986. Et Pſeudo-Didymus in ſcholiis ad Iliad. Θ. Alii, cum hæc urbs & ager circumjacens frugum copia maxime affluant, nominis etymologiam deducunt ab Hebraico גרגר *gargar*, quod *granum* denotat. De fecundiſſimo Gargarenſium agro locus eſt elegantiſſimus apud Macrobium libro jam aliquoties nobis citato: *Nam* πολυπίδακα *ſignificat fontibus abundantem: unde hæc Gargara tanta frugum copia erant, ut, qui magnum cujuſque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immenſa Gargara nominaret.* Virgilii, Ovidii, Claudiani, & aliorum in hanc rem loca paſſim ſunt obvia atque notiſſima.

14 Τοῦ ἐκ τῆς Λαρίσσης ἐν Θεσσαλίᾳ.] Hæc in tribus editionibus & MSS erant tranſpoſita & loco mota, legebatur enim: Ὠνομάσθη δ' ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διὸς, τοῦ ἐκ τῆς Θεσσαλίας ἐν Λαρίσσῃ.

15 Αἰάζω Διότιμον.] Planiſſimam ſententiam nunc continet Arati verſiculus, à librariis mirum in modum deformatus, legitur enim in exemplaribus chirographis & editis, Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐνὶ πέτρῃσι κάθηται. Quæ mutamus in edita lectione, ſperamus æquis lectoribus probatum iri, præſertim cum hæc verbis Scholiaſtæ ad Epigrammata Græca confirmavero, ita enim ille de hoc Stephani loco: Στέφανος ἐν τῷ περὶ πόλεων μέμνηται ἐπιγράμματος, ὅτι τε ὁ Διότιμος ἐν Γαργάρῳ ἐδίδασκε γράμματα, καὶ ὅτι ὁ Ἄρατος εἰς αὐτὸν τὸ ἔπος ἔγραψε τοῦτο. παρατίθεται δὲ τὸ ἐπίγραμμα· οὐ μὴν τοι γράφει Διότιμος. ἀλλὰ ὅτι μοῦνος αἰάζω. καὶ πάλιν, παισὶ Γαργαρέων, καὶ οὐ Γαργαρέων παισί. Vide præterea Macrobium libro v cap. xx Saturnal. nec non Suidam & Euſtathium ad Iliad. Ξ pag. 986.

16 Ἡ μὲν πόλις θηλυκῶς &c.] Idem perhibet Euſtathius loco citato: Γάργαρον δὲ τὸ καὶ ἐν ἄλλοις προδηλωθὲν, οὐ μόνον ἄκρον Ἴδης, ὡς ἐῤῥέθη, ἀλλὰ καὶ πόλις Τρωάδος κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἣν Αἰολικὴν τινές φασιν εἶναι, λέγοντες καὶ τὴν μὲν πόλιν, θηλυκῶς, ἧς οἱ πολῖται Γαργαρεῖς, οὐδετέρως δὲ τὸ ἀκρωτήριον.

17 Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη &c.] Ego ſane Hellanico vitio vertere non poſſum, quod pro Γάργαρον ſcripſerit Γάργασον communi dialecto. Illud ex Boëtio eviden-

tiſſimum eſt, Æoles ut plurimum ſua lingua τὸ Ρ uſurpaſſe, quod Hellanicus ſtudio & data opera vitans, dixit Γάργασον. Plurima præterea reperiuntur vocabula, in quibus τὸ Ρ in Σ commutatum cernitur, ſic ἄρσην dicitur pro ἄῤῥην, θαρσαλέος pro θαῤῥαλέος. Sic Πέλαργοι Heſychio ſunt Πελασγοί.

18 Ἔστι δὲ Λαμψάκου πολισμάτιον.] Certiſſimum eſt, noſtrum Epitomatorem Lampſaci nomine intelligere, non urbem ipſam, ſed ejus urbis territorium. Sic etiam alii ſcriptores loqui amant. Athenæus lib. I: Ὅτι ὁ Μαρεώτης οἶνος, ὁ Ἀλεξανδρεωτικὸς, τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχει ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης. Lacus Mareja non erat in urbe Alexandria, ſed in ejus territorio, uti etiam cenſet ad illum locum Caſaubonus.

19 Ἑτέρα τῆς Ἰταλίας.] Ptolemæus Γάργαρον collocat in Apulia ad mare Adriaticum, ſed Plinius & Strabo montem hoc nomine agnoſcunt. Horatius Gargani nemoris, quod erat eo in monte, meminit in epiſtola ad Auguſtum.

Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum,
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur.

Aliquando ρ commutatur in ν, ſic à δῶρον fit *donum*, à τηρέω *teneo*, à πλήρης *plenus* obſervante Voſſio, tractatu de literarum permutatione; ſic eodem modo à Γάργαρον Latini fecere *Garganum*. Hodie appellatur mons *S. Angeli*, quod ibi *Michaël* apparuerit: in eo oppidum recens ejuſdem nominis conditum eſt.

20 Καὶ τῆς Ἠπείρου.] Non novi geographos de hoc oppidulo Epiri mentionem facientes, tamen mihi non videtur admodum improbabile, circa Ambraciam urbem *Geraſum* extitiſſe, à Geraſo Corinthiorum duce ibi conditam. De illo memoria reperitur apud Strabonem lib. x: Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου, ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον.

21 Τὸ ἐθνικὸν, Γαργαρεύς.] Arati, Strabonis, Euſtathii & aliorum auctoritate hoc gentile comprobatur. Puto corruptum civium nomen occurrere apud Macrobium lib. xv cap. xx Saturn. *Ex his verſibus* (ſcilicet Arati in Diotimum) *etiam civium nomen innotuit, quia Gargares vocantur.* Scribe *Gargarei*, uti Latini *Halicarnaſſei*.

22 Στράβων ιά.] Libri omnes calamo exarati & excuſi conſtanter legunt, ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Verum illo libro nulla de Gargarenſibus iſtis fit mentio, merito igitur edi curavimus ἑνδεκάτῃ, ubi ſic ſcribit Geographus: Ἄλλοι δὲ, ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος, καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτάς φασιν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς προσβόρροις τῶν Καυκασίων ὀρῶν. Gargarenſes duobus veris membris corpo-

ὡς Μεγαρεῖς. κατὰ δὲ τὸ ἐπιχώριον Γαρ- A
γαρηνή.

ΓΑ΄ΡΓΗ, πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ ἐν τρίτῃ Λιβυκῶν. τὸ ἐθνικὸν, Γαργαῖος, ὡς Βεργαῖος· [23] τῷ τύπῳ δὲ, Γαργίτης. B

ΓΑΡΓΗΤΤΟ΄Σ, πόλις καὶ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Γαργήττιος. Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Γαργήττιος. [24] τὸ ἐκ τόπου, Γαργήττηθεν,. καὶ τἄλλα ἀκολούθως Γαργηττόνδε, Γαργηττοῖ. ὀξύνεται δὲ C τὸ Γαργηττὸς, ὡς Ὑμηττὸς, [25] Λυκαβηττός. ἐνταῦθά φασι τὸ τοῦ Εὐρυσθέως κεῖσθαι σῶμα.

ΓΑΣΤΡΩΝΙ΄Α, [26] χώρα Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ.

ΓΑΥΓΑ΄ΜΗΛΑ, [27] τόπος Περσίδος· D Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ.

ΓΑΥ͂ΛΟΣ, [28] νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι· Ἑκαταῖος περιηγήσει, [29] ὁ νησιώτης, Γαυλίτης.

ΓΕ΄Α, πόλις [30] πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀρα- E βίᾳ, ὡς Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῇ ἀρχαιολογίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Γεΐος. ἐν Πέτραις δὲ ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα [31] τὸ Γέσιος. [32] ὅθεν ἦν ὁ περιφανὴς τῶν Ἰατρῶν σοφιστὴς, ἴσως

A garis, ex lege artis, uti Megaris. Verum juxta formam vernaculam, Gargarene.

GARGE, urbs Libyæ, de qua Polyhiſtor libro III de rebus Libycis. Gentile, Gargæus, uti Bergæus, ſed juxta ſolitam regioni formam, Gargites.

GARGETTUS, urbs & populus tribus Ægeïdis. Popularis, Gargettius. Epicurus Neoclis F. Gargettius. Hinc formatur adverbium ex Gargetto, & deinceps alia ad & in Gargetto denotantia. Vox Gargettus accentu in ultima ſignatur, uti Hymettus, Lycabettus. Ibidem narrant Euryſthei cadaver ſepultum eſſe.

GASTRONIA, regio Macedoniæ, cujus meminit Theopompus libro XXIV.

GAUGAMELA, locus Perſidis, de quo Apollodorus libro III in terræ deſcriptione.

GAULUS, inſula prope Carthaginem, cujus meminit Hecatæus in Periegeſi. Inſulanus, Gaulites.

GEA, urbs Petris in Arabia vicina, cujus meminit Glaucus libro de antiquitatibus Arabicis. Gentile, Geïus. Petris vero uſitatum eſt proprium nomen Geſius. Hinc originem habuit illuſtriſſimus ille Jatroſopiſta, fortaſ-

corpora cum Amazonibus prolis procreandæ cauſa miſcere ſolent; idque fit in occulto, & promiſcue, quivis cum quavis ut caſus obtulit. Si femellam pariant, eam enutriunt, ſi marem, Gargarenſibus educandum mittunt.

23 Τῷ τύπῳ δὲ, Γαργίτης.] Sic exhibent libri manu exarati, & omnes editi: verum aliquam excidiſſe vocem, facile mihi perſuaſerim. Reſcribendum puto: Τῷ δὲ τῆς χώρας τύπῳ, Γαργίτης. Qui in lectione hujus auctoris plane non eſt hoſpes, hanc correctionem lubenter admittet.

24 Τὸ ἐκ τόπου, Γαργήττηθεν.] Editiones Xylandrianam præcedentes exhibent, τὸ ἐκ τόπου Γαργηττίηθεν, quod formatum videtur ἀπὸ τοῦ Γαργήττιος. Codex Voſſianus, τὸ ἐκ τόπου Γαργῆσσαι. Simile quid Salmaſius etiam in Palatinis MSS invenit. Verum neque illa quæ in libris editis & in calamo exaratis reperitur lectio mihi placet, corrigendum videtur: τὸ ἐκ τόπου Γαργήττοθεν. Illud τὸ ἐκ τόπου, idem valet hoco loco ac τὸ τοπικὸν, uti ad oram ſui libri ſcripſit Salmaſius.

25 Λυκαβηττός.] Hoc nomine Mons Atticæ inſignitur, de quo videndus Pauſanias, Strabo & alii.

26 Γαστρωνία, χώρα Μακ.] Cum Ortelio cenſeo eandem hanc regionem ab Epitomatore noſtro *Greſtoniam* appellari, ita enim ille in ſequentibus ex Thucydide: Γρηστωνία χώρα Θρᾴκης πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ.

27 Γαυγάμηλα, τόπος Περσίδος.] Xylandriana editio Γαυγάμιλα, quod quia omnibus numeris non placebat, vetuſtiores editiones & codices MSS ſequutus ſum. Proprie non eſt Perſidis ſed Aſſyriæ locus, Darii & Alexandri Magni prælio ſatis celebris. Arrianus de Exp. Alex. lib. VI: Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ, λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος. πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη οὐ μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα. Strabo lib. XVI *Gaugamela domum cameli* interpretatur: nam ſic Darius nominavit, cum hanc poſſeſſionem camelo in alimentum daret. Illuſtriſſimus Joſ. Scaliger cenſet *Gaugamela Cameli inteſtina* denotare, quod ibidem eſſent inhumata. Verum optime omnium Cl. Bochartus exiſtimat, diſtinctis vocibus גבי גמלא *Gave gamela* pronuntiandum eſſe, quomodo Hermolaus Barbarus in Plinii optimæ notæ MSS reperiſſe teſtatur, quæ vocabula *Cameli tributa* ſive *cenſus* ſignificant. Vide jam laudatum Bochartum Geog. Sac. lib. IV cap. XIX.

28 Γαῦλος, νῆσος &c.] Prope Melitam ſita eſt hæc inſula, commodis portubus exornata, teſte Diodoro Siculo lib. V. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν νῆσον ἐστὶν ἑτέρα τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχουσα Γαῦλος, πελαγία δὲ, καὶ λιμέσιν εὐκαίροις κεκοσμημένη, Φοινίκων ἄποικος. Situm hujus inſulæ optime omnium deſcribit Scylax: Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ, κατὰ τοῦτο Καρχηδονίων οἰκούμεναι, Μελίτη πόλις καὶ λιμὴν, Γαῦλος πόλις Λαμπάς. Meminere ejus etiam Mela, Plinius, Solinus, Martianus Capella & alii.

29 Ὁ νησιώτης, Γαυλίτης.] Hæc vera eſt forma Libyca, ut aliis locis noſter docet. Sed Latino ore *Gaulitanus* dicitur. Unde in vetere inſcriptione: PLEBS GAULITANA.

30 Πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ.] Ammiano Marcellino in Arabia Felici collocatur & *Geopolis* dicitur, ita enim ille lib. XXIII: *Ac licet abundet urbibus mediterraneis atque maritimis, campiſque copioſis & vallibus, has tamen civitates habet eximias, Geopolim & Naſcum* &c. Arabia felix à noſtro paſſim confunditur cum Tertia Palæſtina, uti aliquotes admonuimus.

31 Τὸ Γέσιος.] Cod. Voſſianus Γέασιος.

32 Ὅθεν ἐν ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστής.] Hæc in libris chirographis & vulgatis peſſime contaminata circumferuntur. Huic loco medicinam facere conati ſunt duo clariſſima reipublicæ literariæ lumina: Salmaſius conjicit ad oram ſui Stephani legendum eſſe, Ὅθεν ἦν ὁ Περιφανὴς, ἐκ τῶν Πετρῶν σοφιστής. Verum alio loco ejuſdem paginæ reſcribendum judicat: Ὅθεν ἦν ὁ Περιφανὴς ἰατρὸς καὶ σοφιστής. Henricus Valeſius ad Ammianum Marcellinum ex Suida emendavit: Ὅθεν ἦν ὁ περιφανέστατος ἰατροσοφιστής.

ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος* κατὰ ἀναλογίαν δ' ἔδει Γεάτης, ὡς Τεγεάτης. ἔοικε δὲ Γεήσιος προϋπάρχειν, ὡς τὸ Ἰθακήσιος· [33] καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέσιος.

A fortaſſis ita inde denominatus. Secundum analogiam oportebat eſſe Geates, uti Tegeates. Videtur autem Geeſius primum fuiſſe, ſicuti Ithaceſius, & per ſyncopen eſſe Geſius.

ΓΕΒΑΛΑ, τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης· Ἰώσηπος. τὸ ἐθνικὸν, Γεβαληνός. [34] ὡς Βαρηνὸς, Ἀδαρηνός. [35] Γεβαλήνη τε καὶ Αἰμανῖτις, ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μετωνομάσθη.

GEBALA, tertia pars Palæſtinæ, auctore B Joſepho. Gentile, Gebalenus, uti Barenus, Adarenus. Gebalene & Hæmanitis Idumæorum regio denominata eſt.

ΓΕΒΕΩΝΙΤΑΙ[36], ἔθνος πλησίον Ἱεροσολύμων, ὡς Ἰώσηπος.

GEBEONITÆ, gens Hieroſolymis vicina, cujus Joſephus meminit.

ΓΕΔΡΩΣΙΑ, χώρα· καὶ Γεδρώσιοι, ἔθνος Ἰνδικόν. Διονύσιος Περιηγητής,

Τῶν δὲ πρὸς ἀντολίην Γεδρωσσῶν ἕλκεται αἶα·

[37] οὐκ οἶδα ὅθεν κλίνας. ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυΐστορος; [38] διὰ τοῦ κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβή, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον.

C GEDROSIA, regio: & Gedroſii gens Indica, de qua Dionyſius Periegeta:

Horum autem ad orientem Gedroſorum trahitur tellus.

Haud ſcio unde ſic vocem declinaverit. Apud Polyhiſtorem per κ in prima ſyllaba ſcriptum D reperitur; ſed codex erat non ſatis emendatus.

ΓΕΛΑ, πόλις Σικελίας· ἡ γενική, Γέλας. [39] τὸ δὲ Γέλης, Ἰωνικόν. [40] καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα. ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ· ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ, καὶ Σικελῶν, γέλαν λέγεσθαι. Πρόξενος δ' ἐν πρώ-

GELA, urbs Siciliæ, cujus genitivus eſt, Γέλας; ſed Γέλης Ionicum eſt. Sic autem appellatur a flumine Gela. Flumen vero ab eo, quod multam gignat glaciem; hanc enim Opicorum E Siculorumque lingua *gelam* appellari perhibent. Verum Proxenus libro primo de cavernis

33 Καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέσιος.] Cod. Voſſianus & editi ante Xylandrianam: καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέοσιος. Salmaſius exiſtimat reponendum eſſe Γήσιος, quaſi oriatur παρὰ τὸ Γεήσιος. Quam ſententiam etiam amplector.

34 Ὡς Βαρηνὸς, Ἀδαρηνός.] Abeſt à libris editis ultimum gentile, quod ex chartaceo Voſſiano huc tranſcribere placuit.

35 Γεβαλήνη τε καὶ Αἰμανῖτις ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μετωνομάσθη.] Citat noſter Joſephum libro non expreſſo, quod profecto non exiguam difficultatem & obſcuritatem parere ſolet, in corrigendis veterum libris. Puto Stephanum intelligere Γοβολίτιν, quæ Idumææ pars fuit, teſte Joſepho lib. II cap. I.

36 Γεβεωνῖται, ἔθνος.] Et etiam hic adducitur Joſephi teſtimonium ſine libri indice & numero, quod revera Epitomatori imputandum. Verum apud Joſephum aliquoties occurrunt Γεβεωνῖται, quam vocem Stephanus cum ſecunda vocali ſua ætate exaratam invenit, uti literarum ſeries manifeſte indicat. Joſephus lib. V cap. I Gabeonitas Hieroſolymis vicinos ſtatuit, ita enim ille: Γαβαωνῖται δὲ κατοικοῦντες ἔγγιστα Ἱεροσολύμοις &c. Et mox eodem capite: Καὶ μαθὼν οὐ πόῤῥω τῶν Ἱεροσολύμων τοὺς Γαβαωνίτας κατῳκημένους. Alterutrum locum innuiſſe Stephanum, extra omnem dubitationis aleam pono. Verum obiter admonendum, eodem cap. apud Joſephum Γαβεωνῖται reperiri, quod magis ad Stephani ſcripturam accedit.

37 Οὐκ οἶδα ὅθεν κλίνας.] Videtur noſter Dionyſium reprehendere, quod in verſu τὸ Γεδρωσσῶν uſurpaverit, cujus caſus rectus vel numeri ſingularis vel plurativi, ipſi erat incognitus, nam gentem ante Γεδρωσίους appellaverat. Sed ſciendum eſt, veteribus τὸ *Gedroſus* etiam in uſu fuiſſe. Pom. Mela lib. III cap. VIII: *Interiora Gedroſi, de hinc Perſæ habitant.* Plinius lib. VI cap. XX: *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſi adjiciunt quatuor ſatrapias, GEDROSOS, Arachotas, Arios, Parapomiſadas.* Straboni tamen appellantur Γεδρώσιοι, quod etiam Epitomatori placet, ſic enim ille lib. XV: Τοὺς Παροπαμισάδαις δὲ παράκεινται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δὲ Ἀραχωτοῖς Δράγγαι, καὶ τοῖς Γεδρωσίοις. Eoſdem tamen Geographus forma Indica Γεδρωσηνοὺς vocavit. Εἶτ' ἐφεξῆς πρὸς νότον Γεδρωσηνοί. Hanc appellationem etiam Euſtathius ad Dionyſium ſua auctoritate comprobavit pag. 133.

38 Διὰ τοῦ Κ εὑρέθη &c.] Non tantum apud Polyhiſtorem, ſed etiam apud Agatharcidem de mari rubro, & Diodorum Siculum, prima hujus vocis litera per Κ exaratur. Quin etiam Stephanus alio loco Κεδρώσσους geminato ſigma mari rubro vicinos collocat. Quare miror, noſtrum hic loqui de libro tranſcriptorum incuria depravato: ſcimus enim omnes quam facile Γ & Κ pronunciando confundantur.

39 Τὸ δὲ Γέλης, Ἰωνικόν.] Sic conſtanter legunt vulgati omnes: chartaceus Voſſiānus: τὸ δὲ Γέλης Ἰωνικῶς.

40 Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα.] Hæc Duridis eſt ſententia, plurima Siciliæ oppida à fluminibus appellationem invenire, uti videre eſt in voce Ἀκράγαντες. Φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων, ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται. Συρακούσας, Γέλαν &c. Idem de hoc oppido plurimi optimæ notæ ſcriptores teſtantur. Thucyd. lib. VI: Τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο. Virgil. lib. III Æneid.

Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Vide præterea Silium, Claudianum, Vibium in catalogo fluminum, Suidam, Etymologici Magni Auctorem & alios, ſed præſertim Bochartum de Phœnicum Coloniis lib. I cap. XXIX. Vehementer ab iis erratum eſt, ſicuti obſervat Cluverius, qui paſſim in Græcorum ſcriptorum exemplaribus illud urbis nomen gemino λλ ſcripſere. Numiſmata enim, quæ a Goltzio adferuntur, cuncta exhibent ΓΕΛΑΣ, unico λ. Quo anno urbs ſit condita, legimus apud Thucyd. loco citato, qui ibidem refert quod antea οἱ Λίνδιοι vocabatur.

41 Πρόξενος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν.] Cluverius in Siciliæ deſcriptione emendavit: Πρόξενος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόλεων. Sed neque auctoritatem neque rationem adfert. Lectionem editam ſequitur Voſſius in Hiſt. Græcis, eamque defendit Bochartus contra Cluverium, ſed nullo revera argumenti pondere. Codex Voſſianus & MSS Palatini exhibent: Πρόξενος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Πύῤῥου Σικελικῶν. Hanc lectionem Salmaſius in margine ſui Stephani tueri conatur, rejecta Xylandriana, & veram eſſe contendit, adducens locum Strabonis, quem ego nunc intenta oculorum acie legere nequeo. Fateor omnia eſſe admodum ſpecioſa, quæ a viris doctiſſimis adferuntur, nemini licet aſſentior: etenim cenſeo,

ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν, καὶ A
Ἑλλάνικος, [42] ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης, καὶ
Ὑμάρου. [43] Ἀρισταίνετος δὲ ἐν πρώτῃ τῶν περὶ
Φασήλιδα, ὅτι Λάκιος καὶ Ἀντίφημος
ἀδελφοὶ, ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς μαντεύσασθαι.
[44] τὴν δὲ Πυθίαν οὐδ᾽ ἂν περὶ ἐκείνων λεγού- B
σαν, προστάξαι τὸν Λάκιον πρὸς ἀνατολὰς
ἡλίου πλεῖν. τοῦ δ᾽ Ἀντιφήμου γελάσαντος,
τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν. [45] ἀφ᾽ ἡλίου δυσμῶν,
[46] καὶ τὴν ἂν πόλιν οἰκήσῃ. [47] τὸ ἐθνικὸν, Γε-
λαῖος, οὐ Γελῷος, ὡς Ἄβρων, καὶ ἡ συνήθεια. C
[48] καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως, τὸ Γελῷος.

ΓΕΛΩΝΟΙ [49], πόλις Σαρματίας τῆς
Εὐρώπης, ἀπὸ Γελώνου τοῦ Ἡρακλέους, τοῦ
[50] Ἀγαθύρσου ἀδελφοῦ. ὁ οἰκήτωρ, ὁμοφώ-
νως· ὀξύνεται δέ. ἔστι δὲ ἡ πόλις ξυλίνη, κει- D
μένη ἐν Βουδίνοις, ἔθνει μεγάλῳ, ὡς Ἡρό-
δοτος. παρὰ τούτοις ζῶον θαυμάσιον, ὃ ὀνο-
μάζεται τάρανδος, καὶ μεταβάλλει τὰς χρόας
τῶν τριχῶν, καθ᾽ ὃν ἂν τόπον ᾖ. ἔστι δὲ δυσθή-
ρατον, διὰ τὴν μεταβολήν· οἵοις γὰρ ἂν ᾖ E
τόποις, τοιοῦτος γίγνεται τὴν τρίχα.
[51] καὶ

vernis ſive fiſtulis Siculis atque Hellanicus a Gelone Atnæ & Hymari filio dictam volunt. At Ariſtænetus libro primo de Phaſelide narrat, Lacium & Antiphemum fratres, quum Delphos ad conſulendum oraculum veniſſent, Pythiam, nihil de illis loquentem, juſſiſſe Lacium ad ortum ſolis navigare. Antiphemo autem [γελάσαντος] in riſum effuſo, Pythiam regeſſiſſe: Etiam ad occaſum ſolis tu *Gelam* urbem condes. Gentile, Gelæus, non Gelôus, ut auctor eſt Abro & ipſa conſuetudo: ac fortaſſis a voce γέλως Gelôus deductum eſt.

GELONI, urbs Sarmatiæ Europeæ, quæ a Gelono Herculis filio, Agathyrſi fratre nomen habet. Incolæ nomen urbi reſpondet. Accentu in ultima notatur. Urbs hæc lignea eſt, ſita in Budinis, gente numeroſa, uti Herodotus auctor eſt. Apud illos eſt animal admiratione dignum, quod Tarandus appellatur, mutat enim pilorum colorem, quocunque in loco fuerit. Imo hanc propter mutationem venatu difficile eſt: quocunque enim colore loca fuerint, talem pili induunt; quod tamen mirum

Proxenum illo tractatu non Itinerarium, non urbium deſcriptionem, multo minus Pyrrhorum res geſtas concepiſſe, ſed hiſtoriam mere naturalem, in qua agebat de *cavernis fiſtuliſque ſubterraneis*, quæ in Sicilia erant frequentes. Juſtinus lib. IV: *Eſt autem ipſa terra tenuis ac fragilis; & cavernis quibuſdam fiſtuliſque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat, nec non & ignibus generandis nutriendiſque ſoli ipſius naturalis materia, quippe intrinſecus ſtratum ſulphyre & bitumine traditur: qua res facit, ut ſpiritu cum igne inter interiora luctante, nunc vaporem nunc fumum eructet.*

42 Ἀπὸ Γέλωνος τῆς Αἴτνης.] Non videtur neceſſarium cum Cluverio emendare τῆς Αἴτνης. MS Voſſianus: ἀπὸ Γέλωνος τῆς Αἴτνου. Ego nihil mutandum cenſeo, cum per ellipſin voculæ υἱοῦ hæc lectio ſtare poſſit. Salmaſius eodem modo in Palatinis MSS invenit, unde reſcribendum conjicit, ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνου, τοῦ Ὑμάρου. Addens hanc lectionem mirum in modum ſibi placere, quamvis editam non rejiciat.

43 Ἀρισταίνετος δὲ ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Φασήλιδα.] Sequentia etiam à Philoſtephano in Aſiaticarum urbium deſcriptione perhibenter, cujus verba conſervavit Athenæus lib. VII Deipnoſophiſt. Φιλοστέφανος δὲ ἐν πρώτῳ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων οὕτως γράφει· Λάκιον τὸν Ἀργεῖον τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, ὅν τινες Λίνδιον εἶναι λέγουσιν ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμου τοῦ Γέλαν οἰκίσαντος, εἰς τὴν Φασηλίδα ὑπὸ Μόψου μετ᾽ ἀνδρῶν πεμφθέντα κατά τινα λόγον Μαντοῦς τῆς Μόψου μητρός &c.

44 Τὴν δὲ Πυθίαν οὐδ᾽ ἂν &c. Ad marginem ſui Stephani corrigit Salmaſius hunc in modum: Τὴν δὲ Πυθίαν οὐδὲ ἓν περὶ ἐκείνων λέγουσαν.

45 Ἀφ᾽ ἡλίου δυσμῶν.] Salmaſius ad marginem ſui libri, fortaſſis corrigendum eſſe monet: Ἐφ᾽ ἡλίου δυσμῶν. Quæ emendatio mihi non diſplicet, nam confirmari poſſet verbis Etymologicographi, ubi de conditoribus urbis ſic ſcribit: Ἀντίφημος ἢ Δεινομένης ὁ Ῥόδιος, κατὰ χρόνον εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος, ἤκουσεν ὡς δέοι αὐτὸν πρὸς δυσμὰς ἀπιόντα, πόλιν κτίζειν. ἐπὶ δὲ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ἀκοῇ, ἐγέλασε· καὶ ἀπὸ τοῦ συμβάντος, ὠνόμασε τὴν πόλιν.

46 Καὶ τὴν ἂν πόλιν οἰκήσῃ.] Hæc eſſe corrupta vidit Salmaſius ad oram ſui libri: reſcribendum judicat: Καὶ τὴν Γέλαν πόλιν ᾤκισε. Sic etiam Bochartus illud τὴν ἂν in Γέλαν optime mutavit, ſed τὸ οἰκήσῃ retinuit.

47 Τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος, οὐ Γελῷος.] Hæc verba eſſe tranſpoſita, optime monet Cluverius, illa ſic reſtituens: Τὸ ἐθνικὸν, Γελῷος, οὐ Γελαῖος. Fazellus citat numiſmata cum oppidanorum inſcriptione ΓΕΛΩΩΝ. Eodem modo dicuntur Herodoto, Thucyd. Diod. Sicul. Diog. Laert. Pauſ. & reliquis Græcis ſcriptoribus. Legitur & Antipatri de Antigone quoddam epigramma lib. I Anthol. ubi idem gentile occurrit:

Ἀντιγένης ὁ Γελῷος ἔπος ποτὶ τοὺς θυγατέρας
Εἶπεν ὅτ᾽ ἦν ἤδη νεύμενος εἰς ἀΐδην.

Eſt quoque in uſu apud Virgil. lib. III Æneid.

Apparet Camarina procul, campique Geloi.

Plinio lib. III cap. VIII dicuntur GELANI: At Ciceroni in Verrem lib. IV, GELENSES. Plura vide de hoc gentili apud Cluverium ſupra allegatum.

48 Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως &c.] Vulgata Xylandri lectio ἀπὸ τοῦ Γέλωνος γελῷος ſemper ſuſpecta fuit Salmaſio, donec tandem in MSS invenit: Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως Γελῷος, quod jam divulgamus, non duntaxat Salmaſii, verum etiam priorum editionum auctoritate permoti.

49 Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας.] Sic edi curavimus monentibus MSS Palatinis & Voſſiano codice. Male hactenus fuit in editis: Γελωνὸν, πόλις Σαρματίας. Pejus in editione Veneta & Florentina: Γελωνὸν, πόλις Ἁρματίας, quanquam verum ſit, τὸ Σ nominibus propriis nunc addi, nunc vero demi. Olim etiam Euſtathius in Stephani codicibus eam lectionem invenit, quam divulgavimus, ita enim ille in comment. ad Dionyſium: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησί· Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας, ἀπὸ Γελωνοῦ, ὃς Ἀγαθύρσου μὲν ἦν ἀδελφὸς, Ἡρακλέους δὲ υἱός. Apud Herodotum tamen lib. IV, quem locum noſter innuit, urbis nomen hodie legitur Γελωνὸς, ita enim ille: Βουδῖνοι δὲ ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστι καὶ πυῤῥόν· πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός. Magis tamen arridet τὸ Γελωνοί; nam, ut paſſim obſervare eſt, multa urbium & populorum nomina, eadem terminatione gaudent, vide in Ἁλιεῖς, Γόμφοι, Γολγοὶ, Δελφοὶ & aliis locis plurimis. De Gelonorum moribus legendi Herodotus, Mela, Plinius, Solinus, Ammian. Marcellinus & alii.

50 Ἀγαθύρσου ἀδελφοῦ.] Gelonum & Agathyrſum fratres fuiſſe, teſtatur Herodotus lib. IV. Hos, præterea & Scytham, Hercules genuit in regione Hylæa ex virgine ancipitis naturæ, quæ ſuperne femorum tenus, fœminam, inferius autem viperam repræſentabat.

[51] καὶ θαῦμα· ὁ γὰρ χαμαιλέων, καὶ πολύπους τὴν χρόαν μεταβάλλει. [52] τὸ μέγεθος βοός, [53] τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ, ὡς [54] Ἀριστοτέλης πέμπτῳ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

A rum non eſt; nam etiam chamæleon & polypus colorem mutant. Magnitudinem habet bovis, & faciei forma cervo ſimilis eſt, uti refert Ariſtoteles libro v de Admirandis auditionibus.

ΓΕΝΕΑ [55], κώμη Κορίνθου. ὁ οἰκήτωρ, Γενεάτης. ἀφ' οὗ παροιμία,

> [56] Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος, ἐγὼ δ' εἴην Γενεάτης.

τινὲς τὰς ἀπὸ ταύτης καλοῦσι Γενεάδας, ὡς Παρθένιος· τινὲς δέ, [57] Τενεὰ γράφουσι.

B GENEA, pagus Corinthi, cujus incola dicitur Geneates. Hinc proverbium:

> *Fortunatus Corinthius, at ipſe ſiem Geneates.*

C Quidam, inter quos Parthenius, fœminas inde oriundas Geneadas appellant. Nonnulli vero Tenea ſcribunt.

ΓΕΝΕΣΗ, πόλις Λακωνικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Γενεσαῖος, [58] ὡς Τεμεσαῖος. ἄμεινον δὲ διὰ τὴν χώραν, [59] Γενεσάτης.

GENESE, oppidum Laconicum. Gentile, Geneſæus, ut Temeſæus. Præſtat vero, propter ſolitam regioni formam, Geneſates.

ΓΕΝΗΤΗΣ, [60] λιμὴν, καὶ ποταμός. [61] Ἀπολλώνιος ἄκραν Γενηταίαν φησί. [62] Σοφο-

D GENETES, portus & fluvius. Apollonius promontorium Genetæum appellat: Sopho-

[51] Καὶ θαῦμα.] Salmaſius in ora ſui Stephani reſcribendum exiſtimat: καὶ οὐ θαῦμα: ſcilicet reſpectu chamæleontis & polypodis, quibus eadem coloris mutatio obtingit. Deinde, hac conjectura rejecta, legendum judicat: Οἵοις γὰρ ἂν ᾖ τόποις, τοιοῦτος γίνεται τὴν τρίχα καθάπερ καὶ ὁ χαμαιλέων &c. Ultimam lectionem valde probo; ſic enim Euſtathius ſua ætate hunc Stephani locum legebat, cujus verba mox ex commentariis ad Dionyſium in medium producam.

[52] Τὸ μέγεθος βοός.] Quanquam ſtare poſſint hæc verba, Euſtathius tamen, inſerta quadam vocula, legiſſe apud noſtrum videtur: Τὸ μέγεθος ὅσον βοός.

[53] Τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ.] Aliquid excidiſſe huic loco, unde regatur ille dandi caſus, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere. Locus ita videtur ſupplendus: Ἐοικὸς τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ. Sic olim Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in comment. ad Dionyſ. Perieg. hunc locum reperiſſe teſtatur, apud τὸν τὰ Ἐθνικὰ γραψάμενον, hæc ſunt ejus verba: Παρὰ τούτοις ζῶον λέγεται θαυμάσιον γίνεσθαι, τὸ μέγεθος ὅσον βοός, ἐοικὸς τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐλάφῳ, καλούμενον Τάρανδος· δυσθήρατον, διὰ τὴν μεταβολήν· μεταβάλλει γὰρ τὰς χρόας τῶν τριχῶν, καθ' ὃν ἂν τόπον εἴη, καὶ ἀλλοιοῦται καθάπερ καὶ ὁ χαμαιλέων, καὶ ὁ πολύπους. Hoc animal habere faciem cervo ſimilem, præter alios teſtatur Theophraſtus in Fragmento de iis qui colorem mutant. Ὁ δὲ τάρανδος τὸ μὲν μέγεθός ἐστι κατὰ βοῦν, τὸ πρόσωπον δὲ ὅμοιος ἐλάφῳ πλὴν πλατύτερος, ὡσανεὶ ἐκ δύο συγκείμενος ἐλαφείων προσώπων. Solinus cap. xxx: *Mittit & Tarandum, boum magnitudine, biſulco veſtigio, ramoſis cornibus, capite cervino* &c. His adde locum Euſtathii Antiocheni in Hexaëm. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Σκύθαις τοῖς καλουμένοις Λώοις, ζῶον καλούμενον τάρανδος, μέγεθος ἔχον βοός, τὴν δὲ ὄψιν τῷ τοῦ ἐλάφου παραπλήσιον. Ad quem locum vide Allatium, de Tarando, Chamæleonte & Polypode non contemnenda adducentem.

[54] Ἀριστοτέλης πέμπτῳ.] Libri numerus in Xylandriana deerat, quem ex prioribus editionibus revocavimus: eum quoque a MSS codicibus abeſſe animadverto.

[55] Γενεά, κώμη Κορίνθου.] Ambigua admodum eſt hujus nominis ſcriptura; hic enim in principio cum Γ, & deinceps ſuo loco inter oppida refertur à T incipientia, qua de re etiam noſter hac ſectione mentionem facit. In pluribus enim vocibus, teſte Cl. Voſſio ad Melam, literæ iſtæ permutantur: ſic μετάλλιον & μεγάλλιον, ἰσέον & ἰσγέον, Τόργος Γόργος, Τελέοντες Γελέοντες: & apud Stephanum noſtrum Τάβιοι & Γάβιοι, atque jam Τενεὰ & Γενεά. Verum præter hanc ſcriptionis differentiam & alia eſt, non ita paſſim obvia & antiquis ſcriptoribus commemorata; nam pro Τενεὰ, aliquando Τεγεὰ exaratum reperitur, quod non improbat Vir idem incomparabilis, cui Τεγεὰ & Τενεὰ idem ſunt, addens hoc non obſcure liquere ex Heſychio, τὸ Τεγεὰ & Τενεὰ τὴν κόρυζαν denotare profitente. Verum aliud addam argumenti pondus ex Euſtathio, qui manifeſtiſſime hanc ſcribendi rationem ad Iliad. B confundit, ita enim ille: Λέγει δὲ καὶ ὅτι ἡ Τεγεά, μετρίως σημαίνει· εὐδαίμων δὲ ὁ Τεγεατικὸς τόπος· διὸ καὶ παροιμία ἐντεῦθεν· Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος· ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης· τῷ μέν τοι γεωγράφῳ ἀρέσκει, Τενεάτης ἐνταῦθα γράφεσθαι· ἀπὸ Τενέας κώμης φησὶ Κορινθίας, ἐν ᾗ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν· Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι Τεγεάταις ὅμοροι Κυπαρισσεῖς. Hic igitur promiſcue ſcribitur Τενεὰ & Τεγεά, Τεγεάτης & Τενεάτης. Verum perhibet Strabo, ita hanc vocem a quibuſdam per inſcitiam mutari, quem vide lib. VIII. De ſitu & conditoribus dicendum ad vocem Τενεά.

[56] Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος.] Male exhibet Xylandriana Εὐδαίμων ὁ Κωρίνθος. Sed duo ultima in voce latent errores; prima ſyllaba ſecundum omnium poëtarum & aliorum auctoritatem eſt corripienda: deinde Κορίνθιος, non vero Κόρινθος ſcribendum eſt; licet Strabonis codices, ubi de hoc adagio mentio fit, eandem ſcripturam repræſentent. Nos inducti auctoritate Suidæ, Euſtathii, cujus verba jam allegavimus, omnium calamo exaratorum codicum, nec non Venetæ Florentinæque editionis τὸ Κορίνθιος in contextum recepimus. Hæc lectio etiam magno Salmaſio tantopere placebat, ut in margine ſui Stephani promiſerit, ſe eam in ſuo *Proverbiorum commentario* pluribus adſtructurum. Miror itaque Eraſmum depravatam lectionem ſequutum eſſe, & hunc in modum Latine vertiſſe: *Fortuna Corinthus, ac ipſe ſiem Teneates.* Quæ verſio mihi omnis venuſtatis & elegantiæ videtur expers. Apud Suidam ultima proverbii vox mendoſa eſt, nam pro Τενεάτης, ibi ſcribitur Τεναγάτης & pagi nomen identidem librarii male Τέναια fecere, cum ſine dubio Τενεὰ ſit ſcribendum.

[57] Τενεά.] Peſſime in Xylandri editione legitur Γενεά. Tangit hic obiter ſcribendi modum, de quo noſter in ſequentibus ſuo loco.

[58] Ὡς Τεμεσαῖος.] Hoc gentile abeſt ab omnibus libris editis. Solus Voſſianus hic erat auctior, quem ſequi libuit.

[59] Γενεσάτης.] Xylandriana aliis editionibus hic præſtat. Male in Aldina Florentinaque legitur, Γενεστάτης. Verum ibi typographicum, & in Voſſiano codice librariorum σφάλμα eſſe videtur.

[60] Λιμὴν καὶ ποταμός.] Vel librariorum, vel Epitomatoris incuria regionis nomen periit. Juxta Strabonem libro XII Cappadociæ promontorium eſt inter Jaſonium & Cotyorum. Geographus, qui Scylacis nomine proſtat, *Geneta* portum clauſum apud Chalybes poſt Tibarenos agnoſcit: Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβες εἰσὶν ἔθνος, καὶ Γενήτης λιμὴν κλειστὸς, Ἀμένεια πόλις Ἑλληνὶς &c. In eadem de ſitu ſententia verſatur Apollonius Rhod. lib. II.

[61] Ἀπολλώνιος.] Noſter locum Apollonii lib. II reſpicit.

[62] Σοφοκλῆς, [63] ποταμὸν Γενήτε φησίν. ἔστι A οὖν ἐκ τοῦ Γένητος γενικῆς, Γενηταῖος, καὶ Γενηταία ἄκρα· καὶ τὸ Γενήτης, ἐκ τοῦ Γένητος, [64] ὡς τοῦ Οἰδίποδος Οἰδιπόδης, καὶ τρίποδος τριπόδης. Ἡρωδιανὸς δὲ, ὡς τὸ Σεληναία, ἀμαξαία φησί. B

Sophocles fluvium Geneta nominat. Formatur igitur a genitivo Γένητος, Genetæus, & Genetæum promontorium. Et illud Genetes fit a voce Γένητος, uti ab Oedipodis Oedipodes, & tripodis tripodes. Herodianus vero dixit, ut Selenæum, Hamaxæum (promontorium.)

ΓΕΝΟΑ [65], πόλις τῶν Λιγυρῶν, [66] Σταλία καλουμένη νῦν, ὡς Ἀρτεμίδωρος. [67] τὸ ἐθνικὸν, Γενοάτης.

GENOA, urbs Ligurum, nunc Stalia nuncupata, uti Artemidorus auctor eſt. Gentile, Genoates.

ΓΕΝΟΑΓΟΙ, ἔθνος Μολοσσίας, ἀπὸ Γενόου ἄρχοντος αὐτῶν· Ῥιανὸς τετάρτῃ C Θεσσαλικῶν.

GENOÆI, gens Moloſſiæ, quæ a Genoo illorum duce nomen ſortita eſt, teſte Rhiano libro IV Theſſalicorum.

ΓΕΝΤΑ, πόλις Ἰνδικὴ, τῆς ἐκτὸς Γάγγου. τὸ ἐθνικὸν, Γενταῖος.

GENTA, urbs Indica extra Gangem. Gentile, Gentæus.

ΓΕΝΤΙΝΟΣ, πόλις Τρῳάδος, κτίσμα τινὸς τῶν Αἰνείου παίδων. οἱ οἰκοῦντες, D Γεντίνιοι.

GENTINUS, urbs Troadis, a quodam filiorum Æneæ condita. Incolæ, Gentinii.

ΓΕΡΑΙΣΤΟΣ [68], κώμη Εὐβοίας, ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος, [69] ἀπὸ Γεραίστου τοῦ υἱοῦ τοῦ Διός. καὶ οἱ ἄνθρωποι Γεραίστιοι· καὶ Γεραιστία τὸ θηλυκὸν, καὶ Γεραιστίς· καὶ Γεραίστιον E οὐδέτερον.

GERÆSTUS, vicus Eubœæ, in quo templum Neptuni, quod a Geræſto Jovis filio nomen habet. Incolæ appellantur Geræſtii. Et Gereſtia & Geræſtis fœminini, at Geræſtium neutrius generis eſt.

ΓΕΡΑΝΕΙΑ, πόλις Φρυγίας. [70] ἔστι καὶ ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, [71] ἀφ'

GERANEA, urbs Phrygiæ, & item mons inter Megara & Corinthum, de quo Ino Atha-

Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί.
Ζηνὸς Εὐξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην.

[62] Σοφοκλῆς.] Cave heic Tragediarum ſcriptorum intelligas. Notiſſimum eſt, hodie in Apollonium Rhodium Græca exſtare ſcholia, quæ ex Lucillo Tarrhæo, *Sophocle* & Theone collecta atque concinnata exiſtimantur. Unum igitur ex iſtis triumviris intellige; cujus noſter etiam in Κάναστρον atque aliis locis meminit. Hæc ſunt Scholiaſtæ ad locum jam allegatum verba: Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην· Γενηταία ἄκρα κυρίως οὕτω λεγομένη ἀπὸ Γένητος ποταμοῦ, ἔνθα Διὸς ξενίου ἱερόν ἐστι.

[63] Ποταμὸν Γενήτε φησίν.] Ita hunc locum contra auctoritatem codicum MSS & editorum emendare placuit; in illis enim peſſime legitur: Σοφοκλῆς, ποταμὸς Γενήτος φησίν. Video quoque Salmaſium ea de re aliquid dixiſſe ad oram ſui Stephani; ſed adeo detriti ſunt characteres, ut commode legi nequeant.

[64] Ὡς τῆς Οἰδίποδος Οἰδιπόδης.] Hujuſmodi mutationes & ſyllabarum tranſpoſitiones apud Grammaticos paſſim occurrunt. Euſtath. ad Odyſſ. Λ. pag. 1684: Τὸν δὲ Οἰδιπόδην σχηματίζων Ἡρωδιανὸς ἔνθα λέγει περὶ τοῦ φαινόλης φαινόλου, μαινόλης μαινόλου, παραδίδωσιν ὡς ἡ γενικὴ τοῦ Οἰδιπόδης, μεταθέσει τῆς ος εἰς ης, ποιεῖ τὸ Οἰδιπόδης Οἰδιπόδου, ὅπερ ὅμοιον τῷ, τρίποδος τριπόδης, καὶ ἑπτάποδος ἑπταπόδης παρ' Ἡσιόδῳ. His non diſſimilia occurrunt apud Etymologici Mag. Auctorem in voce Ἄρης.

[65] Γενόα.] Ab aliis hoc oppidi nomen cum diphthongo in medio exaratur Γένουα. Videantur Strabo, Ptolemæus, Euſtath. ad Dionyſ. & alii plurimi. Hinc Latinorum GENUA.

[66] Σταλία καλουμένη νῦν.] Hanc civitatem ætate Artemidori aut Stephani *Staliam* nuncupatam fuiſſe, nemo unquam ſomniavit. Bene arbitratur Cluverius, præterquam quod hæc peſſime cohæreant, heic vel ingens librariorum mendum vel Epitomatoris nugamentum latere, ut ſæpe alias, credens in hanc mentem fuiſſe ſcriptum a Stephano: Γενόα, πόλις Λιγυρῶν ἐν Ἰταλίᾳ, ὡς Ἀρτεμίδωρος, καλουμένη νῦν Ἰάνουα. Hanc correctionem amplectendam judico, donec alius certiora doceat, quod profecto vix eſt ſperandum, niſi ab orco redeat ipſe Stephanus: nam conſtanter quoque libri MSS exhibent, quod in vulgatis circumfertur. Quare hæc urbs ſequioris ævi ſcriptoribus *Ianua* appelletur, lege apud eundem Cluverium Ital. Antiq. lib. I.

[67] Τὸ ἐθνικὸν, Γενοάτης.] Apud Nicetam Chaoniaten gentile nomen ΓΕΝΟΥΙΤΗΣ reperitur, ubi narrat *Genuenſes* ex inſidiis atque negotiandi prætextu Cretam occupaſſe, verba ejus ſunt in Imperio Balduini: Περιττοί τινες Γενουῖται περιψήματα ἀνδρῶν καὶ ἀμβλώματα &c. Vocantur etiam GENUATES in antiqua tabula ænea, quæ in ipſa cuſtoditur urbe, teſte Ortelio.

[68] Γεραιστὸς, κώμη Εὐβοίας] Ita hunc locum ſupplevimus ex chartaceo Voſſiano, ultima enim vox in editis non conſpicitur. Geographi Eubœæ longitudinem dimetientes eam a *Cenæo* promontorio ad *Geræſtum* uſque extendunt, quod eſt inſulæ totius extremum, Ægæum mare & Cycladas verſus prominens. Habuit portum multarum navium capacem, quemadmodum ex Homero intelligimus, ita enim ille Odyſſ. Γ. de navibus Neſtoris:

- - - - ἐς δὲ Γεραιστὸν
Ἐννύχιαι κατάγοντο. - - - -

Hujus portus etiam meminit Etymologici Mag. Auctor: Γέραστος Γεραστοῦ διαφέρει· γέραστος μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ γέρας, ὁ ἔντιμος· Γεραστὸς δὲ ἀκρωτήριον, ἅμα καὶ ἐπίνειον. Hinc evidenter liquet hujus promontorii ſive vici nomen in medio etiam ſine diphthongo ſcribi aliquando. Euripides Oreſt:

Πέλοψ ὁπότε πελάγεσι διεδίφρευσε,
Μυρτίλου φόνον δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
Λευκοκύμασι πρὸς Γεραστίαις
Ποντίων σπίλων
Ἠϊόσιν ἁρματεύσας.

Mendum leve occupant hæc verba; legendum enim Γεραιστίοις, vel Γεραστίας, ut ſenſus ſit integer. Porro perhibet Strabo circa lib. X initium, Geræſtum peropportune ſitum eſſe trajicientibus ex Aſia in Atticam, quia Sunio propinqua eſt.

[69] Ἀπὸ Γεραίστου.] Hujus vici ſive promontorii etymon alii non deducere ſolent a *Geræſto* Jovis F. ſed παρὰ τὸ γεραίρεσθαι a *venerando*. Etymologici Auctor: Γεραιστὸς, ἀκρωτήριον Εὐβοίας, ἱερὸν Ποσειδῶνος, παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ γεραίρεσθαι τὸν Ποσειδῶνα· παρὰ τὸ γερῶ γεραίζω, γεραστός.

[70] Ἔστι καὶ ὄρος.] Montis ſitum ſatis accurate deſcribit Stepha-

[71] ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνὼ φεύγουσα τὸν Ἀθάμαντα. A τὸ πρωτότυπον, Γεράνη· ἐξ ἧς Γεράνεια. τὸ ἐθνικὸν Γερανεύς, [72] ἢ Γερανειάτης τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

ΓΕΡΑ'ΝΘΡΑΙ[73], πόλις Λακωνικῆς· Παυσανίας τρίτῳ. ὁ πολίτης Γερανθρώτης, B ὡς αὐτὸς Παυσανίας.

ΓΕ'ΡΑΣΑ[74], πόλις τῆς κοίλης Συρίας, τῆς [75] τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως. ἐξ αὐτῆς Ἀρίστων ῥήτωρ ἀστεῖος, ὡς Φίλων, καὶ Κήρυκος σοφιστής, καὶ Πλάτων νομικὸς ῥήτωρ, πᾶσαν παιδείαν [76] ὡς μίαν ἀποστοματίζων, καὶ ἐν συνηγορίαις C

Achamanta fugiens ſe præcipitem dedit. Primitivum eſt Gerane, unde fit Geranea. Gentile, Geranenſis, ſive Geraniates juxta regionis formam.

GERANTHRÆ, oppidum Laconicum, auctore Pauſania libro III. Oppidanus, Geranthrotes, ut idem perhibet Pauſanias.

GERASA, urbs cavæ Syriæ regionis Decapolitanæ. Ex hac originem habuere Ariſto rhetor urbanus, teſte Philone, & Cerycus ſophiſta, & Plato cauſidicus, omnem diſciplinam ut unam eandemque memoriter exponens, & in cauſa-

Stephanus, cui addam locum ex Scylace, juxta emendationem Cl. Palmerii: Μετὰ δὲ Βοιωτοὺς Μεγαρεῖς εἰσιν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Αἰγόσθενα, Πηγαὶ τεῖχος, Γεράνεια ἄκρα. Hoc nomen huic monti indidit Megareus, qui, ſequuta gruum prætervolantium voce, illuc natando ſalvus evaſit, ſub Deucalione diluvio immiſſo. Locus in hanc rem egregius eſt apud Etymologici Mag. Auctorem: Γεράνεια, ὄρος Μεγάρων· Εὐφορίων, καὶ ὀχθηρῆς Γερανείης· εἴρηται δὲ ὅτι Μεγαρεὺς ὁ Διὸς καὶ μιᾶς τῶν καλουμένων Θιδῶν νυμφῶν, τοῦ κατακλυσμοῦ γινομένου, πρὸς φωνὴν γεράνων νηχόμενος, προσέφυγε τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους· ἀπὸ δὲ τῶν γεράνων, Γεράνειαν ἐκάλεσαν τὸν τόπον. Vox Θιδῶν in mendo cubat: Sylburgio ſuſpecta eſt, qui quid reponendum ſit ambigit: nos docuit Pauſanias, eandem hanc de Megareo hiſtoriam narrans, heic reſcribendum eſſe Σινθίδων, ita enim ille in Atticis: Τὰς δὲ Σινθίδας νύμφας λέγουσι Μεγαρεῖς εἶναι μὲν σφίσιν ἐπιχωρίας, μιᾷ δὲ αὐτῶν θυγατρὶ συγγενέσθαι Δία, Μεγαρέα τε παῖδα ὄντα Διὸς καὶ ταύτης δὲ τῆς νύμφης, ἐκφυγεῖν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνός ποτε ἐπομβρίαν, ἐκφυγεῖν δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῆς Γερανίας, οὐκ ἔχοντός πω τοῦ ὄρους τὸ ὄνομα τοῦτο· ἀλλὰ νήξασθαι γὰρ πετομένων γεράνων πρὸς τὴν βοὴν τῶν ὀρνίθων αὐτὸν, διὰ τοῦτο Γερανίαν τὸ ὄρος ὀνομασθῆναι.

[71] Ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνώ.] Alii perhibent Inonem ſe ex Scironiis ſaxis cum Palæmone præcipitem dediſſe. Solinus cap. VII: *Quæ nunc Attice, Acte prius dicta. Ibi Athenæ, cui urbi ſaxa Scironia propinqua ſunt, porrecta ſex millibus paſſuum, ob honorem ultoris Theſei & memoriam nobilis pœnæ ſic nominata. Ex iſtis rupibus Ino ſe cum Palæmone filio in profunda præcipitem jaculata auxit maris numina.* Alii tradunt Inonem ſe a Moluride petra præcipitaſſe. Tzetzes ad Lycophronem: Φεύγουσα δὲ διὰ τῆς Γερανείας ὄρους Μεγαρικοῦ, ἀπὸ τῆς Μολουρίδος πέτρας ἔρριψεν ἑαυτὴν μετὰ τοῦ παιδὸς Μελικέρτου, τοῦ καὶ Παλαίμονος, εἰς τὴν θάλασσαν. Plurimi inter fabulatores de loco, unde ſe præcipitem dederit, verba non faciunt; ex his igitur locis commodiſſime illuſtrari poſſent.

[72] Ἢ Γερανειάτης.] Conſtans hæc eſt vulgatorum librorum lectio. Cod. Voſſianus: ἢ Γερανειώτης. Quid ſit præferendum, alii videant.

[73] Γεράνθραι, πολ. Λακ.] Ita legendum ſuadet chartaceus Voſſianus: in omnibus editis male Γεράνθαι excuſum reperitur: ſic olim quoque Sylburgius conjecit in Stephano reſcribendum, emendans loca Pauſaniæ, in quibus hodie male Γεράνθραι circumfertur. Sed eundem apud Pauſan. in Laconicis locus eſt inſignis, ubi urbis nomen & gentile librariorum negligentia non eſt vitiatum: Ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γεράνθρας ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. Τούτων Φαρεῖται καὶ Γερανθρᾶται τὴν ἔφοδον τῶν Δωριέων καταπλαγέντες, ἀπελθεῖν ἐκ Πελοποννήσου συγχωροῦνται ὑπόσπονδοι. Hinc igitur manifeſtiſſime liquet gentile hujus urbis apud noſtrum mutandum eſſe, ſcribendumque Γερανθράτης, non vero Γερανθρώτης, quod libri editi repræſentant.

[74] Γέρασα.] Hæc urbs nomen invenit ex eo, quod ſenes qui ſub Alexandro ſtipendia meruerant, nec bellum diutius ſequi poterant, ibi domicilium fixerint. Docet hoc Jamblichus commentario in Nicomachi Arithmeticam, quam MS habet Cl. Marc. Meibomius: Γερασηνὸς λέγεται ἀπὸ τῆς πόλεως, ᾗ ὄνομα Γέρασα· ἔστι δὲ περὶ Βόσραν καὶ Ἀραβίαν· Γέρασα δὲ λέγεται, ἀπὸ τοῦ τοὺς συστρατεύσαντας τῷ Ἀλεξάνδρῳ γέροντας, καὶ μὴ δυνηθέντας πολεμεῖν, ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ποιήσασθαι. Sic Alexander milites ſuos curando fovendoque, fortaſſis non duntaxat ſenio detritos, ſed etiam magnis itineribus laboreque fractos, atque vulneribus ægros, nobile imperatoris nomen acquiſivit, magnamque in adminiſtrandis rebus ad militiam ſpectantibus, laudem invenit; ſedulo enim cavebat, ne ætate provectiores, pedibus, brachiis aliiſve membris truncati oſtiatim ſtipem peterent, ſicuti hodie innumera confauciatorum exempla civium miſericordiam movent atque merentur. Urbe igitur ædificata, omnes bello minus idoneos, eumque ultra Gangem & Indum ſequi non valentes, in ea cohabitare fecit, ut reliquos ſuæ ætatis annos honeſto ibi otio finirent. Sunt vero grammatici atque hiſtorici, qui, ſalva hujus nominis origine, aliam hanc urbem condendi occaſionem comminiſcuntur: ſcilicet Alexandrum, oppido quodam expugnato, atque in eo adoleſcentibus interfectis, ſenes liberos ſiviſſe, qui ad condendam urbem deinceps convenerunt. Locus in hanc rem reperitur apud Etymologici Mag. Auctorem, quem hauſit ex ſcriptore vetuſto, cujus nomen reticet: Γερασηνὸς, ἀπὸ τόπου· Ἀλέξανδρος πόλιν παραλαβὼν, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πάντας κτείνας, ἀπέλυσε τοὺς γέροντας· οἱ δὲ συνελθόντες, κτίζουσι πόλιν. καὶ λαβόντες γυναῖκας, ἐπαιδοποίησαν.

[75] Τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως.] Mirum profecto videri poteſt, quare Stephanus hanc Syriæ partem ſic appellaverit, cum non quatuordecim, ſed decem duntaxat hoc in tractu urbes a geographis recenſeantur, unde *Decapolitana* regio nomen ſortita eſt. Plinius lib. V cap. XVIII: *Jungitur ei latere Syriæ Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant. Plurimi tamen Damaſcum Eupoton riguis ex amne Chryſorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphaneam, omnia in Arabiam recedentia. Schythopolim, antea Nyſam, a libero patre, ſepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddara Hieromiace præfluento & jam dictum Hippon,* Dion, *Pellam aquis divitem, Geraſa, Canatha.* Ita hunc locum Plinii reſtituit Salmaſius, quare in Stephano fortaſſis reſcribendum monet: Γέρασα, πόλις τῆς κοίλης Συρίας, τῆς χώρας δεκαπόλεως. Verum hoc Decapolitanæ regionis oppidum, non eſt confundendum cum altero ejuſdem nominis, quod in Arabia deſerta circa Boſtram collocant, de quo loquitur Jamblichus loco iam citato: ſed in eo peſſime fallitur, cenſens hinc Nicomachum originem traxiſſe: is enim Philoſophus, omnibus unanimiter aſſeverantibus, Geraſa Cavæ Syriæ, non vero Arabiæ Petrææ, patriam habuit. Præterea manifeſtum illis verbis ineſt mendum: quam enim ſententiam hæc conficiunt, ἔστι δὲ περὶ Βόσραν καὶ Ἀραβίαν? Cum & Boſtra & Geraſa Arabiæ deſertæ urbes ſint. Legendum videtur: ἔστι δὲ περὶ Βόσραν καὶ Γυψαρίαν. Ptolemæus lib. V in Arab. Pet. deſcriptione: Πόλεις δὲ εἰσιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μεσόγειοι καὶ κῶμαι αἵδε, Ἔβοδα, Μαλιάθα, Καλγουΐα, Λύσα, Γόβα, Γυψαρία, Γέρασα &c.

[76] Ὡς μίαν.] Sine dubio ἐγκυκλοπαιδείαν intelligit, qua præſtantiores & veteres Sophiſtæ erant imbuti. Cicero III de Orat: *Veteres illi uſque ad Iſocratem omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam,*

quæ ad

γορείαις,[77] καὶ παρεδρευταῖς,[78] καὶ θρόνοις τῆς ὀρ- A θότητα τῶν νόμων ἐπιτηδείων. τὸ ἐθνικὸν Γερασηνὸς, ὡς Μήδαβα Μηδαβηνός.

ΓΕ´ΡΓΙΣ, πόλις Τροίας· καὶ κλίνεται Γέργιθος. λέγεται καὶ ἡ Γέργιθος εὐθεῖα ἀπὸ γενικῆς, ὡς Τροίζηνος. ὁ πολίτης, Γεργίθιος. B τὸ θηλυκὸν, Γεργιθία. [79] ἀφ' οὗ Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα, ἥτις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ σφίγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος, C Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον. ἔστι καὶ ἄλλο Γεργίτης, καὶ θηλυκῶς Γεργῖτις. ἔστι καὶ Γεργιθεύς.

ΓΕ´ΡΗΝ, πόλις ἢ κώμη Λέσβου, ἀπὸ Γέρηνος τοῦ Ποσειδῶνος. καὶ θηλυκῶς, Γερηνίς. D

ΓΕΡΗΝΙ´Α, πόλις τῆς Μεσσηνίας, ἔνθα Νέστωρ ὁ Πύλιος ἐτράφη, ἢ φυγὰς ἤχθη. [80] Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων,

[81] Κτεῖνε δὲ Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλοὺς E
Ἕνδεκα· δωδέκατος δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,
Ξεῖνος ἐὼν, ἐτύχησε παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνοῖς.

ἀπὸ

causarum patrociniis, in aſſeſſionibus, & tribunalibus excellentiæ legum ſtudens. Gentile, Geraſenus, ut Medaba Medabenus.

GERGIS, oppidum Troiæ. In caſu obliquo habet Γέργιθος. Deducitur etiam *Gergithus* caſus rectus ab illo genitivo, quemadmodum Trœzenus. Oppidanus, Gergithius, genere fœminino Gergithia. Hinc Gergithia Sibylla, fœmina fatidica, quæ una cum ſphinge in Gergithiorum numiſmate excuſa eſt, ut Phlegon in prima Olympiade perhibet. Ferunt in Gergithii Apollinis templo Sibyllæ ſepulchrum eſſe. Eſt quoque aliud nomen Gergites, & genere fœminino Gergitis. Reperitur etiam Gergithenſis.

GEREN, urbs ſive vicus Lesbi, a Gerene Neptuni F. nomen habens. Et fœmininum, Gerenis.

GERENIA, urbs Meſſeniæ, ubi educatus eſt Neſtor Pylius, aut fugam capeſſivit. Heſiodus in Catalogo primo:

Interfecit vero Nelei in adverſis patientis filios generoſos
Undecim. Duodecimus vero Gerenius eques Neſtor
Hoſpes evaſit apud Gerenos equorum domitores.

A caſu

quæ ad virtutem, quæ ad Rempublicam pertinent, cognitionem & ſcientiam cum dicendi ratione jungebant.

77 Καὶ παρεδρευταῖς.] Fortaſſis emendandum παρεδρείαις. Quod ſi ita fiat, ſenſus erit multo dilucidior.

78 Καὶ θρόνοις.] Opinatur Creſolius lib. IV de Sophiſtis, hic per θρόνον intelligi *civilium orationum ſuggeſtum*, ſive πολιτικὸν θρόνον, cui Athenis Sophiſtæ præfuiſſe dicuntur. Sciendum eſt, in illa urbe, ut idem bene diſtinguit, duos fuiſſe θρόνους ad docendam eloquentiam inſtitutos, πολιτικὸν & σοφιστικὸν, & cuique certam propriamque fuiſſe mercedem. Philoſtratus loquens de Apollonio Sophiſta, Athenis, inquit, docuit τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστὼς ἐπὶ ταλάντῳ. Olympiodorus apud Photium perhibet, ſua cura atque ſtudio Leontium ad Sophiſticam ſedem evectum fuiſſe, quanquam ille repugnaret: εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι, οὔπω ἐθέλοντα. Etiam aliis in urbibus fuere hujuſmodi *throni*: de Romano mentionem facit Philoſtratus in Euodiano: Τὰ δὲ τῆς φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον. Eoſdem Greg. Nazianzenus Orat. XX Cæſareæ inſtitutos meminit.

79 Ἀφ' οὗ Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα.] Vitium in vulgatis & MSS irrepſit. Corrigendum, ἀφ' ἧς Γεργιθίας. Hæc urbs, unde Sibylla Gergithia nomen acceperit, ſita fuit in agro Lampſaceno, teſte Strabone lib. XIII: Ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργίθιον. ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργιθα, ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργίθων· ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη αἱ Γέργιθες. Verum cum non duntaxat Gergis in ditione Lampſacena, ſed & Mermeſſus ibi ſita fuerit, non incommode ex eo poſſet conjici, Erythræam Sibyllam & Gergithiam eandem eſſe, quibus Stephanus & alii diverſam patriam adſcribunt. Etiam Mermeſſum in agro Lampſaceno, vel ſaltem non longe inde remotam a geographis conſtitui, liquet ex Polemone apud Stephanum, illud oppidum cum Myrmiſſo confundente, ita enim ille: Μυρμισσὸς, πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Πολέμων. Si ergo Gergithia & Erythræa eædem ſint habendæ, tum etiam Helleſpontica his erit annumeranda; etenim illa quoque *Marmeſſi* nata exiſtimatur. Lactant. de Fal. Rel. lib. I: *Octavam Helleſponticam in agro Trojano natam, vico Marpeſſo, circa oppidum Gergithium, quam deſcribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuiſſe temporibus.* Malim hic *Marmeſſo* legere, quanquam Lactantii codd. aliter ſuadeant. Sed ut fatear quod res eſt: ingens inter veteres certamen fuit, quænam ei patria attribuenda, liquet hoc ex Suida, cujus verba, huc tranſcribam; ita enim ille in Σίβυλλα. Ἐρυθραία, παρὰ τὸ τεχθῆναι ἐν χωρίῳ τῶν Ἐρυθρῶν, ὃ προσηγορεύετο Βάτοι. Νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύεται Ἐρυθραί· τινὲς δὲ αὐτὴν Σικελὴν, ἄλλοι Σαρδιανὴν, ἄλλοι δὲ Ῥοδίαν, ἄλλοι δὲ Λίβυσσαν, ἄλλοι Λευκανὴν, ἄλλοι Σαμίαν ἔδοξαν. Hinc igitur evidenter apparet, veteres de hujus Sibyllæ natali ſolo, haud aliter ac olim de Homeri patria, inter ſe diſputaſſe: verum fortaſſis *Gergithia* vocatur, non propterea quod ibi nata, ſed quod in æde Apollinis *Gergithii* tumulo condita commemoretur, uti hac ſectione videre eſt.

80 Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων.] Codices MSS illud ἐν πρώτῳ inſerunt, quod in omnibus editis non conſpicitur. Quod ſi Meurſius ita hunc locum emendatum conſpexiſſet, medicas ei manus in Lectionibus Atticis non attuliſſet legendo, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ γ´. Optime tamen obſervat, ab Heſiodo illud opus, quod εἰς γυναῖκας ſcripſit, in tres καταλόγους diſtributum fuiſſe, atque primum citari a Scholiaſta in Apol. ad lib. III: Ὅτι Προμηθέως καὶ Πανδώρας υἱὸς Δευκαλίων, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων φησί. Verum hoc longiſſime a veritate remotum judico, apud Stephanum in Ἄβαντις (ubi in præcedentibus editionibus locus mutilatus circumfertur, ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι * δευτέρῳ) ſecundum allegari, ibique reſcribendum ſupplendumque eſſe, ὡς Ἡσίοδος ἐν γυναικῶν δευτέρῳ. Tu lector inſpice locum, & quid ad eum obſervatum ſit. Certus ſum, te aliter judicaturum. Tertius Catalogi liber reperitur apud eundem Scholiaſt. ad lib. III. Euſtathius ſua ætate hoc Stephani ex Heſiodo loco uſus eſt, tecto licet nomine, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 231. Λέγεται δὲ ἡ πόλις αὕτη, καὶ ἑνικῶς Γέρηνον· ὡς Ἡσίοδος. Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ· καὶ πληθυντικῶς ὡς ὁ αὐτός. Κτεῖνε δὲ Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλοὺς, Ἕνδεκα, &c.

81 Κτεῖνε δὲ Νηλῆος.] Ita hunc verſiculum placuit emen-

ἀπὸ εὐθείας τῆς Γέρηνος. Καὶ αὖθις, A

Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ.

ἐξ ἧς εὐθείας τῆς ἡ Γέρηνος, τὸ Γερηνοῦς, [82] ὡς Ἄλιος Ἁλιοῦς· καὶ ἐξ αὐτῆς Γερηνία, καὶ Γερήνιος. B

ΓΕΡΜΑΝΙΚΕΙΑ[83], πόλις Εὐφρατησίας. Κουάδρατος ἐν τρίτῃ Παρθικῶν, χωρίον αὐτὴν φησιν. ὁ πολίτης, Γερμανικεύς.

ΓΕΡΜΑΡΑ, Κελτικῆς ἔθνος, ὃ τὴν C ἡμέραν οὐ βλέπει, ὡς [84] Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων· τοὺς δὲ Λωτοφάγους καθεύδειν ἑξάμηνον.

ΓΕΡΜΗ, πόλις Ἑλλησποντία, [85] πλησίον Κυζίκου, ἣν Ἡρωδιανὸς Ἀσίας φησίν. D ὁ πολίτης, Γερμηνὸς, καὶ Γερμηνή.

ΓΕΡΟΥΝΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας· Κουάδρατος δὲ [86] Γερηνίαν ταύτην καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν, Γερουνινός.

ΓΕΡΡΑ, πόλις Χαλδαίων. ὁ πολίτης, E Γερραῖος· καὶ θηλυκὸν Γερραία, καὶ Γερραΐς, ὡς Θηβαΐς.

ΓΕΡΡΟΣ[87], τόπος, καὶ ποταμὸς προσεχὴς τῷ Βορυσθένει. ὁ πολίτης, Γέρριος.

ΓΕΤΙΑ, ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ F ἐθνικὸν, οὐ τὸ κύριον. ἔστι δὲ Θρακικὸν ἔθνος. [88] ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης· οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ γυνὴ τοῦ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. καὶ κτητικῶς λέγεται Γετικὸς, ἀφ' οὗ Κρίτωνος Γετικά. καὶ θηλυκὸν, Γετική. [89] νόμοι δὲ Γετῶν τὸ G ἐπισφάζειν τὴν γυναῖκα [90] τῷ ἀνδρὶ, καὶ ὅταν ἐπικη-

A A caſu recto Gerenus. Et rurſum:

Neſtor ſolus effugit in florido Gereno.

Ex quo caſu recto Gerenus, rurſum formatur Gerenenſis, uti ab Alus Alenſis. Et hinc Ge- B renia & Gerenius.

GERMANICEA, oppidum Euphranteſiæ. Quadratus libro tertio Parthicorum caſtellum nominat. Oppidanus, Germanicenſis.

C GERMARA, Celticæ gens, quæ diem non videt, ut Ariſtoteles libro quinto de Admirandis auſcultationibus perhibet. Lotophagos vero dormire per ſex menſes.

GERME, oppidum Helleſpontiæ prope D Cyzicum, quod Herodianus Aſiæ attribuit. Oppidanus Germenus & Germene.

GERUNIUM, urbs Italiæ. Quadratus illam vocat Geruniam. Gentile, Geruninus.

E GERRHA, oppidum Chaldæorum, cujus oppidanus, Gerrhæus. Fœmininum eſt Gerrhæa, & Gerrhaïs, ut Thebaïs.

GERRHUS, locus & fluvius Boryſtheni adjacens. Cives dicitur Gerrhius.

F GETIA, regio Getarum. Geta enim gentile, non vero proprium eſt. Eſt autem gens Thracica. Et genere fœminino dicitur Getis; ita enim Philippi Amyntæ uxor appellabatur. Et poſſeſſive dicitur Geticus, unde Critonis Getica. Et fœminino genere G Getica. Getarum leges ſunt, mulierem in honorem mariti defuncti ſacrificare, & cithara

emendare, auctoribus libris calamo exaratis, nec non Euſtathio, quem proxime citavimus. Peſſime & ſine ſenſu in vulgatis circumfertur: κλεῖναι Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλούς.

82 Ὡς Ἄλιος, Ἁλιοῦς.] Et hic locus emendatione indiget. Corrige: ὡς Ἄλος, Ἀλοῦς. Vide noſtrum illa in voce, & de correctione non dubitabis.

83 Γερμανίκεια.] Urbs eſt ſub Patriarchatu Antiocheno, apud Amanum montem, cujus meminere Ptolemæus, Antonini Itinerar. & Conſtant. Porphyrog. de vita & geſtis Baſilii Macedonis, qui Callipolin & Padaſiam ei vicinas ſtatuit, ita enim ille: Πρὸς δὲ τὴν Καλλίπολιν καὶ Παδασίαν φθάσας, εἶτα διὰ δυσβάτων ὁδοιπόρων ὁδῶν, τοῦ ἵππου ἀποβὰς, πεζὸς διεξήει τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ, διὰ τὸ οἰκείου κόπου τὸ ἀσθενὲς τῶν ὑπὸ χεῖρα παραμυθούμενος. Τηνικαῦτα δὲ τῇ Γερμανικείᾳ προσβαλὼν &c.

84 Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων.] Ex quo auctore noſter relationem hanc hauſerit, nondum compertum habeo: & licet hic addatur Ariſtotelis nomen, pro vero tamen conſtat, illo tractatu quod περὶ θαυμασίων circumfertur, hac de re & gente nullam fieri mentionem. Quin imo locus ipſe, a Stephano ex Ariſtotele allegatus, mutilus eſt, nam in eo de ipſa gente ne γρῦ quidem: loquitur enim de Lotophagis, qui ad rem non pertinent. His non diſſimilia in hoc onomaſtico geographico reperiuntur, ubi ab allegatis verbis illud abeſt, quod potiſſimum ad rei probationem requiritur.

85 Πλησίον Κυζίκου.] Ex Epiſcopis, qui Concilio Epheſino & Synodo Chalcedonenſi inter fuere Holſtenius ſitum & verum hujus oppidi nomen colligit, quem vide in Annotat. ad Geographiam ſacram Carol. à S. Paulo. Non puto tamen hanc eandem fuiſſe urbem, quam ejuſdem nominis alii collocant in finibus Bithyniæ & Phrygiæ inter Peſſinuntem & Ancyram, de qua vide Ptolemæum & Antonini Itinerarium.

86 Γερηνίαν ταύτην καλεῖ.] Peſſime ſic exhibent libri editi, & vix melius calamo exarati, Γεργυνίαν ταύτην καλεῖ. Bene corrigit Salmaſius in margine ſui codicis Γερουνίαν ταύτην καλεῖ. De hujus urbis ſitu & aliis appellationibus conſulendus Cluverius.

87 Τόπος καὶ ποταμὸς &c.] De loco & fluvio hujus nominis mentionem facit Herodotus lib. IV: imo vehementer fallor, ſi Stephanus hæc verba non reſpexerit. Ἕβδομος δὲ Γέρρος ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος, κατὰ τοῦτο τῆς χώρης ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης· ἀπέσχισται μέν νυν ἐκ τούτου τοῦ χώρου· οὔνομα δὲ ἔχει τό, περ ὁ χῶρος αὐτός, Γέρρος.

88 Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης.] Corrigit Salmaſius: ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτις, vel quod verum putat Γέτη, uti ad marginem ſui libri exaravit.

89 Νόμοι δὲ Γετῶν.] Pluratiyum illud νόμοι non diſſuadet, totum hunc de Getarum moribus locum in duas leges dividi atque diſtingui, quarum altera loquitur de uxore ſacrificante pro manibus mariti mortui; altera vero de pulſatione citharæ, cum legatos mittunt de fœdere vel induciis acturos. Et ita quoque mihi interpretanda videntur verba Euſtathii ad Dionyſ. de ſitu Orb. quanquam ibi hunc in modum legatur: Νόμος δὲ Γετικὸς, ἐπισφάζεσθαι τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ θανόντι, καὶ κιθαρίζειν ὅταν ἐπικηρυκεύωνται.

90 Τῷ ἀνδρί.] Conſtanter ſic exhibent libri editi & manu

ἐπικηρυκεύονται, κιθαρίζειν. Ἀῤῥιανὸς δὲ Γετηνοὺς αὐτοὺς φησι.

ΓΕΦΥΡΑ, πόλις Βοιωτίας. [91] τοὺς αὐτοὺς δέ φασι καὶ Ταναγραίους, ὡς Στράβων καὶ Ἑκαταῖος. ἀφ' οὗ καὶ [92] Γεφυραία ἡδύν.

ΓΕΦΥΡΩΤΗ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γεφυρωταῖος, ἢ Γεφυρωτίτης, διὰ τὸν τύπον.

ΓΗ[93], ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν· [94] ἀφ' οὗ τὸ γέγειος κτητικὸν, πλεονασμῷ τοῦ γ. [95] ἢ παρὰ τὸ γῆ, γέγειος· ἀφ' οὗ καὶ [96] γηΐτης, ὁ αὐτόχθων, καὶ γῆν οἰκῶν· [97] καὶ γήϊνος μετουσιαστικόν. λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ, δωρίζοντες. [98] διαφέρει γήπεδον οἰκοπέδου. οἰκόπεδον γὰρ, οἰκίας ἐστὶ κατεῤῥιμμένης ἔδαφος, γήπεδον δὲ, τὸ ἐν ταῖς πόλεσι προσκείμενον ταῖς οἰκίαις κηπίον. [99] ἀπὸ τοῦ γῆ, γαῖα. ὁ οἰκήτωρ, γαιάτης· καὶ γαιήϊος κτητικόν· καὶ θηλυκὸν, γαιηϊάς. καὶ τοῦ γαῖα, καὶ τοῦ γραῖα,

βραχὺ

thara pulſare, legatos cum ad hoſtem mittunt. Arrianus illos Getenos vocat.

GEPHYRA, urbs Bœotiæ. Eoſdem appellant etiam Tanagræos, teſte Strabone & Hecatæo. Hinc Gephyræa Ceres.

GEPHYROTE, urbs Libyæ. Gentile, Gophyrotæus, vel Gephyrotites, propter ſolitam regioni formam.

Γῆ *terra*, contractum eſt ex γέα: unde poſſeſſivum γέγειος *priſcus*, per pleonaſurum literæ γ. Vel a voce γῆ fit γήϊος *terreſtris*, unde & γηΐτης indigena & terram colens, & γήϊνος *terrenus*, quod materiale nomen eſt. Dicitur & γήπεδον, hortulus, ædibus urbanis additus. Hanc vocem Tragici per A efferunt, Dorum linguam imitantes. Γήπεδον differt ab οἰκοπέδου. Nam οἰκόπεδον ædium deſtructarum area eſt, γήπεδον vero hortulus ædibus urbanis adjacens. A voce γῆ fit γαῖα. Incola gæates, & gæeïus poſſeſſivum, & fœmininum gæeïas. Et in gæa, ſicut & in græa

breve

manu exarati: verum locum eſſe mutilum & ita eſſe ſupplendum, τῷ ἀνδρὶ θανόντι, non eſt quod de eo ambigamus, ſi hunc locum conferamus cum verbis Euſtathii, jam proxime allegatis.

[91] *Τοὺς αὐτοὺς δὲ φασι καὶ Ταναγραίους.*] Hæc in cod. Voſſiano paullo aliter leguntur: τινὲς δὲ τοὺς αὐτοὺς εἶναι καὶ Ταναγραίους. Hinc conjecturam facio, reſcribi debere: τινὲς δὲ τοὺς αὐτούς φασιν εἶναι καὶ Ταναγραίους. Locus Strabonis, quem noſter innuit reperitur lib. IX: Καλοῦνται δὲ Γεφυραῖοι οἱ Ταναγραῖοι. Vide præterea Herod. lib. V idem de Gephyræis aſſeverantem.

[92] *Γεφυραία ἡδύν.*] Conſtanter ita circumfertur in libris MSS & editis, ſed peſſimo errore. Parum abfuit, quin Cl. Meurſii emendationem, qua nihil omnio verius aut ad rem præſentem accommodatius, in contextum recepiſſem; is enim in Lect. Atticis emendat Γεφυραία ἡ Δηώ. Hac appellatione Ceres apud Gephyræos erat nota. Etymologici Mag. auctor: Δηὼ, ἡ Δημήτηρ· ἀπὸ τοῦ δήειν (τοῦ ζητεῖν) τὴν Περσεφόνην. Vide præterea Heſychium, Euſtath. ad Iliad. I & Od. Λ. Apud Gephyræos cultam fuiſſe Cererem liquet ex Etymologicographo: Γεφυρεῖς, δῆμος Ἀττικός· ὅθεν καὶ Γεφυραία Δημήτηρ. Verum celare nequeo conjecturam Salmaſianam, marginibus ſui libri illitam, exiſtimat enim legendum Γεφυραῖα Ἀηδών. Sed utinam ſuæ divinationis documenta ſignificaſſet! Apud Heſychium invenio, Minervam Aëdonis nomine Pamphyliis fuiſſe cultam: Ἀηδὼν, ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ Παμφυλίοις. Sed an apud Gephyræos eundem honorem obtinuerit, ex aliorum ſcriptis non apparet. Temere tamen hæc conjectura mihi non videtur improbanda, Goltzius enim luſtravit nummum Domitiani cum hac inſcriptione, ΓΕΦΥΡΑΙΑ ΗΔΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quæ an ad hanc rem ſit applicanda, aliis inveſtigandum relinquo. Denique Hadrianus Junius & hunc locum ſollicitavit, ex conjectura emendandum exiſtimans Γεφυραῖα ἡδυλογία, vel ſimile quid, quaſi ad *Gephyræos ſales* Stephanus reſpiceret. Verum ut dixi, Meurſii conjectura præ aliis amplectenda videtur.

[93] *Ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν.*] Eadem in opinione verſabatur Euſtathius, ſic enim ille ad Iliad. Σ. Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ γέα τοῦ ψιλογραφουμένου κέκραται ἡ γῆ. Huic adde Etymologici Mag. teſtimonium, quod eſt in voce γαῖα. Τὸ δὲ γέα κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ α εἰς η, γίνεται γῆ.

[94] *Ἀφ' οὗ τὸ γέγειος.*] Eandem vocis derivationem habemus apud Etymologicographum: Παρὰ τὸ γέα τὸ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, γίνεται κτητικῷ τύπῳ γέϊος· καὶ διὰ πλεονασμοῦ καὶ συναιρέσει, γέγειος· ἢ παρὰ τὸ γέα, γέειος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, γέγειος. Magiſtri Græci hanc vocem interpretantur ἀρχαῖος. Hecatæo γέγειος λόγος, & γέγεια ἄνθεα ſunt priſci flores & ſermo: & Suidæ γέγειαι βόες, ſunt αἱ ἀρχαῖαι.

[95] *Ἢ παρὰ τὸ γῆ, γέγειος.*] Voſſianus & Palatini male exhibent: ἢ παρὰ τὸ γῆ, γέγειον. Salmaſius optime legendum cenſet: ἢ παρὰ τὸ γῆ, γήϊος, ἀφ' οὗ καὶ γηΐτης.

[96] *Γηΐτης.*] Non accipit hanc vocem pro Autochthone Heſychius, ſed pro ruſtico: Γηΐτης, ὁ τὴν γῆν ἐργαζόμενος, γεωργός.

[97] *Καὶ γήϊνος μετουσιαστικόν*] Nomen poſſeſſivum a Græcis Technicis trifariam dividitur, in οἰκειωματικὸν, συνεκφαντικὸν καὶ μετουσιαστικόν. Singula hæc ab Etymologici Magni auctore in voce Ἀΐδιος egregie dilucidantur, quæ quia ad rem præſentem pertinent, huc transferre lubet. Εἴδη δὲ τοῦ κτητικοῦ, τρία· οἰκειωματικὸν μὲν, τὸ οἰκείωσιν ἔχον πρὸς τόπον· οἷον, οὐράνιος, ἐπίγειος, θαλάσσιος, Κύπριος, Ῥόδιος, γήϊνος. Συνεκφαντικὸν δὲ, τὸ συνεκφαῖνόν τι μεθ' ἑαυτοῦ· οἷον, γραμματικός· συνεκφαίνει γὰρ τὴν γραμματικήν· καὶ ἀστρονομικὸς ὁμοίως καὶ ῥήτωρ καὶ φιλόσοφος· μετουσιαστικὸν δέ ἐστι, τὸ μετέχον οὐσίας τινός· οἷον, κενδεῖνος ὑψιφορος, Ὅμηρος· δερμάτινος, χάλκεος, χρύσεος. Stephanus nunc grammaticorum, non vero geographorum partes ſectans, ab Etymologicographo diſſentit, qui τὸ γήϊνος pro poſſeſſivo οἰκειωματικῷ accepit, ſcilicet pro aliquo vel in, vel ſub terra degenti: Stephanus autem pro eo quod de humo factum eſt, atque terrenis particulis conſtat, qualis revera fuit Adamus, humani generis principium, quem hanc ob cauſam proprio nomine Γήϊνον appellavit Sanchoniaton. Geminam hanc ſignificationem ſi τῷ γήϊνος attribuas, ſine dubio omnem diſſentientium Grammaticorum litem compoſueris.

[98] *Διαφέρει γήπεδον οἰκοπέδου.*] Hanc ſignificatus differentiam etiam agnoſcit Euſtathius ad Iliad. Δ pag. 436. Γήπεδον μέν τοι, τὸ ἐν πόλει προσκείμενον, οἰκίας οἷον κηπίδιον· οἰκόπεδον δὲ, οἰκίας καταῤῥιφείσης ἔδαφος, ὅπερ κοινότερον καὶ ἐρείπιον οἱ ὕστερον φασί. In mendo cubant hæc Archiepiſcopi verba, & mala interpunctione laborant, ita enim emendanda ſunt & conſtituenda, ut ſenſum congruum efficiant: Γήπεδον μέν τοι, τὸ ἐν πόλει προσκείμενον οἰκίαις, οἷον κηπίδιον. Stephanuus adhibet κηπίον, quod eodem redit; etenim a ſubſtantivis quandoque derivari bina diminutiva, res non eſt inſolens, & aliis exemplis defenditur; quemadmodum a κῆπος κηπίον & κηπίδιον, ita ab οἶκος fit οἰκίον & οἰκίδιον, quibus inſuper tertium οἰκίσκος adjungi poſſet. Sic quoque a βίβλος βιβλίον & βιβλίδιον.

[99] *Ἀπὸ τοῦ γῆ, γαῖα.*] Aliter cenſet Sergius grammaticus apud Etymologicophraphum, qui eam vocem deducit

[1] βραχὺ τὸ α, ὅτι δισύλλαβα, ὡς Μαῖα, [2] Φαῖα.

ΓΗΘΟΥΣΣΑ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γηθουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος· ἢ Γηθούσιος, ὡς [3] Πιτυούσιος· ἢ Γηθουσσίτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον.

ΓΗΛΥΣ [4], ἔθνος, οὗ μέμνηται Ἀσίνιος Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν· ὀξύνεται δέ.

ΓΗΡΕΙΑ [5], πόλις Ἰνδικὴ, τελοῦσα ὑπὸ Δηριάδῃ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν, πρὸς Διόνυσον πολεμοῦντι. τὸ ἐθνικὸν, [6] Γηρειάτης.

ΓΙΓΓΛΥΜΩΤΗ, Φοινίκης πόλις, ὡς Ἑκαταῖος.

ΓΙΓΩΝΟΣ, πόλις Θρᾴκης, [7] προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ. ὁ πολίτης, Γιγώνιος. ἀπὸ Γίγωνος τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως, [8] ὃς Διονύσῳ ἡττήθη. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος Γιγωνίδα ταύτην φησί.

ΓΙΛΔΑ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γιλδίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

ΓΙΛΙΓΑΜΒΑΙ [9], ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος δ'.

ΓΙΝΔΑΝΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν [10] λωτοφάγον, οἳ τὸν καρπὸν μόνον τοῦ λωτοῦ ἐσθίοντες ζῶσι.

ΓΙΝ-

A breve eſt A, quia diſſyllaba ſunt, uti Mæa, Phæa.

GETHUSSA, urbs Libyæ. Gentile Gethuſſæus, uti Scotuſſæus. Vel Gethuſſius uti Pityuſſius: vel Gethuſſites propter formam
B vernaculam.

GELYS, gens, cujus meminit Aſſinius Quadratus libro primo Parthicorum. Accentu notatur in ultima.

GEREA, urbs Indica, quæ cenſetur ſub
C Deriade Indorum rege, qui contra Bacchum bellum geſſit. Gentile, Gereates.

GINGLYMOTE, Phœniciæ urbs, auctore Hecatæo.

GIGONUS, oppidum Thraciæ, Palle-
D næ finitimum. Oppidanus, Gigonius. Nomen habet a Gigone Æthiopum rege, qui a Baccho ſuperatus eſt. Hanc urbem Artemidorus Epheſius Gigonida appellat.

GILDA, urbs Libyæ. Gentile, Gildi-
E tes, auctore Alexandro libro tertio rerum Libycarum.

GILIGAMBÆ, gens Libyæ, teſte Herodoto libro IV.

GINDANES, gens Libyæ lo-
F to veſcens. Hi e ſolo loti fructu victitant.

GIN-

ducit a γαίω, ita enim ille: Ἐκ τούτου γίνεται ἄλλη παραγωγὴ διὰ τῆς αι διφθόγγου γαῖα, ὥσπερ σελήνη σεληναία, Ἀθήνη Ἀθηναῖα· ἀλλ' ἀντίκειται Σέργιος ὁ γραμματικὸς, λέγων, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ γῆ ἐστι τὸ γαῖα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ γαίω.

[1] Βραχὺ τὸ α.] Eundem canonem legimus apud Etymologici Mag. Auct. Eum, quia vitio laborat, emendabo, & huc tranſcribam: Ὡς παρὰ τὸ μῶ τὸ ζητῶ Μαῖα· καὶ παρὰ τὸ ῥῶ τὸ φθείρω, ῥαῖα· καὶ γραῖα, πλεονασμῷ τοῦ γ. τὰ δὲ ἀπὸ περισπωμένων μονοσυλλάβων ῥημάτων διὰ τοῦ αια γινόμενα θηλυκὰ, διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφεται· οἷον μῶ Μαῖα· γῶ, γαῖα· τὸ α βραχύ· διὰ τί; πᾶν θηλυκὸν εἰς α λῆγον, ὀξυνόμενον ἢ περισπώμενον, ἐκτείνει τὸ α· προπαροξυνόμενον δὲ ἢ προπερισπώμενον, συστέλλει αὐτό. Hic legi debere παροξυνόμενον, res ipſa clamat, & probatione nulla indiget.

[2] Φαῖα.] Hæc vox in Græcorum ſcriptis non occurrit, niſi accentu in ultima notata Φαιαὶ ἔμπλαστροι, ſunt emplaſtra nigra, fuſca, ut ex antiquis obſervant Lexicographi. Si mei arbitrii res foret, reponerem Φαῖδρα, quæ Theſei uxor fuit, auctore Plutarcho in Theſeo.

[3] Πιτυούσιος.] Sic reponere placuit in hac editione, in omnibus MSS & libris vulgatis peſſime legitur Σιτυούσιος, quæ vox eſt nihili.

[4] Γηλὺς, ἔθνος.] Exiſtimo hos eſſe Gelyes, quos Dionyſius Gelos appellat & in Hyrcania collocat; ita enim ille:

Τῶν μὲν πρὸς βορέην, ἐριθηλέα γαῖαν ἔχουσι
Γηλοί τε Μάρδοι τε, καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοί.

Ad quæ verba ita ſcribit Archiepiſcopus Theſſalonicenſis: Ὅτι βορειότεροι Μήδων οἱ Γηλοὶ, καὶ οἱ Μάρδοι, ἔθνος Ὑρκάνιον, λῃσταὶ καὶ τοξόται ἄνδρες. Hi Cedreno Γελαῖοι appellantur, ubi interpres male Ἀγγελαῖοι.

[5] Γήρεια, πόλις Ἰνδική.] Hujus civitatis meminit Dionyſius libro tertio Baſſaricorum, teſte Stephano in Γάζος.

Γήρειάν τε, Ῥοδόεντα καὶ οἳ εὔτειχέα Γάζον.

[6] Γηρειάτης.] Codices calamo exarati conſtanter exhibent, Γηρείτης.

[7] Προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ.] Macedoniam inter, quæ Thraciæ fines attingit; & Pallenem, promontorium *Gigonida*, quod Artemidorus urbem nuncupat, agnoſcit Etymologici Mag. Auctor; quod non a Gigone Arabum rege (ſed a Baccho, qui ibidem Gigon appellabatur) nomen ſortitum eſſe perhibet: Γιγωνὶς, ἄκρα μεταξὺ Μακεδονίας καὶ Παλλήνης· καὶ Γιγὼν ἐντεῦθεν ὁ Διόνυσος εἴρηται ἀπὸ τῶν γιγάντων· ἢ ἀπὸ τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ Γίγαντος. Eſt aliquid in his verbis quod mihi non placet; ultima enim iſtius ſectionis verba, ſuo loco excidiſſe firmiter mihi perſuadeo. Mallem enim illa hoc modo præcedenti ſectioni adjungere: Γιγαντία, ἡ Λυκία, καὶ Γίγαντες οἱ οἰκοῦντες, ἀπὸ τοῦ ῥέοντος Γίγαντος. Ita certe ſenſus erit non inconcinnus, & ejuſdem orationis contextus atque continuatio. Quidam etiam Ægyptium Herculem *Gigona* appellarunt, teſte Heſychio: Γιγῶν· οἱ δὲ γιγῶν, παταικὸς ἐπιπαταικὸς τραπέζιος· οἱ δὲ Αἰγύπτιον Ἡρακλέα. Ultro cum Seldeno confiteri cogor, mihi non ſatis innoteſcere, quid ſibi velit Heſychius hiſce verbis; ſi quid tamen hariolandum eſt, judico τὸ παταικὸς & ἐπιπαταικὸς ex ἀφροδισιακὸς corruptum eſſe: nam fuit *Gignon* Dæmon quidam ἀφροδισιακὸς συνεργήσας τῷ Ἄρει κατὰ τὴν τῆς Ἀφροδίτης μοιχείαν. Vide Euſtathium pag. 1599 & 1880 ad Homerum. Sed e diverticulo in viam redeamus. Videtur fuiſſe caſtellum, non vero urbs hujus nominis; quod apparet ex Scholiaſta Thucyd. ad lib. I: Ἐς Γίγωνον· Γίγωνος, χωρίον ἐστὶ μεταξὺ Μακεδονίας, καὶ Θρᾴκης, οὐ πολὺ ἀπέχον Ποτιδαίας. Vide porro de ſitu Herodotum lib. VII.

[8] Ὃς Διονύσῳ ἡττήθη.] Sic legunt libri editi omnes: verum exhibent MSS Palatini & chartaceus Voſſianus: ὃν ἥττησε Διόνυσος.

[9] Γιλιγάμβαι.] Hæc vox, quia elementorum ſeriem ſequitur, a Stephano petita videtur ex Herodoto, quam vulgati codices nunc non agnoſcunt. In Melpomene legitur: Τούτων δὲ ἔχονται Γιλιγάμμαι, νεμόμενοι τὴν πρὸς ἑσπέρην χώρην, μέχρι Ἀφροδισιάδος νήσου. Mox ſequitur: Γιλιγαμμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται.

[10] Λωτοφάγον.] Innuit noſter locum Herodoti in Melpomene:

ΓΙ´ΝΔΑΡΑ, κώμη [11] πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Γινδαρεύς. Κουάδρατος δὲ, Γινδάρους ἔφη. A

GINDARA, vicus juxta Antiochiam. Gentile, Gindarenſis. Verum Quadratus eos appellat Gindaros.

ΓΙ´ΤΤΑ, [12] πόλις Παλαιστίνης· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Γιτταῖος.

GITTA, urbs Palæſtinæ, auctore Polybio libro ſexto decimo. Gentile, Gittæus. B

ΓΛΑ´ΝΙΣ, [13] ποταμὸς Κύμης, ὡς Λυκόφρων,

> Γλάνις δὲ ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.

καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς Γλάνις, [14] ὁ καὶ καλούμενος Γλάνιος. [15] ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός. ἔστι καὶ Ἰταλίας τρίτος ποταμὸς, [16] περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν.

GLANIS, fluvius Cumarum, de quo Lycophron:

> *Glanis autem alveis terram humectans excipiet.*

C Hinc piſcis Glanis, qui etiam Glanius dicitur. Eſt item Iberiæ fluvius: Eſt Italiæ tertius fluvius circa Tiberim amnem.

ΓΛΑΥΚΙ´Α, [17] πολίχνιον Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν, Γλαυκιεύς, καὶ Γλαυκιώτης· βέλτιον δὲ Γλαύκιος, ὡς τῆς Πλακίας Πλάκιος.

D GLAUCIA, oppidulum Joniæ. Gentile, Glaucienſis, & Glauciotes. Melius autem eſt Glaucius, uti a Placia Placius.

ΓΛΑΥ´ΚΟΥ Δῆμος, ἐν Λυκίᾳ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ ἥρωος. [18] ὁ δημότης, Γλαυκόδημος.

GLAUCI Demus, in Lycia eſt, teſte Alexandro, & a Glauco heroë nomen habet. Popularis, Glaucodemus.

ΓΛΑΦΥΡΑΙ´ [19], πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος,

> Βοίβην, καὶ Γλαφυράς. ----

E GLAPHYRÆ, urbs Theſſaliæ, de qua Homerus:

> *Baben & Glaphyras.*

ἀπὸ

Nomen

pomene: Ἀκτὴν δὲ περιέχουσιν ἐς τὸν πόντον, τούτων τῶν Γινδάνων νέμονται λωτοφάγοι· οἱ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι.

[11] Πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ.] Proprie hæc urbs ſita erat in Cyrrheſtica regione, quæ ſe extendit uſque ad agrum Antiochenſem. Locum viciniorem habebat Pagras teſte Strabone libro XVI: Τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτουσιν αἱ Πάγραι τῆς Ἀντιοχίδος, χωρίον ἐρυμνὸν κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τοῦ Ἀμανοῦ. Idem eodem libro: Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυρρηστικῆς, καὶ ληστήριον εὐφυές. Igitur urbs quæ Stephano Γίνδαρα, Straboni Γίνδαρος appellatur. Incolas Aſinius Quadratus *Gindaros* vocavit, ſi locus mendo careat: rectius enim Plinius lib. V cap. XXIII *Gindarenos*, quæ terminatio in oriente erat uſitatiſſima. Ægerrime igitur patior illud Γινδάρους: Fortaſſis corrigendum Γινδαρεῖς, vel Γινδαρηνοὺς ſi non longius a vulgata lectione recedat.

[12] Πόλις Παλαιστίνης.] Ita etiam hæc urbs dicta fuit Joſepho lib. VI Antiq. Jud. cap. II: ἀπὸ τῆς Γίττης ὅρων ἐκτεταμένη. Eadem hæc eſt, quam Samuel lib. I cap. VII appellat גת *Gath*: Septuag Γέθ, & Plinius lib. V cap. IX *Getta*.

[13] Ποταμὸς Κύμης.] Intelligit fluvium inter Cumas & Liternum in mare defluentem. Verum quia Literno oppido eſt propinquior, imo illud præterfluat, vulgo etiam *Liternus* vocatur, aliquando etiam *Clanis* teſte Cluverio in Ital. Antiq. Deſcript.

[14] Ὁ καὶ καλούμενος Γλάνιος.] Cluverius in Italiæ Antiq. deſcriptione, hunc locum non probe conſtitutum eſſe in vulgatis, ſubodoratus eſt, corrigebat enim: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς, ὁ καλούμενος γλάνιος. Imo ut verum fatear, ita conſtanter exhibent plurimi MSS, omiſſa illa voce γλάνις, quam tamen codex recentior Palatinæ Bibliothecæ retinebat, teſte Salmaſio. Ego vero conjunctionem καὶ ſine veterum librorum auctoritate interſerendam judicavi, legebatur enim in aliis editionibus: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς γλάνις, ὁ καλούμενος γλάνιος. Ratio, quare τὸ καὶ adjecerim, in promptu eſt: nam hic piſcis non tantum γλάνις verum & γλάνιος vocatur, auctore Heſychio apud quem ita lege: Γλάνις, ἀργὸς καὶ εἶδος ἰχθύος· οἱ δὲ γλάνιος. Gloſſæ περὶ ἰχθύων. *Silurus*, γλάνις. Aliæ gloſſæ anecdotæ, quas inſpexit Salmaſius: Γλάνιος, *Silurus*. Piſcem hunc deſcribunt Ariſtoteles, Plinius, & Scholiaſtes in Lucophronem, cujus verba mox producam.

[15] Ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός.] Scribit etiam ſcholiorum auctor in Lycophronem, fluvium Hiſpaniæ ita appellatum inveniri: Γλάνις ποταμὸς Ἰταλίας καὶ Κύμης, ἔνθα καὶ ὁμώνυμος αὐτῷ ἰχθῦς, ὥς φασι, γίνεται· οὗ ἡ χολὴ λίαν ὠφέλιμος, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ ποταμῷ· ἔστι καὶ ἕτερος ποταμὸς Ἰταλίας Γλάνις, καὶ ἄλλος Ἰβηρίας. Cenſeo Stephanum tres in Italia hac appellatione amnes hoc tmemate deſcripſiſſe, & illud Ἰβηρίας tranſcriptores ex alio vocabulo depravaſſe: nam tres hoc nomine fluvii in Italia reperiuntur: primam deſcripſit in præcedentibus, & circa Cumam collocavit: ſecundus eſt apud Minturnas, ubi Latium a Campania ſeparatur, antiquis temporibus *Glanis* appellatus. Strabo lib. V: Φορμιῶν δ' ἀνὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινουέσσης αἱ Μιντοῦρναι· διαρρεῖ δὲ Λεῖρις ποταμός· Κλάνις δὲ ἐκαλεῖτο πρότερον. Vide porro Cluverii Italiam Antiq. pag. 1076.

[16] Περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν.] Jam deſcribit tertium Italiæ fluvium *Clanin* ſive *Glanin* dictum. Hic ab amne Pallia circa oppidum Herbanum in Hetruria excipitur, & ita in Tiberim defluit. Vide eundem Cluv. It. Ant. pag. 1098.

[17] Πολίχνιον Ἰωνίας.] Videtur fuiſſe Mycalenſis portus, quod colligo ex verbis Thucyd. lib. VIII: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῖς ἐν Σάμῳ ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαύκῃ τῆς Μυκάλης ὁρμοῦσαι. Nihil obſtat, quod hic *Glauce* appelletur; nam Atticam dialectum affectantes hujuſmodi craſi ſæpenumero utuntur, pro Πλακία dicunt Πλάκη pro Μαντίνεια Μαντίνη, de qua alibi diximus.

[18] Ὁ δημότης, Γλαυκόδημος.] Exiſtimo cum Salmaſio, populare nomen vitii non eſſe immune, legendumque: ὁ δημότης, Γλαυκοδήμιος.

[19] Γλαφυραί, πόλις Θεσσαλ.] Nulla unquam fuit urbs in tota Græcia, quod optime obſervat Incomparabilis Voſſius ad Scylacem, multo minus in Theſſalia, cui nomen *Glaphyræ*. Aliter ſi foret, Strabo ejus meminiſſet; quippe qui diligentiſſime omnia loca, quorum Homerus meminit, ordine perſequitur: is enim lib. IX a *Bœbe* ſtatim tranſit ad Ialcon. Legimus tamen de ea apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 327, quod neminem in admirationem rapere debeat: nam fatetur ipſe Archiepiſcopus ſe ex Ethnicographo hauſiſſe eam ſententiam, quare etiam peſſime errat eum ſequendo legendoque,

> Βοίβην καὶ Γλαφυράς. ----

Imo

ἀπὸ Γλαφύρα υἱοῦ Μάγνητος, κτίσαντος. τὸ ἐθνικὸν, Γλαφυρεύς. [20] ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας, ἀπέχουσα Ταρσοῦ τριάκοντα στάδια πρὸς δύσιν.

A Nomen accepit a Glaphyra Magnetis filio, qui eas condidit. Gentile, Glaphyrenſis Eſt quoque vicus Ciliciæ, a Tarſo triginta ſtadia occidentem verſus diſtans.

ΓΛΗ͂ΤΕΣ, [21] ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κυνήτας. Ἡρόδωρος δεκάτῳ.

GLETES, gens Hiſpanica poſt Cynetas, B de qua Herodorus libro decimo.

ΓΛΙΣΣΑ͂Σ [22], πόλις Βοιωτίας· ἢ ἀπὸ Γλίσωνος, ἢ ἀπὸ Γλίσαντος. [23] τὸ ἐθνικὸν, Γλισσάντιος.

GLISSAS, urbs Bœotiæ, quæ vel a Gliſone, vel a Gliſante nomen accepit. Gentile, Gliſſantius.

ΓΝΗ͂Σ, ἔθνος [24] οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον. ἔνθεν καὶ Γνῆτες, οἱ ἰθαγενεῖς. λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ι, Ἴγνητες.

GNES, gens Rhodum habitans. Hinc C & Gnetes indigenæ. Vocatur etiam cum I Ignetes.

ΓΟΑΡΗΝΗ, χώρα Ἀραβίας, πλησίον Δαμασκοῦ. λέγεται καὶ Γοάρεα.

GOARENE, regio Arabiæ, prope Damaſcum. Dicitur etiam Goarea.

ΓΟΛΓΟΙ, πόλις Κύπρου, ἀπὸ Γόλγου τοῦ ἡγησαμένου τῆς Σικυωνίων ἀποικίας. [26] λέγεται καὶ Γόλγον οὐδετέρως, ἀφ᾽ οὗ [27] Γολγία ἡ Ἀφροδίτη. τὸ ἐθνικὸν, Γόλγιος, καὶ Γολγία, καὶ Γολγηΐς.

GOLGI, urbs Cypri, quæ a Golgo Si- D cyoniorum coloniæ præfecto nomen habet. Dicitur quoque Golgum genere neutro. Unde & Venus Golgia. Gentile, Golgius, & Golgia & Golgeïs.

ΓΟΜΟΛΙ͂ΤΑΙ, ἔθνος τῆς [28] Ἰδουμαίας· ἢ ἀπὸ Ἀμαλήκου, Ἀμαληκίτης ἐκλήθη.

GOMOLITÆ, gens Idumææ, quæ ab E Amaleco Amalecites appellata eſt.

ΓΟ΄ΜΦΟΙ [29], πόλις Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. εὕρηται δὲ Γομφεύς.

GOMPHI, urbs Theſſaliæ. Gentile idem eſt. Sed invenitur quoque Gomphenſis.

ΓΟ΄Ν- GON-

Imo noſter parum ſibi conſtat, non revocando in memoriam, quod in præcedentibus exaraverit; cum integriore codice uteretur & in quo optime erat:

Βοίβην τε γλαφυράν &c. ----

Vide Stephanum in Βοίβη. Quod ſi in Theſſalia fuiſſet Γλαφυραὶ, ſine dubio Etymologici Mag. Auctor, vocabula illa Homerica γλαφυρὴ & γλαφυρὸν explicans, de illa civitate, ut paſſim ſolet, aliquam mentionem feciſſet.

[20] Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας.] Eadem hæc, ſed multo auctiora, etiam habet Euſtathius loco jam citato: Τὰς δὲ Γλαφυρὰς, βαρύνουσιν οἱ ἀκριβέστεροι, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου· κληθείσας ἀπὸ τοῦ μνημονευθέντος Γλαφύρα, ὡς ὁ αὐτὸς Ἐθνικογράφος ἱστορεῖ· παρ᾽ ᾧ φέρεται, ὅτι καὶ κώμη Κιλικίας ἐστὶ Γλαφύραι καλουμένη, ἀπέχουσα Ταρσοῦ τριάκοντα σταδίους πρὸς δύσιν, ἐν ᾗ, πηγὴ ἀπὸ ῥωγάδος καταρρέουσα καὶ συναύξουσα τὸν εἰς Ταρσὸν εἰσβάλλοντα ποταμόν.

[21] Ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κυνήτας.] Diſtinguit Stephanus inter *Gletas* & *Tletas*; ſed eum decepit depravatus Theopompi codex, ut bene cenſet Cl. Voſſius ad Melam. Gletes ſiti ſunt inter Cynetas & Tarteſſios aquilonem verſus, quod liquet ex ipſis Herodori verbis, quæ nobis Conſtantinus Porphyrogenneta ex libro decimo de Hercule integra conſervavit. Τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, διώρισται ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐὸν κατὰ φῦλα· Πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἰόντι Γλῆτες, μετὰ δὲ Ταρτήσιοι &c. Aliquando etiam Igletes appellantur, pro quo nollem a Caſaubono Gletes ſive Εἰδῆτες emendatum: nam innumera ſunt exempla, in quibus I adjicitur & demitur; ſic dicimus Βάλσαι & Ἴβαλσαι, Γνῆτες & Ἴγνητες & ſic hoc loco *Gletes* & *Igletes*.

[22] Γλισσὰς, πόλ. Βοιωτ.] Non fuit urbs, ſed vicus in monte Hypato, qui in regione Thebana eſt, Teumeſſo & Cadmeæ vicinus, teſte Strabone lib. IX. Quin imo Euſtathius ad Iliad. B pag. 269 tantum eſſe viciniam perhibet, ejus verba, quia de Ethnicographo noſtro mentionem faciunt, huc tranſcribam Γλίσσας δὲ κατοικία τίς φασι Θηβαϊκὴ ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει, ἀπὸ Γλίσσωνος ὠνόμασται, ἢ Γλίσσαντος, ὥς φησιν ὁ γράψας τὰ ἐθνικά. Multum diſputant Grammatici, quo pacto hæc vox Γλισσὰς, ſive ut alii ſcribunt Γλίσσας ſit inflectenda; quidam enim caſum obliquum faciunt Γλίσσαντος, nonnulli Γλισσοῦντος; alii vero Γλισσᾶ, ὡς Θωμᾶς Θωμᾶ præferunt, quorum lites meum non eſt componere. Videatur ea de re locus Euſtathii jam allegatus, & Etymologici Mag. Auct. in ea voce.

[23] Τὸ ἐθνικὸν, Γλισσάντιος.] Nihil eſt, quod me hoc de Gentili dubitare faciat, licet Goltzius nummum viderit C. Cæſaris Auguſti cum inſcriptione ΓΛΙΣΣΑΝΘΙΩΝ.

[24] Οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον.] Gnetes ſive Ignetes poſt Telchinas Rhodum inhabitarunt, ut teſtis eſt Heſychius: Ἴγνητες, οὕτως ὠνομάζοντο οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας ἐποικήσαντες τὴν Ῥόδον. Plura non addam; quia de Rhodi inſulæ incolis copioſe ſatis Cl. Meurſium ſcripſiſſe cenſeo.

[25] Γόλγοι πόλις Κύπρου.] Etiam Pauſanias urbis nomen numero multitudinis in Arcadiæ deſcriptione effert, alii contra numero ſingulari. Theocritus Idyll. XV:

Δέσποινα αἳ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.

Ad quem locum Scholiaſtes Theocritum imitatur; ſed nominis etymon deducit a Golgo Adonidis & Veneris F. Latini quoque urbem *Golgos* appellant. Catullus Epig. XXXVII

Quæ ſanctum Idalium Urioſque apertos
Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos

[26] Λέγεται καὶ Γόλγον.] Conſtanter ſic legunt libri editi omnes, ſed Palatini MSS exhibuere Salmaſio: λέγεται καὶ Γόλγιον οὐδετέρως.

[27] Γολγία ἡ Ἀφροδίτη.] Veneris Golgiæ fanum deſcribit Pauſanias in Arcadicis: Καὶ Πάφου τε Ἀγαπήνωρ ἐγένετο οἰκιστὴς, καὶ τῆς Ἀφροδίτης κατεσκεύασεν ἐν Παλαιπάφῳ τὸ ἱερόν· Τέως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Κυπρίων τιμὰς εἶχεν ἐν Γολγοῖς καλουμένῳ χωρίῳ.

[28] Ἰδουμαίας.] Codex Voſſianus: Γομολῖται, ἔθνος τῆς Ἰουδαίας. Sed vulgatorum ſcriptura non eſt rejicienda; hæc enim ſectio ex verbis Joſephi lib II Antiquit. Jud. formata eſt, a quo Gomolitarum regio Gobolitis appellatur, τὸ μ in β verſo, quod non eſt inſolens. Ἀμάληκος γὰρ νόθος ἦν ἐκ Παλλακῆς αὐτῷ γεγονὼς Θαμνάης ὄνομα· οὗτοι κατῴκησαν τῆς Ἰδουμαίας τὴν Γοβολῖτιν λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκου κληθεῖσαν Ἀμαληκῖτιν. De illa literarum immutatione vide Bochartum Geog. Sac. pag. 114.

[29] Γόμφοι, πόλις Θεσσαλ.] Alio loco noſter urbem hanc *Philippos* appellat, & Theſprotiæ adſcribit. Cæſar lib. III de Bel. Civil. *Conjuncto exercitu, Cæſar Gomphos*

pervenit:

ΓΟ'ΝΔΡΑΙ, Θρᾴκιον ἔθνος. λέγεται A δὲ παρ' [30] Ἡροδότῳ Κίνδρα, καὶ Ῥόνδα.

ΓΟΝΕΙ͂Σ, πόλις Θρᾴκης. οἱ καλοῦντες ὁμοίως. [31] οἱ δὲ Ἀδριανοπολίτας τούτους ἐκάλεσαν.

ΓΟ'ΝΝΟΙ [32], πόλις Περραιβίας, ἀπὸ B Γουνέως κληθεῖσα τοῦ ἀπογόνου Κύφου, [33] ὡς φησιν Ὅμηρος. ὁ πολίτης, Γόννιος· καὶ Γοννία, ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα· [34] γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ. τοὺς δὲ Περραιβοὺς καλοῦντας ἑαυτούς. Καὶ Γόννον [35] διὰ δύο ν, τὴν πόλιν. Γόνα γὰρ C οἱ Αἰολεῖς τὰ Γόνατα. τὸ ἐθνικὸν, καὶ Γονατὰς, ὃ καὶ παράλογον διὰ τὸν τόνον, καὶ Γόννιος.

ΓΟΝΟΥ͂ΣΣΑ [37], πόλις Περραιβίας. τὸ ἐθνικὸν, Γονουσσαῖος.

ΓΟ'ΡΑΜΑ, χώρα τῶν Σκηνιτῶν Ἀρά- D βων. οἱ οἰκήτορες, Γοραμηνοί.

ΓΟΡΓΙ'ΠΠΙΑ [38], πόλις Ἰνδικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Γοργιππεύς.

ΓΟ'ΡΓΥΙΑ [39], τόπος ἐν Σάμῳ, ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις· ἐν ᾧ [40] Διόνυσος Γοργυεὺς E τιμᾶται.

ΓΟΡΔΙ'ΕΙΟΝ, πόλις τῆς [41] μεγάλης Φρυγίας, πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ, [42] ἀπὸ

GONDRÆ, gens Thracica, quæ ab Herodoto vocatur Cindra & Rondæi.

GONEIS, urbs Thraciæ. Incolæ eodem nomine inſigniuntur. Nonnulli eos appellant Adrianopolitas.

GONNI, oppidum Perrhæbiæ, ſic dictum a Goneo Cyphi nepote, quemadmodum Homerus perhibet. Oppidanus, Gonnius, & Gonnia fœmina & regio. Scribitur etiam per Y, ſe ipſos Perrhæbos appellantes, & urbem per duplex N. Nam γόνα Æoles genua vocant. Gentile, Gonatas; quod præter rationem eſt propter accentum, & Gonnius.

GONUSSA, urbs Perrhæbiæ. Gentile, Gonuſſæus.

GORAMA, regio Scenitarum Arabum. Incolæ, Gorameni.

GORGIPPIA, urbs Indicæ. Gentile, Gorgippienſis.

GORGUIA, locus in Samo, ut Duris perhibet: in quo Bacchus Gorguieus colitur.

GORDIEUM, urbs magnæ Phrygiæ, juxta Cappadociam, quæ a Gordio Midæ

pervenit; quod eſt oppidum primum Theſſaliæ venientibus ab Epiro. Apud eundem eodem libro gentile eſt GOMPHENSIS, quod reſpondet τῷ Γομφεύς apud noſtrum. Male igitur legitur in Concilio Bonifacii II, *Euſtathius Gomphienſis Epiſcopus,* pro *Gomphenſis.*

[30] Ἡροδότῳ Κίνδρα καὶ Ῥόνδα.] Hæc bene eſſe conſtituta, nunquam crediderim. Nam libri Palatini exhibent Ἡρωδιανῷ. Deinde, erit mihi magnus Apollo, qui dixerit, quid ſibi Κίνδρα & Ῥόνδα velint. Fortaſſis legendum Κίνδραι καὶ Ῥονδαῖοι. Ultima vox apud noſtrum pro Thracica gente ſuo loco occurrit.

[31] Οἱ δὲ Ἀδριανοπολίτας.] Fortaſſis hujus meminit Cedrenus de Ælio Adriano ſcribens: Ὡσαύτως ᾠκοδόμησε καὶ ἑτέραν πόλιν ἐν Θρᾴκῃ, προσαγορεύσας αὐτὴν Ἀδριανόπολιν. His adjungam verba Euſtathii, urbis nomen per duplex ν ſcribentis, ſic enim ille ad Iliad. B pag. 289: Οἱ δὲ Γοννεῖς, οὐ δὲ αὐτοὶ Ὁμηρικοί εἰσιν· ἀλλὰ πόλις Θρᾴκης κατὰ τοὺς παλαιούς· οἱ καὶ Ἀδριανοπολῖται. Quis non videt Archiepiſcopum hæc hauſiſſe ex noſtro, licet nomen reticeat?

[32] Γόννοι, πολ. Περῥ.] Arbitror tranſcriptorum huc irrepſiſſe mendum, nemo enim hoc urbis nomen numero multitudinis protulit. Strabo lib. IX: Καὶ Ὀλοοσσὼν δὲ λευκὴ προσαγορευθεῖσα ἀπὸ τοῦ λευκάργιλλος εἶναι, καὶ ἡ Ἠλώνη Περραιβικαὶ πόλεις, καὶ Γόννος. Huic adde Lycophronem:

- - - καὶ Περραιβικὴν
Γόνον, Φάλαννον τ' ἠδ' Ὀλοοσσόνων γύας.

Præterea exiſtimo, urbis nomen per ſimplex N exaratum fuiſſe, quia in ſequentibus addit, καὶ Γόννον διὰ δύο ν. Scripſit itaque Stephanus: Γόνος, πόλις Περραιβίας.

[33] Ὥς φησιν Ὅμηρος.] Homeri locus eſt in navium Catalogo:

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύο καὶ εἴκοσι νῆας.

Optime ad hunc locum monet Euſtathius, Guneum, de quo noſter, non debere confundi cum Guneo Arabe, juris juſtitiæque cultore, cui Lycophron Proteum æquiparavit.

[34] Γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ.] Codices MSS omnes contrariam plane lectionem exhibent: γράφεται δὲ καὶ χωρὶς τοῦ υ.

[35] Διὰ δύο N.] Urbis nomen in Lycophronis editis per ſimplex ν exaratur, uti loco jam allegato liquet; ſed teſtatur Euſtath. ad Hom. pag. 291 apud eundem poëtam per duplex ſcriptum fuiſſe.

[36] Γόνα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα.] Chartaceus Voſſianus: γόννα γὰρ οἱ Αἰολεῖς, quod non probo. Quanquam de nominis Etymologia noſter jam mentionem fecerit, eamque a *Goneo* quodam deduxerit; poſſet tamen prætcrea non incommode, ſi ſcribendi rationem per υ non improbemus, vel ab excelſitate vel a fertilitate hoc nomine inſigniri; nam teſte Etymologicographo γουνὸς λέγεται, ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῷ σώματι γονάτων, ἃ ἐξέχει· ὡς δέ τινες, ὁ τραχύτατος τόπος· ὁμοίως ἀπὸ τῶν γονάτων ὀστωδῶν καὶ τραχέων ὄντων· πλέον γὰρ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις τὰ φυτὰ αὔξεται). Deinde locum fertilem apud eundem denotat. Γουνὸς ὁ γεννητικὸς τόπος, ὁ γόνιμος καὶ κάρπιμος.

[37] Γονοῦσσα, πολ. Περραιβ.] In Voſſiano MS tota hæc ſectio non reperitur. Lycophronis ſcholiaſtes hanc civitatem a præcedente non diſtinguit, ita enim ille pag. 147: Γόνος ἡ λεγομένη Γονοῦσσα, πόλις Περραιβίας.

[38] Γοργιππία, πόλις Ἰνδικῆς.] Eadem hæc eſt civitas, quam noſter alio loco Gorgipam & Syndicum appellat: Σινδικὸς, πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ, ἔχουσα λιμένα· ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι. Hujus etiam meminit Strabo lib. XI: Αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος, ἐν τῇ Σινδικῇ· ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία. Ex hoc loco Caſaubonus in Stephano emendat Σινδικῆς pro Ἰνδικῆς. Fateor veteres omnes hanc regionem Sindicam, & incolas Sindos appellaſſe, ſed recentiores, amoto ſigma, eos Indos & Indicam appellarunt, quod multis probat Cl. Voſſius ad Scylacem Caryandenſen

[39] Γόργυια, τόπος ἐν Σάμῳ.] Hic idem locus ab Etymologici Magni Auct. *Gorgyra* & Bacchus Gorgyrus appellatur: Γόργυρος ὁ Διόνυσος· ἀπὸ Γοργύρας τόπου τῆς Σάμου.

[40] Διόνυσ. Γοργυεὺς τιμᾶται.] Codices Palatini repræſentant male: ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργονεὺς τιμᾶται.

[41] Μεγάλης Φρυγίας πρὸς τῇ Καππαδ.] Juſtinus lib. XI cap. VII urbem hanc locat inter Phrygiam majorem & minorem: *Poſt hæc Gordieum urbem petit, quæ poſita eſt inter Phrygiam majorem & minorem.* Sed potius cum Stephano

[42] ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου. [43] τὸ ἐθνικὸν, Γορδιεὺς, ὡς Κυτιάειον Κυτιαεὺς, Δορυλάειον [44] Δορυλαεύς. ἐχρῆν δὲ ἰσοσύλλαβα· ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῖς Φρυξὶ σημειώδη.

ΓΟΡΔΙΟΥ ΤΕΙΧΟΣ[45], πόλις Μίδου, κληθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. [46] ὁ πολίτης, Γορδιοτειχίτης.

ΓΟΡΔΥΑΙΑ, χώρα Περσικὴ, [47] ἀπὸ Γόρδυος Τριπτολέμου παιδὸς, τοῦ κατὰ ζήτησιν Ἰοῦς ἐξ Ἄργους ἐλθόντος εἰς Συρίαν. ἔστι δὲ ἡ πόλις [48] παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγριδος. τὸ ἐθνικὸν, Γορδυαῖος· καὶ Γορδυαία ἡ χώρα καὶ ἡ γυνή· καὶ οὐδετέρως [49] Γορδυαῖα ὄρη. [50] εὕρηται καὶ Γορδύας. [51] καὶ Γορδόχους αὐτοὺς φασι, [52] καὶ Γόρδους.

ΓΟΡΔΥΝΙΑ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Γορδυνιάτης.

ΓΟΡ-

A Midæ patre nomen habet. Gentile, Gordienſis, uti a Cytiaeum Cytiaënſis, Dorylaeum Dorylaënſis. Hæc & primitiva paribus ſyllabis eſſe oportebat. Verum hæc apud Phrygas notatu digna ſunt.

B GORDIUTICHOS, urbs Midæ, condita a filio Gordio. Cives dicitur Gordiotichita.

GORDYÆA, regio Perſica, quæ a Gordye Triptolemi filio ad inquirendam Io
C in Syriam ex Argo veniente, nomen ſortita eſt. Eſt autem urbs juxta ſcaturignem Tigridis ſita. Gentile, Gordyæus; & Gordyæa regio & fœmina appellatur. Et genere neutro Gordyæa ὄρη *montes*. Invenitur etiam Gordyas: atque eos Gordochos & Gordos
D nominant.

GORDYNIA, urbs Macedoniæ. Gentile, Gordyniates.

GOR-

Stephano ponenda eſt inter Phrygiam majorem & Cappadociam. Illi etiam a vero aberrant, qui cenſent hanc urbem ad Sangarium amnem in minore Phrygia collocandam, & cum Sardibus eandem faciendam. Sed hac de re vide Cl. Voſſium ad Juſtinum. Arrianus tamen de Exped. Alexand. Mag. nec non Curtius oppidum hoc ad jam nominatum amnem ponunt: ſed ab eorum ſententiæ videtur abire Livius lib. XXXVIII: Qui originem Sangarii ad oſtium uſque deſcriptione inſigni proſequutus ultra Peſſinuntem tendit, & de Gordio ſic ſcribit: *Poſtero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum eſt, ſed plus quam mediterraneum, celebre & frequens emporium: tria maria pari ferme diſtantia intervallo habet.*

42 Ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου.] Curtius lib. III: *Alexander, urbe in ſuam ditionem redacta, Jovis templum intrat: vehiculum, quo Gordium Midæ patrem vectum eſſe conſtabat, adſpexit.* Vide præterea Arrianum de Exped. Alex. Mag. lib. II. & Juſtinum lib. XI. cap. VII.

43 Τὸ ἐθνικὸν, Γορδιεύς.] Aliam formam exhibent numiſmata vetera. Cl. Spanhemius luſtravit nummum Chriſtinæ Auguſtæ, atque etiam Patinus, in quo erat hæc inſcriptio, ΓΟΡΔΗΝΩΝ.

44 Δορυλαεύς.] Manifeſtum typothetarum σφάλμα conſpicitur in editione Veneta atque Florentina, legitur enim in illis: Δορυαλεύς.

45 Πόλις Μίδου.] Mirum eſt profecto, Ortelium hanc urbem, cum revera Phrygiæ majoris ſit, Mediæ adſcripſiſſe. Totus locus videtur confuſus, & fortaſſis ſic conſtituendus: Γορδίου τεῖχος, πόλις κληθεῖσα ἀπὸ Μίδου τοῦ παιδὸς Γορδίου. Græco nomine hanc urbem appellavit Livius lib. XXXVIII. *Inde ad Gordiutichos (quod vocant) proceſſum eſt, ex eo loco ad Tabas tertiis caſtris perventum.* Strabo lib. XII & Plinius lib. V cap. XXXIII *Gordiucomen* appellant: *Urbs fuit immenſa, Attuſa nomine, nunc ſunt XV civitates: inter quas Gordiucome, quæ Juliopolis vocatur.* Ptolemæo dicitur Γορδιάγορδον.

46 Ὁ πολίτης, Γορδιοτειχίτης.] Peſſime exhibent Aldina Florentinaque editio: ὁ πολίτης, Γορδιτειχίτης.

47 Ἀπὸ Γόρδυος.] Ex vetuſtioribus editionibus veram lectionem revocavi; peſſime enim Xylander divulgaverat: ἀπὸ Γόρδιος. Strabo lib. XVI: Λέγεται Γόρδυς ὁ Τριπτολέμου τὴν Γορδυηνὴν οἰκῆσαι. Quibus verbis inſuper addendus alius locus præſtantiſſimus, ubi fuſius Geographus eandem fabulam narrat, cujus noſter jam meminit, ita enim ille in ſequentibus: Φασὶ δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀργείων πεμφθέντα ἐπὶ τὴν τῆς Ἰοῦς ζήτησιν, ἐν Τύρῳ πρότερον ἀφανοῦς γενηθείσης, πλανᾶσθαι κατὰ τὴν Κιλικίαν. Mox addit: Τὸν μὲν οὖν υἱὸν τοῦ Τριπτολέμου Γόρδυν, ἔχοντά τινας τῶν σὺν τῷ πατρὶ λαῶν, εἰς τὴν Γορδυαίαν ἀποικῆσαι.

48 Παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγριδος.] Ne exiſtimemus hic Stephanum loqui de oſtio Tigridis, ubi ſe effundit circa Teredonem in ſinum Perſicum; hoc enim tractu neque urbs, neque montes hoc nomine inveniuntur. Imo cenſeo τὴν ἐκβολὴν hoc loco denotare ἀνάβλυζιν ſive ſcaturiginem, ubi in ipſa fluvii origine fontes ſua ſponte aquam emittunt & egerunt, quæ ſignificatio auctoritate graviſſimorum ſcriptorum firmari poſſet. Oritur Tigris in Armenia majore parte auſtrali Niphatis montis, & decurrit juxta Gordyæos montes, ut Strabo auctor eſt; qui etiam perhibet, ibi a Parthis caſtella quædam eſſe condita, quæ antiqui *Garduchos* appellant, & Stephanus *Gorduchos*. Eum vide lib. jam citato.

49 Γορδυαῖα ὄρη.] De ſitu montium Gordyæorum diſputantem lege Cl. Bochartum in Geograph. Sac. lib. I cap. III.

50 Εὕρηται καὶ Γορδύας.] Conſtanter ſic legunt libri editi omnes & MSS. Vereor tamen ne vitium irrepſerit & legendum ſit: Εὕρηται καὶ Γορδυεύς. Nam Καρδυεὺς pro Γορδυεὺς occurrit apud Epiphanium adverſus Hæreſ. lib. I: Μέχρι δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραράτ ἀνάμεσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυέων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ. Et in Hæreſ. XVIII quæ eſt Nazaræorum: Ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ Καρδυέων χώρᾳ. Antiquam tamen lectionem retineo, quanquam hæc ſpecioſa videantur, ne temere aliquid immutem.

51 Καὶ Γορδόχους αὐτοὺς φασι.] Vocantur a Diod. Siculo *Carduchi*, ita enim ille lib. XIV: Μέχρι τοῦ τῶν Καρδούχων καλουμένου ἔθνους ἐπηκολούθησε. Et mox ſequitur: Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας διεπορεύοντο τὰ τῶν Καρδούχων ὄρη. Plinius lib. VI cap. XIII: *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.* De his etiam Stephanus ſuo loco mentionem facit, ſed eos Mediæ adſcribit. Formatur a Κάρδουχοι gentile Καρδούχιος, quo Gordyæi montes nonnunquam inſigniuntur. Xenophon lib. IV Anabaſ. Ἥκουον γὰρ τῶν ἁλισκομένων, ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, ἢν μὲν βούλωνται διαβήσονται. Agathias lib. IV: Ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη εἰς κώμην Θαμανῶν. De illo gentile neque hic neque in Κάρδουχοι Stephanus mentionem facit.

52 Καὶ Γόρδους.] Geographus Nubienſis Climat. IV part. VI hunc montem גרדי *Gordi*, ſive cum articulo אלגרדי appellat, unde hoc Græcum nomen dimanaſſe videtur. *A Moſal ad urbem Balad ſunt* XXI *millia &c. Et a Balad ad inſulam filii Omar* LXIX *millia. Ea adjacet montibus Thſemanin, & Maſurin & Kilſabur. Ex* qua

ΓΟΡΤΥΝ [53], πόλις Κρήτης. οὕτω δὲ διὰ τοῦ ν, ἀπὸ ἥρωος Γόρτυος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ [54] Λάρισσα. [55] πρότερον γὰρ ἐκαλεῖτο Ἑλλωτίς· οὕτω γὰρ παρὰ Κρησὶν, Εὐρώπη· εἶτα Κρήμνια, καὶ ὕστερον Γόρτυς. Φασὶ δὲ τὴν αἰτιατικὴν οἱ μὲν δισυλλάβως Γόρτυν, οἱ δὲ τρισυλλάβως,

[56] ---- Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

[57] οἱ δὲ Γόρτυναν, ὡς Ἄμυναν.

A GORTYN, urbs Cretæ. Sic autem per N effertur, & ab heroë Gortye appellata eſt. Vocabatur etiam Lariſſa: antea vero Hellotis, ſic enim a Cretenſibus nominabatur Europa. Deinde Cremnia, ac denique Gortys. Nonnulli accuſandi caſum efferunt duabus ſyllabis B *Gortyn*, alii vero tribus:

---- *Gortyna muro cinctam.*

Alii vero Gortynam, uti Amynam.

ΓΟΤΘΟΙ [58], ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ [59] εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης μετανέστησαν, ὡς εἴρηταί μοι [60] ἐν τοῖς Βυζαντιακοῖς. μέμνηται τούτων ὁ Φωκαεὺς Παρθένιος.

GOTTHI, gens quæ olim intra Mæo- C tida habitavit, poſtea vero in Thraciam commigravit, quemadmodum a me in Byzantina hiſtoria dictum eſt. Eorum meminit Parthenius Phocenſis.

ΓΟΥΝΑΣ, κατοικία Συρίας, βαθύγειος, καὶ εὔκαρπος. ὅθεν καὶ τοὔνομα, διὰ τὸ γόνιμον. τὸ ἐθνικὸν, Γουναΐτης.

GUNAS, vicinia Syriæ, profundi ſoli & D fœcundi. A fertilitate igitur nomen accepit. Gentile, Gunaïtes.

ΓΡΑΙΑ [61], πόλις Ἐρετρίας. ὁ πολίτης,

GRÆA, oppidum Eretriæ, cujus oppidanus,

qua montium ſerie eſt mons Godi (verum Bochartus legendum cenſet GORDI) *Amida imminens e regione propugnaculorum, in quo requievit navis illa, navis Noæ, cui pax.* Ita quoque hunc montem vocat Elmacinus hiſt. Saracenicæ lib. 1 cap. 1: *Poſtquam Noë ex arca egreſſus eſt, & adſcendit ad montem Gudi* (ubi idem Bochartus legendum monet GORDI) *& vidit locum areæ, qui eminet ſupra omnem illam regionem, eſt enim valde excelſus.*

[53] Γόρτυν, πόλις Κρήτης] Situm hujus urbis bene deſcribit Phranzes Chron. lib. 1 cap. XXXVI. *Sita eſt Gortyna in planitie, mare Lybicum ſpectans, a quo abeſt ſtadiis Sexaginta. Hæc antiquitus muris cincta fuit: quos injuria temporum labefactatos, Magiſtratus reparare cœpit: ſed iis ad octo ſtadia productis, opus interruptum eſt.* Vide porro quæ adfert Meurſius de ſitu & conditoribus hujus urbis in Cretæ deſcript. cap. IX.

[54] Λάρισσα.] Noſter enumerans omnes per terrarum orbem Lariſſas, nonam in Creta collocat, quod iſthac in voce videre eſt.

[55] Πρότερον γὰρ ἐκαλεῖτο Ἑλλωτίς, οὕτω γὰρ παρὰ Κρησὶν, Εὐρώπη.] Ne veſtigium quidem horum verborum exhibent editiones vulgatæ. Primus omnium hæc verba in lucem publicam emiſit Salmaſius ad Solinum ex MSS bibliothecæ Palatinæ, quæ eodem modo in codice Voſſiano exarata inveni. Non tantum Ἑλλωτίς, verum & Ἑλλωτία appellabatur Europa, teſte Etymologici Mag. Auctore: Ἑλλωτία, ἡ Εὐρώπη τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο· ἢ ὅτι οἱ Φοίνικες τὴν παρθένον ἐλλοτίαν καλοῦσιν· ἢ παρὰ τὸ ἑλεῖν· ὅτι ὑπὸ Ταύρου ἑάλω κατὰ τὸν μῦθον. Heſychio dicitur, emendante Salmaſio, Ἑλλωτίς, Εὐρώπη, στέφανος, πλεκόμενος πηχῶν εἴκοσι. Hinc Ἑλλώτια, ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. Colebatur Corinthi Minerva Ἑλλωτὶς dicta, in cujus honorem etiam feſtum Ἑλλώτια erat inſtitutum. Ἑλλωτὶς appellabatur, ὅτι Βελλεροφόντης τὸν Πήγασον ἵππον ἑλὼν καθ' ὑποθήκην καὶ συμμαχίαν τῆς Ἀθηνᾶς ἐχαλίνωσε· καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὸν ἵππον Ἑλλωτίαν προσηγόρευσεν αὐτήν· καὶ ἱερὸν αὐτῇ ἱδρύσατο· καὶ τὰ Ἑλλώτια, ἑορτή. De qua re vide Etymologici Mag. Auctorem. Sed ad Gortyna redeamus, quæ Hellotis dicta eſt, quia Europa tauri dorſo vecta eo pervenit. Solinus cap. XI: *Gortynam amnis Lethæus præterfluit, quo Europam tauri dorſo Gortyni* (forte Gortynii legendum) *ferunt vectitatam. Idem Gortynii & Atymnum colunt Europæ fratrem.* Euſtathius ad Dionyſium de ſitu orbis: Κτίσμα δὲ ἡ Γόρτυν Ταύρου ἐκείνου, τοῦ τὴν Φοίνισσαν Εὐρώπην ἁρπάσαντος, ὁ Κρήτης ἦν βασιλεύς.

[56] Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.] Hemiſtichium deſumptum eſt ex Catalogo navium.

[57] Οἱ δὲ Γόρτυναν.] Hinc liquet nonnullos caſum rectum & nomen urbis feciſſe Γορτύνη vel Γόρτυνα, ut præter alios teſtatur Euſtathius ad Dionyſ. pag. 18. Photius Hiſt. lib. V: Μενέλαος ἐν Γορτύνῃ τῆς Κρήτης Ἑκατόμβην ἔθυε τῷ Διΐ. Verum quia tota hac ſectione Epitomator neque de Gentilibus, neque de poſſeſſivis mentionem fecit; addam illa, quæ ſeria antiquorum lectione nobis ſunt obſervata. Multis in nummis apud Goltzium, Spanhemium, Patinum & alios conſpicitur ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ, quod paſſim veteres uſurparunt Græci & Latini. Etiam in uſu fuit ΓΟΡΤΥΝΑΙΟΣ, quod reperitur apud Theophraſtum lib. 1 Hiſt. plant. cap. XV: Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι. Verum adjacens urbi ager non duntaxat Γορτυναία vocatur, ſed etiam Γορτυνίς. Oppianus lib. II Cyneget.

Ἐν χθαμαλῇ γαίῃ Γορτυνίδι ----

Poſſeſſivum Γορτυνικὸς habemus apud Platonem lib. IV de legibus: Καὶ τί γε μάλιστα εὐδοκιμοῦν πανοῦ ἐνθάδε γένος τὸ Γορτυνικόν. Quia de his omnibus ne verbum quidem fecit Hermolaus, hic peſſimæ epitomæ ſpecimen reliquit; nam Stephani ſcopus fuit, non tantum recenſere nomina urbium, ſed etiam τὰ ἐθνικὰ inde deducta, ut alibi multis probamus.

[58] Γότθοι &c.] Gothos antiquis temporibus circa Mæotidem habitaſſe, multis veterum ſcriptorum teſtimoniis adſtrui poſſet; adducam ſolummodo verba Procopii, quæ illud manifeſtiſſime evincunt: Λίμνην δὲ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὴν ἐκ αὐτῆς ἐκβολὴν ὑπερβάντι εὐθὺς μὲν ἐς αὐτὴν που τὴν ταύτης ἀκτὴν οἱ Τετραξῖται καλούμενοι Γότθοι τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, ὧν ἐπεμνήσθην, ἀρτίως πολλοὶ δὲ ἄποθεν Γότθοι τε καὶ Οὐισίγοτθοι, καὶ Βανδίλοι, καὶ τὰ ἄλλα Γοτθικὰ γένη ξύμπαντα ἵδρυντο. Οἱ δὲ καὶ Σκύθαι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐπικαλοῦντο. Quo autem pacto non tantum in Thraciam, ſed & Daciam, Myſiam, Pannoniam irruperint, eaſque regiones occupaverint, legimus apud Dionem Pruſæum in Geticis, & Jornandem de tranſitu & migratione Getarum.

[59] Εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης.] Gothos per aliquot tempus in Thracia fixas habuiſſe ſedes, & inde tandem per Daciam & alias regiones ad Romanum imperium penetraſſe, teſtis luculentus eſt Ambroſius, qui lib. XXVIII de Fide cap. XLI ſic ſcribit: *Nonne ex Thraciæ partibus per Ripenſem Daciam & Myſiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem, ſacrilegis pariter vocibus, & barbaris motibus audivimus inhorrentem?*

[60] Ἐν τοῖς Βυζαντιακοῖς.] Diſputant docti, cujusnam hæc ſint verba, utrum Stephani, an vero Hermolai, qui Stephani opus de Gentilibus in compendium redegit. Voſſius de Hiſtoricis Græcis illa Hermolao, & Xylander Stephano adſcribit. Ego talis non ſum, qui hanc litem dirimam, niſi aliunde lux affulgeat.

[61] Γραία, πόλις Ἐρετρίας.] Fuit Bœotiæ oppidum in Eretrienſium ditione, quod etiam aliis nominibus appellant. Vide noſtrum in Τανάγραι.

της, Γραῖος, ἀφαίρεσις γέγονε τῆς ἀρχῆς, ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ Ταναγραίᾳ.

ΓΡΑΙΚΟ'Σ [62], ὁ Ἕλλην, ὀξυτόνως, [63] ὁ Θεσσαλοῦ υἱός. ἀφ' οὗ [64] Γραικοὶ, οἱ Ἕλληνες. Κεφάλων δὲ, [65] καὶ τὸν Γρανικὸν ποταμὸν ἐντεῦθεν κληθῆναι. τὸ δὲ Γραικὸς τὸ κύριον, βαρύνεται· τὸ οὖν ἐθνικὸν, ὀξύνεται. [66] λέγεται καὶ Γραικίτης, καὶ Γραικὶς τὸ θηλυκόν. Γραῖκες δὲ παρὰ Ἀλκμᾶνι, αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες· καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν. ἔστι δὲ ἢ μεταπλασμὸς, ἢ τῆς Γραὶξ εὐθείας κλίσις ἐστίν. εἰσὶ δὲ [67] καὶ Γραῖες Αἰολέων, οἱ τὸ Πάριον οἰκοῦντες.

ΓΡΑ'ΜΜΙΟΝ, πόλις ἐν Κρήτῃ. οἱ πολῖται, Γραμμῖται, καὶ Γραμμίτιοι. εἰσὶ δὲ Γραμμῖται, πρὸς τῇ Κελτικῇ ἔθνος.

ΓΡΑ'ΣΤΙΛΛΟΣ, ἀρσενικῶς, [68] πόλις Μακεδονίας, ὃ καὶ διὰ τοῦ π γράφεται κατὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν Πράστιλλος, ὡς Εὔπολις.

ΓΡΗ-

A danus, Græus. In principio dictionis facta eſt aphæreſis, uti in Tanagræa oſtendetur.

GRÆCUS, Hellen accentu in ultima, ſed *accentu in prima ante ultimam notata* Theſſali F. eſt, a quo Græci Hellenes dicuntur. Ce-
B phalo perhibet inde & Granicum fluvium nomen ſortiri. Græcus igitur, quando nomen eſt proprium accentum in prima, quando autem gentile eſt, in ultima notatur. Dicitur quoque Græcites, & Græcis genere fœminino. Græces vero apud Alcmanem Græcorum matres
C appellantur, ut & apud Sophoclem in Paſtoribus. Eſt vero vel metaplaſmus, vel in caſu recto habet Græx. Sunt quoque Græes Æolenſium, qui Parium incolunt.

GRAMMIUM, oppidum Cretæ, cujus
D oppidanus Grammitæ, & Grammitii. Sunt quoque Grammitæ gens juxta Celticam.

GRASTILLUS, genere maſculino, urbs Macedoniæ. Hæc vox in prima ſyllaba etiam per P ſcribitur Praſtillus, quemadmodum
E Eupolis perhibet.

GRE-

62 Γραικὸς, ὁ Ἕλλην ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλοῦ υἱός.] Conſtanter ſic legunt libri ſcripti & editi· at multo dilucidior foret ſenſus, ſi locus hunc in modum conſtitueretur: Γραικὸς, ὁ Ἕλλην ὀξυτόνως; βαρυτόνως δὲ ὁ Θεσσαλοῦ υἱός. Hanc lectionem veri ſpeciem habere, infra apparet ubi Epitomator ſic ſcribit: Τὸ δὲ Γραικὸς τὸ κύριον βαρύνεται· τὸ οὖν ἐθνικὸν ὀξύνεται. Similes tautologiæ & repetitiones plures ſunt & frequentiores quam decet. Interim nihil definio, quia MSS codicum auctoritate deſtituor. Numero ſingulari pro Hellene utitur hac voce Callimachus apud Strabonem lib. I:

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
Ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μέν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

63 Ὁ Θεσσαλοῦ υἱός.] Admodum incerta eſt hujus genealogia; quidam enim Theſſalum Græci filium, alii vero cum Stephano Græcum Theſſali filium ſtatuunt. Noſtro contrarius eſt Georgius Syncellus in ſuo chronico: Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους πρῶτος ἐβασίλευσε Θεσσαλῶν ὁ Γραικοῦ παῖς. Vide præterea Euſebium lib. I Chron. capite de Argivorum regibus.

64 Γραικοὶ, οἱ Ἕλληνες.] Rariſſime antiquis ſcriptoribus hoc nomine inſigniuntur. Uſus eſt ea voce Ariſtoteles lib. I Meteor. cap. XIV, ubi de locis circa Dodonem & deluvio ſub Deucalione loquitur: Ὤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες. Idem perhibent Marmora Arundeliana: Ἕλληνες ὠνομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι. Lycophron Proteſilaum Γραικῶν ἄριστον nuncupavit; ad quem locum ita commentatur ſcholiaſtes: Γραικοὶ γὰρ πρότερον, οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκαλοῦντο; ὕστερον δὲ ἀφ' Ἕλληνος ἐκαλοῦντο Ἕλληνες. Hellenes antiquis temporibus Γραικοὺς fuiſſe appellatos luculenter teſtatur Conſtant. Porphyrogenneta lib. II de Thematibus: Ἑλλὰς ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, ὃς δυναστεύσας τῆς Φθιώτιδος τοὺς ὑπηκόους ἑαυτῷ γενομένους ἀντὶ Γραικῶν Ἕλληνας ἐκάλησε· καὶ τότε πρῶτον Ἑλλὰς ὠνομάσθη· οὐκ ἦν δὲ τοῦτο παλαιὸν ὄνομα ἔθνους, ἀλλὰ φωνῆς τῆς Ἑλληνικῆς ἰδίωμα, ὡς ὁ συγγραφεὺς Ἀλέξανδρος φησὶ τὴν ὀνομασίαν νεωτερικὴν εἰδώς. Quem Alexandrum intelligat, difficulter dixerim, cum plurimi hoc nomine ſcriptores celebrentur: eſt quidam Alexander Ætolus poëta egregius, quem tamen cum ſuperiori eundem non facio, qui hanc vocem *uſurpavit*, cujuſque verſus ex Muſarum libro adducit Macrobius lib. V Saturnal. cap. XXII:

Ἀλλ' ὅγε πουλυθόμβου πάγχυ Γραικοῖσι μελέας
Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων.

Latini ſcriptores paſſim τὸ *Græcus* uſurpant, & facta ſyncope, τὸ κ rejiciunt, inde *Graius* fingunt. Cornel. Nep. in Præfat. *Non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum ſequutos.* Idem in Alcibiade: *Glorioſius exiſtimans barbarorum præda locupletari quam Graiorum.* Seneca de Conſolat. ad Helviam: Ut antiquiora, quæ vetuſtas obduxit, tranſeam; *Phocide relicta, Graij qui nunc Maſſiliam colunt, prius in hac inſula conſederunt.*

65 Καὶ τὸν Γρανικὸν ποταμὸν ἐντεῦθεν κληθῆναι.] Hæc deſumpta videntur ex Cephalonis Troïcis, quæ jam non extant, & illa ſi haberemus, promptius de his verbis meam ferrem ſententiam. Diverſas hujus vocis etymologias adducit Etymologici Mag. Auctor, quas huc tranſcribam: Γρανικος ἐστιν ὄνομα ποταμοῦ· παρὰ τὸ κρήνη κρηνικὸς καὶ γρηνικὸς, ὁ ἐκ τῆς κρήνης· ἢ ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ νικῶ, γήνικος καὶ γρήνικος, ὁ τὴν γῆν νικῶν· ἢ ἀπὸ τοῦ νικῶ καὶ τοῦ Γραικὸς, γέγονε γραίνικος· καὶ κατὰ μετάθεσιν τῆς αι διφθόγγου εἰς η. ἐκεῖ γὰρ οἱ Γραικοὶ ἐνίκησαν τοὺς βαρβάρους. Præter alias origines, ultimo loco perhibet, vocem compoſitam eſſe ex τοῦ Γραικὸς & νικῶ, & amnem hoc nomen inveniſſe ex eo, quod Græci ibi barbaros devicerint. Sed quos hic Græcos intelliges? An illos, quos Conſtantinus Porphyrogenneta ſua ætate circa Granicum fluvium collocat, & antiquis temporibus Phrygas appellabant, ita enim ille lib. I de Them. ſectione IV: Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν καὶ τὴν Κύζικον κατοικοῦσι Φρύγες τε καὶ Γραικοὶ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανίκου τὴν ὀνομασίαν πλουτήσαντες. Idem eodem libro Themate XVII: Μέχρι Κυζίκου καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Γρανίκου πάντες Γραικοὶ ὀνομάζονται. Certe non de quibus Conſtantinus: nam & Alexandri Mag. ætate fortaſſis amnis Granicus, ab victoria Alexandri contra Darium ad hunc fluvium nomen ſortitus eſt.

66 Λέγεται καὶ Γραικίτης.] Lycophron, antiquorum obſoletorumque vocabulorum affectator maximus eo uſus eſt:

---- ἐν δὲ Γραικίταις πέπλοις
Κόλπων ἰαυθμοὺς ἠθάδας διζήμενοι.

67 Καὶ Γραῖες Αἰολέων.] Sic exhibent libri editi; ſed libri Palatini Salmaſio ſuppeditarunt hanc lectionem: καὶ Γραῖκες Αἰολέων, οἱ τὸ Πάριον οἰκοῦντες.

68 Πόλις Μακεδονίας.] Heſychius Thraciæ adſcribit; ſed harum regionum termini nonnunquam confunduntur, ſic apud illum legitur: Πράστιλλος, πόλις Θρᾴκης. Puto apud noſtrum librariorum ſocordia exaratum eſſe: Πράξιλος.

ΓΡΗΣΙΝΟΣ, πόλις Χερρονήσου. τὸ A ἐθνικὸν, Γρησίνιος, ὡς Ἀνδροτίων ἕκτῳ Ἀτθίδος.

GRESINUS, urbs Cherſoneſi. Gentile, Greſinius, auctore Androtione libro VI de Atthide.

ΓΡΗΣΤΩΝΙΑ[69], χώρα Θρᾴκης πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. [70] ἀπὸ Γράστου τινός. τὸ ἐθνικὸν, Γραστῶ- B νες.

GRESTONIA, regio Thraciæ juxta Macedoniam, cujus meminit Thucydides libro II, a Graſto quodam nomen habens. Gentile, Graſtones.

ΓΡΥΝΟΙ[71], πολίχνιον Κυρηναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ ναὸς πολυτελὴς λευκοῦ λίθου, ἐν ᾧ τιμᾶται. Ἑκαταῖος δὲ τὴν πόλιν [72] Γρύνειαν καλεῖ. τὸ C ἐθνικὸν, Γρυνεύς· καὶ Γρυνηὶς τὸ θηλυκόν. λέγεται καὶ Γρύνειος Ἀπόλλων, ὡς Παρθένιος Δήλῳ· καὶ Γρυνήιος, καὶ Γρυνικὸς κτητικόν. καὶ οὐδετέρως, τὰ Γρύνεια.

GRYNIUM, oppidulum Myrinæorum, ubi & fanum Apollinis, vetuſque oraculum, & templum ſumtuoſum ex lapide albo, in quo colitur. Hecatæus vero urbem Gruniam appellat. Gentile, Gryneus & Gryneïs fœmininum. Dicitur quoque Grynius Apollo, apud Parthenium in Delo: & Gryneius, & Gryneïcus poſſeſſivum, & genere neutro, hæc Gryneia.

ΓΡΩΝΕΙΑ, πόλις Φωκίδος. τὸ D ἐθνικὸν, Γρωνεύς, ὡς τῆς Γρυνείας τὸ Γρυνεύς. ἡ γὰρ [73] διὰ τοῦ υ τῆς Τρῳάδος ἐστί.

GRONEA, urbs Phocidis. Gentile, Gronenſis, quemadmodum a Grynea Grynenſis. Troadis oppidum eſt, ſi vox per Y ſcribatur.

ΓΥΑΡΟΣ, νῆσος μία τῶν Σποράδων, θηλυκῶς λέγεται, Ἀντίγονος δὲ ὁ [74] Καρύστιος E φησιν, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διατρώγουσι τὸν σίδηρον, καὶ ὅτι ἡ [75] ἄχερδος ἐκεῖ θανάσιμόν ἐστι, κἂν εἰς ἄλλο δένδρον πήξῃ,[76] ἀπαυαίνει. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ [77] τῆς θαλαττίας [78] τρυγόνος τὸ κέντρον, καὶ τοὺς ὀδόντας κατασήπει προσ- F απτόμενον. τὸ ἐθνικὸν, Γυαρεύς.

GYARUS, inſula una Sporadum, genere fœminino. Antigonus Caryſtius perhibet, mures in illa inſula ferrum comedere, & ibidem acherdum lethalem eſſe: & ſi aliis arboribus infigatur, exareſcunt. Idem quoque facit paſtinacæ marinæ aculeus; ſi dentibus applicetur, putredinem concipiunt. Gentile, Gyarenſis.

ΓΥ- GY-

Πράξιλος, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν, Πραξίλιος. Sed de hac ſcribendi ratione ſuo loco.

69 Γρηστωνία, χώρα Θρᾴκης.] Eandem hanc eſſe regionem cum aliis cenſemus, quam in præcedentibus noſter Γραστωνίαν appellat. Apud Thucyd. tamen lib. II, quem auctorem citat, Γρηστωνία reperitur: Ἐκράτησαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν οἱ Μακεδόνες οὗτοι, ἃ καὶ νῦν ἔτι ἔχουσι, τόν τε Ἀνθεμοῦντα, καὶ Γρηστωνίαν, καὶ Βισαλτίαν. Et paucis verſibus interjectis: Ἀλλὰ τήν τε Μυγδονίαν, καὶ Γρηστωνίαν, καὶ Ἀνθεμοῦντα ἐδῄουν.

70 Ἀπὸ Γράστου τινός.] Palatini MSS exhibuere Salmaſio: ἀπὸ Γάστρου τινός. τὸ ἐθνικὸν, Γαστρῶνες. Hanc lectionem etiam repræſentant Veneta Florentinaque editio. Optime hæc reſpondent τῷ Γαστρωνία, quod ex Theopompi Philippicis noſter hauſit.

71 Γρυνοὶ, πολίχνιον Μυριναίων.] Xylandriana editio peſſime habebat; Γρυνοὶ, πολίχνιον Κυρηναίων. Aldina vero ut & Florentina: Γρυνοὶ, πολίχνιον Μυρηναίων, quod paullo melius eſt: ex illo mendo correctionem hauſimus quam nunc divulgamus. Cl. Voſſius ad Scylacem eandem vocem Stephano reſtituit, & totum locum ſic legendum exiſtimat: Γρύνιον, πολίχνιον Μυριναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Quia eadem reperiuntur verba apud Strabonem, ita enim ille lib. XIII: Εἶτα πολίχνιον Μυριναίων, Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ νεὼς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ, στάδιοι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν τετταράκοντα.

72 Γρύνειαν καλεῖ.] Præter Hecatæi, hodie habemus Herodoti teſtimonium, hanc civitatem etiam Γρύνειαν appellantis; eum vide lib. I ubi Æolicas civitates enumerat. Hinc Plinio *Grunia* dicitur lib. V cap. XXX.

73 Διὰ τοῦ υ τῆς Τρῳάδος ἐστί.] Hujus meminit Strabo lib. XIII. Teſtatur Caſaubonus in MSS Strabonis pro Γρύνιον aliquando Γρώνιον reperiri, quam ſcripturam merito rejiciendam exiſtimat.

74 Καρύστιος.] Typothetarum leve mendum occupat Xylandrianam, ubi legitur Καρίστιος. Apud Antigonum Caryſtium cap. XXI hodie ſic legitur: Τῆς δὲ Καρυστίας καὶ τῆς Ἀνδρίας χώρας ἐστὶ πλησίον νῆσος, ἡ καλουμένη Γύαρος· ἐνταῦθα οἱ μύες διατρώγουσι τὸν σίδηρον. Salmaſius ad oram ſui libri exhibet locum Ariſtotelis ex Mirabilibus, qui Antigoni ſententiam confirmat: Ἐν Κύπρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μέτας τὸν σίδηρον ἐσθίειν. Sed emendat vir maximus: Ἐν Κύπρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μύας &c. Ita quoque hunc locum correxit Bochartus in Hieroz. part. I. pag. 1018: illum de hac re conſuluiſſe non pœnitebit quenquam.

75 Ἄχερδος ἐκεῖ θανάσιμόν ἐστι.] Quanquam ſtare poſſit hæc lectio, potius tamen lego; ἄχερδος ἐκεῖ θανάσιμός ἐστι. Ita enim Antigonus Caryſtius olim ſcripſerat: Ἐν δὲ τῇ νήσῳ (ſcilicet Γυάρῳ) θανάσιμός ἐστιν ἡ ἄχερδος· κἂν εἰς ἄλλο δένδρον ἐμπλήξῃς. Ultima vox mihi vix ſana videtur; legendum cenſeo, ἐμπήξῃς. Deducitur illud ab ἐμπήγνυμι *infigo, affigo*. Sic enim Antigoni locus magis reſpondebit Stephano, in cujus MSS peſſime legitur πήξει. Sed in noſtro reſcribendum πήξῃς; ut ſenſus ſit integer.

76 Ἀπαυαίνει.] Quanquam ita ſit excuſum in omnibus editis, non eſt tamen genuina lectio. Ex Antigono Caryſtio, ubi hæc verba leguntur, reſcribi poteſt ἀφαναίνει, quod proxime accedit ad ſcripturam cod. Voſſiani, qui habet ἀφαναίει. Librarii tantum υ in ν mutarunt, quod in veteribus libris non eſt inſolens. Ἀφαναίνω & ἀφαύανομαι ſæpiſſime occurrunt eodem ſenſu apud Theophraſtum de Cauſ. Plant.

77 Τῆς θαλαττίας.] Peſſime in omnibus libris calamo exaratis legitur: ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τῆς Θετταλίας &c.

78 Τρυγόνος τὸ κέντρον.] Etiam hæc deſumpta ſunt ex Antigono Caryſtio, ubi hodie de Paſtinaca marina ſic legitur: Ποιεῖ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ τῆς τρυγόνος κέντρον τῆς θαλαττίας· καὶ ἐὰν εἰς τοὺς ὀδόντας ἅψῃ, κατασήπει. Ulyſſes aculeo hujus piſcis vulneratus periit; teſte Didymo ad Odyſſ. A. Hanc vim ejus aculeo adſcribit Heſychius: Τρυγὼν, ἰχθὺς θαλάσσιος, ἧς τὸ κέντρον δηλητήριον. Plura ad hanc rem pertinentia habes apud Meurſium in commentariis ad Lycophronem.

ΓΥ´ΖΑΝΤΕΣ[79], ἔθνος Λιβυκὸν, ὡς A
ϗ Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ, ϗ Ἡρωδιανός.

ΓΥ´ΘΕΙΟΝ[80], πόλις Λακωνική. Λυκόφρων,

Διστὰς [81] σαλάμβας, [82] κἀπὶ Γυθείου πλάκας. B

τινὲς φασιν, ὅτι [83] Πύθιον ἐκαλεῖτο, κακῶς. [84] ὁ πολίτης, Γυθεάτης. καὶ ἐκ τόπου, Γυθείηθεν ἐθνικόν.

ΓΥΛΑ´ΚΕΙΑ[85], οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία, ἀπὸ Γύλακος Κορινθίου. τὸ ἐθνικὸν, Γυλακεύς. C

ΓΥΜΝΗΣΙ´ΑΙ, δύο νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίδα· οὐχ' [86] ὥς τινες, μία. Λυκόφρων,

Οἱ δ' ἀμφικλύστους [87] χοιράδας Γυμνησίας D

Σισυρνοδῦται καρκίνοι πεπλωκότες,

Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι [88] νήλιπον βίον. E

καὶ ἀρσενικῶς [89] ϗ θηλυκῶς. ἐθνικὸν, Γυμνήσιος, [90] Γυμνησία· καὶ Γυμνησὶς, [91] ἀπὸ τῆς Γυμνῆτος γενικῆς, τροπῇ τοῦ τ

GYZANTES, gens Libyca, cujus & Herodotus lib. IV & Herodianus meminere.

GYTHEUM, oppidum Laconicum, de quo Lycophron:

Ad oſtia gemina & Gythei aquorа.

Quidam perhibent Pythium appellari: ſed male. Oppidanus, Gytheates. Et adverbium de loco Γυθείηθεν pro gentili uſurpatur.

GYLACIA, ita vocabatur Illyriæ Apollonia, ab Gylace Corinthio. Gentile, Gylacenſis.

GYMNESIÆ, duæ inſulæ circa Tyrrheniam. Non eſt una, ut quidam volunt. Lycophron:

Alii vero ad undique demerſas petras Gymneſias

Operimento pilis carente induti cancri navigantes,

Sine veſtibus degent diſcalceatam vitam.

Vox effertur genere maſculino & fœminino. Gentile, Gymneſius, Gymneſia & Gymneſis, quod factum eſt ex genitivo Gymnetis, muta-

to T

[79] Γύζαντες] Male Florentina Γύξαντες. Quo loco Gyzantes in Libya ſiti ſint, in præcedentibus diximus ad vocem Βύζαντες, ubi etiam de varia hujus vocis ſcriptura egimus. Mirum eſt profecto, noſtrum hanc Herodoti ſcribendi rationem jam non improbare, uti fecit ad vocem Βύζαντες, cum hæc ſectio id poſtulare videtur.

[80] Γύθειον, πόλις Λακωνική.] Oppidum eſt maritimum, ex quo ad Cretam inſulam certiſſimus erat curſus, teſte Plinio lib. IV cap. V. Lacedæmoniis pro navali inſerviebat. Livius lib. XXXII: *Certior deinde factus, Gytheum oppidum omnium rerum maritimarum Lacedæmoniis receptaculum eſſe.* Tantum a Lacedæmone aberat XXX ſtadiis, auctore Polybio lib. V: Ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. Suſpectus eſt mihi ſtadiorum numerus, quem facillime imperiti librarii corrumpunt: verior eſt Strabonis ſententia, qui a Gythio ad Spartam intervallum CCXL ſtadiorum annotavit, ita enim ille lib. VIII: Εἶτα Ἀσίνη, καὶ Γύθιον τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον, ἐν διακοσίοις καὶ τετταράκοντα σταδίοις ἱδρυμένον. ἔχει δ' ὥς φασι, τὸ ναύσταθμον ὀρυκτόν. Noli igitur dubitare, quin apud Polybium ducenta, & forte plura ſtadia perierint.

[81] Σαλάμβας.] Florentina editio: Σαλμυδισσίας, peſſime. Apud Heſychium σαλάμβη & σαλάβη idem denotant. Σαλάβη, θύρας ὀπὴ, φροντίς. Mox apud eundem ſequitur: σαλάμβη, πύλη, ὀπὴ θύρας, θυρίς. De propria harum vocum ſignificatione legendus Salmaſius in notis ad Lampridium.

[82] Κἀπὶ Γυθείου.] Peſſime has voces in unam conflaverant. Xylandriana editio exhibet, ut & Aldina, κἀπιγυθείους. Florentina omnium depravatiſſime, κἀπιγυθείσους. Hodie in Lycophronis vulgatis, unde huic loco medicinam fecimus, legitur: κἀπὶ Γυθίου πλάκας. Nos in hac editione Γυθείου prætulimus, quia Stephanus oppidi nomen Γύθειον fecit, cum diphthongo in medio.

[83] Πύθιον ἐκαλεῖτο.] A librariis Γ & Π aliquando confundi, res notiſſima eſt veteres libros verſantibus; nam in præcedentibus apud noſtrum liquet, τὸ Γρήστωνος & Πρήστωνος eandem Macedoniæ civitatem eſſe: & quia Πύθιον multo notius erat vocabulum, quam Γύθιον, hinc eſt quod priorem vocem, ſed male ſanam, amplexati ſint. Reperitur tamen ſæpiſſime cum vocali in medio. Polyb. lib. II de Cleomene: Ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς κατέβαινεν εἰς Γύθιον. Vide & alium locum Polybii & Strabonis ſupra allegatum.

[84] Ὁ πολίτης, Γυθεάτης.] Eodem modo nummi veteres hoc oppidani nomen exhibent. Goltzius in Theſauro rei antiquariæ numiſma agnoſcit cum hac inſcriptione: ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Occurrit etiam apud Plinium lib. IV cap. V: *Sinus GYTHEATES ab oppido: ex quo ad Cretam inſulam certiſſimus curſus.*

[85] Γυλάκεια.] Voſſianus calamo exaratus tranſpoſitis literis exhibet Γλαύκεια, quæ vox eſt nihili. Vide Stephanum in voce Ἀπολλωνία.

[86] Ὥς τινες μία.] Duas eſſe inſulas hoc nomine, quarum altera nunc *Majorica*, altera vero *Minorica* appellatur, res eſt geographiæ peritis notior multo, quam ut hic pluribus demonſtrari debeat. Nonnulli tamen antiquis temporibus extitere, teſte Euſtathio ad Dionyſium Periegeten, qui ſibi ſeptem imaginati ſunt, ita enim ille: Ἑπτὰ δὲ εἰπόντων τινῶν εἶναι τὰς Γυμνησίας νήσους, ὁ γεωγράφος δύο αὐτὰς ἱστορεῖ. Sed originem hujus erroris detexit Cl. Bochartus de Phœnicum coloniis lib. I cap. XXXV, ubi fuſius de incolis harum inſularum, de eorum moribus, lingua, etymologia nominis & de ſitu agitur.

[87] Χοιράδας.] Bene ſe habet vulgata a Xylandro editio: peſſime legitur in Aldina χειράδρας, & in Florentina χειράδας. Optime Strabo de his inſulis lib. III: Χοιραδώδεις εἰσὶ κατὰ τὰ στόματα; *Portuum aditus habent ſcopulis ſub aqua latentibus obſitos.*

[88] Νήλιπον βίον.] Conſtanter ita exhibent editiones omnes, & etiam Lycophronis libri vulgati: in MSS tamen legitur, νήλιπον πόνον.

[89] Καὶ θηλυκῶς.] Ex libris Palatinis & Voſſiano hanc vocem addidi, quæ ab omnibus vulgatis abeſt.

[90] Γυμνησία.] Editiones Xylandrianam antecedentes exhibent, Γυμνασία.

[91] Ἀπὸ τοῦ Γυμνῆτος γενικῆς.] Codices Palatini & Voſſianus: ἀπὸ τοῦ γύμνης γενικῆς. Sed vulgata lectio non eſt immutanda. Strabo numero multitudinis hanc vocem uſurpavit, ita enim ille lib. XIV: Φασὶ δὲ τοὺς Γυμνῆτας ὑπὸ Φοινίκων Βαλεαρίδας λέγεσθαι.

Nn

τοῦ τ εἰς σ. ἐκλήθη δὲ τὸ ἔθνος, [92] ὅτι τῷ θέρει Γυμνοὶ μένουσιν. [93] ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες, ἀφ᾽ οὗ Βαλιαρεῖς τὸ ἐθνικὸν, ὅ ἐστι σφενδονῖται.

A to T in S. Gens autem ſic appellata eſt, eo quod æſtate Γυμνοὶ, id eſt, nudi vitam degant. Etiam Baliarides dicti ſunt, unde gentile Baleares, hoc eſt Funditores.

ΓΥΝΑΙΚΟ'ΠΟΛΙΣ [94], πόλις Φοινίκων. ὁ πολίτης, Γυναικοπολίτης. ἔστι καὶ [95] ἄλλη Αἰγύπτου. Ἀρισταγόρας δὲ, οὐ πολλῷ νεώτερος Πλάτωνός, φησιν, ὅτι οὕτως ὠνομάσθη διὰ τρεῖς αἰτίας· ἢ ὅτι πολεμίων ἐπιπεσόντων, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐν γεωργίαις ἀπόντων, τὰς γυναῖκας κρατῆσαι τοῦ πολέμου· ἢ ὅτι γυνή τις [96] Νομάρχου, περιαιρωμένων τῶν παίδων αὐτῆς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἅμα τοῖς παισὶν ὁπλισαμένη, [97] κατεδίωξε τὸν βασιλέα, καὶ νικῆσαι· ἢ ὅτι τῶν Ναυκρατιτῶν ἀναπλεόντων κατὰ τὸν ποταμὸν, καὶ κωλυομένων ὑπὸ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀποβαίνειν, οὗτοι καταπλαγέντες, ὑπὸ ἀνανδρείας οὐ [98] διεκώλυσαν· ταῦτα καὶ Ἀρτεμίδωρός φησιν. Ἔστι καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην [99] Φιδάλειαν, τὴν μεταξὺ Ἀνάπλου, καὶ τοῦ [1] Λεωσθενείου. ἔνθα φασὶ τὴν [2] γυναῖκα Βύζαντος Φιδάλειαν διώξασαν ἅμα ταῖς γυναιξὶ, [3] τοὺς μετὰ Στροίβου τοῦ ἀδελφοῦ [4] Βύζαντος τῇ πόλει ἐπιθεμένους, τῶν πολιτῶν μὴ παρόντων, νικῆσαι, [5] διώξω-

GYNÆCOPOLIS, oppidum Phœ- B nicum, cujus oppidanus, Gynæcopolites. Eſt & alia Ægypti. Ariſtagoras, Platone non multo junior, perhibet, hanc tres ob cauſas ita nominatam eſſe. Vel quod mulieres, irruentibus hoſtibus, viris ad opus ruſticum profectis, prelio ſuperiores eva- C ſerint. Vel quod quædam Nomarchi conjux, liberis ſuis a rege deceptis, ſimul cum liberis armis ſuſceptis, regem fuerit perſequuta & vicerit. Vel quod Naucratitis adverſo flumine navigantibus, & cæteris Æ- D gyptiis e navi deſcendere prohibentibus, hi perculſi, præ ignavia reſiſtere auſi non ſunt. Eadem etiam Artemidorus perhibet. Eſt quoque Mulierum portus circa Phidaleam inter Anaplum & Soſtheneum: ubi perhibent, Phidaleam Byzantis conjugem ſi- E mul cum aliis mulieribus perſequutam fuiſſe illos, qui cum Strombo Byzantis fratre, civibus peregre profectis, urbi inſidiabantur, eoſque viciſſe, ad portum uſque perſequutam fuiſſe, & inde locum ita appel-

92 Ὅτι τῷ θέρει γυμνοὶ μένουσι.] In hac opinione etiam verſatur Diod. Siculus lib. v: Ἄλλαι δ᾽ ὑπάρχουσι νῆσοι κατάντικρυ τῆς Ἰβηρίας, ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὀνομαζόμεναι Γυμνήσιαι, διὰ τὸ τοὺς ἐνοικοῦντας γυμνοὺς τῆς ἐσθῆτος βιοῦν κατὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν. Et Livius in Epitome lib. LX: *Præterea res a Q. Metello conſule adverſus Baleares geſtas continet, quas Græci Gymneſias appellant, quia æſtatem nudi exigant.* Verum hæc Græcorum fabulis ſunt annumeranda. Potior eſt Heſychii ſententia, has inſulas ſive incolas hoc nomine inſigniri, quia γυμνῆτες ſunt σφενδονῆται, id eſt, funditores. Γυμνῆτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ τοὺς σφενδονήτας, οἱ δὲ τοὺς γυμνοὺς μαχομένους. Et ſic certe Græci Phœnicum illud *Baleares* iſta voce expreſſerunt.

93 Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες &c.] Editiones ante Xylandrianam publicatæ exhibent peſſimo errore Βλιαρίδες & Βλιαρεῖς; in quam ſcripturam etiam conſentiunt codices Palatini & Voſſianus. Omnes tum Græci, tum Latini hanc vocem per λ ſimplex efferunt, ut Polybius, Strabo, Agathemerus, Livius, Florus, Euſtathius & alii, excepto Diodoro Siculo & poſt eum Iſidorus, qui ſcribunt Βαλλιαρεῖς, quaſi vox ἀπὸ τοῦ βάλλειν foret deducenda. Diodor. Sicul. lib. v ſic inquit: Ὑπὸ δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ τῶν Ῥωμαίων προσαγορεύονται Βαλλιαρεῖς, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις λίθους μεγάλους. Et Iſidor. lib. XIV Orig. cap. VI: *In iis primum inſulis inventa eſt funda, qua lapides emittuntur, unde & Balleares dictæ:* Βάλλειν *enim Græce emittere dicitur: unde & Balliſta, quaſi miſſa & fundibulum.*

94 Γυναικόπολις.] Editiones ante Xylandrianam divulgatæ male exhibent Γυναικόσπολις, uti liquet ex oppidani nomine, quod in iiſdem erat Γυναικοπολίτης.

95 Ἄλλη Αἰγύπτου.] Hæc urbs & præfectura Gynæcopolitana ſatis nota eſt ex Strabone lib. XVII, & Plinio lib. V cap. IX.

96 Νομάρχου.] Nomarchus eſt qui præfecturæ Ægyptiacæ imperat.

97 Κατεδίωξε.] Legendum vel καταδιῶξαι, vel illud νικῆσαι quod ſequitur, mutandum eſt in ἐνίκησε.

98 Διεκώλυσαν.] Poſt hanc vocem Epitomatorem quædam ſuppreſſiſſe, quæ ad hiſtoriæ ſupplementum faciunt, firmiter mihi perſuadeo. Nam noſter tres allegat cauſas, unde originem urbis Gynæcopoleos veteres deduxere. In duabus prioribus rationes iſtæ comparent, ſed nequaquam tertio loco, ubi de mulieribus earumque contra viros victoria, nulla omnino reperitur mentio. Niſi quis potius ſtatuat, civitatem hanc ad exprobrationem ignaviæ & ἀνανδρείας virorum, qui ſe nequaquam viros, ſed mulieres præſtiterant, Gynæcopolin dictam fuiſſe.

99 Φιδάλειαν.] Hic Phidalea eſt nomen loci, in ſequentibus vero Byzantis conjux ita appellatur. Aldina & Florentina legunt Φεδάλειαν. In Chronico Alexandrino appellatur Φεδαλία, ſine diphthongo in penultima: Τὴν δὲ λεχθεῖσαν Φεδαλίαν μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἠγάγετο Βύζας ὁ Θρᾴκης βασιλεύς &c.

1 Λεωσθενείου.] Optime quondam emendavit Meurſius, Σωσθενείου. Soſthenium enim Thraciæ locus eſt, trajectui Conſtantinopolitano è regione oppoſitus.

2 Γυναῖκα Βύζαντος Φιδάλειαν διώξασαν &c.] Præſtantiſſimum hoc fœmininæ virtutis exemplum, abs Phidalia Byzantis uxore editum, etiam refert Heſychius Mileſius in deſcriptione Conſtantinopoleos, ſed longe aliis circumſtantiis: Πρὸς ὃν ἡ τοῦ Βύζαντος γυνὴ ἡ θαυμαστὴ Φιδάλεια μηδέν τι καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τῇ γυναικείᾳ χρησαμένη χειρὶ διηγωνίσατο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ· ὡς γὰρ τοὺς κατὰ πόλιν ὄφεις εἰς ἓν τὸ χωρίον συλλαβοῦσα ἔφερε, ἀθρόως τοῖς ἐναντίοις ἐμφανεῖσα δίκην βελῶν καὶ ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία, καὶ πλείστους λυμηναμένη, τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. Multis variiſque circumſtantiis etiam hanc hiſtoriam narrat Johannes Tzetzes Chiliad. II. Hiſt. LX.

3 Τοὺς μετὰ Στροίβου.] Sic legunt conſtanter libri MSS & editi omnes, ſed locum eſſe vitiatum vidit Meurſius, qui emendandum cenſet, τοὺς μετὰ Στρόμβου. Habuit enim Byzas fratrem *Strombum*, teſte Heſych. Mileſio in Conſtantinop. deſcriptione: Οὐ μετὰ πολὺν δὲ χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθεὶς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν.

4 Βύζαντος.] Caſus rectus eſt Βύζας, quod in obliquo etiam habet Βύζα. Ita enim legitur in Anonymi demonſt. Chronographicis ab Allatio editis: Ἐν ταῖς ἡμέραις Βύζα καὶ Ἄν[illegible],

[5]διώξασιν μέχρι τ8 λιμένος, καὶ ὅτως ὀνομά- A
σαι. ἐθνικὸν τ8 λιμέν☉, Γυναικολιμενίτης.

ΓΥ'ΡΤΩΝ, πόλις τ Θεσσαλίας, [6]καὶ Περῥαιβίας, ἣν Ο'΄μηρ☉ Γυρτώνην καλεῖ, ὡς Ι'τώνην, καὶ Ι'τῶνα, ἀπὸ Γύρτων☉ τ8 Φλεγύ8 ἀδελφ8, ὅς τις αὐτὴν ἔκτισεν. ὁ πολίτης, B Γυρτώνι☉.

ΓΥΨΗΙ'Σ, νῆσος Αἰθιοπίας, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτη. τὸ ἐθνικὸν, Γυψηΐτης.

ΓΩΓΑΡΗΝΗ' [7], χωρίον μεταξὺ Κόλ- C χων, καὶ Ι'βήρων τ ἀνατολικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Γωγαρηνός.

pellaſſe. A portu deducitur gentile, Gynæcolimenites.

GYRTÔN, urbs Theſſaliæ & Perrhæbiæ, quam Homerus Gyrtonam appellat, uti Itonam & Itona. Nomen accepit a Gyrtone Phlegyæ fratre, qui eam condidit. Civis, Gyrtonius.

GYPSEIS, inſula Æthiopiæ, cujus meminit Marcianus libro primo peripli. Gentile, Gypſeïtes.

GOGARENE, oppidulum inter Colchos & Iberos orientales. Gentile, Gogarenus.

ἐ Α'ντίκ, καὶ ἕως τ σήμερον τοῖς φιλοσοφ8σι ἐν πείρᾳ παρατέθειται θέαμα.

[5] Διώξασιν.] Eadem vox atque idem caſus reperitur in præcedentibus, quam tamen hic librariorum incuria depravatam cenſeo. Lege διώξαι, ut nihil orationis contextui deſit.

[6] Καὶ Περῥαιβίας.] Fortaſſis & hic reſcribendum levi correctiuncula ἢ Περῥαιβίας; nam una eademque urbs non eſt ſita in diverſis regionibus, niſi eam amnis aliquis interſecat, quod de hoc oppido, circa mare ad oſtium Peneï ſito, non eſt affirmandum. Euſtathii ætate leviſſimum illud mendum Stephani codices occupaverat, ita enim ille ad Iliad. B pag. 333. Ο' τ Ε'θνικῶν συναγωγεὺς φησι, Γυρτὼν, πόλις Θεσσαλίας ἐ Περῥαιβίας, ἀπὸ τ8 κτίσαντ☉ αὐτὴν Γύρτων☉, ὃς ἦν ἀδελφὸς Φλεγύ8. Strabo lib. IX perhibet, urbem eſſe Perrhæbicam, & Perrhæbos partem Theſſaliæ, quæ ad mare eſt & Peneum uſque ad oſtium, tenuiſſe. Etiam Apollonii Scholiaſtes ad lib. I, cum noſtro dubitat, utrum Theſſaliæ, an vero Perrhæbiæ ſit adſcribenda, & nominis etymon non deducit a Gyrtone Phlegyæ fratre, ſed a Gyrtona Phlegyæ ſorore.

[7] Γωγαρηνή.] Eſt pars Iberiæ trans Cyrum amnem, quam Iberi Armeniis ademerunt, de qua ſic ſcribit Geographus lib. XI: Ι'βήρων δὲ τήν τε παρωρείαν τ8 Παρυάδρ8, καὶ τὴν Χορζηνὴν καὶ Γωγαρηνὴν, πέραν ὄντων τ8 Κύρ8.

Δ.

D.

ΔΑ'ΑΙ [1], Σκυθικὸν ἔθνος· εἰσὶ δὲ νομάδες. λέγονται ἐ Δάσαι, μετὰ τ8 σ. A

ΔΑΔΙ'ΚΑΙ, ἔθν☉ Περσικόν· [2] Η'ρόδοτ☉ ἑβδόμη. B

ΔΑΔΟ'ΚΕΡΤΑ, φρ8ριον μέγα τῆς C Α'ρμενίας, μεταξὺ Μηδίας. τὸ ἐθνικὸν, Δαδοκερτηνὸς, τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ.

ΔΑΙ'ΔΑΛΑ, [3] πόλις τ Ρ'όδ8, ἢ χωρίον, Σιεράβων ιδ. ἔστι καὶ [4] ὄρ☉ τ Λυκίας

DAÆ, gens Scythica, quæ vitam paſtoralem agit. Appellantur etiam Daſæ cum ſigma.

DADICÆ, gens Perſica, de qua Herodotus libro ſeptimo.

DADOCERTA, magnum caſtellum inter Armeniam & Mediam. Gentile, Dadocertenus, juxta formam vernaculam.

DÆDALA, urbs ſive caſtellum Rhodi, auctore Strabone libro XIV. Eſt item mons Lyciæ

[1] Δάαι.] Peſſime divulgavit Xylander Δαίαι. Florentina editio exhibet Δάαια, quod priori ſcriptura haud melius eſt. Nos ex libris MSS & Aldina editione veterem veramque lectionem revocavimus, ita enim Virgil. lib. VIII Æneid. hanc gentem appellat:

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis
Indomitique Daæ. ----

Ad quem locum ſic inquit Servius: *Scythiæ populi a parte Septentrionali juncti Perſidi, unde Davi dicti.* Apud Herodotum gens Perſica reperitur lib. I. cui Δάοι nomen eſt, quæ inter gentes pecuarias cenſetur: Οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι, οἱ δὲ ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι. De his vide Salmaſ. ad Sol. pag. 796.

[2] Η'ρόδοτ☉ ἑβδόμη.] Non duntaxat ſeptimo, ſed etiam tertio libro Herodotus hujus gentis meminit,

[3] Πόλις τ Ρ'όδ8.] Sic conſtanter legunt libri editi, quos ſequimur: ſed ſcripti Palatini & Voſſianus: Δαίδαλα, πόλις τ Ρ'οδίας. Quæ lectio etiam non eſt improbanda; nam aliquando geographi hanc inſulam Ρ'οδίαν appellant. Strabo lib. II: Πάλιν δὲ ἀπὸ τ Ρ'οδίας, ἡ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγ☉ ποι8σα, καὶ τὸ Παμφύλιον &c. Sic Melos Cretici maris inſula a Varrone lib. III de Re Ruſt. *Melia* appellatur; & Chios *Chia*, teſtibus Metrodoro & Cleobulo. Quanquam in Stephano nihil mutaverim, exiſtimo tamen MSS codices veriſſimam lectionem repræſentare, quod liquet ex loco Strabonis quem noſter ex libro XIV allegat: Α'ρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τ Ρ'οδίας χωρίον. πέρας δὲ τὸ καλ8μενον ὄρ☉ Φοίνιξ, καὶ τ8το τ Ρ'οδίας.

[4] Ο'΄ρ☉ τ Λυκίας.] De hoc monte noſter mentionem facit in voce Τελμισσὸς, quam urbem poſt Dædala terminum Ly-

κίας τὰ [5] Δαίδαλα. ἡ δὲ πόλις, ἀπὸ Δαιδάλου A τοῦ Ἰκάρου, ἡ ἐν Λυκίᾳ. Διά τινος γὰρ ἕλους ἐπορεύετο διὰ τοῦ Νίνου ποταμοῦ, [6] καὶ ὑπὸ χερσύδρου δηχθέντα, τελευτῆσαι, καὶ ἐκεῖ ταφῆναι, καὶ κτισθῆναι πόλιν, φησὶν Ἀλέξανδρος ἐν Λυκιακοῖς. ἔστι δὲ [7] Ἰνδικῆς, καὶ Κρήτης ἄλλη. B ὁ πολίτης [8] Δαιδαλεύς, ὡς Σαμόσατα Σαμοσατεύς· καὶ Δαιδαλὶς, τὸ θηλυκόν.

ΔΑΙΔΑ'ΛΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας, Δαιδάλου κτίσμα, ἥτις Ἰουλία νῦν καλεῖται, Ῥωμαίου ἄρχοντος κληρουχήσαντος. τὸ ἐθνι- C κὸν, Δαιδαλεύς.

ΔΑΙΔΑΛΙ'ΔΑΙ, Δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Δαιδαλίδης. τὰ τοπικὰ, ἐκ Δαιδαλιδῶν.

ΔΑΚΙ'Α, χώρα πλησίον Βορυσθένους. D [9] οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ τὴν ἕω· Δάους δὲ, τοὺς πρὸς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ, [10] τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι καὶ Γέται. E

ΔΑ'ΛΜΙΟΝ, πόλις Δαλματίας, μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον

A ciæ hæc Dædala. Urbs autem a Dædalo Icari patre in Lycia condita eſt. Perhibet autem Alexander in Lyciacis, ipſum, cum à Nino fluvio per paludem quandam proficiſceretur, a chelydro morſum, obiiſſe, ibidem tumulo conditum, & urbem ædificatam fuiſſe. Eſt quo- B que alia Indiæ & Cretæ. Oppidanus, Dædalenſis, uti Samoſata Samoſatenſis. Et Dædalis fœmininum eſt.

DÆDALEA, urbs Italiæ, Dædali opus, quæ nunc Julia appellatur, cum duci C Romano ſorte obtigiſſet. Gentile, Dædalenſis.

DÆDALIDÆ, populus Cecropidis tribus, cujus popularis, Dædalides. Locale, ex Dædalidis.

D DACIA, regio prope Boryſthenem. Daci ſunt, quos appellamus Davos. Getas enim vocamus, qui verſus Pontum & orientem inclinant: Dacos vero qui in diverſum ad Germaniam & Iſtri fontes vergunt. Apud Atticos etiam ſervorum nomina ſunt Davi & E Getæ.

DALMIUM, urbs Dalmatiæ inter Illyriam & Italiam ſita. Gentile eodem modo ſe habet,

num Lyciam inter & Cariam ſtatuit. Hujus montis meminit & Strabo lib. XIV: Μετὰ δὲ οὖν τὰ Δαίδαλα τὸ τῶν Λυκίων ὄρος, οὗ πλησίον ἐστὶ Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, καὶ Τελμισσὶς ἄκρα.

5 Δαιδάλου τοῦ Ἰκάρου.] Ne credamus Icarum fuiſſe patrem Dædali. Similes locutiones apud antiquos ſcriptores occurrunt. Herodotus lib. I: Ἄδρηστος ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω. Id eſt: *Adraſtus* nepos *Gordii* patris *Midæ*. Sic quoque apud Ælian. lib. XIII Var. Hiſt. cap. XXX: Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου eſt *Olympias* mater *Alexandri*. Servius ad lib. I Æneid. *Eſt Græca figura, ut ſi dicamus Æneas Anchiſæ, & ſubaudiamus filius. Hac autem figura utimur circa patres & maritos tantum, ut Virgilius, Deiphobe Glauci, id eſt, filia. Hectoris Andromache, id eſt, uxor.* Sed plurimis aliis occaſionibus hanc figuram adhiberi, alii jam demonſtrarunt.

6 Καὶ ὑπὸ χερσύδρου.] Hujus animalculi memint Virgil. lib. III Georg.

Diſce & adoratum ſtabulis accendere cedrum
Galbanoque agitare graves nidore chelydros.

Servius ad hunc locum: *Chelydri dicti ſunt, quaſi cherſydri: quia in aquis & in terris morantur: nam* χέρσον *dicimus terram,* ὕδωρ *autem aquam.*

7 Ἰνδικῆς καὶ Κρήτης.] Indicam urbem hoc nomine agnoſcit Ptolemæus lib. VII: Σαβαλάσσαρα, Καστάρα, Πασσικῶνα, Δαίδαλα &c. Cretæ urbs non ita nota eſt: forte etiam a Dædalo nomen accepit, qui per aliquot tempus in illa inſula vitam tranſegit, & ex muliere Cretenſi Japygem filium genuit, ut Strabo lib. VI auctor eſt.

8 Δαιδαλεύς.] Vidit Goltzius nummum Veſpaſiani cum hac inſcriptione: ΔΑΙΔΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Verum ad quam urbem referenda ſit, aliis inquirendum relinquo.

9 Οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους.] Amplectitur noſter, tecto quidem nomine, Strabonis ſententiam, tradentis Dacos antiquis temporibus Dauos appellatos fuiſſe. Imo amplectitur quoque antiquam illam regionis diſtributionem, qua Getas verſus Pontum & orientem, Dacos vero ad Germaniam & Iſtri fontes inclinantes perhibet. In hanc rem ipſiſſimis Geographi verbis uſus eſt, quæ ex lib. VII huc tranſcribam: Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος τῆς χώρας μερισμὸς, συμμένων ἐκ παλαιοῦ· τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας· Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω· Δάκους δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγὰς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν. ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα. Noſter itaque ex mente Strabonis Dacos a Getis diſtinguit, propriam cuique genti locum aſſignans. Quos Græci vocabant Getas, hos Dacos Romanos appellaſſe conſtat teſtimonio Plinii, lib. IV cap. XII ita ſcribentis: *Ab eo in plano quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variæ tamen littori appoſita tenuere, alias Getæ, Daci Romanis dicti, alias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ &c.* Dacorum origo tamen eſt petenda a Getis, quod apud Juſtinum lib. XXXII teſtimonio Trogi Pompeji evincitur: *Daci quoque ſoboles Getarum ſunt: qui cum* Bœrebiſta *rege adverſus Baſtarnas male pugnaſſent, ad ultionem ſegnitiæ, capturi ſomnum capita loco pedum ponere juſſu regis cogebantur.* Hinc eſt quod ſequioris ævi ſcriptores ſtatuant, Daciam antiquis temporibus Getiam dictam fuiſſe, quod liquet ex Zonara in Galieno: Αὐρηλιανὸς δὲ ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης.

10 Τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα.] Qui locum hunc contulerit cum proxime allegatis, is fatebitur, deſumptum eſſe ex Strabone. Euſtathius ad Dionyſ. his Stephani verbis utitur: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, καὶ πλησίον τοῦ ποταμοῦ Βορυσθένους φησὶ τὴν Δακίαν διήκειν. λέγει δὲ καὶ ὅτι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ τῶν Ἀττικῶν ὀνόματα δούλων, Δάοι καὶ Γέται. Solebant veteres mancipia bello capta, aut ære comparata, non proprio, ſed regionis nomine, ubi nati erant, inſignire. Theocriti Scholiaſt. ad Idyll. V: Εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα. οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα· Δωριεὺς γὰρ ἦν. Hinc paſſim apud comicos ſervis gentilia, ut Geta, Syrus, Pœnulus &c. attribuuntur. Verum ſua virtute & fortitudine tandem Getæ effecerunt, ut ipſi imperatores Romani & viri conſulatu functi, hoc nomine appellari voluerint. Verum longe alia reperiuntur nomina in comœdiis Ariſtophanis & eum præcedentium comicorum, in quibus Λυδὸς, Φρὺξ, Τίβιος, Καρίων atque alia hujuſcemodi in uſu ſunt.

11 Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων.] Hæc quoque ex Strabone, tecto licet nomine, verbotenus ſunt tranſcripta, apud quem lib. VII totus locus hunc in modum concipitur: Δάλμιον δὲ μεγάλη πόλις, ἧς ἐπώνυμον τὸ ἔθνος· μικρὰν δ' ἐποίησε Νασικᾶς, καὶ τὸ πεδίον μηλόβοτον διὰ τὴν πλεονεξίαν

ὅμοιον, ἢ Δαλμιεύς. [11] ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος τῆς χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι. Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ. [12] Κουάδρατος δὲ, Δάλμιον. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ Δαλμάτας. A

ΔΑΜΑΙΟΙ, ἔθνος παρὰ τοῖς Ἰχθυοφάγοις, ὡς Ἀπολλόδωρος. B

ΔΑΜΑΣΚΟΣ, πόλις Συρίας, μεσόγειος, ὑπερθεν Φοινίκης, [13] περὶ τὸν Βαρδίνην ποταμόν. ὠνομάσθη δὲ, ὅτι [14] εἷς τῶν γιγάντων Ἀσκὸς ὄνομα, ἅμα Λυκούργῳ δήσας τὸν Διόνυσον, ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμόν. C ὃν λύσας Ἑρμῆς, τὸν Ἀσκὸν τοῦ δέρματος ἐγύμνωσεν· ὅθεν πρὸς οἶνον ἐπιτήδειον τὸ δέρμα. οἱ δὲ, ὅτι Δαμασκὸς Ἑρμοῦ παῖς, καὶ νύμφης Ἀλιμήδης, ἐξ Ἀρκαδίας εἰς Συρίαν ἦλθε, καὶ πόλιν ὁμώνυμον D ἔκτισεν. ἄλλοι δὲ, ὅτι Δαμασκὸς ἐφατίζετο ἀνήρ. [15] Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος, πελέκει ταῦτα ἔκοπτε. Διόνυσος δὲ ὀργισθεὶς, ἐδίωξε, [16] καὶ ἐξέδειρε.

* ἐπεδάχθη Δαρμασκὸς * E

καὶ οὕτω Δαμασκὸς κατὰ παραφθοράν. ὁ πολίτης, Δαμασκηνός. καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, Δαμασκηνή.

ΔΑΝ-

habet, ſive Dalmienſis. Proprium hoc habent Dalmatæ, ut octavo quoque anno agri diviſionem inſtituant. Appianus urbem Delminium vocat: Quadratus vero Delminum. Eos etiam Dalmatas nuncupant.

DAMÆI, populus juxta Ichthyophagos, teſte Apollodoro.

DAMASCUS, urbs Syriæ mediterranea ſupra Phœnicen, circa Bardinen fluvium. Ita autem appellata eſt ex eo, quod unus è gigantibus nomine Aſcus, ſimul cum Lycurgo, Bacchum vinculis ligatum in fluvium projecerit. Hunc cum ſolviſſet Mercurius, Aſcum pelle exuit. Inde eſt quod pellis apta ſit vino cohibendo. Alii vero originem nominis hinc deducunt, quod Damaſcus Mercurii & Alimedæ nymphæ filius ex Arcadia in Syriam profectus, ibi urbem ejuſdem nominis condiderit. Alii vero fingunt hominem quendam Damaſcum vocatum, qui, Baccho Syriam vitibus conſerente, illas ſecuri exſtirpavit. Bacchus vero ira accenſus eum perſecutus eſt & excoriavit.

* Factum eſt inde Darmaſcus *

Atque ita Damaſcus corrupte appellatur. Cives, Damaſcenus, & regio & urbs Damaſcene dicitur.

DAN-

νεξίαν τῶν ἀνθρώπων· Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων, τὸ διὰ ὀκταετηρίδος χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι. Etiam his verbis uſus eſt Euſtathius ad Dionyſium in Dalmatiæ deſcriptione.

[12] Κουάδρατος δὲ Δάλμιον.] Conſtanter ſic legunt libri editi: ſed mendam aliquam irrepſiſſe res eſt evidens. Salmaſius in Palatino cod. invenit: Κουάδρατος δὲ μετὰ ε τὸ Δέλμιον, & in alio Δαλμίνιον. Hoc liquet ex Euſtathio ad Dionyſium, urbis nomen trifariam veteres ſcriptores protuliſſe: Διχῶς δὲ τὸ ἔθνος λέγεται καὶ Δαλμάται καὶ Δαλματεῖς· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Δάλμιον, ἢ Δελμίνιον, ἢ Δέλμινον.

[13] Περὶ τὸν Βαρδίνην ποταμόν.] Plurima urbem hanc alluere flumina & præterfluere, etiam ſutores & tonſores ex variis peregrinationibus facillime addiſcere poſſent. Sed præter Stephanum nullus eſt, qui fluviorum nomina recenſens, de *Bardine* mentionem facit. Et quanquam non viderim libros manu exaratos & editos circa nominis ſcripturam variare, ſuſpectus tamen mihi manſit & manet hujus fluvii appellatio. Si non longius a vulgata ſcriptura recederet, reſcribendum putarem, περὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, qui profecto non longiſſime a Damaſco abfuit. Strabo lib. XVII, ubi refert Aradios per Lycum & Jordanem onerariis navibus adverſo alveo ad regionem Damaſcenorum ſubvehi, noſtram conjecturam aliquantulum confirmat, ita enim ille: Τῶν δὲ ποταμῶν ὁ μὲν Χρυσορρόας ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δαμασκηνῶν πόλεως καὶ χώρας, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται σχεδόν τι· πολλὴν γὰρ ἐπάρδει, καὶ βαθεῖαν σφόδρα· τὸν δὲ Λύκον καὶ τὸν Ἰορδάνην ἀναπλέουσι φορτίοις, Ἀράδιοι δὲ μάλιστα. Hinc liquet non longe Jordanem a Damaſco abeſſe.

[14] Εἷς τῶν γιγάντων Ἀσκὸς ὄνομα.] Omnibus notum eſt, quam incerta & fabuloſa ſint nomina urbium & regionum, quantaque feſtivitate Deos, heroas, reges & alia comminiſcantur ſcriptores, ad quorum nomina locorum appellationes inflectere ſoleant; quod profecto nuſquam melius, quam in deſcribenda hujus urbis etymologia apparebit. Etymologici Magni Auctor: Δαμασκὸς, πόλις Συρίας, περὶ τὸν Ἀντιλίβανον, εἴρηται, ὅτι Δαμᾶς στρατιώτης μετὰ Διονύσου, ἐκεῖσε σκηνὴν πηξάμενος, ἱδρύσατο ἐκεῖ Συρίας θεοῦ ξόανον· ἡ οὖν Δαμᾶ σκηνὴ, Δαμασκηνός· ἢ ὅτι Ἀσκὸς εἷς τῶν γιγάντων, ὃς μετὰ Λυκούργου τὸν Διόνυσον ἔδησε καὶ εἰς ποταμὸν ἐνέβαλεν· ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ Ἀσκὸς ἐξεδάρη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη· καὶ ἐκ τοῦ ταφέντος ἡ πόλις ἐκλήθη. Etiam Photius apud Damaſceum hanc fabulam, circumſtantiis paullo immutatis, narrat: Ὅτι Διόνυσόν φασι Λυκοῦργον καὶ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ἄραβας καταγωνίσασθαι οἴνῳ, ἀπ᾽ ἀσκοῦ καθαιρήσαντας τὴν πολεμίαν στρατιάν, ἐξ οὗ καὶ τὴν πόλιν ἐκάλεσε Δαμασκόν. Οἱ δὲ τὴν ἐπωνυμίαν διδόασι τῇ πόλει ἀπὸ γίγαντός τινος ᾧ ὄνομα Ἀσκὸς, ὃν ὁ Ζεὺς ἐδάμασεν ἐνταῦθα. Juſtinus lib. XXVI urbem hoc nomen a Damaſco rege accepiſſe perhibet: *Namque Judæis origo Damaſcena, Syriæ nobiliſſima civitas: unde & Aſſyriis regibus genus, ex regina Semirami fuit. Nomen urbi a Damaſco rege inditum in cujus honorem, Syri ſepulchrum Arathis uxoris ejus pro templo coluere.* Verum hi omnes tam longe a ſeſe abeunt, quantum a veritate. Potiori jure quis amplecteretur ſententiam Joſephi, tradentis Uſen hanc urbem ædificaſſe, ita enim ille lib. I cap. VII Antiq. Jud. Τῶν δὲ Ἀράμου παίδων τεσσάρων ὄντων, Οὔσης μὲν κτίζει τὴν Τραχωνῖτιν καὶ Δαμασκόν. Iſidorus refert, urbem condidiſſe Damaſcum diſpenſatorem Abrahæ, ita enim ille lib. XV Orig. cap. I: *Damaſcus Syriæ condita & nuncupata à Damaſco diſpenſatore Abrahæ filio. Hæc antea in omni Syria tenuit principatum.*

[15] Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος.] Voſſianus codex Palatinis hic loci auctior eſt, in eo enim ſic legitur: Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν τὴν πόλιν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος. Unde exiſtimo totum locum in Stephano priſtinæ ſanitati ſic reſtitui poſſe: Ἄλλοι δὲ, ὅτι Δαμασκὸς ἐφατίζετο ἀνὴρ, ὁ, Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν καὶ τὴν πόλιν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος, πελέκει ταῦτα ἔκοπτε.

[16] Καὶ ἐξέδειρε.] Quæ ſequuntur poſt hanc vocem maxime ſunt mutilata in omnibus editis & libris MSS. Salmaſius tamen lacunam ita ſupplere tentavit ad marginem ſui libri: Ἐδίωξε καὶ ἐξέδειρε, καὶ ἐκ τοῦ δέρματος ἀσκὸς ἐπεδάχθη δερμασκός· ἐκεῖ καὶ πόλιν ἔκτισε, καὶ οὕτω Δαμασκὸς κατὰ παραφθοράν. Ego meliores exſpectabo codices, antequam emendationem & repletionem harum lacunarum aggrediar, ut hoc tutius & certius fiat.

[17] Δανδάριοι.] Sic etiam appellantur a Strabone lib. XI, ſed a Tacito lib. XII Annal. *Dandaridæ*, ita enim ille: *Regem Dandaridarum exturbat, imperioque ejus potitur.* Eodem libro illorum regio Dandarica vocatur. *Sic pulſus hoſtis, ventumque Soza oppidum Dandaricæ.*

[18] Δαν-

ΔΑΝΔΑ΄ΡΙΟΙ[17], ἔθνος περὶ τὴν Καύκασον, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A

DANDARII, gens circa Caucaſum, auctore Hecatæo in Europa.

ΔΑΝΘΑΛΗ΄ΤΑΙ[18], ἔθνος Θρακικόν. Θεόπομπος μη΄.

DANTHALETÆ, gens Thracica, teſte Theopompo libro VIII & quadrageſimo.

ΔΑΝΟΥ΄ΒΙΟΝ[19], πόλις περὶ τὴν Ῥώμην. τὸ ἐθνικὸν, Δανούβιος, ἢ Δανουβιεύς. B

DANUBIUM, urbs circa Romam. Gentile, Danubius, ſive Danubienſis.

ΔΑ΄ΝΟΥΒΙΣ, ἢ Δάνουσις, Ἴστρος ὁ ποταμὸς, πάλαι Ματόας καλούμενος. συμφορᾶς δὲ τοῖς Σκύθαις ἐπιστάσης, οὕτως ἐκλήθη. Ματόας δὲ λέγεται ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν ἀσινής, ὅτι πολλάκις περαιούμενοι, οὐδὲν ἐπεπόνθεισαν. ὁ δὲ Δάνουσις ἑρμηνεύεται, ὥσπερ τοῦ ἁμαρτεῖν ἔχων τὴν αἰτίαν. C

DANUBIS, ſive Danuſis, Iſter fluvius, qui olim Matoas vocabatur. Cum autem Scythis quædam accidiſſet calamitas, ſic appellatus eſt. Matoas enim ſi Græcam in linguam convertatur ea vox, Ἀσινής ſignificat; quia ſæpius fluvium trajicientes nihil mali paſſi ſunt. Danuſis enim, ſi vocem interpreteris, eum ſignificat, qui cauſam præbuit, cur quis erraverit.

ΔΑ΄ΟΝΕΣ, ἔθνος τῆς Ἰνδικῆς, ἀπὸ Δάονος. D

DAONES, gens Indica, quæ a Daone nomen habet.

ΔΑ΄ΡΑΨΑ, πόλις Βακτρίας,[21] ὡς Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Δαραψηνὸς, καὶ Δαραψιανός.

DARAPSA, urbs Bactriæ, auctore Strabone. Gentile, Daraſpenus, & Daraſpianus.

ΔΑ΄ΡΔΑΙ[22], Ἰνδικὸν ἔθνος, ὑπὸ Δηριάδῃ πολεμήσαν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος ἐν γ΄ Βασσαρικῶν. E

DARDÆ, gens Indica, quæ ſub Deriade contra Bacchum bellum geſſit, teſte Dionyſio lib. III Baſſaricorum.

ΔΑ΄ΡΔΑΝΟΣ,[23] πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τεῦκρις. Μνασέας δέ φησιν,[24] ὅτι Δάρδανος ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ παλλάδιον ἀράμενος, ἀφίκετο εἰς Σαμοθράκην μετὰ Ἁρμονίας[25] καὶ Ἰάσωνος, τῶν ἀδελφῶν. κἀκεῖ διάγοντα, Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐφιλο- F

DARDANUS, urbs Troadis, antea Teucris dicta. Perhibet autem Mnaſeas, Dardanum è templo Minervæ egredientem Palladium abſtuliſſe, & in Samothraciam cum Harmonia & Jaſione fratre perveniſſe. Cum eo ibi degente Cadmus Agenoris filius

---

18 Δανθαλῆται.] Straboni libro VII Δανθαλῖται, & Ptolemæo dicuntur Δανθηλῆται, & regio eorum Δανθηλητική: Latinis vero *Denſeletæ*. Solinus: *Strymonem accolunt dextro latere Denſeletæ.* Marcianus Capella: *Et qui a dextra parte Strymonis degunt Beſſi & Denſeletæ uſque ad Neſtum amnem, qui Pangæum ambit.* Vide Salmaſium ad Sol. pag. 158.

19 Δανούβιον.] In Italia non eſt *Danubium*, ut ante nos viri docti bene obſervarunt. Veriſſimum eſt, Stephanum ſimilitudine literarum Α & Δ in antiquis ejus ſeculi codicibus fuiſſe deceptum. Non ſemel quoque alii ſimile mendum commiſerunt. Apud Heſychium legimus: Διάλ, τὴν ἔλαφον Χαλδαῖοι, peſſimo errore: nam optime ad illum locum ſuſpicatur Sopingius reſcribendum eſſe Αἰάλ, τὴν ἔλαφον Χαλδαῖοι.

20 Ἀσινής.] In libris MSS & editis hæc vox profligatiſſime vitiata circumfertur, in omnibus enim reperitur ἄσιος, quod tanquam ſpurium ejecimus. Tanaquillus Faber parte prima epiſtol. ſcribens ad Cl. Chotardum, hunc locum priſtinæ ſanitati reſtituit feliciſſime. Interim tamen celare nequeo, magnum Salmaſium ad oram ſui Stephani idem præſtitiſſe. Veriſſimam igitur hanc conjecturam non dubitavi in contextum recipere, reclamantibus codd. MSS & omnibus editionibus. Miror profecto Cluverium locum hunc in Noricæ & Vindelicæ deſcriptione ita citaſſe, quaſi vitii prorſus eſſet immunis.

21 Ὡς Στράβων.] Innuit noſter librum undecimum, ubi hæc leguntur: Πόλεις δ᾽ εἶχον τότε Βάκτρα, ἣν περ καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσιν. ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς, ἐμβάλλων εἰς τὸν Ὦξον καὶ Δάραψαν, καὶ ἄλλας πλείους. Putant alii eſſe *Drepſam* metropolin Sogdianorum, de qua Ptolemæus & Ammian. Marcellinus. Cum Ortelio cenſeo eſſe *Drapſacam*, de qua Arrianus.

22 Δάρδαι Ἰνδικὸν ἔθνος.] Hos *Derdas* appellat Megaſthenes apud Strabonem lib. XVI, ubi refert, formicas, vulpibus non minores, aurifodinas effodere, ſic enim ille: Μεγασθένης δὲ περὶ τῶν μυρμήκων οὕτω φησὶν, ὅτι ἐν Δέρδαις ἔθνει μεγάλῳ τῶν προσεώων καὶ ὀρεινῶν Ἰνδῶν &c. Non audeo hos confundere cum *Dandariis*, quos Hecatæus ad Caucaſum collocat, quod ab Holſtenio factum video.

23 Πόλις Τρῳάδος.] Hæc urbs tantum LXX ſtadiis ab Abydo erat remota, teſte Strabone lib. XIII, & ex eo Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 352. Quæ porro ſcribit de hac urbe Geographus huc tranſcribam, ut a nobis vel ſuppleantur vel illuſtrentur; Ἡ δὲ Δάρδανος, κτίσμα ἀρχαῖον· οὕτω δ᾽ εὐκαταφρόνητον, ὥς τε πολλάκις οἱ βασιλεῖς, οἱ μὲν μετῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον, οἱ δὲ ἀνῴκιζον πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον κτίσμα. Sed quos reges Strabo intelligit? Docet hoc Euſtathius, qui eiſdem verbis uſus eſt in comment. ſuis ad Homerum, loco jam citato: Οὕτω δ᾽ εὐκαταφρόνητος ἡ ῥηθεῖσα Δάρδανος ἦν, ὥστε οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς οἱ μὲν μετῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον· οἱ δὲ, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνῴκιζον. Ergo illud Ῥωμαίων vel loco ſuo excidit, vel Straboni lucem adfert.

24 Ὅτι Δάρδανος ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεώ.] Hic locus in omnibus editionibus mutilatus circumfertur, quem hunc in modum replere placuit. Legebatur enim: Ὅτι Δάρδανος ἐκσι * ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς. Qua occaſione Dardanus ex Peloponneſo in Samothraciam pervenerit, eoque Minervæ munera, effigiem ipſius Deæ, ſimulque ſacra magnorum Deûm adduxerit (quæ pro dote acceperat a Chryſe Pallantis F.) & inde denique majore cum populi parte in Aſiam tranſportaverit, multis narrat ex Calliſtrato de rebus Samothraciæ, ex Satyro fabularum collectore, & Aratino poëta antiquiſſimo Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. I.

25 Καὶ Ἰάσωνος τῶν ἀδελφῶν.] Hunc locum eſſe bonæ notæ, nunquam mihi perſuadere potui. Optime emendat Salmaſius in margine ſui Stephani, Ἰασίωνος, ſed alia non tangit. Pro illud τῶν ἀδελφῶν reſcribendum exiſtimo

ἐφιλοποιήσατο· ἀποθανούσης [26] Τηλεφάης, γαμεῖ τὴν Ἁρμονίαν ὁ Κάδμος, καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἑταίρων, πρὸς Τεῦκρον τὸν Τρῶα. ὁ δὲ Τρὼς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον, δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα [27] Βάτιαν, [28] καὶ ἀποθνήσκων, τὴν βασιλείαν. καὶ πόλιν ᾤκισε Δάρδανος, [29] καὶ Δαρδανίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν, ἡ Τευκρὶς πρότερον ἐκαλεῖτο. αὕτη δὲ Δαρδανία, καὶ Δαρδανική, καὶ Δαρδάνιοι, καὶ Δαρδανίδαι.

ΔΑ´ΡΙΔΝΑ, [30] πόλις Παφλαγονίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν Δαριδναῖος, ὡς Πύδνα Πυδναῖος.

ΔΑΡΑ` [31], ὃ δὲ Δαρὰς φασὶ, φρούριον Ἀναστασίου πόλεως λεγόμενον ὀχυρώτατον. ὁ πολίτης, Δαρηνὸς, ὡς [32] Σοῦρα Σουρηνός. [33] δύναται δὲ Δαρραῖος. εἰσὶ δὲ Δάρραι διὰ δύο ρ, ἔθνος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

ΔΑΡΙΣΤΑ´ΝΗ [34], πόλις Περσική. ἔστι δὲ τὸ ἔθνος Δαρῖται.

ΔΑΡΕΙ´ΟΝ, πόλις τῆς Φρυγίας. τὸ ἐθνικὸν, τῷ λόγῳ τῶν Φρυγίων παρὰ μίαν συλλα-

filius amicitiam exercuit: mortua Telephaſſa, Cadmus Harmoniam in uxorem duxit, & Dardanum cum ſuis ſociis contra Teucrum Trojanum in Aſiam mittit. Verum Tros Dardanum agnoſcens, dedit ipſi uxorem filiam ſuam Bateam, & moriens regnum. Urbem vero condidit Dardanus, regionemque Dardaniam appellavit, quæ prius Teucris vocabatur. Eadem & Dardania & Dardanice dicitur; & Dardanii & Dardanidæ.

DARIDNA, urbs Paphlagoniæ, teſte Alexandro in ejus deſcriptione. Gentile, Daridnæus, uti Pydna Pydnæus.

DARA, quod etiam Daras nominant, caſtellum eſt Anaſtaſiopoleos munitiſſimum. Cives, Darenus, ut Sura Surenus. Etiam poteſt eſſe Darrhæus. Sunt item Darrhæ per duplex R gens juxta mare rubrum.

DARISTANE, urbs Perſica. Eſt quoque gens Daritæ.

DAREIUM, urbs Phrygiæ. Gentile, formandi ratione Phrygibus uſitata, primitivo ſuo una

ſtimo τοῦ ἀδελφοῦ, aut potius, inſerta vocula ἑνὸς, totus locus ſic conſtitui poſſet: Μετὰ Ἰασίωνος, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν. Nam ex mythologiæ doctoribus apparet, Dardanum Jaſionem fratrem habuiſſe. Apollodorus lib. III: Ἠλέκτρας δὲ τῆς Ἄτλαντος καὶ Διὸς, Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. Servius ad lib. III Virg. *Dardanus & Jaſius fratres fuerunt: ſed Dardanus de Jove, Jaſius de Coryto procreatus eſt, a cujus nomine & mons & oppidum nomen accepit: poſtea Jaſium Dardanus dicitur occidiſſe.* Sed præter Jaſionem, teſte Euſtathio ad Odyſſ. E pag. 1528, etiam habuit fratrem Ætionem, verum non videtur ille ad hanc fabulam pertinere. Hic Dardani frater paſſim a Dionyſ. Halicarnaſ. non Ἰασίων, ſed Ἴασος appellatur, ſic enim ille lib. I: Ὧν μίαν (ſcil. Pleiadum) μὲν Ἠλέκτραν Ζεὺς γαμεῖ, καὶ γεννᾷ παῖδας ἐξ αὐτῆς, Ἴασον καὶ Δάρδανον. Ἴασος μὲν οὖν ἠΐθεος μένει· Δάρδανος δὲ ἄγεται γυναῖκα Χρύσην Πάλλαντος θυγατέρα.

[26] Τηλεφάης.] Et hæc vox vitio non caret. Legendum ex Apollodoro Τηλεφαάσσης. Fuit enim Telephaſſa Agenoris uxor, ita enim ille in principio lib. III: Ἀγήνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην, γαμεῖ Τηλεφάασσαν. Mox addit: Κάδμος δὲ καὶ Τηλεφάασσα ἐν Θρᾴκῃ κατῴκησαν.

[27] Βάτιαν.] Hæc etiam ab aliis Ἀρίσβη appellatur. Lycophron:

---- Ὧν ἀπὸ σπορᾶς
Ἐμοὺς γενάρχας ἐξέφυσε Δάρδανος,
Γήμας Ἀρίσβαν Κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην.

Ad quæ verba ita commentatur ſcholiaſtes: Ἀρίσβην ἢ κατά τινας Βάτιαν, θυγατέρα Τεύκρου γήμας Δάρδανος. Diverſas iſtas veterum ſententias, ſcilicet Cephalonis & Hellanici, integras noſter reſervavit in Ἀρίσβη, ita enim ibi: Κεφάλων δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα Ἀρίσβην· Ἑλλάνικος δὲ Βάτιαν αὐτήν φησιν. Vide locum de hac re inſignem apud Diodor. Siculum lib. IV. qui hanc Bateam appellat, ut & Dionyſ. Halicarnaſſeum lib. I.

[28] Καὶ ἀποθνήσκων.] Addam verba Apollodori e libro III, ubi eadem narrarur hiſtoria, ſic enim ille: Ταύτης δὲ ἐβασίλευε Τεῦκρος ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ νύμφης Ἰδαίας, ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο· ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτιαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν· τελευτήσαντος δὲ Τεύκρου, τὴν χώραν ἅπασαν Δαρδανίαν ἐκάλεσε.

[29] Καὶ Δαρδανίδαι.] Salmaſius in Palatinis libris invenit: καὶ Δαρδανίδαι, καὶ relicto aliquo ſpatio. Unde conjicit legendum: Καὶ Δαρδανίδαι καὶ Δάρδανοι, vel aliquid ſimile. Illud Δαρδανίδαι mihi potius patronymicum quam gentile videtur. Patronymicis tamen appellationibus nonnunquam incolæ alicujus regionis & urbis inſigniuntur, ut apud noſtrum liquet in Ἀθλίδαι. Verum *Dardanos* aliquando *Dardanidas* appellari conſtat evidentiſſime ex Meſſala Corvino de Progenie Auguſti: *Dardanum, Jove & Electra Atlantis filia progenitum, deorum monitu ab Italia, & ut aliis placet, e Creta inſula, patrios deferentem lares, multitudine gentium, ad hanc Phrygiam deveniſſe ferunt, urbem condidiſſe, eamque ex ſe Dardaniam nuncupaſſe: unde gens Dardana; & incolentes terras, DARDANIDÆ dicti.*

[30] Πόλις Παφλαγονίας.] Codex Voſſianus: Δάριδνα, κώμη Παφλαγονίας.

[31] Δαρὰ ὃ δὲ Δαρὰς φασι.] Ita hunc locum ſupplevit Salmaſius in Plinianis Exercitationibus. In omnibus vulgatis hic locus mutilus circumfertur ad hunc modum: Δαραὶ ὃν * ρας φασὶ, φρούριον Ἀναστασίου πόλεως &c. In margine ſui Stephani Salmaſius forte hoc modo reſcribi debere cenſet: Δαρὰς, ὅ τινες Δαρρᾶς φασι. Meminit multis in locis hujus caſtelli Procopius, & urbis ibi ab Anaſtaſio conditæ, ita enim ille in Perſicis lib. I: Ἀναστάσιος δὲ βασιλεὺς πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας, ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς λόγου ἀξίαν, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμον. Simocatta Hiſtoriæ Mauricianæ lib. III: Ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς λαίλαπος δίκην ἐς τὸ Δάρας γεγονώς. Plinius urbem, non vero caſtellum eſſe perhibet lib. XLI: *Urbem quoque nomine Daran in monte Zapaortenôn condit; cujus loci ea conditio eſt, ut neque munitius quicquam eſſe, neque amœnius poſſit.* Vide plura apud Salmaſium jam citatum.

[32] Σοῦρα Σουρηνός.] Libri manu exarati cum vulgatis conſentiunt, in quibus legitur peſſime: Σούσαρ Σουσαρηνός. Sed veram lectionem, quam nunc divulgamus, Salmaſio debemus, qui ad marginem ſui libri & in Plinian. Exercit. locum optime correxit.

[33] Δύναται δὲ Δαρραῖος.] Optime addit alterum gentile Stephanus: Goltzius enim luſtravit nummum cum inſcriptione ΔΑΡΡΑΙΩΝ.

[34] Δαριστάνη.] Salmaſius in Plin. Exercitat. legebat Δαρραστάνη, πόλις Περσική, apud quem vide, quid de hac regione & gente ſcripſerit.

ναβλώ, [35] Δαρειδύς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς· τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον, καὶ Σίγειον, Δαρειδύς. A

ΔΑΡΣΑΝΙ'Α[36], πόλις Ἰνδική, ἐν ᾗ αὐθήμερον ἱμάτιον ἱστουργοῦσι γυναῖκες, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτη. B

[37] Ἠδ' οἳ Δαρσανίην ναῖον πόλιν εὐρυάγυιαν,
Ἐνθάτε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
Αὐτῆμαρ κροκόωσιν. [38] ἀφ' ἱστοπόδων C τανύουσαι,
Αὐτῆμαρ δ' [39] ἔτεμον (τε καὶ ἐξ ἱστῶν) ἐρύσαντο.

τὸ ἐθνικὸν, Δαρσάνιοι, ὡς Καρμάνιοι, Ὑρκάνιοι, [40] Κορο(μάνιοι.) D

ΔΑ'ΡΣΙΟΙ, ἔθνος Θρᾴκιον· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΔΑΣΕ'ΑΙ[41], πόλις Ἀρκαδική· Παυσανίας ὀγδόῳ. τὸ ἐθνικὸν, [42] Δασυώτης, ὡς Καφυώτης. E

ΔΑΣΚΥ'ΛΙΟΝ[43], πόλις Καρίας, ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἐφεσίας, ἀπὸ Δασκύλου τοῦ υἱοῦ Περιαύδου. [44] ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις μετὰ τὰ Τρωϊκὰ κτισθεῖσα. τρίτη, πόλις Ἰωνίας, τὸ μέγα λεγόμενον, ὡς μείζων τῶν ἄλλων. F τετάρ-

A una ſyllaba minus eſt, Dareus, uti Cotiaeum Cotiaeus; ſed juxta formam vocum Rheteum & Sigeum, fit Darieus.

DARSANIA, urbs Indica, ubi uno die mulieres veſtem contexunt, teſte Dionyſio libro B tertio Baſſaricorum:

Aut qui Darſaniam habitant urbem vias latas habentem,
Ubi veſtes mulieres Palladio impetu
Uno die in ſubtemine abſolvunt. In tela C *jugali extendentes,*
Eodem die deſecuerunt, & a jugo detraxerunt.

Gentile, Darſanii, uti Carmanii, Hyrcanii, D Coromanii.

DARSII, gens Thracica, auctore Hecatæo in Europa.

DASEÆ, urbs Arcadica, cujus meminit Pauſanias libro VIII. Gentile, Daſyotes, uti E Caphyotes.

DASCYLIUM, urbs Cariæ in finibus agri Epheſii, quæ a Daſcylo Periaudi filio nomen habet. Eſt & alia poſt bellum Trojanum condita. Tertia Joniæ civitas eſt, ma- F gna vocata, quia magnitudine alias ſuperat. Quarta

[35] Δαρειδύς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς.] Non potui mihi perſuadere, hunc locum omnis vitii eſſe immunem: nam gentile & primitivum paribus gaudent ſyllabis, contra canonem a Stephano datum. Neceſſario hinc medius diphthongus ει exſtirpandus eſt, & legendum Δαριδύς. Hæc etiam cauſa eſt, quare cenſeam, urbis nomen in mendo cubare, & pro eo reſtitui debere: Δαρίειον, πόλις τῆς Φρυγίας. Noſter in ſequentibus loquitur de alia τοῦ ἐθνικοῦ forma, τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον καὶ Σίγειον, Δαρειδύς, quæ profecto ſana genuinaque manſiſſet, ſi urbis nomen non refingi & mutari debuiſſet. Ultima igitur hujus ſectionis, ut ita emendes, neceſſe eſt: τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον καὶ Σίγειον, Δαριειδύς.

[36] Δαρσάνια, πόλις Ἰνδική.] Hanc urbem Nonnus lib. XXVI appellat Ἀρσανίαν. Quia autem de eadem mulierum diligentia in tela contexenda, ibidem facta eſt mentio, non præter rationem exiſtimo, verſiculos iſtos tranſcribere:

Οἵ τ' ἔχον Ἀρσανίην εὐδείελον, ἧχι γυναῖκες
Εἰς μίαν ἠριγένειαν ἐθήμονι Παλλάδος ἱστῷ
Ὀξείαις παλάμῃσιν ὅλον τελέουσι χιτῶνα.

[37] Ἠδ' οἳ Δαρσανίην ναῖον.] Hæc codicum Palatinorum & Voſſiani lectio eſt: in omnibus vulgatis minus recte excuſum erat: Οἱ ἐν Δαρσανίην ναῖον.

[38] Ἐφ' ἱστοπόδων.] Xylandriana, & quæ eam præceſſerunt, conſtanter exhibent, ἀφ' ἱστοπόδων. Quod edi curavimus, Salmaſiana emendatio eſt.

[39] Ἔτεμον [τε καὶ ἐξ ἱστῶν] ἐρύσαντο.] Quæ uncis iſtis incluſa cernis, neque ſunt in MSS neque editis. Sic tamen locum hunc ſupplendum putavit Salmaſius ad Jul. Capitolinum. Ad marginem ſui Stephani hæc verba ſic concipit: ἐτάμοντο καὶ ἐξ ἱστοῦ ἐρύσαντο. Non poſſum hic reticere doctiſſimum Falkenburgium in ſuis ad Nonnum notis, hunc locum ſollicitaſſe, non invenuſte neque in docte cenſentem, lacunam hunc in modum poſſe repleri:

Αὐτῆμαρ δ' ἐτάμοντο καὶ αὐτῆμαρ ἐρύσαντο.

Cum itaque MSS codices nihil juvent, & ego adeo divinus non ſim, ut certo ſciam, cujuſnam Clariſſimorum horum virorum emendatio proxime ad antiquam lectionem accedat, totum negotium acerrimo lectorum judicio committo.

[40] Κορομάνιοι.] In omnibus editis tantum ultima vocabuli pars conſpicitur, nempe Μάνιοι. Salmaſius ex conjectura locum ita replevit in margine ſui Stephani, quare hanc vocem notis quibuſdam a contextu ſeparavi.

[41] Δασέαι, πόλις Ἀρκαδική.] Pauſanias in Arcadicis aliquoties de hac urbe mentionem facit, ſed ejus nomen effert numero plurativo ac genere neutro, ita enim ille: Αὐτόθεν δὲ εἰς ἐρείπια ἄλλα τὰ Δασέων ἑπτά εἰσι στάδιοι, τοσούτοις δὲ ἐκ Δασέων πρὸς τὸν Ἀκακήσιον ὀνομαζόμενον λόφον. Itaque paſſim apud Pauſaniam reperitur Δασέα, non vero Δασέαι.

[42] Δασυώτης, ὡς Καφυώτης.] Hæc conſtans eſt librorum MSS & editorum lectio, ſed peſſime contaminata. Legendum ſine dubio, ut etiam monet Salmaſius: Τὸ ἐθνικὸν, Δασεάτης, ὡς Καφυάτης. Ita enim debere legi liquet in voce Καφύα, ubi noſter ſic inquit: ὁ πολίτης, Καφυεύς, καὶ Καφυάτης, ὡς Καρυάτης. Præterea non ſolent Arcades gentilia ſua in ωτης terminare, ſed in ατης, quod noſter non obſcure innuit in voce Δελφοί, ubi circa finem ſectionis hæc habet: Ἔστι καὶ Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β' Ἀτθίδος. Ἐθνικὸν, Δελφουσιάτης τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

[43] Δασκύλιον.] Diverſiſſime hæc vox antiquis ſcriptoribus exaratur. Ptolemæo Δασκύλειον, Melæ, Straboni & aliis genere maſculino Δάσκυλος, noſtro vero Δασκύλιον dicitur. Innumeræ urbes utramque terminationem habent, aſſerente id Cl. Voſſio ad Melam, qui Δασκύλιον præferre videtur, ita exigente analogiæ ratione: nam a δασκὸς, quod idem eſt ac δασύς, fit Δάσκυλος, quomodo cum alii, tum etiam Gygis pater vocabatur. Inde Δασκύλιον.

[44] Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις &c.] Cum ipſe noſter de ſitu ne verbum quidem addat, difficile quis conjectando eum indicaverit. Fuit prope Cardiam Δασκύλου κώμη, de qua præter Pauſaniam etiam meminit Athenæus. Hunc vicum ſi non innuat noſter, aliam urbem alii quærant.

τετάρτη, [45] περὶ Βιθυνίαν. πέμπτη, τῆς Αἰολίδος καὶ Φρυγίας. [46] τὸ ἐθνικὸν Δασκυλίτης, ὡς Κύπρος Κυπρίτης. ἔστι δὲ καὶ [47] Δασκυλίτης λίμνη, ἡ Δασκυλία· ὥστε καὶ Δασκύλιος ὁ πολίτης. [48] Εὐδήμων δὲ καὶ Ἀρκάδιος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσι τὴν λι συλλαβήν. λέγεται καὶ Δασκυλὶς θηλυκόν.

A Quarta, circa Bithyniam. Quinta, Æolidis & Phrygiæ. Gentile, Daſcylites, uti Cyprus Cyprites. Eſt quoque Daſcylitis lacus, ſive Daſcylia. Adeo ut Daſcylius habeatur pro civis nomine. Eudæmon vero & Arcadius ſyllabam λι per ει diphthongum ſcribunt. Dicitur quoque genere fœminino Daſcylis. B

ΔΑ΄ΣΚΩΝ [49], Σικελίας χωρίον· Φίλιστος ἕκτῃ Σικελικῶν, εἰς τὸν [50] Πλημμύριον καὶ Δάσκωνα. τὸ ἐθνικὸν Δασκώνιος, ἢ Δασκωνίτης.

DASCON, Siciliæ caſtellum, auctore Philiſto libro IV rerum Sicularum: Ad Plemmyrium & Daſcona. Gentile, Daſconius ſive Daſconites. C

ΔΑΣΣΑΡΗ͂ΤΑΙ [51], ἔθνος Ἰλλυρίας· Πολύβιος ὀγδόῳ. καὶ τὸ θηλυκὸν Δασσαρῆτις. λέγονται καὶ Δασσαρηνοὶ, καὶ Δασσαρήτιοι, καὶ [52] Δασσαρατῖνος.

DASSARITÆ, gens Illyriæ, de qua Polybius libro VIII. Genere fœminino Daſſaritis. Appellantur quoque Daſſareni, & Daſſaritii & Daſſaritinus.

ΔΑ͂ΤΟΝ [53], πόλις Θρᾴκης· [54] Ἡρόδοτος ἐννάτῃ. Ἠδωνῶν δὲ τοῦτό φασιν. οἱ οἰ- D

DATUM, urbs Thraciæ, de qua Herodotus libro IX. Perhibent eam Edonorum in ditione

45 Περὶ Βιθυνίαν.] Codex Voſſian. Τετάρτη Βιθυνίας, quód omnino non eſt improbandum. Hæc omnium urbium, quas recenſet hac ſectione Stephanus, in geographorum ſcriptis eſt notiſſima. Imo vix crediderim, tot urbes hac appellatione iſto tractu, a Caria per Ioniam & Æolidem, Bithyniam uſque procedendo, inveniri, præſertim aliis geographis de iis ſilentibus. Bithyniacæ urbis ſitum habemus apud Melam lib. I cap. XIX: *Trans Rhyndacum eſt Daſcylos, &, quam Colophonii collocavere, Myrlea* Vide quoque Plinium lib. V cap. XXXII. Strabonem, Conſt. Porphyrog. & alios. Verum noſter regiunculam illam, in qua ſita fuit Δάσκυλον, quod etiam Δασκύλειον vocat, Bryllida appellatam fuiſſe perhibet, ita enim ille in voce Βρύλλιον. Τὸ θηλυκὸν Βρυλλὶς, ἡ χώρα, ἐν ᾗ Δασκύλειον ἐστὶ μικρὸν πολισμάτιον.

46 Τὸ ἐθνικὸν, Δασκυλίτης.] Goltzius luſtravit numiſma Galbæ cum inſcriptione, ΔΑΣΚΥΛΙΤΩΝ.

47 Δασκυλίτης λίμνη.] Ita quoque Euſtathius ad Homeri Bœotiam hunc ſtagnum appellavit: Ἀφνειὸς δὲ λέγει οὐχ οὕτω τοὺς πλουσίους, ὅσον τοὺς περὶ τὴν Ἀφνῖτιν λίμνην κατὰ τοὺς παλαιούς· καὶ γὰρ οὕτω φασὶ καλεῖται ἡ Δασκυλίτης. Verum & apud noſtrum & apud Archiepiſcopum Theſſalonicenſem reſcribendum judico, Δασκυλῖτις, ut aliqua inter gentile & nomen lacus obſervari poſſit differentia. Etiam regio Daſcylo circumjacens, Daſcylitis appellatur a Dionyſ. Halicarnaſſeo lib. I: Εἰς τὴν Δασκυλῖτιν καλουμένην γῆν, ἔνθα ἐστὶν ἡ Ἀσκανία λίμνη.

48 Εὐδαίμων.] Notiſſimum illud Grammatici veteris nomen imperiti librarii in Εὐδαίμων mutarant; quod omnes repræſentant editiones vulgatæ.

49 Δάσκων, Σικελίας χωρίον.] Fuit non tantum caſtellum, ſed etiam ſinus hoc nomine, de quo Diod. Siculus lib. XIII: Ὁ δ᾽ Εὐρυμέδων ἐπιχειρήσας περιπλεῖν τὸ κέρας τῶν ἐναντίων, ὡς ἀπεσπάσθη τῆς τάξεως, ἐπιστρεψάντων ἐπ᾽ αὐτὸν τῶν Συρακουσίων, ἀπελήφθη πρὸς τὸν κόλπον τὸν Δάσκωνα. Vide porro Cluverium lib. I Sicil. Antiq. cap. XIII.

50 Πλημμύριον.] Suo loco & ordine ſcribitur hæc vox cum ſimplici M.

51 Δασσαρῆται, ἔθνος Ἰλλυρίας.] Si Polybii auctoritas, quem teſtem noſter allegat, ſequenda eſt, hoc loco legendum foret Δασσαρῖται: nam aliquoties horum regio Δασσαρ[illegible] appellatur lib. V, in quam ſcripturam quoque Livius paſſim conſentit. Hos poſt Parthinos collocat Plinius lib. III cap. XXIII: *A Liſſo Macedonia provincia, gentes Parthini, & a tergo eorum Daſſaretæ.* Cum Parthinis quoque conjunguntur a Pom. Mela lib. II cap. III: *Parthini & Daſſaretæ prima ejus tenent: ſequentia Taulantii, Encheliæ, Phæaces.*

52 Δασσαρατῖνος.] Ita legunt vulgati omnes; ſed melior mihi videtur ſcriptura codicis Voſſiani, in eo enim inveni Δασσαριτῖνος.

53 Δᾶτον, πόλις Θρᾴκης.] De urbis conditore & ſitu hæc habet Scylax: Νεάπολις κατὰ ταύτην· Δᾶτον πόλις Ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισεν Καλλίστρατος Ἀθηναῖος &c. Refert tamen Euſtathius ad Dionyſium, Thaſios eo coloniam duxiſſe: Καὶ Θάσος, ἥτις καὶ χρυσεῖα εἶχέ ποτε, καὶ τὸ Δᾶτον συνῴκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρυμόνος παραλίαν· ἀφ᾽ οὗ παροιμίαν οἱ παλαιοὶ φασι, Δάτος ἀγαθῶν, ὡς τὸ ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Appiano Alexandrino Datus eadem urbs eſt quæ Philippi, ſic enim ille lib. IV Civil. Οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δᾶτος ὠνομάζετο πάλαι. Verum apud Strabonem in Eclogis libri VII, ut diverſæ, deſcribuntur, ſed utraque aurifera. Etiam hujus urbis meminit Heſychius, ultimam non cum Scylace & Stephano in ον, ſed in ος terminans: Δᾶτος, ὁ τρυγητὸς, ἢ πόλεως ὄνομα ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Verum quid audio? Quis antiquorum Datum ſub Lacedæmoniorum poteſtate fuiſſe ſtatuit? Aut Heſychius toto cœlo errat, aut eo loco reſcribendum, ὑπὸ Μακεδόνων. Nam Philippus Macedoniæ rex, expugnata Potidæa, ad Crenidas (etiam hoc nomine Datum inſigniebatur) profectus eſt, & de nomine ſuo Philippos appellavit. Aurifodinas in illa perquam tenues & obſcuras eo provexit, ut plus quam cIↃ talentûm reditum adferrent. Vide Diod. Siculum lib. XVI, Strabonem in Excerptis lib. VII, Stephanum in voce Φίλιπποι. Imo Thracas ſub Macedonum, non vero ſub Lacedæmoniorum poteſtate fuiſſe, manifeſte addiſcimus ex Juſtino lib. XI: *Reputantes nunc provocatam Aſiam: nunc Europam nondum perdomitam; nunc Illyrios, & Thracas, & Dardanos, cæteraſque barbaras gentes fidei dubiæ & mentis infidæ, qui omnes populi ſi pariter deficiant, reſiſti nullo modo poſſe.* Imo cum Cerſobleptes Thracum rex ad Helleſpontum agros & urbes vaſtabat, Philippus magnum in eum exercitum duxit, & multis præliis victor, Barbarum bello domuit, & ad decimas Macedonibus perſolvendas adegit, referente Diod. Siculo lib. XVI ex Theopompo Chio, qui de rebus geſtis Philippi libros conſcripſit. Sed cum ſupra mentionem fecimus de aurifodinis, operæ pretium exiſtimo de illis aliquid ſubjicere. Diodorus eas in ipſa urbe collocat, ſed Plinius etiam earum inventorem innuens, illas ad Pangæum concipit, montem, teſte Dione, juxta Philippos ſive Datum. Plinius lib. VII cap. LVI: *Auri metalla (invenit) & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.* Quare obiter notandus eſt Juſtinus, contra omnium fidem perhibens, Philippum argenti, non vero aurifodinas occupaſſe, ita enim ille lib. VIII: *Inde quaſi omnia, quæ agitaſſet animo, ei licerent, auraria in Theſſalia, argenti metalla in Thracia occupat.*

54 Ἡρόδοτος ἐννάτῃ.] In omnibus libris peſſime ac cum lacuna legitur: Ἡρόδοτος πέμπτῃ. * δὲ τοῦτό φασιν &c. Inſtaurationem hujus loci debemus Cl. Voſſio criticorum facile principi. Fortaſſis hunc locum Hero-

οἱ οἰκοῦντες, Δατηνιοι. τὸ ἐθνικὸν, Δατηνός. A

ΔΑΤΥΛΕΠΤΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΔΑΥΗ, βαρυτόνως, πόλις Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Δαυαῖος, ἢ Δαυηνὸς, ᾧ τύπῳ B φιληδοῦσιν Ἄραβες. δύναται καὶ Δαυίτης.

ΔΑΥΛΙΣ[55], πόλις Φωκίδος, [56] ἐν ᾗ τὰ κατὰ Πρόκνην καὶ Φιλομήλην. Ὅμηρος,

---- Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. C

Δαῦλον δὲ, τὸ δασύ· δασεῖα γὰρ ἡ πόλις. [57] οἱ δ' ὕστερον, Δαύλειάν φασι. Παυσανίας δὲ δεκάτῳ, [58] ἀπὸ νύμφης Δαυλίδος. διὸ λέγεται καὶ Δαυλίς. ὁ πολίτης, Δαυλιεύς. [59] Δαυ-

tione ſitam eſſe. Qui eam habitant Datenii vocantur. Gentile, Datenus.

DATYLEPTI, gens Thraciæ, teſte Hecatæo in Europa.

DAUE, cum accentu in penultima, urbs Arabiæ. Gentile, Dauæus, ſive Dauenus, qua forma Arabes gaudere ſolent. Poteſt etiam eſſe Dauites.

DAULIS, urbs Phocidis, in qua fabulam de Procne & Philomela fingunt. Homerus:

---- *Daulidem & Panopea.*

Vox Daulum denſitatem denotat; urbs enim ſtirpibus eſt conſita. Poſterioris ævi ſcriptores eam Dauleiam appellant. Pauſanias libro x exiſtimat, a nympha Daulide ſic vocatam; quapropter etiam Daulis nominatur. Civis, Dauliensis.

doti innuit Stephanus: Ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεσάμενον.

[55] Δαυλὶς, πόλις Φωκίδος.] Libri Palatini & Voſſianus: Δαυλίδα, πόλις Φωκίδος. Sed peſſimo errore, quem tamen editiones Aldina Florentinaque eodem modo repræſentant. Urbs ſita erat in excelſo tumulo, qui fortaſſis etiam Parnaſſi pars fuit. Hinc eſt quod Etymologici Mag. Auctor aſſeveret, Daulida in Parnaſſo ipſo ſitam fuiſſe: Δαυλὶς, πόλις ἐν τῷ Παρνασσῷ κειμένη. Imo ex Daulide ad Parnaſſi juga adſcenditur, quod affirmat Pauſanias in Phocicis: Ἔστι δὲ καὶ ἄνοδος διὰ τῆς Δαυλίδος ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ. Urbem excelſo loco fuiſſe etiam teſtis eſt Livius, nam in expeditione T. Quintii lib. XXXII de illa ſic ſcribit: *Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. Ambryſus inde, Hyampoliſque receptæ. Daulis quia in tumulo excelſo ſita eſt, nec ſcalis, nec operibus capi poterat.* Sic quoque Strabonis teſtimonio evincitur, Daulidem ad Parnaſſum eſſe locandam, ſic enim ille lib. IX: Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίρρα καὶ Ἀντίκιρρα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ, Δελφοί τε καὶ Κίρφις, καὶ Δαυλίς. Sed deinde ſitum accuratius deſcribit, urbem ponendo verſus ortum ſolis a Delphis: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς, ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκα φασὶ δυναστεῦσαι, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι. Hæc verba oppidi ſitum ſatis accurate deſcribentia, etiam Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in ſuos ad Homeri Bœotiam commentarios tranſtulit.

[56] Ἐν ᾗ κατὰ Πρόκνην &c.] De hac fabula, cum illa ex mythicæ theologiæ doctoribus lippis & tonſoribus ſit notiſſima, operoſe non agam; ſuffecerit obiter notaſſe Tzetzen ad Heſiodum, graviſſime lapſum, ſtatuendo in Aulide Bœotiæ hanc contigiſſe; ſic enim ille: Λαμβάνει καὶ τὴν Φιλομήλαν ἀπαγεῖν πρὸς τὴν Πρόκνην ἐς Θρᾴκην. ἐν Αὐλίδι δὲ τῆς Βοιωτίας ἀποπαρθενεύει καὶ ταύτην.

[57] Οἱ δ' ὕστερον, Δαύλειάν φασι.] Codex Voſſianus & Palatini exhibent. Οἱ δ' ὕστερον, Δαυλίδα φασι. Ex qua ſcriptura Salmaſius ad oram ſui libri hanc lectionem conficit: Οἱ δ' ὕστερον Δαυλιάν φασι. Peſſime & voce mutilata in vulgatis hodie conſpicitur, οἱ δ' ὕστερον Δαυλί φασι. Ego vero edendum putavi Δαύλειαν, quæ priſca fuit ſcriptura, quamque Euſtathius ſua ætate in Stephani codicibus invenit, ita enim ille ad Iliad. B pag. 274. Οἱ δὲ ὕστερον, Δαύλειαν αὐτὴν φασὶ προπαροξυτόνως καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας λέγει. Hæc cum Archiepiſcopus evidentibus verbis conſtanter aſſeveret, non dubito, quin olim quoque apud Strabonem & alios hæc per diphthongum ſcribendi ratio obtinuerit quanquam paſſim Δαυλίαν invenias, ita enim Strabo lib. IX. Τοὔνομα δὲ τοῦ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση· Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δὲ ὕστερον Δαυλίαν. Sophocles in Oedipo Tyranno urbem etiam ſic appellat:

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται, σχιστὴ δ' ὁδὸς
Ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει.

Verum cum hic de varia urbis appellatione mentionem facimus, non poſſum quin addiderim, alios inveniri auctores graviſſimos, qui eam Δαύλιον nuncupent. Polybius lib. IV: Φωκέων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρυσον καὶ Δαύλιον. Eodem prorſus modo Conſt. Porphyrogenneta lib. II Them. v. hanc urbem appellavit. Etiam Strabo, libro jam aliquoties citato, ea voce uſus eſt; verum pro Daulienſium ditione poſuit: Τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἔφη ἑξήκοντα στάδια μέχρι τῆς Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός.

[58] Ἀπὸ νύμφης Δαυλίδος.] Addam verba Pauſaniæ ex Phocicis: Τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει τεθῆναι λέγουσι ἀπὸ Δαυλίδος νύμφης· θυγατέρα δὲ εἶναι τοῦ Κηφισοῦ τὴν Δαυλίδα· τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον, ὡς τὸ χωρίον, ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα, καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι Δαύλια. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Αἰσχύλον τοῦ Γλαύκου τοῦ Ἀνθηδονίου γένεια ὑπήνην ὀνομάσαι δαῦλον. Non poſſum, ut hoc in tranſitu dicam, horum verborum ultimam partem tranſilire, quorum verſionem Amaſæus hunc in modum concinnat: *Et ex eo Æſchylum Glauci Anthedonii montem Daulum dixiſſe.* Ubi terrarum fuerit mons ille Glauci Anthedonii, nemo ex geographis addiſcet. Ille Æſchyli locus integer exſtat, apud Etymologici Mag. Auctorem in Δαυλὶς, unde non exigua Pauſaniæ verbis lux affulget: Εἴρηται δὲ διὰ τὸ πολὺ δάσος ἔχειν. δαῦλον γὰρ τὸ δασύ· Αἰσχύλος.

Δαῦλος ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν.

Hujus verſiculi partem etiam Euſtathius allegavit: Sed hi auctores τὸ δαῦλος ὑπήνη interpretantur *barbam hiſpidam & hirſutam*, quam Glaucus, ut arbores non amputatæ, promittebat. Sed ad rem revertamur. Fluctuat igitur Pauſanias, utrum deducendum ſit illud urbis etymon a nympha Daulide, an vero a denſitate arborum, qualia loca veteres Daulia appellabant. Strabo hanc nympham ignorans, illud derivat a denſitate arborum, ita enim ille lib. IX: Τοὔνομα δὲ τοῦ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Pari modo Euſtathius ad Homerum pag. 274: Δασεῖα δὲ ἡ πόλις καὶ σύμφυτος· ὅθεν καὶ τὴν κλῆσιν ἔλαχε· δαῦλον γὰρ τὸ δασὺ ἔλεγον προπερισπωμένως, ὡς δηλοῖ Παυσανίας, εἰπὼν δαῦλον τὸ δασύ· ἡ περιτέρα περισπᾶται· Αἰσχύλος· Δαῦλος δ' ὑπήνη. Addit Euſtathius quoſdam opinari, urbem id nomen inveniſſe a tyranno quodam Daulieo: Κατὰ δὲ ἑτέρους, ἀπὸ Δαυλιέως τυράννου ἐκλήθη οὕτως. Sed præter jam commemorata etyma, aliud nobis ſuppeditat Etymologici Mag. auctor, quod urbi hanc ob cauſam eſſet impoſitum, quia Te[…]us geminas ſorores ibidem συνηυλίσθη ſive ſuo contubernio exceperit, hæc ſunt ejus verba: Δαυλὶς πόλις &c. ἢ Διαυλίδα, ὅτι ταῖς δύο ἀδελφαῖς ἐκεῖ συνηυλίσθη ὁ Τηρεύς· ἔνθεν καί τινες Δαυλιάδα καλοῦσι· καὶ ἡ πόλις δὲ νῦν Δαυλία καλεῖται. Diximus præcedente commentario urbem veteribus appellari Δαυλὶς, Δαύλεια, Δαυλία & Δαύλιον: verum hic numerus ex allegato loco augeri poteſt, nam etiam dicta fuit Διαυλὶς (unde Δαυλὶς facta ſyncope promanaſſe videtur) & Δαυλιάς.

59 Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς, καὶ ἄγαλμα A ἀρχαῖον. τὸ θηλυκὸν, Δαυλιάς. λέγεται καὶ Δαύλιος. ἀπὸ δὲ τοῦ Δαυλὶς, 60 τὸ ἐθνικὸν Δαυλίδιος. 61 ὀξύνεται τὸ Δαυλίς. τὸ δὲ Αὖλις Αἰολικῶς βαρύνεται.

ΔΑΥΝΙΟΝ 62, πόλις Ἰταλίας. Λυ- B κόφρων,

63 Ὑπὲρ Λακίου, Δαυνίου τ᾽ ᾠκισμένην.

τὸ ἐθνικὸν, Δαύνιοι· καὶ Δαυνία τὸ θηλυκὸν, καὶ 64 Δαυνικὴ κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται. καὶ Δαυνιατικός. ἔστι δὲ 65 Δαύνιον C τεῖχος, πόλις Θρᾴκης. ὁ πολίτης, Δαυνιοτειχίτης.

ΔΑΥΣΑΡΑ, πόλις περὶ Ἔδεσσαν· ὁ πολίτης, Δαυσαρηνὸς, ὡς 66 Αὐαρηνὸς, Ἀδαρηνός. D

ΔΑΦΝΗ 67, προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἕω Ἀντιοχείας μητροπόλεως. τὸ ἐθνικὸν, Δαφνίτης· καὶ 68 Δαφνητικὸν, κτητικόν. ἔστι καὶ ἄλλη Δάφνη, 69 Λυκίας χωρίον. ἔστι καὶ ἄλλη 70 πλησίον Πηλουσίου, ὅτι παρὰ E

τῶν

lienſis. Daulienſes habent fanum Minervæ & ſimulachrum antiquum. Genere fœminino, Dauliàs. Dicitur quoque Daulius. Verum a voce Daulis formatur gentile Daulidius. Vox Daulis accentu notatur in ultima: verum Aulis more Æolico accentum habet in penultima.

DAUNIUM, urbs Italiæ. Lycophron:

Super Lacium Dauniumque ædificatam.

Gentile, Daunii, & Daunia genere fœminino. Daunitæ per ſyncopen deducitur, a voce Dauniatæ. Dauniticus etiam in uſu eſt. Reperitur quoque Daunius murus, Thraciæ oppidum, cujus oppidanus Dauniotichites.

DAUSARA, oppidum circa Edeſſam, cujus oppidanus Dauſarenus, uti ab Auara fit Auarenus, Adarenus.

DAPHNE, ſuburbium celeberrimum metropoleos Antiochiæ in oriente. Gentile, Daphnites, & Daphniticum poſſeſſivum. Eſt quoque alia Daphne, Lyciæ caſtellum. Invenitur etiam alia prope Peluſium, quæ ex Δαφνῶν

lauro-

59 Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν &c.] Hæc ipſiſſima ſunt Pauſaniæ verba, ex Phocidis deſcriptione deſumpta.

60 Τὸ ἐθνικὸν, Δαυλίδιος.] Libri calamo exarati, ut & editiones, quotquot elapſo ſeculo in lucem prodierunt, peſſimo errore exhibent, τὸ ἐθνικὸν, Δαύλιδες. Tria Stephanus vel gentilia, ſive oppidani nomina format, Δαυλιεὺς ſcilicet, & Δαύλιος, denique etiam Δαυλίδιος: quod tamen in contextum non mea, ſed Euſtathii auctoritate inductus, recepi, qui nobis tria hæc gentilia ſarta tecta ex Ἐθνικογράφῳ conſervavit, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 274: Διὸ πολίτης αὐτῆς, Δαυλιεὺς καὶ Δαύλιος καὶ Δαυλίδιος. Primum gentile uſurpavit Æſchylus in Χοηφόροις, ubi Oreſtes ſic introducitur:

Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων.

Huc etiam refer locum, hac ſectione a Stephano ex Pauſania citatum, & ſimilia apud Strabonem quoque & alios occurrunt. Τὸ Δαύλιος reperitur apud Herodotum lib. VIII: Καὶ γὰρ τῶν Πανοπιέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων &c.

61 Ὀξύνεται τὸ Δαυλίς.] Etiam hæc hauſit Euſtathius ex Ethnicographo, ita enim ille ad Iliad. B: Τὸ δὲ Δαυλὶς, ὀξύνεται καθὰ καὶ ἡ Αὐλὶς, τὸ τοπικόν· ἡ γὰρ αὖλις, ὡς προερρέθη αἰολικῶς, βαρύνεται.

62 Δαύνιον, πόλις Ἰταλίας.] Quamvis non improbabile videtur, Daunum Diomedis ſocerum in Italiam appulſum, urbem de ſuo nomine condidiſſe; non poſſum tamen mihi perſuadere rem ita ſe habere; nam de illa aliquis antiquorum, qui Dauniam tam accurate deſcribunt, mentionem feciſſet. Itaque exiſtimo τὸ Δαύνιον, ſi Stephanus hoc in priſci ævi ſcriptore invenerit, non debuiſſe accipi pro urbe, quam ſedulo inveſtigando nuſquam reperies, ſed pro Dauniorum ditione, quemadmodum hujuſmodi neutra ſæpiſſime uſurpantur. Supra commentario 56 ad vocem Δαυλὶς, locum huic non diſſimilem ex Strabone produxi, ubi τὸ Δαύλιον pari ratione de Daulienſium ditione interpretandum eſt.

63 Ὑπὲρ Λακίου Δαυνίου τ᾽ ᾠκισμένην.] Conſtanter ſic exhibent libri MSS & editiones ante Xylandrianam adornatæ. Minime probo lectionem Xylandro divulgatam: Ὑπὲρ Λατίνους, Δαυνίους τ᾽ ᾠκισμένην. Scholiaſtes tamen ita olim hunc locum videtur legiſſe; verum abſurditatem ejus animadvertit, quia ſic Lycophron Aborigines & Latinos pro diverſa gente haberet. Noſtram, quam divulgavimus, lectionem etiam Canterus ad hunc verſiculum non improbat. Interim mihi ſuſpectum manſit τὸ Λακίου, quod mutatum vellem in Λακινίου ſi verſiculi modulus non obſtaret. Sed potius ἐπέχω, donec aliunde lux affulgeat.

64 Δαυνικὴ κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται.] Hic locus in MSS & editis profligatiſſime corruptus circumfertur, quod animadvertens Salmaſius, eum ad marginem ſui libri ita emendare conatur: Καὶ Δαυνῖται κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται. Hanc emendationem ſi quis approbaverit, toto cœlo non errabit. Eos enim ſic appellavit Strabo libro VI: Δύο δ᾽ εἰσὶ, μία μὲν ἡ μεσογεία διὰ Πευκετίων, οὓς Ποιδίκλους καλοῦσι, καὶ Δαυνιτῶν, καὶ Σαυνιτῶν, μέχρι Βενεβέντου.

65 Δαύνιον τεῖχος, πόλις Θρᾴκης.] Inſerui voculam πόλις, ex codice Voſſiano revocatam. In vulgatis enim legebatur: Ἔστι δὲ Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης. Non longe a Scempſa abfuiſſe videtur. Vide Steph. ea in voce.

66 Αὐαρηνός.] Peſſime in omnibus editionibus excuſum reperi, Ἀναρηνὸς, facili ſcribarum & typothetarum lapſu. Vide noſtrum in voce Αὔαρα.

67 Δάφνη, προάστειον.] Locus eſt toto terrarum orbe celeberrimus: præſtat de eo ſilere quam pauca dicere. Elegantiſſimam ejus deſcriptionem exhibet Magnus Caſaubonus ad Julium Capitolinum, quem ſi quis legerit, oleum & operam omnino non perdet.

68 Δαφνητικὸν, κτητικόν.] Salmaſius ad Vulcatium legit Δαφνιτικὸν, quod meo judicio præferendum. Videtur id poſſeſſivum uſurpaſſe idem Vulcatius in Avidio Caſſio: *Exſtat de hoc epiſtola divi Marci ad præfectum ſuum talis. Avidio Caſſio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes.* Pro *Daphnicis moribus*, forte reſcribendum cenſet vir ſummus *Daphnitis moribus*; ſed quam ob cauſam ipſi non placuerit *Daphniticis moribus*, rationem nullam video. Mores Daphnitici erant luxurioſiſſimi, & omni delitiarum genere diffluentes: fuit enim illud amœniſſimum ſuburbium voluptatibus adeo infame, ut modeſtioribus ac frugi inacceſſum ſcribant Chryſoſtomus & Sozomenus, obſervante Caſaubono ad locum jam citatum.

69 Λυκίας χωρίον.] Videtur noſter innuere oppidum nomine Daphnûs, quod ſua ætate jam interiiſſe ſcribit Plinius lib. V cap. XXIX: *Interiore intus Daphnûs & Hermeſia. & Sipylum, quod antea Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ.*

70 Πλησίον Πηλουσίου.] Diſtat a Peluſio, teſte Antonino in Itinerario, XVI M. P. Herodotus libro II hujus meminit, ſed numero multitudinis effert: Ἐπὶ Ψαμμητίχου βασιλέως φυλακαὶ κατέστασαν ἔν τε Ἐλεφαντίνῃ πόλι πρὸς Αἰ-

θιόπων,

τῶν ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν. οἱ οἰκοῦντες, Δαφναῖοι. [71] ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. ἔστι καὶ προάστιον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν ἀριστερᾷ, ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν, ὃ λέγεται Σέργιον.

ΔΑΦΝΟΥ͂Σ [72], Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς λεγομένη. ὁ πολίτης, Δαφνοῦντιος, ἢ Δαφνούσιος. καὶ θηλυκῶς Δαφνουσίς. Δαφνοῦσαν δὲ αὐτὴν φησιν Εὐφορίων. τὸ ἐθνικὸν, Δαφνουσαῖος, ἢ Δαφνούσιος. ἔστι δὲ καὶ Δαφνουσὶς λίμνη, πλησίον τοῦ Ὀλύμπου τοῦ Βιθυνοῦ. ἔστι καὶ δῆμος πλησίον τῆς Κῶ, ὁ Δαφνοῦς λεγόμενος· καὶ δημότης, Δαφνούσιος. ἔστι καὶ [73] Δαφνούσιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ, πλησίον τῆς Θρακῶν γῆς. ἔστι καὶ Αἰγύπτου κώμη.

ΔΑΧΑΡΗΝΟΙ͂, ἔθνος Ἀραβίας, ἀπὸ Ναβάτου προσαγορευθὲν Ναβαταῖον. [74] σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικούς.

ΔΕ΄ΔΜΑΣΑ, ὡς Πήγασα, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης, Δεδμασεύς, ὡς Πηγασεύς.

ΔΕΣΙΛΟΙ͂ [75], ἔθνος Θρακικὸν Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΔΕΙΠΝΙΑ͂Σ, κώμη Θεσσαλίας περὶ Λάρισσαν, ὅπου φασὶ τὸν Ἀπόλλωνα δειπνῆσαι πρῶτον, ὅτε ἐκ τῶν Τεμπῶν καθαρθεὶς ὑπέστρεψε, καὶ τῷ παιδὶ τῷ διακομιστῇ τῆς δάφνης ἔθος εἰς τήνδε παραγινομένῳ, δειπνεῖν. Καλλίμαχος τετάρτῃ,

[76] Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δεδέχαται.

τὸ ἐθνι-

A laurorum ibi creſcentium copia nomen invenit. Incolæ, Daphnæi. Eſt quoque portus Daphne, apparens in ore Ponti ad dextrum latus, ſi quis navigando illud intraverit. Eſt quoque ſuburbium Daphne in ore Ponti ad ſiniſtrum latus, adverſo flumine adſcendentibus, quod

B dicitur Sergium.

DAPHNUS, urbs Phocica, genere maſculino ſic dicta; cujus civis Daphnuntius, ſive Daphnuſius, & genere fœminino Daphnuſis. Hanc Euphorio Daphnuſam appellat.

C Gentile, Daphnuſæus, ſive Daphnuſius. Eſt præterea lacus Daphnuſis prope Olympum Bithyniacum. Eſt quoque populus circa Co, Daphnûs dictus, cujus popularis Daphnuſius. Eſt etiam Daphnuſium juxta Rhegium, Thraciæ finitimum. Eſt denique pagus Æ-

D gypti.

DACHARENI, gens Arabiæ, a Nabate denominata Nabatæa. Significat autem vox Dachareni *Maſculos*.

DEDMASA, uti Pegaſa, Cariæ oppidum,

E cujus oppidanus Dedmaſenſis, uti Pegaſenſis.

DESILI, gens Thraciæ, auctore Hecatæo in Europa.

DEIPNIAS, vicus Theſſaliæ circa Lariſſam, ubi narrant Apollinem primum cœ-

F naſſe, quando aquis Tempe purgatus, rediit: quin imo puer ille ferens laurum ibi cœnare in more habebat, cum eo acceſſiſſet. Callimachus libro quarto:

---- *Deipnias ubi ipſum excepit.*

Gen

θιόπων, καὶ ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι. Euſtathius ad Dionyſ. pag. 118: Ὅτι πρὸς τῷ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι χωρίον τι πληθυντικῶς Δάφναι λέγεται παρὰ τῷ Ἡροδότῳ.

71 Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη.] Hic locus uſque ad finem ſectionis longe alio modo repræſentat Voſſianus calamo exaratus: Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ στόματι τοῦ Πόντου ἐν ἀριστερᾷ, ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν ὃ λέγεται Σέργιον. Non audentes librarii hic duo diverſa loca ſtatuere, illa verba, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. ἔστι καὶ προάστιον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ πόντου, tanquam otioſa atque inania prætermiſere. Verum lectio hactenus vulgata non videtur vituperanda, quam olim quoque Theſſalonicenſis Archiepiſcopus in Stephani codicibus reperit, ita enim ille ad Dionyſium pag. 118: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας προάστιον ἐπισημότατον τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπών· λέγει καὶ ἄλλην εἶναι Δάφνην, χωρίον Λυκίας· καὶ λιμένα Δάφνην ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι· καὶ προάστιον δὲ αὐτόθι τοῦ ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν. Manifeſtiſſime etiam diſtinguit inter portum & ſuburbium, non procul a ſe invicem diſtantes.

72 Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις.] Non ſemper pertinuit hæc urbs ad Phocenſium ditionem, poſterioribus enim temporibus, Locris adſcripta fuit. Strabo lib. IX: Ὁ γὰρ Δαφνοῦς ἦν ποτε τῆς Φωκίδος, σχίζων ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα, καὶ μέσος τεταγμένος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου, καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα· τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται. Alia præterea habet Strabo de ſitu hujus urbis, quæ apud ipſum videri poſſunt. Hoc addam ex Scholiaſta ad Euripidis Oreſten, Hyampolitas & Opuntios de hoc oppido inter ſe rixas moviſſe: Μετὰ δέ τινας χρόνους Ὀρέστης ὁ Σισύφου ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἀονίας αὐτόσε, καὶ πολεμοῦντας εὑρὼν Ὑαμπολίτας πρὸς Ὀπουντίους Λοκροὺς περὶ Δαφνοῦντος, συμμαχήσας τε ἐνίκησεν καὶ ἦρξεν αὐτῶν.

73 Δαφνούσιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ.] Editiones Aldina Florentinaque conſtanter exhibent, Δαφνούδιον, de quo nihil ſtatuo, quia aliam opem hic locus deſiderare videtur.

74 Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικούς.] Inſtaurationem hujus loci debemus Nicol. Fullero lib. IV cap. XX Miſcel. Sac. confirmans ſuam ſententiam verbis Euſtathii ad Dionyſium: Ὁ δὲ τῶν Ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς λέγει, ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὅ ἐστιν ἀρσενικοί. Nomen hoc Dachareni accepere ab Arabico ذكر *Dachar*, marem vel maſculum denotante, quia non ut cæteri Arabes ἁβρόβιοι, mollitia ſcilicet infames, animos gererent imbelles ac muliebres, ſed mares ſive viriles ad bella fortiter ſuſcipienda & conficienda. Etiam alii ex hac emendatione laureolam quæſiverunt, ſed revera tanti non eſt, ut tot clara nomina ei præſcribi mallent. Vide Seldenum de Diis Syris ſyntag. II cap. IV, & Bochartum de Animal. Sac. Script. pag. 535 part. prim. Non poſſum tamen reticere & Salmaſio hanc correctionem in mentem veniſſe, reſcribenti pro ἀρσενικῶς, quod omnes editi & MSS repræſentant, ex Euſtathio ἀρσενικοί, ut in margine ſui Stephani videre eſt.

75 Δεσιλοί.] Chartaceus Voſſianus, Δάσιλοι. Sed ordinem elementorum non ſervat.

76 Δειπνιὰς ἔνθεν μιν &c.] Ad hunc locum ita annotavit Salmaſius in ora ſui libri: lege, Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δὲ δέδεχαται, vel ut in MSS habetur, δειδέχαται. In Voſſiano etiam inveni δειδέχαται. Addam locum ex Etymologico

A τὸ ἐθνικὸν, Δειπνιεύς, ὡς [77] Ἀφροδισιεύς, καὶ Ὀρθωσιεύς.

ΔΕΙΡΑΔΕΣ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Δειράδου τινός. ὁ δημότης, [78] Δειραδιώτης.

B ΔΕΙΡΗ, ἄκρα καὶ πόλις ὁμώνυμος πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. [79] Στράβων ιϛ´. ἔστι καὶ πόλις Ἀθηναίων συμμαχική. τὸ ἐθνικὸν, Δειραῖος.

ΔΕΚΕΛΕΙΑ, [80] δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς· [81] ἀπὸ Δεκέλου τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας, ὡς Ἡρόδοτος ἐννάτῳ. C ὁ δημότης, [82] Δεκελειεύς. τὸ τοπικὸν, [83] Δεκελειᾶθεν. [84] τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γινόμενα, διὰ τοῦ ηθεν, ἢ αθεν, προπερισπᾶται. παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ, D Δεκελειόθεν, Δεκελειάζε, Δεκελειᾶσι.

ΔΕΚΕΝΤΙΟΙ[85], ἔθνος Παννονίας, ἀπὸ Δεκεντίου τοῦ Μάγνου παιδὸς, [86] Μαγνεντίου δὲ ἀδελφοῦ. τὸ θηλυκὸν, Δεκεντιάς, ὡς Παρθένιος ὁ Φωκαεύς. E

ΔΕΚΙΗΤΟΝ, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν [87] Δεκιῆται, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν ά γεωγραφουμένων.

ΔΕΛ-

Gentile, Deipnienſis, uti Aphrodiſienſis & Orthoſienſis.

DEIRADES, populus Leontidis tribus, a Deirade quodam nomen habens. Popularis, Deiradiotes.

DIRE, promontorium & urbs ejuſdem nominis juxta Æthiopiam, auctore Strabone libro ſexto decimo. Eſt & urbs Athenienſium ſocia. Gentile, Diræus.

DECELIA, populus Hippothoôntidis tribus, ſic dictus a Decelo qui Dioſcuros Aphidnas perduxit, auctore Herodoto l. IX. Popularis Decelienſis. Locale Δεκελειᾶθεν, quod ex Decelia ſignificat. Quæ enim formantur a nominibus in antepenultimis accentu notatis, vel in α, vel in η deſinentibus, eorum penultima, ſi exiverit in ηθεν ſive αθεν, circumflectitur. Apud Callimachum vero invenitur Δεκελειόθεν, Δεκελειάζε, Δεκελειᾶσι.

DECENTII, gens Pannoniæ, quæ a Decentio Magni filio, Magnentii vero fratre nomen accepit. Genere fœminino dicitur Decentias, quod eſt apud Parthenium Phocaenſem.

DECIETUM, urbs Italiæ, cujus gentile Decïetæ, teſte Artemidoro libro primo Geographicorum.

DEL-

gico Mag. ubi hæc vox illuſtratur: Δεδέχαται· ἐκ τοῦ δέχω, δέξω, δέδεχα, δέδεγμαι, δέδεξαι, δέδεκται· καὶ Ἰωνικῶς, δεδέχαται· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δειδέχαται.

77 Ἀφροδισιεύς.] Peſſime exhibet Florentina editio, Ἀφροδιεύς.

78 Δειραδιώτης.] Hinc Apollo cognomento *Deiradiotes*, de quo Pauſanias in Corinthiacis. Deſcriptionem vero tribus lege apud Meurſium.

79 Στράβων ιϛ´.] Mutavimus libri numerum; in omnibus enim libris, cum MSS, tum editis, peſſimo errore inveniebatur Στράβων ιι. Innuit noſter locum Geographi lib. XVI hiſce verbis: Ποιεῖ δὲ ἄκρα τὰ στενὰ πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν, Δειρὴ καλουμένη, καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον αὐτῇ. Ad hoc promontorium ſive urbem, fauces Arabici ſinus tantum ſunt LX ſtadiorum, quod eodem libro docet Strabo paucis interjectis verſibus: Τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν στενὰ συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα. Eundem ſtadiorum numerum ſtatuit Agathemerus lib. I cap. III: Τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν στενὰ σταδίων ξ´. Male ibidem legitur Δεῖρην. Scio rem eſſe non magni momenti accentum emendare, parit tamen hujuſcemodi error nonnunquam ingentes difficultates. Aliud enim eſt Δειρὴ aliud vero δείρη. Vide Euſtathium hac de re circa finem in commentariis ad Odyſſ. ω.

80 Δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος.] Agis contra Athenienſes bellum gerens, hic caſtellum ædificavit teſte Pauſania lib. III: Ἐνέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν συνεχῶς ὁ Ἆγις στρατείᾳ, καὶ ἐπετείχισε φρούριον Ἀθηναίοις τὸ ἐν Δεκελείᾳ. Deceliam fuiſſe a Lacedæmoniis munitam cum Alcibiades ad eos tranſiiſſet, teſtatur etiam Nepos in ejus vita: *Deinde Deceliam in Attica munierunt, præſidioque perpetuo ibi poſito, in obſidione Athenas tenuerunt.* Hinc Δεκελεικὸς πόλεμος, ὁ Πελοποννησιακός· ἀπὸ μέρους τὸ τελευταῖον· τὸν αὐτὸν δὲ καὶ Ἀρχιδάμειον· Δεκελεικὸν μὲν, καθὸ Δεκέλεια Ἀθηναίοις ἐπετειχίσθη· Ἀρχιδάμειον δὲ ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτοῦ ἡγεῖτο. De bello Deceliano vide Diod. Sicul. lib. XIII.

81 Ἀπὸ Δεκέλου τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις.] Ab omnibus editionibus aberat vox Δεκέλου, quam ut ſummopere neceſſariam ex libris Palatinis revocavimus. Quod etiam bene conjecturavit Meurſius lib. de Demis Atticis. Totam hujus rei hiſtoriam narrat pluribus Herodotus lib. IX: Δεκελέων δὲ τῶν ποτε ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι· ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι καὶ τοὺς Δεκελέας· οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον ἀχθόμενόν τε τῇ Θησέος ὕβρει, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας. Vide plura apud ipſum Herodotum, Poliænum, Frontinum & alios.

82 Δεκελειεύς.] Populare nomen apud Herodotum eſt, loco jam citato, Δεκελεύς.

83 Δεκελειᾶθεν.] Et hoc locale nomen non reſpondet ei, quod apud Herodotum reperitur, qui inde deduxit, Δεκεληθεν.

84 Τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων.] Quia τὸ Δεκέλεια nuſquam in fine cum accentu notatur, hinc eſt quod cenſeam, hunc locum in mendo cubare, & reſcribendum: τὰ γὰρ ἀπὸ προπαροξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γινόμενα. Vide quæ ſupra ex Etymologici Mag. Auctore citavimus. Præter populare nomen & localia, etiam invenitur duplex poſſeſſivum Δεκελεικὸς & Δεκελειακὸς, quæ eodem modo formantur, uti a βοῦς βοὸς, βόειος & βοειακὸς, ut docet idem auctor.

85 Δεκέντιοι.] Non legimus Decentium aliunde coloniam in Pannoniam duxiſſe, itaque ſuſpicari licet, gentem aliquam in honorem Decentii antiquum nomen aboleviſſe, & novum adoptaſſe.

86 Μαγνεντίου δὲ ἀδελφοῦ.] Optime Decentium & Magentium fratres ſtatuit, licet Zoſimus eos alio conſanguinitatis gradu deſcribat. Aurel. Victor lib de Cæſaribus: *Sed jam antea cum externi motus ſuſpectarentur; Magnentius fratri Decentio Gallias; Conſtantius Gallo, cujus nomen ſuo mutaverat, Orientem, Cæſaribus commiſerant.* Vide præterea Eutropium lib. X & Henr. Glareani in eundem annotationes.

87 Δεκιῆται.] Proprie ſunt Ligyres. Plinius lib. III cap. V: *Ligures celeberrimi inter Alpes, Sallyi, Deceates, Oxybii.* Veteres, & Græci præſertim totum Ligyrum tractum Galliam appellarunt, quin & ipſi Ligyres, Galli Inſubres dicti ſunt. Verum tamen eſt, ut hic apud Stephanum liquet, veteres etiam illam Ciſalpinam Romanorum Galliam, ſæpenumero Italiam nominaſſe. Oxybios

& Decea-

ΔΕΛΜΑΤΙ'Α [88], Ἰταλίας χώρα. οἱ A οἰκήτορες, Δαλματεῖς καὶ Δαλμάται.

ΔΕ'ΛΤΑ, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ [89] νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, καὶ Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, [90] ἀπὸ τοῦ τοῦ σχήματος ὁμοιότητος: ἐθνικὸν τῆς νήσου, Δελτίτης· τῆς B δὲ πόλεως, Δελτηνὸς, τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ. οὐ γὰρ ἐνετύχομεν.

ΔΕΛΦΟΙ' [91], πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ, πρὸς τῇ Φωκίδι, ἔνθα τὸ ἄδυτον ἐκ [92] Πεντελησίων κατεσκεύασται λίθων. [93] ἔργον Ἀγα- C μήδους καὶ Τροφωνίου. ἔστι καὶ Δελφοῦσα τοῦ τόπου κρήνη. [94] τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως τῇ πόλει. τὸ θηλυκὸν, Δελφίς. καὶ κτητικὸν, Δελφικός. ἐκλήθησαν δὲ Δελφοὶ, [95] ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς· καὶ ἵδρυται D Ἀπόλ-

DELMATIA, Italiæ regio, cujus incolæ Delmatenſes & Delmatæ.

DELTA, urbs juxta Syriam, & Ægypti inſula, quæ ab Ægyptiis, teſte Ephoro Ptimyris appellatur. Nunc nomen habet a figuræ ſimilitudine. Ab inſula deducitur gentile, Deltites, ab urbe vero Deltenus ſecundum regionis formam. Non enim in alia incidimus.

DELPHI, urbs ad Parnaſſum juxta Phocidem, ubi adytum illud ex Pentelicis lapidibus ædificatum, opus Agamedis & Trophonii. Eſt quoque Delphuſa ejuſdem loci fons. Gentile & urbis nomen idem eſt. Genere fœminino dicitur Delphis, & poſſeſſivum Delphicus. Dicti autem ſunt Delphi, quod Apollo aſſumpta Delphini forma, navigaverit, & Apol-

& Deceatas ſæpe conjungit Polybius in Excerpt. Legat. CXXXIV: Πολεμήσοντα τοῖς Ὀξυβίοις καὶ Δεκιήταις. Strabo lib. IV de Polybio: Πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τότε τῶν Ὀξυβίων καὶ τῶν Δεκιητῶν. Idem facit Florus lib. II cap. IV: *Itaque cum diu multumque eluderet Salyus, Deciates, Oxybius, Euburiates, Ingaunus, tandem Fulvius latebras eorum ignibus ſepſit.*

88 Δελματία, Ἰταλίας χώρα.] Nugæ ſunt & ineptiæ, quas ad hunc locum comminiſcitur Ortelius, teſte Holſtenio in annotationibus ad illius viri Geographiam, nihil tamen de ſua opinione ſubjungente. Romani cum finitimas Italiæ regiones imperio ſuo adjeciſſent belloque perdomuiſſent, non vetuerunt, ut populi ſinguli antiquas appellationes retinerent, ſed univerſos coëgerunt, ut in commune Italorum nomen concederent. Locus in hanc rem elegantiſſimus eſt apud Julianum in Orat. de reb. geſt. Conſtantini: Ῥωμαῖοι γὰρ ἐπειδὴ τῆς χώρας ἁπάσης ἐκράτουν, (ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ τό τε τῶν Ἐνετῶν ἔθνος καὶ Λίγυες τινὲς καὶ τῶν ἄλλων Γαλατῶν οὐ φαύλη μοῖρα.) τὸ μὲν ἀρχῇ σφῶν ὄνομα σώζειν οὐ διεκώλυσαν, τῷ κοινῷ δὲ τῶν Ἰταλῶν ξυγχωρεῖν κατηνάγκασαν. Hac vel ſimili interpretatione Stephanus videtur leniendus, nam quis neſcit, Romanorum principes Italiæ fines uſque ad Polam Hiſtriæ oppidum produxiſſe? Vide ea de re teſtimonium Strabonis lib. VII.

89 Νῆσος Αἰγύπτου.] Cenſetur pro parte Ægypti inferioris, inter Nili foſſas extremas, Peluſiacam ſcilicet & Canopicam. Vide Strabonem lib. XVI & Diod. Sicul. libro primo. Illa pars Ægypti in qua Delta ſita eſt hodie adhuc appellatur *Errif*, de quo nomine ejuſque ſignificatu non contemnenda congeſſit Bochartus in ſuo Phaleg lib. IV cap. XXIII.

90 Ἀπὸ τοῦ τοῦ σχήματος ὁμοιότητος.] Strabo lib. XVII: Καὶ καλεῖται Δέλτα διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος. Sic ſolent aliquando geographi regionum figuram ſimilitudine aliqua exprimere: ſic Euxinus arcui aſſimilatur, Alexandria chlamydi militari, Italia hederæ, Iberia pelli bovinæ, Naxus ramo vineæ, Peloponneſus platani folio, Sardinia veſtigio hominis, & Libya trapezio. Plura vide apud Euſtathium ad Dionyſium.

91 Δελφοὶ, πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ, πρὸς τῇ Φωκίδι.] Urbs fuit antiquiſſima & Homeri ætate jam celebris, qui eam appellat Πυθὼν in Catal. Navium:

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Ad quem locum ſic ſcribit Euſtathius pag. 274. Ἔκειτο δὲ ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφούς· ἡ δὲ Πυθὼ, πάλαι μέν ποτε Παρνασσία ἐκαλεῖτο νάπη, ἀπὸ Παρνασσοῦ ὄρους παρακειμένου· εἶτα Πυθὼν ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ σαπέντα δράκοντα· ὡς ἐκ τοῦ πύθω τὸ σήπω &c. ὕστερον μέντοι Δελφὶς, ἡ Πυθὼν ἐκλήθη, ὅτε καὶ Δελφοὶ τὸ ἐκεῖ ἔθνος. Perhibet etiam Apollonii Scholiaſtes Lycoriam dictam fuiſſe, & Delphenſes Lycorenſes, ſic enim ille ad lib. II: Ἄντρον ἐν Παρνασσῷ Κωρύκιον· κέκληται δὲ ἀπὸ νύμφης Κωρυκίας, ἧς καὶ Ἀπόλλωνος παῖς Λυκωρεύς. ἀφ' οὗ Λυκωρεῖς οἱ Δελφοί. Sed clarius hoc fit expreſſis verbis ad lib. IV: Λυκωρείοιο· ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ· οἱ γὰρ Δελφοὶ, τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο, ἀπό τινος κώμης Λυκωρείας. Sed de rei veritate poſtea ad illam vocem inquiremus. Verum enim vero, quamvis Delphi ab omnibus ſcriptoribus Phocidi adſcribantur, ipſi tamen recuſarunt Phocenſes appellari, ut teſtatur Pauſanias lib. IV: Ἀλλὰ οἱ μὲν Στυρεῖς καλεῖσθαι Δρύοπες ὑπερφρονοῦσι, καθάπερ καὶ οἱ Δελφοὶ πεφεύγασιν ὀνομάζεσθαι Φωκεῖς. Sita fuit hæc urbs in Parnaſſi latere, quod ſinum Corinthiacum, & Cirrham & Criſſam ſpectat, ut liquet ex Strabone lib. IX, & ex Pauſaniæ Phocicis.

92 Ἐκ Πεντελησίων κατεσκεύασται λίθων.] Hunc locum librarii peſſime corruperant, in vulgatis enim & MSS hunc in modum concipiebatur: Ἔνθα τὸ ἄδυτον ἐκ πέντε κατεσκεύασται λίθων. Ego multorum auctoritate inductus, non dubitavi in contextum recipere, quod nunc legitis; imo qui rem probe examinaverit, illud ægre non feret. Ex Ariſtophanis Scholiaſta ad Nebulas manifeſtiſſimis verbis evincitur, templum hoc Penteleſiis lapidibus ædificatum fuiſſe. Deſcribitur enim a Pauſania in Atticis mons Pentelicus, & Pentelica latomia, unde Πεντελήσιος λίθος, quod marmor eo tempore erat ſatis celebre, & ejus paſſim apud Pauſaniam & alios memoria occurrit.

93 Ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου.] Horum meminit Strabo lib. X: Τὸν δὲ δεύτερον Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους ἔργον φασι, Verum quod Geographo ſecunda vice, illud Pauſaniæ quarta poſitum eſt, ita enim ille in Phocicis: Τέταρτος δὲ ὑπὸ Τροφωνίου μὲν εἰργάσθη καὶ Ἀγαμήδους, λίθου δὲ αὐτὸν ποιηθῆναι μνημονεύουσι· κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς, ἣν Κροτωνιάτης ἐνίκα Διόγνητος. His celeberrimis artificibus, quid Apollo pro templi ædificatione perſolverit, legimus apud Ciceronem lib. I Tuſc. Quæſt. *Simili precatione Trophonius & Agamedes uſi dicuntur: qui cum Apollini Delphis templum exædificaſſent, venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis, & laboris ſui, nihil certi, ſed quod eſſet optimum homini, quibus Apollo ſe id daturum oſtendit, poſt enim diem tertium, qui ut illuxit, mortui ſunt reperti.* Antiquiſſima Dei ædes e lauro erecta traditur: altera auxilio apum e cera & pinnulis compacta fuit: tertium delubrum ex ære ædificatum perhibetur. Vide Pauſan. lib. X.

94 Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως τῇ πόλει.] Vide Stephanum in voce Ἀμφίδολοι. Paſſim quoque numiſmata proſtant cum hac inſcriptione, ΔΕΛΦΩΝ. Etymologici Mag. Auctor: Δελφοὶ, καὶ Δελφὸς ἀνὴρ, τὸ ἐθνικόν.

95 Ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς.] Sine dubio Stephanus in genuino opere integram illam de Apolline fabulam habuit, cujus Epitomator exiguam ſolummodo particulam attingit. Lubet eam ex Servio attexere, ſic enim ille ad lib. III Æneid. *Inde cum Italiam peteret naufragio vexatus, Delphini tergo exceptus dicitur, ac prope*

Ἀπόλλωνι ἱερόν. ἔστι καὶ Δελφουσία πόλις A Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β' Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Δελφουσιάτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

Apollini hoc nomine templum condiderit. Eſt quoque Delphuſia, urbs Arcadiæ, de qua Androtio libro II Atthidis. Gentile, Delphuſiates juxta regionis formam.

ΔΕΛΦΙ'ΝΙΟΝ, φρούριον Χίων, ὡς [96] Θουκυδίδης ὀγδόῃ. τὸ ἐθνικὸν, Δελφίνιος· B παρακατελείφθη γὰρ ὁ τύπος τοῦ ἐθνικοῦ, ἢ Δελφινιεύς.

DELPHINIUM, caſtellum Chiorum, de quo Thucydides libro VIII. Gentile, Delphinius. Forma enim nominis gentilis in primitivo latet, niſi formandum ſit Delphinienſis.

ΔΕΛΘΑ'ΝΙΟΙ, πόλις μία τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίων, καὶ Λακεδαιμονίων. [97] τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. C

DELTHANII, una ex iis urbibus, de qua Meſſenii & Lacedæmonii prælio contenderunt. Gentile idem eſt.

ΔΕΞΑΜΕΝΑΙ', [98] μέρος τῆς Ἀμβρακίας, [99] ἀπὸ Δεξαμενοῦ τοῦ Μεσόλου παιδός. καὶ Ἀμβρακίας τῆς θυγατρὸς Φόρβαντος, τοῦ Ἡλίου. τὸ ἐθνικὸν, δεξαμεναῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Ἀμβρακιωτῶν πολιτείᾳ. D

DEXAMENÆ, pars Ambraciæ, ſic dicta a Dexameno Meſoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuit. Gentile, Dexamenæus, ut perhibet Ariſtoteles in Ambraciotarum Politia.

ΔΕΞΑ'ΡΟΙ, ἔθνος Χαόνων, τοῖς Ἐγχελέαις προσεχεῖς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὑπὸ Ἄμηρον ὄρος οἰκοῦν.

DEXARI, gens Chaonum, Encheleis finitima, auctore Hecatæo in Europa. Sub Amero monte habitat.

ΔΕΡ'Ρ'Α, [1] τόπος Λακωνικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Δερῥαῖος, ἢ Δερῥεάτης. ἀφ' οὗ [2] Δερῥεάτιδος E Ἀρτέμιδος ἱερόν. καὶ τὸν δῆμον δὲ Δειράδας φασὶ, καὶ τοὺς δημότας [3] Δειραδιώτας, [4] ἀπό τινος ἥρωος.

DERRHA, Laconicæ locus. Gentile, Derrhæus ſive Derrheates. Hinc fanum Dianæ Derrheatidis nomen habet. Populum quoque Deiradas nominant, & populares Deiradiotas, ab heroë quodam.

ΔΕ'ΡΒΗ, [5] φρούριον Ἰσαυρίας, καὶ λιμήν. ὁ κα-

DERBE, Iſauriæ munimentum & portus. Incola

ac prope Parnaſſum montem delatus, patri Apollini templum conſtituiſſe, & a Delphino locum Delphos appellaſſe. Aras deinde Apollini tanquam patri conſecraſſe, quas ferunt vulgo Patrias dictas. Hinc ergo Delphinum ajunt inter ſacrata Apollinis receptum.* Hanc fabulam longe alio modo & circumſtantiis refert Etymologici Mag. Auctor, ſcilicet, Apollinem, Caſtalio viro Cretenſi coloniam mittente, Delphini formam induiſſe, & navem in Criſſæum ſinum perduxiſſe; ſed ejus verba apponam: Δελφίνιος, ὁ Ἀπόλλων· ὅτι Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ ἀποικίαν στελλομένῳ, ὁ Ἀπόλλων ὁμοιωθεὶς δελφῖνι, προηγήσατο τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισσαίου κόλπου· καὶ ἐκεῖ καθορμίσας, ἐκράτησε τὸν τόπον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Δελφοὺς ἐκάλουν τοὺς ἐνοικοῦντας· τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὁ Δελφὶς εἰς τὴν ναῦν ἦλθε, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον ἐπήδησεν εἰς τὴν θάλασσαν. Verum Plutarchus lib. de Sol. Anim. figmentum illud de mutata Apollinis forma refutavit: Ὃν δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ θεὸς (ὁ Δελφίνιος Ἀπόλλων) πεποίηται, Κρητῶν ἀπογόνους οἰκοῦντας ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένων, οὐ γὰρ θεὸς προενήχετο τοῦ στόλου, μεταβαλὼν εἶδος, ὡς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν, ἀλλὰ δελφῖνα πέμψας τοῖς ἀνδράσι ἰθύνοντα τὸν πλοῦν κατήγαγεν εἰς Κίῤῥαν.

96 Θουκυδίδης ὀγδόῃ.] Noſter hunc Thucydidis locum innuit: Οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη διαβεβηκότες τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ, καὶ κρατοῦντες τῆς γῆς καὶ θαλάσσης Δελφίνιον ἐτείχιζον.

97 Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.] Aliud gentile occurrit apud Tacitum lib. IV Annal. ſcilicet DELTHENIATES, quæ forma etiam Peloponneſi incolis ſatis eſt uſitata. Addam integrum locum, ut pateat Meſſenios & Lacedæmonios aliquando inter ſe jurgia foviſſe. *Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Meſſeniorum legationes, de jure templi Dianæ Limenetidis, quod ſuis a majoribus, ſuaque in terra dicatum, Lacedæmonii firmabant annalium memoria vatumque carminibus. Sed Macedonis Philippi, cum quo bellaſſent, armis ademtum; ac poſt C. Cæſaris & M. Antonii ſententia redditum. Contra Meſſenii, veterem inter Herculis poſteros diviſionem Peloponneſi protulere, ſuoque DELTHENIATEM agrum, in quo id delubrum, ceſſiſſe.* Ita Meurſius hunc locum reſtituit, quod nobis nequaquam diſplicet, quem porro vide in Laconicis lib. I cap. II.

98 Μέρος τῆς Ἀμβρακίας.] Difficulter quis dixerit, quid hoc loco Ambraciæ nomine intelligat Stephanus, utrum urbem, an vero regionem, niſi aliunde lux affulgeat. Notiſſima eſt Ambracia urbs, ſed partem aliquam ſic vocatam habuiſſe, non liquido conſtat. Noſter eodem modo loquitur de Achradina: Ἀλλὰ δὲ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν, ubi tamen illa pars neceſſario urbi eſt accenſenda. Sumi etiam de regione, liquet ex Etymologici Mag. Auct. Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα.

99 Ἀπὸ Δεξαμενοῦ.] Hujus genealogia admodum incerta eſt ac dubia. Vide Apollod. lib. II Dionyſ. Halicarnaſſeum lib. I. & Pauſaniam lib. V.

1 Τόπος Λακωνικῆς.] Non longe a Taugeto abfuit, ut docet Pauſanias in Laconicis, quem noſter paſſim ſequitur: τοῦτό τε οὖν τὸ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ, καὶ οὐ πόῤῥω Δέῤῥιον, ἔνθα Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δερῥιάτιδος. Hinc liquet varie hunc locum fuiſſe appellatum, Δέῤῥιον a Pauſania, & Δέῤῥα a Stephano. Verum ex gentili conjicio, olim a noſtro fuiſſe ſcriptum Δέῤῥεα, unde commodiſſe formari poſſet Δεῤῥεαῖος & Δεῤῥεάτης.

2 Δεῤῥεάτιδος Ἀρτέμιδος.] Meurſius emendat Δεῤῥιάτιδος, quaſi verum loci nomen fuiſſet Δέῤῥιον, & non aliam habuiſſet terminationem.

3 Δειραδιώτας.] In aliis editionibus excuſum erat Δειραλιώτας, quod mutavimus auctoritate Pauſaniæ, hac voce utentis, & ipſius Stephani, qui in præcedentibus hæc habet: ὁ δημότης, Δειραδιώτης. Vide locum & notas.

4 Ἀπό τινος ἥρωος.] Herois nomen, quod hic non extat, reperitur in voce Δειράδες, imo videtur loco motum: niſi quis ſtatuat Epitomatorem μνημονικὸν σφάλμα commiſiſſe; nam in præcedentibus & ſuo loco de Deiradibus mentionem fecit.

5 Φρούριον Ἰσαυρίας.] Hujus etiam Stephanus meminit in voce Ἄβαι. Strabo illud ponit in Iſauriæ latere, ſed maxime Cappadociæ adhærens, ita enim ille lib. XII: Τῆς δὲ

A ὁ καλοικῶν, [6] Δερβήτης, ὡς Σιδήτης, Πυλήτης. λέγεται δ' ἴσως καὶ [7] Δέρβεια, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Δερβειτης. [8] Καπίτων δὲ Δέρμην φησί. τινὲς δὲ Δέλβειαν, ὅ ἐστι τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ ἄρκευθος· καὶ Ἀρκεύθη ἡ πόλις.

A Incola Derbetes, uti Sidetes, Pyletes. Fortaſſis etiam appellatur Derbeia, & gentile Derbeites. Capito Dermen vocat; quidam vero Delbeian, quod Lycaonum lingua juniperum ſignificat. Et Arceuthe ipſa urbs dicitur.

B ΔΕΡΒΙΚΚΑΙ [9], ἔθνος [10] πλησίον τῶν Ὑρκανῶν. Ἀπολλώνιος δὲ δὶς τὸ κ κ [11] καλῶς γράφει. Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτοὺς φησιν, [12] καὶ Δερβίσσους.

B DERBICCÆ, gens Hyrcanis vicina. Optime Apollonius hanc vocem per duplex κ ſcribit. Cteſias vero illos Derbios appellat & Derbiſſos.

ΔΕΡΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας. τὸ ἐθνικὸν, Δερεεὺς, ὡς Ἡραιεύς· [13] Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι.

C DEREA, urbs Arcadiæ. Gentile, Dereenſis, uti Heræenſis. Utraque forma in Arcadia uſitata eſt.

ΔΕΡΑΙΟΙ [14], Θρᾴκιον ἔθνος. Ἡρόδοτος Δερσαίους αὐτοὺς φησι.

DERÆI, gens Thraciæ. Herodotos illos Derſæos nominat.

ΔΕΡΤΩΝ [15], πόλις Λιγύρων· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιά. τὴν καλουμένην [16] Δέρτουνα πόλιν. [17] τὸ ἐθνικὸν, Δερτώνιος, ὡς Ἀντρώνιος.

DERTON, urbs Ligurum, de qua Arte- D midorus in Epitome librorum undecim. Urbem Dertona appellatam. Gentile, Dertonius, uti Antronius.

ΔΗΛΙΑ, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Δηλιεὺς, τῷ λόγῳ τῶν Καρικῶν.

DELIA, urbs Cariæ. Gentile, Delienſis, charactere Caribus uſitata.

E ΔΗΛΙΟΝ, [18] πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Ταnάγρᾳ,

E DELIUM, oppidulum Bœotiæ in Tanagra,

Τῆς δ' Ἰσαυρικῆς ἐστιν ἐν πλευραῖς ἡ Δέρβη, μάλιστα τῇ Καππαδοκίᾳ. Lucas in Actis Apoſt. cap. XIV Lycaoniæ urbem vocat: Κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην. In Cappadociæ, Iſauriæ & Lycaonæ finibus fuiſſe ſitum illud munimentum, evidentiſſimum eſt; quin imo Lycaones hoc ſibi attribuiſſe, inde non obſcure patet, quod nomine, e Lycaonum lingua petito, fuerit inſignitum; nam ut ipſe Stephanus: Τινὲς δὲ Δέλβειαν, ὅ ἐστι τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ ἄρκευθος.

[6] Δερβήτης] Diſputat noſter de hoc gentili in voce Ἄβαι. Μηδεὶς γὰρ περιττολογίαν ἡγείσθω τὴν παράθεσιν τῶν Ἐθνικῶν, διὰ τὸ ἀνόμοιον· Δέρβη γὰρ φρούριον Ἰσαυρίας, τὸ δὲ ἐθνικὸν Δερβήτης καὶ Δερβαῖος. Ultimum nuſquam occurrit, ſed quod præcedit Græcis pariter & Latinis eſt uſitatiſſimum. Strabo, libro jam citato, meminit Ἀντιπάτρου τοῦ Δερβήτου. Cicero ad Q. Philippum Proconſulem: *Cum Antipatro Derbete mihi non ſolum hoſpitium; verum etiam ſumma familiaritas intercedit.*

[7] Δέρβεια.] Peſſimo errore divulgavit Xylander Δέρφεια. Veterem veramque lectionem ex Aldina Florentinaque editione revocavimus.

[8] Καπίτων δὲ Δέρμην φησί.] Si Capitonis Iſaurica temporis injuria non interierant, non fluctuaremus de genuina hujus loci lectione. Editiones omnes conſtanter exhibent: Καπίτων δὲ Δέρβην φησὶ, quod omnino ſtare non poteſt, quia de illa terminatione ſatis ſuperque egit. Puto itaque hic Δέρμην debere legi, quod Voſſianus calamo exaratus repræſentat, & nos in contextum recepimus.

[9] Δερβίκκαι.] Male in editis legitur Δελβίκκαι, quod literarum ordinem non ſervat, ut bene monuit Salmaſius ad Solinum, quem de hac gente conſule.

[10] Πλησίον τῶν Ὑρκανῶν.] Sic Diod. Sicul. Derbicas Hyrcanis vicinos ſtatuit lib. II: Ταπύρων ἔτι δὲ Ὑρκανίων, καὶ Δραγγῶν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ Δερβικῶν.

[11] Καλῶς γράφει.] Libri editi vocem καλῶς non agnoſcunt, quam ex libris Palatinis & Voſſiano revocare & hic interſerere placuit.

[12] Καὶ Δερβίσσους.] Et hæc quoque MSS codicum lectio eſt: editiones omnes conſtanter exhibent: Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτοὺς φησιν ἢ Τερβισσούς.

[13] Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι.] Fluctuat Salmaſius ad oram ſui Stephani, exiſtimans, ſi hic ſubintelligatur τύποι, & referatur ad τὸ Δέρεα & Ἡραία, lectionem non incommodam eſſe. Deinde judicat locum eſſe mutilum, & ita replendum: Τὸ ἐθνικὸν, Δερεεὺς, ὡς Ἡραιεύς, καὶ Δερεάτης· Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι, ſubintelligens τὸ τύποι. Nam hoc evidentiſſimum eſt, Arcadas ſolere gentilia ſua terminare in ευς & ατης, uti videre eſt in Δελφοὶ, ubi circa finem ſectionis hæc habet Stephanus: Ἔστι καὶ Δελφουσία, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β' Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Δελφουσιάτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας. Vide etiam quæ ſupra diximus ad vocem Δασέαι.

[14] Δεραῖοι, Θρᾴκιον ἔθνος.] Scylax Caryandenſis in Thraciæ deſcriptione agnoſcit emporium quod Δερὶς appellatur, de quo, ut optime judicat in notis ad illum auctorem Incomparabilis Iſaacus Voſſius, alii ſilent geographi. Veriſimile ipſi videtur fuiſſe Deræorum civitatem, de quibus nunc ille, qui Stephanum in epitomen redegit. Locus, quem noſter innuit, eſt apud Herodotum lib. VII: Παῖτοι, Κίκονες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, Σάτραι· τούτων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι τῇσι νηυσὶ εἵποντο, &c.

[15] Δερτὼν, πόλις Λιγύρων.] Latina terminatione appellatur *Dertona*, qua uſus quoque eſt Ptolemæus ſcribendo Δερτῶνα in caſu recto. Sed apud Strabonem eſt Δερθὼν, uti Ἀγκὼν, Οὐηρὼν, Κρεμὼν. De ejus ſitu ſic ſcribit Strabo lib. V: Ἔστι δὲ ἡ Δερθὼν πόλις ἀξιόλογος, κειμένη κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατέρας διέχουσα σταδίους. Romanorum fuiſſe coloniam teſtatur Plinius lib. III cap. V. *Ab altero*, inquit, *Apennini latere, ad Padum amnem omnia nobilibus oppidis nitent; Libarna, Dertona colonia, Iria, Barderate.* Plura de hoc oppido vide apud Cluverium, ex quo hæc hauſimus.

[16] Δέρτουνα.] Non mutavi hanc ſcripturam, quæ conſtanter reperitur in omnibus MSS & vulgatis. Cluverius edidit: τὴν καλουμένην Δερτῶνα πόλιν, quod non improbo: nam facillime librarii ω in ου mutant.

[17] Τὸ ἐθνικὸν, Δερτώνιος.] Romana formatione oppidani inde dicuntur DERTONENSES, ut probat Cluverius ex Caſſiodoro Variar. lib. X. epiſt. XXVII, & lib. XII. epiſt. XXVII.

[18] Πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ.] Hujus oppiduli ſitum, & templum, de quo etiam Stephanus, egregie deſcribuntur a Livio lib. XXXV circa finem: [illegible]*tio erat cum iis legatus a Chalcide ad Quintium. Qui poſteaquam obſeſſas ab hoſtibus fauces vidit, omiſſo ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Eubœam transmiſſurus. Templum eſt Apollinis Delium, imminens mari: quinque millia paſſuum a Tanagra abeſt: minus quattuor millium inde in proxima Eubœæ eſt mari trajectus. Ubi & in fano lucoque ea religione & eo* *jure*

νάγρα, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. τὸ ἐθνικὸν A Δηλιεύς, ὡς Σουνιεύς.

ΔΗ͂ΛΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

[19] Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσίν.

[20] ἢ παρὰ τὰς γονάς, ἢ μαντείας. ἱερὸν γὰρ Δῆ- B λος τοῦ Ἀπόλλωνος, τοῦ θεοῦ πρῶτον ἐν αὐτῇ γινομένου. ἢ [21] διὰ τὰς μαντείας, δηλοῦσι γὰρ τὰ δυσεύρετα. [22] ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος, ἀπὸ Κύνθου τοῦ Ὠκεανοῦ· καὶ Ἀπόλλων Κύνθιος. καὶ Ἀστερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία. C τινὲς δέ, ὅτι Ζάκυνθος ἐκαλεῖτο, κακῶς εἰδότες. κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν [23] καὶ Σκυθιάδα, Νικά-

nagra, & fanum Apollinis. Gentile, Delienſis, uti Sunienſis.

DELUS, inſula una ex Cycladibus.

Delum circumdederunt, & nomine Cyclades ſunt.

Nomen habet vel a genitura vel a vaticiniis. Delus enim Apollini, Deo ibi primum in lucem edito, ſacra eſt. Vel nomen accepit a vaticiniis, manifeſtat enim quæ inventu difficiliora ſunt. Appellabatur autem Cynthus a Cyntho Oceani F. Unde Apollo Cynthius. Et Aſteria, & Pelaſgia, & Chlamydia. Quidam vero, rem non probe ſcientes, cenſent Zacynthum appellari; eandem etiam Cynthiada dici, Nica-

jure ſancto quo ſunt templa, quæ aſyla Græci appellant.

[19] Δῆλον ἐκυκλώσαντο.] Verſiculus ex Dionyſio Periegeta deſumptus eſt. Delum in medio Cycladum eſſe ſitam, teſtantur plurimi. Strabo lib. x: Ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλούμεναι Κυκλάδες. Iſidorus lib. xiv Originum: *Cyclades inſulæ antiquitus Græciæ fuerunt, quas inde Cycladas autumant dictas, quod licet ſpatiis longioribus a Delo projectæ, in orbem tamen circa Delum ſitæ ſint.* Mox apud eundem ſequitur: *Delos inſula in medio Cycladum ſita.* Vide præterea Plinium, Amm. Marcellinum & alios.

[20] Ἢ παρὰ τὰς γονάς.] Ut paſſim ſolet Epitomator, partem duntaxat fabulæ tangit: etenim hæc genitura non ad ſolum Apollinem, ſed etiam ad Dianam pertinet. Jupiter poſtquam cum Latona rem habuiſſet, juravit Juno eam in terris non parituram: illa tamen ſuper aquas elevata eſt, eique hanc inſulam in mari latentem, δήλην ἐποίησε, manifeſtam fecit, ubi utroſque peperit. Locus in hanc rem egregius eſt apud Etymologici Mag. Auctorem, quem emendatum tranſcribam: Δῆλος ἡ ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, εἴρηται ὅτι κρυπτομένην αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὁ Ζεὺς δήλην ἐποίησε καὶ ἀνέδωκεν, ἵνα ἀνέβῃ Λητώ. Ζεὺς γὰρ ἐρασθεὶς Λητοῦς τῆς Κοίου θυγατρὸς, ἑνὸς τῶν Τιτάνων, καὶ Φοίβης, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησεν· ἥτις δεκαμηνιαίου χρόνου διαγενομένου, παρεγένετο διὰ θαλάσσης εἰς Ἀστερίαν τὴν νῆσον, μίαν οὖσαν τῶν Κυκλάδων· ἐκεῖ τε ἐλθοῦσα καὶ ἀψαμένη δύο φυτῶν ἐλαίας καὶ φοίνικος, διδύμους ἀπεκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα· καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἐῤῥιζώθη. Eandem fabulam habemus apud Lycophronis Scholiaſtam & quidem pluribus circumſtantiis pag. 71 quam conſulto prætermittimus, quia longior eſt. Vide quoque Servium ad Virg. Æneid. iii. Alii tamen poſt habitis fabuloſis narrationibus, magis naturalem & rationi conſentaneam hujus inſulæ originem tradidere. Iſidorus lib. xiv Originum: *Et dicta Delos fertur, quod poſt diluvium, quod Ogygii temporibus notatur, cum orbem multis menſibus continua nox inumbraſſet, ante omnes terras radiis ſolis illuminata eſt, ſortitaque ex eo nomen, quod primo manifeſtata ſit viſibus: nam Græci Δῆλον manifeſtum dicunt.* Sic Philo de Mundi Incorruptibilitate perhibet, olim Rhodum & Delum ſub maritimis undis latuiſſe, procedente vero tempore, eſſe exortas, ita enim ille: Καὶ μὴν ἥγε θάλασσά φασιν, ἤδη μεμείωται· μάρτυρες δὲ αἱ νήσων εὐδοκιμώταται, Ῥόδος τε καὶ Δῆλος· αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάσσης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι· χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα, κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι δι[...]ησαν. His adde locum Pindari Olymp. Od. v. ubi Delum Θεόδμητον, id eſt, *divinitus conditam* appellat, quod quum primum mari tecta eſſet, Jovis juſſu in lucem prodierit. Et Plinii lib. ii cap. lxxxvii: *Claræ jam pridem inſulæ Delos & Rhodos, memoriæ produntur enatæ.*

[21] Διὰ τὰς μαντείας, δηλοῦσι γὰρ τὰ δυσεύρετα.] Conjunctionem cauſalem, quæ ab omnibus vulgatis abeſt, ex MSS revocavi. Delphis & aliis in locis ſemper oracula Apollinis erant λοξὰ, obſcura, & dubia, ſed in hac inſula manifeſtiora dabantur, unde ei nomen impoſitum. Servius ad iii Æneid. *Delos autem quia diu latuit, & poſtea apparuit. Nam δῆλον Græci manifeſtum dicunt. Vel quod verius eſt, quia cum ubique Apollinis reſponſa obſcura ſunt, manifeſta illic dantur oracula.* Hujus nominis rationem etiam agnoſcit Euſtathius ad Dionyſium: Ἡ Δῆλος, οὕτω λεγομένη, ἢ διὰ τὴν θρυλλουμένην μυθώδη αἰτίαν, ὅτι ὑπὸ θάλασσαν, ὡς ἐῤῥέθη, οὖσα πρώην, ὕστερον φανεῖσα ἐδηλώθη· ἢ διὰ τὰς ἐν αὐτῇ μαντείας, ἐξ ὧν ἐδηλοῦτο τὰ δυσεύρετα.

[22] Ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος &c.] Agit jam porro noſter de variis, quibus inſula hæc antiquitus inſigniebatur nominibus, de quibus etiam luculentum Plinii exſtat teſtimonium, ſic enim ille lib. iv cap. xii, ubi non Cynthum, ſed Cynthiam Æglosthenis auctoritate appellavit: *Ipſaque longe clariſſima Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata, Delos; quæ diu fluctuata (ut proditur) ſola motum terræ non ſentit ad M. Varronis ætatem, Mutianus ait, bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Æglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Aſteriam, Pelaſgiam, Chlamydiam, Cynthum, Pyrpolon, igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mil. paſſ. aſſurgit Cyntho monte.* Igitur Cynthos vel Cynthia videtur dicta non a fabuloſo Oceani filio, ſed ab excelſo hujus nominis monte, finitima circa urbem loca occupante, de quo Strabo lib. x, & Tzetzes ad Lycophronem pag. 97. Aſteriæ appellatio occurrit apud Apollod. lib. i: Τῶν δὲ Κοίου θυγατέρων Ἀστερία μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε, φεύγουσα τὴν πρὸς Δία συνουσίαν· καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρότερον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος. Et apud Schol. Apollon. Rhodii lib. i: Δῆλος μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν μὲν Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὸ σχῆμα· πάλιν δὲ Ὀρτυγία, ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Λητοῦς. Optime addit διὰ τὸ σχῆμα: quia ſtellæ inſtar, ſeſe in mare projecerit, Jovis concubitum vitans, ut venuſte admodum canit Callimachus:

---- Οὔνομα δ' ἦν σοι
Ἀστερίη τὸ παλαιὸν, ἐπεὶ βαθὺν ἥλαο τάφρον
Οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση.

Itaque ſæpenumero hæc inſula, variis caſibus ſic volentibus, nomen immutavit: verum *Ortygiæ* appellatio apud Stephanum non eſt, quanquam frequentiſſima apud alios. Hanc quidam ſic vocatam perhibent, quod ibi primum viſæ ſint coturnices. Iſidorus lib. xiv Orig. *Ipſa eſt Ortygia, eo quod primum ibi viſæ ſunt coturnices aves, quas Græci ὄρτυγας vocant.* Alii ſic appellatam ſtatuunt a Latona, quæ paritura in coturnicem mutata, & Delum veniſſe fingitur, quæ inde *Ortygia* dicta fuit, quaſi *Coturnicis inſula*: vel a Jove qui Latonam iniiſſe perhibetur ὄρτυγι εἰκασθεὶς, ut ſcribit Pindari Scholiaſt. in Pythior. argumento. Hac de re etiam vide Euſtathium ad Homeri Od. E pag. 1528: & Od. Z pag. 1558. Servium ad Virg. iii Æneid. & Schol. ad Lycoph. loco ſupra citato.

[23] Καὶ Σκυθιάδα.] Conſtanter ita exhibent libri MSS & editi, ſed non ſine mendi ſuſpicione. Salmaſii conjecturam, oræ ſui Stephani allitam, veriſſimam exiſtimo, judicat enim ſic legendum: Κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Κυνθιάδα, Νικάνωρ φησίν.

Νικάνωρ φησίν. ἐξ αὐτοῦ [24] Δήλιος, καὶ Δηλία, καὶ Δηλιὰς, καὶ [25] Δηλίτης, ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός· Καλλίμαχος τρίτῳ. καὶ [26] Δηλιακὸς, τὸ κτητικόν. A

Nicanor perhibet. Hinc deducitur Delius & Delia & Delias, & Delites, in Delum veniens chorus. Callimachus lib. III utitur poſſeſſivo Deliacus.

ΔΗΜΗΤΡΙΑ'Σ, πόλις Θεσσαλίας, [27] ἀπὸ Δημητρίου βασιλεύσαντος. [28] ὃς δὲ τὰς B ὑπὸ τὸ Πήλιον κειμένας πόλεις κατέσκαψε. κεῖται δὲ [29] πρὸς τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ, ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ τῆς Φωκίδος. β' [30] Μακεδονίας. γ', Περσίδος, [31] πρὸς Ἀρβήλῳ. τὸ ἐθνικὸν Δημητριεὺς, ὡς τὸ Ἀφροδισιεὺς, Ὀρθωσιεύς. C

DEMETRIAS, urbs Theſſaliæ, a Demetrio rege ſic dicta, qui urbes ſub Pelio jacentes ſolo æquavit. Sita eſt ad Pagaſeticum ſinum, media inter Eubœam & Phocidem. Secunda, Macedoniæ. Tertia, Perſidis, juxta Arbela. Gentile, Demetrienſis, uti Aphrodiſienſis, Orthoſienſis.

ΔΗΜΗ'ΤΡΙΟΝ, τόπος περὶ Θεσσαλίαν, [32] περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον, κείμενος περὶ τὸν Ἄμφρυσον. ἔστι δὲ πόλις Αἰολίδος. ὁ πολίτης, Δημητριεὺς, [33] ὡς Δουλιχιεύς.

DEMETRIUM, locus circa Theſſaliam, circa Crocotum campum; ſitus circa Amphryſum. Eſt & oppidum Æolidis, cujus oppidanus Demetrienſis, uti Dulichienſis.

ΔΗΜΟ'ΝΗΣΟΣ [34], περὶ Χαλκηδόνα D νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός. ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλης. καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον, ὀφθαλμῶν τε φαρμακόν ἐστιν. ὁ νησιώτης, Δημονήσιος.

DEMONESUS, inſula circa Chalcedonem, quæ a Demoneſo quodam nomen accepit. Habet autem locus cyani fodinas & chryſocollæ. Pretioſum ibi quoque aurum invenitur, oculorum medelę conducens. Inſulanus, Demoneſius.

ΔΗ͂ΜΟΣ,

DEMUS

24 Δήλιος καὶ Δηλία καὶ Δηλιάς.] Gentilia hæc ſatis nota ſunt & paſſim occurrunt. Luſtravit Goltzius nummum cum inſcriptione ΔΗΛΙΩΝ. Uſurpavit etiam Callimachus Hymno in Delum τὸ Δηλιὰς, numero ſingulari & multitudinis:

---- αἱ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη
Παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν.

Et eodem Hymno:

Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐήχης Ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται. ----

Verum hoc nomine quoque inſigniebantur Delum habitantes mulieres, quæ Brizo Dæmonem colebant, ei offerentes naviculas omnigenis mercibus onuſtas, quia perhibent eam pro reditu atque ſalute ſuarum navium precari. Euſt. ad Od. M hujus rei teſtis eſt: Δηλιάδες, ἤγουν αἱ κατὰ τὴν Δῆλον νῆσον γυναῖκες, θύουσι δὲ Βριζοῖ, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις, προσφέρουσιν αὐτῇ σκάφας πλήρεις ἁπάντων ἀγαθῶν, διὰ τὸ εὔχεσθαι αὐτήν φησι καὶ ὑπὲρ πλοίων σωτηρίας. Dæmonis hujus etiam meminit Etymol. Mag. Auctor, ſed genere maſculino: Βριζῶ, θεὸς παρὰ Δηλίοις· παρὰ τὸ βρίζειν, ὅ ἐστι καθεύδειν· Βριζῶ, θεὸς διὰ ἐνυπνίων μαντευόμενος.

25 Δηλίτης.] Quamvis hæc analogia, qua Δηλίτης à Δῆλος deducatur, non incommode ſtare queat; nam a μέσος etiam fit μεσίτης, a Διόλκος Διολκίτης, a Δῶρος Δωρίτης, & a Σκίρος Σκιρίτης; non tamen mihi perſuaſerim, hanc genuinam eſſe hujus loci lectionem. Fortaſſis reſcribendum: Καὶ Δηλιαστὴς, ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός. In hunc ſenſum legimus apud Heſychium: Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί.

26 Δηλιακός.] Hoc poſſeſſivum apud Thucyd. & alios in uſu eſt. Cicero pro Cornelio: *Neque vero ornamenta iſta viarum, quibus L. Paullum & L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referſerunt, ab aliquo video per facile Deliaco aut Syro potuiſſe ſuperari.* Hoc nomine inſigniebantur mercatores, Delum inſulam frequentantes, ut ante nos alii docuerunt.

27 Ἀπὸ Δημητρίου.] Teſtatur Strabo Demetrium Poliorcetam urbis conditorem fuiſſe, ne aliorum Demetriorum nomina nobis confuſionem pariant, ſic enim ille lib. IX: Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα, μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ.

28 Ὅς δὲ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον &c.] Articulus exciderat, quam Salmaſius revocavit ad marginem ſui Stephani.

29 Πρὸς τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ, ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ τῆς Φωκίδος.] Urbem Demetriada fuiſſe ſitam ad Pagaſeticum ſinum, in dubium vocari non poteſt: nam antiquis temporibus hæc Pagaſa nominabatur teſte Plinio lib. IV cap. VIII: *Oppida Pheræ, quarum a tergo Pierus, ad Macedoniam protenditur, Lariſſa, Gomphi, Thebæ Theſſaliæ, nemus Pteleon, ſinus Pagaſicus. Oppidum Pagaſa, idem poſtea Demetrias dictum.* Verum noſter deinde addens Demetriada ſitam eſſe mediam inter Eubœam & Phocidem, fidem nequaquam meretur, ut tabulas inſpicientibus evidentiſſime apparebit. Strabo tamen lib. IX Pagaſas & Demetriadem non eaſdem facit, uti liquet ex loco jam allegato.

30 Μακεδονίας.] Exiſtimo de hac mentionem feciſſe Joh. Cameniatam, eamque collocaſſe non procul a Theſſalonica: Δημητριὰς γὰρ οὕτω καλουμένη τῆς Ἑλλάδος ἑτέρα πόλις, οὐ μακρὰν ἡμῶν ἀπῳκισμένη.

31 Πρὸς Ἀρβήλῳ.] Hanc vocem Strabo numero multitudinis ſemper uſurpavit, quare fortaſſis & hic reſcribendum πρὸς Ἀρβήλοις. Urbem hanc noſter, auctoritate Strabonis inductus, ad hunc montem poſuit, ita enim ille lib. XV: Περὶ Ἄρβηλα δὲ ἐστι καὶ Δημητριὰς πόλις.

32 Περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον.] Strabo libro IX. Κρόκιον πεδίον appellat, ubi etiam Demetrii meminit: Καὶ Ἄλος δὲ καὶ Ἀλμυρὸς ἡ καλουμένη καὶ τὸ Δημήτριον, ὑπ' ἐκείνῳ πᾶσαι πρὸς ἕω τῆς Ὄθρυος. Τὸ δὲ Δημήτριον, Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. Hujus etiam meminit Pomp. Mela lib. II cap III: *At cum littora leguntur, a promontorio Sepiade per Demetrion & Halon & Pteleon & Echinon ad Pagaſæum ſinum curſus eſt.*

33 Ὡς Δουλιχιεύς.] Aberat hoc gentile a Xylandriana editione, quod ex vetuſtioribus & MSS revocavimus.

34 Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος.] Tota hæc ſectio deſumpta eſt ex libro Ariſtotelis de Mirab. ita enim ille: Δημόνησος ἡ Χαλκηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν· ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλαν. ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκεται τιμίαν· καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν· ἔστι δὲ αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητὴς, ἐν δυοῖν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης. Fateor Stephani Epitomatorem non habere eadem verba, ſunt tamen Ariſtotelicis plane ſimillima. Optime teſtatur Heſychius duas eſſe inſulas, quæ communi nomine Demoneſi appellantur, altera Chalcitis, altera vero Pityuſa, hæc ſunt ejus verba: Δημονήσιος χαλκός· Δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι· κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν γὰρ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. Vide præterea Stephanum in voce Χαλκῖτις. Ex verbis Heſychii etiam ſatis liquet, licet non accurate ſecundum leges geographicas has inſulas deſcripſerit, pedibus in eorum ſententiam eſſe eundum, Ariſtotelem & alios ex Stephano corrigentium, & Demoneſum non circa Carthaginem Καρχηδόνα, ſed circa Χαλκηδόνα collocantium. Etiam Plinius

A ΔΗ'ΜΟΣ, παρ' Ἀθηναίοις, ἡ κώμη, καὶ ἡ τοῦ πλήθους συλλογή. καὶ τὸν ἕνα δημότην,

---- [35] οὐ μὲν ἔοικε
Δῆμον ἐόντα. ----

B καὶ τὸν τόπον,

---- [36] Δήμῳ ἐνὶ Τρώων.

καὶ τὸ κατὰ πόλιν πλῆθος ἐν τοῖς ἀρίστοις,

[37] Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος, δημοιό τε φῆμιν.

C καὶ τὸ Ἑλλήνων πλῆθος ἔξω τῆς ἰδίας χώρας,

---- [38] Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.

καὶ τὸ ὅλον ἔθνος. [39] καὶ τόπον ἐν Ἰθάκῃ, ὃν καὶ Κροκύλειον. [40] καὶ τὸ πᾶν πλῆθος, ὡς ἐν Σφηξί·

D Τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διιστάναι.

ὁ οἰκήτωρ, δημότης· ἀφ' οὗ δημόσιος· καὶ δημοτεύομαι, ἀντὶ τοῦ οἰκῶ. [41] καὶ δήμιος, [42] καὶ δημότερος συγκριτικὸν, οὐκ ἀποκοπῇ, [43] ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ τοῦ,

E Δῆμον ἐόντα [44] παρὲξ ἀγορευέμεν. ----

καὶ δημοτικὸς, καὶ δημοτικώτερος. καὶ δημαγωγὸς, ὁ προεστηκὼς δήμου. καὶ [45] δημοποίητος, ὁ εἰσποιη-

A DEMUS apud Athenienſes eſt pagus, & multitudinis collectio. Denotat etiam unicum tribulem:

---- *Non decet quidem*
Tribulem exiſtentem. ----

B Et locum:

In agro Trojanorum. ----

Et multitudinem in urbe ex optimatibus:

Lectum venerans mariti, populique famam.

C Et Græcorum multitudinem extra propriam regionem:

---- *Deus autem ut honorabatur a vulgo.*

Et integram gentem: & locum in Ithaca, qui Croculeum dicitur: & omnem multitudinem

D apud [Ariſtophanem] in Veſpis:

Populum noſtrum vult dividere.

Incola, δημότης. Inde δημόσιος *publicus*, & δημοτεύομαι *habito*, & δήμιος *carnifex*, & δημότερος comparativum, quod non fit per apocopen,

E ſed a poſitivo δῆμος.

Tribulum exiſtentem aliter loqui.

Et δημοτικός *plebejus* & *plebeïor.* Et δημαγωγός *populo præfectus.* Et δημοποιητὸς *alterius beneficio in ci-*

Demoneſum inter Propontidis inſulas recenſet, uti libro v videre eſt.

35 Οὐ μὲν ἔοικε δῆμον ἐόντα.] Parum abfuit quin excudi curaverim, Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν δῆμον ἐόντα. Nam pars eſt verſiculi Homerici non bene tranſcripti, ſed quia conſtanter ſic exhibebant libri MSS & editi, eam lectionem immutare nefas duximus. Integrum tamen locum appingam, ut lector ſenſum verum percipiat, ex Homeri Iliade M, ubi Polydamas Hectorem alloquitur:

---- Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν ἔοικεν;
Δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ, σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν.

In hanc vocis ſignificationem etiam conſentit Etymologici Mag. Auctor, eundem Homeri locum innuens: Καὶ τὸν δημότην κατὰ διάλεκτον, ὡς ἐν τῷ μ' Ὅμηρος δῆμον τὸν δημότην φησὶ τὸν δημοτικόν.

36 Δήμῳ ἐνὶ Τρώων.] Locus eſt tranſcriptus ex Homeri Odyſſ. N. & integer ita ſe habet:

Οὕνεκ' ἄρ' οὐχ ᾧ πατρὶ χαριζόμενος θεράπευον
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ἀλλ' ἄλλων ἦρχον ἑταίρων.

37 Εὐνήν τ' αἰδομένη.] Et hic verſiculus Homero adſcribendus, reperitur enim Odyſſ. Π. Peſſimo errore in vulgatis legebatur Εὐνήν τ' αἰδομένην, quod correximus & pro φήμην repoſuimus φῆμιν, divino vate ſic jubente. Cæterum de hoc vocis ſignificatu agit Euſtathius ad Odyſſ. O pag. 1787, eamque interpretatur τὴν δημοτικὴν συνέλευσιν ἐπὶ δημηγορίᾳ.

38 Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.] Ejuſdem Poëtæ hemiſtichium eſt, quod occurrit Iliad. N.

39 Καὶ τόπον ἐν Ἰθάκῃ.] Male editi, καὶ τόπος ἐν Ἰθάκῃ. Noſter videtur reſpicere vel locum Homeri Iliad Γ:

Οὗτος δ' αὖ, Λαερτιάδης πολυμήτις Ὀδυσσεύς,
Ὃς τράφη ἐν Δήμῳ Ἰθάκης. ----

Vel alium Odyſſ. A. ad quem ſi quis conſuluerit Euſtathium, oleum & operam non perdet:

Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ Δήμῳ ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος.

Vel huic non diſſimilem Odyſſ. N:

Φόρκυνος δέ τις ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
Ἐν Δήμῳ Ἰθάκης. ---- ----

Non poſſum quin hic ſubjungam verba Pſeudo-Didymi ad Iliad. Γ. Ἐν Δήμῳ Ἰθάκης· περιφραστικῶς ἐν τῇ Ἰθάκῃ· ἔστι δὲ νῆσος περὶ τὴν Κεφαλληνίαν, καὶ τόπος δέ ἐστιν ἐν Ἰθάκῃ κυρίως Δῆμος λεγόμενος. ὅτε δὲ ἡ λέξις δηλοῖ τὸ πολὺ σύστημα καὶ πλῆθος τῶν Ἑλληνικῶν ἢ τῶν ἀνδρῶν. Hæc & ſimilia non uno in loco inculcat Euſtathius. Ithaca juxta noſtrum olim diviſa fuit in quatuor partes, quarum tertia Κροκύλειον dicebatur. Vide iſthac in voce.

40 Καὶ τὸ πᾶν πλῆθος, ὡς ἐν Σφηξί.] In omnibus editis & MSS hic locus mutilus & peſſime depravatus ad hunc modum circumferebatur: Καὶ τὸ πᾶν * ὡς ἐν Ἱππεῦσι. Lacunam replevit Salmaſius in margine ſui libri: & pro Ἱππεῦσι repoſuimus Σφηξί, optime enim Hartungus admonet, ſequutura verba apud Ariſtophanem in Equitibus non reperiri.

41 Καὶ δήμιος.] Male exhibet Xylandriana δύμιος. Non tantum hæc vox ſignificat publicum ſive popularem: ſed etiam ſubſtantive ſumitur pro miniſtro publico, ut ſunt lictores, carnifices & alii. Locus in hanc rem egregius eſt apud Dionem: Οὐ καθ' ἐκεῖνον μόνον ὅτι ἐν τῷ μισθοφορικῷ ἐστρατεύετο, καὶ τὰ τῶν δημίων ἔργα καὶ προσκόπων καὶ ἑκατοντάρχων ἐπεποιήκει. Heſychius· Δήμιος, ὁ τοὺς καταγνωσθέντας ἀναιρῶν, ἢ ὁ ὑπηρέτης τῶν βασάνων. Ita quoque obſervat Euſtathius, τὸ δήμιος poſt Homeri ætatem ſignificaſſe δημόσιον κολαστὴν, καὶ τὸν ἀνδράγχον, παρὰ τὸ ἄγχειν, a faucibus conſtringendis. Etymologici Mag. Auctor: Δημόκοινος, δημόσιος βασανιστὴς, ἢ ὁ δήμιος.

42 Καὶ δημότερος.] Poëtis hoc comparativum in uſu eſt: apud Apollonium in Argon. δημότεραι γυναῖκες, ſunt mulieres plebeiæ: & apud Aratum δημότεραι θέμιστες leges populares & civiles.

43 Ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ.] Magnus Salmaſius ad oram ſui codicis hunc locum vitiatum cenſet, eumque hunc in modum reſtituit: Ἀλλ' ἐκ τοῦ θετικοῦ, vel ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θετικοῦ. Alterutram lectionem recipiendam exiſtimo, quia in præcedentibus de comparativo mentionem fecit.

44 Παρὲξ ἀγορευέμεν.] In omnibus libris hæ duæ voces in unam erant conflatæ tranſcriptorum incuria. Eſt hemiſtichium Homericum, quod ſuperius integrum ex Iliad M in medium produximus.

45 Δημοποίητος.] Apud Pollucem hæc vox ſignificat, peregrinum ſuffragio populi civitate donatum, ita enim ille lib. III: Οἱ δὲ δημοποιητοὶ ὁπόσοι ἐκ δόγματος κοινοῦ

ποιημένος δημότης ἐξ ἑτέρου τινὸς εὐεργεσίας. A καὶ σύνθετον, δημηλάτης· Αἰσχύλος Ἱκέτισιν,

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ [46] δημηλάτην,

ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς. καὶ δημιόπρατον, Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν,

Ἐπίπασε λείξας δημιόπρατ᾽ ὁ βάσκανος. B

ΔΗΡΑ [47], γῆς Ἰβηρίας· ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός· οἱ οἰκήτορες, Δηραῖοι.

ΔΗΡΟΥΣΙΑΙΟΙ [48], ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος α΄· Πέρσαι δ᾽ οἱ μὲν Πενθιάδαι, C οἱ δὲ Δηρούσιοι, οἱ δὲ Καρμάνιοι.

ΔΙΑ, πόλις Θεσσαλίας, Αἰακοῦ κτίσμα. β΄, [49] Θρᾴκης, κατὰ τὸν Ἄθω. γ΄, [50] Εὐβοίας. δ΄, νῆσος καὶ πόλις Πελοποννήσου, περὶ τὸ Σκύλλαιον. ε΄, Λυσιτανίας, περὶ τὸν Ὠκεανόν. ϛ΄, D Ἰταλίας, περὶ τὰς Ἄλπεις. ζ΄, Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι. η΄, [51] Καρίας. θ΄, Βιθυνίας, πρὸς τῷ Πόντῳ. [52] εἰσὶ καὶ δ΄ νῆσοι Δῖαι λεγόμεναι. α΄, ἡ Νάξος· β΄, ἡ πρὸς Μιλήτῳ. γ΄, ἡ πρὸς Σαρμοστῷ. δ΄, [53] κατὰ Κνωσὸν Κρήτης. τὸ E ἐθνικόν, Διεύς. καὶ τὸ θηλυκόν, Διάς, [54] ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι.

ΔΙΑΒΗΤΑΙ, [55] νῆσοι περὶ Σύμην. τὸ ἐθνικόν, Διαβαταῖος.

ΔΙΑ-

in civitatem receptus. Et compoſita, δημηλάτης. Æſchylus in Supplicibus:

Infamen eſſe, & populi ſententia in exilum actum.

Expulſus a populo. Et δημιόπρατος *publicatus* apud Ariſtophanem in Equitibus:

Condimenta ligurivit publicata invidus.

DERA, terræ Iberiæ oppidum, ubi Sicanus fluvius. Incolæ, Deræi.

DERUSIÆI, gens Perſica, auctore Herodoto lib. I. Perſæ quidem ſunt Penthiadæ, Deruſiæi, Carmanii.

DIA, urbs Theſſaliæ, ab Æaco condita. Secunda, Thraciæ juxta Atho. Tertia, Eubœæ. Quarta, inſula & urbs Peloponneſi circa Scyllæum. Quinta, Luſitaniæ circa Oceanum. Sexta, Italiæ in Alpibus. Septima, Scythiæ. Nona, Bithyniæ juxta Pontum. Sunt item quatuor inſulæ Diæ vocatæ. Prima, Naxus. Secunda, Mileto; tertia, Amorgo; quarta Cretæ Gnoſſo adjacet. Gentile, Dienſis: fœmininum Dias: unde Athenienſes Diades dicti ſunt.

DIABETÆ, inſulæ circa Symen. Gentile, Diabatæus.

DIA-

τος κοινοῦ πολιτείας τύχοιεν. Moſchopulus περὶ σχεδῶν: Δημοποίητος, ὁ ξένος μὲν ὢν τῇ φύσει, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου πολίτης γεγενημένος.

46 Δημηλάτην.] In omnibus editis legitur male δημηλάτον, quod vidit doctiſſimus Stanlejus ad Æſchylum. Nos itaque correximus, quamvis in nonnullis editionibus δημηλάτῳ inveniatur.

47 Δηρά, γῆς Ἰβηρίας.] Hanc Stephanus ſuo loco Ἴνδαραν appellat ex Theopompo, & Feſtus Avienus *Ideram*, cujus verſiculos emendavit Cl. Voſſius ad Melam.

Econtra Iberi inuſque Pyrenæ jugum
Jus protulere, propter interius mare
Late locati. Prima eorum civitas
Idera ſurgit

48 Δηρουσιαῖοι.] Tertia vocalis in medio vocis non reperitur in vulgatis Stephani libris: auctoritate librorum Herodoti eam adjeci, apud quem totus ille locus a noſtro allegatus longe aliter legitur: Ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι· οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι. Vel in Herodoto vel in Stephano fœdiſſimum latere ulcus, etiam pueri animadverterent, quod illis ſanandum relinquimus, quibus MSS librorum copia ſuppetit.

49 Θρᾴκης κατὰ τὸν Ἄθω.] Verum ac genuinum hujus oppidi nomen eſt Δῖον, de quo ipſe Stephanus ex Thucydide in illa voce: τρίτη Θρᾴκης πρὸς τῷ Ἄθῳ, ὡς Θουκυδίδης. Sed vicina vocum pronuntiatione & ſcriptura deceptus, nunc Δίαν appellavit. Hujus etiam meminit Scylax cap. Macedonia: Τορώνη πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμήν· Δῖον Ἑλληνίς, Θύσσος Ἑλληνίς, Κλεῶναι Ἑλληνίς, Ἄθως ὄρος. Eundem urbis ſitum habemus apud Herodotum in Polymnia.

50 Εὐβοίας.] Etiam in Eubœa fuit urbs Δῖον ad Cenæum promontorium, ut ipſe perhibet Stephanus ex Strabone lib. x. Geographi verba apponam: Ἔστι δὲ τῷ Ὠρεῷ τούτῳ, τό τε Κήναιον πλησίον, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ τὸ Δῖον.

51 Καρίας.] Hanc eandem exiſtimo, quæ Mileto adjacet: nam Miletus Cariæ non ignobile oppidum eſt: ſed lectionem vulgatam eſſe falſiſſimam, & in noſtro reſcribendum ἡ πρὸς τῷ Μήλῳ mox probaturus ſum. Hujus urbis Mileto vicinæ meminit Parthenius in Eroticis cap. XI cujus verba a Cl. Voſſio emendata huc tranſcribam:

Βῆ δ᾽ ἐπ᾽ ἔρων Δίας φεύγων ὀφιώδεα Κύπρον,
Καὶ Κράγος ὑληεῦς καὶ Καρία ἱερὰ λοετρά,
Ἔνθ᾽ ἤτοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἴωνων.

52 Εἰσὶ καὶ δ΄ νῆσοι Δῖαι λεγόμεναι· α΄, ἡ Νάξος· β΄, ἡ πρὸς Μιλήτῳ· γ΄ πρὸς Σαρμοστῷ &c.] Conſtanter ſic legitur in libris calamo exaratis & editis, ſed non ſine fœdiſſimis erroribus; nam pro ἡ πρὸς Μιλήτῳ reſtituendum ἡ πρὸς τῷ Μήλῳ, & pro Σαρμοστῷ Ἀμοργῷ, ut bene obſervavit Caſaubonus in lectionibus Theocriticis. Harum emendationum fundamentum extat apud Scholiaſtam in Theocritum, cujus verba apponam: Θησεὺς γὰρ ἁρπάσας Ἀριάδνην τὴν Μίνωος, καὶ ἀπάρας εἰς Δίαν, τὴν νῦν καλουμένην Νάξον, κατὰ Διονύσου βούλησιν λήθῃ τινὶ χρησάμενος, ἀπέλιπεν αὐτὴν καθεύδουσαν. Πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι νῆσοι Δῖαι καλούμεναι· ἥτε περὶ τῆς Κρήτης, ἐν ᾗ οὐκ εἰκὸς μόνῃ συμβῆναι τὰ περὶ τὴν Ἀριάδνην, ἡ μετονομασθεῖσα Νάξος· καὶ ἡ περὶ Ἀμοργόν, καὶ ἡ τῆς Κέω Χερρονήσου, καὶ ἡ Πελοποννήσου. Naxum Diam fuiſſe vocatam, præter Stephanum & hunc Scholiaſtam, etiam teſtatur Callimachus apud Etymologici Mag. Auctorem: Δία, ἡ Νάξος, οὕτω πρότερον καλουμένη· Ὅμηρος· Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ· ἀπὸ τοῦ Διὸς γενικῆς· διότι ἐν αὐτῇ ἐτράφη ὁ Ζεύς· Καλλίμαχος· ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ. Hac de re etiam vide Theocritum Idyl. II, & Euſtathium ad Homerum.

53 Κατὰ Κνωσὸν Κρήτης.] Codex Voſſianus, κατὰ Γνωσσὸν Κρήτης. Sed res eodem redit. Huc referri debent verba Strabonis lib. x: Ἔστι δὲ μάκρα ἡ Θήρα διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων· κειμένη δὲ κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίῳ· διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους.

54 Ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι.] Adducam teſtimonium Ephori, quod Stephanus hauſit ex libro III in voce. Ἀθῆναι· Ἄβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων, καὶ Δίας, καὶ Ἀρέθουσα· ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, οὕτως ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. Vide comment. ad illum locum, & noſtrum in voce Δῖον, & Strabonem lib. x.

55 Νῆσοι περὶ Σύμην.] Numerum non addit noſter, quem tamen invenies apud Plinium lib. v cap. XXXI: *Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumque Syme.*

Cingitur

ΔΙΑΒΗΤΗ [56], νῆσος δυσμικωτέρα Σαρδοῦς καὶ Κύρνου. ἐθνικὸν, τὸ αὐτό. A

DIABETE, inſula ad occidentem Sardiniæ & Corſicæ ſita. Gentile, idem eſt.

ΔΙΑΔΟΧΟΥ πόλις Περσικὴ, οὐ πόῤῥω Κτησιφῶντος. [57] τὸ ἐθνικὸν τῆς χώρας, Διαδοχηνός.

DIADOCHI, urbs Perſica non procul a Cteſiphonte. Gentile juxta formam regionis, Diadachenus.

ΔΙΑΚΡΕΙΑ, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν ᾤκει B Πάλλας ὁ Πανδίονος υἱός. οἱ δημόται, [58] Διακρεῖς.

DIACRIA, tribus Attica, quam habitabat Pallas Pandionis filius. Tribules, Diacrienſes.

ΔΙΑΝΕΥΣ, ἔθνος Γαλατικόν. Ἐρατοσθένης ἐν δ' Γαλατικῶν.

DIANES, gens Galatica, de qua Eratoſthenes libro IV Galaticorum.

ΔΙΑΣ, πόλις Λυκίας, ἣν Διάδης ἔκτισε. C τὸ ἐθνικὸν, Διαδεύς.

DIAS urbs Lyciæ, quam Diades condidit. Gentile, Diadenſis.

ΔΙΓΗΡΟΙ, ἔθνος Θρᾴκιον· Πολύβιος ιγ'.

DIGERI, gens Thracica, auctore Polybio libro XIII.

ΔΙΔΥΜΑ, οὐδετέρως, [59] τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι. D [60] εἰσὶ καὶ κρῆναι. εἰσὶ καὶ τῆς Θετταλίας. εἰσὶ καὶ [61] δύο νησίδια πρὸς τῇ Σύρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Διδυμεὺς, καὶ Διδυμαῖος κτητικόν. εἰσὶ καὶ ὄρη Λαοδικείας ἐγγύς.

DIDYMA, genere neutro locus & oraculum Mileti, Jovi & Apollini conſecratum. Sunt quoque Theſſaliæ fontes. Sunt item duæ parvæ inſulæ prope Syrum. Gentile, Didymenſis & Didymæus poſſeſſivum. Sunt item montes Laodiceæ vicini.

ΔΙΔΥΜΗ, μία τῶν Αἰόλου νήσων, [62] ἀπὸ τοῦ E σχήματος ὀνομασθεῖσα. ἔστι καὶ πόλις Λίβυσσα, ὁ πολίτης Διδυμαῖος. ἔστι καὶ [63] κώμη Κιλικίας

DIDYME, una ex Æoliis inſulis, quæ a figura nomen accepit. Eſt & oppidum Libycum, cujus oppidanus Didymæus. Eſt quoque Ciliciæ pagus

Cingitur XXXVII *mil.* CCCCC. *Portus benigne præbet octo Præter has circa Rhodum, Cyclopis, Teganon, Cordyluſa, Diabetæ quatuor.* Fortaſſis nomen accepere ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, quod proficiſcentes ad aliquem his inſulis vicinum locum hac tranſirent. Sic olim iſte locus, ubi Demetrius primum de curru deſcenderat, poſita ara, conſecratus eſt, quam Demetrii Καταβάτου nomine inſigniebant, teſte Plutarcho in ejus vita.

[56] Διαβήτη.] Hujus etiam meminit Ptolemæus lib. III & circa Sardiniam ponit: Νῆσοι δὲ περὶ τὴν Σαρδώ· Φίντωνος νῆσος· Ἴλουα νῆσος· Νυμφαία νῆσος· Ἡρακλέους νῆσος· Διαβατὴ νῆσος· Ἱεράκων νῆσος.

[57] Τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτό.] Scilicet Διαβῆται, vel Διαβηταῖος, ut cenſet Salmaſius in margine ſui libri.

[58] Διακρεῖς.] Plutarch. dicuntur Διάκριοι, & Heſychio Διακρεῖς, & in Etymologico Magno Διακριεῖς. Heſychii verba apponam: Διακρεῖς (ubi ſine ratione vir doctus præfert Διάκριοι) οὐ μόνον Εὐβοέων τινὲς, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ τόπος τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἡ χώρα Διάκρια, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα. Etiam teſtatur Etymologici Mag. Auctor Euboœenſes Διακριεῖς appellari, ſed originem vocis deducit ἀπὸ τῆς διακρίσεως, quam in quodam Eubœæ monte, inter ſe Vulcanus, Mercurius & Minerva, inſtituebant, integra verba tranſcribam, quia ad rem faciunt: Διάκρια, καὶ Διακρεῖς οἱ Εὐβοεῖς, ἀπὸ ὄρους τῆς Εὐβοίας εἴρηται. ὅτι ἔν τινι ὄρει τῆς Εὐβοίας διεκρίθησαν πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ καλλίστου τῶν γεγονότων, Ἥφαιστος καὶ Ἑρμῆς καὶ Ἀθηνᾶ. Καὶ Ἥφαιστος μὲν ὅτι ἄνθρωπος θαυμάσιον θεῶν ἔργον· Ἑρμῆς δὲ οἰκίαν χρησιμώτατον· Ἀθηνᾶ δὲ βοῦν· ἀπὸ τῆς διακρίσεως οὖν, τότε χωρίον, καὶ οἱ Εὐβοιεῖς ἀπὸ μέρους ὠνομάσθησαν. Sed redeamus ad tribum illam Atticam, cujus tribules etiam ab Ariſtophane in Veſpis Διάκριοι appellantur:

Ἀληθὲς ὡς οὐδεὶς Διακρίων δεδέξεται.

Ad hunc locum perhibet Scholiaſtes, Atticam regionem ſecundum leges Solonis in tres ordines fuiſſe diviſam: primam occupabant, Paralii, quibus Megacles; ſecundam Pediæi, quibus Lycurgus, tertiam Diacrii, quibus Piſiſtratus præfuit. Verum refertur Pandiona regionem Diacriam diſtribuiſſe filiis ſuis, & Lyco principatum dediſſe, Ægeo regionem circa arcem, Pallanti Paraliam, & Niſo Megaricam. Sed non neceſſarium eſt, τὸ Διάκριοι vel Διακριεῖς vel Διακρεῖς deducere παρὰ τὸ διακρίνεσθαι & fabuloſam illam originem amplecti: nam ὁ διακρεὺς is eſt, qui ſummitates & montium cacumina incolit, ὁ ἐν ταῖς ἄκραις οἰκῶν: unde facillime fit διακριεῖς, & contracte διακρεῖς. Olim enim tempore Solonis, ſeditione in Attica orta, Athenienſes in tres partes dividebantur, in montanos, campeſtres & maris accolas, ut refert Plutarchus in ejus vita: Καὶ προειστήκει τῶν μὲν Πεδιέων Λυκοῦργος, τῶν δὲ Παράλων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος· Πεισίστρατος δὲ τῶν Διακρίων. Atque hinc manifeſte liquet merum eſſe figmentum Auctoris Etymologici, tradentis Diacriam a Deorum diſceptatione nomen accepiſſe. Vide etiam Herodotum lib. I, ubi Diacrii appellantur Hyperacrii.

[59] Τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου.] De hujus ſitu legendus Curtius lib. VII & Strabo lib. XIV. Locum hunc non tantum Apollini, ſed & Jovi conſecratum perhibet Callimachus apud Etymologici Mag. Auctorem: Διδυμαῖος, Ἀπόλλων· καὶ Διδυμεύς· ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων· Καλλίμαχος, Φοῖβός τε καὶ Ζεὺς Διδύμων γενάρχαι. Ultima vox mendo non videtur carere; ſi mei arbitrii res foret, reſcriberem γεάρχαι *Principes terræ Didymorum.* Ita apud Strabonem lib. XIV legimus de Λυκιάρχαις de Lyciæ principibus, ſic enim ille: Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται.

[60] Εἰσὶ καὶ κρῆναι· εἰσὶ καὶ τῆς Θετταλιάς.] Procul dubio hic locus eſt depravatus, qui ſine ope meliorum codicum non tute ſanari poterit. Fortaſſis legendum: Εἰσὶ καὶ κρῆναι τῆς Θετταλίας, niſi quis dicat poſt Θετταλίας, κώμη vel ſimile quid excidiſſe. Omnia tamen dubia & incerta manebunt.

[61] Δύο νησίδια.] Cod. Voſſian. δύο νησία. De ſitu omnes ſilent, ergo & nobis eadem incumbit neceſſitas.

[62] Ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα.] Admodum inconſtans eſt ſcriptura codicum calamo exaratorum. Voſſianus: ἀπὸ τοῦ σχήματος ὁ νόμος, quod etiam Salmaſius in Palatinis invenit; ſed in alio recentiori, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὁ λόγος, & ſupra aliena manu erat additum ὀνομασθεῖσα. Ego adeo divinum me non profiteor, ut conjecturando ipſiſſima Stephani verba excogitem: poſſet tamen non incommode hujus loci inſtauratio peti ex Etymologici Mag. Auctore, de hac inſula ejuſque ſchemate ita ſcribente: Διδύμη νῆσος μία τῶν Αἰολίδων· εἴρηται ἀπὸ τοῦ σχήματος, διττή πως φαινομένη.

[63] Κώμη Κιλικίας Διδυμαῖον, ὀξυτόνως.] Vidit Salmaſius hunc

κίας Διδυμαῖον, ὀξυτόνως. Ἀρτεμίδωρος δὲ [64] δύο νησία Δίδυμα φησί.

ΔΙΔΥΜΟΝ, τεῖχος, [65] πόλις Καρίας. οἱ πολῖται, Διδυμοτειχῖται.

ΔΙΖΗΡΟΣ [66], ποταμὸς Ἰλλυρίδος. Λυκόφρων,

Οἱ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηροῦ [67] πόρῳ.

ἴσως ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν Μήδειαν ὀνομασθείς. τὸ ἐθνικὸν, Διζήρειος, καὶ Διζηρείτης, ὡς Ἄλωρος Ἀλωρείτης.

ΔΙΚΑΙΑ, [68] πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Δικαίου τοῦ Ποσειδῶνος υἱοῦ. ἔστι καὶ [69] ἑτέρα ἐν τῷ Τυρρηνικῷ κόλπῳ, Ἰώνων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν, Δικαιοπολίτης. [70] ἐν δὲ τῷ τύπῳ, Δικαῖος, καὶ Δικαιεύς. ἡ αὐτὴ δὲ ἐκλήθη Δικαιάρχεια, καὶ Ποτίολοι.

ΔΙΚΑΙΑΡΧΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας. ταύτην δέ φασι κεκλῆσθαι Ποτιόλους, ἐν ᾗ τὸ συμπόσιον ὁ Ἡρωδιανὸς ἔγραψε. πότια δὲ, τὰ φρέατα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ὀλέρε δὲ τὸ ὄζειν· δυσώδη γὰρ τὰ φρέατα εἶχε. τὸ ἐθνικὸν, Δικαιαρχεὺς ἔδει. ἔστι δὲ καὶ Δικαιαρχείτης, ὡς Ζελείτης.

ΔΙΚΤΗ, ὄρος Κρήτης· [71] Καλλίμαχος, Ἑκάλῃ. τὸ ἐθνικὸν, Δικταῖος καὶ Δικταία.

ΔΙΝΔΡΥΜΗ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, [72] Δινδρυμαῖος.

ΔΙΝΔΥΜΑ [73], ὄρη τῆς Τρῳάδος, ἀφ' ὧν Δινδυμήνη ἡ Ῥέα. ὁ τοπίτης Δινδυμηναῖος· καὶ τὴν θεὸν Δινδυμήνην· ὅτι καὶ Δινδυ-

A pagus Didyme, cum accentu in ultima. Artemidorus vero binas parvas inſulas Didyma recenſet.

DIDYMONTICHOS, oppidum Cariæ, cujus oppidani Didymotichitæ.

DIZERUS, fluvius Illyrici. Lycophron:

B *Qui juxta profundum Dizeri flumen habitarunt.*

Fortaſſis a δίζεσθαι, id eſt, quærendo Medeam nomen habet. Gentile, Dizerius, & Dizerites, uti Alorus Alorites.

C DICÆA, urbs Thraciæ, a Dicæo Neptuni F. ſic dicta. Eſt & alia in Tyrrhenico ſinu, Jonum colonia. Gentile, Dicæopolita. Si vero formam deſideres, Dicæus, & Diceenſis. Eadem hæc dicta eſt Dicæarchia & Puteoli

D DICÆARCHIA, urbs Italiæ. Eandem quoque perhibent dictam eſſe Puteolos, ubi Herodianus ſympoſium conſcripſit. Puteos vero Romani φρέατα appellant, & olere τὸ ὄζειν. Habet enim puteos male olentes. Gentile oportebat eſſe Dicæarcheus; verum reperitur quo-

E que Dicæarcheites uti Zeleites.

DICTE, mons Cretæ, de quo Callimachus in Hecale. Gentile, Dictæus & Dictia

DINDRYME, urbs Macedoniæ. Gen-

F tile, Dindrymæus.

DINDYMA, montes Troadis, unde Rhea Dindymena dicitur. Loci incola, Dindymenæus. Et Deam Dindymenam. Reperitur enim & Dindy-

ſius hunc locum eſſe depravatum, dubitans tamen quid reponeret: modo reſcribendum cenſet περιπεπταμένως: modo totum locum ita conſtituit: Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας Διδύμη, ὀξυτόνως. De qua lectione non eſt ambigendum. In hunc pagum Pompejus Magnus pyratas Iſauricos deduxit, tunc temporis incolis egentem, ut teſtatur Strabo lib. XIV: Τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς μὲν κατηγαγὼν εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηϊούπολιν ὠνόμασε· τοὺς δὲ εἰς Διδυμαίαν λειπανδρήσασαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται. Caſaubonus pro Διδυμαίαν reſtituit Δύμην urbem Achaïcam, cum hic ſine dubio legendum ſit Διδύμην, quod proxime accedit ad ſcriptam lectionem Δυμαίαν, quam Caſaub. in MSS invenit.

64 Δύο νησία Δίδυμα.] Fortaſſis eædem ſunt inſulæ, de quibus præcedenti ſectione ſic inquit: εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σκύρῳ. Ovidius lib. VII Metamorph.

At non Oliaros Didymeque & Tenos & Andros

65 Πόλις Καρίας.] Etiam Suidas, forte ex noſtro, Cariæ adſcribit. Circa Myſiam ponit Polybius lib. V. Ejuſdem nominis eſt oppidum in promontorio Thraciæ circa Hebrum, de quo Cantacuzenus pag. 85 & alii.

66 Διζηρὸς, ποταμός.] In libris MSS & editis legitur πόλις, quod aperte mendoſum eſt, ipſo Lycophronis teſtimonio, quod citat; ad cujus locum ſic ſcribit Scholiaſtes: Διζηρὸς, ποταμὸς πλησίον Πολῶν πόλεως τῆς ὑπὸ Κόλχων κτισθείσης.

67 Πόρῳ.] Editiones Xylandrianam antecedentes exhibent πόρου, ut & lib. MSS.

68 Πόλις Θρᾴκης.] Hujus ſitum ſatis accurate deſcribit Scylax: Ἐπίκειμαι δὲ πόλιν, ὅθεν ἐξεστρατεύμην. Νεάπολις κατὰ ταύτην, Δάτον πόλις Ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισεν Καλλίστρατος Ἀθηναῖος, καὶ ποταμὸς Νέστος, Ἄβδηρα πόλις, Κούδητος ποταμός. Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια. Vide præterea Herodot. lib. & Antonini Itinerarium pag. 486. Et Plinium lib IV cap. XI.

69 Ἑτέρα ἐν τῷ Τυρρηνικῷ κόλπῳ.] Exiſtimat Ortelius forte reſcribendum ἐν τῷ Τορρωναίῳ, & ſinum hunc cum Thermeo eundem ſtatuit. Imo hoc non videtur a Plinii ſententia alienum, ſic enim ille lib. IV cap. X: *In Thermaico ſinu oppida, Dicæa, Pydna, Derrha, Scione, promontorium Canaſtræum.* Sed quid facias verbis ſequentibus, ubi noſter inquit, Ἡ αὐτὴ δὲ ἐκλήθη Δικαιάρχεια καὶ Ποτίολοι? Hæc profecto talia ſunt, ut referri nequeant ad oppidum in Thermeo vel Thermaico ſino ſitum. Quare vereor, ne hic locus a ſua ſerie ſit divulſus, & gravius laboret, quam ut aliquis eum viribus ingenii priſtinæ ſanitati reſtituat.

70 Ἐν δὲ τῷ τύπῳ θέλοις, Δικαῖος.] Libri calamo exarati auctiores ſunt, quam hactenus editi, a quibus abeſt vox θέλοις, quam etiam Salmaſius hic interſerendam judicabat. Sed in Voſſiano male legebatur: ἐν δὲ τῷ τύπῳ θέλεις δήλοις, Δικαῖος.

71 Καλλίμαχος Ἑκάλῃ.] Ita hunc locum ſupplevimus: in editis enim duntaxat prima poſterioris vocabuli litera reperiebatur.

72 Δινδρυμαῖος.] Apud Goltzium conſpicitur numiſma cum inſcriptione ΔΙΝΔΡΥΜΑΙΩΝ.

73 Δίνδυμα, ὄρη τῆς Τρῳάδος.] Aliis ſcriptoribus ut plurimum numero ſingulari effertur. Strabo lib. XII: Ἔστι δὲ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμήνη. Nomen inde accepit, ut teſtatur Philoſtephanus apud Scholiaſt. Apoll. quod is fiſſus in duo cacumina ſurgat, ita enim ille ad lib. I: Δίνδυμον ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέας, διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἀνήκειν ἐν αὐτῷ, ὥς φησι Φιλοστέφανος, οὕτω προσαγορευθέν. Hinc matrem Deorum Δινδυμήνην appellabant, auctore Heſychio, cujus verba ſic legenda: Δινδυμήνην, μητέρα θεῶν, ἀπὸ Δινδύμων ὀρῶν τῆς Φρυγίας. Lepidiſſima ſane hujus nominis origo, petita ex

Διυδυμιωὸς, καὶ Διυδυμιωὴ, καὶ Διυδύμιος, A
[74] καὶ Διυδυμία· ἐκ τόπου Διυδυμόθεν.

ΔΙΟΒΟΥ´ΛΙΟΝ, πολίχνιον πλησίον τοῦ Πόντου. τὸ ἐθνικὸν, Διοβουλιεὺς, ὡς τὰ τῶν Φρυγίων πόλεων ἐθνικά.

ΔΙΟ´ΜΕΙΑ, οὐδετέρως, δῆμος τῆς Αἰ- B γηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Διομιεύς. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ, ἠράσθη Διόμου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, οὗ ἀποθέω *

ΔΙΟΜΗ´ΔΕΙΑ, πόλις Δαυνίων, κτίσμα Διομήδους. καὶ νῆσος ἡ Διομήδεια, ἐν ᾗ οἱ ἐρωδιοὶ C χειροήθεις περιπετόμενοι, καὶ εἰς τοὺς κόλπους δύοντες. [75] οὓς φασιν ὅτι τοὺς ἑταίρους Διομήδους ἐκεῖ εἰς ὄρνιθας μετασχηματισθῆναι. [76] ἔστι δὲ τόπος Διομήδεια, πλησίον Ἀργυρίππης. τὸ ἐθνικὸν, Διομηδεύς. ἄμεινον δὲ Διομήδειος. D

ΔΙ´ΟΝ [77], πόλις Εὐβοίας, περὶ τὸ Κήναιον. [78] Ὅμηρος,

> Κήρινθόν τ' ἔφαλον, Δίου τ' αἰπὺ πτολίεθρον.

ἔστι καὶ [79] Μακεδονίας, ἔνθα τὸν Ὀλυμπιακὸν E ἀγῶνα ἐτέλουν. τὸ ἐθνικὸν, Διεύς. Παυσανίας δὲ [80] Διαστάς φησι· Μακεδόνων γὰρ ὁ τύπος· Ὀρεσταὶ, Λυγκισταί. γ´, Θράκης, [81] πρὸς τῷ Ἄθῳ. ὡς Θουκυδίδης. δ´, Θεσσαλίας. ε´, Πισιδίας. ς´, Ἰταλίας. ζ´, κοίλης Συρίας, κτίσμα Ἀλε- F ξάνδρου, [82] ἡ καὶ Πέλλα· ἧς τὸ ὕδωρ νοσερόν. καὶ τὸ [83] ἐθνικὸν, Διηνὸς, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα·

> Νᾶμα τὸ Διηνὸν, γλυκερὸν ποτὸν, [84] ἣν δέγε πίῃς,
> Παύσῃ μὲν δίψης, αὐτὸ δὲ καὶ βιότου. G

τὸ κτητικὸν, Διακός. καὶ τὸ θηλυκὸν, Διάς, ὡς

Dindymenus & Dindymena, & Dindymius & Dindymia. Hinc adverbium de loco Διυδυμόθεν.

DIOBULIUM, oppidulum prope Pontum. Gentile, Diobulienſis, quemadmodum Phrygum gentilia formari ſolent.

DIOMEIA, genere neutro, populus Ægeidis tribus. Popularis, Diomeienſis. Hercules enim hoſpitio exceptus a Colytto, filium ejus Diomum adamavit. *

DIOMEDEA, urbs Dauniorum a Diomede condita. Et inſula Diomedea, in qua manſueti erodii advolantes & ſinum ſubeuntes. Perhibent enim ibi Diomedis ſocios in avium naturam fuiſſe transformatos. Eſt item locus Diomedea prope Argyrippam. Gentile, Diomedenſis, ſed Diomedius melius eſt.

DION, urbs Eubœæ, circa Cenæum promontorium de qua Homerus,

> *Cerinthum maritimum, & Dion excelſum oppidulum.*

Eſt quoque Macedoniæ, ubi Olympiacum certamen celebrant. Gentile, Dienſis. Pauſanias vero Diaſtas inquit. Eſt enim Macedonum forma, Oreſtæ, Lynciſtæ. Tertia Thraciæ circa Atho, teſte Thucydide. Quarta, Theſſaliæ. Quinta, Piſidiæ. Sexta, Italiæ. Septima, cavæ Syriæ ab Alexandro condita, quæ & Pella dicitur, cujus aqua morbos parit. Gentile, Dienus, uti manifeſtum eſt ex epigrammate:

> *Rivus Dienus gratum præbet potum, ſi quis biberit.*
> *Sitire deſinet, ſed ilico etiam vivere.*

Poſſeſſivum, Diacus, & genere fœminino Dias, quem-

tita ex Oro Grammatico inſigni, invenitur apud Etymologici Mag. Auct. eam deducentem παρὰ τὴν δίνησιν τὴν τῶν θεοφορήτων, a motu illo quo agitantur numine afflati, πρῶτον γὰρ ἐκεῖθεν ἤρξαντο θεοῖς κάτοχοι εἶναι οἱ ἄνθρωποι. Deinde concinnit Philoſtephani ſententiæ, & ἀπὸ τῶν δύο ἀκρωτηρίων deducit. Deinde aliam fabulam addit, nempe Auram, quam vitiaverat Bacchus, hunc montem adſcendiſſe, & ibi δίδυμα gemellos peperiſſe, δι' ἃ ἐκάλεσε τὸ ὄρος Δίνδυμον.

74 Καὶ Διυδυμία.] Eſt hæc vox apud Apoll. Rhod. lib. ι

> Μητέρα Διυδυμίην πολυπότνιαν ἐγκαλέοντες.

75 Οὓς φασιν.] Exigua mutatione hunc locum ita conſtituerem: Καὶ εἰς τοὺς κόλπους δύοντες, ὥς φασιν.

76 Ἔστι δὲ τόπος Διομήδεια, πλησίον Ἀργυρίππης.] Ex libris MSS vocem τόπος revocavimus, & ultimam vocem, cujus dimidia pars ſolummodo conſpiciebatur in omnibus editis, integram addidi. De ſitu hujus loci lege Cluverium.

77 Δῖον, πόλις Εὐβοίας.] Vide quæ de hac civitate ſuperius ad vocem Δία ſcripſerim.

78 Ὅμηρος.] Eum vide Iliad. B.

79 Μακεδονίας.] Sita erat hæc urbs ſub Olympo Macedoniæ monte, Theſſaliam verſus, teſte Thucyd. lib. IV. Οἱ δὲ Περραιβοὶ, αὐτῶν ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν, κατέστησαν αὐτὸν εἰς Δῖον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς, ὃ ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας πρὸς Θεσσαλοὺς πόλισμα κεῖται.

80 Διασταί.] Apud Pauſaniam in Bœoticis occurrit hæc vox: ſed in editis iſtius auctoris hodie Διᾶται repræſentatur, quod non eſt præferendum.

81 Πρὸς τῷ Ἄθῳ.] Hanc Stephanus ſupra *Diam* appellavit. Apud Thucydidem Δῖον reperitur lib. IV. uti hic bene citavit.

82 Ἡ καὶ Πέλλα.] Contra omnium ſcriptorum fidem Stephanus Dium & Pellam eandem civitatem exiſtimat. Contrarium liquet ex Plin. l. V cap. XVIII cujus verba ad vocem Γέρασα produximus. Etiam Ptolemæus Δῖον & Πέλλαν ſeparatim recenſet lib. V, ut & Joſephus lib. XIV Antiq. Jud. Καὶ Γάδαρα μὲν μικρὸν ἔμπροσθεν κατασκαφεῖσαν ἀνέκτισε, Δημητρίῳ χαριζόμενος τῷ Γαδαρεῖ ἀπελευθέρῳ ἑαυτοῦ· τὰς δὲ λοιπὰς Ἵππον, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ Πέλλαν καὶ Δῖον &c. τοῖς οἰκήτορσιν ἀπέδωκε. Hinc eſt quod vulgatam Stephani ſcripturam amplecti nequeam, & præferendum judicem, quod Salmaſius in Palatino invenit: κτίσμα Ἀλεξάνδρου καὶ Πέλλα, quaſi Dium binos conditores habuiſſet.

83 Ἐθνικὸν Διηνός.] Goltzius luſtravit nummum cum inſcriptione ΔΕΙΗΝΩΝ, quæ fortaſſis ad hanc urbem eſt referenda. Peſſimo errore Euſtathius illud gentile deduxit ab Eubœica civitate, cujus verba, quia ex noſtro tranſcripta fatetur, hic ſubjungam, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 280: Κεῖται δέ φασι τὸ Δῖον τοῦτο περὶ τὸ Κήναιον τῆς Εὐβοίας ἀκρωτήριον· πολίτης αὐτοῦ Διηνός· ἣν δὲ καὶ Μακεδονικὸν φασὶ Δῖον, ἔνθα καὶ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἐτελεῖτο. Καὶ ἄλλαι δὲ πόλεις τὴν τοῦ Δίου κλῆσιν εἶχον, ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας δηλοῖ· ἐν αἷς καὶ ἡ κατὰ κοίλην Συρίαν Ἀλεξάνδρου κτίσμα, ἧς τὸ ὕδωρ νοσερόν. Deinde etiam addit idem Epigramma, & quæ ſequuntur hac ſectione apud noſtrum.

84 Ἣν δέγε πίῃς.] Libri editi & MSS exhibent ἢν δὲ πίῃς, quod auctoritate Euſtathii mutavimus, qui idem Epigram-

ὡς δηλοῦσιν αἵγε πρὸς ταύτην ἦσαν [85] Διάδες, A Ἀθῆναι καλούμεναι. οἱ πολῖται, Ἀθηναῖται.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ, πόλις Ἰταλίας. ἔστι καὶ Διονυσιάς. τὸ ἐθνικὸν, Διονυσιεύς, ὡς Δημητριὰς Δημητριεύς.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ πόλις, ἐν τῷ Πόντῳ, [86] ἡ B πρότερον Κρουνοὶ, [87] ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταῤῥοῆς. Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος, οὕτως ἐκλήθη. [88] εἰσὶ δὲ καὶ Κρουνοὶ χωρίον πρὸς δύσιν [89] τῆς ἐχούσης τὴν βασιλέα πόλεως. β', [90] Φρυγίας, C κτίσμα Ἀττάλου καὶ Εὐμενοῦς, ξόανον εὑρόντων Διονύσου περὶ τοὺς τόπους. γ', τῆς [91] Ἰνδικῆς. δ', [92] Λιβύης. ε', Θρᾴκης. τὸ ἐθνικὸν, Διονυσοπολίτης.

ΔΙΟΠΗ, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Φερεκύ- D δης. τὸ ἐθνικὸν, Διοπεύς, ἢ Διοπίτης, ὡς Σινωπίτης.

ΔΙΟΣ ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας, μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κολοφῶνος. τὸ ἐθνικὸν, [93] Διοσιερίτης, ὡς Φλέγων [94] ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδι. E

[74] Ἐπὶ τῷ Ἄρῳ ποταμῷ.] Arum fluvium geographi omnes in Cilicia collocant, quare hic legendum monet Salmaſius, ἐπὶ τῷ Πινάρῳ ποταμῷ. Quæ lectio tanto confidentius admittenda eſt, quia in MSS ante τὸ Ἄρῳ lacuna conſpicitur.

[75] Ἦσαν δὲ τρεῖς.] De hiſce tribus legendus Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum. Locus etiam in hanc rem optimus eſt apud Pindari Scholiaſt. ad od. I Pyth. Πάμφυλος καὶ Δύμας (ita legendum, non Δήμας) καὶ Δῶρος υἱοὶ Αἰγιμίου· ἀφ' ὧν Παμφυλὶς, καὶ Δυμανὶς, φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι.

[76] Αἰγίμιος.] In omnibus editis excuſum reperitur male Αἴγιμος, quod auctoritate veterum ſcriptorum, & fide codicum calamo exaratorum emendavimus.

[77] Δυμᾶνα.] Corrigendum videtur Δυμᾶντα, qua terminatione hunc Ægimii filium appellavit Pauſanias in Achaicis: Σαφῶς δ' οὐκ οἶδα, εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπωνυμίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου.

[78] Ὕλλον ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδοὺς.] Hæc verba cum referenda ſint ad Ægimium Dorienſium regem, peſſime depravata habentur in vulgatis ad hunc modum: Ὕλλαν ἐποιήσαντο τρίτον, χάριν ἀποδιδόντες. Hæc, quam nos divulgamus, codicis Voſſiani lectio eſt, quam nemo ſanus repudiabit.

ΔΥ'ΜΗ [1] πόλις [2] Ἀχαΐας, ἐσχάτη A πρὸς δύσιν, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν.

Εἰς Δύμην ἀπιοῦσα τὴν Ἀχαϊκήν.

Καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ [3] πόλις Στρατός. ὕστερον δὲ [4] καὶ ἡ πόλις καὶ B ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν. λέγεται καὶ [5] πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος. [6] Τούτων ἀπέχουσι σταδίους ΡΚ, ἐσχάτη κεῖται πρὸς δύσιν Δύμαι. [7] ὁ πολίτης, Δυμαῖος. Ἔφορος ΚΔ. Παραγινομένης δὲ τῆς στρατιᾶς εἰς τὴν Δύμην, C πρῶτον μὲν οἱ Δυμαῖοι καταπλαγέντες. Καὶ Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς. [8] Ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην. Καὶ πάλιν. [9] Δυμαίοις μέν ἐστιν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα. [10] Καὶ ἐν τῷ ά. Τάδε πρὸς D Ἀχαΐαν

Dyma, urbs Achaïæ, ultima ad occidentem, quare & Callimachus in Epigrammatibus canit:

Dymam profectum Achaïcam.

Ipſa quoque regio antiquitus Dyma appellabatur, urbs vero Stratus. Tandem vero etiam cum urbs, tum regio Dyma vocatæ ſunt. Dicitur quoque numero multitudinis Dymæ, uti apud Apollodorum hiſce verbis: Abeſt ab hiſce centum viginti ſtadia urbs Dymæ, quæ ultima ad occidentem ſita eſt. Civis, Dymæus. Ephorus libro XXIV: Immiſſo autem in Dymam regionem exercitu, primo omnium Dymæi terrore perculſi ſunt. Et Pauſanias in Bœoticis: Viro Dymæo curſu in ſtadio reportanti victoriam. Et rurſum: Dymæis quidem eſt Minervæ templum & imago. Et in libro primo: Ab illa vero parte ad Achaïam

[1] Δύμη.] Ut cuivis legentium primo quaſi intuitu evidentiſſime appareat, quam miſeris modis genuinum Stephani Byzantini de Urbibus, ſive ut ego exiſtimo, de Gentilibus opus ab Hermolao Grammatico Conſtantinopolitano ſit truncatum, neque omnino inconſultum, neque à re alienum videbitur, ſi ipſiſſima Epitomatoris verba ex quacunque ſectione, juxta Xylandrianam editionem, hic ſubjiciam. Hæc enim ille de Dyma congeſſit: Δύμη, πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν. ὁ πολίτης, Δυμαῖος καὶ Δυμαῖαι. λέγεται καὶ Δύμιος. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα ταύτην φησὶν ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ. Quanto cum bonarum literarum diſpendio hoc breviarium ſit conſarcinatum, cum ipſo Stephani opere collatione inſtituta, hinc manifeſte conſtabit. Tam multis paraſangis hoc fragmentum ſuperat epitomen, ut Alcinoi hortos, aut Midæ roſetum ingredi putem, quando ſeria lectione illud percurro.

[2] Ἀχαϊκήν.] Sic appellatur reſpectu aliarum Dymarum: Antoninus enim in Thracia oppidum hujus nominis, & locum in Sparta Heſychius collocat. In membranis Segujerianis deerant tres literæ poſteriores, legebaturque Ἀχαι xxx. Quod mihi ſuſpicionem injicit hunc locum plura continuiſſe. Sic ſolent ſocordes atque imperiti librarii epigrammatum duntaxat exordia tranſcribere, & reliquos verſus, licet aliquando decem ſequantur, lectorum diligentiæ committere, exarando *&c.* vel καὶ τὰ ἑξῆς, quod hic ab ipſis factum videtur. Nitebatur enim Stephanus integro Callimachi epigrammate probare, Achaïcam Δύμην ἀπὸ τῆς δύσεως vel δύσμης nomen habere. Veriſimilem eſſe noſtram conjecturam, inde evincitur, quod toto hoc capite nullam de etymologia vocis mentionem fecerit ὁ Ἐθνικολόγος, quam plerumque circa initium tmematis exhibet. Urbem inde appellationem ſortitam eſſe, etiam teſtatur Strabo lib. VIII. Ἐφεξῆς δ᾽ ἐστὶν ἡ Δύμη πόλις ἀλίμενος, πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα. Vide præterea Euſtathium ad Iliad. B. pag. 292. Pauſanias lib. VII perhibet, quondam *Paleam* appellatam fuiſſe; nomen vero quod nunc obtinet, à Dyme fœmina indigena, vel à Dymante Ægimii filio deducens, ita enim ille: Ἐκαλεῖτο δὲ τὰ μὲν ἀρχαιότερα Πάλεια. ἐχόντων δ᾽ ἔτι Ἰώνων, ὄνομα οἱ μετέθεντο ἐς ἡμᾶς. σαφῶς δ᾽ οὐκ οἶδα, εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπιχωρίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ τοῦ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου. Etymologici Magni Auctor nomen habere exiſtimat ἀπὸ τῆς δύσμης, ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Integrum locum mox producam.

[3] Πόλις Στρατός.] Sic olim nuncupatam fuiſſe, liquet ex Strabone lib. VIII. Sed non eſt confundenda cum clariſſima ejuſdem nominis urbe in Acarnania ſive Ætolia, cujus Livius, Mela, Plinius & alii quam plurimi meminere.

[4] Καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν.] Hoc etiam quodammodo ex Scholiaſta in Lycophronem apparet, tradente in Achaia Dymam civitatem vel regionem extiſſe, ita enim inquit: Περὶ δὲ ταύτας τὰς πόλεις, ἤτοι τὴν Θεράπναν, ἥτις ἐστὶ πόλις Λακωνική, καὶ τὸ Ὤλενον πόλις Ἀχαΐας, καὶ τὴν Δύμην πόλιν ἢ χώραν Ἀχαΐας. In verbis Theopompi, mox ſecuturis τὸ Δύμη etiam commodiſſime pro regione accipi poteſt.

[5] Πληθυντικῶς.] In hanc rem citat noſter Apollodori teſtimonium, cui adjiciam locum ex Etymologici Mag. Auctore: Δύμη ἡ πόλις τῆς Ἀχαΐας. Λυκόφρων. Δύμη τε Βουρέοισιν ἡγεμὼν ὄχλου. λέγεται καὶ Δύμαι καὶ Δυμαῖαι (ubi malim emendare, λέγεται καὶ Δύμη καὶ Δύμαι.) ὅτι πρὸς δυσμαῖς τῆς Ἀχαΐας κεῖται, δύσμη τις οὖσα καὶ δύμη. ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Etiam Livius hoc numero urbis nomen protulit, ita enim ille lib. XXXII cap. XXI in oratione Ariſtheni: *Egregie enim Dymas priore bello ſumus tutati.* Et lib. XXXVIII cap. XXXIX. *Una ad coercendos inventa, haud magna memorratu res eſt: centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis acciti.*

[6] Τούτων ἀπέχουσι σταδίους ΡΚ.] An juſta & accurata hæc ſit ſtadiorum dimenſio, facillime hinc cognoſcere potuiſſem, ſi præcedentia Apollodori verba non interiiſſent. Fortaſſis ſcribendum eſt: Ἠλείων ἀπέχουσι σταδίους ρκ'.

[7] Ὁ πολίτης Δυμαῖος.] Stephanus uſu hujus vocis illuſtrium ſcriptorum auctoritate, Ephori, Pauſaniæ, Apollodori, Philiſti, Theopompi & Euphorionis, confirmato; ex Antimachi Thebaïde ſubjungit, etiam τὸ Δύμιος uſurpari. Duobus hiſce gentilibus ex Polybio tertium, ſcilicet τὸ Δυμαιεὺς addi poſſet, ita enim ille lib. IV cap. LX. Διὸ καὶ Τελφουσίοι καὶ Φαραιεῦσι καὶ Δυμαιεῦσιν, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συνεστήσαντο μισθοφόρους, καταμέμφονται τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμόνος, οὐκ ἐγκλητέον. Verum metuo ne illo in loco menda lateat, ex repetitione diphthongi præcedentium vocabulorum orta, quam neque interpres neque alii commentatores ſubolfecere, ut plurimum de gentilibus parum ſolliciti. Non me fugit τοῦ Ἐθνικογράφου alibi canonem exhibere, ſecundum quem τὸ Δυμαιεὺς quodammodo defendi poſſet, ita enim ſcribit in Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες. Τρύφων δ᾽ ἐν παρωνύμοις Ἀλαῖος τρισύλλαβον, καὶ Ἀλαιαῖος τετρασύλλαβον. καὶ ἀπὸ Ἀλαῖος Ἀλαιεὺς, Ληναῖος Ληναιεὺς, Κρηταῖος Κρηταιεύς. Eodem modo à Δυμαῖος formari poſſet Δυμαιεύς. Sed ſcias velim Polybium paſſim lib. II, IV & V. τὸ Δυμαῖος uſurpaſſe, & Stephanum noſtrum in Polybiana lectione tantopere verſatum fuiſſe, ut illud, ſi iſtam τοῦ ἐθνικοῦ formam codices repræſentaſſent, aut citaſſet aut refutaſſet: adeo ut non dubitem, quin in Polybio Δυμαίοις reſcribendum ſit, quo innumeris locis etiam Livius utitur.

[8] Ἀνδρὶ Δυμαίῳ.] Integer Pauſaniæ locus ſic ſe habet: Οἰβώτᾳ γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην ὀλυμπιάδι ἕκτῃ.

[9] Δυμαίοις μὲν &c.] Hæc verba etiam in Pauſaniæ Achaicis reperiuntur, ſuntque à præcedentibus non longe remota.

[10] Καὶ ἐν τῷ ά.] Hic locus non eſt apud Pauſaniam libro I, neque etiam VII, ubi Achaia & in ea Dyme deſcribitur. Alios hujus auctoris libros evolvere, jam non vacat.

Ἀχαΐαν Δυμαίων εἰσὶν ὅμοροι. [11] Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος. Τὴν δὲ χώραν ἔχουσι Δυμαῖοι. Καὶ Φίλιστος Σικελικῶν α΄. [12] Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος, καθ᾽ ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα στάδιον. Καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν α΄. Πόλεμος ἐνέστη τοῖς τε Δυμαίοις. Ὅθεν καὶ Θεόπομπος μ΄. Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακοσίων [13] Ἄθηνις καὶ Ἡρακλείδης, τῶν δὲ μισθοφόρων Ἀρχέλαος ὁ Δυμαῖος. Τὸ θῆλυ δὲ Δυμαία. Εὐφορίων.

[14] Ἥ τις ἔχεις κληῖδα, ἐπιζεφύροιο Δυμαίης.

[15] Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον. [16] Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, [17] ὡς Διρκαίας. [18] Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα. Διαστέλλεται δὲ τῆς Ἠλείας [19] κατὰ τὸ Βουπρασίαν [20] Λαρίσῳ τῷ ποταμῷ. Λέγεται

A Achaïam Dymæis ſunt contermini. Et Apollodorus, vel qui ejus ſcripta compendifecit: Regionem tenent Dymæi. Et Philiſtus rerum Sicularum libro primo: Olympiade qua ſtadium currendo vicit Oebotas [Dymæus.] Et Apollodorus libro primo Chronicorum: Bel- B lum impendebat Dymæis. Quare & Theopompus libro quadrageſimo ſcribit: Præſides erant civitatis ex Syracuſanis quidem Athanis & Heraclides, ex mercenariis vero Archelaus Dymæus. Hinc fœmininum Dymæa. Euphorio:

Tu quæ poßides clauſtra regionis Dymææ: favonio expoſita.

Quia ab occaſu zephyrus ſpirat. Antimachus C vero ipſam appellat Cauconidem à Caucone fluvio, ut à Dirce fonte Thebæ Dircææ dicuntur: ſunt qui Aſopidas vocent. Dividitur autem ab Elide juxta Bupraſium flumine Lariſſo. Dicitur

[11] Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἢ ὁ τὰ τούτου &c.] In MS erat η pro numeri nota poſitum. Hinc ſuſpicor olim ſcriptum fuiſſe: Καὶ Ἀπολλόδωρος ή. ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος. Alterum η tanquam ſupervacaneum librarii rejecere. Tota hac ſectione auctorum allegatorum libri numerus additur: & mox ſequetur: καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν α΄.

[12] Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος, καθ᾽ ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα στάδιον.] Non ita hæc concipiuntur in MS, ſed hoc modo: ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος η Οἰβώτας ἐνίκα στάδιον. *Olympiade octava Oebotas vicit ſtadium.* Verum hæc varietas parum ad rem facit. Aliud quid huic Philiſti loco excidit, ſcilicet gentile Δυμαῖος, cujus uſum Stephanus ex illo rerum Sicularum ſcriptore probare intendit. Fortaſſis hæc verba ita ſunt conſtituenda. Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος η, καθ᾽ ἣν ὁ Οἰβώτας Δυμαῖος ἐνίκα στάδιον. Oebotam Dymæum fuiſſe ſatis evidenter liquet ex Pauſaniæ Achaicis, cujus verba jam ſupra in medium produximus.

[13] Ἄθηνις.] In MS totus locus ita legebatur: Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακουσίων Ἀθήνις καὶ Ἡρακλείδης. Fortaſſis fuit celebris ille hiſtoricus, qui res Siculas conſignavit, cujus Athenæus lib. III meminit. Ἀθήνις ἐν πρώτῳ Σικελικῶν: & Diodorus Siculus libro XVI: Τῶν δὲ συγγραφέων Ἀθήνις ὁ Συρακούσιος. Verum eſt, eum hic τοῦ Προστάτου munere fungi: ſed hoc non obſtat, illum quoque res Siculas memoriæ prodidiſſe.

[14] Ἥ τις ἔχεις κληῖδα &c.] In Membranis erat: ἥτις ἔχεις κληῖδας ἐπιζεφύριο. Δυμαίης. Hujus verſiculi ſenſus mihi videtur intricatiſſimus: eum fortaſſis illuſtrabo, ſi ſtatuam Euphorionem loqui de pago ſive urbe quadam (ubi quaſi agri Dymæi erant clauſtra) Scolli monti ſaxoſo vicina, per quem ex Arcadia, Magneſia & aliis Peloponneſi regionibus in agrum Dymæum iter fiebat. Hæc enim Scollis ob rupes & ſaxa ubique ſuperari non poterat; Dymæis, Tritæenſibus & Eleis erat communis, & monti Arcadiæ, cui Lampeja nomen, continua. Τὸ κληῖδα ſic ſumi poſſe pro clauſtris, liquet ex Philippi Demetrii filii ſermone, qui teſtante Pauſania in Achaicis, Corinthum, Chalcidem & Magneſiam Græciæ claves vocitabat. Sic Euripides in Medea, fauces Helleſponti τοῦ Πόντου κλῇδα nuncupat: & ut unico verbo abſolvam, κλεῖδές dicuntur ὀχυρότητες καὶ τόποι φυλακτικοί. Porro τὸ Δυμαία non tantum de fœmina, ſed etiam agro urbi adjacente ſumi poſſe, evidenter liquet ex Polybio lib. II ſic ſcribente. Ὅτε καὶ Λυδιάδας ἔπεσε, τὸ δὲ τρίτον ὁλοσχερῶς ἔπταισαν ἐν τῇ Δυμαίᾳ περὶ τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον. Et Strabone lib. VIII ubi ita inquit: ὄντος δὲ καὶ ποταμοῦ ἐν τῇ Δυμαίᾳ μεταξὺ Δύμης καὶ Τριταίας, ὃς καλεῖται καὶ Καύκων θηλυκῶς. Ad vocem ἐπιζεφύριο quod attinet, illa rariſſima & non paſſim eſt obvia, videturque denotare, *quod ventis ab occaſu flantibus expoſitum eſt*; quo ſignificatu de Locris Epizephyriis Straboni libro VI uſurpatur: Μετὰ δὲ τὸ Ἡράκλειον ἄκρα τῆς Λοκρίδος, ἡ καλεῖται Ζεφύριον, ἔχουσα τοῖς ἑσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ οὗ καὶ τοὔνομα. εἶθ᾽ ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι &c. Qui in re obſcuriſſima aliam huic loco lucem attulerit, erit mihi magnus Apollo.

[15] Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον.] Locus mihi videtur mendoſus & hunc in modum reſtituendus: Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ζέφυρον. Librarios ex ſimilitudine & repetitione præcedentium vocabulorum graviſſimos committere errores, res eſt notiſſima. Hæc verba continent gloſſema præcedentium ex Euphorione citatorum: nam ideo τὸ Ἐπιζεφύριο agro Dymæo attribuit, quia occidentalem Peloponneſi plagam obtinet, unde Zephyrus ſpirabat.

[16] Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτήν.] Hac de re Strabonem ex Antimacho mentionem feciſſe ſequenti commentario apparebit. Verum ipſa Antimachi verba nobis Lycophronis Scholiaſtes, leviter quidem corrupta, reſervavit, illa ſic ſunt corrigenda. Καὶ Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.

Ὡς ἐπαπειλήτην, ὥσπερ Καυκωνίδα Δύμην
Ἐπραθέτην παῖδουσιν Ἐπείων ἀρχεύοντες.

Male in vulgatis hodie Κακωνίδα Δύμην legitur.

[17] Ὡς Διρκαίας.] Cave hanc vocem accipias pro Græci ſcriptoris nomine, in quem errorem is facillime dilabi poſſet, qui veteris hiſtoriæ non eſt paullo callentior. Confidenter affirmo hunc locum eſſe mutilum, & nonnulla poſt iſtam vocem excidiſſe: verum illa lacuna optime Antimachi verbis implebitur, apud Strabonem libro VIII circa finem exſtantibus. Τοῦ δ᾽ Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτὸ, μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν. Οἱ δ᾽ ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι, καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δ᾽ Ἰνάχιον, Τροία δὲ Σιμουντίς. Hinc ſatis evidenter conſtat, Stephanum hanc de Dyma opinionem, quod priſcis temporibus Cauconis appellata fuerit, vel hauſiſſe ex ipſis Antimachi ſcriptis, vel, uti admodum veriſimile eſt, ex loco Strabonis jam allegato, nobis clare indicante, hoc ulcus ita ſanari debere. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, ὡς Διρκαίας τὰς Θήβας, ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδας. Hanc lectionem eſſe veriſſimam, nemo, ut ſpero, in dubium vocabit. Thebæ Dircææ vocabantur à fonte urbi vicino, & Aſopides ab Aſopo amne, qui Thebani & Platæenſis agri fines interſecat.

[18] Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα.] Legendum eſſe Ἀσωπίδας, commentario præcedente ex verbis Geographi manifeſtiſſime demonſtravimus.

[19] Κατὰ τὴν Βουπρασίαν.] Hæc ſcriptura non eſt à Stephani manu profecta; ſine dubio reponendum eſt: κατὰ τὸ Βουπράσιον. Græcis enim & Latinis ſcriptoribus iſtius urbis nomen genere neutro effertur.

[20] Λαρίσῳ τῷ ποταμῷ.] Et hæc fluminis appellatio non eſt vitii

Λέγεται καὶ Δύμιος, ὡς [21] Βοιβησίμιος. Ἀντίμαχος δὲ ἐν ε΄. Θηβαΐδος. A

[22] Ἐν δέ συ τοῖσι μάλα πρόφρων ἐπίκουρος ἀμορβῶν.

[23] Ὡμιλήσαε, ὡς [24] διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ. B

ΔΥΝΔΑΣΟΝ [25] πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β΄. Αὖθις δ᾽ ἐπὶ Δυώδασον καὶ Κάλωνδα ὁρμῆσαι. Τὸ ἐθνικὸν, Δυωδασεὺς, ὡς Πηγασεύς.

ΔΥΡΒΑΙΟΙ [26] ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους καὶ τὴν Ἰνδικήν. [27] Κτησίας ἐν Περσικῶν ι΄. C [28] χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται. Δυρβαῖοι οὗτοι εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ κάρτα δίκαιοί εἰσι, πρὸς τὴν Βακτρίαν καὶ Ἰνδικὴν [29] κατατείνοντες. Οὗτοι οὔτε ἀδικοῦσιν, D

[30] οὔτε

Dicitur etiam Dymius, uti Bœbius, Cynius. Sic Antimachus libro v Thebaïdos:

Inter hos vero prudentiſſimum militum ducem

Te geſſiſti, cum diripuiſtis Dymium oppidum.

DYNDASUM, urbs Cariæ. Alexander lib. II, de Caria: Iterum ad Dyndaſum & Calynda properare. Gentile, Dyndaſenſis, ut Pegaſenſis.

DYRBÆI, gens exporrecta ad Bactros & Indiam uſque. Cteſias rerum Perſicarum libro decimo: Regio verſus ſeptentrionem jacet. Dyrbæi hi homines fortunatiſſimi, & divites, & admodum juſti, ad Bactriam & Indiam uſque pertingunt. Hi neque injuria afficiunt, neque occi-

eſt vitii immunis, emendandum Λαρίσῳ ſive Λαρίσῳ τῷ ποταμῷ: aliquando enim ſimplici, aliquando vero duplici S vox exaratur. Strabo lib. VIII: διαιρεῖ δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας κατὰ τὸ Βουπράσιον ὁ Λάρισος ποταμὸς, ῥέων ἐξ ὄρους. Stephanum hæc ex Strabone deſumpſiſſe, facile mihi perſuadeo.

[21] Βοιβησίμιος.] Hoc gentile neque à Βοίβη urbe Cretenſi, neque à Macedonica deducitur. Latet hic error tranſcriptorum, ſi quiſquam alius, plane graviſſimus, quem nemo niſi perditi cerebri ferre poſſet. Ex autographo Seguieriano diverſimode hanc vocem viri docti tranſcripſere, alii Βοινηθίμιος, alii Βοιβηκθίμιος. Nos autem, quibus inſpiciendi iſtas membranas facultas non fuit, in hac adeo ancipiti vocis ſcriptura, nuperrime vulgatam lectionem repræſentamus, exiſtimantes totum locum ex conjectura fortaſſis hunc in modum corrigi debere: Λέγεται καὶ Δύμιος, ὡς Βοίβιος, Κώνιος. Scio Stephanum vel ejus Epitomatorem in voce Βοίβη nullam de hoc gentili mentionem facere, puto tamen exſtare in Ἀλύχμη, quem locum ſic emendavimus: Ἀλύμνη, πόλις μεγάλης Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Βοίβη Βοίβιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύμνιος. Alterum gentile, quod repoſuimus, ſuo loco in voce Κώνη reperitur. Sic imperiti librarii ex duobus gentilibus, eadem terminatione & forma gaudentibus, unicam conflarunt vocem, nihil omnino ad rem pertinentem.

[22] Ἐν δέ συ τοῖσι μάλα πρόφρων &c.] Hi verſus profecto ſunt obſcuriſſimi: & cum non niſi pauciſſimæ Antimachi reliquiæ, nihil ad rem facientes, hic & alibi circumferuntur, & antecedentia ac ſubſequentia prorſus ſint incognita, difficillime quis verum ſenſum ex iis expiſcabitur; præſertim cum poëta communi dicendi genere non utatur, ſed vocibus à vulgari ſignificatu longe remotis, quod olim etiam Quintilianus lib. x cap. I hiſce verbis teſtificabatur: *Contra in Antimacho vis & gravitas, & minime vulgare loquendi genus habet laudem.* Ad τὸ ἐπίκουρος quod attinet, vulgo quidem *adjutorem* denotat, ſed talem hic deſiderat ſenſus, qui cum imperio aliis præeſt. Hunc ſignificatum colligere licet ex Heſychio: Ἐπίκουροι, βοηθοὶ, σύμμαχοι, ἐπίσκοποι: quæ ultima vox imperium quoddam & ſuperéminentiam ſignificat. Τὸ ἐπίκουρος igitur, ut cum Livio loquar, eſt *dux auxiliaris*, ſive auxiliariæ cohortis præfectus. Noſtra hæc ſententia verbis Etymologici Magni Auctoris optime confirmabitur, ita enim ille: Ἐπίκουροι δὲ λέγονται, οἱ ἀπὸ ξένης χώρας σύμμαχοι τῶν πολεμουμένων, καὶ βοηθοί. Σαρπηδὼν, ἐπίκουρος ἐστι τῶν Τρώων. οἱονεὶ, τῶν πολεμουμένων βοηθός. Sic Sarpedo de ſe ipſo apud Homerum Iliad. E loquitur:

Ἡμεῖς δ᾽ αὖ μαχόμεσθ᾽, οἵπερ τ᾽ ἐπίκουροι ἔνειμεν.
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μάλα τηλόθεν ἥκω.
Τηλοῦ γὰρ Λυκίη Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι.

Ad hunc locum ita ſcribit Euſtathius: Ἡμεῖς δὲ μαχόμεθα οἱ ἐπίκουροι. λέγει δὲ λαοὺς μὲν τοὺς ἐγχωρίους. Ἐπικούρους δὲ τοὺς ἐξ ἀλλοτρίας βοηθούς. ὧν καὶ αὐτὸς ὁ Σαρπηδών. Qualis inter auxiliares ad Trojam fuerit Sarpedo, notius eſt, quam quod hic doceri debeat. Callimachi Scholiaſta ad Hymnum in Dianam τοὺς ἀμορβοὺς reddit ἀκολούθους, παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι. Etym. Mag. Auctor: Ἀμορβὸς σημαίνει καὶ τὸν ἀκόλουθον, ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν. Hinc ſuſpicor ἀμορβοὺς denotare *milites, qui ex peregrina regione ducem in aliorum auxilium miſſum ſequebantur.* Antimachus igitur bellum Thebanum cantans, ducem quendam in Thebanorum auxilium miſſum, laudibus effert, ejus virtutem & prudentiam in occupanda Dyma ita deprædicans: *Inter hos tu quoque prudentiſſimum militum auxiliariorum ducem te geſſiſti, nam victoria potiti, nec fruſtra ad bellum profecti, urbem Dymiam diripuiſtis.* In qua conjectura ſi non erro, non adeo difficile erit Antimachi mentem percipere.

[23] Ὡμιλήσαε.] Et hæc lectio habet profecto, quod Græci dicunt, οὐδὲν ὑγιές. In ἀπογράφῳ inveni, ὡμιλήσας, unde ſuſpicor legendum, ὡμίλησας.

[24] Διεπέρσατε.] Alii ex MS exhibent: διαπέρσατε.

[25] Δυώδασον, πόλις Καρίας.] De hac civitate Carica ita ſcribit Epitomator: Δυώδασοι, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Δυωδασεύς. Quemadmodum præcedenti ſectione omnem ſcriptorum auctoritatem flocci facit, ita nunc quoque Alexandri teſtimonium ex libro ſecundo de Caria, prorſus negligit. Præterea hoc obſervandum eſt, hanc vocem in ἀπογράφοις quæ videre licuit, ordinem alphabeticum non ſervare: nam in iis Dyndaſi deſcriptio poſt τὸ Δυρβαῖοι incipit. Fortaſſis pro Δυώδασον reſcribendum eſt Δυώδασα, uti probabiliter liquet ex gentili Πηγασεύς, quod deducitur à Πήγασα, ita enim in Epitome legimus: Πήδασα. πόλις Καρίας, καὶ Πηδασεὺς τὸ ἐθνικόν. Δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ Πήγασα. οἱ πολῖται Πηγασεῖς. Inter Caricas urbes plurimæ reperiuntur, ultimam ſyllabam in δα & σα terminantes: Ἀλάβανδα, Καρύανδα, Κάλυνδα, Κάνδασα, Ἄρπασα, Ὕδισα &c.

[26] Δυρβαῖοι.] Hanc de Dyrbæis ſectionem Hermolaus hoc modo in compendium redegit: Δυρβαῖοι, ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται. Δυρβαῖοι εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, οὔτ᾽ ἀδικοῦντες, οὔτ᾽ ἀποκτεινύοντες ἄνθρωπον. ἐὰν δ᾽ εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλό τι * Hæc qui cum genuino Stephani de Dyrbæis loco contulerit, facillime animadvertet, quid diſtent æra lupinis.

[27] Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ.] Hoc Cteſiæ fragmentum poſt Herodotum ab Henrico Stephano editum eſt, ſed mancum & mutilum. Hinc multo auctius atque emendatius tranſcribi poſſet.

[28] Χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται.] Non puto hæc ſatis ſana eſſe: fortaſſis emendandum eſt: χώρα δὲ πρὸς νότον πρόσκειται. Nam Dyrbæorum regio verſus auſtrum ſita eſt, & omnibus Bactrianæ populis auſtraliores.

[29] Κατατείνοντες.] Alii ex MS tranſcripſere: κατατείναντες.

[30] οὔτε ἀποκλείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα. Ἐὰν A δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσίον, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν [31] ἀποκινήσαιεν αὐτὸ, οὔτε ἀρτοποιέουσιν, οὔτ᾽ ἐσθίουσιν, [32] οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν εἵνεκεν. [33] ἄλφιτα δὲ ποιοῦσι λεπτότερα, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, B [34] καὶ ἐσθίουσι καρπούς.

ΔΥΡ᾽Ρ῾Α᾽ΧΙΟΝ, [35] πόλις Ἰλλυρική, [36] Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου, [37] τούτου

occidunt quenquam mortalium. Cum in via ſive aurum, ſive veſtem, ſive argentum, ſive aliud quidpiam offendunt, nihil inde auferunt. Neque piſturam exercent, neque panibus veſcuntur, neque legibus, niſi ſacrorum cauſa, obſtricti vivunt. Polentam autem tenuiſſimam parant quemadmodum Græci, & fructus comedunt.

DYRRHACHIUM, urbs Illyrica, Epidamnus dicta ab Epidamno, cui filia

[30] Οὔτε ἀποκλείνουσι.] Retinui lectionem vulgatam, ſed olim non ita exaravit Stephanus: hoc ex ipſa epitome ſatis evincitur: præterea ἀπόγραφον unum & alterum mihi exhibuere, οὔτε ἀποκτιννύουσιν. Hæc vox cum ſit ſana & nitida, mutari minime debet. Antoninus Liberalis, quem nuperrime emendavimus, eadem utitur Fab. XXII. Ὁ δὲ Κύκνος ἕτερον ἆθλον ἐπέταττεν ἀτοπώτερον. ἐγένοντο γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γῦπες, ὑπερφυές τι καὶ μέγα χρῆμα, καὶ πολλοὺς ἀπεκτίννυον ἀνθρώπους.

[31] Ἀποκινήσαιεν αὐτό.] Membranæ Seguierianæ: ἀποκινήσαιεν οὕτως.

[32] Οὔτε νομίζουσι.] Hæc vox ſuſpecta eſt, nihil enim in ſacrificiis denotat: niſi longius à vulgata lectione recederet, reponerem: οὔτε θύουσι. Verum malo antiquam lectionem retinere, quam abſque MSS codicum fide aliquid immutare. Dyrbæi ſic vitam ex juſti rectique norma inſtituebant, ut nullis legibus, niſi in ſacris & religioſis ceremoniis, coercerentur.

[33] Ἄλφιτα δὲ ποιοῦσι λεπτότερα.] Non male vertitur *Polentam*, ex auctoritate Caſauboni ad lib. XIV Athenæi, ubi refert Græcos, cum ἄλφιτα ducunt, *Polentam* intelligere. Hujus *Polentæ* meminit ipſe Athenæus lib. III cap. XXIX ex Archeſtrato helluone poëta. Cujus conficiendæ modum optime docet Plinius lib. XVIII cap. VII. *Polentam quoque Græci non aliunde præferunt, pluribus fit hæc modis: Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una, ac poſtero die frigunt: deinde molis frangunt: ſunt qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant, ſiccentque prius quam molant &c.* Ex quo Plinii loco, additis Ovidii ex V Metam. verſibus.

---- (*Lymphamque roganti*
Dulce dedit, toſta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum. ----

Et mox:

---- *Nec adhuc epota parte loquentem*
Cum liquido miſta perfudit diva polenta.)

Suſpicari licet τὸ λεπτότερα, quo utitur noſter ex Cteſia, non incommode poſſe verti *cum maxime ſorbilem*, qualem & Galli hodieque amant.

[34] Καὶ ἐσθίουσι καρπούς.] Herbis & fructibus veſcentes Græcis unico vocabulo Βοτανοβιῶται appellantur, & tales inter antiquos non duntaxat Dyrbæi, de quibus nunc Stephanus ex Cteſia, ſed etiam Pythagoricæ ſectæ initiati fuere. Lippis & tonſoribus notum eſt; illud hominum genus rebus inanimatis, herbis & oluſculis vitam ſuſtinuiſſe, qua de cauſa ἀψυχοβιῶται, & etiam βοτανοβιῶται nuncupabantur. Ultima vox profligatiſſime corrupta occurrit apud Hieronymum in præfatione commentariorum in Epiſt. ad Galatas. *Quod nequaquam intelligens BATANÆOTES & ſceleratus ille Porphyrius in primo operis ſui adverſum nos libro: Petrum à Paulo objecit eſſe reprahenſum, quod non recto pede incederet ad euangelizandum, volens & illi maculam erroris inurere &c.* Certum eſt, Lucam Holſtenium virum eruditiſſimum in hujus quæſtionis ſolutionem, quid ſcil. illa voce intelligi debeat, caput integrum impendiſſe, ſub cujus finem ita ſcribit: *Et ſane magno me beneficio ſibi habebit devinctum, qui in re obſcura rectam aliquam lucem extulerit.* Tanaquillus Faber vir rariſſimæ eruditionis & confidentiæ, ſperans ſe hac in re Holſtenio gratificaturum, reſcripſit BOTANIOTES, ſive BOTANIATES. Verum ut mihi videtur, rem acu non tetigit, imo dum vocem emendare nititur, eam deteriorem atque obſcuriorem reddidit: nam harum vocum ſignificationem nec à veteribus nec à recentioribus addiſcere potui. Sine dubio legendum eſt apud Hieronymum: *Quod nequaquam intelligens BOTANOBIOTES & ſceleratus ille Porphyrius &c.* Nos ſtatuimus illam vocem denotare hominem, qui oluſculis & herbis vivit, iiſque latrantem ſtomachum lenire ſolet: nam cum Porphyrius ſectæ Pythagoreorum eſſet addictiſſimus, inter quos hic mos obtinebat, accommodatiori vocabulo hæc ſecta & acerrimus ejus ſectator exagitari ab Hieronymo non potuit.

[35] Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική.] Hanc de Dyrrachio ὁ τῶν Ἐθνικῶν συνθέτης epitomen conſarcinavit. Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα, ἀπὸ Ἐπιδάμνου. τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος, Δυρράχιος. σο* ἀφ᾽ ἧς τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. Ἀλέξανδρος δ᾽ ἐν Εὐρώπῃ, Δυστράχιον αὐτὴν καλεῖ, μετὰ τοῦ σ.

Δυστραχίου τ᾽ Ἐπίδαμνος ἐπ᾽ ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.

Ἔστι καὶ ἄλλη Λακωνικὴ μία τῶν ἑκατόν. καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυστραχία, ἧς τὸ ἀρσενικὸν, Δυστράχιος. νῦν δὲ Δυρραχηνοὶ λέγονται, ὡς Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς, Φιλωνίδης [illegible] ὁ Δυρραχηνὸς, ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας ἐν τῇ πα[illegible] ἐνδόξως, συνετάξατο βιβλία με΄. Obiter in hac epitome animadvertendum, Palatinos codices, ut & chartaceum Voſſianum lacunam ſupra notatam non agnoſcere. Præterea in Voſſiano legitur: Καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυρραχία: non Δυστραχία ut in vulgatis hujus epitomes conſpicitur: ſed vulgata lectio hoc loco eſt præferenda. Facili negotio poſſem nunc Dyrrhachii deſcriptionem exhibere, ſed quia incomparabilis J. Voſſius in Obſervationibus ſuis ad Pomp. Melam, ſatis perſpicue ejus ſitum indicavit, & eruditiſſimus Jacobus Palmerius in Illyrici deſcriptione, brevi lucem publicam viſura, præter ſitum, etiam urbis conditores & memorabilia fuſius commemoravit, huic labori parcere animum meum induxi.

[36] Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου.] Appianus Alexand. lib. II Civil. perhibet, regem quendam barbarorum Epidamnum dictum, urbi nomen feciſſe: Conſtantinus Porphyrogenneta lib. II Themate IX, totum Stephani locum ferme tranſcribens, illud nominis etiam à priſco heroë Epidamno deducit. Δυρράχιον πόλις Ἑλληνικὴ, καὶ Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου τοῦ ἀρχαίου ἥρωος, τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ὁ Δυρράχιος. ἀφ᾽ ἧς τόπος ἐν Ἐπιδάμνῳ Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθε. Verum Romani eo coloniam ducentes, Dyrrhachium dicere maluerunt, propter ominoſum & inauſpicatum nomen Epidamni. Pomp. Mela lib. II *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* Vide quoque Plinium lib. III cap. XXIII. Sed non poſſum, quin jucundiſſima Plauti ſuper hac re verba in medium producam, ita enim ille in Menæchmis Act. II. Scen. I.

Nam ita eſt hac hominum natio Epidamnia,
Voluptarii atque potatores maxumi:
Tum ſycophantæ & palpatores plurimi
In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres
Nuſquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.
ME. Ego iſtuc cavebo: cedo dum mihi huc marſupium.
MES. Quid eo vis? ME. Jam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

[37] τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶνος A Δυῤῥάχιος. ἀφ᾽ ἧς ἐστιν ἐν Ἐπιδάμνῳ τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. [38] Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστὶ πόλις, καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος [39] Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον ὁμωνύμως τῇ χεῤ- B ῥοννήσῳ [40] πρότερον λεγομένη, ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται, [41] ὡς Φίλων. [42] Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ί φησὶν οὕτως. Καὶ Μακεδόνων τὴν μὲν Ἐπίδαμνον, εἰς ὕστερον δὲ Δυῤῥάχιον μετωνομασθεῖσαν, [43] πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ C εὐδαίμονα κατὰ κράτος αἱροῦσιν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ [44] μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.

Δυσραχίου τ᾽ Ἐπίδαμνος ἐπ᾽ ἀγχιάλου
χθονὸς ἀκτῆς. D

Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ΄. λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας Δυῤῥαχία. Εὐφορίων,

Ἄστεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων.

[45] Καὶ δῆλον ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τούτου ἀρσενι- E κόν, [46] ὡς τὸ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος, Βυζάντιον Βυζάντιος, Θούριον Θούριος, [47] Κούριον Κούριος. Ἐρατοσθένης γ΄ Γεωγραφουμένων. [48] Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι.

Πόλις

A lia fuit Meliſſa, ex qua & Neptuno natus eſt Dyrrhachius: ab hac locus quidam in Epidamno Meliſſonius denominatus eſt, ubi Neptunus cum illa rem habuit. Poſt Rizonicum autem ſinum urbs Liſſus eſt, & Acroliſſus, & Epidamnus Cercyræorum opus, B quæ nunc Dyrrhachium ſimiliter ac olim cherſoneſus, in qua ſita eſt, vocatur, ut ſcribit Philo. Dexippus autem Chronicorum x ita loquitur. Et Macedonum Epidamnum, poſtea mutata appellatione, Dyr- C rhachium nominatam, urbem Macedoniæ magnam & fortunatam vi capiunt. Alexander autem in ſua Europæ deſcriptione per S Dyſrachium ipſam appellat:

Dyſrachiique Epidamnus in maritima terra ora ſita eſt. D

Eſt & alia quædam urbs Laconica, una ex centum. Ipſa quoque regio Illyriæ Dyrrhachia appellatur. Euphorio:

Urbes Dyrrhachia & gentes Taulantina.

E Manifeſtum autem eſt τὸ Dyrrhachius eſſe maſculinum, ut ab Anactorium Anactorius. Byzantium Byzantius, Thurium Thurius, Curium Curius. Eratoſthenes libro III operis geographici. Taulantii, eam regionem tenentes, incolunt.

Urbs

37 Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα.] De hujus patre inter mythologos non convenit. Vide Apollod. lib. II & Pauſan. in Corinthiacis.

38 Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστί.] Mutilus eſt hic locus, & ſic emendandus: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστί. Eadem lacunam in verbis Conſtantini Porphyrogennetæ obſervavi loco jam ſupra allegato. Hanc emendationem non poſſe in dubium vocari, manifeſte evincam verbis Geographi, lib. VII: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον, ὁμωνύμως τῇ χεῤῥονήσῳ λεγομένη, ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται. Hæc verbotenus Philo ex Strabone hauſit.

39 Κερκυραίων κτίσμα.] Vide Scumnum Chium, Strabonem, App. Alexand. & alios.

40 Πρότερον.] In apographo, quod ex Segujerianis membranis erat tranſcriptum, τὸ πρότερον non inveni. Senſus ſatis clarus & perſpicuus eſt, etiamſi hæc vox deleatur: imo hinc exſtirpandam eſſe, proxime allegata Strabonis verba, & Conſtantini Porphyrogennetæ locus, ubi etiam non agnoſcitur, ſatis probant.

41 Ὡς Φίλων.] Fuit hic Philo Byblius, qui ſub Imperat. Trajano vixit. Libros XXX de Urbibus & de viris in iis eruditione illuſtribus conſignavit, uti Suidas auctor eſt. Hujus hiſtorici opera, uti Etymologici Magni Auctor voce Βουκέρας perhibet, à quodam Ælio Sereno in compendium redacta fuere: Οὕτω καὶ Σερῆνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περὶ πόλεων.

42 Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ί.] Eundem Dexippi locum ex Chronicorum decimo producit Conſtant. Porphyrogenneta, loco jam aliquoties citato: ſed corruptiſſime ibidem χεῤῥονικῷ δεκάτῳ legitur, pro Χρονικῶν δεκάτῳ.

43 Πόλιν τῆς Μακεδονίας.] Tam late aliquando Geographi Macedoniæ fines extendebant, ut Dyrrhachium pro urbe Macedonica acciperent. Ptolemæus lib. III cap. XIII. Ἡ Μακεδονία περιορίζεται, ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς ἐκτεθειμέναις πλευραῖς, Δαλματίας καὶ Μυσίας τῆς ἄνω, καὶ Θρᾴκης. Ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἰονείῳ πελάγει, τῷ ἀπὸ Δυῤῥαχίου, ἤτοι Ἐπιδάμνου, μέχρι Κελύδνου ποταμοῦ κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην. Ita hic locus eſt emendandus, qui in vulgatis peſſime depravatus circumfertur.

44 Μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.] In Antigrapho & in Hermolai epitome inverſo ordine hæc legebantur: Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ μετὰ τοῦ σ. Euſtathius in commentariis ad Dionyſium de Situ Orbis nominis etymologiam inde deducit, ita enim ille pag. 56. Περὶ ἃ (Scil. Κεραύνια ὄρη) κεῖται καὶ ἡ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυῤῥάχιον. δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. δυσράχιον γάρ ἐστιν, ὅ ἐστι δυσέξοχον. τρέψαν δὲ τὸ σ εἰς ρ, εὐφωνότερον καλεῖται Δυῤῥάχιον. καθὰ καὶ τὸ Τυρσηνὸς, Τυῤῥηνὸς &c. Vide hac de re etiam locum nobiliſſimum apud Dionem Nicæum lib. XLI.

45 Καὶ δῆλον, ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τούτου ἀρσενικόν.] Non poſſum hanc ſcripturam prorſus rejicere, cum etiam Epitomator eam agnoverit: mallem tamen locum, ſi mei arbitrii res foret, ſic conſtituere: Καὶ δῆλον, ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τούτου ἐθνικόν. Nam de gentili toto hoc capite nullam reperies mentionem. Niſi malis ante hæc verba, λέγεται καὶ ἡ χώρα &c. lacunam notare, & totum locum ſic conſtituere: Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ΄. τὸ ἐθνικὸν, Δυῤῥάχιος, καὶ Δυῤῥαχία. λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα &c. Goltzius nummum exhibet cum inſcriptione: ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ.

46 Ὡς τὸ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος.] Repono confidenter: ὡς τὸ Ἀνακτόριον Ἀνακτόριος. Vide obſervationes noſtras ad illam vocem, & de emendatione eris certiſſimus.

47 Κούριον Κούριος.] Miror iſthoc loco τὸ ἐθνικὸν Κούριος non recenſeri ab Epitomatore, ita enim ille: Κούριον, πόλις Κύπρου &c. Τὸ ἐθνικὸν, Κουριεύς. καὶ Ἀριστοκλῆς Κουριεὺς ἦν. τὸ θηλυκὸν Κουριάς, καὶ ἡ χώρα. Sed mirari deſino, cum ſæpiſſime contingat, Stephanum gentilia in medium producere, de quibus ſuo loco ne γρῦ quidem exſtat. Huic non diſſimile exemplum legere licet commentario hujus Fragmenti 21.

48 Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι.] Senſus magis erit perſpicuus, ſi legas: ταύτης (Scil. χώρας) ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. Sic enim Geographi loqui amant: Scylax Caryandenſis capite Ἐγχελεῖς. Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥίζονος.

Πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος ἐπὶ χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρραχίου. 49 Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος, 50 περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται. ὅμως δὲ 51 νῦν Δυρραχηνοὶ λέγονται. οὕτω γὰρ καὶ 52 Βάλαγρος ἐν Μακεδονικοῖς φησί. Καὶ τούτων αἱ πόλεις Δυρραχηνοῖς τε καὶ Ἀπολλωνιάταις ἐπιδιήρηνται. Καὶ 53 Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς Δυρραχηνὸν ἀναγράφει Φιλωνίδην οὕτως. Ἀσκληπιάδης ἀκουστὰς 54 ἔχε Τίτον Αὐφίδιον Σικελὸν, καὶ Φιλωνίδην Δυρραχηνὸν, καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντῖνον. Καὶ πάλιν. Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυρραχηνὸς ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως, συνετάξατο βιβλία με΄. 55 λέγει δὲ Παυσανίας η΄ περὶ τῆς ἀρχαίας καὶ τῆς νῦν πόλεως οὕτως. 56 Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἥνπερ καὶ ἐξαρχῆς, πόλιν δὲ οὐ τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ ἡμῶν ἔχουσιν, 57 ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον, 58 ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυρράχιον ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ.

ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΝ 59, πόλις Πισαίας, 60 ἀπὸ Δυσποντίου τοῦ Πέλοπος, 61 παρὰ

Urbs vero Græca eſt Epidamnus in cherſoneſo Dyrrhachio. Fluvii præterlabuntur Drilo & Aous, circa quos Cadmi & Harmoniæ monumenta viſuntur. Attamen nunc Dyrrhacheni dicuntur: Sic enim & Balager in Macedoniacis loquitur. Et horum urbes Dyrrhachenis, & Apolloniatis diviſæ ſunt. Et Herennius Philo in libro de re Medica Philonidam Dyrrhachenum deſcribit hoc modo: Aſclepiades auditores habuit Titum Aufidium Siculum, & Philonidam Dyrrhachenum & Niconem Acragantinum. Et rurſus: Philonides vero Dyrrhachenus audivit Aſclepiadem, medicinam fecit in patria ſua magna cum laude, & libros compoſuit XLV. Pauſanias vero libro ſexto, & de vetere, & de ea quæ nunc exſtat urbe ſic ſcribit: Epidamnii regionem quidem eandem quam olim, non autem urbem antiquam, hac noſtra ætate tenent; aſt aliam ab illa paullum diſſitam: nomen vero eſt urbi Dyrrhachium à conditore.

DYSPONTIUM, urbs Piſatidis, quæ à Dyſponto Pelopis filio nomen habet, & pro-

49 Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος.] Monſtrum lectionis in hiſce verbis latere, qui non videt, illum ἀλαοσκοπίην ἔχει maxima: nam Laus fluvius à Geographicarum rerum peritis non in Illyrico, ſed in Lucania ponitur. Strabo circa initium lib. VI: Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, Λάος κόλπος, καὶ ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις ἐσχάτη τῶν Λευκανιδῶν. Stephani Epitomator: Λάος, πόλις Λευκανίας. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ. ἀπὸ Λάου ποταμοῦ. Ex duobus iſtis locis ſatis liquet, illud fluminis nomen non eſſe ſanum: locum ita conſtituo: Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Ἀῶος. Non teram tempus in aſſerenda hac lectione, tantum Strabonis verba apponam, quæ id evincunt manifeſtiſſime, hæc enim ſequuntur proxime poſt illa commentario 31. allegata. Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς, καὶ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία. In præcedentibus Strabo de Drilone fluvio, ſinu Rhizonico, Liſſo, Acroliſſo & de Dyrrachio ſive Epidamno mentionem fecerat. Hujus Ἀώου nomen in plus quam decem ſcriptoribus profligatiſſime corruptum inveni, ſed quia doctiſſimus Palmerius in Græciæ antiquæ deſcriptione, omnes ferme emendavit, huic labori ſuperſedere non inconſultum videbitur.

50 Περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται.] In ipſo membranarum contextu hæc verba non leguntur, ſed in inferiore MS pagina; & in margine hæc conſpiciuntur: Περὶ τῶν ποταμῶν τούτων, quod loco compendiariæ ſcripturæ repoſitum erat. Locus ubi Cadmi & Harmoniæ monumentum fuit, proprio nomine appellabatur *Cylices*, ita enim Athenæus lib. XI: Πολλοῖς δὲ μὴ ὁ ἐν Ἰλλυριοῖς τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον. De horum tumulo etiam legimus apud Apoll. Rhod. lib. IV: Dionyſium de ſitu orbis, & alios quam plurimos.

51 Νῦν Δυρραχηνοὶ λέγονται.] Latino ore non *Dyrrhacheni*, ſed *Dyrrhachini* appellantur. Cæſar de Bell. Civ. lib. III. *Re frumentaria præparata, corfirmatiſque militibus, & ſatis longo ſpatio temporis à DYRRHACHINIS præliis intermiſſo &c.*

52 Βάλαγρος ἐν Μακεδονικοῖς.] Idem ſcriptor Stephano citatur in vocabulis Ἄμολβος & Ὄλβηλος. Vide præterea Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

53 Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς.] Non intelligo hic Philonem Byblium, qui Trajani tempore vixit, cujuſque in præcedentibus meminit Stephanus noſter, ſed Philonem Tarſenſem Medicum vetuſtiſſimum, qui à Galeno ſimplicitur Philo appellatur. Herennii Philonis etiam in voce Κύρτος memoria reperitur, ita enim Stephanus: Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ. ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς, ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ Ἰατρικῶν.

54 Ἔχε.] Legendum εἶχε.

55 Λέγει δὲ Παυσανίας η΄.] Verba Pauſaniæ non ſunt libro VIII, ſed libro VI ſive Eliacis poſterioribus. Scribendum igitur apud noſtrum: λέγει δὲ Παυσανίας ς΄.

56 Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἥνπερ καὶ ἐξαρχῆς.] Hæc parumper differunt à vulgatis Pauſaniæ, in quibus excuſum eſt: Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν ἥνπερ καὶ ἐξαρχῆς &c.

57 Ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον.] Ita reſcripſimus ex Pauſaniæ editis: male enim in membranis Segujerianis legebatur ἀφηστηκυῖαν. Mirum profecto non eſt, urbem hanc antiquæ ſedis terminos mutaſſe, cum Diodorus ſiculus lib. XII tradat, Barbaros eam atrociſſimis bellis atque obſidione vexaſſe. Veſtigia paullulum mutati ſitus etiam exſtabant ætate Alexii Comneni: nam Robertus Dyrrachium obſidione cingens, intra ruinas murorum urbis vetuſtæ tentoria figebat, uti commemorat Anna Comnena lib. III Alexiadum hiſce verbis: Καὶ δὴ ἐντὸς τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου καλύβας ἐπήγνυτο.

58 Ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυρράχιον.] Lego ex Pauſania: Ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν Δυρράχιον.

59 Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας.] Epitomator de Dyſpontio hæc nobis reliquit: Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας ἀπὸ Δυσποντίου τοῦ Πέλοπος. τὸ ἐθνικὸν, Δυσποντιεύς. ἔδει δὲ Δυσποντεύς.

60 Ἀπὸ Δυσποντίου.] Non cenſeo hujus herois nomen vitii eſſe immune: videtur enim penultima redundare litera, lego, ἀπὸ Δυσπόντου. In fine hujus tmematis ex Tryphonis Denominativis hæc allegantur: ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον. Noſtram conjecturam eſſe certiſſimam, mox aliunde petitis in hanc rem teſtimoniis oſtendemus. Verum à Pauſania lib. VI urbis conditor Δυσποντεύς appellatur, ipſeque non Pelopis, ſed Oenomai filius, ſtatuitur, hæc ſunt ejus verba: Συναπέστησαν δέ σφισιν ἀπὸ Ἠλείων Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι. οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας. τῶν δὲ ἄλλων περίοικοι Δυσπόντιοι. τούτοις καὶ μάλιστα ἐς τοὺς Πισαίους οἰκεῖα ἦν, καὶ οἰκιστὴν Δυσποντίοις γενέσθαι σφίσιν Οἰνομάου παῖδα ἐμνημόνευον. Oenomaum poten-

[61] παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν. Ἀπὸ ταύτης Ἀντίμαχος ἦν Ὀλυμπιονίκης, [62] νικήσας ἐν ὀλυμπιάδι στάδιον. Φλέγων ἐν ὀλυμπιάδι δ΄. Ἀντίμαχος Ἠλεῖος [63] ἐκ Δυσποντίου στάδιον. Καὶ ἐν κζ΄. [64] Δάιππος Κροτωνιάτης πὺξ Ἠλείων ἐκ Δυσποντίου τέθριππον. Μέμνηται δ᾽ αὐτῆς καὶ Τρύφων ἐν παρωνύμοις, γράφων οὕτως τὸ ἐθνικόν. Οἱ δὲ Δυσποντεῖς οὐ παρὰ τὴν πόλιν Δυσπόντιον καλοῦνται. [65] ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον.

A & propter viam, quæ ex Elide ad Olympiam ducit, ſita eſt. Ex illa erat Antimachus Olympionices, qui in Olympiis ſtadium vicit, uti Phlegon Olympiade quarta perhibet. Antimachus Eleus ex Dyſpontio curſu in ſtadio vicit. Et in ſeptima vigeſima: Dahippus Crotoniates pugil Eleorum ex Dyſpontio quadrigis vicit. B Præterea Tryphon in Denominativis hujus urbis meminit, ejus gentile ita ſcribens. Dyſpontenſes non ab urbe Dyſpontio, ſed à Dyſponto Pelopis filio Dyſpontenſes C dicti ſunt.

ΔΥΣΤΟΣ, [66] πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν κδ΄. Ἀποστήσας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ περιοικίᾳ τῶν Ἐρετριέων, ἐστράτευσεν ἐπὶ πόλιν Δύστον. τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος.

DYSTUS, urbs Eubœæ. Theopompus rerum Philippicarum libro XXIV: Relinquens autem eos qui in vicinia Eretrienſium habitant, exercitum duxit contra Dyſtum. Gentile, Dyſtius. D

ΔΩΔΩΝΗ, [67] πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, [68] καθ᾽ ἣν Δωδωναῖος Ζεύς, [69] Δωδώνης μεδέων, καὶ Διονύσιος.

Δωδώνης ἤπειρος ἀπείριτος ἐκτετάνυσται.

[70] Φιλόξενος δὲ ὁ τὴν Ὀδύσσειαν ὑπομνηματίζων, δύο φησὶ Θετταλικὴν καὶ Θεσπρωτικήν, [71] οὕτως Δωδώνην νῦν φησι τὴν Θεσπρωτικήν,

DODONA, urbs Moloſſidis in Epiro, àqua Jupiter Dodonæus, qui Dodonæ præſidet. Dionyſius:

Dodonæ regio immenſa extenta eſt.

E Philoxenus autem qui in Odyſſeam commentatus eſt duas memorat, Theſſalicam unam, alteram Theſprotiсam: ita nunc Theſproticam

potentiſſimum Piſæorum principem fuiſſe, in cujus regnum ſuccedebat Pelops, etiam Strabo lib. VIII perhibet, nullam omnino de affinitate hos inter mentionem faciens.

61 Παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν.] Dyſpontii ſitus eodem prorſus modo à Strabone libro jam citato deſcribitur, ubi commemorat octo olim in Piſatide urbes exſtitiſſe, inter quas etiam Dyſpontium; *Αὐτὴ δὲ ἐστι καὶ τὸ Κυκνήσιον τῶν ὀκτώ. καὶ τὸ Δυσπόντιον παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν, ἐν πεδίῳ κείμενον.*

62 Νικήσας ἐν ὀλυμπιάδι.] Lectio non videtur ſana: fortaſſis corrigendum: *νικήσας ἐν ὀλυμπίοις.*

63 Ἐκ Δυσποντίου.] Gentile nomen cum non ſit in uſu, uti hoc exemplo apparet, ejus loco præpoſitio cum genitivo adhibetur. Hujus rei canonem habemus in voce *Βάτη*, ubi ſic ſcribit Epitomator Stephani: *Τὸ ἐθνικὸν ἐπιρρηματικῶς, Βατῆθεν, οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ ἐπιρρήματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων. ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας.* Huic materiæ diutius inhærere jam non lubet, quia alibi fuſius eam pertractavimus.

64 Δάιππος Κροτωνιάτης.] In membranis bibliothecæ Seguierianæ legebatur: *Δά-ἵππος Κροτωνιάτης*, quemadmodum antigraphum mihi fidem fecit.

65 Ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον.] Statuit igitur hoc Tryphonis canone Stephanus, *τὸ Δυσποντεύς*, ſive plurale *Δυσποντεῖς*, non formari ἀπὸ τοῦ *Δυσποντίου*, quod eſt urbis nomen, ſed ἀπὸ τοῦ *Δυσπόντου*, qua appellatione Pelopis filius inſignitur. Noſter huic non diſſimilem ex Abronis Denominativis canonem citavit in vocabulo *Αἴλια*, ubi ſic ait: *Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντιοχείας, τὸ Ἀντιοχεύς. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς ευς ἀρσενικὰ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντίοχος, Ἀντιοχεύς, καὶ τοῦ Σελευκὸς, τὸ Σελευκεύς, ὡς Ἄβρων περὶ παρωνύμων.* In voce *Ἀλεξάνδρεια* eundem quoque innuit canonem hiſce verbis: *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλεξανδρεύς, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς.* Eadem prorſus ratione *τὸ ἐθνικὸν* hoc in loco non derivat noſter ex Tryphonis ſententia *ἀπὸ τοῦ Δυσποντίου*, ſed *ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ Δυσπόντου*. Vide commentarios noſtros ad voces *Αἴλια* & *Ἀλεξάνδρεια*, & omnia intellectu erunt facillima. Hinc præterea luce meridiana clarius apparet, filium Pelopis, à quo urbi nomen eſt inditum, non Dyſpontium, ſed Dyſpontum nuncupatum fuiſſe, quemadmodum ſupra comment. 60 ex conjectura emendavimus. Verum & hoc obiter obſervandum venit, alios gentile nomen feciſſe ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΣ, quod ſatis evidenter liquet ex loco Pauſaniæ jam ſupra in medium adducto.

66 Δύστος, πόλις, Εὐβοίας.] Epitomator in deſcriptione hujus oppidi duntaxat Theopompi verba prætermiſit: *Δύστος, πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος.* Hujus civitatis nomen, ne dicam de ſitu, apud alios ſcriptores non occurrit.

67 Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ.] Hanc Dodonæ deſcriptionem condidit Hermolaus tam ſterilem, & tam paucis antiquorum teſtimoniis fultam, ut decimam ejus partem vix exhibuerit, ita enim ille: *Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ᾽ ἣν Δωδωναῖος Ζεύς. καὶ*

Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. - - - -

Φιλόξενος δὲ δύο φησι, Θεσπρωτικὴν καὶ Θετταλικὴν κακῶς. τὸν δὲ Δωδωναῖον, ἔλεγον Καιναῖον. (In genuino Fragmento legitur, *καὶ ναῖον*: ſed ſcribendum eſſe *καὶ Βωδωναῖον*, deinde probabimus.) *Ζηνόδοτος δὲ γράφει γωναῖον.* (Corrigo, *Φηγωναῖον.*) *ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Ἄλλοι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνων* (lego, *Βωδώνην*) *ὅπου τιμᾶται. εἴρηται ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν. ἢ ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἀπὸ Δῶνος* (Reponendum *Δωδῶνος*) *ποταμοῦ. λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ εὕρηται. σχηματίζεται δὲ Δωδώνιος. τὸ δὲ θηλυκὸν, Δωδωνίς. ἔστι δὲ καὶ παροιμία, Δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων. ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληττόμενον ἤχει ὑπὸ μάστιγος, ἢ ὅτι τῇ βίᾳ τῶν ἀνέμων ἤχει, ἀφ᾽ οὗ ἡ παροιμία.*

68 Καθ᾽ ἣν.] Epitome exhibet: *μεθ᾽ ἣν.*

69 Δωδώνης μεδέων.] In Epitome legitur, *καὶ Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου.* Eſt pars verſus Homerici ex Iliade Π deſumpti. Ita hic quoque legendum eſſe, non eſt improbabile.

70 Φιλόξενος.] Puto hic celeberrimum illum grammaticum debere intelligi, cujus teſtimonio Etymologici Magni Auctor, plus quam centem in locis utitur, licet nuſquam commentariorum in Homeri Odyſſeam meminerit.

71 Οὕτως.] Pro *οὕτως* in Epitome *κακῶς* exaratum eſt, quod longe præfero: nam jure meritoque Philoxeni ſententia à Stephano tanquam falſa damnatur atque rejicitur, quia nemo è veteribus geminam Dodonem, alteram

τικὴν, [72] ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός. Ἑτέ- A ρα δὲ ἡ Θετταλική, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχιλλεὺς καλεῖ τὸν Δία. ἔοικε δὲ οὕτως ἐπικεκλῆσθαι [73] τὸ ἀμφὶ Σελλοῖς, οἱ ναίουσιν ὑποφῆται ἀνιπτόποδες [74] χαμαιεῦνοι. Πῶς γὰρ τούτων μέμνηται ἀπὸ τῆς Θετταλικῆς καλῶν αὐτόν; Οὕτω δὲ καὶ B Ἐπαφρόδιτος ἐν τῇ π' τῆς Ἰλιάδος. τιμᾷ τοὺς ἐν Δωδώνῃ ἔχοντας ἐπιφανὲς μαντεῖον,

[75] Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι.

Ἐπικέκληκε δὲ Ἀχιλλεὺς τὸν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ γειτνιῶντα θεόν, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος εὔχεται τῷ C Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. [76] Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον. [77] Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Καὶ [78] Σουΐδας δέ φησι, Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, [79] καὶ D τούτου ἐπικαλεῖσθαι. [80] Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. [81] Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην, ὅπου τιμᾶται. [82] Κινέας δέ φησι, πόλιν ἐν Θεσσαλίᾳ εἶναι καὶ Φηγόν, καὶ τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον εἰς Ἤπειρον μετενεχθῆναι. Ὠνόμασται δὲ κατὰ Θρα- E σύβουλον, ὡς [83] Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αἴτιον, ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεα-

ticam appellant, ubi ex quercu oraculum redditur: iſta vero Theſſalica, unde Achilles Jovem nominat. Videtur vero ita appellatum templum, circa quod Selli habitant oraculorum interpretes, illotis pedibus humi cubantes. Quo modo enim illos meminiſſet, ſi à Theſſalica Jovem nuncuparet? Ita etiam Epaphroditus in commentariis ad Iliada Π. Eos honorat, qui Dodonæ inſigne habent oraculum:

Hunc vero dicit ad Dodonam contendiſſe.

Achilles vero Deum in Theſſalia vicinum invocavit, quemadmodum Pindarus Apollinem precatur in Lycia genitum, & Chryſes Smintheum. *Dodonæum* Jovem etiam *Bodonæum* appellarunt, ubi Zenodotus ſcribit *Phegonæum*, quia Dodonæ primum fagus oracula edidit. Et Suidas perhibet in Theſſalia fanum eſſe Jovis Phegonæi, & ab illo ita denominari. Alii ibi ſcribunt *Bodonæum*; traduntque illic eſſe urbem Bodonen, ubi hoc nomine colitur. Verum Cineas refert, urbem in Theſſalia Phegum reperiri, & oraculum Jovis in Epirum eſſe tranſlatum. Secundum vero Thraſybulum, teſte Epaphrodito in commentariis ad librum ſecundum Quæſtionum, à Dodone una ex Ocea-

ram Theſſalicam, alteram Theſproticam ſtatuerit. Si Dodona alibi Theſſalica, alibi vero Theſprotica appelletur, hoc ita accipiendum eſt, quod nunc hi, nunc illi eam ſui juris ſive ditionis fecerint. Omne dubium ſolvit locus Strabonis, qui lib. VII legitur: Ἡ Δωδώνη τοίνυν τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν, καὶ τὸ ὄρος ἢ ὁ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν. καὶ οἱ τραγικοί τε, καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην. ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐλέγετο. Hinc liquet clariſſime, antiquitus indifferenter Dononam Theſprotis & Molottis adſcriptam fuiſſe. Locus etiam egregius, noſtram hanc opinionem confirmans, legitur apud Æſchylum in Prometheo Vincto hiſce verbis:

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός,
Τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρυές.

Plura in hanc rem è veterum monumentis teſtimonia peti poſſent, ſed nemo, ut ſpero, manifeſtiſſimam veritatem rejiciet.

[72] Ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός.] Vox μαντεῖον non erat in membranis Seguierianis, locus ibi hunc in modum conſpicitur: ἐν ᾗ τομ * -ον. Unde conjicio, fortaſſis legendum eſſe: ἐν ᾗ ἐμαντεύετο ἐκ τῆς δρυός. Sic mox ſequetur: ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Sed parum refert, quocunque modo legatur.

[73] Τὸ ἀμφὶ Σέλλοις.] Eſt locus Homeri ex Iliade Π. De Sellis ſuo loco ad Stephani Epitomen dicturi ſumus.

[74] Χαμαιεῦνοι.] Lego, χαμαιεῦναι ex Homero & Origine contra Celſum, qui libro VII, ſic quoque hunc locum legebat.

[75] Τὸν δὲ ἐς Δωδώνην.] Eſt locus Homeri ex Odyſſ. Ξ, qui integer ita ſe habet:

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.

[76] Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον.] Cave ultimam vocem ſubſtantive pro templo ſive fano habeas: tali enim accentu notata apud Heſychium οἶκον καὶ ἱερὸν denotat. Occurrit hoc ſignificatu apud Heſiodum in Magnis Orientalibus, cujus verba hunc in modum ſunt corrigenda:

Τὴν δ' Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ τὸ χρηστήριον εἶναι
Τίμιον ἀνθρώποις. ναῖον δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ,
Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.

Nolo diutius meam diſſimulare conjecturam, cenſeo hunc Stephani locum eſſe mutilum, & pro ναῖον ſcribendum Βωδωναῖον, nam de Jove loquitur, qui à ſcriptoribus nonnunquam Dodonæus, Bodonæus & Phegonæus nuncupatur. Hanc indubitatam eſſe lectionem, nemo in dubium vocabit, qui paulo attentius totum locum examinaverit.

[77] Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε.] Et hunc locum leviter eſſe corruptum, firmiter mihi perſuadeo: ſi mei arbitrii res foret, reſcriberem: Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον.

[78] Σουΐδας.] Lexicographus ille non eſt intelligendus, qui non tantum Stephani, ſed etiam Hermolai Epitomatoris ætate inferior eſt. Fuit alius Suidas qui res Theſſalicas conſignavit, cujus Strabo lib. VII, & Apoll. Rhodii Scholiaſtes meminit.

[79] Καὶ τούτου ἐπικαλεῖσθαι.] Huic loco aliquid excidiſſe, quod ad ſententiæ perfectionem facit, non eſt quod dubitem: Fortaſſis legendum: Καὶ οὕτως ἀπὸ τούτου ἐπικαλεῖσθαι.

[80] Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε.] Et hunc locum à mala manu eſſe, certiſſimum eſt: Videtur hoc modo emendandus: Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναίου. Scilicet apud Suidam in Theſſalicis ambigua hæc ſcriptura olim conſpiciebatur: quidam codices Φηγωναίου, alii vero Βωδωναίου præferebant.

[81] Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην.] Hujus meminit etiam Stephanus noſter ſuo loco ex Apollodoro, ita de illa ſcribens: Βωδώνη, πόλις Περραιβική, ὡς Ἀπολλόδωρος. οἱ δ' ὀρθῶς, Θετταλίας, ἀπὸ Βωδώνου ἥρωος. ὁ πολίτης, Βωδωναῖος. Verum eadem eſt, ſive eam Bodonam ſive Dodonam vocites, & in Perrhæbia colloces: Nam Perrhæbi olim etiam Theſſaliam incoluerunt, unde à Lapithis pulſi ſunt

[82] Κινέας.] Ab Epitomatore in voce Ἔφυρα, Cineas Rhetor appellatur. Strabo libro VII etiam hujus meminit, & Pindari Scholiaſtes ad Pyth. Od. X circa finem, ſed exiſtimo ibi male hodie legi, Καινέας.

[83] Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αἴτιον.] Hiſce verbis apertum in eſſe mendum, nemo non videbit, qui rem probe examinaverit. Mirum eſt profecto unicam literam totum locum ita poſſe turbare, ut inde vix ſenſum elicias. Reponendum eſt, Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτιῶν. Firmiter enim apud me ſtatuo, Epaphroditum in Callima-

Ὠκεανίδων νυμφῶν. [84] Ἀκεστόδωρος δὲ A
[85] ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. εἰκὸς δὲ
ἀπὸ Δώδωνος ποταμοῦ, ὃν παρατίθησιν [86] ὁ
Τεχνικὸς ἐν τῷ α΄ τῆς καθόλου, λέγων.
οὕτως. Δώδων ποταμὸς Ἠπείρου. Διτταὶ δὲ
εἰσὶ Δωδῶναι, [87] αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ, κα- B
θάπερ ἄλλοι καὶ [88] Μνασέας. [89] Λέγεται καὶ
Δωδὼν, ἧς τὴν γενικὴν Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ
Ἀκαν-

Oceani Nymphæ. Aceſtodorus autem derivat à Dodone Jovis & Europæ filio. Sed veriſimile eſt, deſcendere iſtam appellationem à Dodone fluvio, quem allegat Technicus libro primo hiſtoriæ univerſalis, ita dicens: Dodon Epiri fluvius eſt. Geminæ autem ſunt Dodonæ, hæc, & altera in Italia, ut inter alios & Mnaſeas perhibet. Ipſa quoque urbs Dodon appellatur, cujus genitivo Sophocles utitur in Ulyſſe

Callimachi Quæſtionum libros commentaria edidiſſe, quæ hic à Stephano citantur. Sic quoque Theon illud argumentum tractavit apud Etymologici Mag. Auctorem in voce Βουκέρας, ubi hæc leguntur: οὕτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α΄ Αἰτίου Καλλιμάχου. Scio à Stephani verbis nomen Callimachi abeſſe; ſed res eſt notiſſima, antiquos ſine auctoris nomine, Quæſtionum ſive Αἰτιῶν libros citaſſe, qui non niſi Callimacho attribui poſſunt.

84 Ἀκεστόδωρος.] Hic ſcriptor & Plutarcho cognitus in Themiſtocle, & Etym. Mag. Auctori in Δωδωναῖος, & præterea noſtro in Μεγάλη πόλις, ubi divulgatum Ἀκεστόδωρος, ſed reſtituendum exiſtimo Ἀκεστόδωρος. Fuit Megalopolites & de Urbibus ſcripſit.

85 Ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης.] Fortaſſis ſcribendum eſt ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διός: nam τοῦ Δωδώνου caſum rectum nuſquam invenies. Igitur ſecundum Stephanum noſtrum alia fuit Aceſtodori, alia vero Thraſybuli de Dodonæ etymologia opinio. Aceſtodorus id nominis deducit à Dodone Jovis & Europæ filio: Thraſybulus vero à Dodona una ex nymphis Oceanitidibus. Etymologici Magni Auctor horum ſcriptorum opiniones confundit, ubi in voce Δωδωναῖος tradit, illos referre, Deucalionem in Epirum poſt diluvium adveniſſe, ſuperſtites cataclyſmi congregaſſe, & locum quem condiderat, à Jove & Dodona una ex Oceani numphis nuncupaſſe. Verum quia Etymologici verba mutila & male conſtituta videntur, ea huc tranſcribam, ut à nobis emendentur atque ſupplentur. Δευκαλίων, μετὰ τὸν ἐπ' αὐτοῦ γενόμενον κατακλυσμὸν, παραγενόμενος εἰς τὴν Ἤπειρον, ἐμαντεύετο ἐν τῇ δρυΐ, πελειάδος δὲ χρησμὸν αὐτῷ δούσης. κατοικίζει τὸν τόπον, συναθροίσας τοὺς περιλειφθέντας ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων, Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσε. ἡ ἱστορία παρὰ Θρασυβούλῳ καὶ Ἀκεστοδώρῳ. Hæc verba ſi conferas cum iis, quæ ex hiſce ſcriptoribus Stephanus perhibet, utramque opinionem non conſpicies; adeo ut firmiter mihi perſuadeam, ultima in Etymologo verba eſſe mutila, & iis quædam excidiſſe: Fortaſſis totus locus hunc in modum eſt emendandus: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης, ἢ ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν, Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσε. Vel minori mutatione ita ſuppleri poſſet: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων &c. Si hoc vel illo modo locum conſtituas, & Thraſybuli & Aceſtodori ſententia in iſtis verbis erit clara atque conſpicua. Eandem prorſus lacunam obſervare licet in commentariis Didymi, ut putatur, qui ad Iliad. Π etiam Dodonam ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων denominatam perhibet. Nihil enim inſulſius dici poteſt, quam Dodonam à Jove & Dodona nympha nomen ſortiri. Lego itaque & hoc loco: ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων &c. Sed quid juvat antiquiſſimis Græcorum fabulis inhærere: hiſce relictis ad ipſam potius veritatem tranſeamus. Admodum veriſimile τῆς Δωδώνης etymon, ut ego quidem exiſtimo, nobis communicavit nobiliſſimus atque eruditiſſimus Jacobus Palmerius in ſua Græciæ antiquæ deſcriptione, quam admodum reverendus & eruditione conſpicuus Stephanus Morinus ex Galliis ad me tranſmiſit, ut in hac urbe typis excuderetur, quod ob publicas hujus Reipublicæ calamitates nondum licuit. Ut autem aliquem eximii hujus operis guſtum lectori exhiberem, Palmerii opinionem de Dodonæ etymologia inde delibare, atque ipſiſſima viri Clariſſimi verba, ex cap. XLIV ubi de Molottia agit, huc tranſcribere non pigebit. „Quod ad etymon & nominis cauſam attinet, Stephanus „non mihi perſuadet cum ſuo Dodone fluvio, nec cum „ſua Oceanitide nympha, quæ in oceano longiſſime à „Moloſſia habitare debuit; nec cum ſuo Dodone Jovis & „Europæ filio fabuloſo. Id fecerunt Græci quidam auctores nullius auctoritatis ſuo more, qui ſemper heroum „aut nympharum nomina ſomniabant, ut urbium natalia „auguſtiora faciant. Si auctores habuiſſet notos & celebres „Stephanus, eos proculdubio nominaſſet, quod ſæpe facit. „Et quia opinionum diverſitas indicat, nihil in eo certi aut „veriſimilitudinis eſſe, à talibus fabulis lubens deficio, ubi „nominis cauſa evidens alia ſuppetit. Igitur nullus dubito, „quin à lebete illo celebrato, & ab ejus ſono, aliis locis „inuſitato, nomen locus ille acceperit: qui lebes, vel à „ventis vel ab hominibus pulſatus, dum Δω Δω ingeminabat, nomen dedit loco: nam reduplicatum illud Δω Δω „per ω mega rariſſime vel nunquam in Græca lingua occurrens, id omnino evincere videtur. De oraculo illo „celebrato æneo, quod Dodonæ erat, locus eſt in ſupplemento libri VII Strabonis eximius, qui ſic habet. Ὅτι ἡ „παροιμία τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη. χαλκεῖον ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα „μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων. ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτὴ, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους. οἳ „πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο. Id eſt: *Proverbium Dodonæus lebes inde dictum eſt. Æneum vas erat in fano, quod „ſuperpoſitum habebat viri ſimulachrum, tenentem flagrum ex ære, Corcyræorum donarium. Id flagrum autem „tribus conſtabat catenis, quæ aſtragalos pendentes habebant, qui pulſantes æneum vas aſſidue, quando à ventis „agitabantur, magnos ſonos edebant.* En prima nolarum „& campanarum mentio: quod inventum nunquam antea viſum, nomen impoſuit loco ex ſoni ſimilitudine per „ὀνοματοποιΐαν.

86 Ὁ Τεχνικὸς ἐν τῷ α΄ τῆς καθόλου.] Non eſt hoc loco intelligendus Apollonius Dyſcolus, ſed Herodianus, qui ab Euſtathio etiam Τεχνικὸς appellatur, uti liquet ex commentariis ad Iliada B: ὁ δὲ Τεχνικός φησι διὰ τοῦ ι. Τεχνικὸν λέγω τὸν Ἡρωδιανόν. Non diffiteor etiam Apollonium hoc nomino inſigniri, ſed is librum de Univerſali non conſignavit, quod opus paſſim Herodiano attribuitur. Τεχνικὸς proprie is eſt, qui Artem, id eſt, Grammaticam docet vel conſcribit. C. Julius Rom. Grammaticus à Soſipatro Chariſio Artis ſcriptor nominatur. Verum non ſemper τὸ Τεχνικὸς pro Grammatico, ſed quandoque etiam pro Mathematico ſive rerum Geographicarum perito accipitur; quo ſignificatu apud Agathemerum lib. I cap. VI occurrit. Τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σαφεστάτως διέθετο. Et capite VIII ejuſdem libri: Ὡς παρὰ τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν.

87 Αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ.] Diligenter inveſtigando, Dodonam Italicam nec apud antiquos, nec apud recentiores geographos invenire potui. Fortaſſis incidit noſter in depravatum Mnaſeæ codicem, quod iſtius ætatis ſcriptoribus ſæpiſſime contigit, in quo pro *Bobonia* ſive *Bononia* (quæ Italiæ colonia & municipium erat) *Dodone* vel *Dodonia*, vel ſimile mendum obrepſerat: nam τὸ B & D librarios confundere aliquando, res eſt notiſſima & non inſolens.

88 Μνασέας.] Cum tres hujus nominis hiſtorici exſtiterint, Berytius, Colophonius & Patrenſis, difficulter dixerim, quiſnam hic intelligi debeat. Vide Voſſium de Hiſt. Græc. lib. I.

89 Λέγεται καὶ Δωδών.] Hoc nomen etiam de regione & urbe ſumitur: fluvius vero, retracto accentu, Δώδων appellatur, uti liquet ex verbis Euſtathii ad Dionyſii periegeſin: Ἰστέον δὲ ὅτι Δωδώνη οὐ μόνον ἡ χώρα, ἀλλὰ καὶ πόλις ἦν Δωδώνη, ἀπὸ Δωδώνης τῆς Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἐκ ποταμοῦ Δώδωνος. ἐλέγετο δὲ καὶ Δωδὼν δισυλλάβως.

Ἀκανθοπλῆγι. Νῦν δ᾽ [90] οὔτεμε εἰς Δωδῶνα, [91] οὔτε Πυθικῶν γυ *** τις ἀπείσεν. Καὶ δοτικήν. [92] Δωδῶνιν αἴων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν. Καὶ ἐν Τραχινίαις. Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν [93] αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι [94] δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Καὶ Καλλίμαχος. Τὸν ἐν Δωδῶνι λεγόμενον οὖν [95] ἠχώχαλκον ἤγειρον. Καὶ τὴν αἰτιατικήν φησιν [96] Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ.

Ἵκομεν ἐς Δωδῶνα Διὸς φηγοῖο προφῆτιν.

[97] Λέγεται δὲ καὶ εἰς Ω. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος.

Ζηνὸς ἕδος Κρονίδαο μάκαιρ᾽ ὑπεδέξατο Δωδώ.

Ἠδύνατο δ᾽ ἡ Δωδῶνος γενικὴ μετὰ τῆς λοιπῆς κινήσεως [98] καὶ κλίσις εἶναι τῆς Δωδών, εἴπερ ἦν ἐν χρήσει τῆς πόλεως ἡ εὐθεία. Διόπερ ἔοικεν [99] ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνι-

A Ulyſſe ſpinis flagellato: Nunc autem ne quis amplius ad Dodonidis urbem, aut regionem Pythicam abeat. Et dativo: Jupiter Dononi habitans, eundem cum mortalibus habet larem. Et in Trachiniis ait: Sic antiquam fagum ceciniſſe aliquando in Dodone, duabus B columbis vaticinantibus. Et Callimachus: Æs illud reſonans in Dodone ſuſcitarunt. Etiam accuſativum Dodona Euphorio in Anio uſurpat:

Venimus in Dodona Jovis fagini fatidicam.

C Et Nominativus etiam in O magnum deſinit, quem Simmia Rhodius adhibet:

Sedem Jovis Saturnii beata ſuſcepit Dodo.

D Poterat autem genitivus Dodonis cum reliquis caſibus etiam declinari à caſu recto Dodo, ſiquidem hic urbis nominativus in uſu eſt. Quare artificialis inde formatio pro gentili videtur haben-

[90] Οὔτεμε.] Non eſt vox ſana: reponendum fortaſſis: οὔτε μὲν.

[91] Οὔτε Πυθικῶν γυ *** τις ἀπείσεν.] Facili negotio & conjectura hanc lacunam quis replere poſſet, legendo: Νῦν δ᾽ οὔτε μὲν εἰς Δωδῶνα, οὔτε Πυθικῶν γῆν τις ἀπείσιν. Nihil occurrit melius divinandum, preſſius veſtigiis vulgatæ lectionis & τῶν ἀντιγράφων inſiſtenti, in quibus lacuna non conſpicitur.

[92] Δωδῶνιν αἴων Ζεύς.] In hiſce verbis dandi caſum, de quo Stephanus loquitur, non video. Locus tranſpoſitione unius literulæ laborat. Legendum eſt: Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.

[93] Αὐδῆσαι.] Alii ex autographo tranſcripſerunt, αὐδῆσθαι.

[94] Δισσῶν ἐκ πελειάδων.] Sic fabuloſa antiquitas ſuperſtitioſe credebat, columbas oracula, quæ maximæ auctoritatis & famæ erant, è quercu reſpondiſſe: imo præſertim in honore erant apud Ætolos, & eorum finitimos Acarnanas atque Epirotas. Pauſanias in Achaicis: Καταφεύγουσιν οὖν ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δωδώνῃ. τοῖς γὰρ τὴν Ἤπειρον ταύτην οἰκοῦσι, τοῖς τε Αἰτωλοῖς καὶ τοῖς προσχώροις αὐτῶν Ἀκαρνᾶσι καὶ Ἠπειρώταις, αἱ πέλειαι καὶ τὰ ἐκ τῆς δρυὸς μαντεύματα μετέχειν μάλιστα ἐφαίνοντο ἀληθείας. Verum πελειάς & πέλεια voces ſunt valde ambiguæ, quibuſque duplex ſignificatio veteribus attribuitur, nam vulgari lingua *Columbam*, Theſſalica ſive Epirotica *vetulam* & *vaticinatricem* denotant. Servius ad Eclog. IX Virgilii: *Nam in Epiro dicitur nemus fuiſſe, in quo reſponſa dabant columbæ: quod ideo fingitur, quia lingua Theſſala Peliades & columbæ & vaticinatrices vocantur.* Optime quoque in hanc rem ſcripſit Heſychius: Πέλειαι, περιστεραί. καὶ αἱ ἐν Δωδώνῃ θεσπίζουσαι μάντεις. Et mox ſequitur: Πελείους, Κῷοι καὶ οἱ Ἠπειρῶται τοὺς γέροντας καὶ τὰς πρεσβύτιδας. Hic locus ſatis eſt integer & nulla ſuppletione, ut vir doctus putavit, indiget. Egregie quoque hac de re ſcribit Euſtathius ad Odyſſ. Ξ. pag. 1760. Ὁ δὲ αὐτὸς, καὶ εἰς τὰς ἐκεῖ λεγομένας μαντικὰς πελείας, φησὶν, ὅτι αἱ πέλειαι εἰς οἰωνοσκοπίαν ὑπονοοῦνται, καθὰ καὶ κορακομάντεις ἦσάν τινες. οἱ δὲ, τὸ παλαιὸν μὲν ἄνδρας προφητεύειν φασίν. ὕστερον δὲ, τρεῖς ἀποδειχθῆναι γραίας προφήτιδας, ἃς πελείας καλεῖσθαι γλώσσῃ Μολοττῶν, ὡς τοὺς γέροντας πελείους. Etiam Herodotus perhibet, ſe ab antiſtitibus Dodonæis accepiſſe, geminas Thebis Ægyptiis columbas avolaſſe, utramque nigram, unam quidem in Libyam, alteram ad Dodonæos, quæ fago inſidens humana voce loquuta ſit. Verum hæc ſacerdotum Dodonæorum relatio ipſi Herodoto fuit ſuſpecta admodum, & fabuloſa habita: nam quod mulieres à Dodonæis columbæ vocatæ ſint, hanc ob cauſam ipſi videbatur factum, quia barbaræ eſſent, & avibus quiddam ſimile ſonarent. Locus quia egregius eſt, eum ex Euterpe huc tranſcribam: Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν. ἐδόκεε δέ σφι ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον τὴν πελειάδα ἀνθρωπίνῃ φωνῇ αὐδάξασθαι λέγουσι, ἐπεί τε τὰ συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνή. ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ἂν πελειὰς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθέγξαιτο; Etiam Servius mentionem facit ad lib. III Æneid. de vetula quadam, cui Pelias nomen erat. *Circa hoc templum quercus immanis fuiſſe dicitur, ex cujus radicibus fons manabat, qui ſuo murmure inſtinctu deorum diverſis oracula reddebat: quæ murmura anus Pelias nomine interpretata hominibus diſſerebat.* Plura hanc materiam ſpectantia colligi poſſent, verum hæc ſufficere mihi videntur.

[95] Ἠχώχαλκον.] In antigrapho inveni, ἐκάχαλκον, quæ vox eſt nihili. Vulgata lectio optime ſe habet, & non eſt ſollicitanda. Simile compoſitum occurrit apud Scholiaſtam ad lib. I Apoll. Rhodii, ubi Herculis clavam totam æneam fuiſſe perhibet. Χαλκοβαρεῖ δὲ, τῷ ἰσχυρῷ, ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ. Πείσανδρος δέ φησιν ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους. Lectionem eſſe probam, perſpicue liquet ex verbis, quæ ex Menedemone noſter infra citat, ubi tripodibus Dodonæis τὴν ἐπήχησιν & τὸν ἦχον adſcribit: Ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν, ἑκάστῳ διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται.

[96] Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ.] An hac inſcriptione fabulam divulgaverit Euphorio, nondum pro certo mihi conſtat. In voce Ἀλύβη citatur Euphorio ἐν Ἀραῖς: in Ἄσωρον Euphorio in Artemidoro: & in Scholiis ad Apol. Rhodii Argonautica Euphorio in Apollodoro: verum illa ad hunc locum non pertinent. Anium fuiſſe Apollinis F. Deli regem & ſacerdotem, theologiæ mythicæ doctores paſſim inculcant.

[97] Λέγεται δὲ καὶ εἰς Ω.] Hæc phraſis non eſt ſani coloris, imo Græcis auribus plane inſolita. Reſcribendum eſt unica mutata litera: λήγεται δὲ καὶ εἰς Ω. Non teram tempus in hac lectione aſſerenda, tantum indicabo, eundem Simmiæ locum exſtare apud Strabonem lib. VIII, quod firmiter noſtram conjecturam corroborat: recenſet enim ibi Geographus ex poëtis Græcis plurima vocabula fine amputato, ut Μέση pro Μεσσήνη, δῶ pro δῶμα, βρὶ pro βριαρὸν, ῥᾶ pro ῥάδιον, λὶ pro λίαν, Συρακὼ pro Συρακούσας. Denique ex Simmia Rhodio ſubjungit idem exemplum, quod jam producit Stephanus: Δωδὼ καὶ τὴν Δωδώνην, Σιμμίας.

[98] Καὶ κλίσις εἶναι τῆς Δωδών.] Videtur non incommode ſubſtitui poſſe: καὶ κλίσις εἶναι ἀπὸ τῆς Δωδώ. Imo exiſtimo hanc lectionem eſſe veriſſimam.

[99] Ὁ τεχνικὸς μεϊαπλασμός.] Ut hæc verba probe intelligas,

ἐθνικὸν, [1] ταύτης ἄῤῥητον ὡς πεπονθυίας· εἰ δέ τις χρηματίσειεν, ἔσται Δωδώνιος, [2] ὡς Πλευρῶνος Πλευρώνιος, Καλυδῶνος Καλυδώνιος, [3] τῆς μέν τοι Δωδώνης Δωδωναῖος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Μολοσσῶν πρὸς μεσημβρίης οἰκέουσι Δωδωναῖοι. Καὶ Ὅμηρος. A B

[4] Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. ----

Καὶ [5] Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις. Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθῃ γεράνῳ προσεοικώς. Καὶ τὸ θῆλυ Δωδωνὶς ἀπὸ τοῦ Δωδώνη, ὡς [6] Παλλήνη Παλληνίς. Ἀπολλώνιος. C

Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Καὶ [8] Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι. [9] Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερέας Δωδωνίδας. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν α' περὶ θεῶν, τὸν Δωδωναῖον οὕτως ἐτυμολογεῖ. Καθάπερ οἱ τὸν Δία [10] Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά. [11] Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν. D

habenda, cum hujuſmodi urbis appellatio in uſu ſit: hac formandi ratione ſi quis uti velit, fiet Dodonius, ut à Pleuronis Pleuronius, Calydonis Calydonius: ſed à Dodones genitivo fit Dodonæus, quo Hecatæus in Europa utitur: Ad meridionalem Meloſſorum regionem adhabitant Dodonæi. Et Homerus:

Jupiter rex Dodonæe. ----

Et Cratinus in Archilochis: Dodonæo cani occanti mamma grui perſimilis. Et fœmininum Dodonis fit à Dodone, uti à Pellene Pellenis, cujus Apollonius meninit:

Carinam Minerva ex Dodonide adaptavit quercu.

Et Sophocles in Ulyſſe ſpinis cæſo: Fatiloquas ſacerdotes Dodonidas. Sed Apollodorus libro primo de Diis, ſic Dodonæi etymon deſcribit. Quemadmodum Jovem Dodonæum quidam ſic vocant à δίδωμι, quia dat nobis omnia bona: Pelaſgicum autem à πέλας & γῆ, quia terræ vicinus eſt.

telligas, ſcil = oporret, Stephanum diſtinguere inter gentilia ſecundum typum loci (quæ vocat κατὰ τύπον, modo κατὰ τὸ ἐπιχώριον, aut τὴν συνήθειαν τῆς χώρας, & κατὰ συνήθειαν) & inter illa quæ ex Analogia, aut ex lege artis, id eſt, κατὰ τέχνην formata ſunt. De ultima hac formandi ratione κατὰ τέχνην legimus in vocabulo Ἀβρότονον, cujus gentile non erat in uſu, ita enim ibi loquitur: Τὸ ἐθνικὸν, οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεύς, καὶ Σούνιον Σουνιεύς &c. οὕτως Ἀβροτονεύς. Et in Ἀδάρου πόλις. ὁ πολίτης, Ἀδαρουπολίτης, ὡς Ἡλιοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, τοῦ τεχνικοῦ λόγου. Et alibi: Ἀγαθοῦ Δαίμονος. νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον. Et ſic paſſim aliis in locis, ubi fuſius hanc materiam declaramus. Itaque hoc loco per *artificialem formationem* nihil aliud intelligit, quam gentile κατὰ τέχνην, ex lege artis formatum.

1 Ταύτης ἄῤῥητον ὡς πεπονθυίας.] Fateor ingenue me hæc verba clare atque diſtincte non percipere. Occultum hic latere vulnus, firmiter mihi perſuadeo, quod quomodo curetur, difficulter dixerim. Si locum ita conſtituas ſenſus erit clarior: Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μετασχηματισμὸς ἠγνοεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ ταύτης ἄῤῥητον οὐ πεπονθυίας. Hanc lectionem in verſione, quantum potuerim, expreſſi. Τὸ ἄῤῥητον apud noſtrum Stephanum *inuſitatum* denotare, liquet perſpicue in voce Βερένικος, quam dicit eſſe γενικὴν τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου, *genitivum à caſu recto inuſitato.*

2 Ὡς Πλευρῶνος Πλευρώνιος.] Reſcribendum videtur: ὡς ἀπὸ τοῦ Πλευρῶνος Πλευρώνιος.

3 Τῆς μέν τοι Δωδώνης Δωδωναῖος.] Noſter τοῦ Δωδώνιος uſum permittit, ſi ex lege artis & κατὰ τεχνικὸν μετασχηματισμὸν illud à voce Δωδὼν formemus, cujus κλίσιν pluribus probavit. Et alium ſenſum non habent verba Hermolai in Epitome, ubi de hoc gentili ſcribit: λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ εὕρηται. χρηματίζεται δὲ Δωδώνιος. Id eſt: à voce Dodon non reperitur gentile κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον, ſed κατὰ τέχνην formatum. E Græcis neminem, è Latinis Claudianum novi, qui illud gentile uſurpaverit, ita enim ille de Raptu Proſerp.

Unde datæ populo leges, & glande relicta
Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Voce Δωδωναῖος paſſim Græci & Latini utuntur. Græcorum teſtimonia producere ſupervacaneum exiſtimo, utpote quæ apud auctorem noſtrum hoc tmemate frequentiora occurrunt. Habet hoc gentile Juſtinus lib. XVII cap. III: *Sed Pyrrhus cum in templum DODONÆI Jovis veniſſet.* Et Livius lib. VIII cap. XXIV: *Alexandrumque Epiri regem, ab exule Lucano interfectum, ſortes DODONÆI Jovis eventu affirmaſſe.*

4 Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε.] Locus eſt deſumptus ex Iliade Π.

5 Κρατῖνος.] Auctor priſcæ Comœdiæ, cujus Horatius meminit:

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poëtæ
Atque alii, quorum comœdia priſca virorum eſt.

6 Παλλήνη Παλληνίς.] Lego confidenter: ὡς Πελλήνη Πελληνίς. Stephani Epitomator infra ſic ſcribit: Πελλήνη, πόλις Ἀχαΐας. λέγεται καὶ Πελλίνα, ὡς Μιτυλίνα. ὁ πολίτης, Πελληνεύς. τὸ θηλυκὸν, Πελληνίς.

7 Ἀπολλώνιος.] Locum tranſcripſit noſter vel ex libro I, vel ex lib. IV. Apol. Rhodii, nam utroque libro hic verſiculus legitur. Idem quoque Apollodorus libro I, Biblioth. affirmat de navi Argo Κατὰ δὲ τὴν πρῷραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν ἔχουσα ξύλον. Et Valerius Flaccus principio ſui operis huc reſpexiſſe videtur:

---- Canimus freta pervia nautis
Fatidicamque ratem.

Id eſt προφῆτιν. Cujus prædictionis illuſtre exemplum adfert Apollon. Rhod. Scholiaſt. ad lib. I. Ἡ τρόπις τῆς Ἀργοῦς, φησὶ, φωνῆεν ἔχουσα ξύλον, μετέδωκεν αὐτοῖς τὸν Διὸς χόλον φεύγειν, καὶ πρὸς Κίρκην ἀφικέσθαι τὸν Ἀψύρτου φόνον καθαρθησομένους.

8 Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι.] Vide doctiſſimum Caſaubonum ad Athenæum lib. VII cap. IV.

9 Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερέας Δωδωνίδας.] Jupiter in templo Dodonæo, relictis viris, ad prophetiam fœminas adſcivit, quemadmodum legimus apud Originem contra Celſum lib. VIII. Καὶ ὁ Δωδώνης δὲ μεδέων δυσχειμέρου, παρ' ᾧ εἰσιν οἱ προφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι ἀποδοκιμάσας τὸ τῶν ἀνδρῶν εἰς προφητείαν γένος, ταῖς Δωδωνίσι χρῆται. Initio quidem viri fuerunt, Tomari ſive Tamuri nuncupati, qui prædicerent, ſicuti ex Homero, interpretes Dei nominante, non obſcure liquet: verum interjecto longi temporis ſpatio, tres anus ad hoc miniſterium ſunt deſignatæ, auctore Strabone lib. VII, de iis ſic ſcribente: Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες, καὶ τοῦτ' ἴσως ὁ ποιητὴς ἐμφαίνει. ὑποφήτας γὰρ καλεῖ, ἐν οἷς τάττοιντο καὶ οἱ προφῆται. ὕστερον δ' ἀπεδείχθησαν τρεῖς γραῖαι, ἐπειδὴ καὶ σύνναος τῷ Διῒ προσαπεδείχθη καὶ ἡ Διώνη. Harum vetularum natu maxima Promenea, proxima Timarete, & natu minima Nicandra appellabatur, quemadmodum in Euterpe docet Herodotus, & ex illo Sophoclis Scholiaſtes, nec non Euſtathius ad Odyſſeam Ξ. pag. 1760. Vetum hiſce vetulis, quia una earum mala fide oraculum ediderat, non erat licitum Bœotiis oraculum ſciſcitantibus reſpondere: gaudebant enim illi hoc privilegio, ut à viris, non autem à vetulis oraculum acciperent, qua de re ſic ſcribit Strabo libro IX: Ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ.

10 Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά.] Hujus etymi ratio non plane abſurda viſa fuit Euſtathio, ita enim ille ad Iliad. Π. ubi non tam differt ab Apollodoro, quam ejus ſententiam accuratius deſcribit. Ἕτεροι δὲ Δωδώνην ἀλληγοροῦντες, ἐνταῦθα τὴν γῆν φασὶ, παρὰ τοῦ δῶ δώσω, ὡς δοτεῖραν καὶ ἀνησιδώραν καὶ ζείδωρον.

11 Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν.] Et hujus etymologiæ ratio

ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον πα- A ροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς Μενεδήμων φησίν. ἀπὸ γὰρ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, [12] ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχη- B σιν ἑκάστῳ, [13] διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται. ἡ παροιμία δὲ οὔ φησιν εἰ μὴ χαλκίον, [14] ἐν ἄλλῳ λέβητας ἢ τρίποδας πολλούς. Προσθετέον οὖν [15] τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι, ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ, C [16] καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι, [17] λέγοντι κατὰ τὸ Β΄. ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι β΄ παράλληλοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου χαλκίον ἐστὶν οὐ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλήσιον λέβησι. ἐπὶ δὲ θατέρου [18] παιδά- D ριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, οὗ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων ἕστηκεν. ὅτ᾽ ἂν οὖν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν τοὺς τῆς μάστιγος [19] ἱμάντας χαλκοῦς, ὄντας ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν, [20] αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύ- E ματος, συνέβαινε ψαύειν τοῦ χαλκίου, καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ποιεῖν, ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ, καὶ κατὰ μέν τοι τοὺς ἡμετέρους φησὶν ὁ [21] Ταρραῖος.

A nus eſt. Eſt autem ÆS DODONÆUM proverbium in loquaces, uti Menedemon auctor eſt: quia Dodonæi Jovis templum muros non habet, ſed tripodas plurimos arctiſſime ſibi invicem junctos, adeo ut ſi unum percutias, B ſtrepitum ſimul ob contactum ad unumquemque eorum tranſmittas, qui perdurat uſque dum ſonus ad unum illum redierit. Proverbium autem non ait niſi ÆS: apud alium lebetes & tripodas multos. Aſſentiendum itaque C Polemoni Periegetæ, qui accurate ipſam Dodonam pernorat, & Ariſtidæ, qui ejus opera deſcripſit, libro ſecundo ita affirmanti: In Dodona duæ ſunt columnæ paralellæ & vicinæ: In altera quidem ahenum eſt non magnum, D hodiernis lebetibus ſimile: in altera puerulus dextra flagellum tenens, cui ad dextram appoſita eſt columna cum lebete. Ventus itaque cum difflaverit hujus flagelli funiculos, æneos quidem, ſed ad ſimilitudinem naturalium funium flexiles, contingit, eoſdem à E vento ſublatos ſine intermiſſione vas illud æneum percutere, uſque dum fluerit ventus, quod ſecundum noſtros etiam Tarrhæus

giæ ratio Euſtathio arriſiſſe videtur, ita enim ſcribit loco jam proxime allegato. Οὕτω δὲ συμβιβάζουσι καὶ τὸ, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων. Πελασγικὲ μὲν, διὰ τὸ πέλας ἡμῶν εἶναι τῆς περὶ γῆν, ὃ καὶ ὁ Δωδωναῖος ἐδήλου. Themiſtio longe alia fuit mens atque opinio, Jovem enim exiſtimat Pelaſgicum, Apollinem Amyclæum, & Mercurium Cyllenium appellari à locis, quæ præcipue amant atque conſervant, ita enim ille Oratione x, ubi refert Scipionem Africani cognomen obtinuiſſe: Οὕτω γὰρ καὶ τοὺς θεοὺς οἶμαι καλοῦμεν, τὸν μὲν Δία Πελασγικὸν, Ἀμυκλαῖον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, Κυλλήνιον δὲ τὸν Ἑρμῆν, ἐξ ὧν μάλιστα ἀγαπῶσι χωρίων, καὶ οἳ διασώζουσι.

[12] Ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον.] Hic tripodum numerus quotannis à Bœotis augebatur, qui data occaſione unum aliquem dedicatorum apud ſe tripodum noctu auferentes, & veſtibus occultantes, clam Dodonam deportabant, ut Strabo lib. IX auctor eſt: Τὰς μέν τοι προφήτιδας ἐξηγουμένας τοὐναντίον εἰπεῖν, ὅτι προστάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας, εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ᾽ ἔτος. καὶ δὴ καὶ ποιεῖν τοῦτο. ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων, νύκτωρ καθαιροῦντας, καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.

[13] Διαμένειν τὸν ἦχον.] In apographis, quæ videre licuit, legebatur: διανέμειν τὸν ἦχον: ſed lectionem editam præfero. Nos locum alio modo, quam repræſentabat vulgata editio interpunximus, ut tanto melius reſponderet Euſtathio, eandem ſententiam ad Odyſſ. Ξ Pauſaniæ adſcribenti: Δῆλον δὲ ὡς ἐκ ταύτης καὶ τὸ παροιμιακὸν, Δωδωναῖον χαλκεῖον. περὶ οὗ Παυσανίας φησὶν, ὅτι ἐν Δωδώνῃ πολλῶν παραλλήλων κειμένων λεβήτων, εἴ τις ἑνὸς ἅψαιτο, φασὶν ἐκ διαδοχῆς πάντας ἠχεῖν.

[14] Ἐν ἄλλῳ.] In antigraphis: ἐν ἄλλοις, Quod merito repudiatur.

[15] Τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι.] Sic Polemo Periegetes cognominabatur ab accuratiſſima rerum omnium deſcriptione, quas poſteris relinquebat: & quemadmodum quatuor libros compoſuit, teſte Strabone libro IX, de Donariis in Athenienſium arce dedicatis, ſic ille mea ſententia non erraret, qui ſtatuat Polemonem accuratam templi Dodonæi delineationem exhibuiſſe.

[16] Καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι.] Hanc artem, qua inſimulatur Ariſtides Stephano noſtro, diſcipulos doctoribus ſuis factitaſſe, non opus eſt ut pluribus demonſtretur. Suidas mentionem facit de Ariſtide Rhetore, qui tempore Trajani floruit, & Polemonem Laodicenſem, Smyrnæ docentem, præceptorem habuit. Πολέμων Λαοδικεὺς, ἤγουν ἐκ Λαοδικείας τῆς πρὸς τῷ Λύκῳ ποταμῷ, ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς σοφιστεύσας ἐν Σμύρνῃ διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος. ἦν δὲ ἐπί τε Τραϊανοῦ, καὶ μετ᾽ αὐτόν. Verum licet hæc admodum ſpecioſa videantur, non tamen hoc loco Polemo, nec Ariſtides intelligi poſſunt, cum is, cui Periegetæ cognomen erat, tempore Ptolemæi Euergetæ vixerit, & diſcipulum, Trajani tempore florentem, non habuerit. Mirum profecto, quod Euſtathius ad Odyſſ. Ξ. hanc Dodonæ deſcriptionem non Ariſtidæ, ſed Ariſtoteli adſcribat, ita enim ille: Ἀριστοτέλης δὲ, δύο στύλους εἶναι λέγει. καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου, λέβητα ἑστάναι. ἐπὶ δὲ θατέρου παῖδα, κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας καὶ σφοδροὺς ὑπ᾽ ἀνέμου, τῷ λέβητι προσκρούειν, τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. Fortaſſis in Euſtathii exemplaribus Ἀρισ. exaratum fuit, ex cujus compendio editionis præfecti poſtea fecere, quod nunc legimus.

[17] Λέγοντι κατὰ τὸν Β΄.] Numeri nota non fuit in contextu MS, ſed in margine, ut mihi antigraphum fidem fecit.

[18] Παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον.] Accuratiſſimam hujus flagelli deſcriptionem habemus apud Strabonem in Excerptis libri VII: Cujus integrum locum vide commentario 85. pag. 321.

[19] Ἱμάντας χαλκοῦς.] Lectio deturpata & minime ferenda: reſcribendum eſt: ἱμάντας χαλκέους. De hac emendatione nemo dubitabit, qui locum Euſtathii proxime allegatum inſpexerit.

[20] Αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος.] Huic non diſſimilis eſt narratio, quam legimus apud Plinium lib. XXXVI cap. XIII, in deſcriptione labyrinthi, quem ſibi Porſena rex Hetruriæ ſepulchri cauſa fecerat ſub urbe Cluſio. *Supra id quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, in medio una, in imo latæ pedum ſeptuagenûm quinûm, altæ centum quinquagenûm: ita faſtigiatæ, ut in ſummo orbis æneus petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata, longe ſonitus referant, ut Dodonæ olim factum.*

[21] Ταρραῖος.] Hujus ſcriptoris etiam fit mentio in voce Θεσσαλονίκη, ubi ſic ſcribit Epitomator: Λούκιλλος δὲ ὁ Ταρραῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν. Non puto

ῥαῖος. Εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος, οἱ δὲ ἱμάντες * * * πεπλώκασιν. Παρὰ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων ἠκούσαμεν, ὡς ἐπείπερ ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἠχεῖ δ᾽ ἐπὶ πολὺν χρόνον, [22] ὡς χειμερίας τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης, εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεδόθη. Μέμνηται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Ἀρρηφόρῳ. Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν [23] Μυρτίλην ταύτην τις, ἣν τίτθην καλεῖ, [24] πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωναῖον ἄν τι χαλκίον, ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παράψηθ᾽ ὁ παριὼν, τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαι θᾶττον, ἢ ταύτην λαλοῦσαν, νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

ΔΩΝΕΤΤΙ͂ΝΟΙ, [25] ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥιανὸς δ´ Θεσσαλικῶν.

Ἀτὰρ Δωνέττινοι ἠδ᾽ ὀτρηροὶ [26] Κεραῖνες.

Καὶ ἐν τῷ ζ´.

Ἑπτὰ δὲ Δωνέττινοι, ἀτὰρ ὀκτὼ καὶ δέκα Κᾶρες.

ΔΩ͂ΡΑ, [27] νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, [28] καθὰ Στράβων ις´. [29] Τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῆς ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα. ὁ νησιώτης Δωρίτης, ὡς τοῦ Στάγειρα Σταγειρίτης, Ἄβδηρα Ἀβδηρίτης. [30] οὕτω καὶ Ὧρος. [31] Εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ χαρακτηρισθῆναι δεῖ,

rhæus fatetur: Si acceperit flagellum, illi funes ceciderunt. * * * Nos autem ab incolis ipſis audivimus, æs illud à flagello percuſſum longum tempus reſonare, hiemali cœlo, ſub quo ſita eſt Dodone, illud adjuvante. Unde merito in proverbium abjit, cujus Menander meminit in Comœdia Arrhephoro: Hanc ſi quis ſemel moverit Myrtilam, quam ille ſuam nutricem vocat, finem loquelæ tandem facit ÆS DODONÆUM, quod ſi quis prætereuntium illud tetigerit, totam ajunt reſonare diem, ſed tamen citius ſilere, quam hanc noſtram loquacem, quippe quæ & noctem diei adjungat.

DONETTINI, gens Moloſſica, cujus Rhianus libro IV rerum Theſſalicarum meminit:

Cæterum Donettini & ſeduli Ceraines.

Et libro ſeptimo:

Septem Donettini, verum octodecim Cares.

DORA, inſula in ſinu Perſico, auctore Strabone libro XVI. Amazenam vero inſulæ cuidam in ſinu Perſico præfuiſſe, cui Dora nomen erat. Inſulanus Dorita dicitur, ut à Stagira Stagirita, Abdera Abderita: quod etiam Orus affirmat. At ſi quis conſueta regioni forma uti velit, gentile erit Dore-

noſtrum hoc opus innuere, ſed quod de Proverbiis conſignavit.

[22] Ὡς χειμερίας τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης.] Dubito de fide hujus loci: mallem reſcribere: ὡς δυσχειμέρου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης. Quod epitheton Homerus Iliad. Π Dodonæ attribuit.

[23] Μυρτίλην ταύτην.] Eſt ſine dubio nomen fœminæ loquacis, garrulæ & rixoſæ, quæ à Menandro in ſcenam introducitur & Dodonæis lebetibus comparatur, quia nimia verboſitate & vociferatione illorum aures offendebat, qui ſemel eam moviſſent.

[24] Πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωναῖον ἄν τι χαλκίον.] In antigrapho, quod ex membranis Seguierianis erat tranſcriptum, legebam χαλκεῖον, quod non præfero, licet etiam apud alios inveniatur: verum τὸ Δωδωνεῖον, quod etiam Antigraphum exhibebat, nequaquam probare poſſum. Sine dubio reſcribendum eſt: πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωναῖον &c.

[25] Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν.] Ita de Donettinis ſcribit, qui Stephani de Gentilibus opus compendifecit. Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥιανὸς τετάρτῃ Θεσσαλικῶν. Ἀτὰρ Δωνέττινοι, ἠδ᾽ ὀτρηροὶ Κεραῖνες. De alio Rhiani loco nullam mentionem fecit.

[26] Κεραῖνες.] Gentem hoc nomine non novi, cum nemo geographorum eam noverit. Suſpicor hic aliquid monſtri latere, quod fortaſſis curaveris ſic legendo:

Ἀτὰρ Δωνέττινοι, ἠδ᾽ ὀτρηροὶ Μελαινεῖς.

Arcadiæ urbs eſt Μέλαιναι, unde deducitur civis nomen Μελαινεύς: ejus quoque Rhianus meminit, uti ſuo loco apparet. Poſſet quis hunc movere ſcrupulum, Melænas in Arcadia & Donettinos in Epiro ſitos eſſe, ac proinde hic non debere conjungi populos, vaſto locorum ſpatio disjunctos: verum ſciat is, à Rhiano verſu ſequenti Donettinos & Caras recenſeri, qui toto orbe diviſi ſunt, nam illi Europam, hi vero Aſiam incolunt.

[27] Δῶρα νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] De hac inſula ſic ſcribit Abbreviator: Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. ὁ νησιώτης, Δωρίτης. εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ, Δωρηνός, ὡς Ἀραζηνός. Sita erat non longe ab Arado, uti apparet ex Ptolemæo, qui eam non Δῶρα, ſed Θαρὼ appellavit, ait enim ille: Ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ Ἀμφότεραι νῆσοι, ἡ τις ἐπέχει μοί. Ἴχαρα, Θαρὼ, Τύλος, Ἄραδος.

[28] Καθὰ Στράβων ις´.] Fortaſſis ſcribendum, καθάπερ Στράβων. Eſt enim noſtro non inſueta phraſis; ſupra in Δωδώνη inquit: Δισσαὶ δέ εἰσι Δωδῶναι, αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλία καθάπερ ἄλλοι καὶ Μνασέας. Præterea in MS Seguieriano legebatur Στράβων ις´, & ſic quoque Epitome repræſentat: verum Geographi verba libro ſexto decimo exſtare, jam olim magnus monuit Caſaubonus in commentariis ad illum auctorem.

[29] Τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν.] Verba Strabonis ab hiſce paullulum differunt; & in ejus vulgatis hodie hunc in modum concipiuntur: Φησὶ δὲ ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετ᾽ Ἀραζήνου. τὸν δὲ Ἀραζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῆς ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοράχθα. εἰς ταύτην δὲ τὸν &c. Ex hoc Strabonis loco Stephanus eſt emendandus, & vice verſa Geographus ex Stephano. Reſcribo pro τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν confidenter, τὸν δὲ Ἀραζήνην ἐπάρχειν: hæc indubitata eſt lectio; nam conjunctionem adverſativam librarii proprio nomini alleverunt, quod non decuit. Verum gravius laborat Strabo, in quo pro Δῶρα fecerunt Δοράχθα, quæ vox eſt nihili. Si mei arbitrii res foret, ejus verba ſic emendarem: Καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα, καὶ εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα, ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν Ἐξώρου γενομένην ἄφοδον. Correctionem hanc amplectatur lector, donec certius aliquid ab aliis ſit allatum.

[30] Οὕτω καὶ Ὧρος.] Exiſtimo noſtrum Ori περὶ τῶν Ἐθνικῶν opus innuere, quod etiam in Epitome vocibus Νικίου κώμη & Ταῦα, nec non hoc fragmento allegatur.

[31] Εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ &c.] Unica literula mirifice horum verborum ſenſum turbat: verum qui in Stephano paullo eſt verſatior, facillime animadvertet reponi debere, εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ χαρακτηρισθῆναι δεῖ, eamque lectionem eſſe veriſſimam, quam etiam nunc Epitome agnoſcit.

Δωρηνὸς, ὡς Σωφηνὸς, [32] Ἀραξηνὸς, Νισιβηνός.

ΔΩ'ΡΙΟΝ, [33] πόλις μία τῶν τριῶν, [34] ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος τε καὶ Δώριον.

[35] Δικαίαρχος δὲ τέτταρας ταύτας εἶναί φησι, καὶ Πτελέας, οὐ Πτελεὸν τὴν μίαν καλεῖ. Κατὰ τὸ πρῶτον τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος βιβλίον. Τῶν δὲ ἐν τῇ Πελασγιώτιδι χώρᾳ Δωριέων κατοικούντων [36] μέρος τι μετὰ τῶν ἐν ταῖς * * *
* * * *

Γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν τοῖς ** Τραχινίοις βουλόμενοι καὶ Δωριεῦσι τιμωρεῖν. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τῇ α, περὶ τοῦ Δωρικοῦ γένους φησὶ, πολυπλάνητον αὐτὸ καλῶν καὶ δεικνὺς οὕτως. [37] Τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος [38] βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν. ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος τὴν [39] ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην καλεομένην Ἱστιαιῶτιν. [40] ἐκ δὲ Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, [41] ᾤκεεν ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον, ἐντεῦθεν δὲ αὖθις εἰς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη.

A Dorenus, ut Sophenus, Araxenus, Niſibenus.

DORIUM, urbs una ex tribus, quarum Homerus meminit:

Et Pteleon, & Helus, & Dorium.

B Dicæarchus autem illas quatuor eſſe ait, & unam urbem non Pteleon, ſed Pteleas appellat, libro primo de Vita Græciæ. Dorienſium, qui in Pelaſgiotide regione habitant, pars quædam. * * *
C * * * *

Coloniam eo deducere ſedebat ſententia, & illatam Trachiniis Dorienſibuſque injuriam ulciſci. Herodotus libro primo de gente Dorica ſcribens, valde erroneam eam eſſe & dicit & demonſtrat hoc modo: multum illa D peruagata eſt; nam ſub Deucalione rege Phthiotidem incoluit: Sub Doro Hellenis filio regionem montibus Oſſæ & Olympo adjacentem, Iſtiæotidem dictam: at vero à Cadmeis ejecta, habitavit lo- E cum in Pindo, quem Macednum vocant: hinc autem rurſus ad Dryopidem migravit: atque ita tandem ex Dryopide in Peloponneſum veniens, Dorica dicta eſt.

[32] Ἀραξηνός.] Ab Araxa urbe Lyciæ non poteſt deduci gentile in ηνος; nam alio modo Lycii, & alio circa Perſicum ſinum habitantes gentilia ſua terminant. Certo certius eſt hic mendam latere, quam facile emendabis, ſi repoſueris gentile, derivatum à celebri quodam oppido, & in ηνος deſinens. In voce Νίσιβις Epitomator enumerat gentilia Νισιβηνὸς, Σωφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνός: itaque ferme reſcripſeram Ταξηνὸς, verum & illa vox inſana eſt, & pro ea repono Ταξιληνὸς, quam etiam non incommode hic pro Ἀραξηνὸς ſubſtituere poſſes. Hæc ſi minus placet, ſcribe Ἀδυρηνὸς, vel elige aliam proxime vulgatæ lectioni reſpondentem.

33 Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν.] Compendiariam hanc de Dorio Epitomator exhibet deſcriptionem: Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν. Ὅμηρος.

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον.

Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύριδος εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. τὸ ἐθνικὸν, Δώριος, καὶ Δωριεὺς, καὶ Δωριάς. καὶ θηλυκὸν Δωρίς. Quædam hic ex Doſitheo commemorantur, de quibus in genuino hoc Stephani Fragmento, nulla reperitur memoria, uti mox apparebit.

34 Ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.] Articulus ὧν non erat in antigrapho. Homeri locus in Catalogo navium reperitur:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

35 Δικαίαρχος δὲ τέτταρας] Vide Voſſium de Hiſtor. Græcis. Hujus rei nulla in hodiernis Dicæarchi fragmentis exſtat memoria.

36 Μέρος τι μετὰ τῶν ἐν ταῖς ***] Libet hic miſereri fati imperium in clariſſimorum ſcriptorum opera, & temporis injuriam in literas & monumenta hiſtorica, quod ipſum hoc genuinum Stephani fragmentum ſartumtectum ad nos pervenire non potuerit. Nam hic duarum paginarum, ut in antigrapho legebam, quæ diſcerptæ erant, ejuſdem vocis mentionem habentium, hiatum excipiebat tertia ejuſdem quoque argumenti. Supereſt tamen, quod valde miror, locus apud Epitomatorem ex Doſitheo ſcriptore vetuſto, quem ad hunc hiatum pertinere exiſtimo: Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύριδος εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. Malo in iſtis verbis legere, ὑπὸ Θαμύριδος, veſtigiis Euſtathii inſiſtens, ita enim ille ad locum Homeri à Stephano circa initium hujus tmematis allegatum: Κληθῆναι οὕτω δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς, διὰ τὸ αὐτόθι εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν ὑπὸ Θαμύριδος. Diſtinguebant antiqui Harmoniam ſive modum in Dorium, Phrygium, Jaſſium, & etiam aliter. Locus in hanc rem egregius eſt apud Themiſtium Oratione XIX: Καί τοι Μῆδος μὲν ἵππος γαυρότερος τοῦ Σαυρομάτου. καὶ ἕτερον μὲν κάλλος Καστορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ Ἀλωπεκίδων. καὶ διακρίνει ὅτι καθ' ἕκαστον γένος τὴν εὐμορφίαν, ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν. λόγων δὲ ἐγὼ οὐκ οἶδα κατὰ φῦλα καὶ κατὰ γένη τινὰς διακρίνοντας, οὓς ὥσπερ καὶ τὰ μέλη τινὲς διακρίνουσι εἰς Δώρια, καὶ Φρύγια, καὶ Ἴασια. καίτοι ἄνδρας μὲν γὰρ ἰδέας τινὰς καὶ τύπους ἐπίσταμαι λόγων. οἷον Πλατωνικὴν ἁρμονίαν, καὶ Δημοσθενεῖον τόνον. Inſignem etiam horum modorum deſcriptionem apud Apulejum in Floridis legimus. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator; ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu Jaſſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum.* Ita hic locus eſt legendus, qui varie in variis editionibus circumfertur: In nonnullis legitur *Jaſtium*, in aliis *Laſtium*, & in quibuſdam *Aſium*. Nos veram ex Themiſto lectionem indicaſſe, nemo in dubium vocabit: Eſt enim urbs Carica, quæ Ἴασος & Ἴασσος appellatur, unde hæc Harmonia nomen ſortita eſt. De hiſce Harmoniis & muſico concentu etiam legito Ariſtotelem lib. VIII Polit. cap. V: Lucianum in Harmonide: Clementem apud Euſebium Præparat. Euang. lib. X: & è recentioribus in comparabilem Salmaſium ad Solinum & Hiſt. Auguſt. Scriptores.

37 Τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα.] In Herodoto legitur πολυπλάνητον.

38 Βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν.] Et hæc longe aliter in Herodoti vulgatis exemplaribus circumferuntur: Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν.

39 Ὑπὸ τὴν Ὄσσαν.] Nunc in Herodoto exſtat: ὑπὸ τὴν Ὄσσην. Quod uſitato ei characteri melius reſpondet.

40 Ἐκ δὲ Ἱστιαιώτιδος.] In Herodoto agnoſcitur articulus: ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος.

41 Ὤικεεν ἐν Πίνδῳ.] Edita Herod. exemplaria exhibent: οἴκεε ἐν Πίνδῳ.

ἐκλήθη. Καὶ οἱ Κρῆτες Δωριεῖς ἐκα- A λοῦντο.

Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

[43] Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων. Κρητὸς ἐν τῇ νήσῳ βασιλεύοντος. [44] Τέκταφον τὸν Δώρου τοῦ B Ἕλληνος, ὁρμήσαντα ἐκ τῆς ἐν Θετταλίᾳ τότε μὲν Δωρίδος, νῦν δὲ Ἱστιαιώτιδος καλουμένης, ἀφικέσθαι εἰς Κρήτην μετὰ Δωριέων τε καὶ Ἀχαιῶν καὶ Πελασγῶν, τῶν οὐ [45] καταῤῥάντων εἰς Τυῤῥηνίαν. Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς C Θετταλικῆς Χάραξ ἐν ζ, τῇδε γράφων [46] περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου, νικήσαντος τοὺς ἐν Ἄρνῃ Βοιωτούς. Ὁ δὲ Θεσσαλὸς οὐδὲ [47] τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς ἐπωνυμίας μετέβαλεν, ἀλλ' Ἱστιαιῶτιν αὐτὴν, ὡς πρὶν, καλεῖσθαι εἴασε. D Κεῖται

A est. Ipſi quoque Cretenſes Dorienſes appellantur.

Dorienſeſque Trichaices, nobileſque Pelaſgi.

De quibus hæc narrat Andro: ſcilicet B Crete in inſula regnante, Cercaphum Dori filium, Hellenis nepotem, profectum ex illa Theſſaliæ parte, quæ tunc quidem Doris, nunc vero Iſtiæotis appellatur, deveniſſe Cretam cum Dorienſibus, Achæis & Pelaſgis, qui ad Tyrrheniam non erant C delati. Doridis Theſſalicæ meminit Charax libro ſeptimo, ubi ſcribit de Theſſalo Æatæ filio, qui Bœotos in Arna devicit: Theſſalus vero quartæ partis cognomen non mutavit, ſed Iſtiæotidem, ut olim, D ipſam vocari permiſit. Jacet ad occidentem

42 Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.] Sunt verba Homeri ex Odyſſ. T tranſcripta: Sed mirum eſt, hunc verſiculum adduci à Stephano, ut probet Cretenſes etiam Dorienſes dici; cum tamen id inde, niſi aut præcedens, aut pars ſequentis ei connectatur, nemini, licet in geographia verſatiſſimo dilucide conſtet: ex quo ſuſpicio mihi orta, ignaviam aut ἀσυνεσίαν deſcriptorum nobis hic quicquam præripuiſſe. Integer Homeri locus ſic ſe habet:

> *Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,*
> *Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος, ἐν δ' ἄνθρωποι*
> *Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες.*
> *Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη. ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,*
> *Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,*
> *Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.*

Hos verſus Sebaſtianus Caſtalio fœdiſſime depravavit, dum non intellexit: nam Ἐτεόκρητες & Τριχάϊκες tanquam de ducibus, populis, ſeu tribubus Cretenſibus expoſuit: Cum priores indigenæ, ſive αὐτόχθονες intelligendi eſſent, id eſt, Κρῆτες ἔτεοι. Poſteriores autem Τριχάϊκες, quos etiam non intelligit, ad Dorienſes applicandi, utpote qui tripliciter diviſi eſſent, quemadmodum Poëta alio in loco de Æthiopibus dixit (οἳ δίχθα δεδαίαται) bifariam diviſis. Nam eorum interpretatio eſt perſpicua eſt, qui exiſtimant Τριχάϊκες ideo dici, quod tres gentes Græcanicę Cretam incoluerint, ſic enim Etymologici Mag. Auctor hac de re ſcribit. Ἡσίοδος δὲ διὰ τὸ τριχῆ αὐτοὺς οἰκῆσαι. εἶπον, Πάντες γὰρ Τριχάϊκες καλέονται, οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο. Τρία γὰρ Ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ ἐπῴκησαν, Πελασγοὶ, Ἀχαιοὶ, Δωριεῖς. Et ita rem à Stephano ex Androne infra confirmatam videbis. Didymi (ſeu quiſquis eſt alius Græcus ille Homeri interpres) opinio, de generali Græcorum diviſione agens, etiam non videtur amplectenda, ita enim ille ad locum citatum: Τριχῆ διαιρεθέντες, οἱ μὲν γὰρ Εὔβοιαν κατῴκησαν, οἱ δὲ Πελοπόννησον, οἱ δὲ Κρήτην. Ἀπολλώνιος δὲ τοὺς πολεμικοὺς λέγει ἀπὸ τοῦ ἀΐσσοντας, καὶ ἐπισείοντας τὰς κόμας ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ, ἴσον τῷ κορυθάϊκι. (Lege κορυθαΐκι) εἰσὶ δὲ οἱ τοὺς τριόφους. (Repone τριλόφους) οἱ δὲ τοὺς ὀρχιστὰς (Emenda ὀρχηστὰς) ἀποδιδόασιν. Scio Ciceronem in Græcorum lingua & inſtitutis peritiſſimum, Orat. pro L. Flacco, tria tantum Græcorum genera ſtatuiſſe, Athenienſium & Jonum gentes, Æoles alteros, Dores tertios, ſed qui hæc Homeri verſibus applicant, cum Didymo graviter hallucinantur.

43 Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων.] Hic Andronis locus non quidem iiſdem verbis, ſed eodem plane ſenſu proſtat apud Strabonem lib. x: Τοὺς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων, τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον νῦν δὲ τῆς Ἑστιαιώτιδος λεγομένης, ἐξ ἧς ὡρμήθησαν.

44 Τέκταφον τὸν Δώρου τοῦ Ἕλληνος.] Hic aliquid latere quod eſt à mala tranſcriptorum manu, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere. Tecſaphum in tota antiquitate non reperies. Tectaphi meminit Dionyſius lib. XVII Baſſaricorum apud Epitomatorem Stephani in Βόλισγα.

> *Καὶ τότε δὴ Βωλισγῆσι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ὦρτο.*

Et Nonnus in Dionyſiacis lib. XXVI:

> *Τέκταφος εἰς μόθον ἦλθεν, ἑκηβόλος, ὅς ποτε κούρῃ.*
> *Χείλεσι πιναλέοισιν ἀλεξητήρια πότμου.*

Verum cum animadverterem hujus genealogiam eſſe incertam, & ſic meam non procedere conjecturam, tentabam reponere τὸν σκάφει, quod à vulgata ſcriptura non longius recedens, primo intuitu ſpecioſum videbatur, nam pedeſtri itinere Dorus è Theſſalia in Cretam minime pervenire poterat. Denique auctoritate Euſtathii permotus, Κέρκαφον corrigendum cenſui, qui ad Odyſſ. T, voce Τριχάϊκες interpretata, perhibet, Pelaſgos cum Cercapho ex Phthiotide in Cretam veniſſe, ita enim ille: Πελασγοὺς δέ γε φασὶ νῦν λέγεσθαι τοὺς μετὰ Κερκάφου εἰς Κρήτην ἀποικισθέντας ἐκ τῆς Φθιώτιδος.

45 Καταῤῥάντων.] Corrige: καταράντων à καταίρω appello, deferor. Nauticum verbum. Polybius lib. II: Οἱ δὲ Κέλτοι καταίροντες εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν. Tangit noſter ex Androne antiquam de Diomede hiſtoriam: nam is poſt captam Trojam ex Calydone, ubi Agrium cum liberis interfecerat, Argos navigans, tempeſtate cum ſociis quibuſdam, inter quos plurimi numerabantur Dorienſes, in Jonium in mare ejicitur. Venit ad Daunium Dauniorum regem, qui tunc temporis cum Meſſapiis bellum gerebat: rogat Daunius, promiſſa in matrimonium filia & ditionis parte, ut contra Meſſapios auxilium ipſi ſuppeditet. Accipit conditonem Diomedes, cumque prælib fuſis Meſſapiis agrum eſſet conſecutus, Dorienſibus eum, quos ſecum habebat, dividit. Sed liquet ex Androne non omnes in Italiam perveniſſe. Vide Antoninum Liberalem Fab. XXXVII: & Juſtinum lib. XX cap. I.

46 Περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου.] Video ultimam vocem male ſanam eſſe, quid autem ſubſtituam non video: nam Theſſalus Æatem patrem non habuit, ſed Æmonem, uti ex Rhiano in voce Αἱμονία evidenter apparet. Niſi à vulgata lectione longius recederet, reponerem: περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἵμονος. Malo tamen editam lectionem retinere, quam temere & ſine fide codicum veſtutiorum aliquid immutare.

47 Τὴν τετάρτην μοῖραν.] Theſſaliam olim quadripartitam fuiſſe norunt omnes, qui veteris geographiæ paullo ſunt callentiores. Vide ea de re Strabonem lib. IX, & Stephani Epitomen in Φθία. Ex Etymologici Magni Auctore locum producam, ut obiter à nobis emendetur, ita enim ſcribit in Τετραρχία. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο. ὀνόματα δέ φασιν εἶναι ταῖς τετράσι, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἁσιῶτιν. Ultima vox corruptiſſima eſt, repono confidenter vel Ἱστιαιῶτιν, ut habet Herodotus lib. I, & noſter hoc in loco, vel Ἑστιαιῶτιν, ut Strabo lib. IX exhibet: utroque enim modo antiquis vox profertur.

Κεῖται δὲ [48] πρὸς δυσμῶν τοῦ Πίνδου. Δῶρος δὲ αὐτὴν ὁ Ἕλληνος ἔλαχε τὰ πρῶτα, καὶ Δωρὶς ἀπ' ἐκείνου ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ Ἱστιαιῶτις μετωνομάσθη.

ΔΩ͂ΡΟΣ [49] πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [50] Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. Καὶ οὕτως Ἰώσηπος αὐτὴν καλεῖ [51] ἐν έ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. Ἀπὸ μὲν Ἰορδάνου μέχρι Δώρων πόλεως. Καὶ πάλιν. Ἀζώτῳ καὶ Δώροις ὁριζόμενοι. [52] Καὶ ἐν δ'. εἶναί τι γύναιον ἐν πόλει Δώρῳ. Καὶ πάλιν. ὅτε ἤνεγκεν εἰς τὴν Δῶρον. Καὶ [53] Κλαύδιος Ἴουλλος ἐν γ' Φοινικικῶν. Μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐτὴν οἰκούντων, οἳ διὰ τὸ ὑπόπετρον [54] τῶν τε αἰγιαλῶν, καὶ τὸ [55] πορφύρας γόνιμον συνελθόντες, καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαντο, καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας, ὡς ὑπήκουεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, [56] τεμνόμενοι τὰς πέτρας, διὰ τῶν ἐξαιρουμένων λίθων τὰ τείχη κατεβάλοντο. καὶ τὴν [57] ἔνορμον χηλὴν ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο, [58] ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες. Οἱ δ' Ἕλληνες, ἄχρι τοῦ τῆς [59] φωνῆς εὐπεριφόρου, καλεῖν ἀρκοῦνται Δῶραν τὴν πόλιν. Καί τινες ἱστοροῦσι Δῶρον τὸν Ποσειδῶνος οἰκιστὴν αὐτῆς γεγονέναι· Καὶ Ἀρτεμίδωρος Δῶραν τὴν πόλιν οἶδεν ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιά.

[60] Συνε-

tem ipſius Pindi: Dorus autem Hellenis filius, cui ea primum ſortito obtigit, ipſam à ſe Doridem appellavit; poſtea tamen Iſtiæotis tranſnominata eſt.

DORUS, urbs Phœniciæ, auctore Hecatæo in Aſia. Deinde antiqua Dorus, nunc Dora appellatur. Et hoc modo Joſephus eam appellat libro quinto Hiſtoriæ Judaicæ: A Jordane uſque ad civitatem Dora. Et rurſum: Azoto & Doris terminati. Et in libro quarto: Eſſe in urbe Doro aliquam mulierculam. Et iterum: Quando tulit in Dorum. Et Claudius Jullus libro tertio Phœnicicorum ſic ſcribit: Poſt Cæſaream ſita ſunt Dora exiguum oppidulum, quod à Phœnicibus habitatur, qui propter ſaxoſum & purpuris fœcundum littus ibi convenerunt, ſibique gurguſtia ædificarunt, & foſſas circumduxeruut: ubi vero ſucceſſus reſpondebat operæ, ſecuerunt petram, & ex effoſſis lapidibus muros fundarunt. Cumque jam navibus commodum tutumque poſuiſſent portum, Dora illum cognominem urbi vernacula lingua vocarunt. Græci vero, quatenus vox pronunciatu facilis eſt, appellant Doram urbem opulentam. Quidam narrant, Dorum Neptuni filium ipſam condidiſſe. Et Artemidorus in Epitome undecim librorum, urbem Doram agnoſcit

Conti-

48 Πρὸς δυσμῶν τοῦ Πίνδου.] Lege, πρὸς δυσμῶν τοῦ Πίνδου.

49 Δῶρος, πόλις Φοινίκης.] Hanc de Doro ſectionem Hermolaus hoc modo compendifecit. Δῶρος, πόλις Φοινίκης, ὡς καὶ Ἰώσηπος, καὶ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρείτης. Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτοὺς φησίν. ἔστιν καὶ Καρίας πόλις. Præterquam quod ſitum non accurate deſcribat, etiam tot ſcriptores illuſtres ſilentio negligit.

50 Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος.] Dubito vehementer an non compoſite efferendum ſit: Μετὰ δὲ ἡ Παλαίδωρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. Sic enim geographi ſæpiſſime loqui amant. Stephanus: Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος &c. ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν Παλαιτύριος.

51 Ἐν έ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας.] Hiſtoriam Judaïcam vocat noſter τὸ Ἀρχαιολογίας opus, cujus libro v cap. primo allata exempla continentur. Sed mirum eſt hoc opus ita appellari, cum aliis in locis libris Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας à Stephano citentur. Vide in Γαβάθη & Γάζα. Sic etiam περὶ ἁλώσεως libri aliter ab auctore noſtro inſigniuntur in voce Φασηλίς. ὡς Ἰώσηπος ἐν ά τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου.

52 Καὶ ἐν δ'.] Evolvi librum quartum Ἀρχαιολ. ſed verba allegata non inveni: hic itaque latere mendum certiſſimum eſt.

53 Κλαύδιος Ἴουλλος.] Variis modis hujus ſcriptoris cognomen in Stephano & alibi exaratum conſpici, fuſius diximus in commentariis ad vocem Ἄκη. Supervacaneum duco illa hic repetere, cum ad finem totius operis properemus.

54 Τῶν δὲ αἰγιαλῶν.] In littore urbem fuiſſe exſtructam etiam manifeſte apparet ex nummo Trajani, cujus inſcriptionem Clariſſimus Sphanhemius nobis ex gaza regis Galliarum ſuppeditavit. ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑϹΥΛ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥΑΡ. h. e. *Dora ſacra, inviolabilis, ſuis legibus, Navarchidos*: Hanc *Navarchidis* appellationem non niſi urbes maritimæ ſibi vindicant.

55 Πορφύρας γόνιμον.] Littus Phœnicicum ubique purpuris fœcundum fuiſſe, auctores antiqui ſatis perhiben[t]. Præcipue tamen circa Tyrum earum piſcatio inſtituebatur, quæ eodem tractu ſita erat.

56 Τεμνόμενοι τὰς πέτρας.] Sic etiam deſcripta exemplari exhibebant: ſed corrigendum eſt: τεμνόμενοι τὰς πέτρας.

57 Ἔνορμον χηλήν.] Hæc peſſime ſunt contaminata librariis. Fortaſſis vetus lectio hoc modo eſt reducenda Καὶ τὸ εὔορμον χεῖλος ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam χεῖλος pro cujuſcunque rei margine ſumitur: dicimu[s] enim χεῖλος θαλάσσης, χεῖλος τῶν ποταμῶν &c. Poſſet h[ic] locus etiam non incommode hoc modo legi: καὶ τὴν εὔορμον χηλὴν ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam idem denota[n]t τὸ χεῖλος & χηλή.

58 Ἐπώνυμον αὐτήν.] Suſpicor τῇ πόλει excidiſſe: ut integer locus ſic ſit legendus: ἐπώνυμον τῇ πόλει αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες.

59 Τῆς φωνῆς δυσπεριφόρου.] Scribendum eſt εὐπεριφόρου, & ita verſio textui Græco reſpondebit. Sed ut verum fatear videtur totus locus gravius laborare, vel meliorum codicum opem, vel acutiores doctorum conjecturas deſiderare. Non cenſeo tamen Stephanum hic loqui de facili vocis pronunciatione, ſed ſoli terræque fertilitate. Objicie[t] Lector, oppidum in ſaxoſo littore conditum fuiſſe, quo[d] nullam omnino terræ fertilitatem promittit. Fateor plurimas maritimas urbes per orbem terrarum in rupibus & ſaxis ædificatas eſſe, quæ tractum tamen verſus mediterranea fertiliſſimum poſſident. Tyrum, Berytum, Byblum Cæſaream, Joppen, aliaſque Doro vicinas urbes in ſaxoſo littore ſitas fuiſſe, multorum teſtimonio evinci poſſet, cum tamen tractus mediterraneus frumentum, oleum, vinum alioſque fructus copioſiſſime proferebat. Anonymus in Ἐξηγήσει τοῦ ὅλου κόσμου, poſtquam de urbibus jam ſupra nominatis loquutus fuerat, ita ſcribit: Πᾶσαι δὲ αἱ προειρημέναι πόλεις ἔνδοξοι, καὶ καρποφόροι ἐν σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ &c. Fortaſſis levi mutatione totus locus ita eſt conſtituendus: Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἄχρι τοῦ τῆς γῆς εὐπεριφόρου, καλεῖν ἀρκοῦνται Δῶραν τὴν πόλιν. Quaſi Græci urbem hanc opulentam

nomi-

60 Συνεχῶς δ' ἐςὶ Στράτωνος πύργος. A
61 εἶτα ἔνι Δῶρα ἐπὶ χερσονησοειδοῦς τόπου κείμενον πολισμάτιον, δεχομένου τοῦ ὄρους 62 τοῦ Καρμήλου. Καὶ ἐν θ' γεωγραφουμένων τὸ αὐτό. Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶρον καλεῖ ἐν χρονικῶν δ'. Εἰς Δῶρον οὖσαν ἐπιθαλάττιον B πόλιν. καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

Δῶρός τ', ἀγχίαλός τ' 63 Ἰόπη, προύχουσα θαλάττῃ.

Καὶ Χάραξ ια'. Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπὸ Ἀντιόχου, C 64 ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα, τὴν Ἄκην λεγομένην. Τὸ ἐθνικὸν, Δωρίτης. ὃ καὶ ταῖς δύο καταλήξεσιν ἀναλογεῖ, τῇ μὲν Δώρα Δωρίτης, ὡς Στάγειρα Σταγειρίτης, 65 ὡς εἴρηται. τῆς δὲ Δῶρος ὁμοίως Δωρίτης. 66 Σκίρος Σκιρίτης, D χῶρος χωρίτης, 67 μέσος μεσίτης, Κοπτὸς Κοπτίτης, 68 δίολκος διολκίτης. 69 Παυσανίας δὲ ἐν τῇ τῆς πατρίδος αὐτοῦ κτίσει, Δωριεῖς αὐτοὺς καλεῖ, τῇδε γράφων. Τύριοι, Ἀσκαλωνῖται, Δωριεῖς, Ῥαφανεῶται. ὥστε παρὰ τὴν E Δῶρον τὸ Δώριος εἶναι, οὗ ἂν εἴη ὁ Δωριεὺς, ὡς τοῦ Χήσιον τὸ Χησιεύς. Ἔστι καὶ Καρίας Δῶρος πόλις, ἣν συγκαταλέγει ταῖς πόλεσιν ταῖς Καρικαῖς Κρατερὸς ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων γ'. 70 Καρικὸς φόρος Δῶρος, Φασηλῖται. F

ΔΩ-

Continua eſt, inquit, Stratonis Turris: deinde ſequitur Dora oppidulum, in loco peninſulæ formam habente ſitum, ad radicem montis Carmeli. Et libro nono Geographiæ idem ſcribit. Apollodorus vero Dorum nominat libro quarto Chronicorum: Ad Dorum urbem maritimam. Et Alexander in Aſia:

Et Dorus, littoraliſque Joppe, procurrens in mare.

Et Charax libro undecimo: Trypho, in Doro Cœleſyriæ urbe obſeſſus ab Antiocho, Ptolemaïdem profugit, quæ & Ace dicitur. Gentile, Dorites, quod duabus terminationibus convenit; nam à vocabulo Dora formatur Dorites, ut à Stagira Stagirites, quemadmodum dictum eſt, & à Doros ſimiliter deducitur Dorites, ut à Sciros Scirites, choros Chorites, meſos meſites, Coptos Coptites, diolcos diolcites. Pauſanias vero in deſcriptione coloniarum ſuæ patriæ, ipſos Dorienſes appellat, ubi ſic ſcribit: Tyrii, Aſcalonitæ, Dorienſes, Rhaphaneotæ: ut à Dorus ſit Dorius, à quo Dorienſis, uti à Cheſium Cheſienſis. Dorus etiam Cariæ urbs eſt, quam Caricis annumerat Craterus libro tertio Decretorum. Caricum vectigal Dorus, Phaſelitæ.

DO-

nominaſſent, quia circumjacens regio valde fertilis, & ad omnen fructum proferendum accommoda fuiſſet. Verum hæc mera conjectura eſt, quam nemini obtrudo: hanc quiſque pro lubitu aut repudiat aut amplectatur.

60 Συνεχῶς δ' ἐςὶ Στράτωνος πύργος.] Sic quoque ejus ſitum deſcribit Joſephus lib. XIV cap. VIII de Ant. Jud, Γάζαν τε πρὸς τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἰόππην, καὶ Δῶρα, καὶ Στράτωνος τὸν πύργον.

61 Εἶτα ἔνι Δῶρα.] In margine Antigraphorum correctum erat, εἶτα Ἔνδωρα: & additum, hoc ex Joſepho conſtare, nam in tribu Manaſſitide prope Stratonis turrim hodie oppidulum eſſe, quod etiam nunc *Endor* dicitur. Sed emendationem hanc, cujuſcunque demum ſit, non probo: nam *Endor* oppidum prope Hermonem montem ſitum eſt. Adde quod ἔνι pro ἔνεςι ſatis uſitatum ſit. Ariſtophanes Pluto: Ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.

62 Τοῦ Καρμήλου.] Juxta hunc montem etiam Joſephus libro II contra Appionem, oppidum collocat, ita enim ille: Ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐςὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δῶρα ταύτης ἐςὶν οὐδεμία πόλις. τῆς μέν τοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον ὄρος Δῶρα πόλις ὀνομάζεται.

63 Ἰόπη προύχουσα θαλάττῃ.] Hic Alexandri verſus nullis diſtinctionibus interpungebatur, nec in vulgata editione, nec in Antigraphis, quas nos appoſuimus. Vertimus *procurrens in mare*: ſed proprie loquendo Joppe profundo maris adeo vicina non erat, ut urbis mœnia allueret: ante urbem ſitæ erant σπιλάδες προύχουσαι εἰς τὸ πέλαγος, ut ſcribit Joſephus lib. III de Bel. Jud. cap. XVI eodem utens verbo, quo Alexander: Ἀλίμενος δὲ οὔσης φύσει τῆς Ἰόππης, αἰγιαλῷ γὰρ ἐπιλήγει τραχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρθίῳ, βραχὺ δὲ συννεύοντι κατὰ τὰς κεραίας ἑκατέρωθεν. αἱ δὲ εἰσὶ κρημνοὶ βαθεῖς, καὶ προύχουσαι σπιλάδες εἰς τὸ πέλαγος. Proprie σπιλάδες ſunt ſaxoſæ eminentiæ circa mare, perpetua undarum percuſſione concavæ. Hinc Plinius lib. V cap. XIII perhibet Joppem colli inſidere, ita enim ille: *Altera intus Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, inſidet colli, præjacente ſaxo* &c.

64 Ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Ἄκην λεγομένην.] Plinius lib. V cap. XIX. *Juxta colonia Claudii Cæſaris Ptolemais, quæ quondam Ace*. Verum hac de re prolixius ad Stephani Epitomatorem. Quod autem Charax tradat, Tryphonem ab Antiocho Dori obſeſſum in Ptolemaïdem profugiſſe, dubito an verum ſit, cum Joſephus lib. XIII cap. XII: Ἀρχαιολ. referat, in Apameam aufugiſſe. Ὁ μὲν γὰρ Τρύφων ἐκ τῆς Δώρας φυγὼν εἰς Ἀπάμειαν, καὶ ληφθεὶς ἐν αὐτῇ τῇ πολιορκίᾳ διεφθάρη, βασιλεύσας ἔτη τρία.

65 Ὡς εἴρηται.] Hac de re noſter mentionem facit in voce χώρα, ubi perhibet à χῶρος & χώρα deduci τὸ χωρίτης. Vide etiam quæ diximus ad vocabulum Ἄβδηρα: ubi etiam nunc iſtius canonis veſtigia quædam ſuperſunt.

66 Σκίρος Σκιρίτης.] Inſerenda particula ὡς & legendum: Σκίρος Σκιρίτης &c.

67 Μέσος Μεσίτης.] Ut Stephanus analogiam gentilium probet, ſæpiſſime τὰ προσηγορικὰ propriis, & illa rurſum appellativis comparat atque commiſcet. Ubi commentaria noſtra ad Stephani Epitomen lucem viderint publicam, illuſtriſſima hujus rei exempla ad vocem Ἄμφισσα ſuppeditabunt.

68 Δίολκος διολκίτης.] Vide in Ἄβδηρα, ubi eadem vox occurrit.

69 Παυσανίας.] Doctiſſimus Bochartus, tantum Stephani epitomen habens, exiſtimabat in hiſce verbis de Græcis Dorienſibus aut ſupplendum eſſe aliquid, aut pro Παυσανίας legendum Πετρώνιος: hujus enim in Joſepho exſtare epiſtolam, in qua Doræ urbis incolæ pro Doritis dicuntur Dorienſes: Πόπλιος Πετρώνιος πρεσβευτὴς Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δωριέων τοῖς πρώτοις λέγει. Verum cum & Epitome & genuinum Fragmentum conſtanter Παυσανίας exhibeant, hunc locum minime ſollicitandum duco; præſertim hac ratione perſuaſus, quod certus non ſim, Petronium de coloniis ſuę patrię conſcripſiſſe.

70 Καρικὸς φόρος Δῶρος.] Si vel præcedentia vel ſubſequentia hujus loci allegati proſtarent, ejus explicationem, & ſi quid in eo corruptum conſpiceretur, emendationem quoque tentaremus. Fortaſſis legendum eſt: Καρικὴ πόλις Δῶρος, Φασηλῖται. Si quis certius quid afferat, nec mihi nec aliis in hoc ſtudiorum genere verſantibus, ingratum fecerit.

ΔΩ'ΤΙΟΝ, [71] πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία. [72] Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.

> Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς [73] Ἐλάτου. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δώτιδος τοῦ Ἀστερίου, καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου. [74] ὡς δὲ Ἀρχῖνος ἀπὸ Δώτου τοῦ Νέωνος τοῦ Ἕλληνος. Μνασέας δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ. Ἔστι δὲ τὸ πεδίον αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ ἰδίοις ὄρεσι περιεχόμενον. ὁ πολίτης, Δωτιεύς. Σοφοκλῆς Λαρισσαίοις. Καί μοι *** ελον ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ ἀγχοῦ προσῆψεν [75] ἐλαφρὸς ἐν δυσχήμασι. [76] καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις. [78] Φερηκίδας δέ, [77] Ἄδμητος ἦν ὁ Δωτιεύς, Λαπίθης Κορωνός. Τὸ θηλυκὸν Δωτηΐς. Ῥιανὸς ἐν δ' Μεσσηνιακῶν,

> Αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐν, ἵκετο [79] τελείη.

Καὶ Δωτιάς, ὡς Ἰλιὰς τοῦ Ἰλιεύς. Σοφοκλῆς [80] ἐν Πηλεῖ. Βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος. Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος [81] ἐν Ῥόδου κτίσει.

> ---- Ὅσσα τε γαίης.

Ἐργα-

DOTIUM, urbs Theſſaliæ, quo commigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Callimachus in Hymnis:

> *Nondum quidem Cnidiam, ſed Dotium ſacrum Dotium habitabant.*

Denominatum eſt à Dotia Elati filia: At Pherecydes à Dotide Aſterii & Amphictyones, quæ ex Phthio nata eſt, filia derivat: Sed Archenus à Doto Neoni filio, Hellenis nepote: Mnaſeas vero à Doto Pelaſgi filio. Ipſa planities per ſe propriis montibus circumdata eſt. Civis, Dotienſis. Sophocles in Lariſſæis. Et me projiciente vir Dotienſis pauper telum attigit, gurguſtium quoddam intrans. Et ſimiliter quoque in Lemniadibus prioribus. Pherecidas inquit: Admetus erat Dotienſis, Lapithes Coronæus. Fœmininum Doteïs. Rhianus libro quarto Meſſeniacorum:

> *Linguam cupiens addiſcere Dotienſem, tandem venit.*

Dicitur quoque Dotias, uti ab Ilieus Ilias. Sophocles in Peleo: Rex regionis Dotiadis. Et Apollonius Rhodius in deſcriptione coloniæ in Rhodum deductæ:

> ---- *Quantaque in terra.*

Dotia-

[71] Δωπον, πόλις Θεσσαλίας.] Hermolaus Stephani Epitomator hanc ſectionem hoc modo in compendium redegit. Δώπον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου κληθεῖσα, ἢ ἀπὸ Δώπος, ἢ ἀπὸ Δώτου. ὁ πολίτης, Δωτιεύς. τὸ θηλυκόν, Δωτηΐς, καὶ Δωτιάς.

[72] Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.] Locus reperitur Hymno in Cererem: ſed locum in Stephano correximus, male enim legebatur: Οὔπω τ᾽ ἂν Κνιδίαν &c.

[73] Ἐλάτου.] Fortaſſis hic idem eſt, à quo Elatea, vel Phocidis vel Theſſaliæ urbs, nomen ſortita eſt. Vide Epitomatorem iſthac voce.

[74] Ὡς δὲ Ἀρχῖνος.] Non dubito quin hic idem ſit, quem Scholiaſtes ad Pindari Pyth. Od. III Ἀρχῖνον vocans, de rebus Theſſalicis ſcripſiſſe perhibet. Quid ſit præferendum, alii judicabunt.

[75] Ἐλαφρὸς ἐν δυσχήμασι.] Hic valde putre latet ulcus, quod ſine ope melioris codicis ne accutiſſimus quidem ſanare poterit: nam præterquam quod hæc Sophoclis ex Lariſſæis verba plane ſunt δύσχημα καὶ ἄφρονα, etiam in prima editione ſine diſtinctionum notulis circumferuntur, quas pro arbitrio appoſui: imo ante τὸ καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις, tam neceſſario τελειοστιγμὴ requirebatur, ut nemo ægre feret, me eam ibi poſuiſſe. Inſuper in Antigrapho non inveni ἐλαφρός, ſed τὸ ελαχος, ſpiritu & accentu carens, unde conjicio ſcribendum eſſe ἐλαχύς. Verum quid ſibi velit ἐν δυσχήμασι, fateor ingenue me ignorare. Senſus erit clarior, ſi integrum locum ſine defectus nota hunc in modum conſtituamus: Καί μοι ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ ἄγχου προσῆψεν ἐλαχύς, ἐνδὺς σκήνημά τι. Si quis præſtantiora huic loco præbia noverit, ea communicet.

[76] Καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις.] Etiam hæc referenda ſunt ad Sophoclem, qui ſine dubio Tragœdiam hac appellatione divulgavit. Pindari Scholiaſta ad Pyth. Od. IV: Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνίαις τῷ δράματι. Vide etiam Stephani Epitomatorem in Χρύση: Heſychium plurimis locis, & alios. Argumentum hujus dramatis fabula erat, quam Hyginus cap. XV deſcribit, & alibi ſæpe meminit: *In inſula Lemno mulieres Veneri ſacra aliquot annos non fecerant, cujus ira viri earum Threſſas uxores duxerunt, & priores ſpreverunt. At Lemniades ejuſdem Veneris impulſu conjuratæ, genus virorum omne, quod ibi erat, interfecerunt, præter Hypſipylen, quæ patrem ſuum Thoantem clam in navem impoſuit, quem tempeſtas in inſulam Tauricam detulit,* &c. Vide quoque hac de re Apoll. Rhodium lib. I: Valer. Flaccum lib. II: Statium lib. V Theb: & Ovidium Heroid. Epiſt. VI. Hæc profecto materia Sophocleo cothurno non indigna fuit. Nec turbet quemquam, quod Λημνίαις προτέραις dicat: tali enim ſigno manifeſte liquet, hoc δρᾶμα populo tam gratum atque acceptum fuiſſe, ut Sophocles id deinde impenſiore cura interpolaverit, & in ſcenam introduxerit. Sic ſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas: Οὕτως δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη. Galenus de ſalubri Diæta talem fabulam nominat τὸ δρᾶμα ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Fabulæ itaque correctæ, & quaſi pro novis rurſum in ſcenam delatæ, δεύτεραι veteribus, & illæ ex quibus erant confectæ πρότεραι dicebantur. Aulus Gelius Noct. Att. lib. XV cap. XX Ariſtophanem citat ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, ubi fabulam non interpolatam intelligit, ut & Stephanus, τὰς προτέρας Λημνίας adducens. Verum huic materiæ nolo diutius inhærere, cum viri doctiſſimi eam ante nos fuſius pertractaverint. Hoc obiter admonendum, ex *prioribus Lemniadibus* non apparere Sophoclis verba, quæ an perierint, an vero ſolummodo locum, non expreſſis verbis, Stephanus indicaverit, aliis dijudicandum relinquo.

[77] Φερηκίδας.] Quid ſi reponamus Φερηκύδης, uti etiam ſupra eadem hac ſectione legimus?

[78] Ἄδμητος ἦν ὁ Δωτιεύς, Λαπίθης Κορωνός.] Hæc contaminata à tranſcriptoribus videntur. Fortaſſis emendandum: Ἄδμητος ἦν ὁ Δωτιεύς, Λαπίθης Κορωναῖος. Non accipio τὸ Λαπίθης pro nomine gentili, ſed proprio.

[79] Τελείη.] Et hoc neſcio quid occultet vulneris. Reſcribendum videtur τελείως.

[80] Ἐν Πηλεῖ.] Vide Stephani Epitomatorem in Κυκνῖτις.

[81] Ἐν Ῥόδου κτίσει.] Hoc opere deſcribuntur coloniæ in Rhodum deductæ, non vero prima inſulæ origo, quæ referri poſſet ad celeberrimum illum terræ motum, quo Delus, Rhodus aliæque famoſiſſimæ inſulæ exortæ ſunt, de quibus ſcribit Ammianus Marcellinus lib. XVII, & alii auctores.

Ἔργατι Δωτιάδος πρότεροι κάμον [82] Ἀσμονιῆες. A

Καὶ [83] Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης,
Φεύγοντας γαίης ἐκ τῆσδε Δωτιάδος.

Καὶ οὐδέτερον Δώτιον. Διονύσιος ἐν α' Γιγαντιάδος. B

[84] Καὶ κελάδων Σπερχειὸς ἔχουσί σε Δώτια Τέμπεα.

Καὶ τὸ ἐνικὸν τοῦ β'.

[85] Καὶ κενεὸν κρότησε λέβης ἀνὰ Δώτιον Ἄργος. C

Ἐκλήθη δὲ Δώτιον ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ παιδὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν η'. Δῶτος ὁ Πελασγοῦ, ἀφ' οὗ τὸ Δώτιον πεδίον. Ἐκ περιττοῦ τοίνυν Ὧρος ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς τῇδε γράφει. Καὶ τὰ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ παριστοροῦντος [86] τοῦ ποιητοῦ. D Πάλιν Ἡσίοδος Δωτίῳ ἐν πεδίῳ φάσκει αὐτὸν τυφλωθῆναι. [87] συντάσσει γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις πρωτοτύποις τῶν ἐθνικῶν. Ἐπάγει γοῦν. Οὐ γὰρ ὡς ἡ Χαλκηδὼν καὶ Καρχηδὼν καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται. E Ἡ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Λ περὶ τὸν Πόντον, ἡ δὲ διὰ τοῦ Ρ περὶ τῆς Λιβύης. ἡμεῖς γε προὔθεμεν δείξαντες διὰ πολλῶν μαρτυριῶν, ἕτερον διὰ τοῦ Ρ Δώριον, [88] καὶ ἕτερον τὸ διὰ τοῦ Τ Δώτιον.

Dotiade opera ſtruxerunt veteres Æmonenſes.

Et Antimachus libro ſecundo de Lydia:
Fugientes ex terra Dotiade.

Et neutro genere Dotium reperitur apud Dionyſium libro primo Gigantiadis:
Et ſtrepans Sperchie, habent te Dotia Tempe.

Ejus ſingulare libro ſecundo reperitur:
Et vacuum pulſavit lebetem per Dotium Argos.

Dictum autem eſt Dotium à Doto Pelaſgi filio, uti Herodianus libro VIII auctor eſt. Dotus Pelaſgi filius, à quo Dotius campus nomen habet. Ex abundanti autem Orus in opere de Gentilibus ita ſcribit: Et illa de Thamyride quod attinet, ea in Dorio facta narrat Poëta: è contrario Heſiodus in Dotio ipſum excœcatum dicit. Collocat enim iſtam vocem inter primitiva gentilium, quæ duobus modis ſcribuntur. Adducit præterea teſtimonium: Non enim ſicuti Chalcedo & Carchedo, ita & hæc dicuntur. Nam urbs per lambda ſcripta circa Pontum, at vero per R in Libya ſita eſt. Nos vero quæ proponimus, multis teſtimoniis probamus, aliud eſſe Dorium per R, & aliud Dotium per T.

82 Ἀσμονιῆες.] Certum eſt hanc vocem aliquo laborare vitio, nam gentem hoc nomine non norunt geographi. Non dubito quin olim ſcripſerit Stephanus vel Αἱμονιῆες, vel Ἀκμονιῆες. Hiſtoria cum ſpiſſis tenebris ſit involuta, nihil certi poſſum ſtatuere, an Theſſalos an vero Phrygas intellexerit Apollonius Rhodius. Malim tamen Theſſalos intelligere, in hac Theſſalica civitate opus aliquod ſuſcipientes; nam tota Theſſalia olim Æmonia dicta fuit, teſtibus Plinio, Heſychio, Stephano & aliis.

83 Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης.] Primo intuitu cenſebam legendum eſſe, Ἀντίμαχος ἐν β' περὶ Λυδίας: ſed obſervavi poſtea hoc indice Antimachi opus veteribus notum fuiſſe. Scholiaſtes ad Apol. Rhod. lib. I. Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λυδῇ φησιν, ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.

84 Καὶ κελάδων Σπερχειός.] Ut hic Dionyſii verſus ſuo conſtet metro, legendum videtur:

Καὶ κελάδων Σπερχειὸς ἔχουσί σε Δώτια Τέμπη.

Sperchius fluvius eſt Theſſaliæ, cujus deſcriptionem apud Strabonem lib. IX legimus. Hujus etiam meminit Lycophron cujus verba huc tranſcribam, ut emendentur:

Λάρυμνα, καὶ Σπερχεῖε, καὶ Βοάγριε,
Καὶ Κῦνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριὰς,
Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
Καὶ πᾶς Ὀδοιδόκειος Ἰλέως δόμος, &c.

Primo quidem in mendo cubat τὸ Φαλωριὰς, nam cum hic de Locris agat, procul dubio legendum eſt Φαλάριας, & ſubaudiendum ἄκρα. Phaloria enim quæ eſt in Iſtiæotide, nimis longe à Sperchio ſita eſt. Poſtea pro Πυράνθιοι emendandum eſt Πυράσιοι: nam Pyraſus eſt urbs Melienſium in eodem tractu, de quo agit. Et denique pro Ἰλέως, mallem legere Οἰλέως. Fuit enim Oïleus filius Odœdoci ſecundum Lycophronem hoc loco, quem preſſo pede ſequitur Euſtathius ad Iliad. B. pag. 277, ubi ſic legendum eſt: Ὠνόμασται δὲ Κῦνος, ἀπὸ Κύνου Λοκροῦ ἀνδρός. Ὀποῦντος γάρ φασι Κῦνος, οὗ Ὀδοιδόκος, οὗ Οἰλεύς. Ergo non bene conſtituta mihi videntur verba Hygini in recenſione Argonautarum Fab. XIV: *Oïleus Leodoci & Agrianomes Perſeonis filiæ filius, ex urbe Naricea.* Hunc locum ita emendaveram: *Oïleus Odœdoci & Agrianomes Perſeonis filiæ filius, ex urbe Narycia.* Præterea τὸ *Agrianomes* ſuſpectum eſt, perhibet enim Euſtathius loco jam allegato, *Laonomen* habuiſſe conjugem, qua appellatione multæ olim fœminæ inſigniebantur. Sed ad Stephanum revertamur.

85 Καὶ κενεὸν κρότησε &c.] In hoc verſiculo duo ſunt corrigenda vitia, ut metri lex probe conſtet. Lego:

Καὶ κενεὸν ἐκρότησε λέβητ' ἀνὰ Δώτιον Ἄργος.

86 Τοῦ ποιητοῦ.] Vide Homerum Iliad. B.

87 Συντάσσει γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις.] Hinc conſtat manifeſtiſſime, inter antiquos acerrime fuiſſe diſputatum, an Thamyris in Theſſaliæ Dotienſi campo, an vero in Dorio Peloponneſi excæcatus fuerit. Contrarias Homeri & Heſiodi ſententias ex Ori de Gentilibus Opere in medium adducit Stephanus. Sed Orus, ut omnem diſputationem atque dubitationem tollat, loci nomen collocavit inter illa, quæ duobus modis exarantur, & Dotium & Dorium pro uno eodemque loco accipit. Verum longe alia mens fuit Stephano, Dotium à Dorio diſtinguenti, nam hæc mox ſubjicit: Ἡμεῖς γε προὔθεμεν δείξαντες διὰ πολλῶν μαρτυριῶν, ἕτερον διὰ τοῦ Ρ Δώριον, καὶ ἕτερον τὸ διὰ τοῦ Τ Δώτιον. Nos vero diſputationem hanc in medio relinquimus, cum pro utraque opinione nec pauca, nec contemnenda allegari poſſent.

88 Καὶ ἕτερον διὰ τοῦ Τ Δώτιον.] Hic finis eſt literæ Delta, cui connectitur titulus, quem minime genuinum exiſtimo, ut alibi multis probamus. Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων. *Fragmentum Stephani Grammatici Conſtantinopolitani de urbibus, inſulis, gentibus, populis, locis, deque eorum homonymia & tranſnominatione, atque derivatis inde gentilibus & localibus, deque nominibus poſſeſſivis.* Sequitur Libri undecimi index: Βιβλίον ια'. ὀγδοήκοντα κεφάλαια, τάδε ταῦτα.

Ἔαρες.	ἔθνος.	Ἔγράδα.	κώμη.
Ἔβορας.	πόλις.	Ἐγγελᾶνες.	ἔθνος.
Ἐβραῖοι.	ἔθνος.	Ἐγγύιον.	πόλις.
Ἐβρών.	πόλις.	Ἔγεστα.	πόλις.

Ἔγρα.	πόλις.	Ἐλαία.	πόλις.
Ἐγχελεῖς.	ἔθνος.	Ἐλαιεύς.	δῆμος.
Ἔδανα.	πόλις.	Ἐλαίου τεῖχος.	πόλις.
Ἐδέσσηνος.	πόλις.	Ἐλαιοῦς.	πόλις.
Ἔδεσσα.	πόλις.	Ἐλαιοῦσσα.	νῆσος.
Ἐδουμαῖοι.	ἔθνος.	Ἐλάτεια.	πόλις.
Ἕδρα.	ἡ καθέδρα.	Ἐλαωΐα.	φρουρά.
Ἐθνέσται.	ἔθνος.	Ἐλαφόννησος.	νῆσος.
Ἐιδομένη.	πόλις.	Ἐλβέστιοι.	ἔθνος.
Εἴζιλος.	φρούριον.	Ἐλβοντίς.	πόλις.
Ἐλάσιον.	πόλις.	Ἐλβώ.	νῆσος.
Ἐλήθυας.	πόλις.	Ἔλγος.	πόλις.
Εἴνατος.	πόλις.	Ἐλέα.	πόλις.
Ἐιρεσίδαι.	δῆμος.	Ἐλέεια.	χωρίον.
Ἐκαδήμεια.	τόπος.	Ἐλένειος.	τόπος.
Ἐκάλη.	δῆμος.	Ἐλένη.	νῆσος.
Ἐκατήσια.	πόλις.	Ἐλεύθερα.	Κιλικίας μέρος.
Ἐκατόννησοι.	νῆσος.	Ἐλευθεραί.	πόλις.
Ἐκατόμπυλος.	πόλις.	Ἐλευθέριον.	πόλις.
Ἐκβάτανα.	πόλις.	Ἐλευθερεῖς.	πόλις.

Ἐλευθερίσκος.	πόλις.	Ἑλλωόπολις.	πόλις.
Ἐλευθέρνα.	πόλις.	Ἑλληνικὸν ἐμπορικόν.	τόπος.
Ἐλευσίς.	δῆμος.	Ἑλλήσποντος.	ἡ χώρα.
Ἐλεύσιοι.	ἔθνος.	Ἑλλοπία.	ἡ χώρα.
Ἐλεφαντίνη.	πόλις.	Ἑλλόπιον.	πόλις.
Ἐλεών.	πόλις.	Ἐλμαντική.	πόλις.
Ἐλιβύργη.	πόλις.	Ἕλος.	πόλις.
Ἑλίκη.	πόλις.	Ἔλουροι.	ἔθνος.
Ἐλίμεια.	πόλις.	Ἐλοῦσα.	πόλις.
Ἐλινοί.	ἔθνος.	Ἐλπία.	πόλις.
Ἐλίζοια.	νῆσος.	Ἐλυμαΐα.	χώρα.
Ἐλίκυσοι.	ἔθνος.	Ἐλύμνιον.	νῆσος.
Ἕλλα.	χωρίον.	Ἔλυρος.	πόλις.
Ἕλλας.	πόλις.	Ἔλωρος.	πόλις.

* * * *

Reliqua, olim typis deſcripta, deerant: additi deinceps verſus Græci, membranarum auctorem ſignificantes.

Σφάλματα καλλιγράφων πολυώδυνα μυρία φεύγων,
Χερσὶν ἑαῖς Θεόφιλος ὅλας ἐγράψατο βίβλους,
Τῶν τοπικῶν Στεφάνοιο σοφῆς στέζοντα μελίττης.

E.

ΕΑΡΕΣ [1], ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν μετὰ [2] Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν δ΄. A B

Οἱ δὲ θοῶς προφύγοντο Διονύσου κατὰ Θήβης.

ἘΒΟΡΑ [3], πόλις [4] παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα. τὸ ἐθνικὸν, Ἐβορεύς. C

ἘΒΡΑΪΟΙ, οὕτως Ἰουδαῖοι, [5] ἀπὸ Ἀβράβωνος, ὥς φησι Χάραξ.

ἘΒΡΩΝ [6], πόλις ἐν Χαναναίᾳ τῆς Ἰουδαίας.

E.

EARES, gens Indica, ex illis quæ cum Deriade contra Bacchum belligeravit. Dionyſius libro quarto Baſſaricorum:

Cito autē illi præceſſerunt Dionyſum ad Thebas.

EBORA, urbs maritima poſt Gades ſita. Gentile, Eborenſis.

EBRÆI, ita appellantur Judæi ab Abrahamo, uti Charax perhibet.

EBRON, urbs in Cananæa Judææ.

[1] Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικόν.] Hic ultimus eſt locus, qui etiam ad genuinum Stephani Fragmentum, ex membranis Seguierianis depromptum, pertinet. Eum Hermolaus hoc modo in compendium redegit. Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. De loco Dionyſii ex libro IV Baſſaricorum nullam omnino mentionem facit.

[2] Δηριάδου.] Ita reſcribere placuit pro Διεριάδου, ſuadentibus antigraphis, Hermolai epitome, & aliis locis, ubi de illo Indorum rege memoria reperitur. Vide quoque paſſim Nonni Dionyſiaca, atque alios.

[3] Ἔβορα.] Codex Voſſianus: Ἔβυρα, πόλις παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα. τὸ ἐθνικὸν, Ἐβυρεύς. Hæc vocem per Υ ſcribendi ratio optime reſpondet etymologiæ, quam doctiſſ. Bochartus tradidit, nam עבור *Ibur* vel עיבורא *Ibura* annonam & frugum proventum denotat. Hinc Plinio lib. III cap. I *Ebura Cerealis* dicitur.

[4] Παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα.] Pomp. Mela lib. III cap. I: *In proximo ſinu portus eſt quem Gaditanum, & lucus quem Oleaſtrum appellant. Tum caſtellum Ebora in littore, & procul à littore Aſta colonia.*

[5] Ἀπὸ Ἀβράβωνος.] Quam leviter Epitomator, ſive ejus exſcriptores, ſacrarum literarum cognitione tincti fuerint, vel hinc dilucide conſtat, quod hujus Patriarchæ nomen non probe noverint: optime monet Bochartus legendum eſſe: Ἐβραῖοι, οὕτως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβραμῶνος. Porro teſtatur vir Doctiſſimus, ſcriptores exoticos Ebræorum nomen ab Abrahamo deduxiſſe, uti liquet ex hoc Characis loco apud noſtrum, & Artapani apud Euſebium, qui de iis ſic loquitur: καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἐβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου. „In quam ſententiam etiam videtur propendiſſe Auguſti„nus, qui de Civit. Dei lib. XVI cap. III, poſtquam Ebræos „ex Ebere deduxit, addit, aliam poſſe eſſe opinionem, *ut* „*ex Abraham tanquam Abrahæi dicti eſſe videantur.* Pro„inde libro de Conſenſu Euang. lib. I cap. XIV, ſic habet: „*Chriſtus nepos fuit Abrahæ, à quo gens cœpit Ebræo*„*rum.* Sed idem lib. II Retractionum cap. XVI hunc lo„cum retractavit, atque id quidem merito: iis enim qui „literas Hebræas in primo limine ſalutarunt, notum eſt, „*Ebræos* & *Abrahamum* diverſiſſime ſcribi. Ut Ebræos ta„ceam Abrahamo fuiſſe antiquiores vel ex eo conſtare, „quod ipſe Abraham עברי *Ebræus* vocatur Geneſ. XIV: 13. Plura qui de origine vocis deſiderat, jam ſupra laudatum Bochartum conſulat.

[6] Ἐβρὼν, πόλις ἐν Χαν. &c.] In vulgatis non eodem modo hæc vox ſcribitur: editones quæ Xylandrianam præceſſerunt, ita legunt: Ἐβρωὴ, πόλις ἐν Χαναναίᾳ, quod minime probo. Sic dicta eſt hæc civitas ab Hebrone Calebi nepote, de quo II Chron. 2: 42. Cui ejus ager cum ſuburbiis datus fuerat, Joſ. 14: 13. & 21: 12. Antea dicebatur *Kireath Arbah* Joſ. 14: 15. Quod ſecundum Selamo Jarchi in hunc locum, uti ad me ſcripſit eruditiſſimus Stephanus Morinus, *urbem quatuor gigantum, vel quatuor parium denotat*, ſcil: Adami & Evæ, Abrahami & Saræ, Iſaci & Rebeccæ, Jacobi & Leæ in ea ſepultorum. Sed ipſo textu ſacro patet ארבע *Arbah* non ſignificare quatuor, ſed eſſe nomen viri celebris inter Hanakæos. Septuaginta Interp. vocant Χεβρὼν, & ita quoque Joſephus lib. V Antiq. cap. II. Unde corrigendus idem Scriptor lib. I cap. IX, ubi perhibet, Abrahamum habitaſſe ἐν τῇ Ναβρώ. Verum re-

δαίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος. A

dææ. Gentile, Ebronius.

ἘΓΓΑΔΑ[8], κώμη μεγάλη, πλησίον Σοδόμων[9] Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγγαδηνὸς, ὡς Ζοαρηνός· καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως.

ENGADA, vicus magnus, Arabiæ Sodomis vicinus. Gentile, Engadenus, uti Zoarenus. Uſurpatur genere fœminino & neutro.

ἘΓΓΕΛΑΝΕΣ[10], ἔθνος Ἰλλυρίας, [11]οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελέαις, ὡς Μνασέας ἐν γʹ τῶν περιηγήσεων. B

ENGELANES, gens Illyriæ, qui etiam Encheleæ dicuntur, uti Mnaſeas libro tertio Periegeſeôn auctor eſt.

ἘΓΓΥΪΟΝ[12], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγγυῖνος, ὡς Ῥηγῖνος.

ENGUIUM, urbs Siciliæ. Gentile, Enguïnus, uti Rheginus.

ἘΓΕΣΤΑ[13], πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα, ὡς Φίλων· ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ C Τρωός. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγεσταῖος· καὶ θηλυκῶς.

EGESTA, urbs Siciliæ, ubi calida lavacra reperiuntur, teſte Philone: ab Egeſto Trojano nomen habens. Gentile, Egeſtæus, cujus fœmininum etiam in uſu eſt.

ἜΓΡΑ[14], πόλις Ἀραβίας, πρὸς τῷ Αἰλανίτῃ κόλπῳ· τὸ ἐθνικὸν, Ἐγρηνὸς, ὡς Βοστρηνός. D

EGRA, urbs Arabiæ, ad ſinum Ælaniticum ſita. Gentile, Egrenus, uti Boſtrenus.

ἘΓΧΕΛΕΕΙΣ[15], ἔθνος Ἰλλυρικόν· ἢ ἀπὸ τοῦ Ἐγχελῆς, ἢ ἀπὸ τοῦ Ἐγχελεύς. λέγεται δὲ Ἐγχελέαι, ἀπὸ τοῦ Ἐγχελέης, ἢ Ἐγχελέας. λέγεται δὲ Ἐγχελὶς, θηλυκῶς. οἱ οἰκοῦντες, Ἐγχελεῖς. E

ENCHELEIS, gens Illyrica, cujus caſus rectus eſt Encheles vel Encheleus. Dicitur quoque Encheleæ, quod fit ab Enchelees vel Encheleas. Pro genere fœminino uſurpatur Enchelis. Incolæ, Enchelenſes.

ἜΔΔΑΝΑ[16], [17]πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κατοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδάνου ἡγεμόνος. [18]τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανεύς.

EDDANA, urbs ad Euphratem ſita, Phœnicum colonia, quæ ab Eddano duce nomen accepit. Gentile, Eddanenſis.

ἘΔΕΒΗΣΣΟΣ[19], πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν αʹ. τὸ ἐθνικὸν, Ἐδεβησσεὺς, καὶ Ἐδεβήσσιος. F

EDEBESSUS, urbs Lyciæ, auctore Capitone libro primo Iſauricorum. Gentile, Edebeſſenſis & Edebeſſius.

ἘΔΕΣ-

EDES-

rum reſcribendum eſt ſine dubio, ἐν τῇ Χεβρῶνι. Stephanus noſter, vel ejus Epitomator aſpiratam abſtulit, quod multis exemplis excuſari poteſt.

7 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος.] Codices Palatini: τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνισος: unde ſecundum formam regioni ſolitam deducendum videtur, Ἐβρωνηνός.

8 Ἐγγάδα.] Joſephus de Bello Jud. lib. v cap. XIV habebat Ἐγγαδδὶ, quod propius accedit ad nomen primigenum עין גדי Hen-gueddi, id eſt, Fons capræ.

9 Ἀραβίας.] Loquitur noſter de Arabia Petræa, quæ circa mare mortuum Judææ confiniis adjungitur.

10 Ἐγγελᾶνες, ἔθνος Ἰλλυρίας.] Cenſeo eandem eſſe gentem, quam mox nomine Ἐγχελεῖς deſcribit. Quia hoc nomen notius eſt; ibi plura de eo congeſſimus.

11 Οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελέαις.] Vulnus aliquod iſti lectioni ſubeſſe, quilibet facile videt. Huic fortaſſis mederis, ſi legas: οἱ αὐτοὶ Ἐγχελέαι vel Ἐγχελεῖς, uti inferius apparebit.

12 Ἐγγύϊον.] Vide Cluverium Sicil. Antiq. lib. II: cap. XI.

13 Ἐγέστα, πόλις Σικελίας.] Codices MSS urbis nomen Ἐγέστα faciunt: ſed primam ſyllabam nominis herois & gentilis per diphthongum exhibent. Ἐγέστα, πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα. ἀπὸ Αἰγέστου τοῦ Τρωός. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγεσταῖος. Hujus civitatis deſcriptionem exhibet Cluverius lib. II Scil. Antiq cap. II. Vide quoque noſtros comment. ad vocem Ἀκέστη.

14 Ἔγρα, πόλις Ἀραβίας.] Hujus oppidi ſitum Epitomator clariſſime in vocabulo Γαθέλαπτα ob oculos ponit, ita enim ſcribit: Γαθέλαπτα, πόλις Ἀραβίας, πλησίον τῆς Ἔγρας. Plinius etiam Egræ meminit in oppidorum cenſu quæ Ælius Gallus in Arabia diruit, ita enim ille lib. VI cap. XXVIII: *Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus, qui ante ſcripſerunt: Egran, Anneſtum, Eſcam, Maguſam &c.* Optime cenſet Bochartus *Egram* eſſe Arabum *Algiar*, ſive Medinæ portum, ab ea itinere trium dierum diſtantem. Geographus Nubienſis: *Inter Medinam & mare intereſt ſpatium trium dierum, & Algiar eſt portus ipſius.* Quæ civitas noſtro eſt *Egra*, & Arabibus *Algiar*, Ptolemæo libro VI cap. VII eſt *Arga*, urbs maritima Arabiæ Felicis è regione Jathrippæ quæ nunc Medina dicitur.

15 Ἐγχελεῖς, ἔθνος Ἰλλυρικόν.] Hujus gentis nomen diverſimode ab auctoribus exaratur: ſupra noſter habet Ἐγγελᾶνες & Ἐγχελέαι: Straboni lib. VII Ἐγχέλιοι: Scylaci Ἐγχελεῖς, Apollloni Rhodii Scholiaſtæ Ἐγχέλυες dicuntur, ita enim ille ad librum IV: Οἱ δὲ ἐν Ἰλλυρίᾳ, ὅπου οἱ Ἐγχέλυες, περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη. Mela lib. II cap. III. *Parthini & Daſſaretæ prima ejus tenent: ſequentia Taulantii, Enchelia, Phæaces.*

16 Ἔδδανα.] Hic locus, ſi quiſquam alius, in omnibus editionibus admodum mutilus circumfertur, ut mirum non ſit editionis præfectos defectus ſignum appoſuiſſe, cum legatur. Ἔδδανα, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κατοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδάνου ἡγεμόνος. τὸ ἐθνικὸν, Ἐδεβεσσεὺς, καὶ Ἐδεβέσσιος. Ab Ἔδδανα hic non formatur gentile, ſed τὸ Ἐδεβεσσεὺς gentile eſt, cujus primitivum in vulgatis non conſpicitur. Nos veterem lectionem ex MSS Palatinis & codice Voſſiano reduximus, hiatumque ſupplevimus. Sed maxime miror Ortelii ἀσυνεσίαν, in Theſauro Geographico ita ſcribentis: *Eddana urbs ante Euphratem, à Phœnicibus condita, cujus gentile EDEBESSII.*

17 Πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Alibi hanc urbem Stephanus Ἄδανα appellavit, ita enim ille circa finem iſtius tmematis: Ἔστι δὲ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Περσικῷ ἔθει, Ἀδανηνός. Hanc eandem eſſe civitatem, quilibet facillime viderit.

18 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανεύς.] Hoc gentile non habet τὸν ἐπιχώριον τύπον, ſive formam regioni ſolitam, quæ eſſet Ἐδδανηνὸς, uti ſupra Ἀδανηνός. Procul dubio Stephanus in ſuo opere hoc gentile non prætermiſit, quod nunc ſupina Epitomatoris incuria hinc exulat.

19 Ἐδεβησσὸς, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν αʹ.] Horum verborum ne veſtigium quidem in vulgatis libris reperitur. Plinius in deſcriptione Lyciæ lib. V cap. XXVII

hujus

A Ε'ΔΕ'ΣΣΑ[20], πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην ὕτω κληθεῖσα, ἀπὸ τῆς [21] ἐν Μακεδόνι. [22] κατὰ μὲν τὺς ἐγχωρίυς Ε'δεσσηνός· παρὰ δὲ τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχαίων, [23] Ε'δεσσαῖ@.

B Ε'ΔΟΥΜΑΓΟΙ, ἔθν@ Α'ράβιον, ὡς Σύνι@ ἐν Α'ραβικῶν τετάρτῳ. τινὲς δὲ διὰ τὸ ι γράφυσιν, ὡς εἰρήσεταί μοι ἐν τῷ ι.

Ε'ΔΡΑ, ἡ καθέδρα. [24] ὕτω λέγονται ἕδραι βυλῆς. [25] ἀφ' ὗ ἑδρίτης, ὁ οἰκέτης.

C Ε'ΘΝΕ'ΣΤΑΙ[26], ἔθν@ Θεσσαλίας, ἀπὸ Ε'θνέςυ τῦ Νεοπολέμυ παίδων ἑνὸς, ὡς Ῥιανὸς δ' καὶ έ.

D ΕΙ'ΔΟΜΕΝΗ'[27], πόλις Μακεδονίας· Θυκυδίδης β'. τὸ ἐθνικὸν, Εἰδομένι@, ὡς Κλαζομένι@.

ΕΙ'ΖΗ-

A EDESSA, urbs Syriæ, quæ ob aquarum impetum ita dicta eſt ab urbe Macedonica. Gentile ſecundum indigenas, Edeſſenus: ſed juxta plures antiquorum Edeſſæus.

B EDUMÆI, gens Arabica, cujus Sunius meminit libro quarto Arabicorum. Quidam vocem per I ſcribunt, ut in litera I à me dicetur.

HEDRA, ſubſellium. Ita appellantur ſubſellia ſenatus. Inde Hedrites, quæ vox ſupplicem denotat.

C ETHNESTÆ, gens Theſſaliæ, quæ ab Ethneſta, uno ex Neoptolemi filiis nomen habet, auctore Rhiano libro IV & V.

D EIDOMENE, urbs Macedoniæ, cujus meminit Thucydides libro ſecundo. Gentile, Eidomenius, uti Clazomenius.

EIZE-

hujus urbis meminit, teſtaturque quondam ei nomen fuiſſe *Antiphellos*, ita enim ille: *Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam Habeſſus, atque in receſſu Phellus.* Verum Hermolaus Barbarus in commentariis ad hunc Plinii locum ita ſcribit: *Fortaſſis non Habeſſus, ſed Edebeſſus ſcribendum fuit, ita Lycia urbem vocante Capitone.* Certiſſimum eſt Hermolaum hæc hauſiſſe ex MS Stephani codice, in quo hic de Edebeſſo locus eodem prorſus modo legebatur, nam Capitonis Iſaurica hodie non circumferuntur.

20 Ε'δεσσα, πόλις Συρίας.] Situm hujus oppidi addiſcimus ex Strabone lib. XVI, & Plinio lib. V cap. XXIII, quibus aliis nominibus Bambyce & Hierapolis dicitur.

21 Ε'ν Μακεδόνι.] Macedonica Edeſſa ad Erigonum fluvium à geographis collocatur. Livius lib. XLV cap. XXIX ejus meminit: *Tertia regio nobiles urbes Edeſſam & Beraam & Pellam habet, & Vettiorum bellicoſam gentem.* Verum deinde Caranus oraculo monitus, ut ducibus capris imperium quæreret, regni ſedem ibi ſtabilivit (poſtquam non ſentientibus oppidanis, propter imbrium & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum, imbrem fugientium, ſecutus, urbem occupaverat) & ob memoriam muneris urbem *Edeſſam Ægeas* appellavit, uti fuſius perhibet Juſtinus lib. VII. cap. I.

22 Καὶ μὲν τὺς ἐγχωρίυς, Ε'δεσσηνός.] Non placet lectio quæ in MSS & vulgatis reperitur: ſine dubio revocanda eſt vox ἐθνικὸν, quæ hic excidit. Lego itaque: τὸ ἐθνικὸν, κατὰ μὲν τὺς ἐγχωρίυς, Ε'δεσσηνός. De hoc gentili non eſt dubitandum, cum paſſim antiquarii nummos cum inſcriptione ΕΔΕCCΗΝΩΝ producant.

23 Ε'δεσσαῖ@.] Certiſſimum eſt & hoc gentile pleroſque veterum uſurpaſſe. Heſychius: Ε'δεσσαῖ@, ὁ Ἡρακλῆς ἐν Ε'δέσσῃ. Clariſſ. Sphanhemius teſtatur ſe in nummis Auguſti, Commodi, & Severi ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ reperiſſe, & non male hoc gentile antiquioribus tribui à Stephano, cum id vetuſtiores illius urbis nummi præferant. Verum præter duo hæc gentilia, tertium in uſu eſt, quod prætermiſit ὁ Ε'θνικολόγος: nam idem Spanhemius in Antonini Caracallæ nummo Mediceo, ac in Philippo muſei Seguiniani τὸ ΕΔΕΣΣΕΩΝ obſervavit, quod in caſu recto habet Ε'δεσσεύς.

24 Οὕτω λέγονται ἕδραι βυλῆς.] Sic communia magiſtratuum ſubſellia appellabanter: nam præſidis ſella proprio nomine Προεδρία dicebatur: liquet hoc ex inſcriptione nondum edita, quam mihi nuper ornatiſſimus Gerardus van Hinlopen civis Hornanus humaniſſime communicavit, qui eam Monachis in inſula Lesbo, ubi per aliquot dies, Conſtantinopolin iter faciens, commorabatur, acceptam refert: ei oſtendentibus ſedem ex candido alabaſtrite factam, quam terra abditam effoderant, in cujus antica inferiore parte, quam ſedentes ſuris tangunt, hæc legebatur inſcriptio.

ΠΤΑΜΩΝΟΣ.
ΤΩΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ.
ΠΡΟΕΔΡΙΑ.

Quis autem fuerit hic præſul, paucis enarrare operæ pretium duxi. Strabo & Suidas eum *Potamonem*, non autem *Ptamonem* appellant. Geographus lib. XIII ſic refert: Ὕστερον δὲ ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ Ῥήτωρ, καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων, καὶ Λεσβοκλῆς &c. Verum fuſius de eo ſcribit Suidas, illum Lesbonactis filium fuiſſe, & tempore Tiberii Romæ vixiſſe, cui tam charus erat, ut ei patriam repetenti præſtantiſſimi exempli commeatum dederit. Ποτάμων Μιτυληναῖ@, υἱὸς Λεσβώνακτος, ῥήτωρ, ἐσοφίσευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίυ. καί ποτε εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντ@, ὁ βασιλεὺς ἐφοδιάζει τοιοῖς δὲ γράμμασι. Ποτάμωνα Λεσβώνακτ@ εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω, εἰ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. *Potamonem Lesbonactis F. ſi quis injuria afficere fuerit auſus, videat an mihi bellum facere poſſit.* Verum eſt, inſcriptionem in prima ſyllaba τὸ Ο μικρὸν non agnoſcere, quod tamen plurimis exemplis excuſari poteſt: Perſius Sat. I. habet *Troſulus* pro Toroſulus. Troſuli dicti ſunt Toroſuli. Varro Seſquiulyſſe apud Nonium: *Nunc emunt Troſuli, nardo nitidi vulgo, Attico talento equum.* Hieronymus lib. II ad Jovianum: *Formoſuli noſtri & toroſuli, & vix ſummis pedibus adumbrantes veſtigia, quorum verba in pugnis ſunt, & ſyllogiſmi in calcibus.* Sic *chors* pro *cohors*, & *chortes* pro *cohortes* Ovidius lib. IV Faſtor. de Vulpe:

Abſtulerat multas illa cohortis aves.

Sed pro eo apud Martialem lib. VII Epigrammate XXXI *chors* reperitur:

Rauca chortis aves, & ova matrum.

Sic *clura* quoque dicitur pro κόλυρα, id eſt, ſimia cauda carens. Similiter etiam in hac inſcriptione *Ptamonos* pro *Potamonos* effertur. Quod autem ad ΤΩΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ attinet, in eo aut tranſcriptoris, aut ſculptoris manifeſtum apparet παρόραμα, cum ſine dubio legendum ſit ΤΟΥΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ. Niſi quis ſtatuat Dorice ΤΩ, pro ΤΟΥ poſitum eſſe.

25 Ἀφ' ὗ ἑδρίτης, ὁ οἰκέτης.] Hæc lectio non eſt ſani coloris, quemadmodum cenſet magnus Salmaſius, corrigebat enim ad marginem ſui libri: ἀφ' ὗ ἑδρίτης, ὁ ἱκέτης. Suidas: ἑδρῖται, οἱ ἱκέται, οἰκέται. ἀπὸ τῦ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν ἑςίαν.

26 Ε'θνέςαι, ἔθν@ Θεσσαλίας.] Non novi antiquum, neque ſequioris ævi ſcriptorem, qui de hoc gente Theſſalica mentionem fecerit. Adfert tamen Goltzius nummum cum inſcriptione ΕΘΝΕΣΤΑΙΩΝ quod in caſu recto habet Ε'θνεςαῖ@, recteque pro gentili, à primitivo Ε'θνέςαι deductum, cenſeri poteſt.

27 Εἰδομενη, πόλις Μακεδονίας.] Eadem hæc eſt urbs, de qua alio loco ſic ſcribit Stephani Epitomator. Ἰδομεναί, πόλις Μακεδονίας. ὁ πολίτης Ἰδομένι@, ὡς Κλαζομένι@.

Εἰζηλός, φρούριον Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Εἰζηλῖνος. A

EIZELUS, Siciliæ munimentum. Gentile, Eizelinus.

Εἰλέσιον· Ὅμηρος,

---- [28] Καὶ Εἰλέσιον, καὶ Ἐρύθρας.

τὸ ἐθνικὸν, Εἰλεσιεύς.

EILESIUM. Homerus:

---- *Et Eileſium & Erythras.*

Gentile, Eileſienſis.

Εἰλειθυίας, πόλις Αἰγυπτιακή. B τὸ ἐθνικὸν, Εἰλειθυιοπολίτης.

EILITHYIAS, oppidum Ægyptiacum. Gentile, Eilithyiopolita.

Εἴνατος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων φησί. τὸ ἐθνικὸν, Εἰνάτιος. τινὲς δὲ ὄρος, καὶ ποταμὸν, [29] ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν Εἰνατίνην. C

EINATUS, urbs Cretæ, ut Xenio perhibet. Gentile, Einatius. Quidam tradunt montem & fluvium eſſe, ibidemque coli Lucinam Einatiam.

Εἰρεσίδαι, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Εἰρεσίδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Εἰρεσιδῶν. καὶ τὰ λοιπὰ οὕτω.

EIRESIDÆ, populus Acamantidis tribus, cujus popularis Eireſides. Localia, ex Eireſidis; & ſic quoque reliqua formantur.

Ἐκαδήμεια, [30] ἡ Ἀκαδήμεια, ἀπὸ Ἀκαδήμου. καὶ Ἀθήνησι τόπος ὁ Κεραμικός. D ὁ ἥρως δὲ, διὰ τοῦ ε γράφεται. οἱ δ' ὅτι Ἔχεμος ὁ Ἀρκὰς συστρατεύσας τοῖς Διοσκούροις, ὑποχείριον ἔσχε τὴν Ἀττικήν. [31] ἐξ οὗ Ἐχεμήδειόν φασιν. ὁ δημότης, Ἀκαδημαϊκός, [32] τροπῇ τοῦ τελευταίου ε εἰς η. E

ECADEMIA, ſive Academia, ab Academo nomen habet. Et Athenis locus eſt qui Ceramicus dicitur. Herois nomen per E ſcribitur. Alii referunt, Echemum Arcadem, qui cum Dioſcuris militavit, regionem Atticam ſibi ſubjeciſſe, à quo Echemedium deducunt. Popularis, Academaïcus, E pſilon finali in η mutato.

Ἑκάλη, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἑκάλιος. [33] τὰ τοπικὰ Ἑκάληθεν, Ἑκάληνδε, Ἑκάλησι. καὶ Ἑκάλιος Ζεύς.

HECALE, populus Leontidis tribus. Popularis, Hecalius. Localia ſunt ex Hecale, ad Hecalem, in Hecale. Et inde Hecalius Jupiter.

Ἑκατήσια [34], οὕτως ἡ Ἰδριὰς πόλις F ἐκαλεῖτο Καρίας. ναὸν γὰρ τεύξαντες οἱ Κᾶρες, [35] τὴν θεὸν Λαγινίτην ἐκάλεσαν, ἀπὸ τοῦ φυγόντος ζώου ἐκεῖ, [36] καὶ τὰ Ἐτήσια τελοῦντες, ὠνόμασαν. ὁ πολίτης, Ἑκατήσιος.

HECATESIA, hoc nomine urbs Idrias in Caria appellabatur. Cares enim ædificato templo, Deam Laginitem vocarunt, & ab animali quod inde aufugiebat, Ecateſia celebrantes, illud denominarunt. Civis, Hecateſius.

Ἑκατόννησοι, [37] οὕτω περὶ G τὴν

HECATONNESI, hoc nomine viginti

[28] Καὶ Εἰλέσιον.] Eſt locus Homeri ex Catalogo navium. Ad quem videſis Euſtathium, ſi rem tanti feceris.

[29] Ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν Εἰνατίνην.] Præter τὸ φασὶ, vel ſimile quid, quod hic excidit, etiam in Ἐνατίνην ultimum N eſt rejiciendum, & legendum Εἰλείθυιαν Εἰνατίην. Optime in hanc rem ſcribit Etymologici Magni Auctor: Εἰνατίη, ἐπίθετον τῆς Εἰλειθυίας. Καλλίμαχος, Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα. εἴρηται οἷον Κρητική. Εἴνατος γὰρ τόπος Κρήτης, ἔνθα ἐτιμᾶτο ἡ Εἰλείθυια.

[30] Ἐκαδήμεια.] Antiquis temporibus hanc vocem auctores per E ſcripſiſſe, notius eſt quam quod multis doceri debeat. Diogenes Laert. lib. III de Platone: Πρότερον γὰρ διὰ τὸ ε Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο. Et apud Horatium Epiſtol. lib. II. Epiſt. II in plurimis codicibus legitur:

Atque inter ſylvas Ecademi quærere verum.

Vide quoque Porphyrium περὶ ἀποχῆς, & Etymologici Mag. Auctorem in Ἀκαδήμιον.

[31] Ἐξ οὗ Ἐχεμήδειον.] Secundum Plutarchum in Theſeo hic reſcribendum foret Ἐχεδημίαν. Meurſus cenſet reſcribendum eſſe, Ἐκεδήμειον.

[32] Τροπῇ τοῦ τελευταίου ε εἰς η.] Hunc locum exſcriptorum ignorantia eſſe depravatum, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere. Codex Voſſianus mihi exhibuit: τροπῇ τοῦ τελευταίου ε εἰς θη: Et ita quoque Salmaſius in optimo Palatino invenit, & ad marginem ſui Stephani ſcripſit, fortaſſis pro εἰς θη, εἰς δη legendum eſſe. Sed non eadem viro incomparabili animo ſedet opinio: nam addit præterea totum locum ſic poſſe conſtitui. Τροπῇ τοῦ χ εἰς κ, καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς η. Ego puto hæc verba eſſe loco mota, & non pertinere ad τὸ Ἀκαδημαϊκὸς, ſed ad τὸ Ἐχεδήμειον, quod ſit ab Ἔχεμος, mutato χ in κ, & ultimum ε in η.

[33] Τὰ τοπικὰ, Ἑκάληθεν.] Ita reſcripſimus ex chartaceo Voſſiano, & primis editionibus. Male habet Xylandriana: τὰ τοπικὰ, Ἑκάλιθεν.

[34] Οὕτως ἡ Ἰδριὰς πόλις Καρίας.] Alio etiam nomine appellabatur Χρυσαορίς. Stephanus: Χρυσαορὶς, πόλις Καρίας, ἡ ὕστερον Ἰδριὰς ὀνομασθεῖσα. Peſſime eo in loco legitur Ἀδριὰς, uti poſtea oſtendemus. Vide præterea in voce Ἰδριάς.

[35]. Τὴν θεὸν Λαγινίτην ἐκάλεσαν.] Sic dicta videtur hæc Dea ab oppidulo, quod noſtro Λαγινία dicitur, ita enim ſcribit: Λαγινία, πολίχνιον Καρίας. Ἀπολλόδωρος Καρικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαγιναῖος, καὶ Λαγινίτης, καὶ Λαγινῖτις. Templum in Laginis illuſtriſſimum Hecatæ ſacrum deſcribit Strabo libro XIV hiſce verbis. Ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερὰ, ἐν μὲν Λαγίνοις, τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, πανηγύρεις μεγάλας συνάγον κατ' ἐνιαυτόν.

[36] Καὶ τὰ ἐτήσια τελοῦντες.] Conſtanter ſic legunt libri MSS & editi, facillime tamen hoc loco & ſine magna mutatione reſcribi poſſet, καὶ τὰ Ἑκατήσια τελοῦντες. Hac enim appellatione veteribus Hecates ſacrificia inſigniuntur. Vide Pollucem lib. IV. Præterea Strabo verbis proxime citatis de Hecatæ templo mentionem facit, cui non incommode Ἑκατήσια attribuuntur: Verum quia addit, ibi quotannis magnos conventus agitari, non temere in noſtro τὰ ἐτήσια mutaverim, cum etiam in aliis ſcriptoribus hæc phraſis reperiatur. Nazianzenus: τὰ ἐτήσια πανηγυρίζουσι *anniverſaria celebrant.*

[37] Οὕτω περὶ τὴν Λέσβον νησία κ', ὡς Στράβων.] Habuiſſe Stephanum in genuino ſuo opere intergrum Strabonis locum, ex hoc compendio manifeſtiſſime liquet, ita enim Geographus de viginti hiſce inſulis lib. XIII: Καὶ διὰ τῶν

τὴν Λέσβον νησία κ', ὡς Στράβων, 38 περὶ τὸν Ἕκατον τὸν Ἀπόλλωνα. τιμᾶται γὰρ διαφόρως ἐν τοῖς τόποις, Σμινθεὺς, Κιλλαῖος, Γρυνεύς. οἱ οἰκοῦντες, Ἑκατοννήσιοι. A

ἙΚΑΤΌΜΠΥΛΟΣ, πόλις Παρθίας, ἀνατολικωτέρα Περσίδος. τὸ ἐθνικὸν, Ἑκατομπύλιος. B

ἘΚΒΆΤΑΝΑ, 39 ἡ μεγάλη μερὶς τῆς Μηδίας. ἔστι καὶ Συρίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἐκβατανηνὸς, 40 ὡς Ταβιηνός.

ἘΛΑΊΑ, 41 πόλις τῆς Ἀσίας Αἰολικὴ, Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἣ Κίδαινις ὠνομάζετο, Μενεσθέως κτίσμα. 42 ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ Ἐλέα, 43 ἐξ ἧς Ἐλεάται. τῆς δὲ προτέρας, Ἐλαΐται. ἔστι καὶ πόλις 44 Φοινίκης Ἐλαία, μεταξὺ Τύρου καὶ Σιδῶνος, ὡς Φίλων. καὶ Ἐλαία Βιθυνίας ἐπίνειον, πλησίον Μυσίας. ἔστι καὶ λιμὴν Αἰθιοπίας, καὶ νῆσοι τρεῖς. C D

ἘΛΑΙΕΥ͂Σ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ὡς Διονύσιος. Διόδωρος δ' Ἐλαιοῦς· ἀφ' οὗ ὁ δημότης Ἐλαιούσιος. τὰ τοπικὰ, Ἐλαιοῦντόθεν, καὶ Ἐλαιοῦντάδε, καὶ Ἐλαιοῦσι. λέγεται καὶ ἐξ Ἐλαιέως. E

ἘΛΑΙΟΥ͂ ΤΕΙ͂ΧΟΣ, πόλις Λυκίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐλαιοτειχίτης.

6 Σκύμνος καὶ Ἑρμώνειαν καλεῖ.] Intelligit Scumum Chium, poëtam qui ſenariis verſibus Periplum concceperat. Vir ſummus Iſaacus Voſſius, in notis ad Fragment. Peripli Ponti Euxini & Mœotidis Paludis, iſtius Anonymi verba, qui ſuam περιήγησιν ex Scumno tranſtulerat, in hos ſenarios reduxit:

Εἶτ᾽ ἔστι Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις·
Εἶτ᾽ ἐστὶν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε,
Ἣν Τήϊοι λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε.

Liquet igitur dilucide ex Stephano noſtro, Scumnum Chium inſulam hanc, ſive urbem in ea, non Hermonaſſam, ſed Hermoneam appellaſſe, quam ſcripturam, ſi Cl. Voſſius fuiſſet ſequutus, etiam in verſiculo metri lex conſtitiſſet.

7 Στράβων &c.] In hanc ſententiam reperiuntur Strabonis verba libro citato: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα, πύργος ἐστὶ Νεοπτολέμου καλούμενος, καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη.

Ἑρμώνακτος κώμην φασί. Μένιππος δὲ χωρίον [8] Τραπεζοῦντος ἐν Περίπλῳ τῶν δύο πόντων. Ἑκαταῖος δὲ, καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασιν, ἀπὸ Ἑρμωνάσσης. τὸ ἐθνικὸν, Ἑρμωνασσαῖος, ἢ Ἑρμωνάσσιος, ὡς Συρακούσιος.

Hermonactis pagum appellat. Menippus vero caſtellum Trapezuntis in Periplo duorum marium. Hecatæus autem & Theopompus urbem vocant, quæ ab Hermonaſſa nomen habet. Gentile, Hermonaſſæus, ſive Hermonaſſius, uti Syracuſius.

ἙΡΜΩΝΘΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Μώμεμφις, Μένουθις, Τερένουθις. ἀφ' ἧς Ζεὺς Ἑρμωνθίτης, καὶ Ἀπόλλων· [9] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ. ἀφ' ἧς καὶ νομὸς Ἑρμωνθίτης. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἴσιδος ἱερόν.

HERMONTHIS, urbs Ægypti, uti Momemphis, Menuthis, Terenuthis. Inde Jupiter & Apollo Hermonthites dictus, auctore Strabone libro XVI. Hinc etiam præfectura Hermonthites. Ibi quoque Iſidis templum eſt.

ἙΡΝΙΚΕΣ [10], ἔθνος Λατίνων, Διονύσιος ὀγδόῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

HERNICES, gens Latina, de qua Dionyſius libro VIII Antiquitatum Romanarum.

ἘΡΟΙΑΔΑΙ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἐροιάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἐροιάδων, εἰς Ἐροιάδων, ἐν Ἐροιάδων.

EROEADÆ, populus Hippothoöntidis tribus. Popularis, Erœades. Hinc formantur localia, quæ ex, ad, & in Erœadis denotant.

ἘΡΥΘΕΙΑ [11], νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ Ὠκεανῷ, [12] ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου, ἧς καὶ Ἑρμοῦ Νώραξ, ὡς Παυσανίας. λέγεται δὲ καὶ Ἐρύθη [13] κατὰ συναλοιφὴν, ὡς τὸ [14] Ἀγάμεια, Ἀγάμη, καὶ Ζέλεια, Ζέλη, Μαντίνεια, Μαντίνη. [15] ὁ νησιώτης, Ἐρυθεὺς, ὡς Μαντινεύς. ἢ Ἐρυθείτης, ἢ κατὰ περίφρασιν, ὁ κατοικῶν τὴν Ἐρύθειαν, ὡς [16] Ὅμηρος,

[17] Αἰθιο-

ERYTHEA, inſula Geryonis in oceano, ſic dicta ab Erythea Geryonis filia, ex qua & Mercurio Norax natus eſt. Verum quoque Erythe vocatur per ſynalœpham, quemadmodum ab Agamea fit Agame, Zelea Zele, Mantinea Mantine. Inſulanus, Erythenſis, uti Mantinenſis, vel Erythites, vel per circumlocutionem, Erytheam incolens, quemadmodum Homerus.

Æthio-

8 Χωρίον Τραπεζοῦντος.] Fortaſſis in ditione Trapezuntis, cui Hermonaſſa erat vicina, teſte Strabone lib. XII: Εἶτα κόλπος ἐν ᾧ Κερασοῦς τε καὶ Ἑρμώνασσα, κατοικίαι μέτριαι· εἶτα Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς.

9 Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ.] Libri omnes exhibebant ἑκκαιδεκάτῳ, quod non erat ferendum: nam libro XVII locus iſte invenitur, quem reſpicit Stephanus: ſed urbis nomen & gentile ibidem per ου in medio ſcribuntur. Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμουθὶς πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλλων τιμᾶται, καὶ ὁ Ζεύς. Etiam circa Thebaïdem ſtatuit Ariſtides oratione de cauſis Nili creſcentis: Ὅτε γὰρ τὸ δεύτερον εἰς Αἴγυπτον ἀνέπλεον τὸν εἰς κορυφὴν ἀνάπλουν, ἐνέτυχεν ἡμῖν περὶ τὸν Θηβαϊκὸν τόπον ἐν νομῷ ὄνομα Ἑρμουνθὶ, ἄνθρωπος. Ubi forte Ἑρμουνθίτης legendum.

10 Ἕρνικες ἔθνος Λατίνων.] Aliquoties Dionyſ. Halicarnaſſeus libro citato horum meminit, apud quem etiam reperiuntur caſus obliqui, τοῖς Ἕρνιξι καὶ τοὺς Ἕρνικας: quanquam evidens eſt, a Strabone appellari Ἕρνικοι, neque aliter a Livio, Macrobio, Servio & aliis. Licet autem Hernici ab oriente ſolis æſtivi contermini fuere veterrimo illi Latio, non tamen antiquis temporibus Latinis annumerabantur, ut ex Dionyſio Halicarnaſſeo docet Cluverius. Poſtea tamen Novo Latio, cujus extimus finis erat Liris amnis, Hernici adſcripti[illegible]e, quod etiam vir doctus ex eodem Dionyſio bene aſſeverat.

11 Ἐρύθεια, νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ ὠκεανῷ.] Situm hujus inſulæ accuratius deſcribit noſter in voce Ἀφροδισιάς. Δευτέρα, Ἰβηρίας πρὸς τοῖς Κελτοῖς· τρίτη, νῆσος ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων. Quibus adjungam verba Plinii lib. IV cap. XXII a Salmaſio emendata: *Ab eo latere, quo Hiſpaniam ſpectat, paſſibus fere centum, altera inſula eſt longa* III *M paſſ. M. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philiſtide Erythia, a Timæo & Sileno Aphrodiſias, ab indigenis Junonis. Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii aborigines eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Erythia jam nuſquam apparens aquis abſorpta eſt. Tamen ſita fuit olim media inter Gadeis & continentem, oppido, quod ad occaſum inſulæ erat conditum, ita propinqua, ut fretum, quod interfluebat, tantum fuerit unius ſtadii, auctore Strabone lib. II, vel paſſuum centum, ut ſcribit Plinius.

12 Ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου, ἧς καὶ Ἑρμοῦ Νώραξ.] Hic locus in aliis editionibus mutilus circumfertur, ubi hunc in modum legitur: ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ. At quomodo eadem Erythia potuit eſſe filia Geryonis & Mercurii? Itaque Palatinorum codicum lectionem, veram & indubitatam, in hujus locum repoſui, quæ etiam auctoritate Pauſaniæ, quem teſtem citat, confirmari poteſt, ita enim ille in Phocicis: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον, Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσι ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νώρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν· ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ· Παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. Nemo, hunc Pauſaniæ locum conſiderans, emendationem hanc in dubium vocabit.

13 Κατὰ συναλοιφήν.] De hac figura vide in voce Ἀγάμεια, & aliis locis hujus onomaſtici geographici.

14 Ἀγάμεια Ἀγάμη.] Male in omnibus editis hæ voces duplici μ exaratæ conſpiciebantur.

15 Ὁ νησιώτης, Ἐρυθεύς.] Eadem habes gentilia apud Etymologum: Ἐρύθεια, νῆσος ἐν τῷ ὠκεανῷ· ὁ νησιώτης, Ἐρυθεὺς ὡς Μαντινεύς· ἢ Ἐρυθείτης, ὡς Ζελείτης.

16 Ὅμηρος.] Bene monet Hartungus, omnes editiones peſſime exhibere, Ἀπολλώνιος: nam verba quæ ſequuntur, non in Argonauticis, ſed circa finem Homeri Bœotiæ invenies:

Ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον,
Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

Fateor libro II Argonauticorum de Erythinis fieri mentionem, ſed alio cum epitheto,

Σήσαμον, αἰπεινούς τε περεξενέοντ' Ἐρυθίνους.

Unde liquet, hunc locum non innuiſſe Stephanum; & quod argumentum eſt irrefutabile, ipſe Apollonii Scholiaſtes verba Homeri, a Stephano producta, commentariis ſuis inſeruit, ita enim ille: Ἐρυθῖνοι δὲ, οὕτω λεγόμενοι λόφοι περὶ Παφλαγονίαν· οὕτω δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐρυθρότητα τοῦ χρώματος· εἰσὶ γὰρ τοιοῦτοι· καὶ Ὅμηρος αὐτῶν μέμνηται. Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. Non male igitur Homerum in noſtra editione, loco Apollonii, repoſuimus. Interim Euſtathius ad Homeri Catalog. idem urbis etymon, e Stephano petitum, ſuo calculo comprobat: Ἐρυθῖνοι δὲ, πόλις Παφλαγονίας καὶ αὐτὴ, παρὰ τὸ ἐρυθρὸς, ὡς λέγει ὁ γράψας τὰ Ἐθνικά· ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν, ὅτι δύο εἰσὶ σκόπελοι, οἱ νῦν Ἐρυθῖνοι· λέγονται δὲ οὕτως, ἀπὸ τῆς χρόας. De loci etymo præterea lege Strabonem lib. XII.

[17] Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. A

Æthiopes bifariam diviſi, ultimi virorum.

ΕΡΥΘΙΝΟΙ, πόλις Παφλαγονίας. λέγεται δὲ παρὰ τὸ ἔρευθος. Ἀπολλώνιος,

---- Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.

ERYTHINI, urbs Paphlagoniæ, quæ à rubore ſic appellatur. Homerus:

---- *Et excelſos Erythinos.*

B Gentile, & urbis nomen idem ſunt.

ΕΡΥΘΡΑ, ἡ θάλασσα, [18] ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος. Οὐράνιος δὲ [19] ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ, ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσι, καὶ πορφυρᾶ· καὶ ἐπὴν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν C σκιὰν ἐρυθράν. καὶ ὄμβρῳ δὲ καταπλυθέντων τῶν ὀρέων, κάτω [20] συῤῥέοντα εἰς θάλασσαν, οὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χρόαν. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυθραῖος, καὶ Ἐρυθραία, καὶ Ἐρυθραῖον· καὶ ἔστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης, ὡς D Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῃ Γεωγραφουμένων.

ERYTHRA THALASSA, ſive Mare Rubrum, ſic dicta eſt ab Erythra heroë. Sed Uranius libro II Arabicorum illud nomen deducit à vicinis montibus, qui inſigniter rubri ſunt & purpurei: nam ubi ſol illuſtraverit illos radiis ſuis, umbram rubram in mare jaculantur. Porro montes pluvia proluti deorſum in mare defluente, conſimili colore illud tingunt. Gentile, Erythræus, & Erythræa, & Erythræum. Eſt quoque promontorium Erythra Libyæ, teſte Artemidoro libro ſeptimo Geographicorum.

ΕΡΥΘΡΑ ΒΩΛΟΣ, πόλις Αἰγύπτου, [21] Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυθροβωλίτης.

ERYTHRA BOLOS, urbs Ægypti, de qua Herodotus libro II. Gentile, Erythrobolites.

ΕΡΥΘΡΑ, πόλις Ἰώνων, Ἑκαταῖος E Ἀσίᾳ· ἐκαλεῖτο δὲ [23] Κνωποῦπολις, ἀπὸ Κνώπου. ἔστι καὶ [24] Λιβύης ἄλλη, καὶ ἄλλη Λοκρίδος. ἔστι καὶ [25] Βοιωτίας, [26] καὶ Κύ-

ERYTHRA, urbs Ionum, auctore Hecatæo in Aſia. Appellabatur vero Cnopupolis à Cnopo quodam. Eſt quoque alia Libyæ, & alia Locridis, etiam Bœotiæ, & alia

17 Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ &c.] Nemo ignorat hunc eſſe Homeri verſiculum ex Odyſſ. A, qui æque ad hunc locum pertinet quam Bubtubata Nævii & illud Brecececeex Ariſtophanis. Certiſſimum enim eſt, hæc eſſe mutilata, conciſa & male cohærentia, atque illum, qui hoc non animadverterit, oculis ſuis non bene uti. Fortaſſis Stephanus in genuino opere, deſcribendo hanc inſulam, veterum opinionem retulit, exiſtimantium geminos eſſe Æthiopas, alios orientales, alios vero occidentales, de quibus Strabo, Dionyſius, Euſtathius & alii: illos habitare circa Ægyptum & mare rubrum, hos vero in inſula Erythia viciniſque locis, quam diviſionem & Æthiopum differentiam dum Stephanus Homeri verſiculo, tanquam minime dubio teſtimonio, confirmare ſtudet, Epitomator rem non ſatis accurate penſitans, nobis non illam diviſionem, ſed hunc verſiculum præter mentem auctoris ſupereſſe voluit. Verum non duntaxat hic, ſed ſexcentis aliis in locis ſumma Hermolai Grammatici ſupinitas & negligentia eſt reprehendenda.

18 Ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος.] Eruditis hujus ſeculi jam ſatis perſpectum eſt, mare Rubrum vel Erythreum a colore aquarum & aliis cauſis futilibus nominis originem non trahere, ſed ab Erythra rege, qui Hebræis dicitur *Edom*, Græcis Πυῤῥὸς, ſive Ἐρυθρὸς, Latinis *Ruber*, ut optime omnium docet Fullerus Miſcell. Sac. lib. IV cap. XX.

19 Ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ.] Male legitur in vulgatis libris, ἐν Ἀραβικοῦ δευτέρᾳ, quod, collatis aliis locis, in quibus Uranii mentio reperitur, rejecimus. Et quanquam nemo non videat, hunc locum ſic debere corrigi, dicam tamen idem a Tanaq. Fabro in Epiſtol. Criticis præſtitum.

20 Συῤῥέοντα.] Turpiſſimo errore in omibus editis excuſum eſt συῤῥυέντων. Cod. Voſſianus: συῤῥεόντων, quod etiam a mala manu. Tanaquillus Faber in Epiſt. Crit. συῤῥυέντα, quod etiam probare nequeo; quare in depravatæ lectionis locum συῤῥέοντα repoſuerim, permotus auctoritate Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui integrum Uranii locum in comment. ad Dionyſium tranſtulit: Φησὶν οὖν ὁ παρὰ τῷ γράψαντι τὰ Ἐθνικὰ, Οὐράνιος οὕτος ὀνομαζόμενος, ὅτι τὰ παρακείμενα ὄρη δεινῶς ἐρυθρά εἰσι καὶ πορφυρᾶ. καὶ ἐπὰν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν ἡ αὐγὴ σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ καταπλυθέντων τῶν ὀρέων εἰς θάλασσαν συῤῥέοντα, τοιαύτη, φησὶ, γίνεται ἡ θάλασσα τὴν χροιάν. Qui legere avet figmenta veterum de ſpecie ruboris apparente, is conſulat Agatharcidem de Mari Rubro, Strabonem lib. XVI, Plinium lib. VI cap. XXIII, & Agathemerum lib. II Geograph. cap. XI.

21 Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.] Fidem Stephani liberat Herod. lib. II ubi de Pherone loquitur: Ἀναβλέψαντα δὲ συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἐπειρήθη, πλὴν ἢ τῆς τοῦ οὔρῳ νιψάμενος ἀνέβλεψε, ἐς μίαν πόλιν ἢ νῦν καλέεται Ἐρυθρὴ βῶλος.

22 Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰώνων.] Strabo, Ptolemæus & alii hoc nomen urbis numero multitudinis efferunt. De conditoribus non unanimes ſunt veterum ſcriptorum ſententiæ. Vellejus Paterculus lib. I: *Iones, duce Ione, profecti Athenis, nobiliſſimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodie appellatur Ionia: urbeſque conſtituere Epheſum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myûntem, Erythram &c.* Pauſanias in Achaïcis conditorem refert Erythrum Rhadamanti F. qui urbi de ſe nomen impoſuit, ſed poſtea Κλέοπος ὁ Κόδρου (ubi a doctis emendatur Κνῶπος ὁ Κόδρου) συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ὅσους δὴ παρ' ἑκάστων, ἐπισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους. Harpocration urbem a Neleo conditam ex Hellanico perhibet: Ἐρυθραὶ μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κτισθεισῶν, ὥς φησι, Ἑλλάνικος.

23 Κνωποῦπολις ἀπὸ Κνώπου.] Cnopus, occupata urbe, eam in ſui memoriam & honorem ſic appellari voluit: Polyænus lib. VIII: Χρυσάμη ταῦτα ἰδοῦσα, τὸν Κνῶπον ἐκέλευσε διὰ τείχους ὁπλίσαι τὴν στρατιὰν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπιέναι, ἀμυνόμενοις μὴ δυναμένοις· οὕτω δὲ Κνῶπος ἀνελὼν ἅπαντας, ἐκράτησε τῆς Ἐρυθραίων πόλεως. Ergo ante Cnopum Erythra exſtabat: nam, teſte Pauſania, Erythrus Rhadamanti F. coloniæ vel condendæ, vel ducendæ auctor fuit: ſed Cnopus, ingenti Ionum manu collecta, urbem poſtea inſtauravit atque habitatoribus frequentiorem reddidit. Et hoc modo interpretandus eſt Strabo lib. XIV: Ἐρυθρὰς δὲ Κνῶπος (κτίζει) καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος.

24 Λιβύης ἄλλη.] Hæc eadem videtur, de qua ſectione de Mari Rubro mentionem fecit: Καὶ ἔστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῃ γεωγραφουμένων.

25 Βοιωτίας.] Hujus meminit Strabo lib. IX, teſtaturque Erythræos ex Ionia in Bœotiam miſiſſe coloniam, quæ ibidem urbem conderet. Nomen accepit ab Erythro

Leuconis

26 καὶ Κύπρου ἄλλη, ἡ νῦν Πάφος. ὁ πολίτης, Ἐρυθραῖος. καὶ τοπικῶς, Ἐρυθραιῆθεν. ἐχρημάτιζε δὲ 27 καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος, ὁ Ὅμηρον ὑπομνηματίσας.

ΕΡΥΚΗ 28, Σικελικὴ πόλις. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκαῖος.

ΕΡΥΜΑΝΘΟΣ, ὄρος καὶ ποταμός.

Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον.

ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι λέων οὐ γίνεται. ὅθεν Ὅμηρος περὶ τῆς Ἀρτέμιδός φησι,

29 *Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,*

καὶ οὐ λέουσι. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυμάνθιος· 30 καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθὶς, ὡς Βοιωτὸς Βοιωτίς. ἔστι καὶ οὐδέτερον, Ἐρυμάνθιον.

ΕΡΥΜΝΑΙ, πόλις Λυκίας· Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυμναῖος.

ΕΡΥΞ 31, πόλις Σικελίας ἀρσενικῶς, ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βούτου. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος. καὶ Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη ἐν Ῥώμῃ καὶ Σικελίᾳ.

ΕΡΥΣΘΕΙΑ, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ,

Οἵ τ' ἔχον 32 Ὑλάταο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.

ΕΡΥΣΙΧΗ 33, πόλις Ἀκαρνανίας, ἥ τις

A alia Cypri, nunc Paphus dicta. Civis, Erythræus. Hinc locale, quod ex Erythra denotat. Naucrates, qui in Homerum commentatus eſt, etiam Erythræus dicebatur.

ERYCE, urbs Sicula, de qua Philiſtus B libro ſecundo. Gentile, Erycæus.

ERYMANTHUS, mons & fluvius:

Vel juxta Teügetum oblongum, ſive Erymanthum.

In illis montibus leo non naſcitur. Hinc Ho- C merus de Diana inquit:

Oblectans ſe capris & velocibus cervis:

Non leonibus. Gentile, Erymanthius, & fœmininum Erymanthis, quemadmodum à Bœo- D tus Bœotis. Reperitur quoque Erymanthium genere neutro.

ERYMNÆ, urbs Lyciæ, de qua Alexander libro primo Lyciacorum. Gentile, Erymnæus.

E ERYX, urbs Siciliæ, genere maſculino, ab Eryce Veneris & Buti filio nomen habens. Gentile, Erycinus. Et Erycina Venus Romæ & in Sicilia.

ERYSTHEA, urbs Cypri, in qua Apollo F Hylates colitur. Dionyſius libro III Baſſaricorum:

Quique habitant Hylatæ Dei ſedem Apollinis,
Tembrum, Eryſtheamque, & maritimam Amamaſſum.

G ERYSICHE, urbs Acarnaniæ, deinceps

Leuconis F. Athamantis nepote, auctore Pauſania in Eliacis Poſterioribus: Οἱ δὲ ἐπιριθμοῦσι τοῖς κατειλεγμένοις Ἔρυθρον παῖδα Λεύκωνος τοῦ Ἀθάμαντος· ἀπὸ τούτου Ἐρυθραὶ πόλισμα ἐκαλεῖτο Βοιωτῶν. Euſtathius ad Iliad. B perhibet Erythrum fuiſſe Neptuni F. matrem vero habuiſſe Amphimeduſam Danii filiam, cujus verba mox adducam. Erythræ rudera tempore Pauſaniæ conſpiciebantur in agro Plataïco ſub Cithærone, ſi quis paullulum a recta digrederetur ad lævam, ut teſtatur in Bœoticis.

26 Καὶ Κύπρου ἄλλη.] De hac mentionem fecit Nonnus lib. XIII Dionyſiac.

Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίην τε πολίχνην.

Καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος.] Suſpicor olim in Stephano fuiſſe ſcriptum, Ναυκράτης Ἐρυτραιῆθεν, & noſtrum Naucratis nomen huc adduxiſſe, ut probaret veteres hoc locale, ſive adverbium de loco, uſurpaſſe. Movet me præterea Euſtathius, quod ſic cenſeam, qui totum Stephani locum, ſuppreſſo nomine, in commentarios ſuos tranſtulit, & huic Naucrati hanc ἐθνικοῦ formam attribuit, ita enim ille ad Iliad. B. Ἐρυθραὶ δὲ, εἰσὶ μὲν τῆς Ἰωνίας, καὶ Λιβύης, καὶ Λοκρίδος· καὶ Κύπρου δέ· ἥτις ἐστὶ φασὶν, ἡ νῦν Πάφος· ἰδὲ δὲ τῆς Βοιωτίας, ἱστορεῖται δέ τις Ναυκράτης Ἐρυθραιῆθεν, Ὅμηρον ὑπομνηματίσαι. Ἀπίων μὲν οὖν τῆς Ἡροδώρος ὀξυνοῦσι τὴν λέξιν, λέγοντες Ἐρυθρὰς, ὡς καλάς· Ἕτεροι δὲ φασιν, ὅτι Ἐρύθραι μὲν βαρυτόνως, αἱ τῆς Βοιωτίας ἀπὸ Ἐρύθρου υἱοῦ Ποσειδῶνος τῆς Ἀμφιμεδούσης θυγατρὸς Δαναοῦ· κεῖνται δὲ ὑπὸ Κιθαιρῶνα· Ἐρυθραὶ δὲ ὀξυτόνως, αἱ τῆς Ἰωνίας. Igitur ex hoc loco liquet, noſtram conjecturam minime eſſe vanam.

28 Ἐρύκη, Σικελικὴ πόλις.] Hæc urbs Palicorum lacui a meridie imminebat, cujus ruinas & veſtigia Cluverius vidit in Catalfano monte. Ad hunc montem oritur flumen divi Paulli, quod etiam opinatur eſſe veterum *Erycen amnem*, unde urbs hæc nomen invenit. Gentile hujus oppidi eſt Ἐρυκαῖος & Ἐρυκηνὸς, quod ultimum eſt apud noſtrum in Παλική.

29 Τερπομένη κάπροισι.] In omnibus editionibus contra metri legem excuſum eſt:

Τερπομένη κάπροις καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι·

Hic verſiculus ut & præcedens inveniuntur apud Homerum Odyſſ. Z.

30 Καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθίς.] Codex Voſſianus: καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθεῖσα. Quid autem ad hunc locum faciat non video.

31 Ἔρυξ, πόλις Σικελίας.] Actum revera ageret, qui de ſitu hujus civitatis, de conditore, de templo Veneris Erycinæ, & de nomine gentili aliquid conaretur addere, poſt inſignem diligentiam Clariſſ. virorum Cluverii & Bocharti.

32 Ὑλάταο θεοῦ.] Sic dicitur pro Ὑλάτου, a caſu recto Ὑλάτης. Miror profecto Xylandrum τὸ Ὑλάοιο, quæ peſſima lectio eſt, in contextum recepiſſe. Veterem lectionem, quam exhibent MSS & priores editiones, reponendam judicavi. Non tantum hic colebatur Apollo hoc nomine, ſed etiam in ipſo oppido, unde nomen acceperat. Vide Stephanum in Ὕλη, & Ἀμαμασσὸς, ubi etiam colebatur.

33 Ἐρυσίχη, πόλις Ἀκαρνανίας.] Invitis libris MSS & aliis editionibus pro Ἐρυσίκη reponendum exiſtimavi Ἐρυσίχη, quod manifeſte volunt nomen Heroinæ, & gentile ab oppido deductum. Sita erat ad Acheloum,

 ut liquet

τις ὕστερον Οἰνιάδαι ὠνομάσθη. καὶ τινὲς δὲ τὴν χώραν τῶν Οἰνιαδῶν πᾶσαν Ἐρυσίχην ὠνόμασαν, ἀπὸ Ἐρυσίχης τῆς Ἀχελώου θυγατρός. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυσιχαῖος, περὶ οὗ πολὺς λόγος τοῖς ἀρχαίοις. ὁ Τεχνικὸς γὰρ καὶ [34] Ἡρωδιανός φησιν, ὅτι σεσημείωται [35] τὸ Ἐρυσιχαῖος προπερισπώμενον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. μήποτε οὖν τὸ χαῖον ἔγκειται, ὅ ἐστιν [36] ἡ βουκολικὴ ῥάβδος, καὶ τὸ ἐρύσω μέλλοντα. διχῶς οὖν ἔσται. ὡς ἔστι δῆλον παρὰ Ἀλκμᾶνι ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν Παρθενείων ᾀσμάτων, φησὶ γὰρ,

Οὐκ εἶς ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιὸς
Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσι, [37] οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, [38] Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας. ----

[39] εἰ γὰρ τῷ Θεσσαλὸς γένος συναπτέον, ἐθνικόν ἐστι, καὶ προπερισπάσθω. [40] Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς καθόλου προσῳδίαις, καὶ Πτολεμαῖος ἔφη. [41] εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν [42] συνάψειέ τις λέγων,

ceps Oeniadæ dicta. Quidam univerſam Oeniadarum regionem Eryſichen appellarunt ab Eryſiche Acheloi filia. Gentile, Eryſichæus, ſuper quo priſci multa. Technicus enim & Herodianus ait, id verbi gentilia inter nomina cenſendum, ſi accentu circumflexo in penultima notetur. Nequaquam igitur tunc componitur iſta dictio ex vocabulo χαῖον, pedum paſtorale, & ex futuro ἐρύσω. Dupliciter tamen ſumi poſſe, patet apud Alcmanem in principio libri ſecundi virginearum cantionum, ubi hunc in modum canit:

Neque tu es vir ruſticus, neque ſtolidus
Apud ſapientes, neque genere Theſſalus,
Neque Eryſichæus, neque Calydonius paſtor,
Sed à Sardienſium promontorio. ----

Si enim vox γένος jungatur cum Θεσσαλὸς, gentile erit & circumflectendum in penultima. Herodianus in libris de Proſodia univerſali & Ptolemæus inquit. Si quis illud οὐδὲ ποιμὴν adjunxerit, dicens

ut liquet ex noſtro in voce Οἰνιάδαι, ubi ſec. ſyllaba per dipht. ſcribitur. Strabo lib. x Eryſichæos ab Oeniadis diverſos facit, & auctoritate Apollodori etiam in Acarnaniæ mediterraneis collocat, ita enim ille: Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν Ἐρυσιχαίους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι, ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται.

Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

Ad quem locum ſi quis viderit Caſaubonum, oleum & operam omnino non perdet.

34 Ἡρωδιανός.] Non dubito quin ita ſit reſtituendum pro Ἡρόδοτος, quod libri omnes tum MSS tum editi conſtantiſſime exhibent. In his nominibus librarii ſæpiſſime hallucinantur, & quidem notius pro ignoto ſubſtituentes. Solebant antiqui hæc nomina per compendium ſcribere: hæc abbreviatio Ἡρω *Herodianum*, & hæc Ἡρο *Herodotum* denotat. Per Τεχνικὸν hic Apollonius Dyſcolus intelligendus, qui æque ac Herodianus hoc nomine inſignitur a veteribus. Vide pag. 321: 86. Sed Apollonio Technico per copulativam conjunctionem alius grammaticus Herodianus adjungitur, cujus deinde verba in medium producuntur: nam diſputatio illa de vocabulo Ἐρυσιχαῖος in Herodoti Muſis locum habere nequit. Non poſſum tamen reticere, Mag. Salmaſium etiam de hac emendatione ad marginem ſui Stephani monuiſſe.

35 Τὸ Ἐρυσιχαῖος προπερισπώμενον.] Libri omnes profligatiſſime hic ſunt corrupti, in quibus legitur προπαροξυνόμενον, pro quo reponendum exiſtimavi προπερισπώμενον. Nam ipſa ſenſus ἀκολουθία docet, τὸ Ἐρυσιχαῖος gentile, in penultima circumflectendum. Verum ubi adjective ſumitur, in antepenult. ſignatur, quod ex Herodiano probare noſter conatur. Optime Scholiaſt. Apollonii ad lib. IV: Καὶ τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ λεγόμενον ἐρυσίχαιον, τοιοῦτόν ἐστι· σημαίνει γὰρ τὸ χαῖα ἐρύοντας, ἤγουν ποιμαίνοντας.

36 Ἡ βουκολικὴ ῥάβδος.] Hoc ſignificatu uſus eſt voce χαῖον Apollonius Rhod. lib. IV:

Ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηγνύουσα.

Idem locus citatur ab Etymologici Mag. Auctore: Χαῖον ἀργύρεον] Ἀπολλώνιος, - χαῖον, παλάμῃ ἔνι πηγνύουσα· χαῖον, οἱ μὲν καμπύλην βακτηρίαν· οἱ δὲ, ῥάβδον· οἱ δὲ, λαγωβόλον. Sed hic πηγνύουσα reſcribendum, ut eſt in verſu Apollonii. Eundem hunc errorem tranſcripſit aliunde Phavorinus in Lexico ſuo. Sequitur apud noſtrum: ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος, καὶ τὸ ἐρύσω μέλλοντα. Verum hæc quoque, ut alia plurima hac ſectione, medica manu indigent. Ultima verba, niſi velis Epitomatorem in regulas artis impingere, ita ſunt conſtituenda: καὶ τὸ ἐρύσω, μέλλων.

37 *Οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος.*] Ultima vox in Holtmanniana editione non erat: hanc ut maxime neceſſariam ex vetuſtioribus editionibus & MSS revocavimus.

38 Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν &c.] Fateor hæc & ſequentia Alcmanis verba, hodie non inveniri in libris MSS & prioribus editionibus. Interim tamen *nemo* erit tam βέκηλος, quin mecum ſtatuat, eadem olim Stephanum in genuino opere habuiſſe, atque Hermolaum noſtri Epitomatorem ea non potuiſſe prætermittere, niſi cum ſummo ſui compendii diſpendio. Nam cui bono bis in ſequentibus illorum mentionem feciſſet, & de genuino ſenſu examen inſtituiſſet, niſi in Alcmanis verſiculis extitiſſent? Placuit ergo ex Strabone mutilum hunc Alcmanis locum integriorem edere, atque id quidem Ethnicographo reddere, quod vel temporis injuria, vel tranſcriptorum, Epitomatoriſve ſumma incuria ei ademerat.

39 Εἰ γὰρ τῷ Θεσσαλὸς &c.] Libri omnes male exhibent τὸ Θεσσαλὸς, γένος συναπτέον. Orationis ordo heic dandi caſum requirit, quem in hac editione repoſuimus.

40 Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς καθόλου προσῳδίαις.] Intelligo opus Herodiani, non hiſtoricum, ſed grammaticum, quod de Proſodia agit. Pari modo illud citatur Euſtathio ad Dionyſ. ubi etiam de accentu diſputatio inſtituitur: Ἰστέον δὲ ὅτι Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ Χελιδονίαι ἀναγινώσκει ὀξυτόνως, ὡς Πυρκαϊαί. Apud noſtrum in Ἄδανα liber quartus hujus operis citatur: Ἡρωδιανὸς ἐν τετάρτῃ τῆς καθόλου. Ubi ſine dubio ſubintelligendum προσῳδίᾳ. Et liber I in Δωδώνη, Τεχνικὸς ἐν τῷ α΄ τῆς καθόλου. Ubi non innuitur Hiſtoria univerſalis, ſed Proſodia univerſalis. Quanquam non ignorem τὴν καθόλου γραφὴν, *conſcriptionem hiſtoriæ univerſalis* denotare; eſt enim phraſis Polybio lib. v uſitatiſſima.

41 Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων &c.] Hic locus, ſi quis alius ingentem mihi creavit moleſtiam: ne autem videar intricatiſſima ſicco pede tranſilire, dicam tamen quod ſentiam, forte rem acu non tacturus. Quid ſi locum ita concipiamus: Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων, ἢ ἐρυσίχαιος, πρόδηλον ὡς προπαροξυνθήσεται, καὶ δηλοῖ τὸν βουκόλον, ἢ τὸν αἰπόλον, πρὸς ὃ τὸ ποιμὴν οὐχ ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται. Horum verborum ſenſum in verſione exprimere ſum conatus. Rationem non video, quare illud οὐδὲ ποιμὴν in contextu repetatur. Sufficit ſemel dixiſſe, τὸ ἐρυσίχαιος *bubulcum* vel *caprarium* denotare ſi in antepenultima accentum gerat, ad quod τὸ ποιμὴν, quod eſt in Alcmanis verſu, non ſatis commode adducitur.

42 Συνάψειε.] Peſſima in Xylandriana legitur συνάχθε. Veterem veramque lectionem ex MSS & vetuſtioribus editio-

γῶν, ἢ Ἐρυσιχαῖ@· τὸ δὲ ὐδὲ ποιμλω, πρόδηλον ὡς προπαροξυνθήσεται, καὶ δηλοῖ τὸν βȣκόλον, ἢ τὸν αἰπόλον, πρὸς ὃ τὸ ποιμλω ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται. ὁ πολίτης, Ἐρυσιχαῖ@· τὸ θηλυκὸν, Ἐρυσιχίς. τὸ αὐτὸ ϗ ἐπὶ τ χώρας.

dicens ἢ ἐρυσίχαι@, *ſive Eryſichæus*, manifeſte liquet eam vocem accentu in antepenultima debere inſigniri, & ſignificare bubulcum, ſive caprarium, cui vox ποιμλω *paſtor* non commode adjungetur. Oppidanus, Eryſichæus: Fœmininum, Eryſichis, quod etiam de regione uſurpatur.

ἘΡΕΧΘΙΆ, δῆμ@ τ Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδ@ φυλῆς, ἀπὸ Ἐρεχθέως τȣ ξενίσαντ@ Δήμητραν. τετρασυλλάβως δὲ τὰς Ἐρεχθέας φασίν. ὁ δημότης, Ἐρεχθιεὺς. καὶ Ἰσοκράτης Ἐρεχθιεὺς ἦν. τὰ τοπικὰ, Ἐρεχθιᾶθεν, Ἐρεχθιάζε, ϗ Ἐρεχθιάσιν.

ERECHTHIA, pagus Atticæ Ægeïdis tribus, qui ab Erechtheo, Cererem hoſpitio excipiente, nomen accepit. Quatuor ſyllabis Erechtheas nominant Paganus, Erechthienſis. Iſocrates enim Erechthienſis erat. Hinc adverbia loci, quæ ex, ad & in Erechthia denotant.

ΕἸΔΗΤΕ͂Σ, ἔθν@ Ἰβηρικόν. Ἑκαταῖ@ Εὐρώπῃ.

EIDETES, gens Iberica, auctore Hecatæo in Europa.

ἙΣΠΕΡΊΑ[43], ἡ δύσις, ϗ τὸ δυτικὸν μέρ@. τὸ ἐθνικὸν, [44] Ἑσπέρι@, ϗ [45] Ἑσπεριώτης· καὶ Ἑσπερίτης ὁ δυτικὸς, παρὰ τὴν ἑσπέραν, τὴν δύσιν.

HESPERIA, occidens & pars occidentalis. Gentile, Heſperius & Heſperiotes. Et a voce ἑσπέρα *occidens* fit Heſperites occidentalis.

ἙΣΠΕΡΙ͂Σ, πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερονίκη. ὁ πολίτης, Ἑσπερίτης. [46] Καλλίμαχ@ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν.

HESPERIS, oppidum Libyæ, quod nunc Beronice. Oppidanus, Heſperites, ut eſt apud Callimachum in Epigrammatibus.

ἙΣΤΊΑΙΑ, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρ@,

[47] - - - - Πολυστάφυλόν θ' Ἑστίαιαν.

ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ὄλυμπον Ἑστιαίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἑστιαιεὺς. λέγεται καὶ τρισυλλάβως. ἔστι καὶ ἄλλη Ἀκαρνανίας. [48] ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα, καὶ Ἑστιαιεὺς.

HESTIÆA, urbs Eubœæ, de qua Homerus:

- - - - *Et uvis abundantem Heſtiæam.*

Nomen habet ab Heſtiæa circa Olympum ſita. Gentile, Heſtiæenſis, quod etiam tribus ſyllabis effertur. Eſt & alia Acarnaniæ, cujus civis Heſtiæotes, & genere fœminino Heſtiæotis, pars Theſſalica, & Heſtiæenſis.

ἘΤΑΕΙ͂Σ[49], διὰ διφθόγγȣ, ὡς Διπεδιεῖς. ἔστι δὲ πόλις Λακωνική. τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως.

ETAEIS, cum diphthongo, uti Dipedieus. Eſt autem urbs Laconica, cujus nomen etiam pro gentili habetur.

ἘΤΕΩ-

ETEO-

editionibus edi curavimus.

43 Ἑσπερία, ἡ δύσις, ϗ τὸ δυτικὸν μέρ@.] Græcos appellative dixiſſe ἡ ἑσπερία, & τὴν δύσιν interpretatos fuiſſe, vix crediderim. Apud Homerum Hymno in Lunam occurrit ἑσπερίη, quæ vox adjective ibi ſumitur: nam ἑσπερίη διχόμηνο@ eſt veſpertina luna, dimidio globo ſplendens. Apud auctores τὰ ἑσπέρια ſunt iſtæ mundi partes ubicunque ſol occidit. Tzetzes in Hiſtor. Chiliad. de inſulis Heſperidum loquens:

> Ἐκ τȣ́των τριάκοντά εἰσιν αἱ Ἑσπερίδες,
> Πρὸς μέρη γὰρ ἑσπέρια κεῖν) τ Βρεττανίας.

Eodem quoque modo [illegible]m interpretatur Heſychius: Ἑσπέρια, δυτικὰ μέρη. Novimus tamen quid per ἑσπερίαν δύσιν intelligant Aſtrologiæ periti, & per ἑσπερίαν ἀνατολὴν. Quum veſpere occidit ſtella, poſt occaſum ſolis, ἑσπερία δύσις dicitur, & contra ἑσπερία ἀνατολὴ cum veſpertino tempore oritur ſtella poſt occaſum ſolis. Scholiaſt. Apollonii: Ἑσπερία δὲ δύσις λέγεται ὅταν ἡλίȣ δύνοντ@ ἄστρον ὀρθῇ τι πρὸ τ ἄλλων ἐγκαταδυόμενον αὐτὸ ὡς ἂν ὑπὸ ταῖς αὐγαῖς τȣ ἡλίȣ γένηται. Hinc itaque evidenter liquet, τὸ ἑσπερία apud veteres paſſim adjective, non vero ſubſtantive ſumi. Sic quoque Latini. Virg. Æneid. 11:

> *Ad terram Heſperiam venies.* &c.

44 Ἑσπέριος.] Notiſſima eſt diviſio Æthiopum orientalium & occidentalium: ſed ultimi communi nomine Ἑσπέριοι vocantur teſte Agathemero lib. 11: Πρὸς μὲν τοῖς Αἰθιοπικοῖς καλουμένοις ἱπποδρόμοις Ἰχθυοφάγοι Αἰθίοπες, ὧν μεσημβρινώτεροι οἱ κοινῶς καλούμενοι Ἑσπέριοι.

45 Ἑσπεριώτης.] Male in MSS Ἑσπεριάτης.

46 Καλλίμαχ@ ἐν τοῖς Ἐπιγράμ.] Epigramma Callimachi, in quo cives urbis Heſperidis Ἑσπερίτας appellat, extat in membranis, teſte Salmaſio: Verum hunc in ordinem eſt redigendum & emendandum, ſunt enim hemiambi:

> Ὁ Λύκτι@ Μενοίτας
> Τὰ Τόξα ταῦτ' εἰπὼν
> Ἔθηκα τῇ Κεραστῇ·
> Δίδωμι καὶ φαρέτρην
> Σάραπι· τȣ̀ς ὀϊστȣ̀ς
> Ἔχȣσι Ἑσπερῖται.

In hoc Epigrammate pro ὀϊστȣ̀ς alii legunt ἰȣ̀ς, quod reſpectu ſignificationis eodem rediret, ſi verſiculi numerus hoc pateretur.

47 Πολυστάφυλόν θ' Ἑστίαιαν.] Ultima pars verſiculi ex Homeri Bœotia eſt, ſed quam libri editi male repræſentant, in iis enim legitur, πολυστάφυλόν τε Ἑστίαιαν, quod correximus. In plurimis Homeri editionibus ſcribitur Ἱστίαιαν, quæ ſcriptura magis eſt Ionica, uti volunt Stephanus, Euſtathius & alii. Verum hac de re, cum ad vocem Ἱστίαια pervenerim.

48 Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα.] In omnibus libris tam editis quam vulgatis hic locus mutilus circumfertur: nemo non videt hic deſiderari nomen illud fœmininum, quo Theſſalica illa pars ſit inſignienda. Legendum itaque: ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ϗ θηλυκὸν Ἑστιαιῶτις, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα· ϗ Ἑστιαιεὺς.

49 Ἐταεῖς, διὰ διφθόγγȣ, ὡς Διπεδιεῖς.] Hoc loco librarii partes ſuas non bene geſſerunt, forte reſcribendum Ἐταιεῖς: nam in medio dipthongus collocanda eſt, ſi alibi. Præterea illud Διπεδιεῖς ſatis ſanum non eſt, nam eandem correctiunculam in medio deſiderat. Fortaſſis reponendum Διπαιεῖς, de quo videſis ſuo loco.

ἘΤΕΩΝΟΣ [50], πόλις Εὐβοίας. οὗ Ὅ- A
μηρος,

---- πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν.

[51] ἀπὸ Ἐτεωνέως. καλεῖται δὲ νῦν Σκάρφη. κεῖται δ' ἐπὶ λόφου. τὸ ἐθνικὸν Ἐτεώνιος, ὡς Σικυώνιος· ἐκ τόπου, Ἐτεωνόθεν. B

ΕΥ̓́Α, [52] πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος ἕκτῳ. τὸ ἐθνικὸν, [53] Εὐαῖος.

ΕΥ̓ΑΊΜΩΝ, πόλις Ὀρχομενίων· Θεόπομπος ἕκτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Εὐαιμόνιος.

ΕΥ̓ΑΛΗΝΟῚ, ἔθνος, περὶ οὗ φησι C Γλαῦκος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀραβίας.

ΕΥ̓́ΒΙΟΙ [54], ἔθνος Λιγυστικόν. εἴρηται [55] ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀρβαξανῶν.

ΕΥ̓́ΒΟΙΑ, νῆσος [56] μία τῶν ἑπτὰ, [57] περιμήκης, ἢ καὶ Μακρὶς, ἀπὸ Εὐβοίας· D [58] Ἡρό-

A ETEONUS, urbs Eubœæ, de qua Homerus:

---- *Multos colles habentem Eteonum.*

Nomen accepit ab Eteoneo. Nunc vero appellatur Scarphe, & in colle ſita eſt. Gentile, Eteonius, B uti Sicyonius. Hinc adverbium loci Ἐτεωνόθεν.

EUA, urbs Arcadiæ, cujus meminit Theopompus libro VI. Gentile, Euæus.

EUÆMON, urbs Orchomeniorum, de qua Theopompus libro VI. Gentile, Euæmonius.

C EUALENI, gens, de qua Glaucus in Arabiæ deſcriptione libro II.

EUBII, gens Liguſtica, de qua dictum eſt in voce Ἀρβαξανοί.

EUBOEA, inſula una ex ſeptem, oblonga, D quæ etiam Macris dicta eſt, ab Eubœa nomen habens.

[50] Ἐτεωνὸς, πόλις Εὐβοίας.] Non puto Stephanum geographiæ tam imperitum extitiſſe, ut hanc urbem, quæ Bœotiæ erat, Eubœæ adſcripſerit, contra Homeri, Strabonis aliorumque geographorum auctoritatem. Præſtaret itaque, invitis omnibus libris & editionibus, τὸ Εὐβοίας obelo confodere, & τὸ Βοιωτίας, injuria temporum & librariorum deturpatum, heic inſerere. Strabo lib. IX in Bœotiæ deſcriptione: Ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη· καὶ αὕτη δὲ τῆς Παρασωπίας. Apud Heſychium legimus: Ἐτεὼν, πόλις Βοιωτίας. Urbis nomen hoc loco alia terminatione gaudet, quam non temere rejecerim; imo vereor, ne ita olim ſcripſerit Stephanus: nam infra habet: Τὸ ἐθνικὸν, Ἐτεώνιος, ὡς Σικυώνιος. Ultimum gentile non fit à Σικυωνὸς, ſed à primitivo Σικυὼν, ergo etiam ab Ἐτεὼν non incommode Ἐτεώνιος deducitur. Præterea notum eſt, Heſychium paſſim Homerum interpretari, atque ejus vocabula lexico ſuo inſeruiſſe: imo ipſa metri lex non turbaretur, ſi apud Poëtam legeris

---- πολύκνημόν τ' Ἐτεῶνα.

[51] Ἀπὸ Ἐτεωνέως.] Euſtathius ad Iliad. B ἀπὸ Ἐτεωνοῦ. Verum quia hujus genealogia accurate ab Archiepiſcopo recenſetur, ejus verba tranſcribam: Ἐτεωνὸς δὲ, ἐκλήθη μὲν ὕστερον καὶ Σκάρφη, κεκλημένη ἀπό τινος Ἐτεωνοῦ· ὃς Βοιωτοῦ μὲν ἦν ἀπόγονος, πατὴρ δὲ Ἐλεῶνος· κεῖται δέ φασιν ἐπὶ λόφου περί που Ἀσωπὸν ῥέοντα ἐπὶ τοῦ περὶ Θηβῶν πεδίου.

[52] Πόλις Ἀρκαδίας.] Pauſanias Argivorum pagum hoc nomine agnoſcit; Polybius vero collem non procul a Sellaſia Laconicæ, eum vide lib. II.

[53] Εὐαῖος.] Apud Goltzium in veteri numiſmate hæc legitur inſcriptio: ΕΥΑΙΩΝ.

[54] Εὔβιοι.] Sic repoſuimus, ſuadentibus MSS, & ipſa ratione.

[55] Ἐν τῷ περὶ Ἀρβαξανῶν.] Peſſime omnes editi: ἐν τῷ περὶ Ἀρζαξανῶν. Quod jam edimus longe præferendum, imo vera vetuſque lectio, quanquam loco à Stephano citato hodie Eubiorum memoria non inveniatur. Vide noſtrum in Ἴψικροι, ubi allegat Theopompi verba ex lib. XLIII, quæ hunc in modum emendavimus: ἦν ἐνέμοντο πρότερον Ἴψικροι, καὶ Ἀρβαξανοὶ, καὶ Εὔβιοι, Λίγυες τὸ γένος.

[56] Μία τῶν ἑπτά.] Septem maximæ interioris maris inſulæ a geographis recenſentur, quas inter Eubœa quintum locum obtinet, teſtatur hoc Alexius Comicus apud Conſt. Porphyrog. lib. II de Them.

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς δέδειχεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Ἐστὶ μεγάλη, καὶ δευτέρα Σαρδὼ· τρίτη
Κύρνος· τετάρτη δὲ, ἡ Διὸς Κρήτη τροφός·
Εὔβοια πέμπτη στενοφυής· ἕκτη Κύπρος·
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ' ἔχει.

Has inſulas alio ordine enumerat Diod. Siculus lib. V, de Balearibus loquens: Τούτων δὲ ἡ μείζων μεγίστη πασῶν ἐστι μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους, Σικελίαν, Σαρδὼ, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον. Alium quoque ordinem tenet Scylax, Sardiniam ſeptem inſularum maximam ſtatuens, eum videſis in interni maris Periplo. Non male tamen Diodorus Cyprum Eubœa majorem ſtatuit, hac in re aliis conſentiens: Herodot. lib. V: Ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος διαπετέως ἐπιθήσεται Εὐβοίῃ νήσῳ μεγάλῃ τε καὶ εὐδαίμονι, οὐκ ἐλάσσονι Κύπρου. Idem quoque Strabo aſſeverat ex Timæo libro XIV. & ſpeciatim dicit, Cypri circuitum eſſe ſtadiorum trium millium, quæ inſuper ab Agathemero quadringentis & viginti augentur. Verum inſulæ majores, ubicunque in orbe terrarum ſint ſitæ, a geographis in tres claſſes diſtribuuntur. Prima continet maximas, inter quas Taprobane, ſive Salice, Albion & Hibernia: ſecunda proxime dictis minores, inter quas Sicilia, Sardinia, Cyprus, Creta, Eubœa. Inter reliquas, quæ ſunt quaſi tertiæ magnitudinis, referunt Corſicam, Lesbum, & denique Rhodum. Adeo ut Agathemerus non ſeptem, ſed octo maris interni majores inſulas ſtatuat, nam Rhodus apud alios geographos in cenſum non venit. Locum vide lib. II Geog. cap. VIII.

[57] Περιμήκης, ἡ καὶ Μακρίς.] Teſtatur Agathem. Eubœæ longitudinem eſſe CIↃ IↃCC ſtadiorum: locum ipſum, quia mendarum non eſt immunis, emendatum huc tranſcribam: Ἡ δὲ Εὔβοια γεφύρᾳ πρὸς τὴν Βοιωτίαν ἔζευκται· παρατείνει δὲ Βοιωτίδα, Φωκίδα, Λοκροὺς, ἐκ δὲ θατέρου ἐπὶ πᾶσιν καὶ τὴν Ἀττικήν· Ἔστι γὰρ μακρὰ, διὸ Μακρὶς ὠνομάσθη, μῆκος σταδίων αψ'. Stadiorum numerum non mutavi, vehementer mihi ſuſpectum: nam Strabo lib. X perhibet Eubœam in longitudinem CIↃ CC ſtadiorum extenſam eſſe, ita enim ille: Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν. Plinius Straboni conſentit lib. IV cap. XII: *Nuſquam latitudinem ultra* XL. M. *paſſ. extendit, nuſquam intra* XX. M. *contrahit: ſed in longitudinem univerſæ Bœotiæ ab Attica Theſſaliam uſque prætenta in* CL. M. *paſſ.* Optimus inter hos conſenſus me movet, ut in Agathem. reſcribendum exiſtimem ͵ασ'. Nam CL. M. paſſ. Plinii, ſtadia CIↃ CC conficiunt. Propter hanc igitur ſitus longitudinem inſula hæc Μακρὶς dicebatur: Strabo lib. jam citato: Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μακρὶς ὠνομάσθη. Nominis etymon etiam explicat Socratis diſcipulus apud Ariſtoph. in Nebulis:

---- Ἡ δέ γ' Εὔβοι', ὡς ὁρᾷς
Ἡδὶ, παρατέταται μακρὰ πόῤῥω πάνυ.

Strep. Οἶδ'· ὑπὸ γὰρ ὑμῶν παρετάθη, καὶ Περικλέους.

Locum hunc adduco, ut ex ultimis verbis corrigantur commentaria Euſtathii ad Dionyſ. de ſitu orbis, hunc locum producentis: Ὅτι Εὔβοια νῆσος μία τῶν ὑμνουμένων ἑπτὰ, ἡ καὶ Μακρὶς ὀνομασθεῖσα· Μακρὶς, διὰ τὸ τῆς θέσεως ἐπίμηκες· οὕτω γάρ πως παραμήκης ἐκτέταται· διὸ καὶ δέδωκε τῷ Κωμικῷ λαβὴν σκώμματος ἐν τῷ, ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρατέταται καὶ Περικλέους. Peſſime hic ἡμῶν pro ὑμῶν legitur, quod clariſſime liquet ex ratione, quam mox allegat Euſtathius: Ὡς τῶν Ἀθηναίων ἐπιτείναντων ποτὲ τοὺς φόρους αὐτῇ.

[58] Ἡρόδοτος. ἔστι δὲ [59] τόπος ἐν Ἄργει. ἔστι καὶ πόλις ἐν Μακεδονίᾳ, εἰς ἣν οἱ ἀπὸ τῆς νήσου εἰς Ἰλλυριοὺς ἀπιόντες, [60] Ἄβαντες ἐκλήθησαν. τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου, Εὐβοιεύς· καὶ [61] Εὐβοΐς τὸ θηλυκόν· καὶ Εὐβοεύς, χωρὶς τοῦ ι. καίτοι ἀπὸ τῶν εἰς α παραγόμενα εἰς ευς [62] φυλάττει τὴν παραλήγουσαν· διὸ δὲ τὸ Ἀλεξάνδρεια οὐ προϋπάρχει τοῦ Ἀλεξανδρεύς, [63] ἔδει γὰρ Ἀλεξανδρειεύς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς. [64] ἔστι δὲ Εὐβοϊκὸς κτητικόν.

ΕΥ̓́ΓΕΙΑ, χωρίον Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἕκτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Εὐγείτης, ὡς Ζελείτης· καὶ Εὐγεώτης, ὡς Μαρεώτης.

ΕΥ̓ΔΕΊΠΝΗ [65], νῆσος Λιβύης Φοινίκων· Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Εὐδειπναῖος, ὡς Λερναῖος.

ΕΥ̓Έ́ΛΓΕΙΑ, πόλις· Ἑκαταῖος Περιηγήσει. ὁ πολίτης, [66] Εὐελγεύς.

ΕΥ̓ΕΡΓΈΤΑΙ, Σκυθικὸν ἔθνος· [67] Στράβων. [68] ὃ καὶ Ἀριμασποὶ ἐλέγετο·

[69] ἐκεῖ

habens. Herodotus. Eſt quoque locus in Argo, & urbs in Macedonia, ad quam inſulani ad Illyrios abeuntes Abantes vocati ſunt. Inſulæ gentile eſt, Euboenſis, & genere fœminino Eubœis. Dicitur quoque Εὐβοεὺς Euboënſis ſine jota, ſiquidem derivatixa in ευς, ſi fiant a nominibus in α deſinentibus, penultimam non retineant. Hac de cauſa Ἀλεξάνδρεια non facit Ἀλεξανδρεύς, etenim debebat habere Ἀλεξανδρειεύς, ſed fit à voce Ἀλέξανδρος, quemadmodum à Tarſus, fit Tarſenſis. Poſſeſſivum, Euboicus.

EUGEA, oppidulum Arcadiæ, de quo Theopompus lib. quinquageſimo ſexto. Gentile, Eugeætes, uti Zeleætes, & Eugeotes, uti Mareotes.

EUDIPNE, inſulæ Libyæ Phœnicum, teſte Hecatæo in Libyæ Periegeſi. Gentile, Eudipnæus, uti Lernæus.

EUELGIA, oppidum, de quo Hecatæus in Periegeſi. Oppidanus, Euelgenſis.

EUERGETÆ, gens Scythica, teſte Strabone, qui etiam Arimaſpi vocabatur.

Ibi

[58] Ἡρόδοτος.] Quid huc faciat hujus ſcriptoris nomen, equidem non video, cum neque præcedentia, neque ſequentia ex illo deſumpta ſint. Fortaſſis in genuino opere noſter Herodoti teſtimonio uſus eſt, quod Epitomator expunxit, duntaxat ſcriptoris nomen retinens. Si noſter aliquem Herodoti locum reſpiciat, iſtum fuiſſe conjicio, quem comment. 55 ex lib. v produximus.

[59] Τόπος ἐν Ἄργει.] Fortaſſis legendum, λόφος ἐν Ἄργει, quam lectionem confirmant vulgati Strabonis codices lib. x, ubi etiam de Eubœa Macedonica fit mentio, verba addam, quia Stephanum illuſtrant: Τῶν δ' ἐκ Τροίας ἐπανιόντων Εὐβοέων τινὲς εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσόντες Ἄβαντες, οἴκαδε διὰ τῆς Μακεδονίας περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις, καὶ ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν. Deinde ſequitur: Καὶ ἐν Λήμνῳ τόπος ἦν Εὔβοια, καὶ ἐν τῇ Ἄργει λόφος τις. Hic Phido Argivus nummos primus percuſſit, teſte Etymologici Mag. Auctore: Εὐβοϊκὸν νόμισμα· ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς, ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους, πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα· ὠνόμασται δὲ τὸ χωρίον ἀπὸ Εὐβοίας τροφοῦ τῆς Ἥρας.

[60] Ἄβαντες.] Libri omnes Ἄμαντες, quæ eſt barbarica mutatio, teſte Stephano in Ἀβάντις, cujus locum ſi conſulueris, operam non perdes.

[61] Εὐβοΐς.] Apud Euripidem in Electra occurrit fœmininum Εὐβοΐς, quod non incommode deducitur ab Εὐβοεύς.

Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι.

Inter Grammaticos acris ſatis & vehemens viget diſputatio, utrum gentile nomen ſit Εὐβοιεὺς & fœmininum Εὐβοΐς, an vero Εὐβοεὺς & [illegible]οΐς. Vide hac de re Etymologici Mag. Auctorem in Εὔβοια & Εὐβοΐς, ubi canones ex Oro vetere rrtigrapho, & aliis allegantur. Noſter utriuſque uſum videtur admittere, ſcil. Εὐβοιεὺς & Εὐβοεύς, & apud antiquos Græcos utrumque uſurpari, evolventibus manifeſte liquebit; quanquam numiſmata conſtanter exhibeant ΕΥΒΟΙΕΩΝ, non vero ΕΥΒΟΕΩΝ.

[62] Φυλάττει τὴν παραλήγουσαν.] Particula negativa heic excidit, legendum enim, οὐ φυλάττει τὴν παραλήγουσαν. Sic enim ſenſus optime conſtabit.

[63] Ἔδει γὰρ Ἀλεξανδρειεύς.] In vulgatis hæc verba non conſpiciuntur, quæ tamen Voſſiani codicis beneficio addidimus. Videſis quæ diximus ad vocabula Αἴλια, Ἀλεξάνδρεια & Δυαστόντιον.

[64] Ἔστι δὲ Εὐβοϊκὸς κτητικόν.] Non eſt improbanda hæc poſſeſſivi forma, nam plurimorum poſſeſſivorum penultima in I deſinit, exceptis vocibus Κεραμεικός, Εὐβοϊκός, Δαρεικὸς δὲ Δεκελεικός, ut perſpicue docet Etymologus in voce Αἰδοῖος. Apud Herodotum in Thalia aliquoties occurrit: Τὸ Εὐβοϊκὸν τάλαντον, Εὐβοϊκὰ τάλαντα, & Εὐβοϊκῶν ταλάντων. Tamen rationem non video, quare Εὐβοικὸς rejici poſſet, eo enim utitur Strabo lib. III: Τῶν δὲ ἀθροιζόντων τῆς ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαιρόντων. Iſtud quoque agnoſcit alio loco Etymologus, cujus verba ad hanc ſectionem comment. 59 citavimus.

[65] Εὐδείπνη.] Dubitat Cl. Bochartus, an *Eudipne* non ſit eadem inſula, quæ a Libybus *Oudenoë* vocabatur, de qua Stephanus in voce Ἰστός, νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων. Verum alii de hac inſula tacentes, etiam nobis nihil dicendum ſuppetit.

[66] Εὐελγεύς.] In omnibus editis male legitur Εὐελγιεύς.

[67] Στράβων.] Libri numerus in omnibus codicibus reticetur: Euergetarum tamen fit mentio apud Geographum in itinere Alex. Mag. lib. xv, quem locum noſter reſpicit: Εἶτ' ἐκ Δραγγῶν, ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἧκεν, οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε.

[68] Ὃ δὲ Ἀριμασπῶν ἐλέγετο.] Ita omnibus in libris erat excuſum, cum ex mente auctoris fortaſſis legendum ſit, ὃ δὲ Ἀριμασποὶ ἐλέγετο. Interim, cave credas, ſic legendo veritatem huic loco reſtitui: nam *Arimaſpi* olim non ſunt appellati *Euergetæ*, ſed *Ariaſpæ* vel *Agriaſpæ*, qui propter collata in Cyrum beneficia hoc nomine inſigniebantur. Arrianus lib. III: Ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνεπελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. Curtius lib. VII: *Iter pronuntiari jubet in Agriaſpas, quos jam nunc mutato nomine Euergetas appellant, ex quo frigore victuſque penuria Cyri exercitum affectum tectis & commeatibus juverant.* Quibus in locis Salmaſius & alii ex vetuſtis codicibus & editionibus *Ariaſpas* præferunt, eoſque ſic vocatos opinantur ab urbe *Ariaſpa*, quam Ptolemæus in Drangiana collocat. Unus Diodori locus turbas facit, ubi hodie hunc in modum legitur: Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, δὲ τὰ κατὰ τὴν Δραγγινὴν καταστήσας, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασποὺς, νῦν δ' Εὐεργέτας ὀνομαζομένους. Vel Diodorus, literarum affinitate deceptus, toto cœlo erravit, vel librarii huic voci fraudem fecere, cum apud eum ſine dubio reſcribendum ſit Ἀριάσπας vel Ἀγριάσπας: nam Arimaſpi, teſte Stephano, gens eſt Hyperboreorum, & in Scythia Europæa a geographis ponuntur; qui quam immenſo ſpatio ab Ariaſpis Arriani & Curtii diſtent, omnes norunt, qui geographiam de limine ſalutarunt. De iis potiſſimum legantur Herodotus lib. III & IV, Dionyſius de ſitu orbis, & in eum Euſtathius aliique. Apud Herod. in Melpomene legimus: Παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι γενομένοι καὶ ὀνο-

μαζόμεν

69 ἐκεῖ γὰρ τῆς ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς, χειμῶνος πνεύσαντος, A διασωθῆναι τὸ σκάφος, καὶ οὕτω κληθῆναι.

ΕΥ'ΕΣΠΕΡΙΔΕΣ 70, πόλις Λιβύης, καὶ ἑνικῶς λεγομένη. λέγεται δὲ χωρὶς τοῦ ευ μορίου Ἑσπερίς. τὸ ἐθνικὸν, 71 Εὐεσπερίτης. B

ΕΥ'ΘΗΝΑΙ, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς, Εὐθηναῖος. κατ' ἐκείνους δὲ, Εὐθηνεύς. Πολέμων δὲ καὶ 72 Εὐθηνίτας φησίν. C

ΕΥ'ΙΠΠΗ, δῆμος Καρίας. ὁ οἰκήτωρ, Εὐιππεύς.

ΕΥ'ΚΑΡΠΙΑ, δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας. ἱστορεῖ Μητροφάνης, τὸν βότρυν ἐκεῖ τοσοῦτον γίνεσθαι τὸ μέγεθος, 73 ὅσον ἅμαξαν D ἀπ' αὐτοῦ διαθλάσαι κατὰ μέσον. καὶ οὕτως ἐκλήθη διὰ τὸ εὔφορον. περὶ αὐτῆς γὰρ οἱ βάρβαροι ἔλεγον, ὅτι Δήμητρι δὲ Διονύσῳ Ζεὺς τὴν χώραν τὴν τῶν εὐκάρπων δοίη. ἔστι δὲ 74 Εὐκαρπία φρούριον Σικελίας, 75 ἐν τοῖς λεγομέ- E νοις Τιμαίοις· καὶ γενέσθαι Λαΐδα ἐν τούτῳ, τὴν ἐπὶ κάλλει διαβεβλημένην ἑταίραν, ἣν οἱ πολλοὶ 76 Κορινθίαν φασί. ταύτην, οὐδὲ Λαΐδα τινὲς λέγουσιν, 77 ἀλλὰ Ναΐδα, καὶ 78 Ὑκκα-

Ibi enim perhibent, exorta tempeſtate Argonautarum navem ſervatam, & gentem inde ſic dictam eſſe.

EUHESPERIDES, urbs Libyæ, quæ & genere fœminino effertur. Appellatur quoque Eſperis ſine particula ευ. Gentile, Euheſperites.

EUTHENÆ, urbs Cariæ. Gentile juxta noſtram formandi rationem, Euthenæus, juxta illorum, Euthenenſis. Polemo autem eos quoque Euthenitas nominat.

EUIPPE, populus Cariæ, cujus incola, Euippenſis.

EUCARPIA, pagus minoris Phrygiæ. Perhibet Metrophanes, racemum iſthic generari tantæ magnitudinis, ut currus ab eo in medio fuerit diſruptus, ita ut hæc regio a fertilitate nomen acceperit: narrabant enim de hoc pago barbari, Jovem Cereri & Baccho feraciſſimam hanc regionem conceſſiſſe. Eſt quoque Eucarpia Siciliæ caſtellum, auctore Timæo in Hiſtoria, ubi nata fuit Laïs, celeberrima illa ob corporis formam meretrix, quam tamen plurimi Corinthiam vocant. Hanc alii non Laïda, ſed Naïda appellant, & Hycca-

μαζόμενοι αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασποὺς· ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν. Euſtathius hunc Herodoti locum citat, verum paullo aliter: Ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἓν, Σκυθιστὶ, μασπὸς δὲ, ὁ ὀφθαλμός. Uter eorum ſit corrigendus, amplius deliberandum cenſeo: hoc ſaltem videmus & monſtramus, alibi latere vitium.

69 Ἐκεῖ γὰρ τῆς ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς, χειμῶνος πνεύσαντος, διασωθῆναι τὸ σκάφος.] Librorum MSS opera hic locus jam multo elegantior atque nitidior in lucem venit: nam in editis male hoc modo concipitur: ἐκεῖ γὰρ τοὺς Ἀργοῦς χειμῶνος πνεύσαντος διασωθῆναι δὲ οὕτω κληθῆναι. Sed quid audio? Putas ne lector, Argonautas tempeſtate vel ad Ariaſpas, vel ad Arimaſpos delatos, atque ob beneficium in recipienda Argo, ab illis Euergetas dictos fuiſſe? Hæc profecto ab hiſtoriæ veritate, quam ex Arriano & Curtio in medium adduximus, longiſſime ſunt remota. Quotquot Argonautarum navigationem deſcripſere, neque de hac tempeſtate, neque de Euergetis mentionem faciunt; quare Stephanum hic inſigniter lapſum exiſtimo.

70 Εὐεσπερίδες.] Theophraſtus lib. VI cap. III de Caſerpico: Τὰ πλείονα δὲ γίνεσθαι περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων. Sic etiam Herodotus numero multitudinis hanc vocem uſurpavit, ita enim ille lib. IV: Οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ' Εὐεσπερίδας.

71 Εὐεσπερίτης.] Reperitur hoc gentile apud Pauſan. in Meſſen. ubi refert Lacedæmonios e Naupacto ejeciſſe Meſſenios, quorum maxima pars ſe in Libyam contulit: Τὸ πλεῖστον δὲ αὐτῶν ἐς τὴν Λιβύην ἀφίκετο, καὶ Λιβύης ἐς Εὐεσπερίτας· οἱ γὰρ Εὐεσπερῖται πολέμῳ κακωθέντες ὑπὸ βαρβάρων &c.

72 Εὐθηνίτας.] Videtur hoc gentile præ cæteris eligendum, cum etiam Goltzius nummum adducat cum inſcriptione ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ. Oppidum in Caria ſitum eſt non procul ab Halicarnaſſo: Pomp. Mel. *Euthane* dicitur, ita enim ille lib. I cap. XVI: *Gnidus in cornu peninſulæ: interque eam & Ceramicum ſinum in receſſu poſita Euthane.*

73 Ὅσον ἅμαξαν ἀπ' αὐτοῦ διαθλάσαι κατὰ μέσον.] Bene judicat de hoc Metrophanis loco Cl. Voſſius de Theol. Gent. Vel de papyro currum iſtum ætatem feciſſe puerilem; vel non magnitudine uvæ, ſed mendacii crepuiſſe medium. Extitere tamen uvæ & palmites inuſitatæ magnitudinis. Plinius lib. XIV cap. I: *Uvas magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exſuperare.* Locus quoque in hanc rem egregius eſt in Pentateucho Num. XIII: ubi narratur, exploratores e terra promiſſa attuliſſe palmitem abſciſſum cum uva ſua, quem portabant in vecte viri duo. Digna ſunt profecto, ut legantur, quæ ſuper illo loco habet Philo Judæus tractatu de Vita Moſis.

74 Εὐκαρπία φρούριον Σικελίας.] Apud Cluverium & alios geographiæ peritos munimentum hoc nomine invenire hactenus non potui. Cl. Meurſii ſuſpicionem probare non audeo, cenſentis olim a Stephano ΕΥΚΚΑΡΑ exaratum fuiſſe, & ſciolos librarios, veterem hunc adſpiratæ ſcribendæ morem ignorantes, in Εὐκαρπία mutaſſe. Conjectura hæc minime eſt admittenda, niſi quis dicat, primam hujus ſectionis vocem etiam ſic debere emendari. Cum itaque conſtet, iſtius minoris Phrygiæ pagi verum nomen eſſe *Eucarpia*, & Stephanum ſolere, ſi plura ejuſdem nominis loca apud veteres inveniantur, eadem ſectione omnia complecti atque enumerare, non poſſum quin ſtatuam, noſtrum, ut ſæpe alias, in vitiatum Timæi codicem incidiſſe, in quo erat Εὐκαρπία pro Ὕκκαρα

75 Ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις.] Id eſt, ἐν τοῖς λεγομένοις τοῦ Τιμαίου ἱστοριῶν βιβλίοις. Scripſit enim Timæus hiſtoriarum libros, cujus tertius decimus ab Athenæo citatur lib. VII, ubi de origine Hyccarorum Siciliæ diſſerit, illa duntaxat appingam, quæ ad Laïdem meretricem ſpectant, quæ non lib. VII, ſed XIII inveniuntur: Λαΐς τε ἐξ Ὑκκάρων, πόλις δὲ αὕτη Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτος γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον. Deinde ex Nymphiodoro addit: Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ἐξ Ὑκκάρου φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα. Male emendat Meurſius ἐξ Ὑκκάρων: nam numero ſingulari Ὕκκαρον & multitudinis Ὕκκαρα dicitur, quemadmodum promiſcue Athenæus & alii hanc vocem uſurparunt.

76 Κορινθίαν.] Sic appellatur a loco, quo fuit abducta, & ubi vitam finiit. Quia autem Corinthus Ephyra olim vocabatur, illa a poëtis *Ephyrea* dicta eſt. Claudianus lib. I in Eutrop.

Ephyreïa Laïs e gemino dita mari.

77 Ἀλλὰ Ναΐδα.] Diſputarunt olim veteres, utrum *Laïs*, an vero *Naïs* ſit dicendum, quod liquet manifeſtiſſime ex

[78] Ὑκκαρικὸν ἀνδράποδον, ὡς [79] Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ. τὸ ἐθνικὸν, Εὐκαρπεύς. δυνατὸν δὲ τὸ τῆς Σικελίας [80] Εὐκαρπιανὸς, καὶ Εὐκαρπιάτης, καὶ Εὐκαρπίτης.

ΕΥ'ΚΡΑΤΙΔΙ'Α [81], πόλις Βάκτρων, παρὰ τὸν Εὐκρατίδαν· Στράβων ἑνδεκάτῳ.

ΕΥ'ΜΕ'ΝΕΙΑ [82], πόλις Φρυγίας, Ἀττάλου καλέσαντος [83] ἀπὸ Εὐμενοῦς τοῦ Φιλαδέλφου· ἢ [84] Ὕλλος καλῶς μείνας, ὠνόμασεν οὕτω. δευτέρα, [85] Καρίας. τρίτη, ἐπὶ Ὑρκανίᾳ. [86] ὁ πολίτης, Εὐμενεύς. τὸ ἐθνικὸν, [87] ἀπὸ Εὐμενείας.

ΕΥ'ΝΑΙ', πόλις Καρίας, ἐν ᾗ [88] ποταμὸς Εὐναῖος. τὸ ἐθνικὸν, Εὐναῖος. ἔστι δὲ πόλις Ἄργους Εὔναια, ἣν ᾤκουν [89] Κυνοῦριοι. τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, ἢ δὲ Εὐναιάτης.

ΕΥ'ΠΑΛΙ'Α [90], πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπά-

A Hyccaricum mancipium exiſtimantes, teſte Syneſio in Epiſtola. Gentile, Eucarpenſis. Ab oppido Siculo etiam formari poſſet Eucarpianus, & Eucarpiates, & Eucarpites.

EUCRATIDIA, oppidum Bactrorum,
B cui nomen dedit Eucratides, teſte Strabone lib. XI.

EUMENIA, urbs Phrygiæ, quam Attalus Philadelphus ab Eumene ſic appellavit. Vel Hyllus, cum ibi ex ſententia divertiſſet, eam ita
C vocavit. Secunda, Cariæ. Tertia, juxta Hyrcaniam. Civis, Eumenenſis. Gentile, ab Eumenia.

EUNÆ, urbs Cariæ, in qua etiam eſt fluvius Eunæus. Gentile, Eunæus. Eſt quoque
D urbs Argiæ Eunæa, quam incolebant Cynurii. Gentile idem eſt, vel etiam Eunæates dicitur.

EUPALIA, urbs Locridis, quam Artemido-

ſime ex Harpocratione, τὸ Λαῒς ex aliis auctoribus improbante: Ναῒς, ἑταίρα τις· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου, εἰ γνήσιος, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ· Μήποτε δὲ καὶ ἐν τῷ Πλούτῳ φησὶν ὁ κωμικός· ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διά σε Φιλωνίδου. γραπτέον ἐστὶ διὰ τοῦ ν Ναῒς, καὶ οὐ Λαῒς, ὡς δὲ Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται. Hinc itaque liquet, quomodo in Ariſtophane & Athenæo legendum, quanquam nunc paſſim Λαῒς obtineat.

78 Ὑκκαρικόν.] Ita reſcribendum placuit pro Καρικὸν, quod mendum omnes editos occupabat, quanquam aliquoties a viris doctis tanquam ſpurium ejectum. Teſtantur ſcriptores unanimiter, Laïdem non fuiſſe genere Corinthiam, ſed Hyccaricam, ex oppido Siciliæ quod Hyccara, ſive Hyccarum dicitur, ſed quæ tempore Alcibiadis & Niciæ, excifis Hyccaris, inter captivos ſub haſta vendita in Peloponneſum deportabatur: Plutarchus in Nicia: Πράξας οὐδὲν, ἢ καταστρεψάμενος Ὕκκαρα, βαρβαρικὸν χωρίον· ὅθεν λέγεται δὲ Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ἔτι κόρην, ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις πραθεῖσαν, εἰς Πελοπόννησον κομισθῆναι. Idem in Alcibiade: Ταύτης (ſcilicet Timandræ) λέγουσι θυγατέρα γενέσθαι Λαΐδα, τὴν Κορινθίαν μὲν προσαγορευθεῖσαν, ἐκ δὲ Ὑκκάρων Σικελικοῦ πολίσματος, αἰχμάλωτον γενομένην. Vide præterea Pauſaniam in Corinth. & Stephanum in voce Ὕκκαρον. Neanthes tamen libro de viris illuſtribus cenſet, eam in urbe Craſto natam eſſe, cujus opinio apud noſtrum in voce Κραστὸς invenitur.

79 Συνέσιος.] Hæc deſumpta ſunt ex Epiſtola III ad Euoptium fratrem, ubi hæc leguntur: Ἡ γὰρ Λαῒς ἔφη τις ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικὸν, ἐκ Σικελίας ἐωνημένον.

80 Εὐκαρπιανός.] Male in omnibus vulgatis legitur Εὐκαρπιακός, quod profecto non gentilis, ſed poſſeſſivi formam habet. Quot modis Siculi ſua forment gentilia abunde diximus pag. 3: 15.

81 Εὐκρατιδία.] Nobis non placebat ſcriptura priorum editionum, in quibus Εὐκρατίδα excuſum eſt. Illud mutavimus in Εὐκρατιδία, auctoritate Strabonis inducti, quem teſtem citat: Τούτων δ᾽ ἦν δὲ Εὐκρατιδία τοῦ ἄρξαντος ἐπώνυμος. Ita quoque hanc urbem nominat Ptol. lib. VI in Bactrianæ deſcriptione. Illud vero, quod apud noſtrum ſequitur, παρὰ τὸν Εὐκρατίδαν, in libris editis menda non carebat, cum τὴν Εὐκρατίδαν legebatur. Potentiſſimus erat hic Eucratides, narrant enim ipſum CIↃ urbes ſub ſe habuiſſe. Strabo lib. XV: Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίας ὑφ᾽ ἑαυτῷ ἔχειν. Idem ille eſt de quo Juſtinus lib. XLI: *Eodem ferme tempore, ſicuti in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque viri, regna ineunt.* Hic cum magna virtute plurima bella geſſiſſet, tandem a filio, quem regni ſocium fecerat, interficitur.

82 Εὐμένεια, πόλις Φρυγίας.] Non longe abfuit hæc civitas ab Apamea, quæ Κιβωτὸς cognominatur; viciniores tamen habuit Amorium & Synnada, ut patet ex Strabone lib. XII. Regio urbi circumjacens Eumenetica dicitur Plinio lib. V cap. XXIX. *Apamenam primum pervagatur* (ſcil. Meander) *regionem, mox Eumeneticam.*

83 Ἀπὸ Εὐμενοῦς τοῦ Φιλαδέλφου.] Ut ſenſus eſſet perſpicacior, τὴν πλεῖστην ante ἀπὸ collocatam expunxi. Deinde illud Φιλαδέλφου non eſt conſtruendum cum Εὐμενοῦς, ſed Attalo applicandum, qui ob inſignem erga fratrem Eumenem amorem hoc nomen meritus eſt, ut manifeſte liquet ex Polyb. de Virt. & Vit. Τοῦτο δ᾽ ἐποίει πεπεισμένος μεγίστην μὲν ἂν ἐκείνῳ ταύτην χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ᾽ ἂν τὸ φιλάδελφον δὲ γενναῖον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως. Ad quem locum vide Valeſium, idem ex Marciano Heracleota & Strabone docentem.

84 Ὕλλος.] In libris editis legebatur: ἢ Ὕλλας καλῶς μείνας. Hinc illuſtris Scaliger ad Euſebium male opinatus eſt, olim Eumeniam Hyllas fuiſſe vocatam. Ὕλλας vox eſt nihili, quamque auctoritate ſcriptorum codicum emendavimus: Ὕλλος vero mythologiæ doctoribus eſt cognitiſſimus, qui perhibent eum Deïaniræ filium natu maximum fuiſſe.

85 Καρίας.] Hujus meminit Plinius lib. V cap. XXIX: *Fuit in eo tractu & Mæandropolis. Eſt Eumenia Cludro flumini appoſita, Glaucus amnis &c.*

86 Ὁ πολίτης, Εὐμενεύς.] Adducit Cl. Spanhemius nummum cum inſcriptione ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ. Hinc liquet plures hoc nomine urbes extitiſſe, quam Stephanus enumerat.

87 Ἀπὸ Εὐμενείας.] Aliquoties Stephanus exempla gentilium hujuſmodi formationis in medium adducit: eum vide in Ἀγαθοῦ δαίμονος, Βάτη & aliis in locis.

88 Ποταμὸς Εὐναῖος.] Fortaſſis idem eſt fluvius, ab Etymologici Mag. Auctore Εὔδωνος dictus, in cujus ripa Labrandus & Panormus, & Palaxus ſive Spalaxus juxta oraculum in Cariam proficiſcentes, incidentibus tenebris, dormiebant: παρὰ τὸ εὕδοντας εἶν, Εὔδωνον τὸν ποταμὸν ὠνόμασαν. Si fluvius hic juxta alios appelletur Εὐναῖος, ratio ſignificationis eſt eadem: nam εὐνὴ eſt ἡ κοίτη· παρὰ τὸ εὕδω εὐδίνη, & per ſyncopen εὐνὴ, ἐφ᾽ ᾗ καθεύδομεν. Plinio hic amnis *Eudon* dicitur lib. V cap. XXIX: *Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide.*

89 Κυνοῦριοι.] Ita reſcribere viſum fuit pro Κυρούριοι, quod omnes exhibent editi. Si quis Strabonem, Pauſaniam, Thucydidem & alios, quos non nomino, conſuluerit, de emendatione hac non ambiget.

90 Εὐπαλία, πόλις Λοκρίδος.] Bene docet Palmerius ſitum fuiſſe hoc oppidum non longe a Naupacto orientem & ſeptentrionem verſus: nam Eurylochus Delphis Naupactum profectus, Eupaliam in Naupactia ſitam occupavit. Quod ſi ad occidentem Naupacti ſita fuiſſet, ad

Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι. τὸ ἐθνικὸν, A Εὐπαλιεύς.

ΕΥ'ΠΑ'ΤΡΙΑ, πόλις Λυδῶν. [91] οἱ πολῖται, Εὐπατρίδαι. μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς· [92] Ξάνθος ἐν γ' Λυδιακῶν.

ΕΥ'ΠΟΡΙ'Α, πόλις Μακεδονίας, ἣν B Ἀλέξανδρος ταχέως νικήσας [93] ἔκτισε, καὶ ὠνόμασε διὰ τὸ εὔπορον. τὸ ἐθνικὸν, Εὐπορεύς.

ΕΥ'ΠΥΡΙ'ΔΑΙ [94], δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Εὐπυρίδης. Τρικώμους C δὲ τούτους ἐκάλουν, Εὐπυρίδας, Κεκροπίδας, [95] Πήληκας. τὰ τοπικὰ, ἐξ Εὐπυριδῶν, εἰς Εὐπυριδῶν, καὶ ἐν Εὐπυριδῶν.

ΕΥ'ΡΥ'ΑΜΠΟΣ [96], πόλις Μαγνησίας. ὁ πολίτης, Εὐρυάμπιος. Λυκόφρων, D

Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον [97] Εὐρυαμπίων.

ΕΥ'ΡΥ'ΗΛΟΣ, [98] οὕτως ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν. πολίχνιον δὲ τῶν Συρακουσῶν ἀπόκρημνον. τὸ ἐθνικὸν, Εὐρυήλιος.

ΕΥ'ΡΥΜΕ'ΔΩΝ, ποταμὸς Παμφυ- E λίας, καὶ τόπος κατὰ Ταρσόν. τὸ ἐθνικὸν, Εὐρυμεδόντιος. ἀπὸ δὲ Εὐρυμήδους, Εὐρυμηδούντιος.

ΕΥ'ΡΥΜΕΝΑΙ' [99], πόλις Θεσσαλίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης, Εὐρυμένιος, ὡς Κλαζομένιος. F

ΕΥ'ΡΥΤΑ'ΝΕΣ [1], ἔθνος Αἰτωλικόν. Λυκόφρων,

Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς.

ὡς τὸ Αἰνιάν.

ΕΥ'ΡΩ-

midorus Eupalium appellat. Gentile, Eupalienſis.

EUPATRIA, oppidum Lydorum, cujus oppidani Eupatridæ; ſed præſtat Eupatrenſes dicere, ut auctor eſt Xanthus lib. III. Lydiacorum.

EUPORIA, urbs Macedoniæ, quam Alexander brevi temporis ſpatio ſuperans, poſſedit, atque ita nominavit, quia eam ſibi facile parabat. Gentile, Eupolienſis.

EUPYRIDÆ, populus Leontidis tribus, cujus popularis Eupyrides. Illos autem appellant Tricomos (id eſt, tribus vicis conſtantem) Eupyridas, Cecropidas & Pelecas. Localia ex, ad & in Eupyridis denotant.

EURYAMPOS, oppidum Magneſiæ, cujus oppidanus Euryampius: Lycophron:

Amphryſiorū geſtantem ſceptrum Euryampiorū.

EURYELUS, hoc nomine Epipolarum arx inſignitur. Oppidulum vero eſt Syracuſarum præruptum. Gentile, Euryelius.

EURYMEDON, fluvius Pamphyliæ & locus juxta Tarſum. A voce Eurymede fit Eurymeduntius.

EURYMENÆ, oppidum Theſſaliæ cujus meminit Hecatæus in Europa. Oppidanus Eurymenius, uti Clazomenius.

EURYTANES, gens Ætolica, de qua Lycophron:

Vatem vero mortuum coronabit populus.

Quemadmodum Ænian.

EURO-

Ætolos, non vero ad Locros pertinuiſſet. Vergebat etiam ad ſeptentrionem: nam Naupactus mare ad meridiem habens, non potuit ibi Eupaliam habere.

91 Οἱ πολῖται Εὐπατρίδαι· μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς.] Sic ſcribunt libri editi omnes; ſed cod. Voſſianus primum oppidani nomen non habet, legitur enim: οἱ πολῖται, Εὐπατρεῖς. Quin imo hæc lectio adeo inepta non eſt, quin aliquomodo defendi poſſit, nam ab Εὐπάτρια melius Εὐπατρῖται vel Εὐπατριᾶται formari poſſet, nam Εὐπατρίδαι regularis forma non eſt. Εὐπατρίδαι proprie ſunt nobiles ſive patricii Athenienſes, qui e regio ſanguine originem ducunt. Etymol. Mag. Auctor: Εὐπατρίδαι ἐκαλοῦντο οἱ αὐτὸ τὸ ἄστυ οἰκοῦντες, καὶ μετέχοντες βασιλικοῦ γένους, τὴν τῶν ἱερῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι· γεωργοὶ δὲ, οἱ τῆς ἄλλης χώρας οἰκήτορες· ἐπιγεώμοροι δὲ, τὸ τεχνικὸν ἔθνος. Hæc erat Theſei diſtributio. Primos voluit in civitate præſtare dignitate: ſecundos uſu, tertios numero. Hac de re etiam vide Diod. Siculum lib. I & Plut. in Theſeo. Sed appellative hæc vox etiam ſumitur pro nobilibus cujuſcunque regionis. Polyænus lib. IV Stratag. cap. de Antiocho Antiochi filio: ἔχων σὺν αὐτῷ Θρᾳκῶν εὐπατρίδας πολλούς. Intelligit nobiles in Thracia natos & autochthonas. Arrianus lib. IV cap. XI in Epict. Πάντων τῶν εὐπατριδῶν καὶ πλουσίων ἀπειραχώτερων διάγω. Locus in hanc rem præſtantiſſimus eſt apud Philonem lib. de Libert. ubi eos vocat Ἀμφιθαλεῖς καὶ εὐπατρίδας, ὧν οὐ γονεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ πάπποι, καὶ πρόγονοι μέχρι τῶν ἀρχηγετῶν καὶ πρὸς ἀνδρῶν καὶ πρὸς γυναικῶν ἐπιφανέστατοι γενόμενοι.

92 Ξάνθος ἐν γ' Λυδιακῶν.] Sic exhibent priores editiones & MSS, quos ſequimur, & eodem prorſus modo ſæpius citatur Xanthus in hac epitome. Xylandriana habet Λυδικῶν, quod omnino improbandum non eſt, nam ſæpiſſime auctores dicunt Λυδικοὶ pro Λυδιακοὶ, Βιθυνικοὶ pro Βιθυνιακοὶ, & Μεσσηνικοὶ pro Μεσσηνιακοί.

93 Ἔκτισε.] Editiones priores & libri calamo exarati ἔκλισε. Verum quod ſequimur in Xylandriana conſpicitur, & omnino præferendum.

94 Εὐπυρίδαι.] Nomen inde habere exiſtimatur, quod ibi primum ignis fuerit inventus, teſte Etymologici Mag. Auct. Εὐπυρίδαι, δῆμος Ἀθηναίων· ὅτι ἐν Ἀθήναις πρῶτον τὸ πῦρ εὑρῆσθαι φασὶ κατὰ τὸν δῆμον τοῦτον, τῆς ἐκλάμψεως αὐτοῦ γενομένης. Hujus pagi etiam mentio eſt apud Heſychium. Populare nomen Εὐπυρίδης occurrit in epigrammate, quod in veteri ſaxo conſpicitur:

Στῆσεν Ἀχείλεος στήλην μεγακύδεα ἀστοῖς
Πατρὸς τοὔνομ' ἔχων δήμοθεν Εὐπυρίδης.

95 Πήληκας.] Codex Voſſianus: Πήλικας.

96 Εὐρύαμπος.] Male Scholiaſtes in Lycophronem caſum rectum hujus nominis fecit Εὐρυαμπὴ, ita enim ille: τῶν Μαγνήτων, ἀπὸ πόλεως Εὐρυαμπῆς λεγομένης.

97 Εὐρυαμπίων.] Voſſianus MS. Εὐρυάμπιον.

98 Οὕτως ἡ ἀκρόπολις.] Peſſime hactenus omnes editiones repræſentarunt, οὕτως ἡ Μακρόπολις, ut bene judicavit Cluverius, in cujus emendationem libri MSS conſentiunt. Hunc de ſitu & nomine lector conſulat.

99 Εὐρυμέναι, πολ. Θεσσαλ.] Proprie Magnetum urbs eſt, auctore Scylace, ita enim ille capite de Magnetibus: Ἔξω δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ Μελίβοια, Ῥιζοῦς, Εὐρυμέναι, Μύραι.

1 Εὐρυτᾶνες, ἔθνος Αἰτωλικόν.] Satis diu hoc loco mendum omnes editiones obſederat, cum legeretur ἔθνος Ἰταλικὸν, quod nos, ſic admonente Caſaubono, correximus, & ipſa ratione poſtulante: nam maximam Ætoliæ partem hæc gens efficit, teſte Thucydide lib. III: Εὐρυτᾶνες,

ΕΥ'ΡΩΜΟΣ [2], πόλις Καρίας, ἀπὸ Εὐ- A
ρώμου [3] τοῦ Ἰδριέως Καρός. [4] τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωμεύς· Ἀπολλώνιος ἑπτακαιδεκάτῳ Καρικῶν.

ΕΥ'ΡΩ'ΠΗ, ἡ χώρα [5], ἐκ τῆς Φοινίκης, θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος. [6] λέγεται καὶ Εὐρώ- B
πεια. καὶ διὰ τοῦ ι Εὐρωπία, παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν αἰχμαλώτισι.

Καὶ νησιώτας, καὶ μακρὰς Εὐρωπίας.

καὶ Εὐριπίδης ἐν Θησεῖ,

Σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρω- C
πίας.

[7] ὁ οἰκῶν, Εὐρωπαῖος· καὶ θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον· καὶ Εὐρωπίς.

ΕΥ'ΡΩΠΟ'Σ, πόλις Μακεδονίας, [8] ἀπὸ Εὐρώπου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Ὠρειθυίας τῆς Κέ- D
κροπος. ἔστι καὶ [9] Συρίας ἄλλη. τὸ ἐθνικὸν, Εὐρω-

A EUROMUS, urbs Cariæ, quæ nomen habet ab Euromo Idriei Caris filio. Gentile, Euromenſis. Apollonius lib. XVII Caricorum.

B EUROPA, regio quæ ab Europa Agenoris filia nominata eſt. Dicitur quoque Europea, & per I Europia apud Sophoclem in Captivis:

Et inſulanos, & longinquas Europias.

Et Euripides in Theſeo:

C *Ferme in ultimis finibus Europiæ.*

Incola, Europæus, quod gen. fœm. & neut. invenitur, & Europis.

D EUROPUS, urbs Macedoniæ, ab Europo Macedonis filio, & Orithyiæ Cecropis filia nomen habens. Eſt & alia Syriæ. Gentile, Euro-

ρυτᾶνες, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν. Nomen habet ab Euryto quodam, teſtibus Ariſtotele & Nicandro apud Tzetzem in ſcholiis ad Lycophronem: Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Νίκανδρός φησιν ἐν Αἰτωλοῖς. De hac gente etiam legendus Strabo lib. x.

2 Εὔρωμος, πόλις Καρίας.] Sic omnes unanimiter hanc urbem appellant, quare *Eurome* apud Plinium in Cariæ deſcriptione mihi ſuſpectum eſt. De ſitu conjectare licet ex verbis Strabonis lib. XIV: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ καὶ τρεῖς εἰσι πόλεις ἀξιόλογοι, Μύλασα, Στρατονίκεια, Ἀλάβανδα· αἱ δὲ ἄλλαι παραπόλιοι τούτων, ἢ τῶν παραλίων, ὧν εἰσιν Ἀμυζὼν, Ἡράκλεια, Εὔρωμος, Χαλκήτωρ. Sed de ultimis, quia in iis nihil memorabile, porro tacendum exiſtimabat Geographus. Hæc tamen urbs tantæ olim fuit potentiæ, ut alias circumjacentes urbes ſub ſe habuerit, quod paſſim liquet ex Polybio, ubi perhibet Mylaſſenſes Euromenſium oppida cepiſſe, ſic enim ille Leg. XCIII: Κατειλήφεσαν δὲ καὶ Μυλασεῖς τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις. Et paucis interjectis verſibus: Ἐπὶ δὲ τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις στρατεύσαντες, ἐνίκησαν μάχῃ Μυλασεῖς. Sic etiam Livius lib. XLV teſtatur, *Mylaſſenſes & Alabandenos Euromenſium provinciam fuiſſe ademptos.* Præterea eodem libro legitur: *Caunii deſcivere ab his, & Mylaſſenſes Euromenſium oppida occuparunt.*

3 Τοῦ Ἰδριέως Καρός.] Stephanus in Ἰδριάς, πρότερον Χρυσαορίς, ἀπὸ Ἰδριέως παιδὸς Καρός.

4 Τὸ ἐθνικὸν Εὐρωμεύς.] Aliquoties apud Polybium occurrit hoc gentile, quod Livius Latino ore dixit EUROMENSIS.

5 Ἐκ τῆς Φοινίκης, θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος.] Fœdiſſimum, meo quidem judicio, mendum hunc locum occupavit, quod codices calamo exarati non corrigunt, interim tamen auctorum omnium de Europæ etymologia ſententias vehementer turbans: nam quid inſulſius cogitari poſſet, quam Europam à Phœnica, Agenoris filia, nomen accepiſſe. Verum uti Stephano in mythologicis verſatiſſimo hunc errorem imputare nequeo, ſic Epitomatorem oſcitantiæ & ſupinæ negligentiæ immunem non exiſtimo. Fortaſſis olim legebatur, Εὐρώπη, ἡ χώρα, ἐκ τῆς Εὐρώπης, θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος. Hæc multorum eſt ſententia: Feſtus: *Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum eſt appellari.* Servius ad lib. I Æneid. *Sane Europa Agenoris filia, a qua pars orbis nominata eſt.* Euſtathius ad Dionyſium: Ὅτι Εὐρώπη ἡ χώρα ἐξ Εὐρώπης λέγεται, καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων φησί. Et mox ſequitur: Ἀγήνορος δὲ αὕτη θυγάτηρ, ἣν ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς Ταῦρος ἐλῄσατο, ναυμαχίᾳ τὴν Τύρον ἑλών. Idem ex Herodoto & aliis adſtrui poſſet. Verum cum in editis Stephani inveniatur ἐκ τῆς Φοινίκης, illud me movet ſuſpicari, olim hunc in modum fuiſſe ſcriptum. Εὐρώπη, ἡ χώρα, ἐκ τῆς Εὐρώπης τοῦ Φοίνικος θυγατρὸς, ἢ τοῦ Ἀγήνορος. Dubitant enim mythologiæ doctores, utrum Europa Phœnicem, an Agenorem patrem habuerit. Apollod. lib. III: Ἀγήνωρ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην γαμεῖ Τηλεφάασσαν, καὶ τεκνοῖ θυγατέρα μὲν Εὐρώπην, παῖδας δὲ Κάδμον, καὶ Φοίνικα, καὶ Κίλικα· τινὲς δὲ Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος, ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσι. Sic aperte Palæphatus perhibet eam Phœnicis filiam eſſe: Φασὶν Εὐρώπην τοῦ Φοίνικος ἐπὶ ταύρου ὀχουμένην διὰ τῆς θαλάττης ἐκ Τύρου εἰς Κρήτην ἀφικέσθαι. Utraque lectio igitur commode ſatis permitti poſſet. Sed quis interim tam felici conjecturandi genio pollet, ut ipſis verbis auctoris lacunam repleat, aut jam deperdita revocet?

6 Λέγεται καὶ Εὐρώπεια.] Hac voce ſæpius utebantur poëtæ, ut verſui conſulerent. Sæpius occurrit apud Dionyſium de Situ Orb. γαίης ὕπερ Εὐρωπείης. Et τέρμα κιχήσεται Εὐρωπείης. Sic etiam Nicander poëma ſuum, quod Europæ περιήγησιν complectebatur, inſcripſit περὶ Εὐρωπείας, cujus quintum citat Stephanus in Ἄθως. Imo certum eſt τὸ Εὐρώπη factum ἐκ τοῦ Εὐρώπεια, ut Ὑψιπύλη Ὑψιπύλεια, Ἀπάμη Ἀπάμεια, Πηνελόπη Πηνελόπεια, Λαοδίκη Λαοδίκεια, Ἐρήμη Ἐρήμεια, κωλόνη κωλόνεια &c.

7 Ὁ οἰκῶν, Εὐρωπαῖος.] Satis frequenter occurrit hoc gentile in antiquorum ſcriptis. Etymologici Mag. Auctor: Καὶ Εὐρωπαῖος· καὶ οὐδετέρως τὰ Εὐρωπαῖα· καὶ θηλυκὸν, Εὐρωπίς. Uſus eſt tamen Chronici Alexandrini auctor Εὐρωπεῖος, niſi ſtatuamus à mala manu eſſe: Ἀπήγαγεν δὲ τὴν Εὐρώπην εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα ὁ Ταῦρος, ἣν τινα καὶ γυναῖκα ἔλαβεν, οὖσαν παρθένον καὶ εὐπρεπῆ, καὶ ἐκάλεσε τὰ μέρη ἐκεῖνα εἰς ὄνομα αὐτῆς Εὐρώπεια. Malim ego τὰ μέρη Εὐρωπαῖα. Niſi quis ſtatuat ſubſtantivum eſſe pro Εὐρώπη.

8 Ἀπὸ Εὐρώπου.] Europi meminit Juſtinus lib. VII. *Ex alio latere in Europa regnum Europus nomine tenuit.* An ab illo appellationem urbs acceperit, jam non definio. Urbis memoria reperitur apud Strabonem lib. VII, Ptol. in Macedoniæ deſcriptione, Etymol. Mag. Auctorem in Εὐρώπεια, & Conſt. Porphyrogennetam Them. Secund. Macedoniæ. Ager urbi circumpoſitus *Europia* vocatur a Dionyſio Halicarnaſſeo lib. Ἐπειδὰν παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διέπλει τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης χερρονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρωπίας, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Peſſimo errore ibi Εὐρώπης legitur.

9 Συρίας ἄλλη.] Videtur non longe abfuiſſe a Seleucia ad Tigrim, ut conjicimus ex Polybio lib. V, ubi Molo, Seleucia jam repetita, milites adhortatus eſt, ut ſe porro accingerent ad conſilia ſua exſequenda, & addit Polyb. καὶ τὴν μὲν Παραποταμίαν μέχρι πόλεως Εὐρώπου κατέσχε, τὴν δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. Scio tamen Ptolemæum Europum ad Euphratem ſtatuere, ſed in parte Syriæ, quæ non longe a Zeugmate abeſt; & etiam alios inveniri, qui exiſtimant Europum & Dura eaſdem eſſe civitates: nam

Εὐρωπαῖος. ἔστι καὶ [10] ἄλλη Καρίας, ἣν Ἰδριάδα, ἀπὸ Ἴδριος τοῦ Χρυσάορος. τὸ ἐθνικὸν, Εὐρώπιος, ὡς [11] Ὠρώπιος. A

1678. ΕΥΤΑΙΑ [12], πόλις Ἀρκαδίας· Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ς´. τὸ ἐθνικὸν, Εὐταιεὺς, ὡς Ἡραιεὺς, [13] Φωκαιεύς. B

ΕΥΤΡΗΣΙΣ, κώμη. Ὅμηρος,

Κώπας, Εὔτρησίν τε. ----

κεῖται δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Θεσπιῶν εἰς Πλαταιὰς ἀπάγουσαν, ἣν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ [14] Ἀμφίων. ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον [15] χρήσασθαι ῥύμαις, ὡς Ἐπαφρόδιτος. ὁ κωμήτης, Εὐτρησίτης· ἀφ' οὗ Ἀπόλλων Εὐτρησίτης· καὶ ἱερὸν αὐτοῦ, καὶ μαντεῖον ἐνδοξότατον. [16] τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ οὐκ ἐθνικόν. ἔστι δὲ καὶ εἰς τόπον ἐπιρρηματικῶς Εὐτρησίνδε, ὡς Μενέλαος. C D

ΕΥΦΡΑΝΤΑ, πόλις Λιβυκή· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. τὸ ἐθνικὸν, Εὐφραντεύς.

ΕΥ-

Europæus. Eſt quoque alia Cariæ, quam ab Idri Chryſaoris filio Idriada appellant. Gentile, Europius, uti Oropius.

EUTÆA, urbs Arcadiæ, de qua Xenophon libro VI Hellenicorum. Gentile, Eutæenſis, uti Heræenſis, Phocæenſis.

EUTRESIS, pagus de quo Homerus:

Copas Eutreſinque. ----

Situs eſt juxta viam a Theſpiis in Platæas ducentem, quem muro cinxit Zethus & Amphion. Appellata eſt Eutreſis, quod olim multis viis quaſi perforata fuerit, ut Epaphroditus perhibet. Vici incola, Eutreſita. Unde & Apollo Eutreſita, & ejus templum & oraculum celeberrimum. Eutreſium enim oppidum Arcadiæ eſt, non vero gentile. Hinc deducitur adverbium locale apud Menelaum, quod ad locum denotat.

EUPHRANTA, urbs Libyca, de qua Alexander libro III Libycorum. Gentile, Euphrantæus.

EU-

ſic Iſidorus ait, Græcos ſolere Europum vocare, quæ dicebatur Dura.

10 Ἄλλη Καρίας] Hæc eadem eſt, quæ ſupra *Euromus*, & a Plinio *Eurome* appellabatur, & falſus eſt Stephanus, ſi exiſtimat, diverſa eſſe oppida, ſæpenumero enim τὸ μ vertitur in π, ut ὄμματα ὄππατα, μετὰ πεδὰ &c. Præterea idem ſatis liquet ex variis nominibus, quibus urbs inſignita fuit, nam etiam Ἰδριὰς & Χρυσαορὶς olim dicebatur, ut videre licet apud noſtrum illis in vocibus. Etymologici Mag. Auctor hanc quoque *Europum* vocavit. Εὔρωπος, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωπαῖος· ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας· τὸ ἐθνικὸν ταύτης Εὐρώπιος, ὡς Ὠρώπιος.

11 Ὠρώπιος.] In omnibus editis erat Ὠρόπιος, quod auctoritate veterum librorum mutandum cenſui.

12 Εὐταία, πόλ. Ἀρκ.] Incidi in Xenophontis editionem, in qua excuſum erat Εὐζαία. Verba adſcribam: Καὶ καταλαβὼν πόλιν ὅμορον οὖσαν Εὔζαιαν. Et deinde ſequitur: Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἐφαίνετο τῶν Ἀρκάδων, ἦγε τὴν ταχίστην εἰς τὴν Εὔζαιαν. Peſſime apud Pauſaniam nominatur Εὐταίαν, ut bene obſervat Sylburgius. Exiſtimo idem eſſe oppidum, quod Stephanus, Theopompi auctoritate inductus, Εὔγαιαν ſupra appellavit. Hoc enim noſtro familiariſſimum eſt, ex diverſa ſcribendi ratione, etiam diverſas regiones & urbes fingere, cujus rei jam jam exemplum obſervavimus ad vocem Εὔρωπος.

13 Φωκαιεύς.] Male in editis Φωκαεὺς, quod mutavimus, ut reſponderet antecedentibus.

14 Ἀμφίων.] Libri Scripti exhibent Ἄμφιστος.

15 Χρήσασθαι.] Librarii hanc vocem depravaſſe videntur, quid enim ad etymologiam vocis Εὔτρησις faciat, nemo paullo humanior videbit. Legendum mihi heic perſuadeo, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον τετρῆσθαι ῥύμαις. Facem huic lectioni præbet Euſtathius ad Hom. Iliad. B, cujus verba adſcribam, quia noſtrum pariter egregie illuſtrant: Ἡ δὲ Εὔτρησις ἔσχε Εὐτρησίτην Ἀπόλλωνα, οὗ καὶ μαντεῖον ἐκεῖ ἔνδοξον· ἐκλήθη δὲ οὕτω, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις, οἱονεὶ συντετρῆσθαι τετμημένην εἰς ἀμφόδους συχνάς. Euſtathius igitur habet συντετρῆσθαι, quod formatur à συντετράω, pro quo noſter ſimplici τράω uſus eſt. Ab hoc vocis etymo non recedit Etymol. Mag. Auctor: Εὐτρήσιος, παρὰ τὸ τετρῆσθαι τὸν Αὐτόλυκον, ὁ Εὔπολις σκώπτει. Εὔτρησις, πόλις Ἀρκαδική. Verum cave fidem adhibeas verbis hujus grammatici, nam Εὔτρησις non eſt Arcadiæ, ſed Bœotiæ oppidum, cum contra Εὐτρήσιος Arcadico ſolo adſcribatur; ſic Homerus ipſe in Catalogo, & ad eum Euſtathius, & ſic quoque Strabo Eutreſin in Bœotia ſtatuunt. Suſpectus eſt Scylacis locus inter Bœoticas civitates portum Εὔτρητον recenſentem, ita enim ille ex emendatione Voſſii: Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοὶ εἰσὶν ἔθνος καὶ πόλεις αἵδε· Κορσιαὶ, Σῖφαι καὶ λιμὴν Εὔτρητος, καὶ τεῖχος τῶν Βοιωτῶν. Hunc Holſtenius eundem ſtatuit in obſervationibus ad Ortelium, quem Homerus, Strabo & Stephanus *Eutreſin* nominant: ſed pedibus ire non poſſum in Cl. viri ſententiam: nam præterquam quod τὸ Εὔτρησις, quam ſcripturam auctores citati conſtanter tuentur, & Εὔτρητος terminatione multum diſcrepent, etiam ſitus longe eſt diverſus. Nam *Eutreſis* ab omnibus collocatur in mediterraneis, in via Theſpiis Platæas ducente, cum *Eutretus* a Scylace inter maritima oppida ad Corinthiacum ſinum recenſeatur. Illud Scylacis Εὔτρητος, vix crediderim cenſeri debere pro nomine proprio alicujus portus; videtur mihi appellativum, quo nihil aliud denotatur, quam Siphas habuiſſe portum, non unica duntaxat, ſed pluribus foſſis ornatum, quemadmodum etiam urbes ampliores, non unica via, ſed pluribus compitis, iiſque *pertuſis*, ut cum Perſio loquar, ſive perviis & ad alios vicos patentibus inſtruuntur. Hoc profecto Siphæenſes decebat, præ aliis habere portum ornatiſſimum, qui præ cunctis Bœotiis rei maritimæ peritiam ſibi a multis ſeculis vindicabant, prædicantes Tiphyn, cui Argûs gubernacula credita ſunt, ſuum indigenam fuiſſe, teſte Pauſania in Bœoticis. Sed præterea aliquid latet in his Scylacis verbis, quæ lectorem morari queunt. Mirum mihi videtur, quod poſt Phocenſes urbem *Corſias* collocet & inde Bœotiæ deſcriptionem incipiat; cum *Corſiæ* non ad mare Corinthiacum, ſed prope fontes Platanii in parte Bœotiæ ſeptentrionali, quam deinde deſcribit, ſitæ ſint. Vel Scylax toto cœlo erravit, vel peſſime eum tractarunt librarii, nam manifeſte legendum eſt: Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοὶ εἰσὶν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Κρευσία, Σῖφαι καὶ λιμὴν Εὔτρητος. Hanc lectionem confirmat Pauſanias: Πλέοντι δὲ ἐκ Κρεύσιδος οὐκ ἄνω, παρὰ δὲ αὐτὴν Βοιωτίαν, πόλις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ Θίσβη. Sic quoque Ptolemæus Bœotiam auſpicatur. Βοιωτίας· Σῖφαι, Κρέουσα. Quod autem in Scylace τὸ Κρευσία repoſuerim, feci auctoritate Strabonis, ſic urbem vocantis lib. IX, & quia vulgatæ lectioni magis reſpondet.

16 Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλ. Ἀρκαδ.] Libri manu exarati, τὸ γὰρ Εὐτρήπιος. Forte legendum τὸ γὰρ Εὐτρήσιοι: nam apud Xenophontem lib. VII aliquoties hac terminatione occurrit: Ἐν ταῖς συμβολαῖς τῶν τε ἐπ' Εὐκτρησίων, καὶ τῆς Ἐπιμηδίας ὁδοῦ. Et eodem ferme loco & pagina: ὡς δ' ἐγένοντο ἐν τῇ ἐπ' Εὐκτρησίους ἐκτροπῇ. Quibus in verbis τὸ κ utrobique videtur delendum: puto enim Stephanum illam

deſignare

ΕΥ'ΦΡΑΤΙ'Σ[17], ἡ Συρία, ἀπὸ τοῦ παρα- A
κειμένου ποταμοῦ. [18] ἐλέγοντο αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας. τὸ ἐθνικὸν, [19] Εὐφρατίτης, ὡς Προσωπίτης.

ΕΥ'ΩΝΥΜΙ'Α, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Εὐωνυμεύς. Ἔστι καὶ δῆμος Ἀθη- B
ναίων, ἀπὸ Εὐωνύμου τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἢ Κηφισοῦ. ὁ δημότης, Εὐωνυμεύς. τὰ τοπικὰ, ἐξ Εὐωνυμέων. λέγεται καὶ ὁ δῆμος Εὐώνυμος.

ΕΥ'ΩΝΥΜΙ'ΤΑΙ[20], ἔθνος Αἰγύπτιον C
πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ, Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

Ε'ΦΕΣΟΣ, πόλις Ἰωνίας [21] ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμὴν ἐν κόλπῳ. [22] Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτὴν φησιν. [23] ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, D
ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ [24] Σαμόρνα, καὶ [25] Τραχεῖα, καὶ [26] Ὀρτυγία, καὶ [27] Πτελέα. ὁ πολίτης, Πτελεαῖος· ἦν δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ. καὶ Πτελεάτης, ὁ πολίτης. τὸ ἐθνι-

EUPHRATIS, ſic Syria dicitur ab adjacente fluvio. Perhibent ipſum & Araxem, tanquam fratres ex Armeniæ monte profluere. Gentile, Euphratites, uti Proſopites.

EUONYMIA, urbs Cariæ. Gentile, Euonymenſis. Eſt quoque pagus Athenienſium, qui ab Euonymo Terræ & Cœli, ſive Cephiſſi filio nomen habet. Locale ex Euonymenſibus. Dicitur quoque pagus Euonymus.

EUONYMITÆ, gens Ægyptia juxta Æthiopiam, de qua Alexander libro, Ægyptiacorum.

EPHESUS, urbs Joniæ illuſtriſſima, & portus in ſinu. Herodotus vero Lydiæ eam attribuit. Vocabatur vero Smyrna a Smyrna Amazonis filia. Appellabatur etiam Samorna, & Trachea, & Ortygia, & Ptelea, cujus civis Pteleæus. Erat & illic Dianæ templum. Civis etiam dicitur Pteleates.

Gentile

deſignare urbem, quam Eutreſii habitabant, & eodem nomine gaudebat. Urbis nomen & gentile ſæpe idem ſunt, quod nemo in dubium vocabit, in Ethnicographo paullulum verſatus.

[17] Εὐφρατὶς, ἡ Συρία.] Lectionem, quam divulgamus, exhibent Palatini codices: hanc quoque confirmat fluvii nomen Εὐφράτης, unde denominatio hæc originem hauſit.

[18] Ἐλέγοντο καὶ αὐτὸς καὶ Ἀράξης.] Aliam hujus loci diſtinctionem nobis libri MSS ſuppeditarunt, & quidem commodiorem & meliorem. In prioribus editionibus legebatur: Εὐφρατὶς, ἡ Συρία, παρὰ τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ ἐλέγετο αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας. Hi fluvii, ex iiſdem fontibus dimanantes, uti filii ex eodem utero, fratres appellantur. Strabo libro XI: Τοῦ δὲ Μασίου ὑπέρκειται πολὺ πρὸς ἕω κατὰ τὴν Γορδυηνὴν ὁ Νιφάτης, εἶτ' ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης. Sic quoque Euſtathius ex Geographo ad Dionyſ. Perieg. Μετὰ δὲ τὸν ῥηθέντα Νιφάτην Ἄκος ὄρος, ἐξ οὗ ὁ Εὐφράτης τε ῥεῖ, καὶ ὁ προειρημένος Ἀράξης. Verum male ibi Ἄκος pro Ἄβος ſcribitur, nam idem ille mons Plinio *Abas* dicitur lib. V cap. XXIV. Sic fontes Aſopis & Pegaſis, quia ſimilem ſuæ ſcaturiginis cauſam habere perhibentur, ὕδατα ἀδελφὰ in epigrammate appellantur, quod quia ineditum puto, huc tranſcribam.

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς ὕδατ' ἀδελφὰ
Ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδαρραγέα.
Χ' ὁ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκρωρείηθεν
Ἔπληξ'· ὦ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.

[19] Εὐφρατίτης.] In omnibus editis erat Εὐφραντίτης.

[20] Ἔθνος Αἰγύπτιον.] Euonymitæ adeo vicini erant Arabiæ, ut etiam pro Arabica gente ab aliis fuerit habita. Plinius lib. VI cap. XXIX: *A Syene Hieran Sycaminon* LIV *M. paſſ. Inde Tama* LXXV *M. paſſ. regionem Euonymitôn Æthiopum primam.* Ponuntur ab Agathemero poſt magnum Nili Catarac̄ten ad occidentale fluvii latus, ita enim ille lib. II cap. V: Καὶ μετὰ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται, Σεβερίδαι &c.

[21] Ἐπιφανεστάτη.] Jure meritoque inſignitur à ſcriptoribus hoc epitheto, nam erat omnium urbium, quæ ſunt in Jonia, Metropolis: hinc ſæpiſſime in numiſmatibus antiquis hanc inſcriptionem legimus, ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ, quæ paſſim apud Triſtanum & alios reperiuntur. Solinus cap. XL: *Epheſos in ea urbs Clariſſima.* Et a Plinio *alterum lumen Aſiæ* vocatur lib. V cap. XXIX. Smyrna Epheſo erat æmula ratione ſitus, mercaturæ, ſed præcipue ratione conventuum, qui in illa frequentabantur. Hinc eſt, quod Anonymus in Periegeſi totius mundi, Aſiam minorem deſcribens, tantum Epheſum & Smyrnam nominet: Μεγίστας δὲ ἡ Ἀσία καὶ παρὰ θάλατταν πολλὰς μὲν ἔχει· ἐξ ὧν ὀνομάζειν δύο ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ἔφεσόν τε, ἡ λιμένα ἐξαίρετον ἔχειν λέγεται· ὁμοίως δὲ Σμύρνα, καὶ αὐτὴ πόλις ἐπιφανής.

[22] Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτὴν φησι.] Cenſeo noſtrum hunc Herodoti locum lib. I reſpicere: Αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναι σφι· αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, Ἔφεσος, Κολοφὼν, Λέβεδος, Τέως &c. Manifeſte tamen Mela, Vel. Paterculus aliique Epheſum in Ionia collocant.

[23] Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σμύρνα.] Antiquis temporibus Epheſii & Smyrnæi una habitarunt, & hæc cauſa eſt, quare Epheſus etiam Smyrnæ nomen geſſerit, quod Strabo lib. XIV auctoritate Callini confirmat: Ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιὸν, ὥστε καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος· Καὶ Καλλῖνος που οὕτως ὠνόμασεν αὐτὴν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ. Sed idem Geographus docet ex Hipponacte, partem quandam ſive locum Epheſi Smyrnam vocatam fuiſſe: Καὶ τόπος δέ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο, ὡς δηλοῖ Ἱππῶναξ· ᾤκει δ' ὄπισθεν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ, μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.

[24] Σάμορνα.] Heſychius: Σάμορνα, οἱ δὲ Σαμορνία, ἡ Ἔφεσος.

[25] Τραχεῖα.] Male in editis legitur Τειχία. Salmaſianam emendationem in contextum recepi, nam apud Strabonem legimus partem aliquam oppidi ſic appellatam fuiſſe: Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὲρ τοῦ Κορησσὸν παρώρειος. Hæc pars poſtea ab Androclo oppido incluſa eſt. Athenæus lib. VIII ex Creophylo: Καὶ διαβάντες οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τῆς νήσου ἔτη κατοικοῦντες τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τρηχείαν καὶ τὰ ἐπὶ Κορησσόν.

[26] Ὀρτυγία.] Fuit hoc nomine ante Epheſum ſylva, in qua fanum, in cujus adyto Latona enixa putabatur.

[27] Πτελέα.] In omnibus libris hic locus vitio laborat, ſcribitur enim Πτελεὴς, quod ego, jubente ſic Euſtathio, in Πτελέα mutavi, ita enim ille pag. 109 ad Dionyſ. ubi omnia Epheſi nomina recenſet: Τούτων δὲ βορειοτέρα ἡ Ἔφεσος, ἡ Τραχεῖα ποτὲ κληθεῖσα, καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέα. Ipſe Stephanus: Πτελέα, πόλις· οὕτω γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. Diverſæ illæ omnes, quæ recenſentur, urbis Epheſinæ appellationes, loca urbis fuere diverſa ſic appellata, ut bene animadvertit Salmaſius. Ptelea Epheſus appellatur ex eo, quod Amazones templum illud Dianæ celeberrimum, in trunco τῆς πτελέης, id eſt, ulmi, ſtruxerint, referente Dionyſio de ſitu orbis:

Τὴν

τὸ ἐθνικὸν τοῦ Σάμορνα, Σαμορναῖος. [28] ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ἣν καὶ βασίλισσαν, καὶ [29] περσπόλον Ἀρτέμιδος εἶναί φησιν. ἐσχηκέναι δὲ καὶ θυγατέρα Ἀμαζόνα, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ κατοικισθεῖσα, χειμῶνος κατεκλύσθη, καὶ μυρίων B ἀποθανόντων, Λυσίμαχος τὴν πόλιν μετέθηκεν, ἔνθα νῦν. ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην αὐτὴν, [30] ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἀρσινόης· οὗ τελευτήσαντος, ἡ προτέρα κλῆσις ἀνελήφθη. Φέρεται δὲ Δούριδος ἐπίγραμμα, τοῦ Ἐλαΐτου, εἰς τὸν C κατακλυσμὸν, οὕτως·

Ἠέριαι νεφέλαι πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι,
Νυκτὶ σὺν ἀστεμφεῖ πάντα κατεκλύσατε;
Οὐ Λιβύης, Ἐφέσου δὲ τὰ μυρία κεῖνα D
[31] ταλαίνης
Αὔλια, καὶ [32] μακάρων ἐξ ἐτέων κτέανα·
Ποῦ δὲ [33] σωτῆρες τότε δαίμονες ἔτραπον E ὄμμα;
Αἶ αἶ, τὴν Ἰάδων [34] πολλὸν ἀοιδοτάτην.

Κεῖνα

Gentile a Samorna, Samornæus. Sic autem nominata fuit ab una ex Amazonibus, quam & reginam & Dianæ ſacerdotem fuiſſe perhibent: habuiſſe vero filiam Amazona, a qua Amazones nomen accepere. Ipſa urbs in cavo loco condita, hyeme inundationem paſſa eſt, ex qua plurimi interiere, quare Lyſimachus urbem in locum, ubi nunc eſt, transtulit, eamque ab uxore Arſinoë nominavit Arſinoën. Illo autem mortuo, priſtina appellatio fuit recepta. Circumfertur Duridis Elaïtæ in illud diluvium epigramma, quod ſic ſe habet:

Aëria nubes, unde aquas tam amaras bibentes,
Nocte lamentabili omnia inundaſtis?
Non Libyæ, ſed Epheſi plurima illa ærumnoſæ
Domicilia, & felicibus ex annis poſſeſſiones.
Quo autem tunc ſalvatores dii averterunt oculum?
Heu, heu Jonicarum longe celeberrimam!

Illa

Τάων ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο
Παρράλιον Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
Ἔνθα θεῇ ποτὲ νηὸν Ἀμαζονίδες τετύχοντο,
Πρέμνῳ ἔνι πτελέης.

Ferme omnia nomina, quibus Epheſus Stephano noſtro inſignitur, etiam recenſet Plinius lib. v cap. XXIX, cujus verba ſic emendavit Salmaſius. *Epheſus Amazonum opus, multis antea expetita nominibus, Alopes cum pugnatum apud Trojam eſt, mox Ortygia & Samornas vocata, & Smyrna cognomine Trachia, & Samonida, & Pteleæ.*

28 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.] Nomen Amazonis, contra quam decuit, noſter non exprimit: novimus tamen ex Etymologici Mag. Auctore, hanc *Epheſum* appellatam fuiſſe, atque Lyden Amazonem matrem habuiſſe. Alii vero perhibent, *Epheſum* Cauſtri fluminis filium urbi nomen dediſſe, quod liquet ex Pauſaniæ Achaicis: Κρῆσος δὲ αὐτόχθων τις καὶ Ἔφεσος, Καΰστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα εἶναι νομίζουσι, οὗτοι τὸ ἱερὸν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου τὸ ὄνομά ἐστι τῇ πόλει. Sed præter has appellationis origines, alias variaſque commemorat Etymol. Mag. Auctor, cujus verba huc tranſcribam: Ἔφεσος, ἡ πόλις· ἀπὸ Ἐφέσου ἐκεῖσε καπηλεύοντος καὶ φιλοξενοῦντος τοὺς παριόντας καὶ πάντα λέγοντος πρὸς Ἔφεσον στέλλεσθαι· ἢ ἀπὸ Ἐφέσου Λυδῆς Ἀμαζόνος, ἡ πρώτη Ἄρτεμιν ἐτίμησε καὶ ὠνόμασεν Ἐφεσίαν· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τοὺς οἰκοῦντας καὶ τὴν πόλιν κληθῆναι· ἢ ὅτι Θησεὺς συστρατεύσας Ἡρακλεῖ ἐπὶ τὸν Ἱππολύτης ζωστῆρα, ἐδίωξε τὰς Ἀμαζόνας ἄχρι Λυδίας· κἀκεῖ καταφυγούσας ἐπί τινα βωμὸν Ἀρτέμιδος, δεῖσθαι σωτηρίας τυχεῖν· τὴν δὲ ἐφεῖναι αὐτοῖς [reſcribendum αὐταῖς] τὴν σωτηρίαν· ὅθεν Ἔφεσον κληθῆναι τὸ χωρίον, καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἐφεσίαν. Pervulgatior eſt opinio, quam ultimo loco noſter tangit, ſcilicet ἀπὸ τοῦ ἐφεῖναι nomen inveniſſe, quoniam Diana Amazonibus ſalutem, quam ibi precabantur, conceſſerit & quaſi immiſerit, unde ipſa *Epheſia* nuncupata eſt. Recedit parumper ab hac opinione Euſtathius, nam præter illa de muliere *Epheſo*, etiam tradit quoſdam inveniri, qui exiſtimant, Amazonas ab Hercule inſequutas (quum mandato Euryſthei ad Hippolytæ balteum quærendum eſſet profectus) ad Dianæ aram confugiſſe, atque ibidem Ἄφεσιν *veniam* impetraſſe, indeque locum illum Ἔφεσον appellaſſe per alliterationem pro Ἄφεσιν.

29 Περσπόλον.] Sic quoque Euſtathius in comment. jam citatis. Libri MSS πρόπολον, quod tamen eodem redit.

30 Ἀπὸ τῆς γυναικός.] Euſtathius olim hoc loco legebat ἀπὸ τῆς θυγατρὸς, quod manifeſtiſſime liquet in Comment. ad Dionyſium: Φασὶ δὲ τὴν τῆς Ἐφέσου πόλιν ἐν κοίλῳ τόπῳ οἰκισθεῖσαν τὴν ἀρχὴν, καὶ χειμῶνι κατακλυσθεῖσαν, ὑπὸ Λυσιμάχου μετατεθῆναι ἔνθα νῦν ἐστι, καὶ Ἀρσινόην κληθῆναι ἀπὸ Ἀρσινόης τῆς ἐκείνου θυγατρός. Stephani ſententia mihi potior videtur: nam Lyſimachus ætate jam provectior Arſinoen Lyſandræ ſororem ſibi matrimonio junxit, teſte Pauſania in Atticis, apud quem mox poſt hanc relationem ſequitur: Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Λυσίμαχος αἴσθοιτο ὕστερον τὰ τολμηθέντα ὑπὸ τῆς γυναικός. Vide porro Juſtinum & alios. Fuit quoque Lyſimachus qui filiam Arſinöen habuit, ut idem Pauſanias eodem libro auctor eſt: Οἱ δὲ οἱ παῖδες ἐγένοντο ἐξ Ἀρσινόης, οὐ τῆς ἀδελφῆς, Λυσιμάχου δὲ θυγατρός. Verum ita videntur mariti natura conſtituti, ut ampliores in uxorem honores, quam in filiam conferre ſoleant. Intelligo autem hoc loco Lyſimachum Macedonem, Alexandri ſatellitem, quem rex ira incenſus in eandem cum leone caveam conjecit. Hic cum beſtiam ipſe exanimaſſet, inter Macedonum optimos ab Alexandro habitus eſt. Poſt Alexandri exceſſum Thraciæ Macedoniæ finitimæ imperavit, & cum Odryſis & Getis bellum geſſit. Claſſe deinde in Aſiam trajecit, & ibi Antigoni regno occupato, eam, quam Epheſii proximam mari incolunt, urbem condidit, in quam Lebedios Colophonioſque, urbibus eorum deletis, deduxit.

31 Ταλαίνης.] Exhibent libri calamo exarati ταλαίναι, quod etiam ſtare poſſet, ſi quis ad νεφέλαι referre voluerit. Video quoque illam lectionem in Aldina & Florentina repræſentatam.

32 Μακάρων.] In editis & ſcriptis nulla conſpicitur variatio: quin & Henr. Stephanus in Anthol. Græcor. Epigrammatum non aliter legebat: Salmaſius tamen in Plin. Exercit. μακρῶν repoſuit, quam lectionem amplectendam cenſeo.

33 Σαωτῆρες.] Ita reponere placuit ex MSS. Libri editi peſſime σωτῆρες exhibebant: ſed video quoque Henr. Stephanum veram lectionem agnoviſſe.

34 Πολλὸν ἀοιδοτάτην.] Male in vulgatis: πολλῶν ἀοιδοτάτην;

Κεῖνα δὲ κύμασι πάντα κυλινδομένοισιν ὁμοῖα, A

Εἰς ἅλα σὺν ποταμοῖς ἔδραμε πεπταμένοις.

Illa autem fluctibus omnia volventibus ſimilia,

In mare cum fluviis profluere alatis.

[35] ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, καὶ Χῖος, καὶ Λέσβος, καὶ Κύπρος, καὶ Σάμος, καὶ ἄλλαι, B ὡς Ἑκαταῖος. τὸ ἐθνικὸν, Ἐφέσιος. εὕρηται καὶ Ἐφέσεια διὰ διφθόγγου. οὕτω γὰρ [36] ἐν Ἀλεξάνδρᾳ Σοφοκλῆς. λέγεται καὶ Ἐφεσίτης, [37] ὡς Ἄβρων φησί· καὶ Ἐφεσεὺς, ὡς Ταρσὸς Ταρσεὺς, Ἁλικαρνασσὸς Ἁλικαρνασσεύς. C

Eſt quoque Epheſus in Nilo, & Chius, & Lesbus, & Cyprus, & Samus, & aliæ inſulæ, teſte Hecatæo. Gentile, Epheſius. Invenitur quoque Ἐφέσεια per diphthongum, cujus uſum invenies apud Sophoclem in Alexandra. Dicitur quoque Epheſita, ut Abro perhibet, & Epheſenſis, uti Tarſus Tarſenſis, Halicarnaſſus Halicarnaſſenſis.

Ἔφυρα, [38] πόλις Ἠπείρου [39] ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἀμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ γηγενοῦς, τοῦ Ἀρκάδος. [40] ἐκ

EPHYRA, urbs Epiri, quæ ab Ephyro, filio Ambracis, filii Theſproti, filii Pelaſgi, filii Lycaonis, & ex Terra geniti Arcadis nomen habet.

πέτην, quod verſiculi modulus non patitur. Salmaſius correxit: πολλὸν ἀοιδοπόλων. Verum ἀοιδοπέτην requirit ordo, quod nos exhibemus ex vulgatis. Porro obſervandum, τὰ αἱ heic accuſativo jungi, quemadmodum ſæpiſſime fit in Epitaphio Adonidis:

Ὤρεα πάντα λέγοντι καὶ αἱ δρύες, Αἲ τὸν Ἄδωνιν.

35 Ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ.] Evidenter ſatis geographi teſtantur in Nilo plurimas, & quaſdam vaſtæ magnitudinis, inſulas reperiri. Strabo lib. XVII: Νήσους δὲ ὁ Νεῖλος κατεσπαρμένας ἔχει παμπόλλας, τὰς μὲν καλυπτομένας ὅλας ἐν ταῖς ἀναβάσεσι, τὰς δ᾽ ἐκ μέρους. Plinius lib. V cap. IX: *Inſulas ita innumeras ſpargit, quaſdamque tam vaſtæ magnitudinis, ut quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque curſu non breviore tranſvolet.* Sed cum uterque nullam ex tanta inſularum copia nominaverit, Stephano noſtro, quarundam appellationes ex Hecatæo ſuperſtites volenti, gratias agimus. Præter illas tamen ex Hecatæo allegatas, alii alias agnoſcunt. Sic Euſtathius in comment. ad Iliad. B de Ægyptia Rhodo mentionem facit: Ἦν δὲ καὶ Αἰγυπτία Ῥόδος κατὰ Ἡρόδοτον· ὥσπερ καὶ Χίος· φησὶ γοῦν ἐκεῖνος οὕτως· εὐδαιμονῆσαι λέγεται Αἴγυπτος ἐπὶ Ἀμάσιος μάλιστα· καὶ πόλεις γενέσθαι τότε πάσας, δισμυρίας τὰς οἰκουμένας· ἐν αἷς καὶ Ἰώνων μὲν Χίος, Τέως, Φώκαια, Κλαζομεναί· Δωριέων δὲ Ῥόδος, Κνίδος, καὶ ἄλλαι τινες. Puto tamen male hanc inſulam ab eruditiſſimo, Archiepiſcopo *Rhodum* appellari, cujus nomen erat *Antirrhodos*, non ratione ſitus, ut Rhion & Antirrhium, Iſſa & Antiſſa, ſed quia Aſiaticæ Rhodo erat æmula. Hujus rei Strabonem teſtem habemus, ita enim ille lib. XVII: τούτοις δὲ ὑπόκειται ὅ, τε κρυπτὸς λιμὴν καὶ κλειστὸς, ἴδιος τῶν βασιλέων, καὶ ἡ Ἀντίρροδος νησίον προκείμενον τοῦ ὀρυκτοῦ λιμένος, βασίλειον ἅμα καὶ λιμένιον ἔχον· ἐκάλεσαν δ᾽ οὕτως, ὡς ἂν τῇ Ῥόδῳ ἐνάμιλλον. Sed Euſtathii verba dum oculis apertis intueor, atque cum Herodoto compono, non poſſum non mirari, eum hic aliquid ſomniare, quod apud Herod. non invenitur, atque ejus menti plane eſt contrarium. Locus extat in Euterpe circa finem, ubi perhibetur, Ægyptum ſub rege Amaſi ita floruiſſe, ut vicies mille oppida habuerit; ſed inter illas non numerat Herodotus Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ &c. quas in Ægypto fuiſſe, ex non bene intellectis Herodoti verbis, colligit Euſtathius. Narrat enim Herodotus, quænam Jonum, Dorum & Æolum civitates aliquid contulerint, ut communibus impenſis templum ædificaretur, quod deinde Ἑλλήνιον nuncuparunt. Hoc Amaſis, quia Græcorum erat ſtudioſiſſimus & mercaturæ inſignis promotor, eis concedebat, ut patrio ritu deos ſuos colerent, cultui animalium non dediti. Verum ad Hecatæum revertamur, qui ſolus quod ſciam harum in Ægypto inſularum meminit. Hæ ſine dubio a Græcis nomina ſua ſunt ſortitæ, illo anni tempore, cum Nilus terram eſſet ſupergreſſus; navigantibus per Ægyptum, quæ tunc, ſolis urbibus ſine circumjacenti agro apparentibus, Ægæo mari ſimilis videbatur, ut ipſe teſtatur Herodot. lib. citato his verbis: Ἐπεὰν δ᾽ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλιες μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστά κῃ ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου, πέλαγος γίνεται· αἱ δὲ πόλιες μοῦναι ὑπερέχουσι. Itaque vix crediderim, hæc vera in Ægypto fuiſſe inſularum nomina, ſed hujuſcemodi, quæ nautæ & mercatores, per inundatam Ægyptum navigantes, tanquam per mare Ægeum, apparentibus iſtis inſulis ex non illepida ſimilitudine indidere.

36 Ἐν Ἀλεξάνδρᾳ.] Ita hunc locum ſupplevit Rutgerſius in variis lect. Ad quod ſupplementum cod. Voſſianus nos quaſi manu duxit, in quo ſcriptum erat ἐν Ἀλεξάνδρῳ. Sed occurrit apud veteres Sophoclæa fabula cui nomen Ἀλεξάνδρα & Ἀλέξανδρος. Vide noſtrum in Ἄστυ.

37 Ὡς Ἄβρων.] Et hanc lacunam replevit Rutgerſius, erat enim in vulgatis, ὡς Ἀβρ... Hanc emendationem contextui inferendam exiſtimavi. Citatur ſæpiſſime hic grammaticus Stephano, in Ἀγάθη, Ἀθῆναι, Αἰλία & aliis in locis.

38 Πόλις Ἠπείρου.] Cum variæ olim gentes Epirum incolebant, non dubito quin Stephanus propriam ditionem in genuino opere expreſſerit, ſub qua hæc urbs ſortiebatur: hinc non incommode ſuſpicari licet, in eo exaratum fuiſſe, Ἔφυρα, πόλις Ἠπείρου ἐν τῇ Θεσπρωτίδι. Quæ conjectura hinc ſatis fulcitur, quod in fine hujus ſectionis addat Epitomator, τὸ κτητικὸν τῆς Θεσπρωτίας Ἐφύρας. Hinc itaque liquet evidenter, a Stephano de Ephyra Theſprotica mentionem factam, etiamſi nunc in omnibus libris illa vox deſideretur. Olim hæc urbs, non longe ab Acheruſio lacu ſita, *Ephyra*, & deinde *Cichyrus* appellabatur, teſte Strabone lib. VII: Ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἔφυρα, πόλις Θεσπρωτῶν. Hanc appellationem accepit a Cichyro Mermi F. auctore Pindari Scholiaſta: Ἐφύραν δὲ εἶπε νῦν, τὴν ἐν Ἠπείρῳ, ἣν Κίχυρον φησὶ μετωνομάσθαι ἀπὸ Κιχύρου τοῦ Μέρμου. Non longe ſitam fuiſſe ab Acheruſio lacu manifeſte declarat Pauſ. in Atticis: Πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ, λίμνη τέ ἐστιν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Ἀχέρων. Ex eod. Pauſ. liquet, in illo oppido fuiſſe Theſprotiæ regum regiam; nam Theſei & Perithoi exercitu a Theſproto rege ſuperato, ipſi capiebantur, ibidemque vinculis detinebantur. Sed præterea de ſitu alium lubet addere locum ex Thucydide lib. I: Ἔστι δὲ λιμὴν, καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης, ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρη· ἐξίησι δὲ παρ᾽ αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν. Sed pro Ἐλαιάτιδι in Thucyd. reſcribendum cenſeo Ἐλαιοῦντιδι, ita enim illa regio appellabatur ab Elæûnte oppido quod in confiniis Theſprotiæ ſitum erat.

39 Ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἄμβρακος.] Peſſime libri omnes exhibent Ἀμάρακος: nam Ambrax fuit Theſproti F. teſte Stephano in Ἀμβρακία. Video quoque Palmerium in hanc emendationem conſentire, & totam genealogiam, quodammodo turbatam, ita conſtituere: Ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἄμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ γηγενοῦς, τοῦ Ἀρκάδος. Lycaon ponitur ante Pelaſgum, nam

[40] ἐκ ταύτης Ἀστυόχη, ἡ μήτηρ Τληπολέμου, ὥς φησιν Ὅμηρος. [41] ἦν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος, ὡς Παρμενίσκος φησίν. ἠγνόησε δ' ὅτι μυχὸς ἡ Κόρινθός ἐστι, [42] Γλαύκῳ πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντι, ὡς ἂν τῆς Εὐρώπης οὔσα δυτικωτάτη. κέκληται δὲ ἀπὸ Κορίνθου. Ὅμηρος οὖν τὸ Ἐφύρη [43] περὶ τῆς Κορίνθου ἔφη. ἔστι καὶ ἄλλη Ἐφύρη [44] Κρανὼν λεγομένη, ὥς φησι Κινέας ὁ ῥήτωρ, καὶ Ἐπαφρόδιτος. [45] δευτέρα, περὶ Θεσσαλίαν. τρίτη, [46] Οἰνόη· καὶ [47] νῆσος οὐ μακρὰν ἀπέχουσα Μήλου. ὁ πολίτης, [48] Ἐφυραῖος. ἔστι καὶ Ἀρκαδίας ἄλλη. ἔστι καὶ Θεσσαλίας, καὶ Ἰταλίας κατὰ Καμπανίαν. ἔστι καὶ [49] κώμη Αἰτωλίας Ἔφυρα. τὸ ἐθνικὸν, Ἔφυρος. τὸ κτητικὸν τῆς Θεσπρωτίας, Ἐφύριος. καὶ Ἐφύρηθεν, ἀπὸ τόπου ἐπίρρημα.

ΕΧΕ-

habet. Illa autem ſita erat inter Pylum & Elidem, ut Parmeniſcus tradidit. Ignoravit enim Corinthum in intimo receſſu ſitam eſſe, & Glaucum ad orientem habitaſſe, ſiquidem Europæ maxime occidentalis. Hinc eſt quod Homerus Ephyra de Corintho dixit. Eſt quoque alia Ephyra Cranôn nominata, ut ait Cineas Rhetor, & Epaphroditus. Secunda circa Theſſaliam ſita eſt. Tertia, OEnöe appellatur. Eſt quoque inſula non procul a Melo diſtans. Civis, Ephyræus. Eſt quoque alia Arcadiæ, & Theſſaliæ, & Italiæ juxta Campaniam. Eſt quoque Ephyra pagus Ætoliæ. Gentile Ephyrus. Poſſeſſivum a Theſprotiæ civitate Ephyrius. Hinc quoque adverbium loci, quod ex Ephyra denotat.

ECHE-

nam Lycaon non fuit terræ filius, ſed Pelaſgi, ut unanimiter teſtantur Muthologi.

40 Ἐκ ταύτης Ἀστυόχη] Vulgatorum codd. lectio non eſt ferenda, conſtanter exhibentium, *ἐκ τούτου Ἀστυόχη*. Illud *ταύτης* referendum ad *τὰ Ἔφυρα* eſt, ex qua urbe Aſtyoche originem duxit. Apollod. lib. II: *Στρατεύσας δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ Θεσπρωτοὺς, καὶ πόλιν ἑλὼν Ἔφυραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθὼν, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται.* Homeri locus, quem noſter reſpicit, reperitur Iliad. B.

Τὸν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,
Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ.

41 Ἦν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος &c.] Hic locus uſque ad vocem *δυτικωτάτη* ſenſum congruum non conficit: nam Theſprotica Epiri Ephyra, non erat ſita inter Pylum & Elidem Peloponneſi civitates, atque adeo heic alia intelligenda eſt Ephyra. Præterea quid ſibi velint illa verba *πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντι*, & *οὖσα δυτικωτάτη*, quæ plane ſunt *ἀσύστατα*, ego omnino non video. Ergo vel ſcribendum: *ἦν δὲ ἄλλη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος* &c. vel ſtatuendum, ante hæc verba aliquid excidiſſe, ad quod *τὸ αὕτη* referri neceſſum eſt. Sine dubio heic noſter egit, abſoluta Ephyræ Theſproticæ deſcriptione, de Ephyris Peloponneſiacis, quarum primam collocavit inter Pylum & Elidem, ſecundam in Achaia, quæ dicitur Corinthus, & tertiam in Arcadia. Primæ meminit Pindarus ejuſque Scholiaſta ad Nem. Od. VII: *Τέσσαρας δὲ ἀναγράφει τὰς Ἐφύρας· πρώτην μὲν, τὴν αὐτὴν Κόρινθον ὀνομασθεῖσαν· ἑτέραν δὲ τὴν περὶ Θεσσαλίαν. Τρίτην δὲ περὶ Μῆλιν, ἧς Γυπνίας μνημονεύει· τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς.* Sed pro *Μῆλιν* ibi legendum eſſe *Ἦλιν*, opportune monuit Palmerius. Hujus ſitum non procul a Cyllena ad Peneum amnem ſatis accurate deſcribit Strabo lib. VIII: *Μεταξὺ δὲ τοῦ Χελωνάτα καὶ τῆς Κυλλήνης ὅ, τε Πηνειὸς ἐκδίδωσι ποταμὸς, καὶ ὁ Σελλήεις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενος, ῥέων ἐκ τῆς Φολόης· ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις.* Hinc Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Odyſſ. A hanc in Cyllenæ confiniis collocat: *Ὅτι Ἔφυραι κατὰ ἱστορίαν διάφοροι, ὡς καὶ ἡ Γλιὰς δηλοῖ· μία ἐν Πελοποννήσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς Κυλλήνης ὄρια.*

42 Γλαύκῳ πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντι.] Plutarchus libello de malignitate Herodoti Corinthum nominat *Glauci urbem*, quaſi a Glauco illo, cujus heic fit mentio, fuiſſet habitata, vel condita.

43 Περὶ τῆς Κορίνθου.] Promiſcue hanc urbem appellavit Homerus, & Corinthum & Ephyram. Iliad. B.

Ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς.

Et Iliad. Z locus occurrit præſtantiſſimus, ubi Ephyram Corinthum nominat:

Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο·
Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν,
Σίσυφος Αἰολίδης, ὁ δ' ἄρα Γλαῦκον τέκεθ' υἱόν.

Dico ipſum oculis carere, qui ex omnibus circumſtantiis non percipit, Poëtam heic de Corintho loqui.

44 Κρανὼν λεγομένη.] Male libri editi exhibent *Κρίνους*. Lectionem, quam nos divulgamus, eſſe genuinam, ſatis liquet ex noſtro in illa voce. Sed majoris momenti argumentum erit, ſi ipſa Cineæ Rhetoris verba in medium adduxerim. Exſtant illa apud Pind. Schol. ad Pyth. od. X: *Κρανὼν δὲ πόλις Θεσσαλίας· Θεσσαλὸς δὲ καὶ ὁ Νικηφόρος· οὕτω δὲ πρότερον οἱ Κρανώνιοι, Ἐφυραῖοι ἐκαλοῦντο. Μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ Κινέας· φησὶ γὰρ ἄρχεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῆς Κρανῶνι· καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν τῆς Ἱπποδαμείας γάμον ἐν Πίσῃ· εἶτα ἐκεῖ καταστρέψαντα τὸν βίον, οἱ Θεσσαλοὶ τὴν Ἔφυραν καλουμένην πόλιν, εἰς τιμὴν τοῦ τεθνηκότος, Κρανῶνα μετωνόμασαν.*

45 Δευτέρα περὶ Θεσσαλίαν. Τρίτη, Οἰνόη.] Errores manifeſtiſſimi latent in his verbis. In principio hujus ſectionis agit de Ephyra Theſprotica, deinde de Peloponneſiaca Pylum inter & Elidem, tertio loco de Corintho, & quarto de Ephyra, quæ poſtea Crano dicebatur. Quocirca heic *τὸ δευτέρα*, & *τρίτη* locum habere nequeunt. Sed quis tandem Æſculapius omnibus in hac epitome male ſanis locis præbia noverit?

46 Οἰνόη.] Peſſime hoc loco in geographiam impingitur: nam hæc OEnöe, alio nomine Ephyra dicta, diſtinguenda non erat ab illa, quam ſupra inter Pylum & Elidem collocavit. Manifeſtiſſime hoc docet Strabo lib. VIII, cujus verba, hunc locum mirum in modum illuſtrantia, appingere non pigebit, ita enim ille: *Ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις, ἑτέρα τῆς Θεσπρωτικῆς καὶ Θετταλικῆς, καὶ τῆς Κορίνθου, τετάρτη τις ἐπὶ τῇ ὁδῷ κειμένη τῇ ἐπὶ θάλασσαν ἰούσῃ· ἤτοι ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοινώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν) ἢ πλησίον ἐκείνης, διέχουσα τῆς Ἠλείων πόλεως σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι: ἐξ ἧς ἥ τε Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλέους δοκεῖ λέγεσθαι μήτηρ.* Ergo Strabonis auctoritas confirmat Ephyram Peloponneſiacam, inter Pylum & Elidem poſitam, eandem eſſe, quæ hic ab Epitomatore O*Enoe* appellatur. Verum noſter ex Epirotica Ephyra Tlepolemi matrem originem traxiſſe perhibet, cum Strabo hujus heroinæ natales Peloponneſiacæ attribuat. OEnoës etiam meminit Heſychius: *Ἐφύρη, ἡ νῦν Κόρινθος, καὶ Κίχυρος καλουμένη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ ἡ Οἰνόη.*

47 Νῆσος.] Puto Plinium hujus inſulæ meminiſſe, atque in ſinu Argolico, e regione Meli, collocaſſe, ita enim ille lib. IV cap. XII: *In Argolico Pityuſa, Irene, Ephyre: contra Hermionium agrum Tiparenus, Epiropia, Colonis, Ariſtera.*

48 Ἐφυραῖος.] Græci pariter & Latini uſurpant. Pauſ. in Corinth. *Ἐπωπέα τὸν Ἀλωέως καὶ τὴν Ἐφυραίων σχεῖν ἀρχήν.* Silius lib. XIV:

Et multum ante alias Ephyrais fulget alumnis.

49 Κώμη Αἰτωλίας.] Pagus hic in Agræa erat ſita, teſte Strab. lib. VIII: *Καὶ ἐν τῇ Ἀγραίᾳ τῆς Αἰτωλίας, Ἔφυρα κώμη, οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς, Ἔφυροι.*

ἘΧΕΛΙΔΑΙ [50], δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἐχέλου Ἥρωος. [51] οὗτος δ' ἀπὸ Ἕλους τόπου, μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραιέως, καὶ τοῦ τετρακώμου Ἡρακλείου, ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν τοῖς Παναθηναίοις. ὁ δημότης, Ἐχελίδης. τὰ τοπικὰ ἐκ τῆς γενικῆς τῶν πληθυντικῶν.

A ECHELIDÆ, populus Atticæ, nomen habens ab Echelo Heroë: hic vero a loco qui Helos nominatur, ſito inter Piræeum & quatuor Herculei templi vicos, ubi gymnica certamina Panathenæorum feſto inſtituerunt. Popularis, Echelides. Localia a genitivo plurali formantur. B

ἘΧΕΤΙΑ [52], πόλις Ἰταλίας. ὁ πολίτης, Ἐχετιανὸς, ὡς Καρδιανός.

ECHETIA, oppidum Italiæ. Oppidanus, Echetianus, ſicuti Cardianus.

ἘΧΕΤΛΑ [53], πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, [54] Ἐχετλιάτης.

ECHETLA, urbs Siciliæ, cujus civis C Echetliates.

ἘΧΕΤΡΑ, πόλις Ἰταλίας, [55] διαφέρει Οὐολούσκοις. τὸ ἐθνικὸν, [56] Ἐχετρανός· Διονύσιος δεκάτῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

ECHETRA, urbs Italiæ, quæ apud Volſcos prævalebat. Gentile, Echetranus, teſte Dionyſio Antiquitatum Rom. lib. x.

ἘΧΙΝΑΙ [57], νῆσοι περὶ τὴν Αἰτωλίαν, αἷς Ἀχελῷος ποταμὸς προσβάλλει ἰλύν. λέγονται καὶ Ἐχινάδες, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ὀξὺ, παρὰ τὸν Ἐχῖνον· ἢ διὰ τὸ πλῆθος ἔχειν ἐχίνων. Ἀπολλόδωρος δὲ [58] ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως. τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἐχῖναι, Ἐχι-

ECHINÆ, inſulæ circa Ætoliam, quibus D Achelous fluvius limum adjicit. Hæ etiam Echinades appellantur propter aſperum & acutum, a voce Ἐχῖνον: vel quod echinorum copia ibi inveniatur. Apollodorus nominis originem deducit ab Echino vate. Gentile ab Echinæ eſt Echi-

50 Ἐχελίδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Peſſime cum hoc loco actum eſt ab omnibus editoribus, qui divulgarunt: Ἐχένιδαι, δῆμος τῆς Ἀττ. ἀπὸ Ἐχέμου ἥρωος. Et deinde ὁ δημότης, Ἐχεμίδης. Primus omnium Meurſius tractatu de pop. Atticis & in Critico Arnobiano, fœdiſſimo huic loco priſtinum nitorem reſtituit. Non mediocriter gaviſi ſumus, cum videremus, Meurſii emendationem, proba codicum MSS lectione, ſtabiliri. Non parum quoque juvat ad ejus confirmationem Etymol. Mag. Auctor: Ἔχελος, ἥρως παρὰ Ἀθηναίοις τιμώμενος· καὶ δῆμος τῆς Ἀττικῆς Ἐχελίδαι, ἀπὸ τοῦ κειμένου ἕλους τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἵδρυται τὸ τοῦ Ἐχέλου ἄγαλμα· παρὰ τὸ ἕλος ἔχειν Ἔχελος· καὶ Ἐχελιδῶν δῆμος, ἀπὸ Ἐχέλου.

51 Οὗτος δ' ἀπό.] Cod. Voſſianus: οὕτως δ' ἀπό.

52 Ἐχετία, πολ. Ἰταλ.] Si quis pedibus iverit in ſententiam Cluverii, Echetiam ſcilicet non eſſe diverſam ab Echetra, quam deinde ſubjicit, ille toto cœlo non errabit.

53 Ἐχέτλα, πόλ. Σικελ.] Hujus urbis meminit Diod. lib. xx: Τὴν δ' Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε. Et Polyb. lib. I: Καὶ τοὺς Συρακουσίους ἐπολιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας· ὡς δ' οὗτος (ὁ Φιλῖνος) φησὶ, καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ. Ex hac Polybii deſignatione & Diodori præſcripta hiſtoria, *Echetla* medio fuit inter Leontinos Camarinamque urbes ſitu, ab Syracuſis in occidentem converſa, ut obſervat Cluverius. Quo ſitu hodie oppidum invenitur, vulgari vocabulo *Ochula*, veſtigium quoddam antiquæ illius Echetlæ nominis referens.

54 Ἐχετλιάτης.] Mendoſam hanc eſſe vocem ex genuina Ἐχετλάτης, bene cenſet Cluverius; ſiquidem in ιάτης gentilia nulla eſſe poſſunt, niſi quorum primitiva deſinant in ιά.

55 Διαφέρει Οὐολούσκοις.] Male cod. Voſſ. & editiones Xylandrianam antecedentes διαφέρει Ἰολοισκοῖς. Cum hæc urbs eſſet Volſcorum illuſtriſſima, & loco maxime idoneo ſita, præ aliis oppidis prævalebat: nam τὸ διαφέρειν, hic nihil aliud denotat quam *prævalere* ſive *præpollere*: quo ſignificatu etiam apud Xenoph. ſumitur in OEcon. Ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι· καὶ ἄλλος γε ἀνὴρ διαφέρει τῷ πρὸ τῆς ὥρας ἀπιέναι. Urbem vero hanc præ aliis fuiſſe potentem liquet ſatis ex verbis Dionyſ. Hal. quæ noſter innuit: Ἐπὶ τὴν Ἐχετρανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν· ἣ τότε ἦν τοῦ Οὐολούσκων ἔθνους ἐπιφανεστάτη τε, καὶ ἐν τῷ κρατίστῳ τόπῳ μάλιστα κειμένη. Noſtrum hæc Dionyſii verba reſpicere, neſcio quis non videat.

56 Ἐχετρανός.] Aliquoties Dionyſ. Hal. hoc gentili utitur. Livius abſque adſpiratione paſſim habet ECETRANUS, cui etiam oppidum ECETRA dicitur.

57 Ἐχῖναι.] Harum inſularum nomen eſt Ἐχῖναι. Verum illud non adeo uſitatum eſt, quanquam alibi etiam occurrat. Heſychius: Ἐχινάων, νήσων· αἳ καλοῦνται Ἐχινάδες. Caſus rectus eſt Ἐχίνη teſte Euſtathio ad Hom. Iliad. B. Ἰστέον δὲ ὅτι τῶν Ἐχινάων εὐθεῖα ἡ Ἐχίνη· τοῖς δὲ μεθ' Ὅμηρον, εὐθεῖα Ἐχινάς· καὶ ἀπ' αὐτῆς αἱ νῆσοι Ἐχινάδες· οὐκ ἔστι δὲ εἰπεῖν σαφῶς, εἴτε παρώνυμον τῆς Ἐχίνης ἡ Ἐχινὰς, εἴ τε ὑποκοριστικόν. Ne credamus tamen, aliquam Echinadum inſularum *Echinam* vel *Echinada* appellatam fuiſſe, cum hoc nomen numero plurativo ſit generale & omnibus commune. Errorem itaque commiſit Suidas, apud quem legimus: Ἐχινὰς, Ἐχινάδος, ὄνομα νήσου. Varia admodum eſt vocis etymologia, pro ut Græcis commentorum copia ſuppetit. Locum adducam ex Etymologici Mag. Auctore, omnia ſimul repræſentante: Ἐχινὰς ἀπὸ τοῦ ἐχῖνος· Ἐχινάδες εἰσὶ νῆσοι· ἢ παρὰ τὸ ἔχειν πλῆθος ἐχίνων· ἢ ἀπὸ Ἐχίνου τοῦ μάντεως, τοῦ μετὰ Ἀμφιτρύωνος στρατεύσαντος· ἢ παρὰ τὸ ἐνέχεσθαι πλησίον ἀλλήλων· ἢ ἐπειδὴ ἰλὺς ἐκ τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ κατερχομένη, ἐκεῖσε ἐνέχεται καὶ ἀπογαιοῦται. De Echinadum inſularum numero & nominibus inter ſcriptores non eſt conſtans opinio, cum jam Herodoti tempore, limum Acheloo copioſiſſime advehente, dimidia pars cum continente erat juncta. De ſuperſtitibus ſua ætate Strabo, qui ultra Auguſti tempore vitam extendit, aſſeverat, limum eas brevi continenti adjecturum. Sed Pauſanias, qui Adriani tempore floruit rationem reddit perſpicuam, quare hoc non contigit, neque continget, ita enim ille in Arcadicis: Τὰς δὲ Ἐχινάδας νήσους ὑπὸ τοῦ Ἀχελώου μὴ σφᾶς ἤπειρον ἄχρι ἡμῶν ἀπειργάσθαι, γέγονεν αἰτία τὸ Αἰτωλῶν ἔθνος· γεγόνασι δὲ αὐτοί τε ἀνάστατοι, καὶ ἡ γῆ σφίσι πᾶσα ἠρήμωται. Ταῖς Ἐχινάσιν οὖν, ἅτε ἀσπόρου μενούσης τῆς Αἰτωλίας, οὐχ ὁμοίως ὁ Ἀχελῷος ἐπάγει τὴν ἰλύν. Veriſſimum hoc eſt, limum commodius & copioſius tempore pluvioſo in fluminis foſſam delabi, terra ubi aratro & ligone quotannis movetur, quam ubi prorſus inculta jacet: fit enim perpetuo aeris motu, vento & imbribus durior, ſolidior atque compactior. Si igitur Ætoli antiquas ſedes tenuiſſent, & terram circa Acheloum, ut quidem antea, excoluiſſent, majorem ſine dubio limi copiam inſulis iſtis fluvius ille adjeciſſet. Sitæ ſunt hæ inſulæ inter oſtia Acheloi, Acarnaniæ fluminis, & Araxum Peloponneſi promontorium, ante os ſinus Corinthiaci.

58 Ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως. Sic quoque Etymol. Mag. Auctor, nota præcedenti: ſed Euſtathius ad Dionyſ. Ἀπὸ Ἐχίονος,

Ἐχιναῖος· τοῦ δὲ Ἐχινάδες, Ἐχιναδεύς, ὡς Ἀρκαδος Ἀρκαδεύς· ἢ Ἐχινάδιος. A

ΕʼΧΙ͂ΝΟΣ [59], πόλις Ἀκαρνανίας, Ἐχίνου κτίσμα. Ῥιανὸς, [60] Ἐχίονος ἄστυ παντὴν εἶπεν. ὁ πολίτης, Ἐχιναῖος, ὡς Χέρσος Χερσαῖος, [61] καὶ Ἄπιρος Ἀπιραῖος, Κύφος Κυφαῖος· καὶ ἀπὸ τοῦ [62] Ἐχιναῖος Ἐχιναιεύς, ὡς [63] Κρηταῖος Κρηταιεύς. τινὲς δὲ καὶ [64] Ἐχινοῦντά φασι τὴν αὐτήν. B

Echinæus ſed ab Echinades, fit Echinadenſis, uti a genitivo Arcadis Arcadenſis. Vel Echinadius.

ECHINUS, oppidum Acarnaniæ, Echini opus, quod Rhianus Echionis aſtu appellat. Oppidanus, Echinæus, uti Cherſus Cherſæus, & Apirus Apiræus, Cyphus Cyphæus. Et e voce Echinæus fit Echinæenſis, uti a Cretæus Cretæenſis. Nonnulli urbem hanc Echinuntem vocant.

Ἐχίονος, ita enim ille: Νῆσοι δὲ Ἐχινάδες ἢ ἀπό τινος Ἐχίονος, ἢ διότι πολλοὶ ἐκεῖ ἐχῖνοι. Multa ſunt nomina, quæ duplici terminatione gaudent.

59 Ἐχῖνος, πολ. Ἀκαρν.] Oppidi ſitum non procul ab Actio ſtatuit Plinius lib. IV. cap. I: *Oppida Heraclia, Echinus, & in ore ipſo colonia Auguſti Actium.* Alia urbs ejuſdem nominis eſt in Phthiotide ad ſinum Maliacum, in altera Sperchii ripa, ex adverſo ditionis Thronienſium, de qua Polyb. IX. & noſter in Ἀλόπη.

60 Ἐχίονος ἄστυ.] Ita excudi curavimus, cum peſſime libri editi repræſentant, Ἔχιον ἄστυ. Eſt hæc poëtica circumlocutio, quæ ſæpiſſime uſurpatur.

61 Καὶ Ἄπιρος Ἀπιραῖος.] Solebant veteres Ἤπειρον *Epirum* nominare Ἄπειρον, unde commodiſſime deducitur Ἀπιραῖος, cujus fœmininum in uſu eſt apud Heſychium: Ἀπιραίη, Ἠπειρωτική. Sine dubio doctiſſimus ille Lexicographorum reſpicit locum Homeri Odyſ. H:

Γρηῦς Ἀπιραίη θαλαμηπόλος Εὐρυμέδουσα,
Τήν ποτ' Ἀπείρηθεν νέες ἤγαγον ἀμφιέλισσαι.

Ad quem locum ſic commentatur Pſeudo-Didymus: Ἀπιραίη, ἄποθεν πειροῦσα, Ἠπειρωτική· Ἀπείρηθεν, πόρρωθεν ἀπὸ τῆς Ἠπείρου. Pindarus Nem. Od. IV:

Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ·
Νεοπτόλεμος δ' Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ.

Olim *Epirum* appellatam fuiſſe *Apirum*, liquet ex Archiepiſcopo Theſſalonicenſi ad locum Homeri jam citatum: Καὶ ὅρα, ὡς οὐ διὰ τοῦ ἦτα Ἤπειρον καλεῖ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἄλφα ἔφη Ἄπειρον τὴν ἰδίως οὕτω καλουμένην χώραν· καὶ τὴν ἐξ Ἠπείρου γραῦν Ἀπείρηθεν, ὁμοίως τῷ Ἀθήνηθεν, Θήβηθεν.

62 Ἐχιναιεύς.] Bene ſe habet hoc gentile, ſed male excuſum reperitur in ultima Polybii editione, ita enim lib. IX: Οἱ γὰρ Ἐχιναεῖς κεῖνται μὲν ἐν τῷ Μηλιεῖ κόλπῳ. Ubi interpres optime: *Echinæenſes*. Loquitur Polyb. de Theſſalica, noſter vero de Acarnanica Echino, cum tamen ab utroque oppido idem gentile deduci poſſit.

63 Κρηταῖος Κρηταιεύς.] Male in omnibus libris exhibetur Κελταῖος Κελταιεύς.

64 Ἐχινοῦντά φασι.] Non ſolum Acarnaniæ, ſed etiam Theſſaliæ urbs ſic appellabatur apud Ariſtoph. in Lyſiſtrate:

Πρώτιστα τὸν Ἐχινοῦντα καὶ τὸν Μηλιᾶ
Κόλπον τὸν ὄπισθεν, καὶ τὰ Μεγαρικὰ σκέλη.

Male Biſetus opinatur, Comicum de Acarnaniæ Echinunte heic loqui.

Z. Z.

ZΑ΄ΒΙΔΑ, [1] κώμη ἐν τῇ μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας· Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῃ. A B

ZΑ΄ΒΙΟΙ, [2] ἔθνος Ἰνδικὸν, πολεμῆσαν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ. C

ZΑ΄ΓΚΛΗ, πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. οἱ μὲν [3] ἀπὸ Ζάγκλου τοῦ γηγενοῦς, ἢ ἀπὸ

ZABIDA, vicus in mediterraneis Felicis Arabiæ, de quo Uranius libro III Arabicorum.

ZABII, gens Indica, quæ una cum Deriade contra Bacchum bellum geſſit.

ZANCLE, urbs Siciliæ, teſte Hecatæo in Europa. Nominis originem quidam de-

decunt

1 Κώμη ἐν τῇ μεσογείῳ.] Viderint peritiores, an hujus pagi mentionem fecerit Benjam. Thudelenſis: *Unde in Colan ſeptem diebus per mare, & illic non erat Iſraëlita, & hinc duodecim diebus Zebid.* Verum Nubienſis Geographus oppidum *Zabid* nominat, quod magis ad Stephani ſcripturam accedit, ſi modo ſitus ſatis ſit opportunus, ita enim ille parte ſexta climatis primi: *Ab hoc ad caſtellum Ghaláfeca quatuor habentur ſtationes itinere terreſtri; eſtque ſitum prope portum Zabid, diſtatque a Zabid quinquaginta paſſuum millibus. Porro civitas Zabid eſt ingens, & ejus incolæ divites ac opulenti, & ad eam confluunt mercatores plurimi de terra Hagiaz, Habaſciæ & Metſr, adſcendentes per naves Giodda. Æthiopes quoque deferunt ad eam merces ſuas; & ex eadem educunt varias aromatum ſpecies, & vaſa Sinica, aliaque ſimilia.* Uranii ætate erat vicus, qui deinde celeberrimum evaſit emporium. Cum autem Nubienſis heic de portu Zabid mentionem faciat, non tamen cenſendum, urbem fuiſſe maritimam: multæ enim urbes portus habent ad mare, quorum emporia in mediterraneis ſita ſunt.

2 Ἔθνος Ἰνδικόν.] Hujus gentis meminit Nonnus lib. XXVI Dionyſ.

Καὶ σκολιοπλοκάμων Ζαβίων στίχες, οἷσιν ἐχέφρων
Παλλήνης πρόμος ἦεν.

3 Ἀπὸ Ζάγκλου.] Regem habuiſſe hanc urbem antiquis temporibus nomine Zanclum, a quo urbs Zancle

dicta

ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης. οἱ δὲ, διὰ τὸ ἐκεῖ A
Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι, ᾧ τὰ τοῦ [4] πατρὸς ἀπέκοψεν αἰδοῖα. Νίκανδρος [5] ἐν τῷ δεκάτῳ Σικελίας·

Καί τις καὶ Ζάγκλης ἐδάη δρεπανηΐδος
ἄστυ. B

τὸ γὰρ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. τὸ ἐθνικὸν, [6] Ζαγκλαῖος, καὶ Ζαγκλαϊκὸς τὸ κτητικόν.

ΖΑ'ΓΥΣΤΙΣ, χωρίον Λιβύης· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ζα- C
γυστῖται.

ΖΑΔΡΑ'ΜΗ, βασίλειον [7] τῶν Κιναιδοκολπιτῶν, περὶ οὗ ἐροῦμεν ἐν τῷ κ. εἰσὶ δὲ ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς· Ζαδραμιτῶν καὶ Κιναιδοκολ- D
πιτῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ζαδραμαῖος.

ΖΑΙΑ', πόλις Βοιωτίας ἀρχαιοτάτη. Ἡρωδιανὸς καὶ διὰ τοῦ ε, [8] καὶ διὰ τῆς αι διφθόγγου. τὸ ἐθνικὸν, Ζαιάτης, ὡς Βοιάτης.

ΖΑ'ΚΑΝΘΑ [9], πόλις Ἰβηρίας, ἣν εἷ- E
λεν Ἀννίβας, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ζακανθαῖος.

ΖΑ'ΚΥΝΘΟΣ [10], πόλις, ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρ-

decunt vel a Zanclo terrigena, vel a fonte Zancle. Nonnulli dictam cenſent, quod Saturnus ibi falcem abſcondiderit, qua patris pudenda abſcidit. Nicander libro x Siciliæ:

Quamvis & Zanclen falcatam combuſſit urbem.

Nam falcem Siculi zanclum appellant. Gentile Zanclæus, & poſſeſſivum Zanclaïcus.

ZAGYSTIS, regio Libyæ, de qua Alexander libro III Libycorum. Gentile, Zagyſtitæ.

ZADRAME, regio Cinædocolpitarum, de qua loquemur in litera K. Eſt vero gens Arabiæ Felicis, cujus meminit Marcianus in Periplo: Zadramitarum & Cinædocolpitarum. Gentile, Zadramæus.

ZÆA, urbs Bœotiæ vetuſtiſſima. Herodianus vocem per E, & diphthongum æ ſcribit. Gentile, Zæates, uti Bœates.

ZACANTHA, urbs Iberiæ, quam cepit Annibal, teſte Apollodoro lib. III Chronicorum. Gentile, Zacanthæus.

ZACYNTHUS, urbs ſic dicta a Zacyntho Dar-

dicta eſt, teſtatur Diodorus Sicul. lib. IV: Καθὰ μὲν γὰρ τὴν Σικελίαν κατασκευάσαι Ζάγκλῳ, τῷ τότε βασιλεύοντι τῆς τότε ἀπ' αὐτοῦ Ζάγκλης, νῦν δὲ Μεσσήνης ὀνομαζομένης, ἄλλα τε καὶ λιμένα περιχώσαντα, τὴν ὀνομαζομένην Ἀκτὴν ποιῆσαι. Verum hæc inter fabuloſa ſunt cenſenda. Non diſplicet Cluverii opinio, urbem nomen habere a littore curvo & portum includente, qui hodie vulgo appellatur *Brachium S. Rainerii*, quum ζαγκύλον Siculis fuerit *curvum*, & ζάγκλον *falx*. Videtur illud ζάγκλον compoſitum ex intentiva particula ζα & ἀγκύλον, unde ζαγκύλον, & per ſyncopen ζάγκλον, quod denotat λίαν ἀγκύλον, *valde curvum & obliquum*, ut eſt unci, hamuli, vel falcis aduncitas, ut Pliniana voce utar. Sic Thucyd. lib. VI exiſtimat urbem habere nomen, quod ſpeciem falcis repræſentet: Ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστὶ, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. De falce nihil habet Strabo, tantum τὸ ζάγκλιον curvum eſſe aſſerens, ita enim ille lib. VI: Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων· ζάγκλιον γὰρ καλεῖται τὸ σκολιόν. Verum an hæc ſit germana Strabonis ſcriptura, non parum equidem dubito: reponerem, ζαγκύλον γὰρ καλεῖται τὸ σκολιόν. Ita enim Etymologici Mag. auctor: Παρὰ τὸ ζα ἐπιτατικὸν καὶ τὸ ἀγκύλον, ζαγκύλον· καὶ κατὰ συγκοπὴν ζάγκλον, τὸ λίαν ἀγκύλον. Non recedit ab hac ſententia Cl. Bochartus, oppidi nomen a Punico *zalga* derivans, quod *uncinum* & *recurvatum* denotat. Eum videſis de Col. Phœnicum lib. I cap. XXVIII.

4 Πατρὸς ἀπέκοψεν αἰδοῖα.] Notiſſima eſt fabula apud Mythologos. Vide Apollod. lib. I, & Schol. ad Lycophronem, cujus apponam verba: Δρέπανον δὲ ἡ Σικελία, ὅτι ἐκεῖ ἦν τὸ δρέπανον, μεθ' οὗ τὸν Οὐρανὸν ὁ Κρόνος ἐξέτεμε· καὶ περὶ ὁ Λυκόφρων φαίνεται νῦν τὸ Κρονότομον δρέπανον λέγειν· τὸ δὲ δρέπανον παρὰ Σικελοῖς ζάγκλον καλεῖται· μέμνηται δὲ Καλλίμαχος ἐν δευτέρῳ αἰτιῶν. Fragmentum illud Callimachi extat apud Etymol. Mag. auct. ubi ita eſt. legendum: Ζάγκλον, τὸ δρέπανον, ὡς Καλλίμαχος·

Κέκρυπται γυιὴ ζάγκλον ὑποχθονίη.

5 Ἐν τῷ δεκάτῳ.] Sic legunt conſtanter libri editi. Cod. Voſſianus ἐν τῷ ή. Qua de re poſſemus eſſe certiores, ſi Nicandri Siciliæ deſcriptio proſtaret. Hoc tamen ſemper crediderim, Nicandrum verſiculum iſtum non ita divulgaſſe, uti nunc in vulgatis repræſentatur, καί τι καὶ Ζάγκλης ἐδάη δρεπανηΐδος ἄστυ. Quid repoſuerim auctoritate MSS in contextu apparet.

6 Ζαγκλαῖος.] Gentile paſſim eſt obvium apud Herodotum, Pauſaniam & alios.

7 Τῶν Κιναιδοκολπιτῶν.] Plures in orbe terrarum inveniuntur gentes, nomen ab inſigni ſcelere & a turpi & laudanda conſuetudine ſortientes, inter quos merito Anthropophagi, Rhinocoluritæ, Baliarenſes &c. numerantur. Cinædocolpitarum appellatio aliunde originem habere nequit, quam a ſcelerata & obſcœniſſima illa turpitudine (date veniam honeſtæ aures) qua viri averſum & poſticum orbem abutendum propinant. Verum cum Stephanus in litera K ingentem temporis & vetuſtatis jacturam paſſus eſt, ut hodie ibi mutilus circumferatur, nihil nobis hic præter inane nomen reliquum eſt: quin imo teſtimonium, quod ex Marciano Heracleota huc vocat, in ejus epitome non conſpicitur. Horum tamen meminit Ptolemæus in Arabiæ felicis deſcriptione, & non procul a mari rubro collocat: Κιναιδοκολπιτῶν χώρας, Κόπαρ κώμη, Ἄργα κώμη, Ζαάραμ βασίλειον, Κένταυρος κώμη. Sed ſine dubio in Ptolemæo reponendum Ζαδράμη βασίλειον.

8 Καὶ διὰ τῆς αι διφθόγγου.] Ultimam vocem huic editioni ex Voſſ. cod. adjeci, in quo etiam gentile urbis ponebatur poſt teſtimonium, quod de ſcribendi ratione ex Herodiano allegatur. Itaque hac in parte a vulgatis recedere placuit.

9 Ζάκανθα, πόλ. Ἰβηρίας.] Hæc eadem eſt urbs, quam infra noſter *Zacynthum* & *Saguntum* nominat. Sæpiſſime enim ſolet, ex varia apud auctores ſcribendi ratione, varias comminiſci urbes. Verum diverſa ſcriptura, diverſas civitates non condit. Non unus Apollodorus, ſed etiam alii ſcriptores graviſſimi *Saguntum* Ζάκανθαν appellavere. Polyb. lib. IV: Ἀννίβας μὲν γὰρ ἐπιχειρεῖ κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους Ζάκανθαν πολιορκεῖν. Vide præterea Appiani Hannib. ubi etiam gentile Ζακανθαῖος occurrit.

10 Ζάκυνθος, πόλις.] Non addit, qua in orbis parte urbs ſita ſit. Intelligit ſine dubio urbem, in inſula ejuſdem nominis in mari Jonio, verſus oram occidentalem Peloponneſi, hodie *Zante* dicta. Situm Zacynthi graphice exhibet Agath. lib. I Geog. in Peloponneſi deſcriptione:

τοῦ Δαρδάνου. ἀρσενικῶς Ὅμηρος, καὶ θηλυκῶς, A

---- Καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

---- Καὶ ὑλήεντα Ζάκυνθον.

δευτέρα, Ἰβηρίας. τρίτη, Λιβύης, ἣν καὶ Ζακυνθίαν τινὲς ἀνέγραψαν. ὁ πολίτης B τῆς Ζακύνθου, [11] Ζακύνθιος, καὶ Ζακυνθία· τῆς δὲ Ζακυνθίας, Ζακυνθιανὸς, ὡς Ἀδριανός· ἢ Ζακυνθιεὺς, ὡς [12] Ἀκανθιεὺς, Οἰχαλιεύς.

Dardani filio, cujus uſum apud Homerum genere maſculino & fœmin. invenies:

---- Et ſylvoſa Zacynthus.

---- Et ſylvoſum Zacynthum.

Secunda, Iberiæ. Tertia, Libyæ, cujus nomen aliqui Zacynthiam ſcripſere. Zacynthi civis dicitur Zacynthius & Zacynthia; ſed Zacynthiæ, Zacynthianus, uti Adrianus, ſive Zacynthienſis, ſicuti Acanthienſis, OEchalienſis.

ΖΑΡΗΞ[13], πόλις Λακωνικὴ πρὸς τῇ C θαλάσσῃ, καὶ Ἥρως Ἀθηναῖος, ὡς Παυσανίας ἐν πρώτῳ. ἔστι καὶ [14] Ἱπποθόοντος ἡρῷον, ἀφ' οὗ καὶ φυλὴν ὀνομάζουσι. τὸ ἐθνικὸν, Ζαρήκιος, ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς Θρᾴκιος. D

ZAREX, urbs Laconica juxta mare, & heros Athenienſis, teſte Pauſania libro primo. Eſt quoque Hippothoontis heroum, unde tribus nomen deducunt. Gentile, Zarecius, quod fit a genitivo, uti Thracius.

ΖΑΡΗΤΑ[15], κρήνη ὑπὲρ τῆς [16] Χαλκηδονίας θαλάσσης, μικροὺς τρέφουσα κροκοδείλους, οἳ καλοῦνται Ζαρήτιοι.

ZARETA, fons ſupra mare Chalcedonium, exiguos alens crocodilos, qui Zaretii appellantur.

ΖΑΡΙΑΣΠΑ, ἢ Ζαρίασπη, πόλις Βακτριανή· Στράβων ἑνδεκάτῃ· [17] ἣ ἐκαλεῖτο καὶ Βάκτρα. Χάραξ δὲ οὐδετέρως τὰ Ζαρίασπα. οἱ οἰκοῦντες, Ζαριασπηνοὶ ἐγχωρίως. ἀπὸ δὲ τοῦ Ζαριάσπη, Ζαριασπεύς. E

ZARIASPA, ſive Zariaſpe, urbs Bactriana, de qua Strabo libro XI. Hæc etiam Bactra vocatur. Charax vero genere neut. Zariaſpa dixit. Incolæ more vernaculo dicuntur Zariaſpeni: ſed a Zariaſpe, fit Zariaſpenſis.

ΖΑΥΗΚΕΣ, ἔθνος Λιβύης· [18] Ἡρόδοτος δ΄. F

ZAUECES, gens Libyæ, de qua Herodotus

Εἶτα περιπέπλωκεν ἄκρον Ἰχθῦς (ſcribendum potius Ἰχθῦς ut Ptol. & Xenoph.) καθ' ὃν κεῖται Ζάκυνθος, καὶ ἔπειτα ὁ Χελωνάτας· πλησιαίτατον δὲ ἄκρον Ἀράξος ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίας. Plura de ſitu apud Melam, Strabonem, Plinium & alios. Arx, quam habent Zacynthii, appellatur Pſophis, perhibente Stephano ex Pauſaniæ Arcadicis. Pſophidius enim & Zacynthus Dardani F. claſſe prius in inſulam tranſmiſere, & alter arci, alter vero inſulæ nomen dedit.

[11] Ζακύνθιος.] Probant hoc civis nomen numiſmata vetera. Num. Alexandri apud Goltzium ΖΑΚΥΝΘΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ exhibet. Paſſim quoque occurrit apud Herodotum & Pauſaniam.

[12] Ἀκανθιεύς.] Hoc gentile ſuo loco non invenitur, non dubito tamen, quin genuinum ſit. Sed τὸ Οἰχαλιεὺς vix ad hunc locum pertinere videtur: nam inter τὸ Ζάκυνθος & Οἰχαλία nulla terminationis ſimilitudo conſpicitur.

[13] Ζάρηξ, πόλις Λακωνική.] Pauſaniæ, ut & Polybio, dicitur Ζάραξ, & centum ſtadia Epidauro abeſſe perhibet, ita enim ille in Laconicis: Ἐπιδαύρου δὲ σταδίους ἑκατὸν ἀπέχει Ζάραξ, ἄλλως μὲν εὐλίμενον χωρίον, τῶν δὲ Ἐλευθερολακώνων μάλιστα ἐκτετρυχωμένον. Numeratur igitur inter civitates Eleutherolaconum: ſed hæc præ cæteris ingentem calamitatem paſſa eſt, cum Cleonymus Cleomenis F Ageſipolidis nepos eam funditus deleret. Fuit tamen hæc urbs ſub Argivorum potentia, a qua eam deinde liberavit Glympes, teſte Polyb. lib. IV. Hinc tamen non liquet, eam a Polybio non in Argivorum finibus collocatam fuiſſe, quod vult Meurſius in Laconicis. Eſt quoque Zarax mons Eubœæ, cujus meminit Lycophron:

Ὀφέλτου τε μύχουρε χοιράδων Ζάραξ.

Unde nomen acceperit refert Etymol. Mag. Auctor: Ζάραξ τὸ Ὀφέλτου ὄρη Εὐβοίας, περὶ ἃ γέγονε τὰ ναυάγια τῶν Ἑλλήνων· Ζάραξ δὲ ὠνόμασται ἀπὸ Ζάρακος τοῦ Πετραίου υἱοῦ Καρύστου. Tzetzes ad Lycophronem Caryſtum Zaracis patrem ſtatuit: Ζάραξ δὲ ἀπὸ Ζάρακος τοῦ υἱοῦ Καρύστου.

[14] Ἱπποθόοντος ἡρῷον, ἀφ' οὗ καὶ φυλὴν ὀνομάζουσι.] Sunt hæc verbotenus ex Pauſaniæ Atticis deſumpta. Sed male in omnibus Stephani editis legitur Ἱπποθόωντος, quod nos Pauſaniæ auctoritate & aliorum correximus.

[15] Ζάρητα.] Strabo lib. XII Ἀζαρίτιαν nominat, & exiguos alere crocodilos, id eſt, lacertos, ibidem teſtatur: Ἔχει δὲ ἡ χώρα μὲν μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαρίτιαν, τρέφουσαν κροκοδείλους μικρούς. Eudoxus apud Antigonum in Mirabilibus idem perhibet cap. CLXII: Εὔδοξον δ' ἱστορεῖν τὴν μὲν ἐν Χαλκηδόνι (κρήνην ἔχουσαν) κροκοδείλους ἐν αὐτῇ μικρούς, ὁμοίους τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ. Hos parvos crocodilos, id eſt, aquaticas lacertas, Ægyptiis ſimiles, Statius lib. IV Syl. in riſu Saturnalitio *Byzantiacos lacertos* appellat, ut bene obſervat Bochartus:

Tu roſum tineis, ſituque putrem,
Quales aut Libycis madent olivis,
Aut thus Niliacum piperve ſervant,
Aut Byzantiacos colunt lacertos.

[16] Χαλκηδονίας.] Tranſpoſitis literis in omnibus editionibus male Καλχηδονίας legebatur.

[17] Ἣ ἐκαλεῖτο Βάκτρα.] Fidem Stephani liberat Strabo loco citato: Πόλεις δ' εἶχον τά τε Βάκτρα, ἣν περ καὶ Ζαρίασπαν καλοῦσι· ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμός. Hujus urbis etiam meminere Plinius, Solinus, Polybius, Arrianus, Ptolemæus, aliique. Cteſias in Perſicis hanc Ζάριν appellat. Μεγαβύζης, ὑπασπιστὴς ὢν Τεριτούχμου, καὶ μὴ παρὼν, ἐπεὶ ἔμαθε πολλὰ τῇ πόλει κατηγόρησε, καὶ πόλιν ΖΑΡΙΝ καταλαβὼν, ἐφύλασσε ταύτην τῷ παιδὶ Τεριτούχμου.

[18] Ἡρόδοτος δ΄.] In omnibus libris MSS & editis commiſſus eſt error, in iis enim ſeptimus Herodoti liber citatur, cum tamen quarto hujus gentis meminit: Μαξύων δὲ Λιβύων Ζαύηκες ἔχονται, τοῖσι αἱ γυναῖκες ἡνιοχεῦσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον. Parum emendate in Æthici coſmographia appellantur *Zeuges*, ita enim ille in Africæ deſcriptione: *Zeuges prius non unius loci cognomentum, ſed totius provinciæ fuit, veluti in hodiernum ita a prudentibus accipitur, Byzantium eſt ubi ejus metropolis civitas Hadrumetus ſita eſt: Zeugis eſt ubi Carthago civitas conſtituta eſt.* Vix dubitandum, quin reponendum *Zaueges.* Non opus eſt emendare *Zaueces*, nam *c* & *g* ſæpiſſime permutantur.

δοτος δ΄. Ζαύηκες ἔθνος· Ἑκαταῖος ἐν Περιηγήσει [19] Ἀσίας.

ΖΕΒΕΚΗ [20], πόλις τῆς Γαλιλαίας. Ἰώσηπος Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ζεβεκηνὸς, ὡς αὐτός. σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα κυρίως.

ΖΕΙΡΙΝΙΑ, πόλις Θρᾴκης. Θεόπομπος Φιλιππικῶν γ΄. τὸ ἐθνικὸν [21] Ζειρινιάτης, ὡς Κυδωνιάτης.

ΖΕΛΕΙΑ [22], πόλις Τρωάδος.

Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον. ----

Ὅμηρος, [23] ἀπὸ Ζελείου ἥρωος. οἱ δὲ, [24] Ζέλην αὐτήν φασι. τὸ ἐθνικὸν, Ζελείτης. παρὰ Ποσιδίππῳ δὲ [25] εὕρηται διὰ τοῦ ι. Ἡρωδιανὸς Ζελειατῶν φησιν. ἔστι γὰρ Ζελειάτης, καὶ Ζελείτης. Ἔστι καὶ Ζέλεια [26] φρούριον Κυζίκου, ὡς Διογένης [27] ἐν τρίτῃ περὶ Κυζίκου. τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. [28] Ποσίδιππος δὲ, Πάνδαρος παρὰ τῷ Σιμοῦντι τέθαπται, φησιν.

---- Οὐδὲ Λυκάων

Δέξα-

A dotus lib. IV: Zaueces gens. Hecatæus in Aſiæ Periegeſi.

ZEBECE, urbs Galilææ, teſte Joſepho Antiquit. Judaïcarum libro quinto. Gentile, Zebecenus, quod idem uſurpat. Nomen illud B Dominum denotat.

ZERINIA, urbs Thraciæ, auctore Theopompo lib. III. Gentile, Zeriniates, uti Cydoniates.

ZELIA, urbs Troadis:

C *Qui vero Zeliam habitabant.* ----

Homerus. Nomen habet a Zeleo heroë. Alii hanc Zelam vocant. Gentile, Zelites. Apud Poſidippum vero per jota invenitur Herodianus Zeliatarum meminit. Reperitur enim Zeliates & Zelites. Eſt quoque Zelia Cyzici D caſtellum, de quo Diogenes libro III de Cyzico. Gentile, idem eſt. Poſidippus vero inquit: Pandarus juxta Simunta ſepultus eſt.

---- *Neque Lycaon*

Cepit

19 Ἀσίας.] Quo pacto Hecatæus in *Aſiæ* deſcriptione de hac gente mentionem fecerit, ego vix capio. Fortaſſis pro Ἀσίας reſcribendum Λιβύης. Hecatæus enim res Libycas deſcripſit, teſte Stephano in Ἐλένειος.

20 Ζεβέκη.] Verum hujus oppidi nomen non eſt ΖΕΒΕΚΗ, ſed tranſpoſitis literis ΒΕΖΕΚΗ, quod luce meridiana clarius adſtrui poteſt ex Joſepho, quem teſtem citat Stephanus, in cujus verba, ut alias quoque ſæpiſſime, librariorum ſumma incuria deturpata, jam incidit. Hodie in Joſepho libro citato hunc in modum legitur: Χαναναῖοι δ᾽ ἀκμαζόντων αὐτοῖς κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῶν πραγμάτων, στρατῷ μεγάλῳ κατὰ Ζεβέκην αὐτοὺς ὑπέμενον, τῷ βασιλεῖ τῶν Ζεβεκηνῶν Ἀδωνιβεζέκῳ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτρέψαντες· τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο σημαίνει Βεζεκηνῶν κύριος. Ἀδωνὶ γὰρ τῇ Ἑβραίων γλώττῃ, κύριος λέγεται. Hinc itaque liquet, male etiam in Joſepho exaratum eſſe Ζεβέκην & Ζεβεκηνῶν, quod manifeſtiſſime docent primitiva dictionis compoſitæ Ἀδωνιβεζέκῳ, quam interpretatur regem Βεζεκηνῶν. Etiam LXX Seniores hoc oppidum Βεζὲκ appellant Jud. I: Καὶ ἔκοψεν αὐτοὺς ἐν Βεζὲκ εἰς δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν· καὶ κατέλαβον τὸν Ἀδωνιβεζὲκ ἐν τῇ Βεζὲκ, καὶ παρετάξαντο πρὸς αὐτόν. Verum quid judicandum de iſtis verbis, quæ eodem capitulo apud Epitomatorem ſequuntur: Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα κυρίως? Facile quidem ex Joſepho emendari poſſet κύριος. Manebit tamen locus mutilus, niſi heic addamus vocem ex peregrina lingua Ἀδωνὶ, τὸν κύριον denotantem. Quin imo, Hebraica voce huc revocata, totum capitulum priſtinæ ſanitati minime reſtituitur. Plurima ſunt infarcienda, ut ſincerum & congruum huic ſectioni ſenſum retribuas. Sic tamen puto Stephanum illam in genuino opere concepiſſe, cujus manibus injuriam facere videbor, quod illa quæ ſequuntur contextui non inſeruerim. ΖΕΒΕΚΗ, πόλις τῆς Γαλιλαίας· Ἰώσηπος Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ε. στρατῷ μεγάλῳ κατὰ Ζεβέκην αὐτοὺς ὑπέμενον· τὸ ἐθνικὸν, Ζεβεκηνὸς, ὡς αὐτός· τῷ βασιλεῖ τῶν Ζεβεκηνῶν Ἀδωνιβεζέκῳ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτρέψαντες· τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο σημαίνει Βεζεκηνῶν κύριος· Ἀδωνὶ γὰρ τῇ Ἑβραίων γλώττῃ, κύριος λέγεται. Hæc qui cum verbis Joſephi ſupra citatis contulerit, palam fatebitur, Stephano jam illa eſſe reddita, quæ vel Epitomator, vel temporis injuria ei ademerant.

21 Ζειρινιάτης.] Libri omnes, MSS & editi perperam exhibebant Ζειριάτης, quod in hac editione obelo confodimus.

22 Ζέλεια, πόλις Τρωάδος.] Si Homerico hemiſtichio illa addamus, quæ apud Poëtam ſequuntur, urbis ſitus ſatis erit manifeſtus:

Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης,
Ἀφνειοὶ, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο
Τρῶες.

Itaque ſita erat ad imum Idæ montis pedem, non procul ab Æſepo amne. Aberat a Cyzico CXC ſtadiis, teſte Euſtathio ad locum Homeri citatum. Meminit etiam hujus urbis Arrianus lib. I de Exp. Alex. Οὗτοι δὲ πρὸς Ζελείᾳ πόλει κατεστρατοπεδευκότες ἦσαν. Fuiſſe ibi oraculum teſtatur Strabo, ſed quod jam ſua ætate defecerat. Eum videſis lib. XIII.

23 Ἀπὸ Ζελείου ἥρωος.] Euſtathius ex Stephano tranſcripſit Ζελίου, ita enim ille ad Iliad. Β. Ἐκλήθη δὲ ἡ τῆς Τρωάδος αὕτη Ζέλεια κατὰ τὸν Ἐθνικολόγον, ἀπὸ Ζελίου ἥρωος. Etymologus a *Zelye* quodam oppidum hoc nomen ſuum ſortiri perhibet: Ζέλεια, ὠνόμασται ἀπὸ Ζέλυός τινος· ἢ διὰ τὸ τὸν ἥλιον ἐν αὐτῇ λίαν εὐσεβεῖσθαι. Sed audio hic quoque aliam urbis Etymologiam, quaſi vox compoſita eſſet ex particula Ζα intenſiva & ἥλιον: nam ζαπλοῦτος, eſt πάνυ πλούσιος. Apollinem, id eſt ſolem, ibidem ſummopere fuiſſe cultum, ſcribit Pſeudo-Didymus ad Iliad. Δ: Νοστήσας· ὑποστρέψας, ἐπανελθὼν εἰς τὴν θαυμαστὴν Ζέλειαν· ἡ γὰρ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ Λυκία Ζέλεια ἐκαλεῖτο· διὰ τὸ τὸν Ἀπόλλωνα ἐν αὐτῇ λίαν εὐσεβεῖσθαι.

24 Ζέλην αὐτήν φασι.] Agit hic de varia vocis terminatione, paullo enim inferius inquit: εὕρηται καὶ διὰ τοῦ ι. Hanc diverſitatem etiam agnoſcit Euſtathius ad Iliad. Β. Ἐθνικὸν δέ φησιν αὐτῆς, Ζελείτης καὶ Ζελειάτης· εὕρηται δὲ διὰ τοῦ ι Ζελίη. Τινὲς δὲ Ζέλην αὐτήν φησι καλοῦσιν.

25 Εὕρηται διὰ τοῦ ι.] Fortaſſis legendum εὕρηται διὰ τοῦ ι Ζελίη. Videtur mihi illa vox excidiſſe, quam ſua ætate in Stephani codicibus Euſtathius invenit, uti manifeſtiſſime liquet ex loco, commentario præcedenti citato.

26 Φρούριον Κυζίκου.] Verſantur in eadem opinione Noſter & Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, munimentum hoc diverſum eſſe ab urbe Zelea. Verum non mihi perſuadent: loci enim vicinitas me movet, ut credam, idem eſſe cum præcedente.

27 Ἐν τρίτῃ περὶ Κυζίκου.] Præpoſitionem περὶ, quæ ab editis hactenus abfuit, inſerendam exiſtimavi. Ita enim in voce Βέρβικος, præter Diogenem Cyzizenum, citatur Agathocles ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου.

28 Ποσίδιππος δὲ, Πάνδαρος &c.] Hæc non bene diſtinguuntur in libris hactenus editis. Nos in hac editione diſtinctionum notulas adpoſuimus perneceſſarias, & ultimum φασὶν in φησὶ mutandum cenſuimus, ut orationi ſuus conſtet ſenſus.

[29] Δέξατό σε Ζελίη, ἀλλὰ προχοὴ Σι- A
μόεντος.
---- διὰ τοῦτό σοι Ἕκτωρ
Σῆμα καὶ ἀγχέμαχοι θέντο Λυκαο-
νίδαι.

ΖΕΥ͂ΓΜΑ [30], πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ B Εὐφράτῃ, ὃν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἁλύσεσι, διεβίβασε τὰ στρατόπεδα. τὸ ἐθνικὸν, οἱ μὲν ἐπιχώριοι [31] Ζευγματεύς· δεῖ δὲ Ζευγματίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης, ὡς καὶ [32] Πρωτέας ὁ γραμματικὸς Ζευγματίτης. C

ΖΕΦΥ´ΡΙΟΝ [33], ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας. οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ [34] πόλις Κιλικίας. τὸ ἐθνικὸν, Ζεφυριώτης. ἔστι καὶ Σκυθίας χωρίον. ἔστι καὶ [35] Ἰταλίας Ζεφύριον, ἀφ᾽ οὗ Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι. ἔστι καὶ [36] ἄκρα τῆς D Αἰγύπτου, ἀφ᾽ ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις, ὡς Καλλίμαχος. τὸ οὖν Ζεφυρίτης ἀπὸ τοῦ Ζεφυριώτης, συγκοπῇ τοῦ ω, ὡς τὸ Θρονίτης. Ἀρκάδιος δὲ διὰ διφθόγγου γράφει.

ΖΗ´ΒΥΤΤΙΣ, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος E Ἀσίᾳ. ὁ πολίτης, Ζηβυττίτης.

ΖΗ͂ΛΑ [37], τόπος Ἀρμενίας, ἐν ᾧ Ἀναΐτιδι Σάκεα. λεγομένη καὶ αὐτὴ οὐδετέρως. [38] Στρα-

Cepit te Zelia, sed oſtium Simoëntis.
---- Propterea tibi Hector
Monumentum & cominus pugnantes ſtatuerunt Lycaonidæ.

ZEUGMA, urbs Syriæ ad Euphratem, ubi Alexander, poſtquam eum catenis junxiſſet, traduxit exercitum. Hinc indigenæ deducunt gentile, Zeugmatenſis, ſed debet eſſe Zeugmatites, uti Aſcalonites. Sic quoque Proteas grammaticus Zeugmatites vocatur.

ZEPHYRIUM, hoc nomine inſignitur Halicarnaſſus Cariæ, & urbs Ciliciæ. Gentile, Zephyriotes. Eſt quoque Scythiæ munimentum, nec non Italiæ Zephyrium, a quo Locri Epizephyrii. Eſt & Ægypti promontorium a quo Venus & Arſinoë Zephyritis, auctore Callimacho. Zephyrites igitur fit a voce Zephyriotes, per ſyncopen literæ o mega, uti Thronites. Arcadius vero per diphthongum ſcribit.

ZEBYTTIS, oppidum Libyæ, teſte Hecatæo in Aſia. Oppidanus, Zebyttites.

ZELA, locus Armeniæ, ubi in honorem Anaitidis Sacæa celebrantur. Urbs etiam genere neutro

29 Δέξατό σε Ζελίη.] Libri omnes male exhibent Ζέλειαν. Supra enim perhibet, Poſidippum illam ſcribendi rationem, quam nos ſequimur, ſuo calculo adprobaſſe: παρὰ Ποσειδίππῳ δὲ εὕρηται διὰ τοῦ ι. Præterea accuſandi caſum in rectum mutavi. Denique eodem illo verſiculo admittere non potui illud προχοῇσι Σιμόεντος, quod libros vulgatos contra metri legem occupat, iſtud enim σι, adhærens τῷ προχοὴ, ex voce ſequenti repetitum eſt.

30 Ζεῦγμα, πόλις Συρίας.] Urbs ſatis nota, ut & ejus ſitus ex Polybio, Strabone, Dione, Plinio, Tacito, Statio, Ammiano, Ptol. & aliis. Meminit noſter cujuſdam pontis, quo exercitum traduxit Alexander, de cujus catena etiam mentionem facit Plinius lib. XXXIV cap. XIV: *Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi vinxerat pontem, cujus annulos, qui refecti ſunt rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus.*

31 Ζευγματεύς.] Apud Triſtanum, Goltzium & alios occurrit nummus cum inſcriptione ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ.

32 Πρωτέας &c.] Hujus grammatici, ex hac urbe oriundi, mentionem facit Auctor Etymol. Mag. in voce Κιμμερίους. Πρωτέας δὲ ὁ Ζευγματίτης, Χειμερίους γράφει.

33 Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσός.] Vide notas ad illam vocem. Sed obſervandum obiter, hanc urbem etiam *Zephyram* & *Zephyriam* dictam fuiſſe.

34 Πόλις Κιλικίας.] Eſt urbs Ciliciæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, inter Calycadni oſtia & Corycum urbem. Strabo lib. XIV: Πλησίον ἐστὶ τοῦ Καλυκάδνου καὶ τὸ Ζεφύριον, καὶ αὕτη ἄκρα. Vide præterea Ptolemæum, Scylacem, & Livium lib. XXXIII.

35 Ἰταλίας Ζεφύριον.] Non diu hiſce inhærebo, ſolummodo dicam, Noſtrum heic reſpicere verba Strabonis lib. VI: Μετὰ δὲ τὸ Ἡράκλειον, ἡ καλεῖται Ζεφύριον, ἔχουσα τοῖς ἑσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ οὗ καὶ τοὔνομα· εἶθ᾽ ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπεὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ.

36 Ἄκρα τῆς Αἰγύπτου.] Strabo lib. XVII promontorium hoc non procul a Deri collocat & portu Leucapſide. Εἶθ᾽ ὁ Δέρις καλούμενος οὕτως, διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν δέρρει ἐοικυῖαν· ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον τόπον. Ab illo loco Venus & Arſinoë *Zephyritis* dicebantur, quod ex Callimacho probare nititur, cujus Epigramma exſtat apud Athenæum lib. VII:

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτι παλαίτερος, ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις
Ναυτίλον. ---- ----

Catullus de Coma Berenices:

Abruptæ paullo ante comæ, mea fata ſorores
Lugebant, cum ſe Memnonis Æthiopis
Unigena impellens nutantibus aëra pennis
Obtulit Arſinoës Chloridis ales equus.
Iſque per ætherias me tollens advolat umbras,
Et Veneris caſto collocat in gremio,
Ipſa ſuum Zephyritis eo famulumque legarat,
Gnata Canopeis incola littoribus.

Ad quem locum videſis Scaligerum & alios.

37 Ζῆλα, τόπος Ἀρμενίας, ἐν ᾧ Ἀναΐτιδι Σάκεα.] Libri editi multum ab hac lectione diſcrepant, in quibus legitur: Ζῆλα, τόπος Ἀρμενίας, ἢ * Ἀρτέμιδι Σάκεα. Nos pro Ἀρτέμιδι, quæ hic locum habere non poteſt Ἀναΐτιδι repoſuimus. Librarii enim ex Anaïtide Artemida fecerunt, numen notius pro ignoto ſubſtituentes. Et quanquam multorum ingenia a veritate ſint averſa, non putamus tamen aliquem poſſe inveniri, qui de hac emendatione vel dubitet, ſi locum Strabonis lib. XI, quem Stephanus ipſe teſtem citat, cum ea contulerit, ita enim ille: Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ πέτραν τινὰ προσχώμασι πληρώσαντες εἰς βουνοειδὲς σχῆμα ἐπέθηκαν τεῖχος, καὶ τὸ τῆς Ἀναΐτιδος, καὶ τὸ τῶν συμβώμων θεῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο Ὠμανοῦ καὶ Ἀνδράτου Περσικῶν δαιμόνων ἀπέδειξάν τε πανήγυριν κατ᾽ ἔτος ἱερὰν τὰ Σάκαια, ἣν μέχρι νῦν ἐπιτελοῦσιν οἱ τὰ Ζῆλα ἔχοντες. Hunc locum reſpexiſſe Stephanum, nemo in dubium vocare poteſt. Hanc enim Anaïtidem, apud Armenios in honore fuiſſe, teſtatur idem Geographus lib. XII: Ἡ δὲ Ζηλῖτις ἔχει πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ἥνπερ καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβουσι. Verum an hæc *Anaïtis* & *Artemis* Græcorum, nomina ſint eorundem numinum, ex antiquis non liquet, quanquam hoc Seldenus, nulla veteris teſtimonii auctoritate permotus, Syntag. II de Diis Syris ſtatuat, luculenter ibidem docens, quo ritu olim celebrabantur τὰ Σάκαια, ſive τῶν Σακαίων ἑορτή, quam Stephanus Σάκεα appellat. Ne autem omnia illa huc repetamus, & lectori moleſtiam creemus legendo, eum remittimus ad Seldenum

[38] Στράβων ἑνδεκάτῃ. ἔστι δὲ Ποντικὴ Ζῆλα A οὐδετέρως. [39] ἔστι δὲ Ζήϊλα τρισυλλάβως, πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζήϊλας. ὁ πολίτης, [40] Ζιηλήτης.

ΖΗ'ΛΟΣ, πόλις τῶν ἑσπερίων Αἰθιόπων· [41] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. ὁ πολίτης, B Ζηλίτης.

ΖΗΝΟΔΟ'ΤΙΟΝ, πόλις Ὀσροήνης, [42] πλησίον Νικηφορίου· Ἀρριανὸς Παρθικῶν δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ζηνοδότιος, καὶ Ζηνοδοτιεύς, καὶ Ζηνοδοτῖνος ἐπι- C χωρίως.

ΖΗΡΑ'ΝΙΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ. καὶ Ζηρανία, ἐπὶ τῆς χώρας. Ἔφορος εἰκοστῷ ἑβδόμῳ.

ΖΗ'ΡΥΝΘΟΣ, πόλις καὶ ἄντρον Ἑκά- D της, [43] ἐν Θρᾴκῃ. Λυκόφρων,

Ζήρυνθος ἄντρον τῆς [44] κυνοσφαγοῦς θεᾶς
Λιπών.

ὁ πο-

A neutro effertur, auctore Strabone libro XI. Eſt etiam Pontica Zela gen. neut. & Zeïla tribus ſyllabis, urbs Cappadociæ, quam Zeïlas Nicomedis filius condidit. Civis, Zeïlites.

ZELUS, oppidum Æthiopum occiden- B talium, de quo Strabo libro XVI. Oppidanus, Zelites.

ZENODOTIUM, urbs Osroënæ Nicephorio vicina, cujus meminit Arrianus lib. II Parthicorum. Gentile, Zenodotius & C Zenodotienſis, & Zenodotinus more vernaculo.

ZERANII, gens Thraciæ, teſte Theopompo libro XXV. Et Zerania de regione dicitur apud Ephorum libro XXVII.

D ZERYNTHUS, urbs & antrum Hecatæ in Thracia, de quo Lycophron:

Zerynthium antrum canivoræ Deæ
Linquens.

Oppi-

Seldenum jam citatum, & Caſauboni animadverſiones in Athenæum lib. XIV cap. X.

38 Στράβων ια'. ἔστι δὲ Ποντικὴ Ζῆλα οὐδετέρως.] Supplementum hoc non agnoſcunt libri Palatini, ſolus Voſſianus nos tam inſigni incremento beavit. Baſilius Mag. Epiſt. 72: Καὶ ἄλλη πίστις ἐν Ζήλοις. Et epiſt. 73: ἐπέρχονται τῆς ἐκκλησίας τῆς Ἀμασείας καὶ Ζήλων. Ponticam hanc civitatem Hirtius *Zielam* appellat, atque ejus nobilitatem Mithridatis victoria, & Triarii infelicitate adauget. *Ziela eſt oppidum in Ponto poſitu ipſo, ut in plano loco, ſatis munitum.* Etiam duo hoc nomine oppida agnoſcit. Plinius lib. VI cap. III in Cappadociæ deſcriptione: *Reliqua ſui parte* (habet) *Melitam a Semiramide conditam, haud procul Euphrate: Diocæſaream, Tyana, Caſtabala, Magnopolim, Zelam.* Ultimam Plinius eodem cap. Zielam appellat: *Iris flumen deferens lucum. Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii & victoria Caii Cæſaris.* Dio tamen Cæſarem apud Armeniæ urbem Ζέλειαν (quam alii *Zelam* vocant) hanc victoriam obtinuiſſe aſſeverat.

39 Ἔστι δὲ Ζήϊλα . . . ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομ. υἱὸς Ζήϊλας.] Peſſime, tranſpoſito elementorum ordine, in editis nomen urbis Ζίηλα & conditoris Ζιήλας dicitur. Liquet hoc manifeſte ex literarum ſerie quam ſequitur noſter, & ex Memnone, ubi egregius in hanc rem reperitur locus: Οὐ πολλοῦ δὲ πάνυ ῥυέντος χρόνου, ὁ τῶν Βιθυνῶν βασιλεὺς Νικομήδης, ἐπεὶ ὁ μὲν ἐκ προτέρων αὐτῷ γάμων γεγονὼς παῖς Ζήϊλας φυγὰς ἦν πρὸς τὸν τῶν Ἀρμενίας βασιλέα &c. Ex hoc loco etiam colligere licet, qua occaſione Zeïlas in Armenia locum ſupra dictum ædificaverit. Sed non paſſim hic Nicomedis filius Ζήϊλας appellatur, verum ut plurimum Ζήλας. Athenæus lib. II: Φύλαρχος ὁ Ἀθηναῖος ἢ Ναυκρατίτης ἐν οἷς ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ περὶ Ζήλα τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως. Strabo lib. XII: Ἔδωκε δὲ Πουσίᾳ τῷ Ζήλα, συγκατασκάψαντι καὶ ταύτην, καὶ Μυρλείαν ἀστυγείτονα πόλιν. Sed an recte hoc nomen Strabo & Athenæus exaraverint, aliis dijudicandum relinquo.

40 Ζιηλήτης.] Fit hoc oppidani nomen, ſi genuinum ſit, a Ζήϊλα. Sed a Ζῆλα Armeniæ loco deducere oportet Ζηλήτης. Fœmininum Ζηλῆτις aliquoties apud Strabonem lib. XII invenitur: Ζηλῆτις, ἡ ἔχει πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι.

41 Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ.] Ita debere emendari pro ἑκκαιδεκάτῃ jam olim monuit Ortelius: nam libro XVII deſcribit Geographus Æthiopas Heſperios ſupra Mauritaniam ad mare exterius. Præterea urbis nomen apud Strabonem non eſt Ζῆλος, ſed Ζῆλις, ita enim ille: Εἰς δὲ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν πλέουσιν ἀπὸ Λίγγος, πόλις ἐστὶ Ζῆλις, καὶ Τίγα.

42 Πλησίον Νικηφορίου.] Zenodotium & Nicephorium vicinas eſſe urbes manifeſte liquet ex Dione Caſſio lib. XL ubi de Craſſo loquitur: Ταχὺ γε δὲ ὁ Κράσσος τά τε φρούρια καὶ τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας μάλιστα, τάς τε ἄλλας καὶ τὸ Νικηφόριον ὠνομασμένον. Deinde ſequitur: Πλὴν τι οἵ τε Ζηνοδότιοι οἰκήτορες μετεπέμψαν τινὰς αὐτῶν, ὡς καὶ μεταστησόμενοι. Vide quoque Plutarchum in Craſſo.

43 Ἐκ Θρᾴκῃ.] Utrum in Thracia, an vero in Samothracia, inſula Hebro Thraciæ flumini oppoſita, Zerynthus extiterit, ex antiquorum ſcriptis non manifeſte liquet. Cum noſtro conſentit Lycophronis Scholiaſta: Ἐν Θρᾴκῃ ἄντρον ἐστὶν, ἐν ᾧ ἡ Ζηρυνθία Ἀφροδίτη τιμᾶται. Idem alio loco: Ζήρυνθον ἄντρον· Θρακικὸν σπήλαιον· ἄντρον τὸ σπήλαιον, παρὰ τὸ ἀνατετρῆσθαι, ἤγουν τετρυπημένον εἶναι· τὸ Θρακικὸν καταλιπὼν σπήλαιον τῆς Ῥέας, ἢ τῆς Ἑκάτης, ὁ Δάρδανος. Vide quoque Etymologici Mag. Auctorem in illa voce. Scholiaſtes ad Nicandri Theriaca in Samothracia collocat: Τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον ἐν Σαμοθρᾴκῃ φασὶν εἶναι· Λυκόφρων δέ φησι· Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς· ὅ ἐστι σπήλαιον τῆς Ἑκάτης. Sic Ovidius lib. I Triſt. Eleg. IX ab Hectoris urbe ad portus Imbriæ terræ pervenit, & inde ad Zerynthia littora, ubi denique Threïcia Samos: adeo ut Zerynthia littora in Samothracia collocet, ita enim ille:

- - - Et ab Hectoris urbe
Venimus ad portus Imbria terra tuos.
Inde levi vento Zerynthia littora nacta
Threïciam tetigit feſſa carina Samon.

Non puto tamen Zerynthium antrum & urbem in Samothracia fuiſſe, auctoritate Livii potiſſimum motus, qui templum Apollinis hoc nomine ſtatuit in Æniorum finibus, Thraciam inter Hebrum & Melan amnem habitantium, ita enim ille lib. XXXVIII: *Eo die ad Hebrum flumen perventum eſt. Inde Æniorum fines præter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolæ, templum ſuperant. Alia anguſtiæ circa Tempyra excipiunt (hoc loco nomen eſt) nec minus confragoſæ, quam priores.* Et quanquam Scholiaſt. Nicandri in Samothracia ſupra collocaverit, alio tamen loco melius ratiocinatur, & ſitum accuratius deſcribit hiſce verbis: Τῆς Αἴνου πλησίον ἐστὶ ὁ ποταμὸς Ἕβρος· οὐ μακρὰν δὲ τοῦ ποταμοῦ καὶ Ζώνη πόλις, μεθ' ἣν αἱ Ὀρφέως Δρύες εἰσὶν, ὑφ' ἃς τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον. Hinc itaque clare liquet in Thracia debere poni.

44 Κυνοσφαγοῦς θεᾶς.] Libri editi Xylandrianam præcedentes, quin & calamo exarati totum verſiculum non exhibent: Ζήρυνθος ἄντρον τῆς κυνός φησιν. Male tamen Xylander hunc locum interpolavit edendo κυνὸς φαγοῦς. Quod nos divulgamus, ab unoquoque, ut ſpero, approbabitur. Sed hoc obiter explicandum, Lycophronem heic intelligere Hecaten cui canes immolabantur; unde apud Theocritum legimus:

Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι.

Hinc

ὁ πολίτης Ζηρυνθιος, καὶ [45] Ζηρυνθίας. A

ΖΙΠΟΙΤΙΟΝ, πόλις Βιθυνίας, [46] ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως. τὸ ἐθνικὸν, Ζιποίτιος.

ΖΟΑΡΑ, πόλις Περσική. οἱ οἰκοῦντες, Ζοαρᾶται. Διονύσιος καὶ Ζοάρους αὐτοὺς φησὶν, ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν. [47] ἔστι καὶ κώμη μεγάλη, B ἢ φρούριον ἐν Παλαιστίνῃ, ἐπὶ τῇ Ἀσφαλτίτιδι καλουμένῃ θαλάσσῃ Ζόαρα, οὐδετέρως. δηλοῖ δὲ τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸ μικρὸν, ὅποι ὁ Λὼτ ἔφυγε, καὶ ἐσώθη ἀπὸ τῆς Σοδομιτικῆς ὀργῆς. οἱ πολῖται τοῦ χωρίου, Ζοαρηνοὶ, διὰ C τὸν ἐγχώριον τύπον, καὶ Ζοαρᾶται· οἱ γὰρ δύο τύποι Ἀράβιοι.

ΖΟΙΤΕΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας. [48] Παυσανίας ὀγδόῳ. [49] λέγεται καὶ Ζοίτια. ἀπὸ Ζοίτεως. τὸ ἐθνικὸν παρὰ τὸ Ζοίτειον, D Ζοιτειεύς· παρὰ δὲ τὴν Ζοίτιαν, Ζοιτιεύς.

ΖΟΜΒΙΣ, πόλις τῆς Μηδίας.

ΖΟΥΧΙΣ, πόλις Λιβύης περὶ τὴν Σύρτιν· [50] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. ὁ πολίτης, Ζουχίτης. E

ΖΥΓΕΝΑ [51], νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ζυγενίτης· καὶ κτητικὸν, Ζυγενικός.

ΖΥ-

A Oppidanus, Zerynthius & Zerynthias.

ZIPOETIUM, urbs Bithyniæ a Zipœto rege condita. Gentile, Zipœtius.

ZOARA, urbs Perſica, cujus incolæ Zoaratæ. Dionyſius libro III Baſſaricorum illos Zoaros appellat. Eſt quoque vicus magnus, ſive caſtellum in Palæſtina ad mare quod *Aſphalitis* dicitur, Zoara genere neutro. Quæ vox Hebræorum lingua parvum ſignificat. Huc Loth fugit, atque a Sodomitica ira ſalvum ſe præſtitit. Cives hujus loci, Zoareni, propter vernaculam formam, & Zoaratæ. Geminæ enim hæ formæ ſunt Arabicæ.

ZOETIUM, urbs Arcadiæ, de qua Pauſanias lib. VIII. Dicitur etiam Ziteon a Ziteo. Gentile a Zœteum, Zœtæenſis, ſed a Zœtea Zœtenſis.

ZOMBIS, urbs Mediæ.

ZUCHIS, urbs Libyæ circa Syrtim, de qua Strabo lib. XVI. Civis Zuchites.

ZYGENA, inſula in mari rubro. Gentile, Zygenites, & poſſeſſivum Zygenicus.

ZY-

Hinc etiam canes Ἑκάτης ἀγάλματα Heſcyhio dicti ſunt: Ἑκάτης ἀγάλματα, τὰς κύνας οὕτω φασὶ, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι Ἑκάτῃ κύνας. Sic quoque apud Spartanos Juno Αἰγοφάγος, *capri-vora* nuncupatur, quod ipſi capræ immolabantur.

45 Ζηρυνθίας.] Vel ſcribendum Ζηρυνθιάς, vel Ζηρυνθία, quod apud Etymologici Mag. Auctorem occurrit: Ζηρυνθία, Ἀφροδίτη ἐν Θρᾴκῃ. Vide quoque Lycophronis Schol. loco jam ſupra citato.

46 Ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως.] Zipœten* ad Lyperum montem urbem ſuo nomine inſignem condidiſſe teſtatur Memno: Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐνδέχεται τοὺς Ἡρακλεώτας ὁ περὶ Ζιποίτην τῶν Βιθυνῶν πόλεμος, ὃς τῆς Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θρᾴκης . . . καὶ νικᾷ μὲν κατὰ κράτος ὁ Ζιποίτης . . . Λαμπρὸς ἐν πολέμοις γεγονὼς . . . κτίζει πόλιν ὑπὸ τῷ Λυπέρῳ ὄρει, τῇ αὐτοῦ κλήσει ἐπώνυμον. Non puto apud alios hac de re mentionem fieri.

47 Κώμη μεγάλη, ἢ φρούριον ἐν Παλ. &c.] Conjunctio disjunctiva, verum huic loco ſenſum reddens, à vulgatis aberat, quam ex MSS revocavi. Satis accurate hoc oppidum ad lacum Aſphaltiten ponit, quo Loth fugiebat, ut ſe ſalvaret a Sodomitis. Noſter ſine dubio reſpicit locum Joſephi lib. I cap. XII: Διαφεύγει δ᾽ αὐτὸς μετὰ τῶν θυγατέρων, εἰς βραχύ τι χωρίον καταφυγὼν, περιγραφὲν ὑπὸ τοῦ πυρός· Ζόωρ ἔτι καὶ νῦν λέγεται· καλοῦσι γὰρ οὕτως Ἑβραῖοι τὸ ὀλίγον. Ergo optime Stephanus perhibet, *Zoara* Hebraïca lingua denotare *parvum*. Inde nomen habebat, erat enim *urbs parva*, auctore Moſe cap. XIX: 22. Geneſ. qui etiam affirmat, quod ei antea *Belah* nomen fuerit cap. XIV: 2. Septuaginta Interp. vertunt Σηγώρ, quod eodem redibit. Hujus oppidi Joſephus etiam meminit lib. IV de Bel. Jud. cap. XXVII ubi de longitudine lacus Aſphaltitidis loquitur: Ταύτης τῆς λίμνης μῆκος μὲν ὀγδοήκοντα καὶ πεντακόσιοι στάδιοι, καθὸ δὴ μέχρι Ζοάρων τῆς Ἀραβίας ἐκτείνεται· εὖρος δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ. Hinc clariſſime liquet, eadem eſſe *Zoara*, quæ Stephanus in Palæſtina, & Joſephus in Arabia collocat. Noſter Palæſtinam tertiam, Joſeph. vero Petræam Arabiam intelligit, & illas regiones non eſſe diverſas, etiam pueri noverunt. Imo Joſephum non alia innuere *Zoara* evidentiſſime apparet ex Antiq. Jud. lib. I cap. XII, ubi hæc leguntur ante verba, jam ſupra ex eo allegata: Καὶ ὁ θεὸς ἐνσκήπτει βέλος εἰς τὴν πόλιν, καὶ σὺν τοῖς οἰκήτορσι καταπίμπρησι, καὶ τὴν γῆν ὁμοίᾳ πυρώσει ἀφανίζει, ὡς μοι καὶ πρότερον λέλεκται τὸν Ἰουδαϊκὸν ἀναγράφοντι πόλεμον. Deinde paucis interjectis vocabulis ſequuntur verba, jam ſuperius producta. Sic quoque Ptolemæus idem oppidum Arabiæ deſertæ mediterraneis annumerat lib. V cap. XVII: Αὔαρα, Ζανάαθα, Ἄδρου, Ζώαρα, Θοάνα &c.

48 Παυσανίας ὀγδόῳ.] Lectionis monſtrum eſt, quod repræſentant Veneta & Florentina editio: Παυσανίας διακοσιοστῷ ὀγδόῳ. Sed merito Holtmannus mediam vocem obelo confodit.

49 Λέγεται καὶ Ζοίτια.] In omnibus vulgatis & MSS invenitur: λέγεται καὶ Ζείτιον, ἀπὸ Ζείτεως ſed manifeſtiſſimo errore, quia deinde a Ζοίτια gentile deducitur. Præterea apud Pauſaniam lib. VIII diverſa hæc ſcribendi ratio occurrit: Ἐκ δὲ Εὐτρησίων, Τρικόλωνοι, καὶ Ζοίτιον, καὶ Χαρίσια. Deinde ſequitur: Ζοιτίαν δὲ ἀπωτέρω μὲν Τρικολώνων πέντε που καὶ δέκα σταδίους, κειμένην δὲ οὐ κατ᾽ εὐθὺ, ἀλλ᾽ ἐκ Τρικολώνων ἐς ἀριστερὰν, Ζοιτέα οἰκῆσαι τὸν Τρικολώνου λέγουσι. His ex verbis manifeſte apparet; nos non temere, laboranti in Epitomatore loco, medicinam attuliſſe.

50 Στράβων, ἑπτακαιδεκάτῃ.] Male hactenus editi: ἑκκαιδεκάτῃ: nam libro XVII Strabo hujus urbis, ob purpuræ tincturas & ſalſamenta decantatiſſimæ, mentionem facit, ita enim ille: Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν Ζοῦχίς ἐστι λίμνη σταδίων τετρακοσίων, στενὸν ἔχουσα εἴσπλουν, καὶ παρ᾽ αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος, πορφυροβαφεῖα ἔχουσα, καὶ ταριχείας παντοδαπάς. Eadem hæc civitas a Stephano ex Artemidori epitome Ζοῦχις vocatur. Sunt enim Ζ & Ξ literæ homogeneæ, & facillime permutabiles. Sic quoque iidem populi Troadis Ἀζιῶται & Ἀξιῶται Heſychio, & eadem gens circa Colchidem Κοραξοὶ & Κοραζοὶ Tzetzi, & Τοπάζιος inſula Indica noſtro etiam Τοπάξιος dicitur.

51 Ζύγενα, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Capitulum hoc non ſervat literarum ordinem, unde ſuſpicor, olim a Stephano Ζύγαινα exaratum fuiſſe, quæ Arabici ſinus inſula eſt, teſte Ptol. lib. VI: Νῆσοι δὲ παράκεινται τῇ χώρᾳ, κατὰ μὲν τὸν Ἀραβικὸν κόλπον, Αἴνου, Τιμαγένους, Ζύγαινα &c. De ſitu ne ſit dubium, nam ſinus Arabicus & mare Erythræum ſæpiſſime a geographis pro eodem ſumuntur.

ΖΥΓΑΝΤΙΣ, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος A Ἀσίας περιηγήσει. [52] οἱ πολῖται, Ζύγαντες. οἵτινες τὰ ἄνθη συλλέγοντες, μέλι ποιοῦσιν, ὡς τὸ μὴ λείπεσθαι τοῦ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνομένου, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος [53] ἐν ἕκτῳ γῆς περιόδου.

ΖΥΓΟΙ, πρὸς τῷ τῆς Ἀσίας Βοσπόρῳ. B [54] Στράβων ἑνδεκάτῃ. τούτων ἔοικε καὶ ἡ Ζυγόπολις περὶ Τραπεζοῦντα· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. [55] Τοῦ Ζυγοὶ τὸ ἐθνικὸν, Ζυγιανός.

ΖΩΒΙΔΑΙ, ἔθνος πλησίον Καρμανίας· Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν δευτέρῳ.

ΖΩΝΗ [56], πόλις Κικόνων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ζωναῖος.

ΖΩΣΤΗΡ, τῆς Ἀττικῆς ἰσθμὸς, ὅπου φασὶ τὴν Λητὼ λῦσαι τὴν ζώνην, καθεῖσαν ἐν D τῇ λίμνῃ λούσασθαι. ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς Λητοῖ, καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ Ἀπόλλωνι Ζωστηρίῳ. ὁ τοπίτης, Ζωστήριος. τιμᾶται καὶ Ζωστηρία Ἀθηνᾶ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίοις.

ZYGANTIS, oppidum Libyæ, auctore Hecatæo in Aſiæ Periegeſi. Oppidani, Zygantes, qui collectis floribus mel conficiunt, quod ab apibus facto nequaquam cedit, uti perhibet Eudoxus Cnidius lib. VI de terræ circuitu.

ZYGI, ad Aſiæ Boſphorum ſiti ſunt, teſte Strabone lib. XI. Horum videtur eſſe Zygopolis juxta Trapezuntem, qua de re Strabo lib. XII. A voce Zygi deducitur gentile, Zygianus.

ZOBIDÆ, gens Carmaniæ vicina, cu- C jus Quadratus libro II Parthicorum meminit.

ZONE, urbs Ciconum, auctore Hecatæo in Europa. Gentile, Zonæus.

ZOSTER, Atticæ regionis Iſthmus, ubi Latonam ſolviſſe zonam perhibent, ac in lacu projectam lavaſſe. Hic piſcatores Latonæ, & Dianæ, atque Apollini Zoſterio ſacrificant. Loci incola, Zoſterius. Colitur quoque apud Locros Epicnemidios Minerva Zoſteria.

[52] Οἱ πολῖται Ζύγαντες.] Hi ſunt *Byzantes*, quos alio loco deſcribit Stephanus, ibidem condemnans ſcribendi rationem in Herodoto uſitatam: Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδόνα &c. Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες. Verum hodie in Herodoto legitur Ζύγαντες, ubi eundem mellis conficiendi morem apud illos in uſu eſſe aſſeverat, de quo noſter ex Eudoxo Cnidio: Τούτων δὲ, Ζύγαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται· πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν. Promiſcue appellantur Βύζαντες, Γύζαντες, Γύξαντες, & Ζύγαντες. Sine dubio noſter incidit in Hecatæi & Eudoxi Cnidii codices, ubi Z & ξ, & Γ permiſcebantur: nam verum nomen eſſe *Byzantes*, etiam ex inſcriptionibus, fidiſſimis teſtibus, pobari poſſet.

[53] Ἐν ἕκτῳ γῆς περιόδου.] Hanc hiſtoriam Apollonius in Mirabilibus hauſit ex libro VII Eudoxi Cnidii, ita enim ille: Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἐν τῷ ζ' τῆς περιόδου, ἐστὶν ἐπὶ πᾶσι τῶν ἐν Λιβύῃ τι ἔθνος εἶναι, ὁ ὑπὲρ ἄνω Σύρτεων δὲ καὶ Καρχηδόνος πρὸς ἀναβολὰς κείμενοι, οἱ καλοῦνται Γύζαντες, οἵτινες τέχνην ἐπιτηδεύουσιν, τὰ ἄνθη συλλέγοντες, τὰ ἐν τοῖς τόποις μέλι ποιεῖν τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, ὥστε γίγνεσθαι οἷον τὸ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνόμενον. Hic etiam Γύζαντες invenit Apollonius, & Stephan. Ζύγαντες. Verum hoc non tantum imputandum tranſcriptoribus, ſed quoque literarum in pronuntiando affinitati, ut in præcedentibus diximus.

[54] Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Et libro XI & XII de Zygis & Zygopoli Geographus mentionem fecit: Μετὰ δὲ τὴν Σινδικὴν καὶ τὴν Γοργιππίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων παραλία τὸ πλέον ἀλίμενος. Et lib. XII: Εἶτα τῆς Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς· εἶθ' ἡ Κολχίς· ἐνταῦθα δέ που ἐστὶ καὶ Ζυγόπολίς τις λεγομένη. Appellantur quoque a Strabone *Zygii*, quemadmodum Bœoti Bœotii, Syri Syrii &c. Dionyſ. de Situ Orbis:

Τοῖς δ' ἐπιναιετάουσιν ὁμούρεον αἶαν ἔχοντες
Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε Πελασγιάδος ἔκγονοι αἴης.

Neque aliter hos vocavit Priſcianus in verſione ſua:

Poſt hos Eniochi, genuit quos Græcia tellus:
Et Zygii juxta vivunt regione ſub una.

Et a Plinio lib. VI cap. VII *Zigæ*. Hos olim ab Arriano *Zinchos* vocatos fuiſſe, opinatur Holſtenius ad Ortelium.

[55] Τοῦ Ζυγοὶ τὸ ἐθνικὸν, Ζυγιανός.] Putat Salmaſius hanc ἐθνικοῦ formationem non poſſe procedere & eſſe falſam, niſi legatur: Τοῦ Ζύγιοι τὸ ἐθνικὸν, Ζυγιανός. Sed quo pacto hujuſmodi gentilia formentur, quæ duabus ſyllabis primitivum ſuperant, luculenter noſter demonſtrat in Ἄγκυρα. Et in voce Ταῦρος perhibet per pleonaſmum literæ A formari: Ταῦρος· τὸ ἐθνικὸν Ταυριανὸς, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός.

[56] Ζώνη, πόλις Κικόνων.] Cicones, gens Thraciæ ad Hebrum, a Cicone Apollinis F nomen invenere. Ab horum conjugibus Orpheus, quia poſt obitum Eurydices muliebrem ſexum faſtidit, tranſlato in pueros amore, diſcerptus eſt, qua de re Virgil. lib. IV Georg.

- - - Spretæ Ciconum quo munere matres
Inter ſacra Deum nocturnaque orgia Bacchi,
Diſcerptum latos juvenem ſparſere per agros.

Zones meminit Scylax in Thracia: Κατὰ ταῦτα ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐμπόρεια, Δρῦς, Ζώνη. Fabulantur poëtæ *Zonen* Orphei carminibus eſſe celeberrimam, ibique frondere fagos agreſtes, quas eo à Pieria ire docuerat. Apollon. Rhod. I Argonaut.

Φηγοὶ δ' ἀγριάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
Ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι
Ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι. . . .

Ad quem locum Scholiaſtes: Ζώνη ἐστὶν ὀρεινὸς τόπος οὕτω καλούμενος· καὶ πόλις ὁμώνυμος. Situm oppidi graphice depingit Nicandri Schol: Τῆς Αἴνου πλησίον ἐστὶν ὁ ποταμὸς Ἕβρος· οὐ μακρὰν δὲ τοῦ ποταμοῦ καὶ Ζώνη πόλις, μεθ' ἣν αἱ Ὀρφέως Δρύες εἰσίν. Vide præterea Herodotum lib. VII. & Plinium lib. IV cap. XI.

H.

ἩΔΟΙ', ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A

ἩΔΥ'ΜΗ[1], πόλις Καρίας. B τὸ ἐθνικὸν, Ἡδυμαῖος.

ἩΔΩΝΟΙ'[2], ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἡδωνοῦ, τοῦ Μύγδονος ἀδελφοῦ. καὶ τὸ C θηλυκὸν Ἡδωνή, [3] καὶ Ἡδωναί. λέγεται καὶ Ἡδωνεῖς, καὶ Ἡδωνιάτης.

ἩΕΤΙΩ'ΝΕΙΑ, οὕτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ Ἠετίωνος. τὸ ἐθνικὸν, Ἠετίων.

ἩΙΏΝ, [4] πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδί-

E.

EDI, gens Scythica, de qua Hecatæus in Europa.

EDYME, urbs Cariæ. Gentile, Edymæus.

EDONI, gens Thraciæ, nomen habens ab Edono Mygdonis fratre. Fœminino genere Edone & Edonæ. Dicitur quoque Edonenſis & Edoniates.

EETIONIA, ita alterum Piræei promontorium vocatur ab Eetione. Gentile, D Eetion.

EÏON, urbs in Cherſoneſo, de qua Thucydi-

[1] Ἡδύμη, πόλις Καρ.] Vereor ne heic Stephanus in Caria urbem collocet, librariorum in geographicis imperitia in veteri auctore enatam, qui pro ΗΣΥ'ΜΗ leviſſima mutatione exararunt ΗΔΥ'ΜΗ. Nemo enim Edymæ meminit, cum Σύμη, & adjecto articulo ἡ Σύμη, inſula Carica, olim Metapontis & Ægle dicta, ex Strab. lib. XIV, etiam apud noſtrum cognitiſſima ſit.

[2] Ἡδωνοὶ ἔθνος Θρᾴκης.] Hujus gentis appellationem noſter ab Edone quodam, Mygdonis fratre, alii vero ab Edono monte deducunt. Habitavit quondam non procul à Strymone amne, ut abunde liquet ex Apollod. lib. III: Λυκοῦργος δὲ παῖς Δρύαντος Ἡδωνῶν βασιλεύων, Στρυμόνα ποταμὸν οἱ παροικοῦσι, πρῶτος ὑβρίσας, ἐξέβαλεν αὐτόν. Apud Novem vias Edonorum Xerxes Strymonem pontibus junctum invenit, teſte Herodoto lib. VII. Ἐν Ἐννέα ὁδοῖσι τοῖσι Ἡδωνῶν ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας, τὸν Στρυμόνα διοῦντες ἐζευγμένον. Ex hiſce locis manifeſtiſſime liquet, Theocritum magis egregii poëtæ, quam accuratiſſimi geographi partes egiſſe, qui Edonos ad Hebrum fluvium collocat, ita enim ille Idyl. VII:

Εἴης δ' Ἡδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ,
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος. - - - -

Longe melius Lycophron in Caſſandra:

Τὸν μὲν γὰρ Ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία
Ἀψυνθίων ἄγχουρος ἠδὲ Βιστόνων,
Κορυστοφόρον πάγουρον Ἡδωνῶν πέλας
Κρύψει.

Ad quem locum nugas agit Scholiaſtes, perhibens in Thracia eſſe *Edonos* & *Edones*, hos in maritimis, illos vero in mediterraneis habitare. Ἡδωνοὶ καὶ Ἥδωνες Θρᾳκῶν ἔθνη. Ἀλλ' οἱ μὲν Ἥδωνες περὶ θάλασσαν οἰκοῦσιν, Ἡδωνοὶ δὲ τὴν μεσογαίαν. Ipſa regio dicitur Ἡδωνίς, teſtibus Suida, Plinio, Ptol. aliiſque. Videntur hujus regionis incolæ fuiſſe ſtrenuiſſimi atque animo promptiſſimi: nam cum Athenienſes, Leargo & Sophane Decelenſi ducibus, omnem ferme Thraciam occupaſſent, Edoni præter exſpectationem & de improviſo in eos irruunt, & ſic Athenienſibus, toto exercitu deleto, victoriam eripiunt. Quod cum deinde Athenienſes excuſare vellent apud vulgum, exercitum fulmine ictum periiſſe affirmabant; teſte Pauſ. in Atticis. In hac regione Cottytia & Bendidia celebrabantur in honorem deæ Cotyos, uti ex Æſchylo abunde teſtatur Strabo lib. VIII. Hujus gentis fœminæ Baccharum in numero habentur apud Horat. lib. II Carm. Od. VII:

- - - - *Non ego Sanius*
Bacchabor Edonis.

Ubi optime Acron τὸ *Edonis* explicat, *Bacchis Thracibus.* Pallia olim apud Thracas in uſu fuere, quæ ab Edonorum gente nomen ſortiebantur. Suidas: Ἡδωνά, ἱμάτια Θρᾳκικά. Sed quanam fuerint figura; neque Suidas, neque alii indicavere. Occurrit tamen eadem vox apud Pollucem lib. X cap. XI. Καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἠδωνῶν πίλους τριμίτους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν Βάκχαις. Sed pallii Thracici ſignificatione vox illa deſtituta apparet, & ut verum fatear, eſt corruptiſſima. Locus ita eſt legendus: Καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων οἰδωνῶν (vel οἰδώνων, vel ὑδωνῶν) πίλους τριμίτους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν Βάκχαις, Ἀλλὰ τρίμιτος ἐπίπλεκτος. Quod vero heic vocem tam diverſimode ſcriptam repoſuerim, Latini in cauſa ſunt, apud quos *hadones, œdones, odones* & *udones* ſcribitur.

[3] Καὶ Ἡδωναί] Legendum mihi videtur: Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἡδωνή, καὶ Ἡδωνίς. Supervacaneum enim eſt, numerum pluralem a ſingulari formare, quod pueri noverunt.

[4] Πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης.] Omnibus illis in locis, in quibus de Eïone verba fecit Thucyd. nulla de Cherroneſo Thraciæ fit mentio, quod profecto non exiguam difficultatem parit in aſſignando verum Eïoni ſitum. Hanc in Thraciæ Cherroneſo non fuiſſe ſitam tam manifeſtum eſt, quam ſolem medio die lucere, quod ut probem, non vocabo huc Herodoti, Pauſaniæ aliorumque teſtimonia Eïonem ad Strymonis oſtia collocantium, ſed loca duntaxat Thucydidis quem noſter falſiſſimæ ſuæ opinionis teſtem allegat, ut eum propriis quaſi telis confodiamus, & contraria Thucydidis auctoritate convincamus, ita enim ille lib. primo: Cimon Miltiadis F. πρῶτον μὲν Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι πολιορκίᾳ εἷλον. Ad quem locum ſi Scholiaſtam audiamus, geminas quidem in Thracia Eïonas collocabit, ſed nullam in Cherſoneſo: Ἠϊόνα.] ὅτι δύο Ἠϊόνες εἰσὶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ· ἀλλ' ἡ μὲν, λιμὴν τῆς Ἀμφιπόλεώς ἐστι, περὶ ἧς νῦν λέγει· ἡ δὲ ἄλλη, πόλις· Λυκόφρων, τὸν μὲν γὰρ Ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία. Verum nugas agit Scholiaſtes, exiſtimans heic Thucydidem de portu Amphipoleos loqui, & aliam adhuc præter portum iſtum alibi in Thracia urbem exſtare ejuſdem nominis: nam Eïon ad oſtium Strymonis ſita, & XXV duntaxat ſtadiis ab Amphipoli remota, commodiſſime pro Amphipoleos portu haberi poteſt, licet emporium fuerit ſatis celebre: nam Ἠὼν Lycophronis, & Ἠϊὼν Thucydidis diverſa

κυδίδης. [5] τὸ ἐθνικὸν, Ἠϊονεύς. ἔστι καὶ ἄλλη A πρὸς τῇ Πιερίᾳ. τὸ ἐθνικὸν ταύτης, Ἠϊονίτης.

Ἠλακαταῖον, ὄρος Θεσσαλίας, ὅπου καὶ Διὸς Ἠλακαταίου ἱερόν. τὸ ἐθνικὸν, Ἠλακαταιεύς· καὶ Ζεὺς Ἠλακατεύς.

Ἠλεκτρίδες [6] νῆσοι, ἐν αἷς εἰσι B δύο ἀνδριάντες, Δαιδάλου καὶ Ἰκάρου. [7] ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ καὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν προσκεχωκέναι. ἔστι δὲ καὶ λίμνη πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δὲ ἀπ' αὐτῆς

cydides. Gentile, Eïonenſis. Eſt quoque alia juxta Pieriam. Hujus gentile eſt Eïonita.

ELACATÆON, mons Theſſaliæ, ubi Jovis Elacatæi templum. Gentile, Elacatæenſis, & Jupiter Elacatenſis.

ELECTRIDES inſulæ, in quibus inveniuntur duæ ſtatuæ Dædali & Icari. Narrant has inſulas ab Eridano fluvio, limo aggeſto, fuiſſe productas. Eſt quoque ſtagnum prope fluvium, aquas calidas habens; unde tam gravis

dis diverſa oppida non ſunt. Sed pergamus ad alia Thucydidis loca, in quibus nobis accuratiorem ſitum ob oculos ponit, ita enim ille lib. IV: Ὡρμῶντο δὲ ἐκ τῆς Ἠϊόνος, ἣν αὐτοὶ εἶχον, ἐμπόριον ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ ἐπιθαλάσσιον, πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἅγνων ὠνόμασεν. Ex his locis, & multis aliis apud Thucydidem lib. IV, evidentiſſime conſtat, illum de Eïone Cherſoneſia ne quidem cogitaviſſe, quod omnes circumſtantiæ aperte docent. Sed eodem lib. jam citato perhibet, Eïonem Mendæorum coloniam fuiſſe, quam Simonides Athenienſium dux per proditionem ceperat, qui illico expellebatur, Chalcidenſibus & Bottiæis ſuppetias ferentibus, ita enim ille: Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Σιμωνίδης Ἀθηναίων στρατηγὸς, Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικίαν, πολεμίαν δὲ οὖσαν, ξυλλέξας Ἀθηναίους τε ὀλίγους ἐκ τῶν φρουρίων, καὶ τῶν ἐκείνῃ ξυμμάχων πλῆθος, προδιδομένην κατέλαβε, καὶ παραχρῆμα ἐπιβοηθησάντων Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων, ἐξεκρούσθη τε, καὶ ἀπέβαλε πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν. Procul dubio hic locus Thucyd. Scholiaſtam in errorem duxit, cum ſupra diſtinguit inter portum Amphipoleos Eïonem dictam, & aliam in Thracia urbem: ſed potiſſimum heic obſervandum, ex circumſtantiis colligi poſſe, etiam nunc Thucydidem de Eïone Cherſoneſia non loqui, nam Chalcidenſes & Bottiæi Edonibus (ſub quorum ditione Amphipolis & Eiôn) vicini cum eſſent, παραχρῆμα laboranti oppido ſuppetias tulerunt, quod tam facili negotio fieri nequiſſet, ſi ipſis iter aliquot dierum in Cherſoneſum emetiendum fuiſſet. Itaque non puto ullum in Thucyd. locum reperiri, unde evidenter conſtet, illum de Eïone in Cherſoneſo Thraciæ ſita loquutum fuiſſe. Euſtathius tamen in comment. ad Iliad. B. Eïonem Cherſoneſiam ex Thucydide agnoſcit: ſed is, ut ſæpe alias, non conſulto Thucydide, Stephani auctoritatem ſequutus, etiam in graviſſimum errorem incidit, ubi ſic inquit: Τὰς δὲ Ἠϊόνας ἔχ' εὔορμον πάνυ περιλελυμένας· ἑνικῶς δὲ Ἠϊὼν λέγεται πόλις Χερρονησία παρὰ Θουκυδίδῃ· ἔστι δὲ καὶ Στρυμονική· λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα Ἠϊὼν Πιερική. Sed præter Cherroneſiam Eïonem, quæ apud Thucydidem non eſt, duas alias ſtatuit Strymonicam & Pieriam, unde tres hoc nomine urbes naſcuntur, quod etiam ab ipſa veritate longiſſime eſt remotum, quanquam idem hoc eodem commentariorum libro aſſeveret, ubi ita inquit: Ὅτι δὲ Ἠὼν δισυλλάβως, καὶ τόπος ἐστὶ Στρυμόνιος, καὶ Ἠϊὼν τρισυλλάβως πόλις ἐν Χερρονήσῳ παρὰ Θουκυδίδῃ, καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Πιερίᾳ, ὧν οἱ πολῖται Ἠϊονεὺς καὶ Ἠϊονίτης, δηλοῦσι οἱ παλαιοί. Nullius pretii eſt illa diſtinctio inter *Eonem*, & *Eionem*: nam ſi alibi τὸ Ἠὼν, ut apud Lycophronem, inveniatur. Τὸν μὲν γὰρ Ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία, illud per ſynizeſin, figuram poëtis familiariſſimam, pro Ἠϊὼν factum cenſeri debet. Ergo Strymonica eſt *Eion*, de qua paſſim in ſua hiſtoria Thucyd. verba fecit: & quemadmodum ille, ſic quoque alii, ſive Geographi, ſive Hiſtorici, Eïonem in Thraciæ Cherroneſo non poſuerunt. Illa Pieriæ veteribus etiam minime cognita eſt. Variæ ſunt Pieriæ, in quibus omnibus, ſi diligenter inveſtigaveris, nullum tamen hoc nomine oppidum invenies.

[5] Τὸ ἐθνικὸν, Ἠλακαταιεύς.] In codice Voſſiano hæc ita diſtinguuntur: τὸ ἐθνικὸν Ἠλακαταιεὺς Ζεύς· καὶ Ἠλακατεύς.

[6] Ἠλεκτρίδες νῆσοι, ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες.] Quidam codices: Ἠλεκτρίδαι, νῆσοι εἰς ἃς εἰσι δύο ἀνδριάντες. Sed non admodum placet, quanquam editio Veneta & Florentina etiam hanc lectionem repræſentent. Numero ſingulari dicitur Ἠλεκτρὶς, apud Apoll. in Argonaut. lib. IV:

> Ῥίμφα δὲ νηῒ ἐπιβάντες ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσι
> Νωλεμές· ὄφρ' ἱερὴν Ἠλεκτρίδα νῆσον ἵκοντο.

Et ſic quoque Scholiaſt. ad illa verba: αὕτη ἡ Ἠλεκτρὶς ἐγγύς ἐστι τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ. Ab illo ſingulari fit Ἠλεκτρίδες, non vero Ἠλεκτρίδαι. Eſt quoque Ἠλέκτρης inſula, non confundenda cum ſuperioribus, e regione oſtiorum Hebri ſita, quam alio nomine Samothracen appellant, de qua idem Apollon lib. I:

> Ἑσπέριοι δ' Ὀρφῆος ἐφημοσύνῃσι κέλσαν
> Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης Ἀτλαντίδος. ----

Ad quem locum Schol. Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης· τὴν Σαμοθρᾴκην λέγει, ἐκεῖ γὰρ ᾤκει Ἠλέκτρα ἡ Ἄτλαντος, καὶ ὠνομάζετο ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων στρατηγίς.

[7] Ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ καὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν προσκεχωκέναι.] Ita hunc locum emendavimus, partim ope MSS codicum, & partim auctoritate Ariſtotelis, ex cujus Admirandis auditionibus, ſi is genuinus Philoſophi liber ſit, totam hanc ſectionem formavit Stephanus. Ineptiſſime hodie legitur in Xylandriana προσκεχωρηκέναι, ut & in editionibus aliis: bene tamen in illis καὶ τὸν, pro κατὰ τόν. Swertius in Analectis etiam illud προσκεχωρηκέναι obelo confodit, eadem qua nos auctoritate permotus, quod ut lector tanto evidentius percipiat, integrum Ariſtotelis locum apponam: Ἐν ταῖς Ἠλεκτρίσι νήσοις, αἳ κεῖνται ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου, φασὶν εἶναι δύο ἀνδριάντας ἀνακειμένους &c. Ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ προσκεχωκέναι τὸν Ἠριδανὸν ποταμόν· ἔτι δὲ λίμνη ἔοικε πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε ζῷον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει· ἔχει δὲ τὸν μὲν κύκλον σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὖρος, ἕως δέκα· Μυθολογοῦσι δὲ οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην· Εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. Οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον. Verum illud de inſulis ante Padi ſive Eridani oſtia, in quibus Electrum naſcitur, Græcæ vanitatis figmentum, & ut cum Plinio loquar, ubi de eiſdem agit lib. XXXVII, cap. II, intoleranda mendaciorum eſt impuritas. Omnia veterum teſtimonia, falſitatem hujus commenti refellentia, ex Diodoro, Polybio, Herodoto aliiſque enumerare, nimis longum foret: breviter duntaxat addam, ex Luciani Sermone de Electro, quid ille mortalium, quotquot vixere, lepidiſſimus, de hac fabula ſenſerit. Cum poëtas ſæpenumero canentes audiviſſet, ſorores Phaëthontis caſum ejus impenſe ante Eridani oſtia lugentes, priſtina natura exuta, in populos fuiſſe transformatas, unde quotannis Electrum defluit, in ſpem vaniebat, ſe aliquando ad Eridani oſtia delatum iri, unica iſtarum arborum potiturum, ut expanſo ſinu lacrymas ſuſciperet & electrum cum aliis poſſideret. Non multo poſt, alterius conficiendi negotii gratia, ad Eridani ripam devenit, ſed omnibus locis diligentiſſime perluſtratis, neque populos vidit, neque electrum conſpexit: Quin imo Phaëthontis nomen ne notum quidem erat incolis. Ille tamen nautas interrogat, quando tandem venirent ad populos, quæ electrum de ſe reddunt? Riſerunt nautæ, & jubebant ipſum manifeſtius, ſi quid vellet, proloqui. Fabulam deinde Phaëthontis & ejus ſororum in populos transformatarum, fratremque lacrymando electrum emittentium ordine percenſebat. Qui-

αὐτῆς βαρεῖα καὶ [8] χαλεπὸν ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε A
ζῶον πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται,
ἀλλὰ πίπτει, καὶ ἀποθνήσκει. [9] ἔστι δὲ ὁ κύκλος
σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὖρος ἕως δέκα. καὶ
μυθολογοῦσι, Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν
ἐκεῖ. εἶναι δὲ ἐκεῖ καὶ αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν B
πίπτει τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, [10] ὅμοιον
κόμμι, διότι σκληρυνέσθαι ὡς λίθον. οἱ κατοι-
κοῦντες, [11] Ἠλεκτρεῖται, πρὸς τὸν τύπον τῶν εἰς
ις· Ἠλεκτρεινοὶ δὲ, διὰ τὸ ἐπιχώριον.

ἩΛΙΑΙ͂Α [12], δικαστήριον Ἀθηναίων, C
παρὰ τὸ ἅλις. δεύτερον παράγωγον, Ἁλία,
καὶ Ἡλιαία. ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον, τὸ ἐκ
τῶν τεττάρων ἡλισμένον δικαστηρίων, [13] ἐκ
πεντακοσίων, καὶ πεντήκοντα, καὶ διακοσίων, καὶ
ἑκατόν. [14] Οἱ δὲ ἐκφερόμενοι, ἐλέγοντο Ἡ- D
λιασταί· ἐκ γὰρ τοῦ ἅλις, ἁλία γίνεται. καὶ ὡς
βία βιάζω, καὶ αἰτία αἰτιάζω, οὕτως ἁλία
ἁλιάζω· καὶ ἁλιαστὴς, ὡς δικαστὴς, καὶ Ἡλια-
στής. [15] καὶ κτητικὸν Ἡλιαστικὸς, παρὰ τὸ Ἡ-
λιαστής. E

ἩΛΙ-

A gravis & noxius fœtor exhalat, ut nullum animal ex ea bibat, & nulla avis ſupervolet, quin decidat & moriatur. Circuitus ejus eſt ſtadiorum ducentorum, latitudo vero decem. Fabulantur quoque Phaëthontem fulmine ictum ibidem decidiſſe, atque illic reperiri B ingentem nigrarum populorum copiam, ex quibus decidit ſic appellatum electrum, gummi ſimile, propterea quod inſtar lapidis induretur. Incolæ, Electritæ, juxta formam nominum in is: ſed Electrini juxta vernaculam.

C HELIÆA, Athenienſium tribunal, fit a voce ἅλις, *ſatis, coacervatim*. Secundum derivativum eſt Halia, & Heliæa. Magnum eſt tribunal, ex quatuor tribunalibus congregatum, nempe ex quingentis, & ex quinquaginta, & ex ducentis, & ex centum. Sententiam feren- D tes dicebantur Heliaſtæ. A voce ἅλις fit ἁλία *congregatio*: quemadmodum a βία vis, fit βιάζω *vim infero*, & αἰτία *criminatio* αἰτιάζω *expoſtulo*, ſic ab ἁλία fit ἁλιάζω *congrego*. Et Haliaſtes, uti δικαστὴς judex, & Heliaſtes. Et poſſeſſivum He- E liaſticus, quod fit ab Heliaſtes.

HELI-

bat. Quicunque, reſpondent illi, hæc tibi perſuaſit, vanus homo fuit, & te mendaciis decepit; nam nos neque Phaëthontem curru delapſum novimus, neque eæ, quas quæris, apud nos ſunt populi. Quid putas, ſi hujus materiæ copia apud nos extaret, nos dûum obolorum gratia tam laborioſe remigaturos, aut navigia adverſus fluminis impetum tracturos, quibus promptum eſſet minori negotio ac ſudore diteſcere, populi lacrymas colligentibus? Hæc quum dixiſſent, non mediocri pudore afficiebatur, & confuſus obticuit, quod puerile quoddam admiſerat, habita fide poëtis, tam monſtroſe mentientibus.

* 8 Χαλεπὸν ἀποπνεῖ.] Sic emendat Salmaſius ad oram ſui libri ex Ariſtotele. In aliis editis excuſum erat: χαλεπὴ ἀποπνεῖ.

9 Ἔστι δὲ ὁ κύκλος σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὖρος, ἕως δέκα.] Et heic Salmaſius veterem lectionem revocavit ſic legendo ex Philoſopho jam nominato. Inepta lectio eſt, quam vulgati codices repræſentant: Ἔστι δὲ ὁ κύκλος στάδια διακόσια τὸ εὖρος.

10 Ὅμοιον κόμμι, διότι σκληρυνέσθαι ὡς λίθον.] Et hunc locum correxit idem Vir magnus ex Ariſtot. Priores editiones exhibent: ὅμοιον κομμιδίῳ, διὰ τὸ σκληρυνέσθαι ὡς λίθον. Sine dubio illud διὰ in vulgatis repetitum, τῷ κόμμι adjungitur.

11 Ἠλεκτρεῖται πρὸς τὸν τύπον τῶν εἰς ις.] Nos alio modo ultima verba, de gentilium formis agentia coſtituimus, peſſime enim in vulgatis legitur: Οἱ κατοικοῦντες, Ἠλεκτρεῖται πρὸς τὸν τύπον· Ἠλεκτρινοὶ διὰ τὸ ἐπιχώριον. Italico enim more multa gentilia in ινος formabantur, ſed nomina in ις faciunt ιτης, & in plur. ιται, uti Ἠλεκτρεῖται.

12 Ἡλιαία, δικαστήριον Ἀθηναίων, παρὰ τὸ ἅλις.] Manu exarati codices: παρὰ τὸ ἁλέες. Quæ lectio mihi videtur commodior, & non dubito, quin olim fuerit ſcriptum παρὰ τὸ ἁλέες, vel minori mutatione παρὰ τὸ ἅλες: ſunt enim ἁλέες, ὁμοῦ ἠθροισμένοι. Callimachus in χωλιάμβοις: Εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἁλέες δεῦτε. Quod poſitum eſt, ut vult Chœroboſcus, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ πρὸς τοῦ τείχους ἱερὸν ὁμοῦ δεῦτε. Nam Ἡλιαία erat Athenienſium tribunal maximum, ubi ingens judicum numerus (de quo tamen non conſtat & auctores variant) conveniebat, atque de negotiis publicis tractabat. Alii vero hanc vocem deducunt παρὰ τὸν ἥλιον, quia tribunal illud erat in ſubdiali loco, ubi congregati à ſole feriebantur. Suidas: Ἡλιαστὴς, δικαστής· ἀπὸ μεγάλου δικαστηρίου τῆς Ἡλιαίας· οὕτω δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ εἶναι τόπῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλεσθαι. Idem quoque perhibet Etymologici Magni Auctor, & Scholiaſt. Ariſtoph. ad nonnullas fabulas. Porro deſcriptionem hujus dicaſterii legeſis apud Meurſium in Areopago.

13 Ἐκ πεντακοσίων, καὶ πεντήκοντα &c.] Quemadmodum auctores de numero judicum, hoc dicaſterium conſtituentium, inter ſe non conveniunt, ſic quoque ipſi MSS codices & editi de hoc numero non ſunt concordes. Voſſianus cod: Ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον, τὸ ἐκ τῶν τεττάρων ἡλισμένον δικαστηρίων, ἐκ φ καὶ υ, καὶ σ καὶ ρ. Hic υ pro ν poſitum videmus, unde tribunal illud conſtaret ducentis ſupra mille judicibus, qui numerus magis convenit cum numero ab aliis auctoribus indicato. Pollux lib. VIII cap. X: Ἡ ἡλιαία δὲ πεντακοσίων· εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσταται δύο δικαστήρια· εἰ δὲ πεντακοσίων καὶ χιλίων, τρία. Harpocration cum Polluce ſatis convenit: Χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων, συνιόντων· συνήεσαν δὲ οἱ μὲν χίλιοι πεντακόσιοι, ἐκ τριῶν. Ab his itaque recedit Stephanus, hoc dicaſterium ex quatuor aliis foris conſtitui perhibens, ad quod juxta vulgatos codices 850, & juxta Voſſianum 1200 judices conveniebant. Heliaſtæ pro mercede judiciali, poſtquam ſententiam tuliſſent, triobolum accipiebant, teſte Suida: Ἡλιασταὶ, οἱ ἐν Ἡλιαίᾳ δικασταί. οἵτινες ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐτρέφοντο, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικὸν, μετὰ τὸ κρῖναι. Hinc apud Ariſtoph. in Equitibus:

> Ὦ δῆμε, λοῦσαι πρῶτον, ἐκδικάσας μίαν.
> Ἔνθου, ῥόφησον, διάτραγ', ἔχε τριώβολον.

Ad quem locum videndus Scholiaſtes; & qui de hac mercede plura deſideret, Meurſium in Areopago conſulat.

14 Οἱ δὲ ἐκφερόμενοι, ἐλέγοντο Ἡλιασταί.] Subintellige hic τὴν κρίσιν, vel ſimile quid: nam ἐκφέρειν τὴν κρίσιν, ſententiam ferre & promulgare denotat. Tribunal hoc, ſive conventum iſtum frequentantes etiam ab Etymologici Mag. Auctore in voce Ἡλιαία appellantur Ἡλιασταί, cujus locum, quia operæ pretium videtur, huc tranſcribam: Παρὰ τὴν ἅλις γενικὴν ἅλις ἐπίρρημα· ἐξ οὗ γίνεται κτητικὸν ὄνομα ἁλία· καὶ ἀπὸ τούτου ἕτερον κτητικὸν ἁλιαία· ἀφ' οὗ καὶ Ἡλιασταὶ λέγονται οἱ ἐκκλησιάζοντες. Huic conventui nemo intererat, quin etiam jure ſententiam ferendi frueretur. Hinc ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς apud Græcos aliquando conjunguntur. Ariſtotel. lib. 1 Rhetor. Ὁ δὲ ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι.

15 Καὶ κτητικὸν, ἡλιαστικός.] Strepſiades apud Ariſto-

phanem

Ἡλιούπολις, πόλις Αἰγύπτου, [16] ἣν ἔκτισεν Ἄκτις ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδου· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. ἔστι δὲ Θρᾴκης, [17] καὶ τῆς Ἀρωματοφόρου, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας. καὶ δύο ἐν Σάρδεσι. καὶ ἡ Κόρινθος Ἡλιούπολις ἐλέγετο, εἶτα Πάγος, καὶ οὕτως Ἐφύρη. ἔστι [18] καὶ ἐν Φοινίκῃ. ὁ πολίτης, Ἡλιοπολίτης.

HELIOPOLIS, urbs Ægypti, quam condidit Actis Helii & Rhodæ filius, teſte Herodoto lib. II. Secunda, Thraciæ, & aromatoriferæ, ab Ægyptia *diverſa*. Et duæ in Sardibus. Præterea Corinthus Heliopolis dicebatur, deinde Pagus, & ſic Ephyra. Eſt etiam in Phœnicia hoc nomine oppidum. Oppidanus Heliopolita.

Ἦλις [19], πόλις πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ, [20] ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παιδός. ἔστι δὲ ἄλλη Ἀρκαδίας. καὶ τρίτη, Ἱσπανίας. ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἤλιδος γενικῆς, ἀναλόγως [21] Ἠλίδιος, ὡς Ἀδωνίδιος, καὶ Εὐπολίδιος.

ELIS, urbs juxta Olympiam, ſic dicta ab Eleo Tantali filio. Eſt & alia Arcadiæ. Et tertia Hiſpaniæ. Civis a genitivo Ἤλιδος præter rationem Ἠλίδειος, uti Ἀδωνίδειος, & Εὐπολίδειος. Et juxta formam poſſeſſivo-

καὶ κλη-

phanem in Nebulis hac voce utitur, ut indicaret mercedem, quam Heliaſtæ in tribunali poſt latam ſententiam accipiebant: Ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικὸν,

Τούτου πριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

[16] Ἣν ἔκτισεν Ἄκτις ὁ Ἡλίου, καὶ Ῥόδου.] Ita hunc locum ſupplevit Tanaquillus Faber in Epiſtol. Crit. Salmaſius in Plinianis Exercit. pro Ῥόδου legit Ῥόδης. Sciolus quidam, nimio emendandi pruritu agitatus, ad oram codicis Voſſiani hunc locum ſic replebat: ἣν ἔκτισεν Ἀκησταίνης ὁ Λίβυς, vel Ἀκησταίνης Μεροΐτης· Ἡρόδωρος. Sed nos manifeſte docet Siculus Diodorus lib. v. Actim fuiſſe filium Solis ex Rhoda Neptuni filia. Hunc Actim in Ægyptum fuiſſe profectum, & condidiſſe Heliopolim, quam de patris nomine ſic appellavit, idem Diodorus luculenter teſtatur eodem libro: Ἄκτις δ' εἰς Αἴγυπτον ἀπάρας ἔκτισε τὴν Ἡλιούπολιν ὀνομαζομένην, ἀπὸ τοῦ πατρὸς θέμενος τὴν προσηγορίαν. De hac urbe quidem Herodotus libro ſecundo, quem noſter teſtem allegat, mentionem facit, ſed ne γρῦ quidem de ejus conditoribus, quos Arabas fuiſſe cenſet Plinius lib. VI. cap. XXIX: *Solis quoque oppidum quod non procul Memphi, in Ægypti ſitu diximus, Arabas conditores habere.* De ſitu idem Plinius lib. v cap. IX: *Deinde Arſinoë & jam dicta Memphis, inter quam & Arſinoïten nomon in Libyco turres quæ Pyramides vocantur, labyrinthus in Mœridis lacu nullo addito ligno exædificatus: & oppidum Crialon. Unum præterea intus & Arabiæ conterminum, claritatis magnæ, Solis oppidum.* Heliopolis hæc Arabiæ adeo erat vicina, ut ab aliis Ægypto, ab aliis vero Arabiæ adſcripta fuerit. Imo hinc eſt quod Strabo hujus nomi & urbis deſcriptionem in Arabiam rejecerit, ut libro ultimo aſſeverat. Omnis judicii & ſanæ rationis expertes mihi videntur Dictionariorum confectores, qui, neſcio quo auctore, Thebas Ægyptias, cum Heliopoli confundant, cum Herodotus aliique eas manifeſtiſſime diſtinguant.

[17] Καὶ τῆς ἀρωματοφόρου ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας.] Hæc verba Salmaſius ad Solinum pagina 549 ita interpretatur, quaſi Heliopolis, quam noſter jam in felici Arabia collocat, colonia Ægyptia fuiſſet. Sed errat Stephanus, Heliopolim Ægyptiam diverſam ſtatuentem ab Heliopoli Arabiæ felicis. Sunt revera unum idemque oppidum, ſed in confiniis Ægypti & Arabiæ ſitum. Ptolemæus: Καὶ ἐν μεθορίῳ Ἀραβίας, καὶ Ἀφροδιτοπόλεως, Βαβυλὼν, Ἡλιούπολις, Ἡρώων πόλις. Vide hac de re Incomparabilem J. Voſſium in Obſervat. ad P. Melam. Fuit in Arabia, ad ſinum Arabicum vergente, *Solis Domus*, quæ urbs alio nomine Βαισαμψα vocatur a noſtro, ſed ad hunc locum pertinere non arbitror.

[18] Καὶ ἐν Φοινίκῃ.] Erat ſita prope locum, cui nomen erat Aphaca, & urbem Byblum, teſte Zoſimo lib. I Hiſt. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. Hæc *Heliopolis ad Libanum* vocabatur ad differentiam aliarum, ἡ πρὸς τῷ Λιβάνῳ Ἡλιούπολις, teſte Sozomeno lib v. cap. x. Hinc in nummis Caracallæ obſervavit ΗΛΙΟΠΟΛΙC ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΟΝ, & Muſæi Lomeniani ΗΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΛΙΒΑΝΩ Cl. Spanhemius. Alebat hæc urbs fœminas forma præſtantiſſimas, quæ Libanotides dicebantur, auctore Anonymo in totius mundi Exegeſi: Ἡλιόπολις, ἡ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας εὐμόρφους βόσκει, αἳ παρὰ πάντων ὀνομάζονται Λιβανότιδες (Scribe Λιβανότιδες) ὅπου τὴν Κύπριν μεγαλωστὶ σέβουσι.

[19] Ἦλις, πόλις πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ.] Cenſet Salmaſius illud Αἰγυπτίᾳ præcedenti ſectioni excidiſſe, & fortaſſis Βοιωτίᾳ reponendum, ſed quid iſta vox ad illuſtrationem ſive emendationem hujus loci faciat, ego percipere nequeo. Defendere vulgatam lectionem conatur Ortelius in Theſauro Geographico in vocabulo *Ægyptis*, ex Pauſania regiunculam hoc nomine in Peloponneſo ſtatuens, pro quo Amaſæus Æpytis ſubſtituerat. Cenſet vero Ortelius illam vocem retinendam, cum bis iſtius regiunculæ meminerit, tum quod Stephanus quoque in dictione Ἦλις *Ægyptiam Olympiam* nominaverit. Ad me quod attinet, totum negotium judicio & geographiæ peritia magis pollentibus expono: ſi quis tamen in re tam ardua & controverſa ſententiam meam exquirat, ei, ne videar difficillima ſicco pede tranſilire, regeram, me etiam opinari illud Αἰγυπτίᾳ ad hanc ſectionem non pertinere: nam Euſtathius, hunc Stephani locum in commentariis ad Iliad. B tranſcribens, iſtam vocem non agnoſcit, unde liquet evidenter, ejus ætate a Stephani codicibus abfuiſſe, ita enim ille: Ἡ δὲ Ἦλις, πόλις ἣν πρὸς τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα κληθεῖσα φησὶν ἀπὸ Ἠλείου παιδὸς Ταντάλου &c. Hinc ſatis manifeſte liquet Archiepiſcopum Theſſalonicenſem τὸ Αἰγυπτίᾳ in Stephano non inveniſſe, quod etiam obolo confoderem, ſi mei arbitrii res foret, ut & τὸ Βοιωτίᾳ, quod Salmaſius revocavit. Sita erat urbs in regione Peloponneſi Ἠλεία *Elea* dicta, & comprehendit oram illam maritimam, quæ Achaiam inter & Meſſeniam eſt: Eleæ mediterranea Arcadiam ad Pholoën montem, & Azanas & Parrhaſios attingunt, teſte Strabone lib. VIII. Qui etiam perhibet Elidem urbem Homeri ætate nondum fuiſſe conditam: tota enim regio per pagos incolebatur. In ſequentibus noſter addit, aliam Elidem in Arcadia ſitam eſſe, quod non facile mihi perſuaſerit: Elis enim & Arcadia tam vicinæ erant, ut cenſeam unum idemque oppidum in diverſis regionibus a noſtro fuiſſe collocatum, quorum limites non ſatis perſpectos habebat.

[20] Ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παιδός.] Nolo immorari incertis Græcorum etymologiis. Leander apud Etymol. Mag. Auct. opinatur, urbem originem nominis habere ἀπὸ τοῦ ἀλισθῆναι, ὅ ἐστιν ἀθροισθῆναι, propterea quod è cataclyſmo ſalvati ibidem loci congregarentur, vel quod regionis incolæ vicatim, antiquis temporibus habitantes, in eam urbem convenerint. Alii ab Eleo, qui regioni imperabat, urbem nomen accepiſſe exiſtimant; & alii alia comminiſcuntur, quæ omnia apud Etymologicographum in voce Ἦλις legi poſſunt. Nequeo tamen reticere, quod Pauſanias lib. v memorat, nempe Oxylum quendam vicinæ regionis incolis perſuaſiſſe, ut in unam urbem convenirent: adeo ut is Elin multitudine incolarum majorem & beatiorem reddiderit.

[21] Ἠλίδειος, ὡς Ἀδωνίδειος.] Eundem canonem inveni apud Etymol. Mag. Auct. Ἠλεῖος ὁ πολίτης διφθογγογραφεῖται· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Εὔπολις Εὐπόλιδος γίνεται Εὐπολίδειος, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἄδωνις Ἀδωνίδειος, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ Ἦλις Ἤλιδος, Ἠλίδειος. Reliqua ibidem legantur, & etiam apud Euſtath. ad Iliad. A. Cives Latino ore dicuntur ELIDENSES Gellio lib. I Cap. XVIII.

καὶ κτητικῷ τύπῳ καθ' ὕφεσιν τοῦ δ Ἠλίδος, A καὶ Ἠλεῖος. [22] ἀφ' οὗ Ἠλεῖος ὁ Ζεύς. Τρύφων δέ φησιν, ὅτι Ἠλιεῖος, καὶ Ἠλιεῖος, καὶ Ἤλειος. [23] Ὅμηρος δ' Ἐπειοὺς αὐτοὺς φησι, καὶ κτητικῶς λέγεται Ἠλιακός. λέγεται καὶ πατρωνυμικῶς Ἠλιάδαι. λέγεται [24] καὶ Ἠλίδος, ὡς Ψωφίδος, καὶ Ἀρκαδίς, ἀπὸ γενικῆς. καὶ ἐπίρρημα, B Ἠλιδόθεν. τὸ δὲ Ἠλεῖος, καὶ θηλυκῶς φασιν.

ἨΛΩΝΗ, πόλις Περαιβική. Ὅμηρος,

[25] Ὀρθην Ἠλώνην τε. ---- ----

νῦν δὲ Λειμώνη, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ λειμῶνα. τὸ C ἐθνικὸν, Ἠλωναῖος.

ἨΜΑΘΙΑ [26], πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία. καὶ Ἠμαθὶς, ἡ χώρα.

ἩΜΕΡΟΣΚΟΠΕΙΟΝ [27], Κελτιβήρων πόλις, D Φωκαέων ἄποικος. Ἀρτεμίδωρος δευτέρῳ λόγῳ γεωγραφουμένων.

ἩΜΙΚΥΝΕΣ, ἔθνος οὐ πόῤῥω Μασσαγετῶν καὶ Ὑπερβορέων· [28] Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι, E

[29] Ἡμικυνῶν τ' ἐνόησα γένος περιώσιον ἀνδρῶν,

[30] Τῶν ὤμων καθύπερθεν εὐστρεφέων [31] κυνὸς κάρα.

Τέτρα-

fessivorum sublato D Ἠλεῖος & Ἠλεῖος, unde Eleus Jupiter. Perhibet Trypho, quod Ἠλιεῖος, & Ἠλιεῖος, & Ἤλειος dicere liceat. Illos Homerus Epeos nominat. Et possessive dicitur Eliacus, & patronymice Eliadæ, nec non Elidis uti Psophidis & Arcadis à genitivo deductum. Et adverbium Ἠλιδόθεν ex Elide. Ἠλεῖος etiam genere fœminino usurpatur.

ELONE, urbs Peræbica, de qua Homerus,

Orthen Elonenque. ---- ----

Nunc vero Limone vocatur à prato, quod in ea est. Gentile, Elonæus.

EMATHIA, urbs & regiuncula, quæ nunc Macedonia dicitur. Et Emathis de regione usurpatur.

HEMEROSCOPIUM, Celtiberorum civitas, Phocensium colonia, de qua Artemidorus libro II Geographiæ.

HEMICYNES, gens non procul à Massagetis & Hyperboreis, de qua Simmias in Apolline:

Hemicynum cognovi genus inclytum virorum,

Quorum supra humeros bene coronatos caninum caput

Nutri-

[22] Ἀφ' οὗ Ἠλεῖος ὁ Ζεύς.] Male in omnibus excusis: ἀφ' οὗ Ἀλεῖος ὁ Ζεύς.

[23] Ὅμηρος δ' Ἐπειοὺς αὐτοὺς φησι.] Respicit noster locum Homeri Odyss. E.

Ἠ' εἰς Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.

Plinius lib. IV cap. V. *Inde Eleorum ager, qui antea Epei vocabantur.* Vide præterea quæ ad vocem Ἐπειοὶ diximus.

[24] Καὶ Ἠλίδος, ὡς Ψωφίδος, καὶ Ἀρκαδίς.] Pessime in vulgatis hodie invenitur: λέγεται καὶ Ἠλιδία, ὡς Ψωφιδία καὶ Ἀρκαδία. Vidit hunc errorem Salmasius & correxit. Nam vult Stephanus, ut à genitivo *Elidos* formetur gentile fœmininum Ἠλιδίς, uti ab Arcas Arcados, Arcadis.

[25] Ὀρθην Ἠλώνην τε.] Hemistichium Homericum ex Iliad. B. Elone tempore Strabonis erat diruta, quique etiam testatur, non procul ab Eurota fluvio sitam & Leimonen nuncupatam fuisse, ita enim ille lib. IX: Ἡ δ' Ἠλώνη μετέβαλε τοὔνομα, Λειμώνη μετονομασθεῖσα· κατέσκαπται δὲ νῦν &c. Fabula de Hercule, quum illo in loco centauros in captivitatem duxisset, huic urbi nominis originem dedit, teste Etymologici Mag. Auct. Ἠλώνη, πόλις· Ὅμηρος· ὅτι ἐκεῖθεν ὑπὸ Ἡρακλέους εἵλωσαν οἱ Κένταυροι &c. οὕτως ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἁλῶναι αὐτούς, Ἀλώνη καὶ Ἠλώνη. Si à voce ἁλῶναι urbis etymon sit deducendum, prima potius, ut in Etymologico, cum adspirata scribatur. Vide præterea Eustathium ad Iliad. B. qui perhibet urbem ab Hercule conditam: Ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῶν Κενταύρων.

[26] Ἠμαθία, πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδ.] Urbis hoc nomine noster meminit in voce Οἰσύμη ex IV lib. Thucyd. Οἰσύμη, πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης τετάρτῃ. ἡ νῦν Ἠμαθία. Macedoniam sic appellatam fuisse liquet ex Plinio lib. IV cap. X: *Macedonia postea centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondamque terrarum imperio, EMATHIA ante dicta.* Eustathius ad Dionys. Ἡ δὲ καὶ ὁ Μακεδὼν, ἡγεμών ποτε τῆς ὁμωνύμου χώρας, ἥτις καὶ Ἠμαθία πρότερον ἐκαλεῖτο.

[27] Ἡμεροσκοπεῖον, Κελτιβήρων πόλις.] Ex ipsa vocis origine colligitur, vel urbem excelso loco fuisse conditam, vel turrim habuisse unde de die custodes ad urbem appropinquantes naves animadvertere atque speculari poterant. Ἡμεροσκόποι sunt speculatores diurni, & Ἡμεροσκοπεῖον locus est in quo de die, non noctu, speculatores excubias agunt. Graphice hunc locum describit Strabo lib. III: Μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Σούκρωνος καὶ τῆς Καρχηδόνος, τρία πολίχνια Μασσαλιωτῶν εἰσὶν οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ ποταμοῦ· τούτων δ' ἐστὶ γνωριμώτατον, τὸ Ἡμεροσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν Σερτώριος· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικόν, κάτοπτον δὲ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι· καλεῖται δὲ Διάνιον, οἷον Ἀρτεμίσιον, ἔχον σιδηρεῖα εὐφυῆ πλησίον. Puto idem esse oppidum, quod nunc Hispani corrupto parum nomine *Denia* appellant, distat novem leucis ab Alone in ortum, & ab Ebuso insula X in occasum, inter sinus Sucronensem & Illicitanum. Latinis *Dianium* dicitur: Cicero lib. V in Verrem: *Quicunque accesserant ad Siciliam paullo pleniores, eos Sertorianos milites esse, atque a Dianio fugere dicebat.*

[28] Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι.] Constanter libri MSS & editi auctorem sequentium versiculorum non agnoscunt, in quibus hujus sectionis principium hunc in modum concipitur: Ἡμικύνες, ἔθνος οὐ πόῤῥω Μασσαγετῶν καὶ Ὑπερβορέων· ἐν Ἀπολλωνίῳ. Salmasius versiculos, a Stephano allegatos, quidem emendat in notis ad Florum, sed addit: *Elegantissimi hi versus, nec satis scio ex quo Apollonii opere sumpti sunt.* Non sunt profecto ex aliquo Apollonii opere transcripti, sed ex Simmiæ opere, cujus titulus erat Ἀπόλλων, quod me docuit Tzetzes Histor. Chiliad. VII. Hist. CXLIV, ex quo loco ipse Salmasius, quod admiratione dignum, hos in Stephano versus emendavit.

Περὶ τῶν Ἡμικυνῶν δὲ, τῶν καὶ Κυνοκεφάλων,
Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι καὶ ἄλλος οὕτω γράφει.

Ergo nos non dubitavimus hunc locum supplere, & Stephano reddere, quod ei erat ademptum.

[29] Ἡμικυνῶν τ' ἐνόησα γένος.] Corruptus & mutilus erat hic locus in MSS & vulgatis codicibus, quem ex Tzetza jam allegato replevi atque emendatiorem edidi.

[30] Τῶν ὤμων.] Male in omnibus τοῖς ὤμοις. Vox enim quæ sequitur, vel ἐφύπερθεν, quæ est apud Tzetzem, gignendi casum postulat.

[31] Κυνὸς κάρα.] Pessime in aliis editionibus unico vocabulo κυνοκάρα.

Τέτραφε γαμφηλῇσι περικρατέεσσιν, A
[32] ἐρυμνοῖς.
Τῶν μένθ' ὥς τε κυνῶν ὑλακὴ πέλει, οὐδέ τι τοίγε
Ἄλλων ἀγνώσσουσι βροτῶν ὀνομάκλυτον αὐδήν. B

Nutritum eſt, maxillis firmis roboratum.
Horum latratus inſtar canum eſt, neque ſane
Ipſis ignota eſt aliorum hominum celebris loquela.

[33] καὶ Ἡσίοδος.

Et Heſiodus.

ἩΝΙΌΧΕΙΑ[34], χώρα παρὰ τῷ Καυκάσῳ. οἱ οἰκήτορες, Ἡνίοχοι. Στράβων ἑνδεκάτῃ.

HENIOCHIA, regio prope Caucaſum, cujus incolæ Heniochi, teſte Strabone libro XI.

ἬΠΕΙΡΟΣ[35], ἡ γενικὴ χώρα. οἱ μὲν C γὰρ εἰς δύο τὴν γῆν, οἱ δὲ εἰς γ', οἱ δὲ εἰς τέσσαρα διεμέρισαν· ἐξ αὐτῆς Ἠπειρώτης, καὶ Ἠπειρωτικός.

EPIRUS, regio generalis. Quidam enim terram in duas, alii in tres, nonnulli vero in quatuor partes diviſerunt. Ex illa voce fit Epirota & Epiroticus.

ἬΠΙΟΝ, πόλις Τριφυλίας, [36] ἣν Ἠλεῖοι προσελάβοντο. [37] τὸ ἐθνικὸν, Ἠπιεύς. D

EPIUM, urbs Triphyliæ, quam Elei occuparunt. Gentile, Epienſis.

ἩΡΑΊΑ, ἄκρα οὕτω λεγομένη, καταντικρὺ

HERÆA, promontorium ſic vocatum e regione

[32] Ἐρυμνός.] In vulgatis legebatur ἐρυμνοῖς, quod etiam à mala manu profectum.

[33] Καὶ Ἡσίοδος.] Conſtat, hodie in Heſiodi opere nihil de Semicanibus inveniri: nihil minus evidentiſſimum eſt, Heſiodum alibi horum meminiſſe. Teſtem hujus rei habeo Strabonem, qui libro I de Heſiodo ita ſcribit: Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, Ἡμίκυνας λέγοντος, καὶ Μακροκεφάλους, καὶ Πυγμαίους. Et lib. VII: Οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα, καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας, Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους. Ergo conſtat Heſiodum in opero aliquo deperdito Semicanum mentionem feciſſe.

[34] Ἡνιόχεια, χώρα παρὰ τῷ Καυκάσῳ.] Huic genti & regioni nomen dedere Rhecas & Amphiſtratus Lacones, Dioſcurorum aurigæ, ſive Ἡνίοχοι a Græcis dicti, uti Strabo libro a Stephano citato auctor eſt. Ad mare habitant Ἡνίοχοι ad radicem Caucaſi, quod Geographus eodem loco perhibet: Μετὰ δὲ τὴν Σινδικὴν καὶ τὴν Γοργιππίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων παραλία τὸ πλέον ἀλίμενος καὶ ὀρεινή, τοῦ Καυκάσου μέρος οὖσα. Eadem hæc habet Euſtathius in Comment. ad Dionyſ. de Sit. Orb. Plinius gentis conditores Amphitum & Telchium vocat lib. VI cap. V de Heniochis ita ſcribens: *Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio, Caſtoris ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat.* Et hunc ſequitur Solinus. *Telchius* ab Ammiano Marcel. lib. XXII *Cercius* appellatur, & a Juſtino *Frudius* lib. XLII. Alibi errorem latere certiſſimum eſt, cui ego hodie præbia non novi, neque fortaſſis alii.

[35] Ἤπειρος, ἡ γενικὴ χώρα.] Cave heic intelligas notiſſimam illam regionem, ad mare Adriaticum ſitam. Ἤπειρος hoc loco denotat partem generalem totius orbis, quæ deinde dividitur in regna, regiones & provincias. Hujuſmodi terræ univerſæ portionem Ἤπειρον nuncuparunt, quia videlicet inexploratæ magnitudinis eſſet, & hinc Stephano Ἤπειρος, ἡ γενικὴ χώρα, id eſt, univerſalis regio dicitur. Optime in hanc rem Agathemer: Ἐκλήθησαν δὲ Ἤπειροι ἄπειροί τινες οὖσαι δι' ἀγνοιαν. Et Etymologici Mag. Auctor: Ἤπειρος, σημαίνει τὴν γῆν, ἄπειρος τις οὖσα, ἡ μὴ ἔχουσα πέρας, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν νήσων· αὗται γὰρ διάδηλοί εἰσι, καθὸ περιμεμετρημέναι εἰσὶ τῇ θαλάσσῃ. Orbis univerſus veteribus dividebatur in duas partes, quas Ἠπείρους appellabant, ſive *Continentes*. Agathemer lib. II cap. II: Διαιρεῖται δὲ ὅλη οἰκουμένη εἰς Ἠπείρους τρεῖς, Ἀσίαν τε καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην. Et in fine capitis addit: Οἱ μέντοι παλαιοὶ τήν τε Λιβύην καὶ τὴν Εὐρώπην, ὥσπερ μίαν οὖσαν συναμφοτέρας ἐκάλουν ἑνὶ καὶ μόνῳ τῷ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι. Hinc liquet, veteres unico Europæ vocabulo Africam & Europam comprehendiſſe, atque ſic duas duntaxat *Continentes*, ſive orbis partes ſtatuiſſe. Iſocrates in Panegyrico: Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν. Locus inſignis eſt apud Æthicum Coſmographum: *Totum quod ab Oceano cingitur, tres partes eſſe dixerunt; Aſiam, Europam & Africam reputantes. Sed hinc magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res divinas evidentius agnoverunt, duas tantum partes accipiendas ſuadent, id eſt, Aſiam & Europam tantummodo: Africam vero cenſent Europæ finibus deputandam.* Sic quoque Lucanus lib. IX Africam Europæ partem ſtatuit:

Tertia pars rerum Libya, ſi credere famæ
Cuncta velis: at ſi ventos cœlumque ſequaris,
Pars Erit Europæ. ---- ---- ----

Certiſſimum igitur eſt, veteres de orbis diviſione non fuiſſe concordes, & alios tres, alios vero duas partes ſtatuiſſe. Salluſt. in Jugurtha: *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere. Pauci, tantummodo Aſiam, & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* Terrarum orbem in tres *continentes* fuiſſe partitum, jam ſupra ex Agathemero confirmavimus, cujus teſtimonio addendum, quod apud Dionyſ. Afrum legimus:

---- ---- ---- Μίαν δὲ ἑ καί περ ἐοῦσαν,
Ἄνθρωποι τριοσσῇσιν ἐπ' Ἠπείροισι δάσαντο.

Nequaquam ergo apud geographiæ veteris callentem fidem merebitur, quod deinde à Stephano ſubjungitur, quoſdam orbem terræ εἰς τέσσαρας Ἠπείρους, ſive *quatuor continentes* partitos fuiſſe. Longiſſime hæc opinio a veritate remota eſt. Veteres quidem terræ orbem in quatuor plagas Borealem & Auſtralem, Occidentalem & Orientalem diviſere, ſed nequaquam in quatuor Ἠπείρους. Optime Agathemerus lib. I cap. VI: Τοῦτο δὲ ποιήσωμεν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι τῆς οἰκουμένης μέρεσι, Βορείῳ λέγω καὶ Νοτίῳ, καὶ Ἑσπερίῳ καὶ Ἑῴῳ. Sic quoque Melæ cap. II hanc inſcriptionem gerit: *Mundi in quatuor partes diviſio,* ubi hæc leguntur: *Partibus differt; unde Sol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, Occidens, vel Occaſus: quà decurrit, Meridies: ab adverſa parte, Septentrio.* Ergo juxta ventos orbem in quatuor partes partiti ſunt veteres, non vero in quatuor Ἠπείρους, ſive *Continentes*, quod innuere videtur Stephanus.

[36] Ἣν Ἠλεῖοι προσελάβοντο.] Non duntaxat urbem hanc Elei occuparunt, ſed armis exſciderunt & depopulati ſunt, teſte Herodoto lib. IV: Nam cum retulit, Minyas in ſex partes fuiſſe diſtributos, & totidem illic oppida condidiſſe, Lepreum, Maciſtum, Thrixas, Pyrgum, Epium, & Nudium, addit, τουτέων δὲ τὰς πλεῦνας ἐπ' ἐμέο Ἠλεῖοι ἐπόρθησαν. Sed obiter obſervandum, fortaſſis male apud Herodotum urbis nomen per E ſcribi.

[37] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιεύς.] Sic nobis exhibet Voſſ. cod.

In omni-

ἀντικρὺ Χαλκηδόνος. ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ [38] Ἡρείαν φασί τινες, κακῶς [39] ἄλλοι δὲ Ἥριον· μυθοποιοῦντες, ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους, χύτρας εὗρον, καὶ ὀστᾶ. πιστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει, [40] ἐν τῷ δ' βιβλίῳ· A B

Ἔστι δέ τις προπάροιθε κλυτῆς Χαλκηδόνος ἄκρη
Ἡραία, [41] τρηχεῖα, πολυσπιλάς· ἔνδοθι δ' αὐτῆς
Λάϊνεον περὶ τεῖχος, ἰὼν κοιλαίνεται εἴσω C
Κόλπος ἁλὸς, φαίησκεν ἰδὼν βαθυδινέα πάντη
Ἔμμεναι. ἰλυμένη δὲ [42] καὶ οὐ βάθος ἐστὶ θαλάσσης, D
[43] Ἔνθα τε νῆας ἀνῆγον, οἰόμενοι σκέπας εἶναι
Αὐτοφυοῦς ὁρμοιο. [44] κακῷ δ' ἐνέκυρσαν ἑτοίμῳ.

καὶ ἄλλοι οὕτως. [45] ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἣ ἐλέγετο Σολογοργός. κεῖται δὲ κατὰ Μεσσήνην, πρὸς Πελοπόννησον. τὸ ἐθνικὸν, Ἡραιεύς. λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι, ὡς Νικαεύς. Ἐυλαια. E

ἩΡΑΙΟΝ, πόλις Θράκης· Ἡρόδοτος τετάρτῃ. [46] ἢ καὶ Ἡραῖον τεῖχος. οἱ πολῖται Ἡραῖοι. τοῦ δὲ Ἡραίου τείχους, [47] Ἡραιοτειχῖται. F

ἩΡΑΚΛΕΙΑ, [48] πόλις Θράκης ἐν τῷ Πόντῳ.

regione Chalcedonis, quod nonnulli perperam ex consuetudine Heeriam vocant, alii vero Herium: fabulantes quod illic, effossis sepulchris, urnas & oſſa invenerint, ſed potius Demoſtheni Bithyno fides eſt adhibenda, ſic enim ille lib. XIV:

Eſt vero quoddam ante celebrem Chalcedona promontorium
Heræa, aſperum, multis ſcopulis obſitum. Intra illud,
Lapideum circa murum, procedens cavatur
Sinus maris, quem ſi quis viderit, dicit ubique profundum
Eſſe. Aſt ibi quidem ſolum eſt humidum, ſed nulla maris profunditas,
Quocunque naves ducebant, exiſtimantes ibi tutum eſſe locum
Pro ſtatione a natura facta. Sed in malum incidebant paratum.

Et alii hoc modo. Eſt quoque urbs Arcadiæ, quæ Sologorgus vocatur: jacet vero juxta Meſſenen in Peloponneſo. Gentile, Heræenſis. Sed dicitur quoque ſine jota *Heraënſis*, uti Nicaënſis.

HERÆUM, oppidum Thraciæ, de quo Herodotus lib. IV. Murus vero Heræus. Oppidani, Heræi: ſed a voce Heræotichûs fit Heræotichitæ.

HERACLEA, urbs clara Thraciæ in Ponto.

In omnibus editis Ἐπτοὺς excuſum eſt, quaſi Stephanus urbis nomen Ἔπτον feciſſet.

38 Ἡρείαν φασί τινες, κακῶς.] Hæc vulgatorum codicum lectio eſt: in calamo exaratis legitur: Ἱέρειαν φασί τινες κακῶς. Salmaſius ad oram ſui codicis judicat Ἡρείαν legendum, quod forte hauſit ex Etymologici Mag. Auctore, qui eodem prorſus modo & Demoſthenis verſibus promontorium illud deſcripſit: Ἡραία, ἄκρα οὕτω λεγομένη κατ' ἀντικρὺ Χαλκηδόνος· ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἡρείαν φασὶ, κακῶς· ἄλλοι δὲ Ἥριον μυθοποιοῦντες &c. Hujus promontorii etiam meminit Arrianus lib. V apud Stephanum noſtrum, unde liquet Aſtacum ei vicinam fuiſſe: Μεγαρικὸν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν Ἀρριανὸς πέμπτῳ· Ἀστακός τε, καὶ Ἡραία, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος. Heræi portus etiam meminit Procopius lib. I de Ædif. Juſt. quem eundem ſinum puto, de quo apud Stephanum Demoſthenes. Hodie, teſte Gyllio, *Molo di S. Joan Calamolo* dicitur.

39 Ἄλλοι δὲ Ἥριον.] Alludit noſter ad ſignificationem nominis ἠρία, *ſepulchra*, in quibus urnas & oſſa invenere: Etymologus: Ἠρία, τοὺς τάφους σημαίνει, παρὰ τὴν ἔραν· τὸ γὰρ παλαιὸν ἐν τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς ἔθαπτον, μήτε σιδήρῳ, μήτε χαλκῷ κεχρημένοι. Athenis etiam erat porta Ἠρία per quam mortuos efferebant ἐπὶ τὰ ἠρία, ὅ ἐστι τοὺς τάφους.

40 Ἐν τῷ δ' βιβλίῳ.] Ita correximus hunc locum, jubente Salmaſio ad marginem ſui Stephani Hos verſus etiam ex libro IV citat Etymologus, ſed libri editi ex quarto decimo.

41 Τρηχεῖα.] Omnes editi: τρηχοῦσα, quod eſt a mala manu. Exiſtimo nos veram lectionem revocaſſe.

42 Καὶ οὐ βάθος.] Codices Palatini & Voſſianus: καὶ οὐ βύθος ἐστὶ θαλάσσης. Vulgatam lectionem ſervat Etymologus.

43 Ἔνθα τε νῆας ἀνῆγον.] Sic optime verſiculi modulus conſtat, ſed non tam concinne apud Etymologum, jam aliquoties citatum, legit enim ille: Ἔνθα θοὰς νῆας ἦγον.

44 Κακῷ δ' ἐνέκυρσαν ἑτοίμῳ.] Ita emendandum erat ex libris MSS & Etymologici Mag. Auctore: nam in vulgatis Stephani peſſime legebatur ἐνέκηρσαν, quæ vox eſt nihili. Præterea in Etymologo pro κακῷ excuſum eſt κακῶν, & pro ἑτοίμῳ ἑτοίμως.

45 Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας.] Hujus meminit Pauſanias lib. VIII, quique teſtificatur, eam ad dexteram Alphei amnis ripam ſitam eſſe, & Heræum Lycaonis F. conditorem habere: Ἡραιεῦσι δὲ οἰκιστὴς γέγονεν Ἡραιεὺς ὁ Λυκάονος· κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀλφειοῦ. Hic gentile nomen occurrit, ſed alio in loco urbis nomen: Ἔστι καὶ ναὸς ἐν τῇ Ἡραίᾳ Πανὸς, ἅτε τοῖς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίου. Noſter hanc urbem etiam Sologorgum dictam fuiſſe perhibet, quod ex aliis auctoribus addiſcere non potui.

46 Ἢ καὶ Ἡραῖον τεῖχος.] Peſſime actum eſt cum hoc loco a librariis, exhibent enim libri vulgati: τὸ δὲ τεῖχος Ἥραιον. Confirmat noſtram emendationem ipſe Stephanus in Ἀγάθη, ubi hæc habet: Εἰ δὲ οὕτω λέγοιτο καὶ ὀξύνοιτ' ἄν, ὡς ἐπιθετικὸν, ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος καὶ Ἥραιον &c. Sita erat urbs juxta Perinthum, auctore Herodoto, loco a Steph. allegato: Ὁ δὲ ὁδὸς δ' ἐστ' αὐτοῖς ἐστὶ ἴση ἐξ Ἡραίου τε πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ, καὶ ἐξ Ἀπολλωνίης τῆς ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. Eam condiderunt Samii perhibente Etymologici Mag. Auct. Ἡραῖον τεῖχος, χωρίον ἐν Θράκῃ, ὑπὸ Σαμίων δὲ ᾠκίσθη. Vide præterea Harpocrationem & Suidam, ubi etiam utrumque urbis nomen invenitur.

47 Ἡραιοτειχῖται.] Codex Voſſianus: Ἡραιοτειχίτης, numero ſingulari.

48 Ἡράκλεια, πόλις Θράκης.] Intellige Thraciam Bithynorum, non vero Thraciam proprie dictam. Scylax Caryandenſis. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοί εἰσιν ἔθνος·

Πόντῳ Ἀξένῳ ἤτοι Εὐξείνῳ... Πόν]ῳ Δ]εξήνῳ. β', [49] Σικελίας. γ', [50] Λυδίας. δ', Λιβύης. ε', [51] Σαρδοῦς. ϛ', [52] Ἰταλίας. ζ', [53] Κελτικῆς. η', [54] Θεσσαλίας. θ', [55] Καρίας. ι', [56] ἐν τῷ Λυδίῳ Ταύρῳ. ια', [57] μεταξὺ Σκυθίας, καὶ Ἰνδικῆς. ιβ', νῆσος ἐν τῷ Καρπαθίῳ πελάγει. ιγ', [58] Συρίας. ιδ', [59] Φοινίκης. ιε', [60] Πιερίας. ιϛ', πόλις, καὶ νῆσος. ιζ', [61] Κρήτης. ιη', [62] Πισαϊκή. ιθ',

A Ponto. Secunda, Siciliæ: tertia, Lydiæ: quarta, Libyæ: quinta, Sardiniæ: ſexta, Italiæ: ſeptima, Celticæ: octava, Theſſaliæ: nona, Cariæ: decima, in Lydio Tauro: undecima, inter Scythiam & Indiam: duodecima, inſula in mari Carpathio: Tertia decima, B Syriæ: quarta decima, Phœniciæ: quinta decima, Pieriæ: ſexta decima, urbs & inſula: ſeptima decima, Cretæ: octava decima, Piſatidis: nona

ἔθνος. Ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν Ἡράκλεια Ἑλλάδος, καὶ ποταμὸς Λύκος, καὶ ἄλλος ποταμὸς Ὕπιος. Μετὰ δὲ Μαριανδυνοὺς, εἰσὶ Θρᾷκες Βιθυνοὶ ἔθνος &c. Μετὰ τοῦτο πόλις Χαλκηδὼν ἔξω Θρᾴκης &c. Παράπλους ἀπὸ Μαριανδυνῶν μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ὀλβιανοῦ (τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ Βιθυνῶν Θρᾴκη) ἡμερῶν τριῶν. Hæc, ad Euxinum Pontum, & in regione, cui Pontus nomen, ſita, paſſim a ſcriptoribus Heraclea Ponti, ſive Heraclea Pontica, & in nummis ΗΡΑΚΛΕΙΑϹ ΕΝ ΠΟΝΤΩι, vocatur. Conditores habuit Megarenſes, ſed Tanagræi ex Bœotia condendæ coloniæ etiam ſocii fuere, ut teſtatur Pauſan. in Eliacis priorib. Ἡ δὲ Ἡράκλεια πεπόλισται μὲν ἐπὶ Εὐξείνῳ πόντῳ· ἀπῳκίσθη δὲ ἐκ Μεγάρων· καὶ Ταναγραῖοι δὲ μετέσχον Βοιωτῶν τοῦ οἰκισμοῦ. Verum hæc non eſt confundenda cum Heraclea, ſita in Thracia proprie dicta ad Propontidem, quæ antiquo nomine Perinthus nuncupatur, cujus neque hac ſectione neque aliis in locis noſter meminit, quam tamen Scylax, Ptolemæo, Amm. Marcellino, Procopio, Zoſimo & Euſtathio contrarium aſſeverantibus, a Perintho diverſam facit: Μετὰ τὴν Χερρόνησον ἔστι Θρᾴκια τείχη τάδε· πρῶτον, Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γανίαι, νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμήν.

49 Σικελίας.] Hæc urbs ſatis eſt celebris, & plurimis tam Græcis quam Latinis auctoribus memorata. Verum ne actum agamus, lectorem ablegamus ad Cluv. Sicil. antiq. lib. I cap. XVII, ubi de variis hujus oppidi nominibus & ſitu tractat.

50 Λυδίας.] Satis cognita eſt hæc urbs ex lapide quodam circa eam reperto, quæ inde *Lapis Heraclius*, & quia eadem civitas Magneſia dicta fuit, teſte Ælio Dionyſio, etiam *Magnes*, ſive *Magneſius* appellatur. Euſtath. ad Hom. Iliad. B: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐκ τῶν προῤῥηθέντων Ἀσιανῶν Μαγνήτων, ἡ Ἡράκλεια λίθος ἦν· φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος οὕτω, Ἡράκλεια ἡ καὶ Μαγνησία· δεκαοκτὼ δὲ πόλεις Ἡράκλειαι, ἐξ ὧν μία Λυδίας· ὅθεν ὁ Ἡρακλεώτης λίθος, ὁ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενος μάγνης, ὁ ἐπισπώμενος τὸν σίδηρον. Plura de hac urbe & lapide addere non lubet, quia ante nos alii hanc materiam occuparunt.

51 Σαρδοῦς.] In Sardinia fuit portus prope Cunicularium promontorium, cui nomen, juxta Ptolemæum, Ἡρακλέους λιμήν. Hujus etiam meminit Antoninus in Sardiniæ Itinere:

A Tibulis Sulcos.	M. P.	CCLX. ſic
Vineolas	M. P.	XII.
Erucium	M. P.	XXXIV.
Ad Herculem	M. P.	XXII.
Ad Turrem	M. P.	XVIII.
Noram &c.	M. P.	XVII.

Cenſet Cluverius haud dubie idem eſſe oppidum, quod nunc vulgo vocatur *Chia*.

52 Ἰταλίας.] Nihil de hac urbe ex aliis tranſcribam, videantur Cluverius lib. IV Ital. antiq. cap. XIV, & Salmaſius ad Florum lib. I cap. XVIII.

53 Κελτικῆς.] Hæc a geographis ad Rhodani oſtium collocatur. Plinius lib. III cap. IV: *Sunt auctores, & Heracleam oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe.*

54 Θεσσαλίας.] A quibus hæc urbs condita & ubinam ſita ſit, egregie narrat Thucydides lib. III: Οἰκισταὶ δὲ τρεῖς Λακεδαιμονίων ἡγήσαντο, Λέων καὶ Ἀλκίδας, καὶ Δαμάγων· καταστάντες δὲ ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, ἡ νῦν Ἡράκλεια καλεῖται, ἀπέχουσα Θερμοπυλῶν σταδίους μάλιστα τεσσαράκοντα, τῆς δὲ θαλάσσης, εἴκοσι. Perhibet tamen Strabo hanc urbem a portu XL, non vero XX ſtadiis abeſſe, ita enim ille lib. IX: Ἐκ δὲ τοῦ λιμένος εἰς Ἡράκλειαν τὴν Τραχῖνα πεζῇ, στάδιοι τεσσαράκοντα. Hæc Heraclea antiquis Trachinis ruderibus non eſt ſuperſtructa, ſed ab ea ſex ferme ſtadiis diſtat. Ita enim idem Strabo lib. citato: Τίχεος δὲ καὶ Ἡράκλεια ὑπὲρ αὐτῆς, ἡ Τραχὶν καλουμένη πρότερον, Λακεδαιμονίων κτίσμα· διέχει δὲ τῆς ἀρχαίας Τραχῖνος περὶ ἓξ σταδίους ἡ Ἡράκλεια. Marcianus Heracleota etiam perhibet, Lacones hanc civitatem condidiſſe, atque antiquitus Trachina appellatam fuiſſe:

Εἶτα παρ' αὐτοῖς Ἡράκλειά ἐστι πόλις,
Ἣν οἱ Λάκωνες μυρίους οἰκήτορας
Πέμψαντες εἰς Τραχῖνα πρότερον ἔκτισαν.

55 Καρίας.] Nono decimo loco etiam urbem collocat in Caria ad Latmum montem; verum hæc ab illa diverſa eſt, olim enim Βόλβαι appellabatur, teſte Stephano: Βόλβαι, πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης, ἥτις Ἡράκλεια ἐκλήθη. Fuit quoque in Caria urbs *Pleiſtarchia*, quæ alio nomine *Heraclea* dicebatur, verum an ad hunc locum hoc nominis ſit referendum, peritioribus dijudicandum relinquo.

56 Ἐν τῷ Λυδίῳ Ταύρῳ.] Ubinam terrarum ſit Lydius Taurus, alii geographiæ callentes nondum indicavere; quare & hanc Heracleam invenire nequimus.

57 Μεταξὺ Σκυθίας καὶ Ἰνδικῆς.] Alexandrum Mag. oppidum hoc conditorem habet, ſed deinde, poſt everſionem ab Antiocho reſtitutum Achaïs nominatum eſt, teſte Plinio lib. VI cap. XVI: *Oppidum Heraclea ab Alexandro conditum: quod deinde ſubverſum ac reſtitutum, Antiochus Achaïda appellavit.* Plinium ſequitur Solinus cap. XLVIII: *Et aliud in Caſpiis Alexander oppidum excitavit, idque Heraclea dictum, dum manebat, ſed hoc quoque ab iiſdem everſum gentibus: deinde ab Antiocho reſtitutum, ut ille maluit, Achaïs poſtmodum nominatum eſt.*

58 Συρίας.] Hujus meminit Ptolemæus, ubi in Cyrrheſtica regione Syriæ lib. V. has urbes collocat: Κυῤῥηστικῆς δὲ πόλεις, αἵδε· Ἀρισερία· Ῥηγιάς· Βοῦβα· Ἡράκλεια &c. Diſtabat etiam Heraclea XX ſtadia a Minervæ Cyrreſtidis templo, perhibente Strabone lib. XVI, quæ tamen non eſt confundenda cum Heraclea noſtri auctoris, quam Strabo eodem loco Heraclium appellat, ita enim ille: Διέχει δ' ἡ Ἡράκλεια σταδίους εἴκοσι τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ τῆς Κυῤῥηστίδος· εἶτα ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι τῆς Ἀντιοχίδος. Igitur Heraclea, de qua heic Strabo, extra Cyrrheſticam ſita fuit: nam deinde ſubjungit: Συνάπτει δὲ τούτοις ἡ Κυῤῥηστικὴ, μέχρι δεῦρο παρατείνουσα· Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυῤῥηστικῆς, καὶ λῃστήριον εὐφυὲς, καὶ Ἡράκλειόν τι καλούμενον πλησίον. Vide præterea Triſtanum tom. I. pag. 337.

59 Φοινίκης.] Hæc Dioſpolin, Carnem & Paltum aliaſque urbes vicinas habet. Plinius lib. V cap. XX de hac Heraclea mentionem facit.

60 Πιερίας.] In Macedonia geminæ inveniuntur Heracleæ, altera Pelagoniæ, & altera Strymonis: verum cum in Pieria Macedoniæ regione neutra exiſtat, Syriæ Pieriam intelligamus oportet, & fortaſſis Heracleam, de qua ſupra Strabo, extra Cyrrheſticam ſitam, & XX duntaxat ſtadiis a templo Minervæ Cyrrheſtidis remotam.

61 Κρήτης.] Heracleum Ptolemæus collocat in boreali inſulæ parte lib. III cap. XVII. Strabo eadem terminatione Cnoſſi navale agnoſcit lib. X: Ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός. In Synodo II Nicena *Heracleopolis* appellatur.

62 Πισαϊκή.] Hæc una eſt de octo Piſatidis urbibus, ſita prope Salmonen: circiter XL ſtadiis ab Olympia diſtans, teſte Strabone lib. VIII: Ἐγγὺς δὲ τῆς Σαλμώνης Ἡράκλεια, καὶ αὕτη μία τῶν ὀκτὼ, διέχουσα περὶ τετταράκοντα σταδίους τῆς Ὀλυμ-

ιθʹ, [63] Καρίας, ἡ λεγομένη Ἀλκμάνι Λάτ- A
μος. κʹ, πόλις [64] πρὸς τῇ Κυμαίᾳ τῆς Αἰολίδος. κάʹ, Ἀκαρνανίας πόλις. κβʹ, [65] νῆσος ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ. κγʹ, [66] Μακεδονίας, Ἀμύντου τοῦ Φιλίππου κτίσμα. [67] τὸ ἐθνικὸν, Ἡρακλεύς, καὶ Ἡρακλεώτης, καὶ Ἡρακλεώ- B
της, καὶ Ἡράκλειον, καὶ Ἡρακλεωτικόν.

ἩΡΑΚΛΕΟΒΟΥΚΌΛΟΙ, Αἰγυπτιακὴ συνοικία.

ἩΡΑΚΛΕΟΎΠΟΛΙΣ [68], πόλις Αἰγυπτία, ἐξ ἧς Θεοφάνης ὁ Φυσικός. βʹ, πλη- C
σίον Πηλουσίου. γʹ, κατὰ τὸ Κανωβικὸν στόμα. οἱ πολῖται, Ἡρακλεωπολῖται.

ἩΡΗΤΟΣ, [69] πόλις Σαβίνων. τὸ ἐθνικὸν, Ἡρητῖνος.

ἩΡῺ, πόλις Αἰγυπτία, ἡ Αἷμος ἐκλή- D
θη, διὰ τὸ τὸν Τυφῶ ἐνταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι, καὶ αἷμα ῥυῆναι. [70] Στράβων δὲ Ἡρώων πόλιν αὐτὴν καλεῖ. ὁ πολίτης ταύτης, Ἡρωοπολίτης. τῆς δὲ πρώτης, Ἡρῷος, ὡς Κῷος. E

ἩΣΙΟ-

A nona decima, Cariæ; quæ Alcmani Latmus dicitur. Vigeſima, urbs juxta Cumæam Æolidis: Prima & vigeſima, urbs Acarnaniæ: ſecunda & vigeſima, inſula in Atlantico mari: tertia & vigeſ. Macedoniæ, Amyntæ Philippi fratris opus. Gentile, Heraclenſis, & Heracleotes, & Heraclium, & Heracleoticum.

HERACLEOBUCOLI, Ægyptia vicinia.

HERACLEOPOLIS, urbs Ægyptia, ex qua Theophanes Phyſicus originem duxit. Secunda, prope Peluſium. Tertia, juxta os Canobicum. Cives, Heracleopolitæ.

ERETUS, urbs Sabinorum. Gentile, Eretinus.

HERO, urbs Ægyptia, quæ Hæmus appellata eſt, propterea quod ibi Typho fulmine fuerit ictus, atque ejus αἷμα, id eſt, ſanguis illic fluxerit. Hanc Strabo Heroum urbem nominat. Civis, Hereopolita: Sed a prima voce deducitur Herous, uti Cous.

ESIO-

τῆς Ὀλυμπίας, κειμένη παρὰ τὸν Κυθήριον ποταμόν. Pauſanias teſtatur eſſe vicum, atque ab Olympia diſtare L ſtadia, ita enim ille in Eliacis Poſteriorib. Ἀπέχει δὲ ὡς πεντήκοντα Ὀλυμπίας σταδίους κώμη τε Ἠλείων Ἡράκλεια, καὶ πρὸς αὐτῇ Κύθηρος ποταμός.

[63] Καρίας, ἡ λεγομένη Ἀλκμάνι Λάτμος.] Ineptiſſime & ſtupenda librariorum negligentia in hunc uſque diem vulgati codices exhibent: ἡ λεγομένη Ἀλκμάνιος μεσόγαιος. Salmaſius in manu exaratis codicibus invenit: ἡ λεγομένη Ἀλμάνιος μεσόγαιος, quod æque ineptum eſt: interim ſubdubitans, quemadmodum vulgatam lectionem ſit emendaturus, nunc enim vult ἡ λεγομένη Ἀλκμάνι μεσόγαιος, quod deinde improbat, ſubſtituendo ἡ λεγομένη Λάτμος μεσόγαιος. Cenſeo me non vulgaſſe conjecturam, ſed veritatem evidentiſſimam: nam in Caria duas extitiſſe Heracleas, manifeſte ſatis liquet ex noſtro, qui jam primam, quæ alio loco *Bolbæ* dicitur, recenſuit. Jam venit ad alteram, quæ ab Alcmane, poëta noſtro ſatis familiari, Λάτμος appellatur. Imo veteres illud nominis Heracleæ huic tribuiſſe, teſtis eſt Strabo lib. XIV: Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λατμικὸς κόλπος, ἐν ᾧ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη, πολίχνιον ὕφορμον ἔχον· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. Apollonii Scholiaſtes: Λάτμος ὄρος Καρίας, ἔνθα ἐστὶν ἄντρον, ἐν ᾧ διέτριβεν Ἐνδυμίων· ἔστι καὶ πόλις.

[64] Πρὸς τῇ Κυμαίᾳ τῆς Αἰολίδος.] Hæc ſine dubio illa eſt Heraclea, quam Strabo non procul a Pitane & Caici fluminis oſtiis collocat, ubi Adramytteni ſinus initium eſt. Ita enim ille lib. XIII: Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ ἐφεξῆς αἱ τῶν Μιτυληναίων κῶμαι Κορυβαντίς τε καὶ Ἡράκλεια· καὶ μετὰ ταῦτα Ἄττεα· εἶτ' Ἀταρνεύς, καὶ Πιτάνη, καὶ αἱ τοῦ Καΐκου ἐκβολαί.

[65] Νῆσος ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ.] Inſulam in Atlantico mari hoc nomine non agnoſcunt geographi, ſed montem Calpen, eminus aſpicientibus *inſulæ ſpeciem* objicientem. Non procul ab illo monte erat urbs Heraclea, cujus murorum circuitus tempore Timoſthenis adhuc erat ſuperſtes. Strab. lib. III: Ἐνταῦθα δή ὄρος ἐστὶ τῶν Ἰβήρων τῶν καλουμένων Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν, ἡ Κάλπη· τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν νησοειδὲς φαίνεσθαι. Deinde addit Strabo: Καὶ πρὸς αὐτὸ Καρτηΐα πόλις ἀξιόλογος καὶ παλαιά, ναύσταθμον πότε γενομένη τῶν Ἰβήρων· ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλέους κτίσμα λέγουσιν αὐτήν, ὧν ἐστι καὶ Τιμοσθένης· ὅς φησι καὶ Ἡράκλειαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν· δείκνυσθαί τε μέγαν περίβολον καὶ νεωσοίκους. Sic legit Caſaubonus: ſed Cl. Voſſius ad Melam cum pro νησοειδὲς reponat στηλοειδὲς, noſtræ conjecturæ non inhærebimus. Putant multi ipſam eſſe urbem, ubi nunc eſt Gibraltar; ſed peſſime errat Mariana lib. VI cap. XXII, cenſens Heracleam in monte Calpe fuiſſe ſitam, ita enim ille: *Iis copiis Calpe mons primum eſt occupatus, Heracleaque urbs illi monti impoſita ex eo Gibraltaris nomen accepit a Tarif & Gebal, quæ vox montem ſignificat, nomine duplicato.* In Calpe non fuit urbs hoc nomine, uti multis docet ad Strabonem Cl. Caſaubonus, ſed Carteïa, olim Heraclea appellata, ſita erat 2 leucis a Calpe in occaſum, & 4 a Tariffa in ortum.

[66] Μακεδονίας, Ἀμύντου τοῦ Φιλίππου κτίσμα.] Codices Pal. Salmaſio exhibuere: Ἀμάθου τοῦ Φιλίππου κτίσμα. In Macedonia duo hoc nomine gaudebant oppida, alterum erat ſitum in Pelagonia, cujus meminit Malchus Rhetor in Excerp. Legat. alterum vero in Sintica prope Bergam & Scotuſam, quod etiam *Heraclea Strumonis* dicitur, quia fluvium Strymonem vicinum habet.

[67] Τὸ ἐθνικὸν, Ἡρακλεύς.] Quemadmodum heic varia recenſentur gentilia, ſic varia quoque apud antiquanos in numiſmatibus oſtenduntur. ΗΡΑΚΛΕΩΝ, ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ, & ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Qua ratione apud noſtrum ΗΡΑΚΛΕΩΤΗϹ formetur, legendum in voce Αἴπεια.

[68] Πόλις Αἰγυπτία.] Tres urbes in Ægypto noſter collocat: Sed Ptolemæus lib. IV duas urbes & inſulam Heracleoten: nam ad orientem Bubaſtici fluminis, juxta Sethraïten nomon, ponit Ἡρακλέους μικρὰν πόλιν. Deinde non procul a Memphi invenio νῆσον Ἡρακλεώτην νομὸν, in qua forte etiam urbs fuit, quæ ab Hercule nomen ſortiebatur. Denique etiam mentionem facit de urbe, cui nomen Ἡρακλέους πόλις μεγάλη. Stephanus tertiam urbem ponit juxta Canobicum, quod etiam Heracleoticum oſtium appellatur, qua in re á Strabone non diſſentit, ita enim ille lib. XVII: Τὸ δὲ ἐν ἀριστερᾷ τὸ κατὰ Κάνωβον, καὶ τὸ πλησίον Ἡράκλειον προσαγορευόμενον.

[69] Πόλις Σαβίνων.] Cum ad hunc locum nihil dici poſſit, quin a Cluvero dictum ſit, operæ pretium non exiſtimamus ejus verba ex lib. II cap. IX Italæ Antiq. tranſcribere, & noſtris commentariis addere.

[70] Στράβων δὲ Ἡρώων πόλιν αὐτὴν καλεῖ.] Locus Strabonis eſt lib. VII: Τῇ μὲν κατ' Ἡρώων πόλιν τὴν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου. In intimo Arabici ſinus receſſu Arſinoæ proxima eſt Ἡρώων πόλις. Sic quoque Arrianus lib. III de Exp. Al. Mag. Ἀραβίας δὲ τῆς πρὸς Ἡρώων πόλεως. Hie-

ἩΣΙΟΝΊΑ[71], ἡ Σαρδέων χώρα, ἣ καὶ Ἀσία. τὸ ἐθνικὸν, Ἡσιονεύς. A

ἩΣΣΌΣ, πόλις Λοκρίδος. τὸ ἐθνικὸν, Ἥσσιος. Θουκυδίδης τρίτῃ.

ἬΤΕΙΑ[72], δῆμος Λακωνικῆς, καὶ τῆς Κρήτης πόλις· ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ B σοφῶν, χρηματίζων[73] Ἠτεῖος, οὗ μέμνηται Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ, Χηνέα τοῦτον εἰπών. [74] Δίδυμος δὲ συμποσιακῶν δεκάτῳ, Ἤτειον αὐτὸν καλεῖ.

ἩΦΑΙΣΤΊΑ[75], δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ ἦν Ἡφαίστου ἱερόν. ὁ δημότης, Ἡφαιστιάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἡφαιστιαδῶν καὶ τὰ λοιπά. C

ἩΦΑΙΣΤΊΑ, πόλις ἐν Λήμνῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἡφαιστιεύς. Χάραξ D δὲ ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν φησιν, ὅτι Μυριναῖοι τῶν[76] Πελασγικῶν ὑποθέσεων οὐ φροντίσαντες, ἀπέκλεισαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, [77] κἀκεῖνος τὴν πολιορκίαν παρεσήσατο αὐτοῖς. [78] Τῶν δὲ Ἡφαιστιέων τύραννος ὢν, φοβηθεὶς τὴν δύ- E ναμιν, ἔφη χαριζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις, φίλοις οὖσιν, ἐμπεδοῦν τὰ ὁμολογηθέντα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν, [79] καὶ ἀμαχεὶ παρέδωκε τὴν πόλιν.

ἩΦΑΊΣΤΟΥ νῆσοι, τῆς Ἀδιαβηνῆς. Ἀρριανὸς ιγʹ Παρθικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἡφαι- F στονησιώτης.

ESIONIA, Sardiorum regio, quæ etiam Aſia vocatur. Gentile, Eſionenſis.

ESSUS, urbs Locridis, cujus gentile, Eſſius, apud Thucydidem libro III.

ETIA, pagus Laconicæ, vel urbs Cretæ, ex qua originem ducebat Myſo, unus ex ſeptem ſapientibus, qui Etius cognominabatur, cujuſque Plato in Protagora meminit, illum Chenea nominans. Sed Didymus libri x Sympoſiacorum eum Etium vocat.

HEPHÆSTIA, populus Acamantidis tribus, apud quos Vulcani templum. Popularis, Hephæſtiades. Localia ex Hephæſtia, & ſic reliqua.

HEPHÆSTIA, urbs in Lemno, de qua Hecatæus in Europa. Gentile, Hephæſtienſis. Refert Charax libro x Chronicorum, Myrinæos, Pelaſgica decreta flocci facientes, Miltiadæ portas clauſiſſe, qui eos obſidione cinxit. * * Hephæſtienſium Tyrannus ejus potentiam metuens, Athenienſibus, qui amici erant, gratificans, dixit, ſe Pelaſgorum pacta ſancire, & ſine prælio eis urbem tradidit.

HEPHÆSTUNESI, Vulcani inſulæ, in Adiabena ſitæ ſunt, teſte Arriano lib. XIII Parthicorum. Gentile, Hephæſtoneſiota.

λεως. Hieronymus Syrita ad Antonini Itinerarium teſtatur in MSS inveniſſe *Hero*, uti etiam Stephanus hanc urbem in hujus ſectionis principio appellat, & in Longoliano *Hiero*.

71 Ἡσιονία, ἡ Σαρδέων χώρα.] Secundum elementorum ordinem heîc non erat legendum Ἡλιονία, quod omnes libri, tam *MSS* quam editi, conſtanter, ſed errore non tolerando, tuentur; ſed Ἡσιονία & gentile Ἡσιονεύς, quemadmodum in hac editione repoſuimus. Quanquam vero manu exaratos codices noſtræ conjecturæ ſuffragatores non habeam, ſcio tamen, hanc eſſe tam certam & evidentem, ut amplius a contextu exulari non oporteat: nam Ἡσιονία Jonice poſitum eſt pro Ἀσιονία, & Ἡσιονεύς pro Ἀσιονεύς. Callinus elegiarum ſcriptor vocem Ἡσιονεὺς adhibuit, quam Scepſius Ionice poſitam cenſet pro Ἀσιονεύς, uti liquet apud Strabonem lib. XIII, cujus integrum locum huc tranſcribam, Stephanum mirifice illuſtrantem, & noſtram conjecturam corroborantem, ita enim ille: Φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν· ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν. Λέγοντος δὲ τοῦ Καλλίνου τὴν ἔφοδον τῶν Κιμμερίων ἐπὶ τοὺς Ἡσιονῆας γεγονέναι, καθ' ἣν αἱ Σάρδεις ἑάλωσαν, εἰκάζουσιν οἱ περὶ τὸν Σκήψιον ἰαστὶ λέγεσθαι Ἡσιονεῖς, τοὺς Ἀσιονεῖς· Τάχα γὰρ ἡ Μῃονία φησὶν, Ἀσία ἐλέγετο. Igitur per *Aſioneas* intelligere debemus *Aſios*, ad cujus rei probationem Strabo ſubjungit Homeri verſiculum

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

72 Ἤτεια, δῆμος Λακ. καὶ τῆς Κρήτης.] Vulgati & MSS Ἔτια, δῆμος Λακωνικῆς, καὶ τῆς Κρήτης πόλις. Quod jam divulgavi, Caſauboni ad Laërtium emendatio eſt.

73 Ἠτεῖος.] Ita quoque ex mente Caſauboni hoc gentile correximus: nam bene apud Laërtium in Myſone lib. I legitur: Εὐθύφρων δὲ ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ, Κρῆτα φησὶν εἶναι· Ἤτειαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης.

74 Δίδυμος.] Didymi Sympoſiaca meminit Diog. Laërtius lib. V in Demetrio, Clem. Alexandrinus lib. IV Stromat. Et Etymologici Mag. Auctor.

75 Ἡφαιστία, πόλις ἐν Λήμνῳ.] Sine dubio hæc urbs nomen invenit a Vulcano, cui tota hæc inſula erat ſacra. Duo duntaxat in illa inſula extabant oppida, Myrina & Hephæſtia de quibus mentionem facit Ptolemæus lib. III cap. XIV, Etymol. Mag. auctor in Μυρίνα, & Euſtathius ad Dionyſ. de ſitu orbis.

76 Πελασγικῶν ὑποθέσεων οὐ φροντίσαντες.] Antiquis temporibus Pelaſgi inſulam illam tenuerunt, ſed qui tanquam iniqui & rapaces ab Athenienſibus Attica erant expulſi. Teſtatur hoc ad Dionyſium Euſtathius: Διὸ καὶ πόλεων περὶ αὐτὴν δύο οὐσῶν, ἡ μία Ἡφαιστία ἐλέγετο· λέγονται δὲ καὶ ταύτην Πελασγοί ποτε οἰκῆσαι, οἱ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξελαθέντες, ὡς ἄδικοι καὶ ἅρπαγες.

77 Κἀκεῖνος τὴν πολιορκίαν παρεσήσατο αὐτοῖς.] Exhibent libri MSS & editi: Κἀκεῖνος πολιορκίᾳ παρεσήσατο αὐτούς. Verum hæc longiſſime abeunt a vulgari Græcorum ſyntaxi, ut bene obſervat Salmaſius in margine ſui libri: *novum*, inquit, *mihi & Græcis ipſis haud uſitatum loquendi genus, lege parva mutatione & licentia:* κἀκεῖνος τὴν πολ. &c. quod contextui inſerere placuit.

78 Τῶν δὲ Ἡφαιστιέων.] Ante hæc verba, Tyranni nomen excidit atque deſideratur, quod procul dubio habuit Charax, & ex eo Stephanus in genuino opere.

79 Καὶ ἀμαχεί.] Conjunctio καὶ ab omnibus editis abeſt, quam ex manu exaratis codicibus revocavi.

Θ.

ΘΑΛΑ΄ΜΑΙ, πόλις τ̃ Μεσσηνίας, Θεόπομπος τριακοςῷ δ̀ευτέρῳ Φιλιππικῶν. **B** τὸ ἐθνικὸν, Θαλαμάται.

ΘΑ΄ΛΑΣΣΑ[1], τὸ ἐθνικὸν Θαλασσαῖος, ϗ Θαλασσεὺς, ϗ Θαλάσσι☉. **C**

ΘΑ΄ΛΠΟΥΣΑ, πόλις τ̃ Α᾿ρκαδίας,[2] τ̃ Ο᾿ρχομενȣ̃ κλίσμα. τὸ ἐθνικὸν, Θαλπȣ́σιος.

ΘΑΜΑΝΑΙ΄ΟΙ[3], ἔθνος Πέρσαις ὑπήκοον· Η῾ρόδοτ☉ τρίτῃ. **D**

ΘΑΜΙ΄Α[4], πόλις Θεσσαλίας· Ρ῾ιανὸς τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Θεσσαλικῶν. καὶ Θαμίεια· τὸ ἐθνικὸν, Θαμιεὺς.

ΘΑ΄ΜΝΑ, πόλις Παλαιςίνης·[5] Ι᾿ώσηπος πέμπτῳ Ι᾿ȣδαϊκῆς ἱςορίας. οἱ πολῖται, Θαμνῖται. **E**

ΘΑΜΟΥΔΑ̃[6], Ναβαταίων γείτων τ̃ Α᾿ραβίων· Οὐράνι☉ Α᾿ραβικῶν τρίτῃ. ὁ οἰκήτωρ, Θαμȣδηνός.

ΘΑ΄ΣΣΟΣ, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ,[7] πόλιν ὁμώνυμον ἔχȣσα· ἔνθα[8] Τηλέφασσα ἡ τῆς Εὐρώπης θνήσκει μήτηρ, ἀπὸ Θάσȣ. **F**

[9] Δέκα

TH.

THALAMÆ, urbs Meſſeniæ, de qua Theopompus tertio & trigeſimo Philippicorum. Gentile, Thalamatæ.

THALASSA, gentile Thalaſſæus, & Thalaſſenſis & Thalaſſius.

THALPUSA, urbs Arcadiæ, ab Orchomeno condita. Gentile, Thalpuſius.

THAMANÆI, gens Perſis ſubdita, de qua Herodotus libro III.

THAMIA, urbs Theſſaliæ, de qua Rhianus libro XIV Theſſalicorum. Dicitur quoque Thamieia. Gentile, Thamienſis.

THAMNA, oppidum Palæſtinæ, auctore Joſepho lib. V Hiſtoriæ Judaïcæ. Oppidani, Thamnitæ.

THAMUDA, urbs Nabatæis Arabibus vicina, de qua Uranius libro III Arabicorum. Incola, Thamudenus.

THASSUS inſula juxta Thraciam, urbem ejuſdem nominis habens: Ubi Telephaſſa Europæ mater obiit, a Thaſſo ſic dicta. De-

cem

[1] Θάλασσα.] Non eſt hoc loco intelligendum nomen illud appellativum, *Mare* denotans, ſed civitas in inſula Creta, juxta locum qui Pulchri Portus appellatur. Lucas in Act. Apoſt. cap. XXVII: 8. *Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλȣ́μενον Καλȣ̀ς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία.* Sed reſcribendum ibi Θάλασσα, uti bene obſervatum exiſtimo a Beda, quod tamen a quibuſdam ſine auctoritate rejectum video: nam Cod. MS. Alexandrinus, qui hodie ſervatur in Biblioth. Regis Angliæ, manifeſte Α῎λασσα repræſentat, cui ſi Θ addatur, habemus Θάλασσα. Hanc ſcripturam quoque Vulgatus interpres ſequutus eſt: *Et vix juxta navigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boni Portus, cui juxta erat civitas THALASSA.*

[2] Τȣ̃ Ο᾿ρχομενȣ̃ κλίσμα.] Ultimam vocem, quæ ab omnibus editis abeſt, non ſine neceſſitate huc revocavimus.

[3] Θαμαναῖοι.] Peſſimo errore paſſim in vulgatis Θαλαμαναῖοι excuſum erat, quod codicis Voſſiani & Herodoti auctoritate expungere libuit: nam hodie apud Herod. lib. III legitur: Α᾿πὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγαίων, ϗ Θαμαναίων, ϗ Οὐτίων, ϗ Μύκων, ϗ τοῖς ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τ̃ ἐν τῇ ἐρυθρῇ θαλάσσῃ.

[4] Θαμία, πόλις Θεσσ.] Peſſime editiones Aldina & Florentina: Θαλαμία, πόλις Θεσσαλίας. Sequimur Xylandrum & codices MSS, quos videre liquit. Ibidem pro Θεσσαλιακῶν repoſuimus Θεσσαλικῶν.

[5] Ι᾿ώσηπ☉ πέμπτῳ Ι᾿ȣδ.] Locus, quem innuit noſter, invenitur libro citato, cap. X ubi nomen urbis cum accentu in ultima notatur: Α᾿φικόμεν☉ δὲ μετὰ τ̃ γονέων εἰς Θαμνὰ πόλιν τ̃ Παλαιςινῶν, πανηγύρεως ἀγομένης, ἐρᾷ παρθένȣ τ̃ ἐπιχωρίων. Sciendum eſt, duo hoc nomine oppida extitiſſe: alterum, de quo noſter, in tribu Dan, quodque in libro Joſuæ cap. XIX *Thimnatha*, & a Sept. Interp. Θαμνὰ appellatur. Idem illud Jud. XIV οἱ Ο΄ Θαμναθὰ appellarunt, addita terminatione Hebraica. Alterum erat in tribu Ephraim, & Joſuæ XIX *Thimnath Serach*, & Jud. II. *Thimnath Cheres* dicitur, quod tamen, literis tranſpoſitis, eodem redibit.

[6] Θαμȣδᾶ, Ναβαταίων γείτων τ̃ Α᾿ραβίων.] In codicibus Palatinis nomen urbis non circumflectitur, ſed βαρύνεται. Senſus horum verborum non eſt perfectus, τὸ πόλις vel χωρίον, vel aliud quid ſimile deſideratur. Thamudenorum meminit Agatharcides de Mari Rubro: Μετὰ δὲ τὰς νήσȣς τὰς ἐκκειμένας ἐςὶν ἰδεῖν αἰγιαλὸν λιθώδη ἢ μακρόν· ἡ δὲ χώρα Θαμȣδηνῶν Α᾿ράβων. Vide præterea Ptol. lib. VI cap. VII.

[7] Πόλιν ὁμώνυμον ἔχȣσα.] Luculentiſſimum hoc additamentum non extat in vulgatis, quod ex Voſſiano & Palatino codice jam repræſentamus.

[8] Τηλέφασσα.] Libri editi, Τηλέφη, quod ſummo jure corrigebat Illuſt. Scaliger in notis ad Euſebium. In voce Δάρδαν☉ appellatur Τηλεφάη, ſed ibidem nos, auctoritate Apollodori permoti, Τηλέφασσα correximus.

[9] Δέκα δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους ἡ Θάσος παλαίτερος. εἴπερ ἀπὸ Ἀγήνορος, Προῖτος ἦν. Ἀγήνορος δὲ, Βῆλος ἀδελφὸς ἦν, Βήλου δὲ Αἴγυπτος. οὗ Λυγκεύς. οὗ Ἄβας. οὗ Δανάη. ἧς, Περσεύς. οὗ, Ἀλκαῖος. οὗ, Ἀμφιτρύων. οὗ, Ἡρακλῆς. ὅτι δὲ [10] ἡ Ἀερία ἡ Θάσος, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ, [11] τοῦ δοθέντος πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου.

> Ἄγγειλον [12] Παρίοις Τελεσίκλεε, ὥς σε κελεύω,
> Νήσω ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

ΘΑΥΜΑΚΙ'Α, πόλις Μαγνησίας· Ὅμηρος,

> Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο.

ἀπὸ Θαυμάκου τοῦ Ποίαντος πατρὸς, [13] ἀφ' οὗ νῆσος. δευτέρα, πόλις [14] κατὰ τὸν Μηλιᾶ κόλπον. [15] οἱ ἔνοικοι, Θαυμακοί· καὶ Θαυμακίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος.

ΘΑΥ-

Decem vero generationibus Hercule Thaſſus erat antiquior. Nam ex Agenore erat Prœtus: Agenoris vero frater erat Belus, Beli vero filius Ægyptus, cujus Lynceus, cujus Abas, cujus Danaë, cujus Perſeus, cujus Alcæus, cujus Amphitryo, cujus Hercules. Quod vero Thaſſus etiam Aëria fuerit vocata, liquet ex oraculo patri Archilochi reddito.

> *Annuncia Pariis Teleſiclee, quemadmodum jubeo,*
> *In inſula Eeria ut condant præclaram urbem.*

THAUMACIA, urbs Magneſiæ, de qua Homerus:

> *Qui vero Methonem & Thaumaciam habitabant.*

Condita à Thaumaco Pœantis patre, a quo inſulæ nomen. Secunda, urbs juxta ſinum Meliacum. Incolæ, Thaumaci. Et Thaumaciæ Dianæ templum.

THAU-

[9] Δέκα δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους ἡ Θάσος παλαίτερος.] Xylander aliquid in his verbis deſiderari ſuſpicans, aſteriſcum margini allevit. Scaliger ad Euſebium idem olfaciens, lacunam hoc modo replere conatur: ἦν δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους δέκα Θάσος παλαίτερος. Sic ſtatuens Thaſum decem generationibus ante Herculem fuiſſe conditam: nam Theſeus ſe adjunxit comitem Cadmo Phœnicio ad inveſtigandam Europam. Cadmus autem Agenoris filius fuit, a quo ad Herculem Thebanum decem ſunt generationes, quæ ſic enumerantur. Belus Agenoris frater, Ægyptus, Lynceus, Abas, Acriſius, Danaë, Perſeus, Alcæus, Amphitryo, Hercules. Hanc Scaligeri conjecturam deinde Mauſſacus ad Harpocrationem calculo ſuo comprobavit, ſimul hunc Stephani locum Herodoti verbis ex Euterpe illuſtrans: καὶ ταῦτα δέκα γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐστι, ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Verum in vulgatis legitur πέντε, ſed librarios pro ι´ poſuiſſe ε´ bene conjicit vir doctus. Ad me quod attinet, aperte dico in Stephano non eſſe hariolandum, nam manifeſtiſſime in Palatino exaratum vidit Salmaſius, ι´ δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους ἡ Θάσος παλαίτερος, quod nos jam in contextum recepimus & excudi curavimus, ut ſenſus ſit, Telephaſſam & Thaſum jam decem generationibus ante Herculem extitiſſe.

[10] Καὶ Ἀερία ἡ Θάσος.] Huc faciunt verba Plinii lib. IV cap. XII: *Ab ea Thaſſos libera quinque M. paſſuum, olim Æria vel Æthria dicta.* Etiam vocata fuit *Chryſe*, propter auri metalla, quod ex Arriano probat Euſtathius ad Dionyſ. Ἐκαλεῖτό ποτε ἡ Χρυσῆ νῆσος διὰ τὰ Χρυσοῦ μέταλλα. Et denique *Odonis* Heſychio: Ὠδωνίς, ἡ Θάσος τὸ πάλαι. Cujus nominis rationem lege apud Bochartum.

[11] Τοῦ δοθέντος πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου.] Peſſime exhibent libri editi, τοῦ δοθέντος τοῦ Ἀρχιλόχου: ſed optime in MSS additur τὸ πατρὶ; nam, teſte Suida, Archilochus patrem Teleſicleum habuit, ita enim ille in Ἀρχίλοχος. Καὶ μετήλλαξε τὴν τοῦ Τελεσικλέους παιδὸς ψυχήν. Hinc eſt, quod in ipſo oraculo vocandi caſum Τελεσίκλεις repoſuerim.

[12] Παρίοις.] Ergo docet oraculum, Parios condendæ in inſula Thaſo coloniæ auctores fuiſſe, cui ſententiæ etiam adſtipulatur Strabo lib. X: Ὑπὸ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. Et Thucydides libro IV Pariorum coloniam vocat. Verum non cenſeo, illos primos inſulæ conditores extitiſſe, ſed Phœnices, quod evidentiſſime liquet ex Herodoto lib. II & VI, ac præterea etiam ex Scymno Chio, qui nunc Marciani Heracleotæ nomine circumfertur:

> Ἑξῆς νέα πόλις ἐστὶ ἡ νῆσος Θάσος,
> Ἣν βάρβαροι τὸ πρότερον ᾤκουν, ὡς λόγος,
> Ἔπειτα Φοίνικες μετὰ Κάδμου ἡ Θάσου
> Ἐκ τῆς Ἀσίας διαβάντες ἔλαβον δὴ Θάσον
> Ἀπὸ Θάσου ἡ τοὔνομα, ὡς ἡ νῦν ἔχει.

Verum cum Thaſii, Dario ſic jubente atque volente, muros ſuos diruiſſent, Abderam in Thracia naves ſuas & reliqua tranſportarunt, & ſic urbs & inſula aliquandiu deſerta fuit incolis, donec Parii ex mandato Oraculi novos eo colonos miſerint, quod reſponſum fuit Archilocho, qui Parius erat, teſte Proclo apud Photium: Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ, Ἀρχίλοχος δὲ ὁ Πάριος ἄριστος, καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμοργῖνος.

[13] Ἀφ' οὗ νῆσος.] Duas hoc nomine urbes, alteram in Magneſia, alteram ad ſinum Maliacum in Peloponneſo noſter celebrat, & præterea hîc de inſula ejuſdem nominis mentionem facit. In hac opinione etiam Euſtathium fuiſſe verſatum, ſatis conſtat ex Comment. ad Hom. ubi ex noſtro inquit: Τὴν δὲ Θαυμακίαν, πόλιν Μαγνησίας ὁ τῶν Ἐθνικῶν συλλέκτης φησι· λέγων ἡ ἑτέραν εἶναι Θαυμακίαν, κατὰ τὸν Μηλιᾶ κόλπον· καὶ νῆσον δὲ ὁμώνυμον. Sed ut verum fatear, inſula, iſta nuſquam apud Geographos celebratur. Omnium cognitiſſima eſt Thaumacia ad Maliacum ſive Lamiacum ſinum ex Strabone lib. IX, Plinio, & aliis. Urbis originem Stephanus a Thaumaco Pœantis patre deducit, ſed Livius a miraculo, ſive Græca voce θαῦμα, ita enim ille lib. XXXII, ubi quoque urbis ſitum graphice depingit: *Namque Thaumaci a Pylis ſinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt; ipſis faucibus imminentes, quam Cœlen vocant: Theſſaliaque tranſeunti confragoſa loca, implicataſque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem eſt, repente velut maris vaſti, ſic immenſa panditur planities, ut ſubjectos campos terminare oculis haud facile queas. Ab eo miraculo Thaumaci appellati. Nec altitudine ſolum tuta urbs, ſed quod ſaxo undique abſciſſo rupibus impoſita eſt.* Non poſſum quoque reticere in epigrammate inedito hujus urbis mentionem fieri.

> Εἰπέ ποτε Φθίαν εὐάμπελον, ἣν πεθ' ἵκηαι,
> Καὶ πόλιν ἀρχαίαν, ὦ ξένε Θαυμακίαν.
> Ὡς Δρυμὸν Μαλεαῖον ἀναστείβων ποτ' ἐρημον,
> Εἶδες Λαμπτῶνος τὸν δ' ἐπὶ παιδὶ τάφον.
> Δερξία ὅν ποτε μοῦνον ἕλον δόλῳ, οὐδ' ἀναφανδὸν
> Κλῶπες ἐπὶ Σπάρτην δίαν ἐπειγόμενον.

[14] Κατὰ τὸν Μηλιᾶ κόλπον.] Voſſianus & Palatini κατὰ τὸν Μαλίαν κόλπον.

[15] Οἱ ἔνοικοι, Θαυμακοί.] Sic urbis incolæ, & ipſa quoque

ΘΑΥΜΑ'ΣΙΟΝ[16], ὄρος Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ τὸν λίθον ὁ Κρόνος κατέπιεν. οἱ ἐνοικοῦντες, Θαυμάσιοι. A

ΘΑ'ΨΑΚΟΣ[17], πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν τρίτῳ. ὁ πολίτης, Θαψακηνός. B

ΘΑΨΙ'ΠΟΛΙΣ[18], πλησίον Χαλκηδόνος. τὸ ἐθνικὸν, Θαψιπολίτης· Κουάδρατος δυοκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῶν.

ΘΑ'ΨΟΣ, πόλις Λιβύης· [19] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ. [20] ἔστι καὶ Σικελίας Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ ἰσθμῷ. τὸ ἐθνικὸν, Θάψιος. C

ΘΕ'Α, πόλις Λακωνικῆς· Φιλόχορος τρίτῳ. [21] οἱ πολῖται Θεεῖς, ὡς Θουκυδίδης.

ΘΕΑ'ΓΓΕΛΑ, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης, [22] Θεαγγελεύς. D

ΘΕΒΗΘΑ'[23], φρούριον Μεσοποταμίας· Ἀρριανὸς ἑνδεκάτῃ. ὁ οἰκήτωρ, Θεβηθηνὸς, ὡς Ἀμάθα Ἀμαθηνός.

ΘΕΙ'ΣΟΑ, πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ πολίτης, Θεισοάτης, ὡς Λυκοάτης. E

ΘΕΛΑΜΟΥ'ΖΑ, φρούριον τῆς παρ' Εὐφράτην Ἀραβίας, ὡς Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν ἑβδόμῃ. τὸ ἐθνικὸν, Θαλαμουζαῖος. F

ΘΕ'ΜΒΡΙΜΟΣ[24], πόλις Καρίας, ἀπὸ Θεμβρίμου. ὁ πολίτης, Θεμβριμεύς.

THAUMASIUM, mons Arcadiæ, in quo Saturnus lapidem deglutiit. Incolæ, Thaumaſii.

THAPSACUS, oppidum Syriæ ad Euphratem, de quo Theopompus libro III Philippicorum. Oppidanus, Thapſacenus.

THAPSIPOLIS, urbs prope Chalcedonem. Gentile, Thapſipolita. Quadratus libro XII rerum Romanarum.

THAPSUS, urbs Libyæ, de qua Strabo libro XVII. Eſt quoque Siciliæ Cherroneſus in anguſtiis iſthmi poſita. Gentile, Thapſius.

THEA, oppidum Laconicæ, de quo Philochorus libro III. Oppidani Theenſes, teſte Thucydide.

THEANGELA, oppidum Cariæ, cujus oppidanus, Theangelenſis.

THEBETHA, caſtellum Meſopotamiæ, de quo Arrianus libro XI. Incola, Thebethenus, uti Amatha Amathenus.

THISOA, oppidum Arcadiæ, de quo Pauſanias libro VIII. Oppidanus, Thiſoates, uti Lycoates.

THELAMUZA, Caſtellum Arabiæ ad Euphratem, auctore Quadrato libro VII Parthicorum. Gentile, Thalamuzæus.

THEMBRIMUS, oppidum Cariæ, a Thembrimo nomen habens. Oppidanus, Thembrimenſis.

ΘΕ- THE-

quoque urbs apud Livium & alios vocatur. Quod noſter quoque innuit in Ἀμφίδολοι.

16 Θαυμάσιον.] Montis & fabulæ, quam noſter de Saturno narrat, meminit Pauſanias in Arcadicis.

17 Θάψακος, πόλις Συρίας.] Hæc urbs ætate Plinii Amphipolis dicebatur, ita enim ille lib. v cap. XXIV: *At in Syria oppida, Europum, Thapſacum quondam, nunc Amphipolis.* Si in Stephano recurramus ad vocem Ἀμφίπολις, is nobis indicabit, a Seleuco conditam, atque a Syris *Turmedam* fuiſſe appellatam.

18 Θαψίπολις, πλησίον Χαλκηδόνος.] Mirum eſt profecto, urbem in loco adeo celebri & non longe a Conſtantinopoli ſive Byzantio ſitam, aliis auctoribus non fuiſſe memoratam, quare & urbis nomen & locus vicinus mihi admodum ſunt ſuſpecta. Eadem mihi videtur, de qua ſequenti ſectione agit Stephanus, qui fortaſſis incidit in depravatum Quadrati codicem, in quo legi debuiſſet, Θάψις, πόλις πλησίον Καρχηδόνος. Faceſſit tamen negotium Θαψιπολίτης, ſed error errorem ducere ſolet.

19 Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ.] Libri vulgati male ἑκκαιδεκάτῳ, nam libro XVII Strabo de hac urbe mentionem facit: Εἶθ' αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι, νησία πολλὰ καὶ πυκνά, εἶτα Θάψος πόλις. Oppidum Africæ maritimum eſt, inter Adrymetum ad occidentem, & Rhuſpas ad orientem. Cives Latino ore *THAPSITANI* dicuntur. Hirtius de bello Africano: *Item Thapſitanis H-S xx millia, conventui eorum H-S xxx millia, Adrumetanis H-S xxx, conventui eorum H-S L millia, mulcta nomine imponit.*

20 Ἔστι καὶ Σικελίας Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ ἰσθμῷ.] Non poſſum non mirari vel Epitomatoris in geographicis imperitiam, vel librariorum incuriam, qui hunc locum ita conceperant: Ἔστι καὶ Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ. Hæc ita intelligentes, quaſi in Sicilia eſſet urbs Thapſus, & hoc nomine Cherſoneſus in anguſtiis Iſthmi Corinthiaci. Nos veterem lectionem, non manu exaratorum codicum fide, ſed ope Thucydidis revocavimus, certo ſcientes, Stephanum olim in genuino opere ejus verba vel innuiſſe, vel citaſſe, ita enim ille lib. VI: Καὶ τοὺς πεζοὺς ἀποβιβάσαντες, ταῖς τε ναυσὶν εἰς τὴν Θάψον καθορμισάμενοι· ἔστι δὲ Χερσόνησος μὲν ἐν στενῷ ἰσθμῷ προὔχουσα ἐς τὸ πέλαγος, τῆς δὲ Συρακουσίων πόλεως οὔτε ὁδὸν πολλὴν ἀπέχει. Plura de Thapſo ejuſque ſitu non addam, quia non lubet Cluverii & Bocharti theſauros compilare.

21 Οἱ πολῖται, Θεεῖς.] Sine ſenſu in vulgatis legitur: Θέα, πόλις Λακωνικῆς· Φιλόχορος τρίτῳ· Θεεῖς, ὡς Θουκυδίδης.

22 Θεαγγελεύς.] Hæc vox, ſi appellative accipias, denotat præconem, qui ſpectacula & deorum ſolennitates promulgat. Heſychius: Θεαγγελεῖς, οἱ τὰς πανηγύρεις ἐπαγγέλλοντες. Fortaſſis ipſa urbs a promulgata quadam panegyri nomen accepit. Urbis meminit Plinius lib. v cap. XXIX: *Sex oppida contributa ei ſunt a Mag. Alexandro, Theangela, Sibde, Medmaſſa, Euranium, Pedaſum, Telmeſſum.*

23 Θεβηθὰ, φρούριον.] Peſſime hanc ſectionem exceperunt librarii, in omnibus enim editis legitur: Θεβιθὰ, Φρουρίον Μεσοποταμίας· Ἀρριανὸς ια'· ὁ οἰκήτωρ, Θεβηνὸς, ὡς Ἐκμάθα Ἐκμαθηνός. Aldina tamen & Florentina editio agnoſcunt nomen munimenti Θεβηθὰ, quod nobis quoque MSS exhibuerunt.

24 Θέμβριμος, πόλις Καρίας.] Vulgati omnes Θεμβρίνημος, ſed nos, ratione duce, Θέμβριμος repoſuimus, nam urbs a *Thembrimo* nomen habet, atque inde deducitur gentile *Thembrimeus.* Ortelius cenſet idem eſſe oppidum, quod a Strabone Θυμβρία dicitur & pro pago habetur. Ita enim ille lib. XIV: Ἔνθεν (ſcilicet a Myunte) ἐν τετράσι σταδίοις πρόσεστι κώμη Καρικὴ Θυμβρία.

ΘΕΜΙ´ΣΚΥΡΑ[25], πόλις, ἡ ἐστιν ἀντίον A Θερμώδοντος. καὶ οἱ οἰκοῦντες τὴν χώραν, [26] Θεμισκύρειοι. λέγεται καὶ Θεμισκύρεια.

ΘΕΜΙΣΣΟ´Σ[27], πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Δάδας, ἀπὸ Θεμισσοῦ παιδὸς, [28] ὃν λύκοι διεχρήσαντο. ὁ πολίτης, Θεμισ- B σεύς.

ΘΕΜΙΣΣΩ´ΝΙΟΝ[29], χωρίον Φρυγίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ. τὸ ἐθνικὸν, Θεμισσώνιος.

ΘΕ´ΝΝΑΙ,[30] πόλις Κρήτης· τινὲς δὲ Ἀρ- C καδίας. οἱ δὲ ὄρος. τὸ ἐθνικὸν, Θενναῖος, καὶ Θενναία, καὶ Θεννεύς.

ΘΕΟΔΟΣΙ´Α[31], Ταυρικὴ πόλις παραλία· Στράβων ζ. τὸ ἐθνικὸν, Θεοδοσιανὸς καὶ Θεοδοσιεύς. D

ΘΕΟΥ´ΠΟΛΙΣ[32], ἡ μεγίστη τῆς ἕω πόλις, ἥτις ἐξ Ἀντιοχείας μετὰ τὸν σεισμὸν ὠνομάσθη ἀπὸ Ἰουστινιανοῦ. [33] ὁ πολίτης, ὁμοίως.

ΘΕ´-

THEMISCYRA, urbs e regione Thermodontis. Locum inhabitantes, Themiſcyrii. Dicitur quoque Themiſcyria.

THEMISSUS, oppidum Cariæ, quod Dadas condidit, & a Themiſſo filio, quem lupi diſcerpſerunt, ſic nominavit. Oppidanus Themiſſenſis.

THEMISSONIUM, oppidulum Phrygiæ, de quo Artemidorus in Epitome. Gentile, Themiſonius.

THENNÆ, urbs Cretæ, quam alii Arcadiæ attribuunt. Nonnulli vero montē eſſe perhibent. Gentile, Thenneus, & Thennea, & Thennenſes.

THEODOSIA, urbs Tauricæ maritima, de qua Strabo libro VII. Gentile, Theodoſianus, & Theodoſienſis.

THEOPOLIS, maxima orientis civitas, ex Antiochia poſt terræ motum a Juſtiniano ſic dicta. Oppidani nomen, eodem modo formatur.

THE-

25 Θεμίσκυρα, πόλις.] Tres olim circa Thermodontem fuere urbes, quas incoluerunt Amazones, Lycaſtia, Themiſcura & Chalybia, quarum meminit Apollon. Rhod. lib. II:

Ἔνθα δὲ Δοιάντιος πεδίον· σχεδόθεν δὲ πόληες
Τρισσαὶ Ἀμαζονίδων. - - - - - - -

Ad quem locum Scholiaſtes: Πλησίον δὲ, φησὶ, τοῦ Δοίαντος πεδίου εἰσὶ τρεῖς πόλεις, ἔνθα κατῴκουν αἱ Ἀμαζόνες, Λυκαστία, Θεμίσκυρα, καὶ Χαλυβίη. Vide præterea Etymologici Mag. Auctorem in Θεμισκύρειον. Ipſa regio, in qua urbs ſita erat, campus ſive πεδίον Θεμίσκυρα appellatur, atque ſe extendit a Chadiſia uſque ad Thermodonta, uti perhibet Hecatæus apud noſtrum: Ἡ δὲ Θεμισκύρη πεδίον ἐστὶν, ἀπὸ Χαδισίης μέχρι Θερμώδοντος.

26 Θεμισκύρειοι.] Salluſtius in Fragmentis: *Dein campi Themiſcyrii, quos habuere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digreſſa.* Vide quoque Juſtinum lib. II. *Subjectoſque Themiſcyreos campos occupavere.* Eodem redibit, utrum penultimam apud Salluſt. per I, an apud Juſt. per E longum pronuntiaveris, nam τὸ Θεμισκύρειος in uſu eſſe, liquet ſatis ex fœminino Θεμισκύρεια, quod noſter ſubjungit: Eo quoque utitur Apollonius Rhod. lib. II, de Amazonibus, quæ Themiſcyram incoluerunt, ita enim ille:

Ἔνθα Θεμισκύρειαι Ἀμαζόνες ὡπλίζοντο.

Obiter notandus hoc loco Servius, qui idem Salluſtianum Frag. citans, pro *Themiſcyrii*, peſſimo errore, & contra omnium auctoritatem legit *Threiſſi*, ita enim ille ad Æneid. lib. XI: *Tanais fluvius eſt, qui ſeparat Aſiam ab Europa* &c. *Quod & Salluſtius teſtatur, dicens: Dein campi Threiſſi, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine incertum quam ob cauſam digreſſa.*

27 Θεμισσὸς, πόλις Καρίας.] Idem revera eſt oppidum, quod a Stephano deinde Τελμισσὸς vocatur, & cujus luculentam ſatis deſcriptionem exhibet.

28 Ὃν λύκοι διεχρήσαντο.] Perperam in libris MSS, & editionibus ante Xylandrianam excuſis: διεχωρίσαντο.

29 Θεμισσώνιον, χωρίον Φρυγίας.] Memoratur Straboni lib. XII & Pauſaniæ lib. X. Verum cenſet Holſtenius ad geographiam Sac. Caroli a S. Paulo, hunc locum Θεμισσὸν appellari in Act. Concil. Chalced. act. VI, ubi Zoſimus ejus Epiſcopiis legitur, & nomen loci in MS Latino *Themiſſonium* duplici SS vertitur. Gentile nomen apud noſtrum eſt Θεμισσώνιος, quod an rectum ſit dubito. Pauſanias lib. X habet Θεμισωνεῖς, quod deducitur a Θεμισωνεύς: ſed mallem apud Pauſaniam legere Θεμισωνιεῖς.

30 Πόλις Κρήτης.] Ex noſtro manifeſtum eſt Thennas non procul a Cnoſſo abfuiſſe, ita enim ille: Ὀμφάλιον τόπος Κρήτης, πλησίον Θεννῶν καὶ Κνωσοῦ. Idem liquet ex Callimacho Hym. in Jovem:

Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσοῖο φέρουσα
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε. (Θενναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσοῦ.)
Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός. - - - -

31 Θεοδοσία.] Peſſime vulgatos codices exhibere Θεοδοσία, non duntaxat elementorum ordo docet, ſed quoque Strabo lib. VII, quem noſter teſtem citat: Μετὰ δὲ τὸν τῶν Συμβόλων λιμένα τοῦτον μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίων πού σταδίων τὸ μῆκος, τραχεῖα, καὶ ὀρεινή. Idem Strabo auctor eſt eodem libro, hanc urbem habuiſſe portum centum navibus recipiendis aptum. Imo Stephanum olim exaraſſe Θεοδοσία, & inde formaſſe gentile Θεοδοσιεὺς manifeſtiſſime liquet in voce Περουσία, πόλις Τυρρηνῶν· τὸ ἐθνικὸν, Περουσιάτης· δύναται δὲ καὶ Περουσιεὺς, ὡς τῆς Θεοδοσίας Θεοδοσιεύς.

32 Θεούπολις, ἡ μεγίστη τῆς ἕω πόλις.] Sic appellata fuit Antiochia, celeberrima totius orientis civitas ad Orontem fluvium ſita: verum rationem iſtius denominationis noſter reticet, quæ tamen invenitur in epitome chronologica ex Cyrillo & Georgio Piſide conſarcinata: Ἡ Ἀντιόχεια σειομένη οὐκ ἐπαύσατο, μέχρις οὗ ἐφάνη θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ ἐπιγράψαι εἰς τὰ ὑπέρθυρα τῶν φλιῶν, Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε· καὶ τούτου γενομένου, ἔστη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ· ἐκτότε ὠνομάσθη Θεούπολις. Inſignem hujus urbis deſcriptionem habet Phocas in Itinerario; eam ſtoarum ſplendoribus, templorum ſtructuris, copia civium, & divitiarum magnificentia ſuperbam ac tumentem perhibet, ita enim ille: Ἦν ὅτε ἄρα καὶ αὕτη ἡ περὶ τὸν Ὀρόντην Θεούπολις Ἀντιόχου, μεγέθεσι θεάτρων, στοῶν καλλοναῖς, καὶ ναῶν ἀφιδρύμασι, πλήθεσί τε πολιτῶν, καὶ πολυολβίᾳ χρημάτων βρενθύουσα, καὶ λαμπρῶς ὑπερκειμένη τῶν τῆς ἀνατολῆς σχεδὸν πασῶν πόλεων. Variis hæc urbs terræ motibus concuſſa eſt, tempore M. Ulpii Trajani, qui dum Antiochiæ hyemat, urbe ingenti terræ motu quaſſata, ferme periiſſet. Refert etiam Zonaras ſub Leone magno Antiochiam tam valido terræ motu quaſſatam, ut ferme tota collapſa fuerit. Etiam ætate Juſtini, cum Ephræmius Præfectus orientis ad Antiochiæ Epiſcopatum vocabatur, tam ingentem terræ motum paſſa eſt, ut præclariſſima ædificia brevi momento corruerint, & tercentum millia Antiochenorum interierint, teſte Procopio lib. II de Bello Perſico cap. XIV: quam deinde totam incendio delevit atque excidit Choſroës. Sed poſt Juſtinum Juſtinianus urbem magnifice inſtauravit, auctore eodem Procopio de Ædificii Juſt. lib. II: Μάλιστα δὲ ἁπασῶν Ἀντιόχειαν, ἣ νῦν Θεούπολις ἐπικέκληται, κόσμου τε καὶ ὀχυρώματος ἐνεπλήσατο πολλῷ μείζονος ἢ πρότερον εἶναι ξυνέβαινεν.

33 Ὁ πολίτης, ὁμοίως.] Suſpectum mihi eſt vocabulum ulti-

ΘΕΡΑ'ΠΝΑΙ[34], πόλις Λακωνικὴ, ἣν A τινες Σπάρτην φασίν. ἔστι δὲ τόπος, ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων, διὰ τὸ ἐκεῖσε τούτους τιμᾶσθαι. [35] Θεραπεύειν γὰρ, τιμᾶν σημαίνει, καὶ ὁ ναὸς τὴν οἰκίαν, ἔνθα θεοὶ θεραπεύονται. τὸ ἐθνικὸν, Θεραπναῖος, καὶ Θεραπναία, καὶ Θε- B ραπναῖον.

THERAPNÆ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam appellant. Eſt quoque locus, *templum habens Dioſcurorum, propter*ea quod illic colantur. Θεραπεύειν enim *colere* ſignificat, & ναὸς *domum*, ubi Dii coluntur. Gentile, Therapnæus, & Therapnæa, & Therapnæum.

ΘΕ'ΡΜΑ[36], χωρίον Σικελίας· Φίλιστος τρίτῳ. [37] τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος. [38] ἔστι καὶ Βιθυνίας Θέρμα, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ βασιλικὰ λεγόμενα, τὰ δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ, τὰ δὲ Δορυλάου. C ὁ οἰκοῦντες, Θερμηνοί.

THERMA, oppidulum Siciliæ, de quo Philiſtus libro III. Gentile, Thermæus. Eſt quoque Bithyniæ Therma, quæ Pythia appellantur, quæ vero Pruſæ ſunt, Baſilica. Eſt etiam Therma in Cappadocia, & in Syria, & alia Dorylaï. Incolæ, Thermeni.

ΘΕ'ΡΜΗ, πόλις Θρᾴκης. [39] Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ, καὶ Θουκυδίδης. ὁ πολίτης, Θερμαῖος. ἔστι καὶ Θερμαῖος D κόλπος.

THERME, oppidum Thraciæ, quod Apollodorus & Thucydides Macedoniæ attribuunt. Oppidanus, Thermæus. Eſt quoque Thermæus ſinus.

ΘΕ'Ρ-

THER-

lum ultimum, nam civis nomen non poteſt eſſe Θεύπολις: quippe noſter, ubi vocabulo ὁμοίως utitur, innuit nomen urbis & gentile nihil differe. In voce Ἀμφίδολοι inquit, καὶ οἱ πολῖται ὁμοίως· ὡς Θούριοι, καὶ Θαύμακοι, καὶ Λεοντῖνοι δὲ Δέλφοι, οὕτως Ἀμφίδολοι. Quare putem heic forte ſubſtituendum, ὁ πολίτης, Θευπολίτης, quod ferme in contextum recepiſſem.

34 Θεράπναι, πόλις Λακωνική.] Libri vulgati peſſimo errore exhibent Θέραμναι, & inde deducunt gentile Θεραμναῖος, ſed error facile errorem trahit: nos MSS codicum fide repoſuimus Θεράπναι, & deinde τὸ ἐθνικὸν Θεραπναῖος, καὶ Θεραπναία, καὶ Θεραπναῖον. Quin imo video Meurſium & alios rectiſſime hunc locum ſic conſtituiſſe, auctoritate aliorum auctorum, qui hujus urbis meminere. De ſitu & origine nominis nihil addam, cum idem Meurſius hoc recte præſtiterit, duntaxat illa correcturus, quæ hac ſectione corruptiſſima apparent. Hoc tamen aliqua obſervatione dignum, quod addat noſter, Therapnas Spartam fuiſſe appellatam, cum alii dicant locum hoc nomine in Sparta fuiſſe. Apollonii Scholiaſtes: Θεράπναι, τόπος τῆς Σπάρτης: οἱ δὲ, πόλιν· οἱ δὲ Ἀπολλώνιος, τόπον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Suidas: Θεράπναι, τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Λακεδαιμονίᾳ.

35 Θεραπεύειν γὰρ τιμᾶν σημαίνει, καὶ ὁ ναὸς τὴν οἰκίαν, ἔνθα θεοὶ θεραπεύονται.] In tota Stephani epitome non erat locus inquinatior, & intellectu difficilior: legebatur enim in vulgatis, quaſi omnia eſſent ſana & integra, ſine ullo defectus ſigno: θεραπεύειν γὰρ, τιμᾶν σημαίνει, σημαίνει δὲ τὴν οἰκίαν· τὸ ἐθνικὸν, Θεραμναῖος. Deſperatus & incurabilis manſiſſet, niſi codices calamo exarati huic vulneri, quod vel temporis injuria, vel ſcribarum vecordia cauſata eſt, præbia præſtitiſſent. Verum præterquam quod MSS veram & antiquam lectionem exhibeant, etiam me Heſychius de hac correctione ſatis evidenter adverterat, in quo legimus: Ναὸς, οἶκος ἔνθα θεὸς προσκυνεῖται. Templa Deorum gentilium οἶκοι paſſim appellabantur, quod innumeris locis apud Herodotum liquet. Erat tamen οἶκος proprie cella, ſeu ſacellum, ubi imago alicujus Dei collocata erat & ſtabat, unde alibi Heſychius οἶκον explicat ὀλίγην οἰκίαν. Notiſſimum eſt, prima noſtræ religionis fundamenta diſcentibus, templum Hieroſolymitanum, ſanctiſſimum illum locum, a ſacris ſcriptoribus per excellentiam οἶκον θεοῦ *domum dei* appellari, quia ibi erat Arca, divinæ præſentiæ ſymbolum. Et ſic quoque Græci veteres Templum Cereris Eleuſiniæ, in quo myſteria celebrabantur οἶκον appellarunt, inter quos Ariſtides orat. Eleuſinia. Dioni Chryſoſtomo orat. XII οἶκος μυστικὸς dicitur: Arriano in Epict. lib. III cap. XXI μυστοδόκος δόμος, & Ariſtoph. in Nubibus μυστικὸς σηκός. Sic quoque templum illud Epheſiæ Dianæ, ab omnibus inter mundi miracula relatum, οἶκος dicitur ab eodem Ariſtoph. in Nub.

Ἥ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις οἶκον· ἐν ᾧ
Κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν.

Verum Stephanus videtur intelligere οἰκίαν, in qua Dioſcuri colebantur, quos Therapnæos ſummo honore affeciſſe conſtat ex Helenæ laudatione apud Iſocratem, ita enim ille de Helenæ fratribus: Ἔτι γὰρ δὲ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς, θυσίας αὐτοῖς ἁγίας δὲ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. Imo ibi Dioſcurorum fanum extitiſſe, liquet manifeſte ex Pindari Schol. ad Iſthm. Od. I: Ἱστέον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι Διοσκούρων. Stephanus ergo urbis originem non deducit a Therapna Lelegis F. de qua Pauſanias lib. III, ſed a vocibus θεραπεύειν & ναὸς, quaſi Θεράπναι eſſet locus anguſtus, venerandus & ſacra ſtatio, nam θεράπναι Heſychio dicuntur αὐλῶνες, & σταθμοί. Et θεραπεύειν ſumitur pro *colere* & *venerari* apud Baſilium Seleuciæ Epiſcopum oratione XLII: οὐ τὸ εἶναι παρ' ὑμῖν θεραπεύοντας, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐν ὑμῖν ἀδικοῦντας, καὶ τὸν θεὸν παροργίζοντας.

36 Θέρμα, χωρίον Σικελίας.] Subintellige ὕδατα. Auctoritate Philiſti χωρίον appellat, quia ejus ætate nondum erat πόλις, & intelligit Ἱμεραῖα Θερμά, ubi poſtea Romani coloniam Thermas condiderunt. Vide Cluv. in Sic. deſcriptione.

37 Τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος.] Oppidani a Cicerone vocantur THERMITANI. Johannis Epiſcopus Eccleſiæ εἰς τὰ Θερμιτάνα τῆς ἐν Σικελίᾳ Act. IV ſubſcripſit Suggeſtioni Synodi Romanæ, obſervante Holſtenio ad Ortelium. Ubi etiam τὰ ὕδατα ſubintelligi putem.

38 Ἔστι δὲ Βιθυνίας Θέρμα, τὰ μὲν Πύθια.] Videntur hæ *Aquæ Calidæ* prope Aſtacum fuiſſe: nam ipſe Stephanus Aſtaceno ſinui, Pythium ſtatuit vicinum. Quin imo ibi fontes aquæ calidæ exiliiſſe luculenter teſtatur Procopius lib. V cap. III de Ædif. Juſtiniani: Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὅνπερ ἐπονομάζουσι Πύθια. Multi eo proficiſcebantur, ſed præſertim ægri ex urbe Byzantio, ut, hauſtis illis aquis, recrearentur & priſtinæ ſanitati reſtituerentur.

39 Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας.] Quemadmodum Apollodorus & Thucyd. hanc urbem inter Macedonicas numerarunt, ſic quoque eam in Macedoniæ deſcriptione recenſet Scylax: Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακέδονές εἰσιν ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος &c. Ἄξιος ποταμὸς, Ἐχέδωρος ποταμὸς, Θέρμη πόλις. Hæc urbs deinde Theſſalonica appellata eſt, teſte Strabone lib. VII: Ὅτι μετὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἡ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. Et Scholiaſta ad Thucyd. lib. I: Ὅτι ἡ νῦν Θεσσαλονίκη πόλις, πάλαι Θέρμη ἐκαλεῖτο· ἔστι δὲ Μακεδονίας, ὅτι δὲ ἡ Πύδνα πόλις Μακεδονική. Et quemadmodum ab oppido Therma ſinus Thermæus nomen invenerat, ſic hodie ab Italis *Galfo di Salonichi* vocatur, ab oppido cui nomen nunc *Salonichi*, ſive Theſſalonica.

A ΘΕ΄ΡΜΟΣ[40], πολίχνιον Αἰτωλίας, ὡς Πολύβιος. τὸ ἐθνικὸν Θέρμιος. καὶ τὸ κτητικὸν, Θερμικός.

ΘΕ΄ΡΜΥΔΡΑ[41], λιμὴν τῆς μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλεων. τὸ ἐθνικὸν, Θερμυδρεύς.

B ΘΕ΄ΡΝΗ[42], πόλις Θρᾴκης. τὸ ἐθνικὸν, Θερναῖος.

ΘΕΡΣΙ΄ΤΑΙ, ἔθνος Ἰβηρικόν· Πολύβιος τρίτῳ.

C ΘΕ΄ΣΠΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

Θέσπειαν, Γραῖάν τε. ----

Θεσπιάδου κτίσμα, τοῦ Τευθράντος, τοῦ Πανδίονος. γράφεται καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ ἐκτείνεται, καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ. καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν

D Περσῶν· ὡς ἡ Φιλιάδου Μεγαρέως·

Ἄνδρες θ' οἵ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,

[43] Λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

E Πληθυντικῶς δὲ Θεσπιαὶ ὀξυτόνως. [44] καὶ θαῦμα, πῶς τὸ ἑνικὸν διὰ διφθόγγου γράφεται. δευτέρα, Θεσσαλίας. [45] τρίτη ἐν Σαρδοῖ. ὁ πολίτης, Θεσπιεὺς, καὶ Θεσπιακὸς, καὶ Θεσπίς.

F ΘΕΣΠΡΩΤΙ΄Α, πόλις καὶ χώρα ἔξω τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου. τὸ ἐθνικὸν, Θεσπρωτὸς, καὶ Θεσπρωτὶς, καὶ Θεσπρωτιακός.

ΘΕΣΣΑΛΙ΄Α, ἀπὸ Θεσσαλοῦ· ἡ πρότερον.

THERMUS, oppidulum Ætoliæ, de quo Polybius. Gentile, Thermius, & poſſeſſivum, Thermicus.

THERMYDRA, portus cujuſdam urbis in Rhodo. Gentile, Thermydrenſis.

THERNE, urbs Thraciæ. Gentile, Thernæus.

THERSITÆ, gens Iberica, de qua Polybius libro III.

THESPIA, urbs Bœotiæ, de qua Homerus:

Theſpiam Graamque. ---- ----

Condita eſt a Theſpiade, qui fuit filius Theutrantis, Pandionis nepos. Scribitur quoque per Iota, & producitur; ſed apud Corinnam corripitur, ut & in epigrammate Philiadæ Megarenſis in laudem eorum, qui ſunt a Perſis trucidati:

Et viri qui aliquando habitarunt verticem Heliconis,

Quorum animo gloriatur Theſpias ampla.

Numero plurali dicitur Theſpiæ, cum accentu in ultimo, & mirum eſt, qua ratione ſingulare per diphthongum ſcribatur. Secunda, Theſſaliæ: Tertia, in Sardinia. Civis, Theſpienſis, & Theſpiacus, & Theſpis.

THESPROTIA, urbs & regio extra ſinum Ambracicum. Gentile, Theſprotus, & Theſprotiacus.

THESSALIA, a Theſſalo nomen habet,

40 Θέρμος, πολίχνιον Αἰτωλίας.] Videtur noſter famam hujus loci aliquantulum extenuare appellatione πολιχνίου: ſed revera oppidum non erat, neque etiam oppidulum: carebat is locus muris & portis, qui tamen fuit, (teſte Polybio lib. v, quem ipſum noſter citat) totius Ætoliæ celeberrimus, ubi comitia magiſtratibus creandis, & inſignes quotannis mercatus agitabantur: præterea natura loci erat tam firma, ut omnino totius Ætoliæ arx haberetur. Loci nomen Polybius genere maſculino & neutro uſurpavit, & Strabo numero plurativo lib. x: Τὸ μὲν ἐν Θερμοῖς τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστί. Gentile & poſſeſſivum, de quibus Stephanus, apud Polybium in uſu ſunt lib. v: Καὶ τὸ τῶν Θερμίων πεδίον ἐπιτρέχειν. Et in Excerptis Legat. IX: Εὐθέως ἀπ' ἐκείνου χωρισθέντες, ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον. Multo molimine Palmerius probat, peſſime a Caſaubono verti: *Extemplo Cornelius ab eo diſcedens Thermopylas ad Græcorum conventum venit.* Bene monet, heic Polybium non agere de conventu Pylaïco, qui Thermopylis agitabatur: ſed tamen non bene Græca interpretatur: *Venerunt in conventum, qui Thermica vocabatur.* Non enim vidit vir doctiſſimus in Græco textu aliquid latere, ubi ſine ullo dubio reſcribendum, ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμίων σύνοδον: *Venerunt in Thermiorum conventum.* Vel legendum eſſet ἐπὶ τὴν Θερμικὴν σύνοδον: *ad Thermicum conventum.* Qui gentilium & poſſeſſivorum uſum perſpectum habent, de hac emendatione non dubitabunt.

41 Θέρμυδρα.] Ab Apollodoro lib. II numero plurali Θερμυδραὶ appellatur, ita enim ille: διεξιὼν δὲ Ἀσίας Θερμυδραῖς Ῥοδίων λιμένι προσίσχει. Habuerunt Rhodii duos portus, magnum & parvum, de quibus Diod. Sicul. lib. XX, & Vitruvius lib. II cap. VIII.

42 Θέρνη, πόλις Θρᾴκης.] Hoc nomine oppidum apud antiquos auctores non invenitur, ſed Goltzius & Spanhemius mentionem faciunt de nummo, cum inſcriptione ΘΕΡΝΑΙΩΝ. Cenſeo tamen cum Ortelio, eſſe Cedreni *Tzerna*, vel Antonini *Zerna*.

43 Λήματι τῶν αὐχεῖ.] Maxima incuria priores voces librarii conjunxerunt, cum eſſent disjungendæ, quod manifeſte ſatis liquet ex Euſtathio ad Hom. Iliad. B: Ἐν δὲ τοῖς Ἐθνικοῖς φέρεται καὶ Θεσσαλικὴ Θέσπια καὶ Σαρδῷα· ἐν δὲ τῇ κατὰ Βοιωτοὺς, ἐπίγραμμα Φιλιάδου τοῦ Μεγαρέως τοιοῦτον ἐπὶ τοῖς ἀναιρεθεῖσιν ὑπὸ Περσῶν.

Ἄνδρες θ' οἵ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος

Λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

Verum hoc monendum, libros manu exaratos pro αὐχεῖ exhibere ἀρχῇ, quam lectionem etiam ſequuntur editiones Veneta & Florentina, & dubito quid præferendum; nam ſano ſatis ſenſu verti poſſet, ſi τῶν pro ὧν accipias, *quorum virtute & audacia nunc imperium habet Theſpias.* Hoc quoque obiter notandum, in editionibus iſtis, de quibus jam mentionem feci, peſſime contra metri legem excuſum eſſe εὐρύχωρος.

44 Καὶ θαῦμα, πῶς τὸ ἑνικὸν διὰ διφθόγγου γράφεται.] In ſingulari non duntaxat per diphthongum ſcribitur, ſed etiam in plurali, ita enim noſter in Ὠκαλέα· ἐκλήθη δὲ οὕτω, διὰ τὸ συντόμως πορεύεσθαι ἐκ Θεσπειῶν εἰς Θήβας· αἱ δὲ Θέσπειαι γειτνιοῦσι καὶ ὁμοροῦσιν αὐτῇ. Quare ſcribatur Θέσπεια & Θέσπειαι, ejus rei rationem reddit Etymologici Mag. Auctor in voce Εἷς, quem ſi quis legerit, cum noſtro diverſam ſcribendi rationem nequaquam mirabitur.

45 Τρίτη, ἐν Σαρδοῖ.] Cum certum ſit Theſpiadas aliquando Sardiniæ præfuiſſe, dubitari non poteſt, quin oppidum ibi condiderint, Theſpiadarum nomen gerens. Vid. Diod. Sicul. lib. V, & Pauſan. in Phocicis.

τερον Πελασγία. [46] ἐν ταύτῃ οὐκ ἔξεστι τοὺς πελαργοὺς κτείνειν· τοὺς γὰρ τῆς χώρας ὄφεις ἀναιροῦσιν. ὁ πολίτης Θεσσαλιώτης, καὶ Θετταλιώτης, καὶ Θετταλὸς, καὶ Θετταλίς. ἔστι δὲ Θετταλὶς ὑπόδημά τι ποιὸν, [47] ὡς Λύσιππος ἐν Βάκχαις. [48] τὸ Θεττάλη δρᾶμα Μενάνδρου, βαρύνεται παρὰ Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθέν. λέγεται δὲ Θετταλίζω, ὡς Δωρίζω· ἀφ' οὗ τὸ [50] ἐντεθετταλίσμεθα, παρὰ τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ, τουτέστι, χλαμύδα Θετταλικὴν φοροῦμεν, ἢ Θετταλικὸν πτερόν.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, πόλις Μακεδονίας,

bet, prius dicta Pelaſgia. In illa non licet ciconias interimere: iſtius enim regionis ſerpentes de medio tollunt. Civis, Theſſaliotes & Thettaliotes, & Thettalus, & Thettalis. Eſt quoque Thettalis quoddam calceamenti genus, de quo Lyſippus in Bacchis. Vox Thettala, quo nomine Menandri fabula circumfertur, apud Atticos accentum habet in penultima, ad quid peculiare poſita. Dicitur quoque Thettalizo, uti Dorizo: unde vox ἐντεθετταλίσμεθα apud Eupolidem in Marica; hoc eſt, *chlamydem Theſſalicam geſtamus*, ſive Theſſalicam alam.

THESSALONICA, urbs Macedoniæ,

46 Ἐν ταύτῃ οὐκ ἔξεστι τοὺς πελαργοὺς κτείνειν.] Quod in Theſſalia ingens lacertorum inveniatur copia, rationem reddit Theophraſtus lib. περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων ζώων, quam duabus in cauſis conſiſtere opinatur, ſcilicet, cœlo frequenter pluvioſo, & copioſiſſima tempore belli humani ſanguinis profuſione. Has perhibet eſſe cauſas, quod in Theſſalia magno numero ſerpentes reperiantur: ſed ejus verba adſcribam: Ὅτι τῶν ὄφεων δύο τινὰ τῆς γενέσεως αἴτιά ἐστιν, ἢ γὰρ ἀὴρ ἔπομβρος, ἢ πόλεμοι δὲ χύσεις αἱμάτων· ὁ σχεδὸν δὲ τῶν ἄλλων θηρίων τῆς γενέσεως αἴτιον· ἐξ οὗ ποτε δὲ περὶ Θετταλίαν πλῆθος ὄφεων ἱστοροῦσι γενέσθαι. Imo perhibet Ariſtoteles in Mirabilibus, circa Theſſaliam tot generari ſerpentes, ut, niſi a ciconiis interimerentur, regio eſſet deſerenda: Περὶ Θετταλίαν μνημονεύουσιν ὄφεις ζωογονηθῆναι τοσούτους, ὥστε, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πελαργῶν ἀνῃροῦντο, ἐκχωρῆσαι ἂν αὐτούς. Sed cum ciconiæ ſerpentes non minus, quam anguillas & ranas, diglutiant, & ſic ingentem quotannis copiam de medio tollant, a Theſſalis ſub pœna exilii lege ſancitum eſt, ne quis ciconias perimat, tam neceſſaria atque incolis utilia animantia. Docet hoc Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride: Θεσσαλοὶ δὲ πελαργοὺς, ὅτι πολλοὺς ὄφεις τῆς γῆς ἀναδιδούσης ἐπιφανέντες ἐξώλεσαν ἅπαντας· διὸ καὶ νόμον ἔθεντο φεύγειν, ὅστις ἂν ἀποκτείνῃ πελαργόν. Vide præterea Euſtathium ad Dionyſium Periegetam pag. 61. Sed alii pœnam capitalem ſtatuunt, inter quos Plinius lib. x cap. XXIII: *Honos iis ſerpentum exitio tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe.* Quin imo ciconiæ apud Theſſalos tanta in dignatione fuiſſe perhibentur, ut eas divino honore affecerint; cujus rei teſtem habemus Clem. Alexandrinum Admonit. ad Gentes: Θεσσαλοὶ μὲν ὑμῶν, τοὺς πελαργοὺς τετιμήκασι, διὰ τὴν συνήθειαν.

47 Ὡς Λύσιππος ἐν Βάκχαις.] Libri editi & MSS conſtanter exhibent ὡς Λύσις ἐν Βάκχαις, ſed vitium eſt, quod ex compendiaria ſcriptura ortum exiſtimo: omnes enim qui Baccharum meminere, illud drama Lyſippo, non vero Lyſidi attribuunt. Admodum opportune huc ex Polluce adducam Lyſippi locum, in quo horum calceorum mentionem facit, ita enim ille VII cap. XVII: Καὶ Θετταλὶς δὲ ὑπόδημα μηνύουσι τοὺς ἀρετάς· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Λύσιππος ἐν Βάκχαις, Βλαύτῃ κοθόρνῳ, Θετταλίδι. Et ad confirmationem noſtræ emendationis non parum momenti adfert, quod idem Lyſippus aliquoties, idemque drama a Polluce allegetur, ut & Heſychio in voce Ἀγερσικύβηλις, ac Athenæo lib. III & VIII. Fuit tamen aliquis Lyſis Pythagoricus, cujus ſunt *Aurea illa carmina*, quæ vulgo Pythagoræ nomen in fronte gerunt, de quo vide Voſſium de Poëtis Græcis, ſed ad hunc locum non pertinet, uti jam ſatis copioſe demonſtravimus.

48 Τὸ Θεττάλη δρᾶμα Μενάνδρου βαρύνεται.] Indicat hoc loco Stephanus, quid diſcriminis ſit, ſi τὸ Θεττάλη ſcribas cum accentu in penultima, & ultima, de quo etiam Scholiaſtes ad Ariſtophanis Nubes hiſce verbis mentionem facit: Ὡς νῦν τὰς φαρμακίδας Θετταλὰς καλοῦσι· διαβάλλονται γὰρ οἱ Θετταλοὶ ὡς γόητες· καὶ μέχρι δὲ νῦν φαρμακίδες παρ' ἡμῖν αἱ Θετταλαὶ καλοῦνται· φασὶ δὲ ὅτι Μήδεια φυγοῦσα, κίστην ἐξέβαλε φαρμάκων ἐκεῖ δὲ ἀνέφυσαν· τὸ δὲ Θεττάλην Ἀττικοὶ βαρύνουσιν οἱ κατὰ Μένανδρον, ὡς δαμάλην. Verum, quod omnibus eſt notiſſimum, τὸ Θετταλὴ ſumitur pro muliere Theſſalica, & pro regione: quia autem veneficiis erant in fames, pro venefica, quæ Græcis φαρμακὶς dicitur. Propertius III: 24.

Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.

Et apud Lucanum lib. v de regione ſumitur:

Theſſala quin etiam tellus herbaſque nocentes
Rupibus ingenuit. ---- ----

49 Θετταλίζω.] Sumitur ab Æliano in Var. Hiſt. lib. IV cap. XV pro Theſſalorum partibus favere, Ποτὲ δὲ βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον, καὶ αὖ πάλιν θετταλίζῃ, καὶ τοῖς Μήδων δὲ Περσῶν ἀρέσκῃ ἐν Φαρναβάζου γενόμενος. Utitur quoque eadem voce Parthenius in Eroticis cap. XXIV de Hipparino, Theſſalorum lingua imitante: Θετταλίζων δὲ τῇ φωνῇ, τὸν Γαστραῖον ἔφησεν ἀποτεθνηκέναι. Sic λακωνίζειν τῇ φωνῇ Laconica lingua uti, apud Plutarchum in Sapientum Convivio: Ὁ δὲ Χίλων λακωνίσας τῇ φωνῇ, Καὶ τύνη, ἔφη, βραδὺς δὲ τρέχεις τὸν ἡμίονον. Verum δωρίζω, quod noſter addit, ſignificat Doriam harmoniam modulari. Heſychius: Δωρίζειν, ὡς οἱ Δωριεῖς ᾄδειν. Et Dorica lingua uti. Etymologici Mag. Auctor in Γάγαι· Εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι Λυκίους αἰτοῦντες τόπον ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων Γᾶ γᾶ, τῇ πατρῴᾳ φωνῇ δωρίζοντες. Aliud tamen eſt apud veteres Δωριάζω, quod univerſaliter ſumitur pro γυμνοῦσθαι. Puellæ Peloponneſiacæ cum ſaltarent, veſte pellucida tegebantur, ut ferme totum corpus tranſpareret: διὰ τὸ τὰς Δωριεῖς χρῆσθαι οὕτως. Vide Heſychium & Etymologici Mag. auctorem.

50 Ἐντεθετταλίσμεθα.] Male in omnibus editis & calamo exaratis legebatur ἐν θετταλίσμεθα abſque augmento, quod perfecto debet addi: Vocem hanc ita ſcribendam ipſa docet ratio, ſed præterea Pollucem teſtem advocabo, ea ſic utentem, ita enim ille lib. VII cap. XXIII: Τὰς δὲ Θετταλικὰς χλαμύδας, θετταλικὰ πτερὰ ὠνόμαζον, καὶ ἐντεθετταλίσμεθα ἔλεγον, τὸ χλαμυδοφοροῦμεν. Heſychius: Ἐντεθετταλίσθαι, ἐγκεχλαμυδῶσθαι· συνήθες γὰρ Θετταλοῖς χλαμυδοφορεῖν. Ita legendus hic locus, in vulgatis peſſime corruptus. Verum Pollucis verba eum in finem adduxi, non ut unicum illud in Stephano mendum expungerem, ſed aliud quoque, quod in ultima hujus ſectionis vocabulo latet: nam illud Θετταλικὸν περόνημα, quod omnes libros occupat, vel a mala ſcribentis manu originem traxit, vel alio quodam fato Stephano adhæſit, pro quo Θετταλικὸν πτερὸν repoſui, Pollucis & aliorum auctoritate motus. Theſſalica illa πτερὰ erant γωνίαι, ex utroque latere chlamydibus iſtis Theſſalicis aſſutæ, alis plane ſimiles, teſte Etymologici Mag. Auctore: Θετταλικὰ πτερά· τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας· πτέρυγες δὲ καλοῦνται, αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξι. Ab aliis vocantur γέρα, quia certantibus in Theſſalia præmii loco concedebantur. Docet hoc Euſtathius ad Iliad. B: Καὶ Θετταλικὰ πτερὰ, διὰ τὸ πτέρυγας φησὶν ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας· ὡς ἕτερος ῥήτωρ, Θετταλικὰ γέρα λέγει, διὰ τὸ ἔπαθλον ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀγῶσιν αὐτὰς κεῖσθαι. Hoc veſtitu indutus fingitur Proteſilaus apud Philoſtratum in Heroicis: Χλαμύδα ἐνῆπται ξένως τὸν Θετταλικὸν τρόπον, ὥσπερ τὸ ἄγαλμα τοῦτο. Theſſali prolixa ſtola utebantur, eratque hæc quotidianus eorum veſtitus, quia Græcorum omnium maxime ſunt ſeptentrionales, & frigidiſſima incolebant loca, unde a Strabone lib. XI βαθυστολοῦντες appellantur, ſed ſupra hanc ſtolam, chla-

A νίας, ἥτις ἄρα [51] ἐκαλεῖτο Ἁλία, Κασσάνδρου κλίσμα· [52] ἢ ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας, οὕτως ἐκάλεσε. [53] Λούκιλλος δὲ ὁ Ταῤῥαῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν, ὅς φησιν, ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ καὶ εὐ- B γενῆ, Ἰάσονος γὰρ ἦν ἀδελφιδῆ, ἔγημε, καὶ τεκοῦσα, [54] τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν, ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον, [55] ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν, καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην· ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ παιδὸς Νικασίπολις C ἐκέκλητο. Στράβων δὲ Θεσσαλονίκειαν αὐτήν φησι. [56] τὸ ἐθνικόν, Θεσσαλονικεύς.

niæ, quæ olim Halia vocabatur, a Caſſandro condita. Vel nomen habet inde, quod Philippus Amyntæ F. ibidem Theſſalos vicerit, & ſic vocaverit. Sed Lucillus Tarrhæus, qui de Theſſalonica librum conſignavit, inquit, quod Philippus, poſtquam vidiſſet puellam formoſam & nobilem (erat enim Jaſonis ex fratre neptis) eam duxerit, quæ pariens, vigeſima puerperii die mortem obiit. Philippus igitur infantem ſuſcipiens Nicæ tradidit, ut educaret, & vocavit Theſſalonicam: mater enim pueruli Nicaſipolis appellata fuerat. Strabo urbem Theſſaloniciam nominat. Gentile, Theſſalonicenſis.

ΘΕΣΤΩΡΟΣ, ὡς Κύτωρος, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος εἰκοστῇ δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικόν, Θεστώριος.

THESTORUS, uti Cytorus, urbs Thraciæ, de qua Theopompus libro XXII. D Gentile, Theſtorius.

ΘΕΣΤΙΔΕΙΟΝ [57], πόλις Θεσσαλική. Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ σ φησίν, ἀπὸ Θέτιδος. [58] ἔστι καὶ λίμνη Θρᾴκης, παρ' ἣν Νύσα χωρίον. τὸ ἐθνικόν, Θεστιδεύς.

THESTIDIUM, urbs Theſſalica. Hellanicus vocem ſine S ſcribit, & a Thetide deducit. Eſt quoque Thraciæ palus, juxta quam oppidum Nyſa. Gentile, Theſtidenſis.

ΘΕΣΤΙΣ, πόλις Ἀράβων, καὶ ἄλλη Λι- E βύης. ὁ πολίτης ἑκατέρας, Θεστίτης χρηματίζει.

THESTIS, oppidum Arabum, & aliud Libyæ. Utriuſque oppidanus Theſtita appellatur.

ΘΗΒΗ, πόλις Βοιωτίας διάσημος, ἀπὸ Θήβης τῆς Προμηθέως. ὁ πολίτης, Θηβαῖος, καὶ Θηβαιεύς, καὶ Θηβαΐς, καὶ ἡ F χώρα, καὶ ἡ γυνή. ἔστι καὶ ἄλλη Αἰγυπτία, περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν, ὅτι κατὰ τὰς Αἰγυ-

THEBÆ, urbs illuſtris Bœotiæ, a Theba Promethei filia nomen gerens. Civis, Thebæus, & Thebæenſis & Thebaïs, quod de regione & muliere dicitur. Eſt etiam alia Ægyptia, de qua Callimachus perhibet, circa Ægy-

lam, chlamydem etiam, utrinque πτερυγίοις ornatam geſtaſſe videntur, fortaſſis, vel ut frigus & aëris injuriam tanto melius arcerent, vel quod eam in agone præmii loco acceperant, quod non obſcure ex Euſtathii allegatis verbis conjicere licet.

[51] Ἐκαλεῖτο Ἁλία.] Sic quoque Theſſalonicam vocatam cenſet Etymologici Mag. Auctor: Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἥτις Ἁλία ἐκαλεῖτο, Κασσάνδρου κλίσμα· ἢ ὅτι Θετταλοὺς νικήσας, οὕτως ἐκάλεσεν· ἢ ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ, ἔγημε. Et ſic porro totam hiſtoriam iiſdem, uti Stephanus, verbis perſequitur, niſi quod reticeat Lucilli Tarrhæi nomen.

[52] Ἢ ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου.] Debebat in Stephano illud ἢ adhuc ſemel ſubjungi, uti factum videmus in verbis Etymologi proxime citatis. Interim hinc diſcimus Amyntæ filium urbis conditorem eſſe, quem etiam ſtatuit Conſt. Porphyrogenneta lib. II cap. de Them. Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Θεσσαλοὺς ἐκεῖ νικήσας, τῇ θυγατρὶ, καὶ τῇ πόλει ὁμωνύμως τὸ ὄνομα ἔθετο.

[53] Λούκιλλος.] Variis modis ſcribitur hujus Hiſtorici prænomen: In Palatinis libris ſemper ſcribi Λούκιος teſtatur Salmaſius. Λεύκιος quod apud noſtrum in Ταῤῥαι occurrit, manifeſte mendoſum judico. Cod. Voſſianus Λούκιλλος, quod etiam ab aliis imitatur. Scholiaſt. ad Ariſtoph. Nubes. Τοῦτο δὲ τοῦτο οἱ περὶ τὸν Λούκιλλον τὸν Ταῤῥαῖον καὶ Σοφόκλειον καὶ Θέωνα ἑρμηνεύοντες τάδε φασίν. Et ſic quoque hunc auctorem vocat anonymus in vita Apollonii Rhodii, adeo ut hactenus dubius hæſerim, utrum Λούκιος, quod in multis MSS, an vero Λούκιλλος ſit præferendum, quod etiam in MSS & vulgatis reperitur. Λούκιλλος ſine dubio habendum pro diminutivo a Λούκιος.

[54] Τῇ εἰκοστῇ.] Salmaſius in veteri manu exarato codice invenit η, id eſt, octavo die, eamque lectionem veriorem exiſtimat.

[55] Ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν.] Sic repoſuimus ex MSS pro τρέφων, quod hodie in vulgatis circumfertur. Etiam Etymologici Mag. Auctor hanc hiſtoriam referens, illud τρέφειν agnoſcit.

[56] Τὸ ἐθνικόν, Θεσσαλονικεύς.] Apud Triſtanum & alios inveniuntur nummi cum inſcriptione ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Legitur tamen etiam Θεσσαλονικαῖος apud Anonymum de Vita & rebus geſtis Alexandri Mag. adhuc ineditum: Ἦν δέ τις ἐκεῖ Παυσανίας ὀνόματι ἀνὴρ μέγας καὶ πλούσιος σφόδρα, καὶ ἐξάρχων πάντων Θεσσαλονικαίων.

[57] Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλική.] Peſſime hunc locum tractarunt librarii, omnis geographiæ imperiti; nam libri MSS & hactenus editi exhibent, Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλονίκης. Quaſi vero Theſſalonica provinciæ vel regionis nomen eſſet, vel civitas Theſſalonica fines ſuos tam longe extendiſſet, ut etiam Theſtidium ditione ſua comprehenderet. Nos errorem vidimus, & ratione duce pro Θεσσαλονίκης repoſuimus Θεσσαλική, proxime cum vulgata conveniens. Eſt enim Theſtideum, vel Thetidium, ut alii ſcribunt, Theſſaliæ oppidum in Pelaſgiotide prope Pharſalum ſitum, teſtibus Strabone lib. IX, & Polyb. lib. XVII, aliiſque. Verum alius quoque eadem ſectione latebat error, in omnibus libris legebatur Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ δ φησίν. Cum revera δίχα τοῦ σ legendum ſit, uti jam noſtra exhibet editio: plurimi enim Θεστίδειον ſcribunt, inter quos Polybius lib. XVII, Plutarchus in Pelopid. Euripides in Androm. Zezes in Lycoph. & Pindari Scholiaſt. in Nem. od. IV.

[58] Ἔστι καὶ ἄλλη Αἰγυπτία.] Potior eſt hæc MSS codicum lectio, quam vulgata, ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Αἰγύπτῳ, quanquam & ſtare & defendi poſſit. Quod autem de antro illo circa Thebas Ægyptias refert Callimachus, id in ipſa urbe fieri tradit Hellanicus Lesbius teſte Antigono in Paradoxis: Ἑλλάνικος δ' ὁ Λέσβιος ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις ἱστορεῖ σπήλαιον

Αἰγυπτίας Θήβας ἐστὶ σπήλαιον, ὃ τὰς μὲν ἄλλας ἡμέρας πληροῦται ἀνέμου, κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ παντελῶς. [59] τρίτη, Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος. τετάρτη, [60] ἐν Κιλικίᾳ ὑποπλακίᾳ, πλησίον τῆς Τροίας· ἧς ὁ πολίτης, Θηβαΐτης. πέμπτη, Ἰωνίας κατὰ Μίλητον. ἕκτη, ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἑβδόμη, τῆς Καταονίας. ὀγδόη, [61] Ἰταλίας. ἐννάτη, [62] Συρίας. τὸ κτητικὸν, Θηβαϊκὸς, καὶ Θηβαϊκή. τὰ τοπικὰ, Θήβηθεν, Θήβαζε, Θήβησι.

ΘΗΓΩΝΙΟΝ, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας. τὸ ἐθνικὸν, Θηγώνιος.

ΘΗΜΑΚΟΙ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς: ὡς δὲ Φρύνιχος, τῆς Πτολεμαΐδος. ὁ δημότης, Θημακεύς. τὸ τοπικὸν, Θημακόθεν, Θημακόνδε, Θημακοῖ.

ΘΗΡΑ [63], νῆσος τῶν Σποράδων, κτίσμα [64] Μεμβλιάρου, ἑνὸς τῶν μετὰ Κάδμου. [65] ἐν ᾗ τοὺς ἐτῶν ὀκτὼ θνήσκοντας οὐκ ἐθρήνουν, οὐδὲ τοὺς ἑπτά. ἔστι καὶ Ῥόδου πόλις ταπεινή. καὶ Καρίας ἄλλη, καὶ τῆς Σογδιανῆς ἄλλη· ὁ οἰκήτωρ, Θη-

A Ægyptias Thebas reperiri antrum, quod aliis diebus repletur vento, ſed quod trigeſimo menſis omnino non ſpirat. Tertia, Theſſaliæ in Phthiotide. Quarta, in Cilicia Hypoplacia prope Trojam, cujus civis Thebaïtes. Quinta, Ioniæ juxta B Miletum. Sexta, in Attica. Septima, Cataoniæ. Octava, Italiæ. Nona, Syriæ. Poſſeſſivum, Thebaïcus. Localia ex, ad & in Thebis.

C THEGONIUM, urbs Theſſaliæ, de qua Hellanicus libro primo Deucalioniæ. Gentile, Thegonius.

THEMACI, populus Erechtheïdis tribus, ſed ſecundum Phrynichum, Ptolemaïdis. D Popularis, Themacenſis. Localia ex, ad & in Themacis.

THERA, inſula Sporadum, condita a Membliaro, uno ex Cadmi ſociis. In qua pueros octavo, & quoque ſeptimo anno morientes non lugent. Eſt etiam Rhodi urbs, humili loco E ſita: & alia Cariæ, & alia Sogdianæ. Incola, The-

σπήλαιον ἐν ᾧ ἐστι, καθ᾽ ὃ εἶναι μὲν τὰς μὲν τριακάδας νήνεμίαν, τὰς δ᾽ ἄλλας ἡμέρας, ἄνεμον.

[59] Τρίτη, Θεσσαλίας.] Alio nomine hæc urbs *Philippi* vocabatur, teſte Stephano in illa voce: ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας. Philippus in hanc urbem Macedonum coloniam ducens, eam de ſe nominavit, auctore Polybio lib. v: Γενόμενος δὲ κύριος τῶν Θηβῶν, τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας ἐξηνδραποδίσατο· Μακεδόνας δ᾽ εἰσοικίσας Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασε. Thebæ Phthiæ a Livio appellabatur, eratque Theſſalis emporium maritimum, quæſtuoſum & frugiferum, eum videſis lib. xxxix.

[60] Ἐν Κιλικίᾳ ὑποπλακίᾳ.] Intelligit Adramyttium Troadi vicinum. Etymologici Mag. Auctor: Θῆβαι, τὸ νῦν Ἀτραμύττιον καλούμενον. Quod etiam habet Phavorinus in Lexico. Et ſic quoque Homerus Iliad. Z. hanc urbem appellat.

Ἠετίων, ὃς ἔναιεν ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσιν ἄνδρεσσιν ἀνάσσων.

Ad hunc Homeri locum optime docet Euſtathius, quare Thebæ & Cilicia Hypoplacia dicitur: quia autem Archiepiſcopi verba Stephanum non mediocriter illuſtrant, ea huc tranſcribam: Παρατυχόντα δὲ Ἡρακλέα νικῆσαί φασι, καὶ λαβεῖν τὴν Θήβην εἰς γυναῖκα, καὶ κτίσαι πόλιν ὁμώνυμον αὐτῇ, πλακίαν τε ἐπικαλουμένην καὶ ὑποπλακίαν διὰ τὸ κεῖσθαι ὑπὸ ὄρος τὸ Πλάκιον. Multa deinde addit de Cilicia & Cilicibus, quos Homerus ad Adramyttenum ſinum poſt Lelegas collocat, quæ ibi commodius legi poſſunt. Hi Cilices, juxta Strabonem, in duas provincias olim fuere diviſi, quarum altera Eetioni, altera Myneti parebat. Idem refert a Cillo quodam, Pelopis auriga, nomen accepiſſe, ita enim inquit lib. xiii: Ἔστι δὲ καὶ Κίλλου μνῆμα, περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος χῶμα μέγα· ἡνίοχον δὲ τοῦτον Πέλοπος φασὶν ἡγησάμενον τῶν τόπων ἀφ᾽ οὗ ἴσως ἡ Κιλικία. Verum hoc addendum, Strabonem cenſere Adramyttium & Thebas non idem eſſe oppidum, ſed diſtare Thebas ab Adramyttio LXXX ſtadiis.

[61] Ἰταλίας.] Vide Ortelium, qui præter Lucanas Thebas, de quibus lib. iii cap. ii. alias ex Varrone commemorat, nempe in agro Sabino, via Salaria, non longe a Rheate. Quas innuerit Stephanus, dictu difficillimum.

[62] Συρίας.] Sine dubio Thebas Syriæ Palæſtinæ intelligit, quas LXX Seniores Θήβην, & Joſephus lib. v Antiq. cap. ix Θήβας nominat. Celebratur quoque ejus memoria lib. Judicum cap. ix: 50.

[63] Θήρα, νῆσος τῶν Σποράδων.] Sita eſt inſula in mari Ægæo, prope Anaphen & Diam, ad ſeptentrionale Cretæ latus, a quo LXX ſtadia diſtabat, teſte Strabone lib. x. Antiquiſſimum inſulæ nomen erat *Calliſte* Καλλίστη; quaſi dicas *Pulcherrima*, quo omnino gaudebat, cum Cadmus Agenoris F. Europam quæritans, in eam eſſet appulſus, ubi Membliarum conſanguineum ſuum & Phœnices quoſdam alios reliquit. Verum deinceps Theras Auteſionis F. Tiſameni Nep. Therſandri pronepos ex Lacedæmonia cum ingenti tribulium multitudine, non ad Membliarum & ſocios ejiciendos, ſed ad una habitandum & inſulam pluribus incolis frequentandam, miſſus, inſulam de ſe Theram tranſnominavit. Apollon. Rhod. lib. iv Argonaut.

—— —— ἐκ δὲ λιπόντας
Σπάρτην Αὐτεσίωνος ἐῢς πάϊς ἤγαγε Θήρας
Καλλίστην ἐπὶ νῆσον· ἀμείψατο δ᾽ οὔνομα Θήρης
Ἐξ ἕθεν. —— —— ——

Plurima hac de re veterum teſtimonia ex Callimacho, Pindari Pythiis ejuſque ſcholiaſta, & Pauſaniæ Laconicis & Achaïcis peti poſſent, ſed potiſſimum commendo Herodotum, qui omnium accuratiſſime in Melpomene ſcriptis teſtatur, qua occaſione Cadmus Membliarum in Calliſta reliquerit, & Theras eo coloniam duxerit. Verum hoc non eſt prætermittendum, Theram & Theraſiam, miro quodam caſu, è mari enatas eſſe, uti refert Strabo lib. i. Emicabant e mari flammæ per quatuor dies, adeo ut totum ferveret atque arderet mare: quæ paulatim elatam veluti inſtrumentis quibuſdam, atque e maſſis compoſitam inſulam ediderunt. De Theraſia mentionem facit Senec. Nat. Quæſt. lib. vi cap. xxi: *Aquæ, ſi ventum detrahas, inertes ſunt. Tunc demum impetum ſumunt, cum illas agit flatus: qui poteſt diſſipare magna ſpatia terrarum, & novos montes ſubrectos extollere; & inſulas non ante viſas, in medio mari ponere. Theraſiam noſtræ ætatis inſulam, ſpectantibus nautis in Ægæo mari enatam, quis dubitat, quin in lucem ſpiritus vexerit?* Vide præterea Plinium lib. ii cap. LXXXVII, & Juſtinum lib. xxx.

[64] Μεμβλιάρου.] Sequimur Xylandrianam: Veneta & Florentina peſſimo errore Μεμαλιάρου.

[65] Ἐν ᾗ τοὺς ἐτῶν ὀκτὼ θνήσκοντας οὐκ ἐθρήνουν, οὐδὲ τοὺς ἑπτά.] Hæc eſt conſtans editorum librorum lectio, & quoque plurimorum calamo exaratorum. In quibuſdam tamen pro ἐτῶν ὀκτὼ θνήσκοντας legitur, ἐτῶν ἐθνήσκοντας unde

Θηραῖος, καὶ Θηραία, καὶ Θηραϊκός. τὸ δὲ Θηράσιος, ξένον. Θηρασία γὰρ νησίον, ὡς εἰρήσεται.

ΘΗΡΑΣΙ'Α, νῆσος [66] ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυνουρίας. τὸ α μακρόν. [67] μεταξὺ τῆς Θήρας τε καὶ Θηρασίας. ὁ νησιώτης, Θηράσιος.

ΘΙ'ΒΑ [68], τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ὑφ' Ἡρακλέους [69] ἀναιρεθεισῶν, κληθεῖσα. πεσεῖν γάρ φασι τὰς μάλιστα διαφερούσας, [70] Τράλλαν τε, καὶ Ἰσοκρατίαν, καὶ Θίβαν, καὶ Πάλλαν, καὶ Κοίαν, καὶ Κοινίαν. [71] ὁ τοπίτης, Θίβιος, ὡς ἀπὸ τῆς Θίβης εὐθείας. ἔστι δὲ ἔθνος βασκαντικὸν, καὶ φθοροποιὸν, ὡς Δίδυμος ἐν δευτέρῳ συμποσιακῶν. θανατοῖ δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῶν, οἷς ἂν πλη-

A Theræus, & Theræa, & Theraïcus. Theraſius vero ad hunc locum non pertinet; Theraſia enim inſula eſt, de qua dicetur.

THERASIA inſula in medio freto, quod eſt inter Cretam & Cynuriam. Habet A longum. B Inter Theram & Theraſiam. Inſulanus, Theraſius.

THIBA, locus ad Pontum, ſic dictus ab una Amazonum ab Hercule occiſarum. Illic enim cecidiſſe ferunt excellentiſſimas, C Trallam ſcilicet, & Iſocratiam, & Thibam, & Pallam, & Coeam, & Coeniam. Loci incola, Thibius, tanquam a caſu recto Thibes. Eſt autem gens faſcinandi facultate & exitium inferendi prædita, auctore Didymo libro II Sympoſiacorum. Mortem adfert eo- D rum halitus, quoſcunque attigerit, eorumque

-τας, unde conjici poſſet, olim a Stephano fuiſſe ſcriptum ἐτῶν ε' θνήσκοντας, hoc eſt, ἐτῶν πέντε θνήσκοντας. Interim tamen incerti manemus & aqua nobis hæret. Hunc fluctuantis animi ſtimulum non tollit Euſtathius, qui neque quinque, neque octo annos numerat, ſed quinquaginta: & ſic augendo numerum, eum longius a veri moniæ ſpecie recedere cenſeo. Hæc ſunt ejus verba: Ἐν ταύτῃ οὔτε τοὺς ἐτῶν ν' θνήσκοντας ἐθρήνουν, οὔτε τοὺς ἑπταετεῖς, εἰ θάνοιεν. Puto tamen vulgatam hactenus lectionem in Stephano eſſe veriſſimam, quod mecum fateri non recuſabit æquus rerum æſtimator, quam primum mentem explicuero. Videtur hoc a Theræis in memoriam graviſſimæ calamitatis inſtitutum, quam paſſi ſunt, Grino Æſanii filio apud ipſos imperium obtinente. Is de re quadam Pythiam Delphis conſulturus, reſponſum accepit, ut urbem in Libya conderet. Sed oraculum hoc negligens, ignarus ubi terrarum Libya eſſet ſita, recuſabat ex tam incerta reſponſione coloniam mittere. Verum Theræi inſignem hujus negligentiæ pœnam dedere, nam ex illo tempore totos ſeptem annos in Thera non pluebat, adeo ut omnes arbores, præter unam, exaruerint. Refert hanc hiſtoriam Herod. in Melpomene: Ἑπτὰ δὲ ἐτέων μετὰ ταῦτα οὐκ ὗε τὴν Θήρην· ἐν τοῖσι τὰ δένδρεα πάντα σφι τὰ ἐν τῇ νήσῳ, πλὴν ἑνὸς, ἐξαυάνθη. In hujus ergo calamitatis memoriam, cenſeo Theræos publico decreto ſtatuiſſe, ne pueros ſeptem & octo annorum (quem numerum Stephanus alibi quoque invenit) fato functos, aliquo luctu proſequerentur. Atque hæc unica cauſa eſt, in re tam denſis tenebris intricata, quod omnem ſcripturam in Stephano, præter vulgatam, ut & quinquaginta annos apud Euſtathium, hactenus flocci fecerim.

66 Ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυνουρίας.] Libri manu exarati & typis excuſi conſtanter exhibent ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας, quod vitium per aliquot ſecula Stephani codicibus adhæſit, minimeque ortum videtur a mala librarii manu, ſed ipſe Ethnicographus ex depravatiſſimo Strabonis loco hauſit, ubi ſua ætate, & etiam nunc hodie libro I hunc in modum legitur: Οἷον εἴ τις λέγοι περὶ Θήραν καὶ Θηρασίαν, νήσους ἱδρυμένας ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας. Et ferme ſimili modo legitur lib. VIII: Πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας καὶ τῆς Κρήτης νῆσον

Καλλίστην τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρην.

Sed cum nobiliſſimus Palmerius in exercitationibus ad Strabonem, evidentiſſimis & minime dubiis argumentis demonſtrat, apud Strabonem pro Κυρηναίας reponendum Κυνουρίας, non potui, quin egregiam doctamque hanc emendationem meo calculo approbarem. Et cum Stephanus hæc de Theraſiæ ſitu verba, certo certius ex Strabonis lib. I hauſerit, ſummopere neceſſarium, & e re geographica judicavi, noſtrum ab hoc mendo repurgare, illud Κυρηναίας, tanquam infelix lolium exſtirpando, & Κυνουρίας ſubſtituendo. Theraſia enim erat Maris Ægæi inſula prope Theram, Anaphen & Diam, Cretam inter & Cynuriam, Laconiæ regionem ex adverſo Cretæ, ob quam Lacones & Argivi ſæpiſſime bellum geſſere, quod apud veteres ſcriptores decantatiſſimum eſt. Thucyd. lib. IV: Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης· ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν καὶ Ἀνθήνην πόλιν. Vide præterea Herodotum, Plutarchum, Pauſaniam & alios.

67 Μεταξὺ τῆς Θήρας τε καὶ Θηρασίας.] Et hæc quoque ex Strabonis libro I eſſe tranſcripta, conferenti manifeſte apparebit, ſuntque non longe remota ab illis, quæ præcedenti commentario produximus. Hinc mihi admodum fit veriſimile, Stephanum Strabonis locum integrum, ubi miraculoſum Theræ & Theraſiæ ortum deſcribit, in ſuum uſum tranſtuliſſe.

68 Θίβα, τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ.] Contra elementorum ordinem peccaverant librarii. Juxta literarum ſeriem ſcribendum foret Θιβαὶς non Θηβαὶς quod omnes editi & MSS agnoſcunt: verum & illud vitio laborat, Salmaſius in Plinianis repoſuit Θίβις, quod mihi quoque ſuſpectum: nos ſubſtituendum putavimus Θίβα, & quidem auctoritate Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, ita enim ille in comment. ad Dionyſ. Καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ δὲ Θίβα τόπος, διὰ τοῦ ι ἔχων τὴν παραλήγουσαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑφ' Ἡρακλέους ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων ἔχουσα τὴν κλῆσιν. Habitationem & naturam hujus gentis ex Phylarcho deſcribit Plutarchus lib. V Sympoſiac. cap. VII: Καὶ τοί τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι, Θηβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος, οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν προσδεχομένους, τήκεσθαι καὶ νοσεῖν. Opinatur Salmaſius heic debere ſcribi Θιβεῖς pro Θηβεῖς. Sed in MS Vulcobii codice Θηβίους cum legebatur, non dubito quin in Plutarcho Θιβίους reſcribendum ſit, præſertim & ipſe Stephanus noſter loci incolam ſic appellans.

69 Ἀναιρεθεισῶν.] Quanquam vulgata lectio ἀναιρεθείσης ſtare poſſit, vocem numero multitudinis ex MS Voſſiano huc revocavi, quam ſcripturam etiam Euſtathius ſua ætate in Stephani epitome invenit & ap[probavit] bavit.

70 Τράλλαν τε]. Libri omnes Τραγάν τε, quod fide manu exaratorum codicum & auctoritate Euſtathii mutatum ivi, is enim Amazonum præſtantiſſimas recenſens, omnes ſic nominat. in comment ad Dionyſ. Αἱ διάφοροι, (ſcilicet Amazones) τουτέστιν αἱ ὑπερέχουσαι, καὶ ἀξιολογώτεραι, κατὰ τὴν τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορίαν, εἰσὶν αὗται τὸ ὄνομα, Τράλλα, Ἰσοκράτεια, Θίβα, Πάλλα (ſic legendum ex Stephano pro Τάλλα) καὶ ἄλλαι· καὶ ἡ Σμύρνα. Hinc quoque liquet in noſtro Θίβαν ſcribendum, non Θήβαν, quod libri vulgati exhibent, quanquam fatendum, etiam MSS codices exhibere, quod nunc vulgavimus.

71 Ὁ τοπίτης, Θίβιος.] Et hoc loco commiſſum erat vitium in vulgatis. Manu exaratorum codicum auctoritate

πλησιάζῃ. καὶ [72] τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα A
εἰς θάλασσαν, οὐ καταδύουσι.

ΘΙ´ΒΡΟΣ, πόλις [73] Λυκόφρων,

Οἳ Θίβρον οἰκήσουσι, Σάτνιόν τ' ὄρος.

τὸ ἐθνικὸν, Θιβρεύς.

ΘΙ´ΓΓΗ [74], πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος B
περιηγήσει. τὸ ἐθνικὸν, Θίγγιος.

ΘΙ`Σ [75], πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀβύδου. ὁ πολίτης, Θινίτης· Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

ΘΙ´ΣΒΗ, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος, C

---- πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωποῦ. λέγεται καὶ [76] πληθυντικῶς. ὁ πολίτης, Θισβαῖος. καὶ ὁ λιμὴν ὁ τῶν Θισβαίων, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος· καὶ τὸ ἐπίνειον, περιστερῶν πλῆρες. [77] Ἰσμηνίας D
ὁ αὐλητὴς, Θισβεὺς ἐχρημάτιζε, [78] καὶ ὁ Ἐρετρίων αὐλητής.

ΘΜΟΥΙ͂Σ [79], πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ξόϊς, Σάϊς. ὁ πολίτης, Θμουΐτης.

ΘΟ-

que corpora in mare projecta non ſubmerguntur.

THIBER, urbs, de qua Lycophron:

Qui Thibrum habitant Satniumque montem.

Gentile, Thibrius.

THINGE, urbs Libyæ, de qua Hecatæus in Periegeſi. Gentile, Thingius.

THIS, oppidum Ægyptium, prope Abydum. Oppidanus, Thinites, teſte Alexandro rerum Ægyptiacarum primo.

THISBE, urbs Bœotię, de qua Homerus:

---- *Et columbis abundantem Thiſben.*

A Thiſba Æſopi filia nomen habet. Dicitur quoque numero multitudinis. Civis, Thiſbæus. Et portus Thiſbæorum de quo Epaphroditus: & navale columbis refertum. Iſmenias tibicen Thiſbenſis appellatur, & etiam Eretrio tibicen.

THMUIS, oppidum Ægypti, uti Xoïs, Saïs. Oppidanus, Thmuites.

THO-

tate integrum locum ſic excudendum volui: Ὁ τοπίτης, Θίβιος, ὡς ἀπὸ τῆς Θίβης ἀληθείας.

[72] Τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς θάλασσαν, οὐ καταδύουσι.] Idem de Thibiis ex Phylarcho refert Plinius lib. VII cap. II: *Phylarchus & in Ponto Thibiorum genus, multoſque alios ejuſdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eoſdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos.* Fortaſſis ex perantiqua hac fabella ad multos Europæ populos, Euangelii & rectæ rationis face nondum ſatis illuſtratos, præſertim ad Germanorum ditiones, peſſima hæc conſuetudo dimanavit, ut in cognoſcendis faſcinantibus & ſagis, ex injectione in aquas evidentiſſima ſigna peterentur, an aliqua facultate magica eſſent imbuti. Hos enim manibus pedibuſque colligatis, vel pollice manus dextræ, magno digito ſiniſtri pedis, & viciſſim pollice ſiniſtræ digito magno dextri pedis tranſverſe vinculo adſtrictis, in ſtagnum ſatis profundum, ſive profluentem projiciebant: ſi fundum non petebant aquis innatantes, experimentum minime dubium habebatur, eos magiæ atque maleficii eſſe reos. Hujuſmodi experimenta, cum a Medicis, Philoſophis, & multis in Europa judicibus ad riſum uſque ſint exploſa, atque evidentiſſimis rationibus refutata, quis fidem habere poterit Plinio & noſtro Stephano, Thibiorum corpora in mare projecta, ei innatare poſſe, quippe non oſtendentes illorum corpora, aliis naturalibus facultatibus, quibus hodie noſtra non gaudent, eſſe præditos?

[73] Λυκόφρων.] Variis modis iſtud oppidi nomen apud Lycophronem excuſum reperitur, modo Θείγρον, modo Θίγρον, modo Θίβρος. Alibi ſine dubio latet error, vel in Lycophrone, vel in Stephano, non facile tamen Scho[illegible] auxilio, neque aliorum ſcriptorum auctoritate [illegible]uncandus.

[74] Θίγγη, πόλις Λιβύης.] Teſtatur Strabo lib. XVII hoc oppidum barbaris Τίγγα, Artemidoro Λίγγα, & Eratoſtheni Λίξον dici. Hodie appellatur *Tanger*, & antiquiſſimi nominis veſtigia ſervare videtur. Situm eſt in ora freti Herculei, portu ſatis amplo inſtructum, atque Mauritaniæ Tingitanæ caput habetur.

[75] Θὶς, πόλις Αἰγυπτία.] Vel oppidi nomen vel gentile in mendo cubat: nam ſi Θὶς genuina ſit oppidi appellatio, inde Θίτης oppidani nomen eſt deducendum. Verum ſi recte ſe habet Θινίτης, quod in vulgatis & MSS conſpicitur, oppidi nomen erit Θῖνις, quod neque literarum ordini adverſatur. Certiſſimi eſſemus, ſi Alexandri Ægyptiaca, quorum teſtimonio noſter utitur, hodie proſtarent. Puto tamen pro Θὶς hoc loco Θῖνις reſcribendum, ad quam ſcripturam & conjecturam me non duntaxat ducit τὸ Θινίτης, ſed quoque Ptolemæus in hiſce tenebris facem accendit, in Ægypto prope Abydum (idem aſſerente Stephano noſtro ex Ægyptiacis Alexandri) Θινίτην Νομὸν hoc modo collocans lib. IV:

Ἀφροδιτόπολις νομὸς, καὶ μητρόπολις μεσόγειος
Ἀφροδίτης πόλις.
Εἶτα μεσόγειος πόλις
Κροκοδείλων.
Θινίτης νόμος, καὶ μητρόπολις
Ἑρμοῦ Πτολεμαΐς.
Εἶτα μεσόγειος ὁμοίως ἀπὸ δύσεως
Ἄβυδος.

Quanquam hæc Ptolemæi verba nobis occaſionem ſuppeditant, genuinum oppidi nomen inveniendi, tamen mutila ſunt, & fortaſſis hunc in modum ſupplenda.

Θινίτης νόμος, καὶ μητρόπολις
Θῖνις.

Atque ita habebimus oppidum illud, quod male in Stephani libris Θὶς vocatur, quod ex gentili Θινίτης apud noſtrum, & ex Ptolemæo ſatis probavimus

[76] Πληθυντικῶς.] Numero multitudinis utitur Xenophon lib. IV Hellenicor. Διὰ Θισβῶν δὲ ὀρεινὴν, καὶ ἀπροσδόκητον πορευθεὶς, ἀφικνεῖται εἰς Κρεῦσιν. Idem teſtatur Strabo lib. IX. Θίσβη, Θίσβαι νῦν λέγονται. Erat id oppidum ſupra mare Theſpienſibus & agro Coronæo finitimum, ab auſtrali parte etiam Heliconi ſubjectum. Navale habuit ſaxoſum & columbis refertum (καὶ ἐπίνειον inquit Steph. περιστερῶν πλῆρες) ut merito Poëta πολυτρήρωνα appellaverit, teſte eodem Strabone variis in locis, & Euſtathio ad Homeri Bœotiam.

[77] Ἰσμηνίας.] Iſmeniæ tibicinis meminerunt Plutarchus in Pericle: Ælian. var. Hiſt. lib. IV: Apulejus de Deo Socratis, aliique.

[78] Καὶ ὁ Ἐρετρίων αὐλητὴς Θισβεύς.] Ita ſupplevi hunc locum fide MSS: a vulgatis enim hactenus illud Θισβεὺς abfuit. Præterea pro Ἐρετριέων, quod vulgati exhibebant, Ἐρετρίων reſcribere placuit, quod proprium viri nomen eſt.

[79] Θμουΐς, πόλις Αἰγύπτου.] Hujus meminit Ammian. Marcellinus, & inter maximas Ægypti urbes numerat lib. XXII: *Ægyptus ipſa, quæ jam inde uti Romano imperio juncta eſt, regitur a præfectis, exceptis minoribus multis, Athribi & Oxyryncho, & Thmui & Memphi, maximis urbibus nitet.* Erat ſita in præfectura Mendeſia pro-

pe Men-

ΘΟΡΑΙ', δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. A
80 ὁ δημότης, Θορεύς. τὰ τοπικά, Θόραθεν, Θόραζε, Θόρασι.

ΘΟΡΙΚΟ'Σ 81, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Ἑκαταῖος δὲ τὴν πόλιν αὐτὴν φησιν, ὁ δημότης Θορίκιος, καὶ Θορικεύς. B
τὰ τοπικά, ἐκ Θορικοῦ, Θορικόνδε, Θορικοῖ.

ΘΟ'ΡΝΑΞ 82, ὄρος τῆς Λακωνικῆς· Νικόλαος δ΄. τὸ ἐθνικὸν Θορνάκιος, ὡς 83 Νάρυξ Ναρύκιος.

ΘΟΥ'ΛΗ 84, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Ὠκεανῷ ὑπὸ τὰ Ὑπερβόρεια μέρη, ἔνθα τὴν θερινὴν C
ἡμέραν ὡρῶν εἴκοσιν ὁ ἥλιος ἰσημερινῶν ποιεῖ, τὴν δὲ νύκτα 85 τεσσάρων· τὰς δὲ χειμερινὰς τοὐναντίον. τὸ ἐθνικόν, Θουλαῖος· 86 ἴσως δὲ καὶ Θουλίτης. D

ΘΟΥ'ΡΙΟΙ 87, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, ἀπὸ Θουρίας πηγῆς· ὕστερον δὲ Κωπίαι. 88 λέγεται καὶ Θουρία, καὶ Θούριον, ὡς ἐν τῷ 89 Ἡροδότου ἐπιγράμματι,

Ἡρό-

THORÆ, populus Antiochidis tribus. Popularis, Thorenſis. Localia ex, ad, & in Thoris.

THORICUS, populus Acamantidis tribus. Hecatæus urbem nominat. Popularis, Thoricius & Thoricenſis. Localia ex Thorico, ad Thoricum, & in Thorico.

THORNAX, mons Laconiæ, de quo Nicolaus libro IV. Gentile, Thornacius, uti Naryx Narycius.

THULE, inſula magna in Oceano in Hyperboreis partibus, ubi ſol æſtivam diem viginti æqualibus horis facit, noctem vero quatuor: Sed hybernas contra. Gentile, Thulæus: forte etiam Thulita..

THURII, urbs Italiæ, antea Sybaris dicta, nomen habens a Thurio fonte, poſtea vero Copiæ. Dicitur quoque Thuria & Thurium, quod in Herodoti Epigrammate liquet:

Hero-

pe Mendeſium oſtium, atque inter illas cenſetur, quæ nominis originem animalium vocabulis debent, nam *Thmuis* Ægyptiis *Hircus* dicitur, teſte Hieronymo lib. II adverſus Iovian. *Unde & urbes quoque apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur. Leonto, Cyno, Lyco, Buſiris, Thmuis, quod interpretatur hircus.* Euſebius urbis nomen Θμοῖς fecit, quod liquet manifeſte, quia inde deduxit nomen gentile Θμοΐτης lib. VIII Hiſt. Eccleſiaſt. cap. IX: Φιλεάς τε τῆς Θμοϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος.

80 Ὁ δημότης, Θορεύς.] Libri ſcripti, ὁ δημότης Θοραιεύς. Nihil tamen mutandum cenſet Salmaſius.

81 Θορικός.] In Etymol. Mag. Auctore male legitur Θόρυκος, & pejus apud Demoſthenem in oratione κατὰ Μειδ. Θεώρικος.

82 Θόρναξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.] Voſſianus Θόραξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς· Νικ. δ΄. τὸ ἐθνικὸν, Θοράκιος, ſed male. Alio nomine hic mons *Coccyx* dicebatur, quod obſervat Meurſius ex Theocriti Schol. in Laconicis.

83 Νάρυξ, Ναρύκιος.] Auctoritate codicum manu exaratorum ſic emendavimus: male hactenus editi Νάρηξ, Ναρίκιος. Eſt enim Naryx urbs Locridis, de qua ſuo loco Stephanus.

84 Θούλη, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Hæc inſula quamvis veteribus fuerit celebris & decantatiſſima, inter illos tamen non convenit de accurato ejus ſitu; quod inde liquet evidentiſſime, quia diverſam ei dierum & noctium longitudinem attribuerint. Nam noſter diem ibi æſtivum (quem de ingreſſu ſolis in cancrum intelligo) ex viginti horas, & noctem tunc ex quatuor conſtare perhibet. Sed alia fuit mens Procopio, affirmanti ſolem in Thula circa ſolſtitium æſtivum per XL dies non occidere, & circa brumale ſolſtitium Thulitas per dies XL ſolis aſpectu carere, ita enim ille de bello Gotthico lib. II cap. XV: Ἐνταῦθα γίνεται ἀνὰ πᾶν ἔτος θαυμάσιον· ὁ γὰρ ἥλιος, ἀμφὶ θερινὰς μὲν τροπὰς μάλιστα, ἐς ἡμέρας τεσσαράκοντα οὐδαμῆ δύει, ἀλλὰ διηνεκῶς ἐς πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ὑπὲρ γῆς φαίνεται· μησὶ δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἓξ ὕστερον, ἀμφὶ τὰς χειμερινὰς τροπὰς, ἥλιος μὲν ἐς ἡμέρας μ΄ τῆς νήσου ταύτης οὐδαμῆ φαίνεται· νὺξ δὲ αὐτῆς ἀπέραντος καταχεῖται. Hæc ex amuſſim Islandiæ quadrant: Verum juxta Stephanum, in qua ſententia olim etiam fuere Marinus & Ptolemæus, Thule eſſet, ubi nunc Schetlandia, (quæ una eſt ex Orcadum inſulis, & vix bidui curſu a Britannia remota) ad gradum LXIII, ubi dies æſtivus, ſive maximus, viginti horarum eſt. Sed quid juvat omnium de hac inſula opiniones congerere, quibus hoc volupe eſt; legant Voſſium ad Melam & Bochartum lib. I de Phœnicum coloniis.

85 Τεσσάρων.] Male in hactenus editis τέσσαρας: nam diem facit ſol viginti, noctem vero horarum quatuor.

86 Ἴσως δὲ καὶ Θουλίτης.] Quanquam de hoc gentili ambigere videatur noſter, invenitur tamen apud Procopium loco jam allegato: Αὕτη τε Θουλίταις ἡ μεγίστη τῶν ἑορτῶν ἐστι.

87 Θούριοι, πόλις Ἰταλίας.] De ſitu, & conditoribus conſulendus Cluverius lib. IV Italiæ Antiq. Duntaxat illa Strabonis verba ſum adducturus, ex quibus Stephanus totum hoc capitulum conſarcinavit, ita enim ille lib. VI: Ὕστερον δ᾽ οἱ περιγενόμενοι (ſcilicet Sybaritæ) συνελθόντες ἐπῴκουν ὀλίγοι· χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι διεφθάρησαν ὑπ᾽ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων· οἳ συνοικήσοντες μὲν ἐκείνοις ἀφίκοντο· καταφρονήσαντες δ᾽ αὐτῶν, τοὺς μὲν διεχειρώσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν πλησίον, καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου· Θούριοι δ᾽ εὐτυχήσαντες πολὺν χρόνον, ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν· Ταραντίνων δ᾽ ἀφελομένων ἐκείνους, ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον· οἱ δὲ πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι, μετωνόμασαν Κωπίας τὴν πόλιν. Ex his verbis liquet, quibus nominibus olim hæc civitas fuerit inſignis, & Hieronymum Syritam, Hiſpanorum eruditiſſimum errare, quod in Stephano pro Κωπίαι emendare conetur Λώπιαι, uti videre eſt in notis ad Antonini Itinerarium. Nomen illud etiam reperitur corruptiſſimum apud Scholiaſt. Ariſtoph. ad Nubes, cujus verba mox producturus ſum atque emendaturus.

88 Λέγεται καὶ Θουρία, καὶ Θούριον.] Fortaſſis ſcribendum λέγεται καὶ Θούριαι, nam hoc genere & numero uſurpatur a Livio lib. X: *Eodem anno claſſis Græcorum, Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ littora appulſa, Thurias urbem in Salentinis cepit. Adverſus hunc hoſtem Conſ. Æmilius miſſus, prœlio uno fugatum compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori.* Sed Θούριον non duntaxat in allegato epigrammate reperitur, verum quoque apud Strabonem lib XIV: Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. Herodotus ergo Thurius dicebatur, non quod ibi eſſet natus, ſed quod ſe ſocium ducendæ in Thurios coloniæ præbuiſſet.

89 Ἡροδότου ἐπιγράμματι.] Habet quoque idem epigramma Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes, quia autem illud vitio laborat, & etiam alia iſti Scholiaſtæ inſigniter corrupta adhærent; integrum locum tranſcribam, ut mendis ſuis repurgetur: Λόγους δὲ συνεχῶς εἰσάγειν ἐφαίνετο περὶ τῆς εἰς Θούριον ἀποικίας· ἁλούσης γὰρ Συβάρεως Θούριοι ἐκλήθησαν ἀπὸ κρήνης Θουρίας, ὕστερον δὲ Ἄπιαι (legendum Κωπίαι) λέγεται καὶ Θούριον, ὡς ἐν τῷ Ἡροδότου ἐπιγράμματι.

Ἡρόδοτον

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἤδε θανόντα, A

Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,

Δωριέων πάτρης βλαστόντ᾽ ἄπο. Τὸν γὰρ ἄπληστον

Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην. B

Herodotum Lyxæ filium tegit terra jam mortuum,

Ionicæ antiquæ hiſtoricæ principem,

Dorica ex patria originem trahentem. Hic enim inſatiabilem.

Momum fugiens, Thurium habuit patriam.

τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριακοί· καὶ Θουρῖνος οἶνος, ὡς Στράβων. καὶ ὤφειλε δὲ [90] παρὰ τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Πάριος Παριανὸς, ἢ παρὰ τὴν Θουρίαν, ὡς Ὀλβίαν Ὀλβιανός. C [91] Παυσανίας δὲ Ἄνθειαν αὐτήν φησι. καὶ [92] τὸ ἐθνικὸν Θουριάται· καὶ Θουριὰς τὸ θηλυκὸν, καὶ Θουριεύς. [93] τινὲς δὲ Θουνίαν, καὶ Θουνιάτης.

ΘΡΑΚΗ [94], ἀπὸ Θρακὸς βασιλέως, τοῦ πάλαι ἐν αὐτοῖς τελευτήσαντος, ἢ ἀπὸ Θρᾴκης νύμφης Τιτανίδος, ἀφ᾽ ἧς καὶ Κρόνου, Δόλογκος. D ἔστι δὲ ἡ Θρᾴκη χώρα, ἡ [95] Πέρκη ἐκαλεῖτο, καὶ Ἀρία. τὸ ἐθνικὸν, Θρᾷξ, καὶ Θρᾷσ-

Gentile, eodem nomino Thurii, & Thuriaci: & vinum Thurinum, de quo Strabo. Sed deberet a Thurius derivari Thurianus, uti a Parium Parianus, vel a voce Thuria, uti, ab Olbia Olbianus. Pauſanias hanc urbem Antheam vocat. Gentile, Thuriatæ, & Thurias genere fœminino, & Thurienſis. Quidam vero Thuniam & inde Thuniates.

THRACE, nomen habet a Thrace rege, olim in ea regione fato functi, vel a Thrace nympha Titanidis, ex qua & Saturno natus eſt Doloncus. Thrace regio eſt, quæ antea Perce vocabatur, & Aria. Gentile, Thrax, & Thraſ-

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἤδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν·
Δωριέων πάτρης βλαστόντ᾽ ἄπο. Τὸν γὰρ ἄπληστον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρην.

Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριακοί· καὶ Θουρῖνος οἶνος ὡς Στράβων· Παυσανίας δὲ Ἄνθειαν αὐτὴν καλεῖ. Sed in epigrammate legendum ἀρχαίης, & pro ἱστορικῆς ſubſtitui poſſet ἱστορίης. Verum nihil muto, nam ἱστορικὴ eodem modo dicitur uti ῥητορικὴ, nempe ars hiſtoriæ conſcribendæ. Præterea in quibuſdam MSS pro Δωριέων πάτρης legitur Δωριέος ἐκ πάτρης, quod ferri poteſt, ſed Voſſianus & alii Δώρων ἐκ πάτρης, & Δώρου ἐκ πάτρης, quod minime ferendum. Denique pro ἄπληστον libri Palatini & Voſſianus ἄπληστος exhibent, quod omnino nihil juvat. Sine dubio legendum, ut ſenſus huic verſiculo conſtet: Τὸν γὰρ ἄπληστον Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν &c. quemadmodum in Stephano emendavimus.

[90] Παρὰ τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Πάριος Παριανός.] Hæc verba & ſequentia fide codicis Voſſiani in ordinem redegimus: in vulgatis enim totus locus mirum in modum confuſus circumferebatur: Καὶ ὤφειλε δὲ παρὰ τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Ὀλβιανὸς, ὡς Πάριον Παριανὸς, ἢ παρὰ τὴν Θουρίαν. Qua ratione hujuſmodi gentilia ſint formanda docet noſter in Ἄγκυρα, & ad illum locum nos pluribus.

[91] Παυσανίας δὲ Ἄνθειαν αὐτήν φησι.] Non dubito, quin ante hæc verba vel plurima exciderint tranſcriptorum incuria, vel ipſius Epitomatoris: nam agitur hac ſectione duntaxat de urbe Italica, & adfertur teſtimonium Pauſaniæ, de Thurea Meſſeniaca loquentis, atque perhibentis eam Anthiam appellatam eſſe. Fortaſſis hunc in modum locum ſuppleveris: Ἔστι καὶ Μεσσηνίας Θουρία. Παυσανίας δὲ Ἄνθειαν αὐτήν φησι. Imo nemo hanc emendationem in dubium vocabit, qui Pauſaniæ locum in Meſſeniacis evolverit: Ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους προελθόντι ὀγδοήκοντα, ἔστιν ἡ Θουριατῶν πόλις· Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀνομάζεσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι· Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδωκεν Αὔγουστος. Eundem errorem erravit Ariſtophanis Scholiaſtes in verbis proxime allegatis, Antheæ appellationem Thuriæ Italicæ attribuens, qui totum locum ex Stephani epitome mihi hauſiſſe viſus eſt. Porro hanc Meſſeniæ Thuriam appellatam eſſe Antheam, etiam teſtatur Strabo lib. VIII, Plinius, Solinus & alii.

[92] Τὸ ἐθνικὸν, Θουριάται.] Aliquoties occurrit hoc gentile apud Pauſaniam in Meſſeniacis, & quoque in Pauſaniæ verbis jam proxime allegatis.

[93] Τινὲς δὲ Θουνίαν, καὶ Θουνιάτης.] Codex Voſſianus, καὶ Θουνίαν καὶ Θουνιάται. Sæpiſſime ρ in ν mutari, & vice verſa, notius eſt, quam quod doceri debeat.

[94] Θρᾴκη, ἀπὸ Θρακὸς βασιλέως &c.] Ita hunc locum ſupplevi non ex codicibus MSS, quod fateri non erubeſco, ſed ex Conſtantino Porphyrogenneta, apud quem talia de Thracia legendo occurrebant, quæ indubitanter ab ipſo Stephano mihi profecta videntur, cujus Thraciæ deſcriptionem, citato integro loco, haud aliter ac in Ἰβηρία atque Σικελία, etiam heic in ſuum uſum Conſtantinus tranſtulit. In omnibus editis & MSS legitur: Θρᾴκη, ἀπὸ νύμφης Τιτανίδος, ἀφ᾽ ἧς καὶ Κρόνου Δόλογκος. Sed quis non animadvertit hæc verba eſſe ἀπεσπασμένον illorum, quæ ex Conſtantino adſeruimus? Præterea ipſa Hermolai Epitome congruo ſenſu deſtituitur, cum certum ſit, in ea deeſſe nomen iſtius Titanidis Nymphæ, quæ ab Arriano apud Euſtathium in Comment. ad Dionyſium Θρᾴκη appellatur, & a qua Thraciæ nomen impoſitum eſt: Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀρριανὸς καὶ Θρᾴκην τινὰ ἱστορεῖ νύμφην, σοφὴν ἀμφὶ ἐπῳδάς τε καὶ φάρμακα, οἷαν τὰ μὲν ἐλκύσαι τῶν πεπηρωμένων φαρμάκοις, τὰ δὲ ἐργάζεσθαι· ὁποία τις καὶ Μήδεια ἱστόρηται, καὶ ἡ Ἀγαμήδη, καὶ ἡ θρυλλουμένη Κίρκη· καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς Θρᾴκης δοκεῖ ὀνομάζεσθαι ἡ χώρα, Πέρκη ποτὲ καλουμένη. Sic igitur videmus quænam fuerit hæc Thrace, unde Thracia nomen acceperit, cujus etiam noſter in Βιθυνία meminit, quæ regio etiam nomen habet ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διὸς, καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος. Sed dubium eſt, quiſnam fuerit ille Trax, in Thracia vita functus: videtur fuiſſe *Thires* ſextus Japheti filius, cujus memoria celebratur Gen. X: 2. Hic in iſtam gentem imperium habuit, qui a Græcis Thraces appellantur, teſte Joſepho lib. I. Antiq. cap. VII: Θείρης δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσεν, ὧν ἦρξεν, Ἕλληνες δὲ Θρᾷκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. Idem hic etiam appellatur Θηρὰς & Θείρας Euſebius in Chronico: Θηρὰς ἐξ οὗ Θρᾷκες. Epiphanius adverſ. Hæreſ. Θρᾷκες ἀπὸ τοῦ Θήρας ἐπίκλην τοῦ ἐν τῇ πυργοποιίᾳ γεγενημένου καλοῦνται. Euſtathius Antiochenus in Hexaem. Θείρας τοὺς Θείρας, τοὺς νῦν Θρᾷκας. Et Hieronym. in Trad. Heb. *Thiras Thraces quorum non ſatis immutatum eſt vocabulum.* Plurima hujus nominis veſtigia in Thracia viciniſque inſulis & locis inveniri, optime docuit Bochartus lib. III de diſperſione gentium cap. II.

[95] Πέρκη ἐκαλεῖτο, καὶ Ἀρία.] Prima appellatio etiam reperitur apud Euſtathium in comment. ad Dionyſ. de ſitu orbis, proxime allegatis. Alterum nomen Thraciæ ἀπὸ τοῦ Ἄρεος impoſitum videtur, erant enim Thraces bellicoſi & Martis cultores. Horatius ad Groſphum lib. II Od. XVI Thraciam *bello furioſam* vocat. Unde & apud Euripidem in Hecuba legimus, eos eſſe δυσμαχωτάτους *bello inſuperabiles*, & *Marte excellentes* hiſce verbis:

Αἰ αἴ, ἰὼ Θρῇκες
Λογχοφόρον, ἔνοπλον,
Εὔιππον Ἄρει κάτοχον γένος.

Quare

Θρᾷσσα, [96] καὶ Θρᾷττα Ἀττικῶς· καὶ ἡ ἀπὸ A Θρᾴκης δούλη, καὶ εἶδος ἰχθύος, καὶ ὀρνέου. τὸ θηλυκὸν, Θρακία, ἀπὸ τοῦ Θράκιος, καὶ Θράκιον. τὸ δὲ [97] Θρήϊκιος λέγεται καὶ διὰ μακροῦ τοῦ ι.

Ἀνέρα δὲ Τροίη Θρηΐκιον οὐκ ἔτι φορήσει. B

τὸ ἐθνικόν φασι [98] καὶ Θρήϊκες· καὶ θηλυκῶς, Θρήϊσσα, καὶ [99] Θρακιστὶ τὸ ἐπίρρημα, ὡς ἀπὸ τοῦ Θρακίζω.

ΘΡΑΚΩΝ, κώμη πλησίον Ἀντιοχείας. τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, Θρακωκωμήτης. C

ΘΡΑΜΒΟΣ [1], ἀκρωτήριον Μακεδονίας. τὸ τοπικὸν, Θραμβούσιος. ὁ γὰρ διὰ τοῦ σιος τύπος δύο συλλαβῶν, εἰ μή τις βραχεῖα παραγωγὴ γένοιτο, τοῦ πρωτοτύπου περιττεύει. Σεσημείωται τὸ Περκώσιος, καὶ Κριθώσιος, D [2] ἀπὸ τοῦ Περκώπη καὶ Κριθώπη.

ΘΡΙΑ, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. λέγεται καὶ Θριῶ. ὁ δημότης, Θριάσιος· [3] καὶ Θριάσιον πεδίον. ἔστι δὲ ὡς [4] Τίθρας Τιθράσιος. τὰ πλεῖστα δὲ διὰ τοῦ ω. Θριῶθεν, [5] Θριῶζε, E καὶ [6] Θριᾶσιν. ἀπὸ δὲ τοῦ [7] Θριαί. Θριαῖος. λέγεται δὲ καὶ Θριασικός. Θριαὶ δὲ αἱ μαντικαὶ ψῆφοι, ἃς ἔφερεν Ἀθηνᾶ. ἀχθομένου δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἄπιστον ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν διὰ τῶν θριῶν ' ἣν εὐδοκιμοῦσαν. διὸ καὶ F Ἀπόλλων εἶπε

Πολ-

Thraſſa, & Thratta Attice, & ſic quoque A ſerva ex Thracia, & genus piſcis & avis dicitur. Fœmininum Thracia, ſit a Thracius & Thracium. Threïcius vero per I longum effertur:

B *Troja Threïcium virum non feret.*

Dicunt etiam gentile eſſe Threïces, & genere fœm. Threïſſa, & Thracice adverbium, quod tanquam a Thracizo formatum videtur.

34 Δειπνοσοφιστῶν β'.] Locum hunc deſumſit Athenæus ex Phylarcho, paulloque aliter eum citat, quam Stephanus: Φησὶ δὲ τοὺς Ἴβηρας πάντας ὑδροποτεῖν, καί τοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας· μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας. Phylarchus ſi non in tenebras abiiſſet, certiores eſſe poſſemus, utrum hæc verba, κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον, omiſerit Athenæus, an vero de ſuo & propria auctoritate Stephanus addiderit. In Hermolai epitome, præterquam quod ibi etiam illa verba non legantur, & totus locus aliter concipiatur, præterea ibidem peſſime excuſum eſt, καὶ ἐσθῆσι κέχρηνται πολυτελεστάτοις, pro πολυτελεστάτας.

35 Ἴβυλλα, πόλις Ταρτησίας.] Memoria hujus oppidi apud alios non invenitur: puto tamen idem eſſe, quod Marcianus Heracleota ex Ptolemæo Ἴβαλσα nominat, ita enim ille in Luſitaniæ periplo: ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ προειρημένου Ἄνα ποταμοῦ ἐπὶ Ἴβαλσα στάδια τπ'. Pomp. Melæ *Balſa* dicitur, abſque tertia vocali in principio, quæ multis nominibus nunc additur, nunc vero demitur; poniturque in agro Cuneo, de quo idem Mela lib. III cap. I: *Ana proximum, quia lata ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, Cuneus ager dicitur: ſequens, ſacrum vocant: Magnum, quod ulterius eſt. In Cuneo ſunt Myrtylis, Balſa &c.* Hujus agri incolæ appellantur Cynetes, & Tarteſſiæ ſaltus incolebant teſte Juſtino lib. ult. *Saltus vero Tarteſſiorum, in quibus Titanas bellum adverſus deos geſſiſſe proditur, incoluere Cynetes.* Hodie, teſte Cl. Voſſio, illud oppidum *Palos* dicitur: exiguum quidem, celebre tamen, quoniam ex eo egreſſi ſunt primi novi orbis inveſtigatores. Non poſſum quoque reticere Ortelium exiſtimare, Stephani *Ibyllam* eſſe *Ilipam* Strabonis, de qua lib. III teſtatur, in circumjacentibus locis multum auri & argenti reperiri. Quod ſi quis Ortelio hac in re credere velit, & meam opinionem rejicere, ei nihil regeram, quam hoc per me licere.

36 Ἴγνητες.] Hæc vox non eſt gentile ab oppido Igna prope Priapum deductum, ſed Ignetes ſunt Heſychio, qui poſt Telchines, Rhodum habitarunt. Stephanus noſter in Γνῆς, quem locum innuit, ἔθνος οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον· ἔνθεν καὶ Γνῆτες, οἱ ἰθαγενεῖς.

37 Ἴδη, Τροίας ὄρος.] Ab hoc monte ipſa urbs Τροία Ἰδαία dicta fuit olim. Sophoclis Scholiaſt: Ἰδαία τὸ πάλαι ἡ Τροία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τοῦ Ἴδης τοῦ ὄρους.

38 Ἰδομεναὶ, πόλις Μακ.] Ex Thucydidis lib. [illegible] noſter probare conatur alio in loco, urbis nomen fuiſſe Εἰδομενὴ, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν, Εἰδομένιος, ὡς Κλαζομένιος. Sed eandem eſſe urbem ad illum locum diximus. In urbium nominibus ſæpe ει pro ι ponitur, quod ex numiſmatibus & antiquis auctoribus ſatis apparet.

ἸΔΟΥΜΑῖΟΙ[39], ἔθνος Ἑβραίων, ἀπὸ Ἀδώμου. Ἄδωμα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν. [40] ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς, τὰ πρωτεῖα εἴληφε. A

IDUMÆI, gens Hebraïca, ab Adomo nomen habens. Nam Adoma Judæi rubrum appellant: quia flavum cibum dans ipſi frater, primatum præripuerit.

ἸΔΡΙΑΣ[41], πόλις τῆς Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορίς. ἀπὸ Ἰδριέως παιδὸς Καρός. ὁ οἰκήτωρ Ἰδριεὺς, καὶ Ἰδριὰς τὸ θηλυκόν. B

IDRIAS, urbs Cariæ, quæ prius Chryſaoris appellabatur ab Idrieo Caris filio. Incola, Idrienſis, & gen. fœminino Idrias.

ἼΔΥΜΑ, πόλις Καρίας· οὗ καὶ Ἴδυμος ποταμός. τὸ ἐθνικὸν, Ἰδυμεὺς, καὶ Ἰδύμιος. λέγεται καὶ Ἰδύμη πόλις.

IDYMA, urbs Cariæ, ubi quoque fluvius Idymus. Gentile, Idymenſis, & Idymius. Urbs etiam Idyme dicitur.

ἼΔΥΡΟΣ[42], πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας· Ἑκαταῖος. ἢ καὶ Ἴδυρις ὀξυτόνως. τὸ ἐθνικὸν, Ἰδυρίτης, [43] τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις. C

IDYRUS, urbs & fluvius Pamphyliæ, de quibus Hecatæus. Urbs etiam Idyris vocatur accentu in ult. Gentile, Idyrita, juxta formam nominum in is deſinentium.

ἹΕΡΑΚΩΜΗ, δῆμος Καρίας· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱεροκωμήτης. D

HIERACOME, populus Cariæ, de quo Polybius libro XVI. Gentile, Hierocometa.

ἹΕΡΑΜΑΙ, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραμεύς.

HIERAMÆ, urbs Cariæ. Gentile, Hieramenſis.

ἹΕΡΑ νῆσος, ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ὡς Χάραξ. [44] ἔστι καὶ Αἰγύπτου Ἱερὰ νῆσος. ὁ οἰκήτωρ, Ἱερονησίτης, ἢ Ἱερονήσιος. E

HIERANESUS, in Cretico mari ſita eſt, teſte Charace. Eſt quoque Ægypti Hieraneſus. Incola, Hieroneſita, ſive Hieroneſius.

ἹΕΡΑΠΟΛΙΣ,[45] μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. β',[46] Κρήτης, γ',[47] Συρίας, ἣ καὶ Ἱερόπολις, διὰ τοῦ ο. τετάρτη, Καρίας. τὰ ἐθνικὰ, Ἱεροπολῖται. ἀφ' οὗ Νικάνωρ ὁ νέος Ὅμηρος, καὶ Πόπλιος, καὶ Σαραπίων Στωϊκοὶ, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι, Ἱεροπολῖται. F

HIERAPOLIS, urbs Phrygiam inter & Lydiam. Urbs aquis calidis abundans, a multitudine templorum ſic appellata. Secunda, Cretæ. Tertia, Syriæ, quæ etiam Hieropolis vocatur per ο. Quarta, Cariæ. Gentilia, Hieropolitæ. Inde Nicanor, novus Homerus, & Poblius, & Sarapio, philoſophi Stoïci, & alii plurimi, Hieropolitæ.

ἹΕ- HIE-

39 Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων.] Vehementer dubito, a mala ſcriptoris manu eſſe τὸ Ἑβραίων: Nam ſi Idumæi & Edumæi eadem ſit gens, rationem nullam video, quare Stephanus, hos Hebraicam, illos vero ex Sunii Arabicis Arabicam vocaverit, ita enim ille: Ἐδουμαῖοι, ἔθνος Ἀράβιον, ὡς Σούνιος ἐν Ἀραβικῶν τετάρτῳ· τινὲς δὲ διὰ τοῦ ι γράφουσι, ὡς εἰρήσεταί μοι ἐν τῷ I. Ex quibus verbis ſatis apparet, Edumæos & Idumæos pro iiſdem habuiſſe Stephanum. Hinc eſt quod videam quoque Fullerum in Miſcel. lib. IV cap. XX ſine ulla hæſitatione pro Ἑβραίων repoſuiſſe Ἀράβιον. Sed hujuſcemodi errores plures apud noſtrum occurrunt: nam Amalecitas etiam Hebræam gentem appellat, cum Idumæa fuerit & Judæis infenſiſſima. Sed hoc quoque confitendum, Judæos & Idumæos veteribus quandoque ſumi promiſcue, quod omnes norunt manifeſtiſſime ex Silio lib. III, ubi Jupiter Venerem de Veſpaſiano compellat,

Palmiferamque senex bello domitabit Idumen

Ubi *Idume* pro *Judæa* ponitur. Nomen habent Idumæi, ut inquit noſter ἀπὸ Ἀδώμου (ſic ſcripſimus pro Ἀδίμου, quod omnes editiones occupat) quod ab Arabicis fontibus deducendum, quibus *Edumæa* dicitur *Adouma*. Melius dixiſſet noſter ἀπὸ Ἐδώμου, qui Hebraice vocatur אדום, & ſeptuaginta interpretibus Ἐδώμ. Sed ſequutus Joſephi codices, ut mox apparebit: quanquam è plurimis locis probari poſſit, noſtrum peregrina vocabula, Hebræa & Punica præſertim, male ex auctoribus tranſcribere.

40 Ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς.] Vel hinc liquet Stephanum in ſacris literis fuiſſe hoſpitem, vel tranſcriptores imperitos hunc locum peſſime excepiſſe, nam in omnibus libris legitur, ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς τῷ ἀδελφῷ, τὰ πρωτεῖα εἴληφε. Hæc cum ſint contra hiſtoriæ fidem, repoſui auctoritate ſacri codicis & Joſephi, unde hæc verba ſunt deſumpta, quod nunc in contextu excuſum eſt. Joſeph. lib. II cap. I: Ἔνθεν διὰ τὴν ξανθότητα τοῦ βρώματος, ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν Ἀδωμος καλεῖται, κατὰ παιδιὰν ἐπικληθείς· Ἄδωμα γὰρ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι· τὴν δὲ χώραν οὕτως προσηγόρευσεν· Ἕλληνες γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τὸ σεμνότερον, Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. Quis non videt Stephanum reſpexiſſe hiſtoriam Eſaui & Jacobi, de qua Geneſ. XXV.

41 Ἰδριάς, πόλις Καρίας.] A Lyciis hanc urbem conditam ſcribit noſter in Χρυσαορίς. Etiam *Hecateſia* appellabatur, teſte Stephano in illa voce.

42 Ἴδυρος, πόλ. καὶ ποτ. Παμφυλίας.] Hanc Lyciæ adſcribit Scylax: Ἔστι δὲ κατὰ τοῦτον κόλπος, καὶ Ἴδυρος πόλις· νῆσος Λυρνατία, Ὀλβία &c.

43 Τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις.] Peſſime in vulgatis legebatur: τῷ τύπῳ τῶν εἰς ης. Noſtram correctionem eſſe veriſſimam, ex aliis hujus farinæ locis demonſtrari poſſet.

44 Ἔστι καὶ Αἰγύπτου.] Hujus inſulæ memoriam invenies apub Diod. Sicul lib. I.

45 Μεταξὺ Φρυγίας.] De ſitu hujus oppidi & memorabilibus conſulendus Strab. lib. XIII. Ptol. lib. V, & Antonini Itinerarium.

46 Κρήτης.] Hujus meminit Plinius lib. IV cap. XII. Tempore Chriſtianorum hoc oppidum Epiſcopi ſedes facta eſt, ordine nona, uti liquet ex catalogo Epiſcoporum poſt Philippum Cyprium. Τῇ νήσῳ Κρήτῃ. Α ὁ Γορτύνης. Β ὁ Κνωσοῦ. Γ ὁ Ἀρκάδης. Δ ὁ Χερρονήσου. Ε ὁ Αὐλοποτάμου. ς ὁ τοῦ Ἄργου. Ζ ὁ Λάμπης. Η ὁ Κυδωνίας. Θ ὁ Ἱερᾶς. Ι ὁ Πέτρας. Ια ὁ Σιτείας. Ιβ' ὁ Κισάμου. Sed obiter obſervandum, heic ſimpliciter *Hieram* appellari, & πόλεως ſubintelligi, quemadmodum etiam in Leonis Novella, ubi etiam eodem ordine duodecim in Creta Epiſcopales ſedes recenſentur, verum ibi pro Ἀρκάδης legitur Ἀρκαδίας, pro Ἄργου Ἀργείου, & pro Κισάμου Κισσάμου.

ἹΕΡΆΠΥΤΝΑ[48], πόλις Κρήτης, ἡ A πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' οὕτως Ἱεράπυτνα. τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραπύτνιος.

ἹΕΡΆΦΗ, ὡς Ἀνάφη, νῆσος Λιβύης. Ἑκαταῖος Περιηγήσει. B

ἹΕΡΙΧΟΥ͂Σ[49], πόλις μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. ἡ γενικὴ, Ἱεριχοῦντος. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. εὕρηται καὶ δοτικὴ Ἱεριχοῖ, ἀπὸ τῆς Ἱεριχώ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱεριχούντιος. C

ἹΈΡΝΗ[50], νῆσος ἐν τῷ πέρατι πρὸς δυσμαῖς. τὸ ἐθνικὸν, Ἱερναῖος, ὡς Λερναῖος.

ἹΕΡῸΣ κόλπος, πλησίον Ἀράδου πόλεως. ὁ οἰκῶν, Ἱεροκολπίτης.

ἹΕΡΟΣΌΛΥΜΑ, ἡ μητρόπολις τῆς D Ἰουδαίας, [51] ἣ Σόλυμα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν Σολύμων ὀρῶν. ὁ πολίτης, Ἱεροσολυμίτης.

ἹΕΤΑῚ,

HIERAPYTNA, urbs Cretæ, prius Cyrba, tunc Pytna, deinde Camirus, denique hoc modo Hierapytna. Gentile, Hierapytnius.

HIERAPHE, uti Anaphe, inſula Libyæ, de qua Hecatæus in Periegeſi.

HIERICHUS, urbs inter Hieroſolyma & Jordanem fluvium. In caſu obliquo Hierichuntis. Effertur genere maſculino & fœminino. Reperitur dativus Ἱεριχοῖ, quod eſt a recto Ἱεριχώ. Gentile, Hierichuntius.

IERNE, inſula in ultima ad occaſum plaga. Gentile, Jernæus uti Lernæus.

HIEROSCOLPUS, prope urbem Aradum. Incola, Hierocolpita.

HIEROSOLYMA, metropolis Judææ, quæ Solyma vocabatur a Solymis montibus. Civis, Hieroſolymita.

IETÆ,

47 Συρίας.] Hanc alii in Commagene, alii vero in Cyrrheſtica collocant, Syriæ regiunculis, quarum fines ob vicinitatem facile confunduntur. Hæc etiam *Edeſſa* & *Bambyce* appellatur, teſte Strabone lib. XVI, & *Magog* a Syris, ut Plinius lib. IV auctor eſt. Seleucus occaſione aliqua urbem Hierapolim nominavit, perhibente Æliano lib. XII de Animal. Cap. XII: Κατὰ τὴν πάλαι Βαμβύκην, καλεῖται δὲ νῦν Ἱεράπολις, Σελεύκου ὀνομάσαντος αὐτήν. An olim *Ninus* fuerit appellata, diſputat ad Amm. Marcellinum doctiſſimus Henr. Valeſius.

48 Ἱεράπυτνα.] Nomen gentile ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ, quod paſſim in veteribus nummis apud antiquarios occurrit, ſatis clare indicat, nomen urbis non debere ſcribi Ἱεράπυτνα, quemadmodum nunc Stephani codices præferunt. In Ida erat collis Pytna, unde deinceps urbs in illo poſita appellabatur. Strabo lib. X: Τῆς δὲ Ἴδης λόφος Πύτνα, ἀφ' οὗ Ἱεράπυτνα ἡ πόλις. Adhæret τῷ Πύτνα vocabulum Ἱερὰ, quia volunt mythicæ Theologiæ doctores, in antro iſtius montis Jovem capræ ubera ſuxiſſe.

49 Ἱεριχοῦς, πόλις μεταξὺ Ἱεροσ.] Vox πόλις aberat a vulgatis, quam opportune ex Voſſiano codice revocavi. Apud Strab. lib. XVI hodie legitur in caſu recto Ἱεριχοῦς & Ἱερικοῦς, ſed præferenda eſt ſcriptura per χ. Caſus ſecundus Ἱεριχοῦντος eſt apud Joſephum de bello Jud. cap. XXVI: Τὸ μὲν οὖν πολὺ πλῆθος ἐκ τοῦ Ἱεριχοῦντος. Et eodem cap. caſus accuſandi: εἰς Ἱεριχοῦντα ἀφικνεῖται, quem etiam apud Strabonem invenias lib. citato. Dandi caſum Ἱεριχοῖ habet Joſephus lib. allegato cap. XXVIII: Ἐν τῇ Ἱεριχοῖ, καὶ Ἀδίδοις ἐγείρει στρατόπεδα. Caſus rectus Ἱεριχώ in uſu eſt apud Epiphanium Hagiopolitam: Πρὸς ἀνατολὴν δὲ τοῦ μοναστηρίου, ὡς ἀπὸ μιλίων τεσσάρων ἐστὶν ἡ Ἱεριχώ. Quod ibidem videtur eſſe ἄκλιτον, cum & gignendi caſum eadem terminatione formet: Πρὸς δὲ τῆς ἀνατολῆς τῆς Ἱεριχὼ ὡς ἀπὸ μιλίων τριῶν κεῖται ὁ ἅγιος Γεράσιμος. Non puto illos toto cælo aberrare, qui urbis etymon ab Hebræo fonte ריח *reach*, id eſt, *odore*, deducunt; erat enim ibi opobalſamum, omnium unguentorum fragrantiſſimum, cujus deſcriptionem videns apud Strab. lib. XVI & alios.

50 Ἱέρνη, νῆσος.] Varia noſter Hiberniæ attribuit nomina, fortaſſis deceptus corruptis hiſtoricorum codicibus. Hic *Ierne*, deinde *Iuernia*, & etiam *Iuerne*, de quibus poſtea dicemus. Video tamen Ariſtotelem tractatu de mundo (ſi liber genuinus ſit) Ἱέρνην memoraſſe, ſic enim ille: Ἐν τούτῳ γε μὴν, νῆσοι μέγισταί τε τυγχάνουσιν οὖσαι δύο, Βρεττανικαὶ λεγόμεναι, Ἄλβιον καὶ Ἱέρνη. Et ex Ariſtotele ſic vertit Apuleïus: *In altera parte orbis jacent inſularum aggeres maximarum; Britanniæ duæ, Albion & Ierna, quas ſupra diximus eſſe majores.*

51 Ἣ Σόλυμα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν Σολύμων ὀρῶν.] Plurimi, hujus urbis etymologiam eruere ſtudentes, in graviſſimos errores lapſi ſunt. Falluntur illi vehementer, qui exiſtimant, nomen eſſe compoſitum ex Græco & Hebræo, inter quos Eupolemus apud Euſebium lib. IX Præp. perhibens, quia ibi ædificatum erat ἱερὸν Σολομῶνος *templum Salomonis*, tandem etiam totam urbem inde denominationem ſortitam fuiſſe, ὕστερον παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι. Verum non ſic ſolebant veteres Hebræi peregrinam linguam cum ſua commiſcere. Alii, quod multo minus probabile, hanc vocem conſutam cenſent, ex vocabulis mere Græcis, inter quos Lyſimachus, teſte Joſepho contra Appionem, qui vocem deducit ἀπὸ τῆς ἱεροσυλίας, ſive ἱεροσυλίας, id eſt, *ſacrilegio*, adeo ut inde formandum eſſet nomen urbis Ἱερόσυλα, non vero Ἱερουσαλήμ. Refutatione non indiget, quod legimus apud Etymologici Mag. auctorem: Ἱερουσαλήμ, Σαλὴμ ἐλέγετο πρότερον ἡ πόλις· ἐλθὼν δὲ Χριστὸς εἰς αὐτὴν, ἐκλήθη Ἱερουσαλήμ. Nam Jeruſalem, ante adventum noſtri Soſpitatoris in hunc mundum, ſic appellatam fuiſſe, innumera veteris inſtrumenti loca maniſeſtiſſime demonſtrant. Noſter deducere conatur ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν Σολύμων, ſed inde *Oroſolyma*, non vero *Hieroſolyma* diceretur. Alios in eo Græcos ſequitur, qui ſæpenumero vocem dividentes, urbem male nominant Ἱεροὺς Σολύμους, inter quos Tzetzes Chil. VI Hiſt. XLII:

Ὁ Ἐζεκίας βασιλεὺς τῶν ἱερῶν Σολύμων

Et idem eo loco:

Τοῖς ἱεροῖς Σολύμοις δὲ θαυμασμοῦ βαρυτέρῳ
Πέμπει Θάρθαν.

Reperiuntur etiam qui exiſtimarunt, illud nomen eſſe compoſitum ex Ἰεβοὺς & Σαλήμ, quaſi eſſet Ἰεβουσαλήμ, unde mutato β in ρ Ἱερουσαλήμ. In qua opinione verſatur Faſtorum Siculorum auctor: Δαβὶδ ἐξαλείψας πόλεις τῶν ἀλλοφύλων πολλὰς, τὴν Ἰεβοὺς πόλιν Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσε, μνημονεύων ἐκ τοῦ συμβεβηκότος. ἐν γὰρ τῇ Ἰεβοὺς ἐλθὼν ὁ Δαβὶδ ἐν αὐτῇ τῶν ἀλλοφύλων παντελὴς νίκη γεγόνηται, ὅθεν καὶ Ἱερουσαλὴμ αὐτὴν προσηγόρευσεν οἰκοδομημένης αὐτῆς ἐν ὄρει ὑψηλῷ· Ὄρος δὲ τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ Ἰεβοὺς προσαγορεύεται, Σαλὴμ δὲ εἰρήνη. Sed vehementer hic auctor fallitur. Verum quidem eſt hanc civitatem Ἰεβοὺς fuiſſe dictam a Jebuſæis, qui invitis Judæis Hieroſolymam & Sionis arcem uſque ad Davidis tempora tenuerunt, ſed nunquam inde Ἰεβουσαλὴμ dicta fuit. Verum falſis hujus civitatis etymologiis omiſſis, cum aliis ſtatuimus, vocem eſſe compoſitam, quam Hebræi una voce proferunt, ſignificante; *providebit pacem* (ſcil. Deus) Eamque componi ex יראה *iree*, *providebit* (quod protulit Abraham, cum hujus urbis locum peteret, ut Iſaacum ſacrificaret) & שלם *Salem*, *pax*: Quanquam hoc quoque verum ſit, a pace ſola aliquando appellari *Salem*, uti Pſal. LXXVI: 2.

ἸΕΤΑΙ [52], Φρούριον Σικελίας, θηλυκῶς· Φίλιστος ἔκτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰεταῖος, καὶ Ἰεταία. A

ἸΘΑΚΗ [53], νῆσος πρὸς τῇ Κεφαλληνίᾳ, ἀπὸ Ἰθάκου, ἀφ' ἧς Ὀδυσσεύς. ἔστι καὶ Συρίας, [54] παρὰ τὸν Εὐφράτην. τὸ ἐθνικὸν, Ἰθακήσιος, καὶ Ἰθακησία· [55] καὶ Ἴθακος Ὀδυσσεὺς, ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ. B

ἸΘΩΜΗ, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος. Ὅμηρος, C

Οἵ τ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην [56] κλωμακόεσσαν.

ἔστι καὶ Μεσσήνης, ἀπὸ Ἰθώμου βασιλέως. καλεῖται δὲ ὁ τόπος τῆς Θετταλικῆς, Θούμαιον· [57] ἀποβολῇ τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον Θούμαιον. τὸ ἐθνικὸν, Ἰθωμαῖος, καὶ Ἰθωμαία, καὶ Ἰθωμήτης [58] διὰ τοῦ η· καὶ Δωρικῷ τρόπῳ, Ἰθωμάτας. ἀφ' οὗ ὁ πολίτης, Ἰθωμάτας, καὶ [59] Ζεὺς Ἰθωμάτας· καὶ ἑορτὴ Ἰθωμαία, καὶ Ἰθωμαΐς. D E

ἸΚΑΡΙΑ, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης. ὁ δημότης, Ἰκαριεύς. τὰ τοπικὰ, Ἰκαριόθεν, Ἰκαρίαζε, Ἰκαριοῖ.

ἸΚΑΡΟΣ [60], μία νῆσος τῶν Κυκλάδων. ἐκαλεῖτο δὲ Μάκρις, καὶ Δολιχή, καὶ Ἰχ- F

IETÆ, caſtellum Siciliæ, genere fœminino, cujus Philiſtus meminit lib. VI. Gentile, Jetæus, & Jetæa.

ITHACA, inſula juxta Cephaleniam, ab Ithaco nomen habes. Cujas erat Ulyſſes. Eſt quoque Syriæ urbs juxta Euphratem. Gentile, Ithaceſius, & Ithaceſia. Et Ithacus dicitur Ulyſſes, idem cum conditore nomen gerens.

ITHOME, urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis, de qua Homerus:

Quique habitabant Triccam & Ithomen aſperam.

Eſt quoque urbs Meſſeniæ, ab Ithomo rege ſic dicta. Vocatur etiam locus regionis Theſſalicæ Thumæum: nam abjecto I, & mutato Ω in ου diphthongum, fit Thumæum. Gentile, Ithomæus, & Ithomæa, & Ithometes per η, & mutatione Dorica dicitur Ithomatas. Civis, Ithomatas, & Jupiter Ithomatas. Et feſtum Ithomæa, & Ithomaïs.

ICARIA, populus Ægeïdis tribus, ab Icario Erigonæ patre nomen habens. Popularis, Icarienſis. Localia ex, ad & in Icaria denotant.

ICARUS, una ex Cycladum inſulis. Sed appellabatur etiam Macris, & Doliche, & Ich-

[52] Ἰεταί, φρούριον Σικελίας.] Ad Crimiſi amnis dextram ripam hodie oppidum invenitur quod vulgari vocabulo *Iato* appellatur, teſte Cluverio Sic. ant. lib. II cap. XII. Verum lib. XXII. in Legationum excerptis ex Diod. gentile nomen legitur Ἰεταῖος, quod Plinio Latino ore dicitur *IETENSIS*.

[53] Ἰθάκη, νῆσος.] Inſignem hujus inſulæ deſcriptionem nobis reliquit nobiliſſimus Jacobus Palmerius lib. IV cap. XXIII Græc. antiq. Quem ſi lector conſuluerit, operam omnino non perdet.

[54] Παρὰ τὸν Εὐφράτην.] In libris editis & MSS peſſimo errore concipitur; ὑπὸ τὸν Εὐφράτην, quod etiam rejecit Salmaſius, reſcribens πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, vel τὸν Εὐφράτην, quod nos nunc admiſimus. Hujus Ithacæ meminit Suidas voce Ῥιανός· ὁ καὶ Κρὴς ἦν Βηναῖος· Βήνη δὲ πόλις Κρήτης· τινὲς δὲ Κεραΐτην· ἄλλοι δὲ ἐξ Ἰθάκης τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. Meſſene erat regio, teſte Stephano aliiſque, inter Euphratem & Tigridem ſita.

[55] Καὶ Ἴθακος.] Vult Stephanus dicere, geminum gentile formari ἀπὸ τῆς Ἰθάκης, alterum Ἰθακήσιος, & alterum Ἴθακος, quo nomine etiam inſignitur Ulyſſes & inſulæ conditor. Hunc genuinum eſſe ſenſum liquet clare ex Etymol. Mag. auctore: Ἴθακος, ὄνομα κύριον· ἀπὸ τῆς Ἰθάκης· λέγεται καὶ Ἰθακὸς τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἰθακήσιος.

[56] Κλωμακόεσσαν.] Hæc vera eſt hujus vocis ſcriptura: in vulgatis & ſcriptis Stephani codicibus legitur κλημακόεσσαν. Et in quibuſdam Homeri editionibus κλιμακόεσσαν.

[57] Καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον, Θούμαιον.] In vulgatis hodie hæc verba non conſpiciuntur, quæ ex MSS Palatinis & Voſſiano codice revocavimus. Liquet manifeſte, in Stephani epitome olim hæc verba extitiſſe, & librariorum ſocordia exciḋiſſe, quia Euſtathius ſua ætate eadem invenit & in commentaria ad Homeri Bœotiam ex noſtro tranſcripſit, ita enim ille: Ἡ δὲ Ἰθώμη, Θετταλικὴ δὲ καὶ αὕτη, καλεῖται καὶ Θούμαιον κατὰ τὰ ἀναγραφέα τῶν ἐθνικῶν· ἀποβολῇ φησὶ τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον· ἔστι δὲ ὡς προεδηλώθη, καὶ Μεσσηνιακὴ Ἰθώμη· ἐθνικὸν, Ἰθωμαῖος καὶ Ἰθωμίτης. Ultimum gentile apud Euſtathium vitio laborat, nam illud non agnoſcit Stephanus, pro quo Ἰθωμήτης reponendum cenſeo. Sic ergo ex ſupplemento, quod auctori noſtro ex MSS (idem quoque teſtante Euſtathio) adjecimus, clare patet, qua ratione illud Θούμαιον ab Ἰθώμη formetur. Strabo quandam quoque in hac voce variationem agnoſcit, ſed tanta non eſt, neque tam inſolens, perhibet enim lib. IX urbem, dempta prima ſyllaba, Θώμην debere appellari: Τὴν δὲ Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην, οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν. Frequentiſſimum hoc eſt apud veteres, vocalem I nominibus propriis & addere & demere. Etym. Mag. Auctor: Θώμη ἡ πόλις· πλεονασμῷ τοῦ ι Ἰθώμη.

[58] Διὰ τοῦ η.] Peſſime in editis, διὰ τοῦ K. Deinde pro Ἰθωμάτης reſcripſi Ἰθωμάτας, quod & libri MSS, & ſequentia apud Stephanum ſuadebant.

[59] Ζεὺς Ἰθωμάτας.] Pauſanias in Meſſeniacis: Φέρουσί τε ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ὕδωρ ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐς τοῦ Διὸς τοῦ Ἰθωμάτα ἱερόν. Ibidem quoque Pauſ. de feſto agit, de quo etiam videndus Meurſius in Græc. feriat. pag. 168.

[60] Ἴκαρος, μία νῆσος τῶν Κυκλ.] Plinius tria illa nomina, quibus Icarus olim inſigniebatur, etiam agnovit, ſic enim ille lib. IV cap. XII: *A Naxo decem & ſeptem mil. paſſuum Icaros, quæ nomen mari dedit, tantundem ipſa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo, ante vocata Doliche, & Macris & Ichthyoëſſa.* Priora nomina accepit a longitudine, ſunt enim ſynonyma. Heſychius: Δολιχά, μακρά· Δολιχόν, μακρόν. Sed ultimum a piſcium copia, qui circa Icariam capiebantur. Euſtathius ad Iliad. B. Ὅτι δὲ τόποι πολλάκις καὶ ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς πλεοναζόντων ἐκαλοῦντο οἱ ἱστορίαι δηλοῦσιν. Ἴκαρος γοῦν Ἰχθυόεσσα λέγεται, ὅτι ἐκαλεῖτο διὰ τοὺς ἐκεῖ πολυπληθεῖς ἰχθύας.

Ἰχθυόεσσα. δευτέρα, πόλις. τρίτη, [61] νῆσος A
πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. ὁ πολίτης, Ἰκάριος.

Πόντου Ἰκαρίοιο. ----

καὶ [62] θηλυκῶς, Ἰκαρία.

ἸΚΌΝΙΟΝ, πόλις Λυκαονίας, πρὸς τοῖς ὅροις τοῦ Ταύρου. Φασὶ δ᾽ [63] ὅτι ἦν τις Ἀννακὸς, B ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη. τοὺς δὲ πέριξ μαντεύσασθαι, ἕως τίνος [64] βιώσεσθαι. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος, πάντες διαφθαρήσονται. οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες, ἐθρήνουν σφοδρῶς. ἀφ᾽ οὗ παροιμία, τὸ C ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν, ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων. γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος, πάντες διεφθάρησαν. ἀναξηρανθείσης δὲ τῆς γῆς, ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε [65] τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἴδωλα διαπλάσαι ἐκ τοῦ D πηλοῦ. καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀνέμους, ἐμφυσῆσαι πᾶσιν ἐκέλευσε, καὶ ζῶντα ἀποτελέσαι. διὰ οὖν τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγραφῆναι, [66] Ἰκόνιον κληθῆναι· καὶ ἔδει διὰ διφθόγγου. ὁ πολίτης, Ἰκονιεύς. E

ἸΚΟ͂Σ [67], νῆσος τῶν Κυκλάδων, προσεχὴς τῇ Εὐβοίᾳ. ὁ νησιώτης, Ἴκιος. ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακά.

ἸΛΑΡΑΥΓΆΤΑΙ [68], οἱ Ἴβηρες· Ἑκα-

Ichthyoëſſa. Secunda eſt urbs, tertia inſula ad A mare rubrum. Civis, Icarius.

Maris Icarii. ----

Genere fœm. dicitur Icaria.

ICONIUM, urbs Lycaoniæ ad Tauri B terminos. Perhibent quendam ibi extitiſſe Annacum, qui ultra trecentos annos vixit. Qui autem circum habitabant, oraculum conſulentes, reſponſum tulerunt, quod illo mortuo, omnibus eſſet moriendum. Hæc cum Phryges audiviſſent, vehementer lamentabantur, unde C natum proverbium, de Annaco plorare, quod dicitur de iis, qui valde commiſerentur. Nam ſub Deucalione, cum eſſet diluvium, omnes interiere: terra autem cum priſtinam ſiccitatem recuperaſſet, Jupiter Prometheo & Mi- D nervæ in mandatis dedit, ut ex luto idola fingerent, & ventis advocatis omnia inſpiravit, & viva reddidit. Ergo quod ibi imagines fuerint delineatæ, urbs Iconium vocata eſt. Sed vox debebat per diphthongum ſcribi. Civis, Iconienſis. E

ICUS, Cycladum inſula, Eubœæ finitima. Inſulanus, Icius. Phanodemus vero ſcripſit Iciaca.

ILARAUGATÆ, Iberes, de quibus Heca-

[61] Νῆσος πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Hanc ſic appellari juſſit Alexander Mag. ab Icaro in mari Ægæo ſita. Arrianus lib. VII: de exped. Alex. Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου, τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ. Hodie apud Plinium appellatur *Ichara* lib. VI. cap. XXVIII. Sed ſine dubio *Icarus* vel *Icaria* reponendum. *Icarum* quoque vocat Dionyſius de Situ Orbis & Euſtathius ejus commentator: Ὅτι περὶ τὴν Περσίδα θάλασσαν βορεία νῆσος ἡ Ἴκαρος, ὁμωνύμως τῇ περὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος.

[62] Θηλυκῶς, Ἰκαρία.] Non duntaxat gentile fæm. eſt, ſed etiam inſulæ nomen, quo paſſim Strabo & alii utuntur.

[63] Ὅτι ἦν τις Ἀννακός.] Male in vulgatis, ὅτι ἦν τ᾽ Ἀννακός. Alii legunt hoc loco Καννακὸς, quod etiam correctione indiget: nam hujus ſenis nomen Νάννακος facit Suidas, unde proverbium ἀπὸ Ναννάκου, quo rem vetuſtiſſimam ſignificant: Νάννακος, παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ Δευκαλίωνος· τοῦτον φασὶ βασιλέα γενέσθαι πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος· ὃς προειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ δακρύων ἱκέτευσε· καὶ παροιμία ἀπὸ Ναννάκου, ἐπὶ τῶν σφόδρα παλαιῶν καὶ ἀρχαίων. Sed alio ſenſu noſter adagium illud interpretatur.

[64] Βιώσεσθαι.] Xylandriana βιώσεται. Sed melius quod ex MSS & aliis editionibus revocavimus.

[65] Τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ.] Minervam, artificum præfectam, & ideo Erganem vocatam, Prometheus in formandis ex luto ſpecie humana imagunculis, coadiutricem habuit. Lucianus in Prometh: Καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν (ſcil. Prometheus.) συνειργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ, ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.

[66] Ἰκόνιον κληθῆναι, καὶ ἔδει διὰ διφθόγγου.] Præfert noſter Εἰκόνιον, cum jam aliam in principio hujus capituli ſcripturam ſit ſequutus, ἀπὸ τοῦ διαγραφῆναι ἐκεῖ τὰς εἰκόνας. Et ſic quoque video urbem a Chronici Alexandrini auctore appellatam, longe aliam ei originem attribuente. Pagus in quo Perſeus urbem condidit *Amandra* vocabatur, hanc cum muris cinxerat de ſuo nomine *Perſicem* appellavit. Deinde extra urbem ante portas Gorgonis imaginem ſive ſtatuam collocavit, qua occaſione Εἰκόνιον appellata fuit. Locum non adſcribo, quia mirifice corruptus circumfertur, & non facile emendabitur niſi ab illo, qui optimo MS codice eſt inſtructus; verum quia in eandem ſententiam ſcripſit Euſtathius, ejus verba ex comment. ad Dionyſ. huc adducturus ſum. Τούτων τῶν Λυκαόνων ἐστὶ καὶ τὸ Εἰκόνιον, τῇ εἰκόνι τῆς Γοργόνος παρωνομαζόμενον, ἣν αὐτόθι ἀναστηλῶσαι λέγεται ὁ Περσεύς. His addam Cedreni verba, apud quem etiam Εἰκόνιον reperitur: Ἐκεῖ καὶ πόλιν κτίσας, Περσίδα τῷ ἰδίῳ κέκληκεν ὀνόματι· στήλην δὲ ἔξω τῆς πόλεως στήσας, καὶ τὸ ἀπηκόνισμα τῆς Γοργόνος ἐπιθεὶς, Εἰκόνιον ταύτην ἐπωνόμασε. Verum ſciunt omnes, τὸ I & EI in veteribus nummis & inſcriptionibus ſæpenumero promiſcue uſurpari, ſic dicunt Νικομήδεια & Νεικομήδεια, Τόπιρος & Τόπειρος, Ἀβδηρίτης & Ἀβδηρείτης, *Idetes* & *Eidetes*, quod etiam in ſexcentis aliis cernere licet. Apud Ciceronem invenio *Iconium* Epiſt. v ad App. Pulchrum: *Deinde iter faciam ad exercitum, ut circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore.* Sed rationem reddit Etymologici Mag. Auctor quare Ἰκόνιον ſcribatur: Γράφεται δὲ διὰ τοῦ I· ἐπειδὴ εὑρέθη ἡ ἀρχὴ συστελλομένη παρὰ Μενάνδρῳ. Non poſſum reticere, Auctorem Etymologici de Gorgonis imagine etiam mentionem facere, ſed occaſio, unde urbs nomen acceperit, longe diverſa eſt ab ea, quam ſupra ex Faſtis Siculis, Euſtathio atque Cedreno commemoravimus. Sed ejus verbis non inhærebo, totus locus commodiſſime in Ἰκόνιον legi poteſt.

[67] Ἰκὸς, νῆσος.] De hac inſula mentionem faciunt Strabo, Livius & Appianus, ſed omnium optime Scylax, perhibens binas urbes habuiſſe, ita enim ille: Ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ πελάγει εἰσὶ νῆσοι αἵδε· Κατὰ Ἐρέτριαν, Σκῦρος καὶ πόλις· Ἰκὸς, αὕτη δίπολις. Sed mirum in modum fallitur Ortelius, cenſens nomen urbis a Phanodemo *Icium* ſcribi, quod longiſſime a veritate remotum & a Stephani mente alienum eſt. Vulgati libri exhibent: ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακός. Unde Ortelius non *Icium* ſed *Iciacum* formare debuiſſet. Sed nos propitiis libris MSS Ἰκιακὰ repoſuimus, quo libri titulo Græcorum Hiſtoricorum ſyntagma augeri poteſt & debet.

[68] Ἰλαραυγάται, οἱ Ἴβηρες.] Puto eoſdem eſſe, qui a Polybio

Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. καὶ Ἰλαραυγάτης ποταμός. A

ἸΛΑΡΙΣ, πόλις Λυκίας. 69 Πολύχαρμος ἐν Λυκιακοῖς. 70 τὸ ἐθνικὸν, Ἰλαρεύς.

ἸΛΑΤΤΙΑ, πόλις Κρήτης· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰλάττιος. B

ἸΛΕΡΔΑ 71, πόλις πρὸς τῇ Πυρήνῃ Ἰβηρίας. ὁ πολίτης, Ἰλερδίτης.

ἼΛΙΟΝ, πόλις Τρῳάδος, ἀπὸ Ἴλου, 72 ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν. καὶ αὐτῆς λόφοι δύο, C ἐν τῇ Προποντίδι παρὰ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ. τρίτη, 73 Μακεδονίας, Ἑλένου κτίσμα. τετάρτη, Θεσσαλίας. πέμπτη, Θρᾴκης, κατὰ Βιζύην. τὸ ἐθνικὸν, 74 Ἰλιεύς· Ἰλιεὺς ὁ Ἀπόλλων ἐν Τροίᾳ· καὶ θηλυκὸν, Ἰλιάς, καὶ Ἴλιος, καὶ Ἰλία, D καὶ Ἰλιακός· 75 οὐδετέρως δὲ παρὰ πᾶσι τὸ Ἴλιον· παρ' Ὁμήρῳ δὲ, θηλυκῶς. τὸ γὰρ Ἴλιον αἰπὺ, 76 νοθεύει Ἀρίσταρχος.

ἸΛΙΣΣΟΣ 77, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες, ὡς Ἀπολλόδωρος. E

ἸΛΛΥΡΙΑ, χώρα πλησίον τοῦ Παγγαίου, 78 ἀπὸ Ἰλλυρίου τοῦ Κάδμου παιδός. οἱ οἰκήτορες,

Hecatæus in Europa. Et Ilaraugates, fluvius. A

ILARIS, urbs Lyciæ, de qua Polycharmus in Lyciacis. Gentile, Ilarenſis.

ILATTIA, urbs Cretæ, de qua Polybius libro XIII. Gentile, Ilattius. B

ILERDA, oppidum ad Pyrenem Iberiæ. Oppidanus, Ilerdita.

ILIUM, urbs Troadis, nomen habens ab Ilo. Hanc urbem Trojani Aten appellabant. C Duo ejus ſunt colles in Propontide ad Rhyndacum omnem. Tertia, Macedoniæ, ab Heleno condita. Quarta, Theſſaliæ. Quinta, Thraciæ juxta Bizynam. Gentile Ilienſis. Ilienſis Apollo eſt Trojæ. Hinc fœmininum, D Ilias, & Ilius & Ilia & Iliacus. Neutro genere ab omnibus effertur Ilium, ſed apud Homerum genere fœminino. Illud enim Ἴλιον αἰπὺ Ariſtarchus ſpurium cenſet.

ILISSUS, Atticæ fluvius, ubi coluntur Muſæ Iliſſides, teſte Apollodoro. E

ILLYRIA, regia prope Pangæum ab Illyrio Cadmi filio. Incolæ, Illyrii, & Illy-

Polybio lib. III. Ἰλουργῆται & lib. X Ἰλεργῆται appellantur. Et fortaſſis urbem Ἰλούργειαν habitarunt, de qua in ſequentibus noſter ex Polyb. lib. XVI:

69 Ὡς Πολύχαρμος.] Voculam ὡς ex MSS Palatinis heic inſeruimus.

70 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλάττιος.] Typothetarum error obſederat Xylandrianam editionem τὸ ἐθνικὸν, Ἰλάττια. Aliter Aldina, Florentina & MSS.

71 Ἴλερδα, πόλις.] Urbs Cataloniæ munitiſſima ad Secorim amnem, quæ hodie ab Hiſpanis parum corrupto nomine dicitur *Lerida*.

72 Ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν.] Libri MSS & editi conſtanter: ἣν οἱ Τρῶες Ἀκτὴν ἐκάλουν, ſed non ſine inſigni errore: quare ſine alea doctiſſimi Meurſii correctionem in contextum recepi, quam etiam egregie confirmat locus Apollodori lib. III: Ἡ δὲ ἀφικομένη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς Φρυγίας Ἄτης λόφον, κλίνεται· ἔνθα πόλιν κτίσας Ἶλος, ταύτην μὲν Ἴλιον ἐκάλεσε. Heſychius: Ἄτης λόφος, οὕτως τὸ Ἴλιον ἐκαλεῖτο πρότερον.

73 Μακεδονίας.] Hujus meminit Livius lib. XXXI: *Præſidio ibi relicto, Ilion (nomen propter alteram in Aſia urbem, quam oppidum notius) vi capitur.* De Ilio Theſſalicæ & Thracicæ juxta Bizyam in Aſtarum finibus apud alios nulla fit mentio. Montis hoc nomine meminit Pauſan. in Lacon. Ὤκισται δὲ ναὸς μὲν Ἴλου καλουμένου, καὶ Ἀμφὶς, καὶ Κινακαδίου τῶν ὀρῶν τόπων τὸ μεταξὺ ἐπέχουσαι.

74 Ἰλιεὺς ὁ Ἀπόλλων ἐν Τροίᾳ.] In libris calamo exaratis legitur: Ἰλεὺς ὁ Ἀπόλλων ἐν Τροίᾳ, quam lectionem nemo parum verſatus probaturus eſt: nam Ἰλεὺς non eſt gentile, ſed apud poëtas ponitur pro Ὀϊλεὺς, quemadmodum pro Λεξάδιος Ῥεξάδιος & Βελαρέως pro Ὀβελαρέως. In prioribus editionibus, Aldina ſcilicet & Florentina, hæc verba unicam cum Ἴλερδα, quod proxime præcedit, ſectionem conſtituebant, ibique peſſimo errore legebatur Ἰλεὺς ὁ Ἀπόλλων ἐν Τροίᾳ. Videns Xylander hujus rei abſurdum, ſejunxit illa, & ex iiſdem capitulum confecit. Verum quis non videt hæc loco mota eſſe & ad vocem Ἴλιον pertinere, ubi jam ſuo loco repoſita ſunt, niſi vehementer fallor? Gentile Ἰλιεὺς apud antiquarios Goltzium, Spanhemium ſatis frequens occurrit, ut & Ἴλιος apud Triſtanum & Goltzium. ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sed obiter obſervandum, Homerum nunquam hoc gentile uſurpaſſe; pro Ἰλιεῖς paſſim habet Τρῶες, ut multis docet Euſtath. ad Iliad. B: Παρασημειωτέον δὲ ὅτι Ἴλιον μὲν ὁ ποιητὴς πολλαχοῦ τὴν Τροίαν λέγει, ἐθνικὸν δὲ οὐδαμοῦ λέγει τοὺς Ἰλιεῖς, ἀλλὰ Τρῶας ἁπανταχοῦ· οὕτω δὲ τὴν Εὔβοιαν εἰδὼς, τοὺς πολίτας οὐ λέγει Εὐβοεῖς, ἀλλὰ Ἄβαντας.

75 Οὐδετέρως.] Promiſcue etiam utuntur Latini. Virgil. lib. III Æneid.

Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum
Ilium. ---- ----

Ad quæ verba Servius: *Superbum Ilium. Nobile. Ilium autem Virgilius, neutro tantum genere declinat. Horatius etiam fœminino, ut, non ſemel Ilios vexata.*

76 Νοθεύει Ἀρίσταρχος.] Sic legunt libri vulgati & editi. Salmaſius ad marginem ſui libri cenſet, vocem νοθεύειν nuſquam ſumi tranſitive, atque ideo debere legi, vel νοθεύει ὡς Ἀρίσταρχος, vel νοθεύει παρ' Ἀριστάρχῳ.

77 Ἰλισσὸς, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς.] Summa librariorum ſupinitas in omnibus libris pro ποταμὸς ſubſtituerat πόλις, cum in Attica hoc nomine oppidum non reperiatur. Pauſanias in Atticis: Ποταμοὶ δὲ Ἀθηναίοις ῥέουσιν Εἰλισσός τε, καὶ Ἠριδανὸς τῷ Κελτικῷ κατὰ τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων. Et mox ſequitur: Ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Εἰλισσὸν Μουσῶν, καὶ βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Εἰλισσιάδων. Pauſanias amnem Εἰλισσὸν, & Muſas Εἰλισσιάδας appellat; omnes tamen, quos legi, Strabo, Dionyſius Alexandrinus, Apollodorus, Apoll. Rhodius, Euſtathius & alii Ἰλισσόν. Verum EI & I ſæpe numero confundi, paſſim inculcavimus. Videtur tamen, hinc duplex gentile fœmin. deduci poſſe Ἰλισσὶς apud noſtrum, & Ἰλισσιὰς apud Pauſaniam.

78 Ἀπὸ Ἰλλυρίου τοῦ Κάδμου.] Sic corrigendum cenſui, cum in omnibus libris legeretur τοῦ Κάδμου. Et ſic corrigi debere, mecum cenſebunt omnes in veterum lectione verſati. Apollod. lib. III: Οἱ δὲ, πεισθέντες, ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους, καὶ κρατοῦσιν, καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν, καὶ παῖς Ἰλλυριὸς αὐτῷ γίνεται. Optime quoque Euſtathius ad Dionyſ. Ἡ Ἰλλυρὶς ἐστὶ γῆ, οὕτω καλουμένη

ρες, Ἰλλυριοί, [79] καὶ Ἰλλυρίς, καὶ Ἰλλυριάς, καὶ Ἰλλυρία, καὶ Ἰλλύριον· καὶ Ἰλλυρίζω, Ἰλλυριστί, Ἰλλυρικός.

ἸΛΟΥΡΓΕΙΑ, πόλις Ἰβηρίας· Πολύβιος ἑνδεκάτῃ. [80] τὸ ἐθνικὸν, Ἰλουργιάτης.

ἼΜΒΡΑΣΟΣ [81], ἡ Σάμος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰμβράσιος, καὶ Ἰμβρασία.

ἼΜΒΡΟΣ [82], νῆσος ἐστὶ Θρᾴκης, [83] ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες. [84] ἔστι καὶ πόλις· οἱ οἰκοῦντες, Ἴμβριοι.

ἹΜΈΡΑ, πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἔστι καὶ Λιβύης. ὁ πολίτης, Ἱμεραῖος. ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας, ὡς Νικάνωρ.

ἼΜΥΡΑ [85], πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης, Ἰμυρεύς.

ἸΜΦΗ͂Σ, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Περραιβοῖς. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· οἰκοῦσιν [86] Ἴμφεες καὶ Περραιβοί.

ἸΝΑ-

A Illyris, & Illyrias, & Illyria & Illyrium. Et verbum Illyrizo, Illyrice, & Illyricus.

ILLURGIA, urbs Iberiæ, de qua Polybius libro XI. Gentile, Ilurgiates.

B IMBRASUS, ſic dicitur Samus a fluvio. Gentile, Imbraſius, & Imbraſia.

IMBRUS, Thraciæ inſula eſt, Cabiris ſacra & Mercurio, quem Cares Imbramum appellant. Eſt quoque urbs, cujus incolæ, Im-

C brii.

HIMERA, oppidum Siciliæ de quo Hecatæus in Europa. Eſt quoque Libyæ. Oppidanus, Himeræus. Eſt etiam fluvius, Himeras, de quo Nicanor.

D IMYRA, oppidum Phœniciæ. Oppidanus, Imyrenſis.

IMPHES, gens Perrhæbis finitima, de qua Hecatæus in Europa, Habitant Imphees

E & Perrhæbi.

INA-

καλουμένη ἀπὸ Ἰλλυρίου υἱοῦ Κάδμου. Idem quoque perhibet ad verſum Dionyſii 381.

79 Καὶ Ἰλλυρίς.] Emendat Salmaſius ad oram ſui Stephani, καὶ Ἴλλυρες. Dubito profecto quid recipiendum ſit. Ἰλλυρὶς enim optime de regione, & Ἴλλυρες de incolis uſurpatur. Euſtath. ad Dionyſ. Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Κερκυραῖοι παρά τισι καὶ Κέρκυρες λέγονται, ὡς καὶ Ἴλλυρες, οἱ Ἰλλυριοί, καὶ οἱ Ἀσσύριοι Ἄσσυρες. Quod formandum eſſet a caſu recto Ἴλλυρ, de quo vide Etymologici Mag. Auctorem in voce Κέρκυρ.

80 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλουργιάτης.] Libri editi lacunoſum circumferunt hunc locum, & in MSS nullum auxilium. Nos ex conjectura gentile Ἰλουργιάτης formavimus. Quibus hoc non arrideat, forment per me licet Ἰλουργιανὸς, quod etiam non incommode hinc deduci videtur. Appianus in Ibericis urbem *Ilurgiam* appellat: Ὁ δὲ περιπέμψας τινὰ παρασκευὴν πολιορκίας, εἵπετο, καὶ παροδεύων ἐνέβαλλεν ἐς Ἰλουργίαν πόλιν.

81 Ἴμβρασος, ἡ Σάμος.] Peſſime in duabus prioribus editionibus legebatur: Ἰάμβρασος, ἡ Σάμος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ· Τὸ ἐθνικὸν, Ἰαμβράσιος, καὶ Ἰαμβρασία. Quem errorem Xylander deinceps vidit & correxit. Imbraſum hanc inſulam fuiſſe appellatam multi teſtantur. Hyginus Fab. XIV: *Ancæus alter Neptuni filius ab Imbraſo inſula, quæ Parthenia appellata eſt, nunc autem Samos dicitur.* Apollonii Rhodii Scholiaſt. ad verſ. 187 lib. pr. Ὁ δ' Ἰμβρασίης· τὸν Σάμον φησίν· Ἴμβρασος γὰρ ποταμὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη παρθένιος. Gentile Imbraſius & Imbraſia utitur Apol. Rhod. lib. II:

---- Ὅν Ἰμβρασίοισι παρ' ὕδασιν Ἀστυπάλαια

Τίκτε Ποσειδάωνι. ----

Fœmininum Junoni, natæ in illa inſula ſub vitice, ſæpenumero a poëtis & Mythologiæ doctoribus attribuitur Vide Pauſ. lib. VII. & Callimach. Hym. in Dianam.

82 Ἴμβρος, νῆσος ἐστὶ Θρᾴκης &c.] Totum hoc capitulum in libris hactenus editis temporum diritate, & librariorum negligentia deturpatum extat, in iis enim ad hunc modum excuſum legitur: Ἴμβρος, νῆσος ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβρον λέγουσι μάκαρες. Auctoritate MSS ἐστὶ Θρᾴκης inſeruimus, ut ſciamus quibus in terris Imbros ſita ſit; & pro Ἴμβρον, MSS iiſdem ſuadentibus, Ἴμβραμον repoſuimus, verum Mercurii nomen. Denique pro μάκαρες, quod conſtanter exhibent editi & calamo exarati, emendandum cenſui οἱ Κᾶρες, inductus auctoritate Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui ſua ætate hunc Stephani locum, in ſuis ad Dionyſ. Periegetam comment. ita tranſcripſerat: Ἡ δὲ Ἴμβρος Θρᾳκικὴ μέν ἐστι νῆσος, ἱερὰ Καβείρων καὶ αὐτή· ὄνομα δὲ δαιμόνων οἱ Κάβειροι· ἐτιμᾶτο δὲ αὐτόθι καὶ Ἑρμῆς, ὃν Ἴμβραμον λέγουσι οἱ Κᾶρες, ὡς ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς ἀναγράφεται. Hæc cum ſcripſeram, incidi in Petri Danielis Huetii Demonſt. Euangelicam, hodie profecto in Galliis in omni doctrinæ genere primas tenentis, in qua video V. Cl. de hac quoque emendatione mentionem feciſſe, ſimulque indicaſſe; quis fuerit ille *Imbramus*, cui inſula hæc nominis originem debeat. Eum vide Propoſ. IV cap. VII.

83 Ἱερὰ Καβείρων.] Quatuor fuere Cabiri, Ceres, Proſerpina, Pluto & Mercurius, teſte Etymologici Mag. Auctore: Κάβειροι, ὀνόματα θεῶν τεσσάρων, Ἄξιερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος· Ἄξιερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ· Ἀξιόκερσα, ἡ Περσεφόνη· Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης· Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσηγορεῦσθαι, ἀπὸ Καβείρων ὀρέων Φρυγίας· ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετηνέχθησαν. Verum video locum hunc eſſe mutilum, & quartum nomen deſiderari. Sine dubio poſt vocem Ἅδης hæc addenda ſunt: ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστιν. Hunc locum ſic poſſe & debere ſuppleri, liquet ex Mnaſea & Dionyſodoro apud Apoll. Rhodii Scholiaſt. ad lib. I. Ubi iiſdem plane verbis & nominibus hæc de Cabiris hiſtoria refertur. Verum hoc etiam monendum, quoſdam duntaxat duos Cabiros ſtatuere, ſeniorem alterum Jovem, alterum juniorem Bacchum, quod ex iiſdem locis apud Scholiaſt. & Auctorem Etymol. manifeſte liquet. Caſmilum alii vocant Cadmilum, & lingua Bœotica Mercurium denotare perhibent, uti teſtis eſt Scholiaſt. ad Lycophronem.

84 Ἔστι καὶ Λιβύης.] Urbs Siciliæ, ut & fluvius, de quo hac ſectione noſter mentionem facit, ſatis celebres ſunt, ſed non adeo oppidum Libyæ, quod aliis non memoratur: Cenſeo noſtrum librariorum vitio eſſe depravatum, & pro Λιβύης debere legi Λέσβου, nam in illa inſula noſtro celebratur urbs hoc nomine, ita enim ille in ſequentibus: Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἱμέρα, εἶτα Πελασγία καὶ Ἴσσα.

85 Ἴμυρα, πόλις Φοινίκης.] Bene conjicit Ortelius, idem eſſe oppidum, quod in ſequentibus a noſtro vocatur Σίμυρος, & ex Hecatæo Σίμυρα genere neutro. Nominibus propriis aliquando addi & demi S, notius eſt quam quod heic repeti debeat.

86 Ἴμφεες καὶ Περραιβοί.] Copulativam inſerere viſum fuit, ſic ipſa ſententia & ſenſu poſtulante. Ex Perrhæbis conjicimus, Impheas gentem Theſſalicam fuiſſe, niſi quis heic Perrhæbos Epiroticos intelligi velit.

ἸΝΑΧΊΑ, ἡ Πελοπόννησος, οὐ μόνον τὸ Ἄργος· ἀπὸ Ἰνάχου τοῦ ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰνάχιος· καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ· A

Πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου [87] κόρης
[88] Τῆς Ἰναχείης; ἣ Διὸς θάλπει [89] κέαρ. B

καὶ ὕστερον·

Οἵ τ' Ἰνάχειον σπέρμα τοὺς ἐμοὺς λόγους.

καὶ διὰ τοῦ ι, Ἰνάχιον· καὶ [90] Ἰναχίτης, καὶ Ἰναχιεύς.

ἸΝΔΑΡΑ [91], Σικανῶν πόλις· Θεόπομπος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰνδαραῖος, ὡς Ἱμεραῖος. C

ἸΝΔΙΚΉ, πόλις Ἰβηρίας, πλησίον Πυρήνης. τινὲς δὲ Βλαβέρουραν αὐτὴν φασι. τὸ ἐθνικὸν, [92] Ἰνδικῖται. D

ἸΝΔΌΣ, ποταμός· ἀφ' οὗ Ἰνδοί· ἀφ' οὗ Ἰνδικὸς, καὶ Ἰνδικοί.

[93] Καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης.

λέγεται καὶ Ἰνδῷος.

ἸΝΥΣΣΌΣ, πόλις Αἰγύπτου, προσεχὴς τῷ Κασίῳ ὄρει· [94] Ἡρόδοτος. E

ἸΝΣΟΒΑΡΕΣ [95], ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ, οὓς καὶ Ἰνσόβρας φασίν.

ἼΝΣΟΒΡΟΙ, ἔθνος Ἰταλικόν· Πολύβιος ις'. F

ἼΝΥΚΟΝ, πόλις Σικελίας. [96] Ἡρόδοτος δὲ Ἴνυχα αὐτὴν φησιν, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. ἔοικε

INACHIA, ſic Peloponneſus, non duntaxat Argos dicitur, & nomen habet ab Inacho fluvio. Gentile, Inachius, cujus uſus per diphthongum reperitur apud Æſchylum in Prometheo vincto:

Quomodo non celebrem œſtro agitatam puellam
Inachiam? Quæ Jovis fovet cor.

Et genere neutro:

Quique Inachium ſemen ſermones meos.

Et per I invenitur Inachium, & Inachita, & Inachienſis.

INDARA, Sicanorum urbs, de qua Theopompus. Gentile, Indaræus, uti Himeræus.

INDICA, urbs Iberiæ prope Pyrenen, quam nonnulli Blaberuram appellant. Gentile, Indicitæ.

INDUS, fluvius, unde Indi, & Indicus & Indici.

Et Indicus tumor maris.

Dicitur quoque Indous.

INYSSUS, urbs Ægypti, Caſio monti propinqua, teſte Herodoto.

INSOBARES, gens Celtica ad Padum, quos etiam Inſobras appellant.

INSOBRI, gens Italica, teſte Polybio lib. XVI.

INYCUM, urbs Siciliæ. Herodotus vero hanc *Inycha* appellat a caſu recto *Inyx*. Sed

87 Κόρης.] Ita erat emendandum ex Æſchylo, ex editionibus Aldina Florentinaque, atque etiam ex manu exaratis codicibus. Male in Xylandriana legitur κόρεις.

88 Τῆς Ἰναχείης.] Sic optime a Xylandro editum, jubente Stephano ſcriptionem per diphthongum. In MSS & prioribus editionibus reperitur male τῆς Ἰναχίης, quod etiam hodie in Æſchyli vulgatis non conſpicitur.

89 Κέαρ.] Sequimur & hoc loco Xylandri editionem, in prioribus enim excuſum eſt κέρας, quod etiam nonnulli codices MSS repræſentant.

90 Ἰναχίτης.] Invenitur hoc gentile in voce Μαίναλος, verum ibi non formatur ab Ἰναχία, ſed ab Ἴναχος. Τὸ ἐθνικὸν, Μαινάλιος, καὶ θηλυκὸν Μαιναλία· καὶ Μαιναλίτης, ὡς Ἴναχος Ἰναχίτης.

91 Ἴνδαρα, Σικανῶν πόλις.] Ita nunc hanc urbem appellat ex Theopompo, inſerta liquida, pro Ἴδαρα, quemadmodum Feſtus Avienus & alii hoc nomen proferunt. Alio loco Δηρα vocatur a noſtro, & quanquam inde liquido conſtet, duas civitates noſtrum formaſſe, eſt tamen una atque eadem, nam ſcripturæ diverſitas, diverſas civitates non condit.

92 Ἰνδικῖται.] Conſtanter ſic legunt libri MSS & editi, ſed in Strabone, quem noſter conſuluiſſe videtur, hodie Ἰνδικῆται exſtat, pro quo ego Ἰνδικῖται Stephani eligendum cenſeo: nam a nominibus in η deſinentibus formare noſter non ſolet gentilia in ήτης, ſed in ίτης, ut multis exemplis demonſtrari poteſt: Αἰθάλη Αἰθαλίτης, Ἰόπη Ἰοπίτης, Σινώπη Σινωπίτης &c. Hujus formæ canonem lege in voce Αἰθάλη. Verum ab Αἴγινα fit Αἰγινήτης, quod tanquam rariſſimum annotavit Stephanus, ſic enim ille iſthac ſectione: Τὸ θηλυκὸν τοῦ Αἰγινήτου, Αἰγινῆτις. Σπάνια δὲ τὰ εἰς της ἐθνικὰ, τὸ η παραλήγεται, ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς βαρύτονα. εἰσὶ δὲ ταῦτα Αἰγινήτης, Μαλφήτης. Sed ad *Indicitas* redeamus, de quibus Strabo lib. III: Οἰκεῖν δὲ Αἰληζανῶν τε ὀλίγους, καὶ λοιπῶν τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας, μερισμένους τέτραχα. Hos Plinius lib. III: cap. III. *Indigetes* appellat, & Ptolemæus lib. II *Endigetas*, quos ad Sambrocæ oſtia ponit.

93 Καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης.] Hemiſtichium hoc noſter deſumpſit ex Dionyſ. Periegeta circa principium, ubi de Indo fluvio loquitur:

Αὐτὰρ ὅθι προπάροιθε φαείνεται ἀνθρώποισιν,
Ἠῷόν κε κλίνοι καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης.

94 Ἡρόδοτος.] Locus, quem noſter innuit, exſtat lib. III: ſed ibi paſſim Ἰήνυσος urbis nomen ſcribitur: Ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τοῦ Ἀραβίου. Ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὖτις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. Verum uter ſit emendandus, nemo facile dixerit, niſi aliunde lux affulgeat: nam noſter elementorum ordinem ſequitur, & Herodoti codices conſtanter Ἰήνυσος repræſentant.

95 Ἰνσόβαρες.] Salmaſius hanc ſectionem ad marginem ſui libri hunc in modum emendat: Ἰνσόβαρες, ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ, οὓς Πολύβιος καὶ Ἰνσόβρας φησίν. Verum non addit, ſe hoc ſupplementum in MSS inveniſſe, ut paſſim ſolet. Sequitur proxima ſectione Polybii nomen, quare illud jam recipere non videbatur conſultum: cenſeo enim duas iſtas ſectiones in genuino Stephani opere, unicam duntaxat conſtituiſſe. Eadem enim gens eſt, ſive *Inſubros*, *Inſobros* vel *Inſubres* appellaveris. Ejus luculentam deſcriptionem pete ex Cluverio lib. I Ital. Antiq. lib. I cap. XXIV.

96 Ἡρόδοτος δὲ Ἴνυχα.] Ita hunc locum emendavi ex mente doctiſſimi Cluverii, cum in vulgatis Stephani legebatur, Ἴνυκον, πόλις Σικελίας. Ἡρόδοτος δὲ Ἴνυκον αὐτὴν φησιν, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. Apud Herodotum lib. VI utraque formatio legitur, primum ἐς Ἴνυκον: & paullo poſt ἐκ τοῦ Ἴνυχος. Sed ita variaſſe auctorem vix credit Cluverius: magiſque ſuſpicatur, ſcriptum fuiſſe ab eo ἐς Ἴνυχα, ab recto caſu Ἴνυξ, quem noſter heic citat. Quod in principio ſectionis Ἴνυκον repoſuerim, in eo etiam auctori-

ἔοικε δ᾽ ἐσφάλθαι· ἀφ᾽ οὗ Ἰνυχῖνος οἶνος. ἴδιος γὰρ ὁ τύπος τῶν Σικελῶν. [97] Ἰνυκῖνος οὖν δεῖ.

ἸΞΙΑΙ [98] πληθυντικῶς, χωρίον τῆς Ῥόδου, ἀπὸ Ἴξου λιμένος. καὶ Ἴξιος Ἀπόλλων, ὡς Ἀρτεμίδωρος δεκάτῳ γεωγραφουμένων.

ἸΞΙΑΣ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἐν ᾗ δὲ Ἰξιὰς πόλις, ἐν ᾗ δὲ [99] Μενεκίνη πόλις.

ἸΞΙΒΑΤΑΙ, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, προσεχὲς [1] τῇ Ἰνδικῇ· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

ἸΟΠΗ [2], πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων· ὡς δὲ [3] Διονύσιος, Παλαιστίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἰόπης τῆς Αἰόλου θυγατρὸς, τῆς γυναικὸς Κηφέως, τοῦ κτίσαντος, καὶ βασιλεύσαντος, τοῦ καταστερισθέντος, οὗ ἐστι γυνὴ Κασσιέπεια. [4] οἱ Ἕλληνες κακῶς φασιν· [5] ἀφ᾽ οὗ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες. ἔστι καὶ

Θεσ-

Sed videtur eſſe error. Hinc Inychinum vinum. Hæc enim forma Siculis propria eſt. Oportebat igitur eſſe Inycinus.

IXIÆ, num. multitudinis, munimentum in Rhodo, ab Ixo portu ſic dictum. Et Ixius Apollo, teſte Artemidoro lib. x Geographicor.

IXIAS, urbs OEnotrorum in mediterraneis, de qua Hecatæus in Europa. Erat autem Ixias urbs, & Menecine urbs.

IXIBATÆ, gens ad Pontum, Indicæ finitima, cujus meminit Hecatæus in Aſia.

IOPE, urbs Phœniciæ prope Iamniam, auctore Philone: ſed juxta Dionyſium, Palæſtinæ. Phœnicia enim Palæſtina dicitur. Nomen habet a Iope Æoli filia, Cephei uxore, qui urbem condidit, ibique imperium exercuit, quique deinde in ſtellarum numerum relatus eſt, cujus uxor erat Caſſiopeia. Male hoc referunt Græci. Ab eo Cephenes Æthiopes nomen ſortiuntur. Eſt quoque alia

Theſ-

auctoritate Characis uſus ſum, qui hoc nomine utitur in Κάμικος, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν, ὁ Δαιδάλου. Χάραξ δὲ Ἴνυκον ταύτην φησίν. Vide præterea Pauſaniam in Achaïcis.

97 Ἰνυκῖνος οὖν δεῖ.] Sequimur lectionem manu exaratorum codicum: male enim vulgati exhibent Ἰνυκτῖνος. Ita quoque Cluverius emendabat, uti jam admonuimus. Vide præterea Heſychium in voce Ἰννυκῖνος, cujus locum idem vir doctus a mendis repurgavit.

98 Ἴξιαι, πληθυντικῶς.] Approbat hanc formationem Caſaubonus ad Strabonem, in quo numero ſingulari legitur Ἰξία, quod tamen incertum eſt, an non etiam pro plurali poſitum ſit. Μεταξὺ δὲ Λίνδου Ἰξία χωρίον καὶ Μνασύριον. Si quis præter Strabonem & Stephanum hujus loci meminerat, lis facile dirimi poſſet.

99 Μενεκίνη.] Vide Stephanum in illa voce.

1 Τῇ Ἰνδικῇ.] Ita conſtanter legunt libri MSS & vulgati. Præfert Voſſius ad Scylacem τῇ Σινδικῇ. Sed non magnopere contendet cum illis, qui apud Stephanum & alios recentiores *Indicam* & Indos retinent, cum tamen certum ſit, antiquiores omnes unanimi conſenſu regionem hanc Ponticam *Indicam* & Indos appellaſſe.

2 Ἰόπη, πόλις Φοινίκης] Sic ſolent ſcribere illud urbis nomen poëtæ, inter quos Dionyſius Alexand. de ſitu orbis, & alter Dionyſius de Aſia, citatus a Stephano in Δῶρος, Propertius, Avienus, nec non Priſcianus:

Hi muros Iopes, Gazan quoque Elaïda complent.

Sed hi videntur ſic metro conſuluiſſe: nam negare non poſſum, quin etiam poëtæ duplici π vocem extulerint, quod tamen ab iis potiſſimum factum obſervo, qui oratione ſoluta uſi ſunt, ut Strabo, Pauſanias, Joſephus, Plinius & alii: utrumque interim recte, monente Cl. Voſſio ad Melam. Arridet tamen magis ſcriptura per duplex π, quia in voce Αἰθάλη liquet, etiam hanc ſcripturam Stephanum ſuo calculo adprobaſſe, & quia inde recentiores *Zaffa* & *Iaffa* formarunt, quo nomine hodie inſignitur, quanquam urbs funditus ſit deleta, & ibi duntaxat diverſorium inveniatur, Hieroſolyma & alia loca ſancta petentibus, deſtinatum. Noſter urbem in Phœnicia collocat, Dionyſius in Palæſtina, alii in Syria: ſed res eodem redibit, ſi illorum mentem bene interpreteris: quod commodiſſime fieri poteſt verbis Herodoti lib. III: Ἔστι δὲ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα, καὶ Συρίη ἡ Παλαιστίνη καλεομένη. Syriæ nomen aliquando apud auctores tam late ſumitur, ut Phœniciam & Palæſtinam comprehendat: nam Phœnicia Syriæ regio eſt maritima, quæ ad meridiem habet Palæſtinam, quæ antiquitus Chanaan, & ab exteris Judæa appellabatur. Sed nemo ſanus facile concoquere poterit, *Ioppen* Æthiopiæ attribui, quod olim fecit Iſacius ad Lycophronem: Κηφέως τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως καὶ Κασσιεπείας γίνεται παῖς Ἀνδρομέδα· ἐρισάσης δὲ τῆς Καλλιοπείας [lege Κασσιεπείας] περὶ κάλλους τῇ Ἥρᾳ, ἢ καθ᾽ ἑτέρους, ταῖς Νηρηΐσιν, ὁ Ποσειδῶν αὐτῶν παρακλήσει ἔπεμψε κῆτος, ὃ τὴν Αἰθιοπίαν ἐλυμαίνετο. Χρησμῷ δὲ ὁ Κηφεὺς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς βορὰν ἔδωκε ἐκφλῶσαι τῷ κήτει, καὶ περὶ πόλιν Αἰθιοπίας Ἰόπην, δεσμοῖς σιδηροῖς δεσμεύσας αὐτὴν παρά τινας πέτρας. Sic videmus Ioppen Phœniciæ in Æthiopiam tranſlatam, qui error inde originem & incrementum ſumſit, quod Cephea Æthiopiæ regem ſtatuerint. Hyginus in Aſtronomico: *Hunc Euripides cum ceteris Phœnicis F. Æthiopum regem eſſe demonſtravit, Andromedæ patrem, quam ceto propoſitam notiſſima hiſtoria dixerunt.* Sic quoque Apollodorus lib. II Cephea regem Æthiopum ſtatuit, & fabulam in Æthiopia fingit: Παραγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπίαν ἧς ἐβασίλευε Κηφεὺς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν, παρακειμένην βορὰν θαλασσίῳ κήτει. Verum ex hiſce omnibus non liquet, Ioppen in Æthiopia eſſe collocandam.

3 Διονύσιος Παλαιστίνης.] Dionyſius Alexandrinus in Periegeſi Ioppæ quidem meminit, ſed is in Phœnicia, non Palæſtina collocat:

Οἱ δ᾽ ἄλλοι ἐγγὺς ἐόντες ἐπωνυμίην Φοίνικες.

Et mox recenſet eorum urbes:

Οἵ τ᾽ Ἰόπην καὶ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ᾽ ἐνναίουσιν.

Ergo alius Dionyſius eſt intelligendus, & fortaſſis is, qui de Aſia ſcripſit, quem noſter in Dori deſcriptione citat, quæ urbs non longe a Ioppe erat remota.

4 Οἱ Ἕλληνες κακῶς φασιν.] Qua ratione hæc verba ſint interpretanda, legendum apud Salmaſium in Sol. Exercitat. pag. 570.

5 Ἀφ᾽ οὗ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες.] Si Cepheus in Æthiopia regnavit, quod Græcorum multi tradidere, optimo jure *Cephenes* appellantur. Certiores ſumus eum in Ἰοπίᾳ, & non in Αἰθιοπίᾳ regnaſſe, ubi veterum maxima pars Andromedam Ceto expoſitam tradit. Docet hoc Conon apud Photium: Ἀδελφοὺς μὲν δύο γενέσθαι Κηφέα καὶ Φινέα, καὶ εἶναι τὴν τοῦ Κηφέως βασιλείαν, τότε ἐν τῇ μετονομασθείσῃ μὲν ὕστερον Φοινίκῃ, τηνικαῦτα δὲ Ἰοπίᾳ ἀπὸ Ἰόπης τῆς ἐπιθαλασσιδίου πόλεως τοὔνομα λαβούσῃ. Verum parum refert ex quocunque noſter hoc hauſerit. Cephenes a Græcis male Æthiopas nominari: nos ſcimus alios inter Græcos reperiri, qui Perſas olim a Græcis ſic nuncupatos ſtatuunt. Herodotus lib. VII: Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέντοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων, Ἀρταῖοι. Scholiaſtes ad Lycophronem hæc

Herodoti

Θεσσαλίας ἄλλη. τὸ ἐθνικὸν τῆς προτέρας, [6] Ἰοπίτης. [7] λέγεται καὶ Ἰοππία, διὰ τοῦ ι· καὶ [8] ἴσως ἐκ τοῦ Αἰθιοπία. ἐκ δὲ τοῦ Ἰόπεια διὰ διφθόγγου, Ἰοπείτης, καὶ Ἰοπεύς. ἔστι καὶ Ἰοπὶς θηλυκὸν, παρὰ Χάρακι.

A Theſſaliæ. Prioris gentile eſt Iopites. Dicitur quoque Ioppia per I, quod fortaſſis ab Æthiopia derivatur. Verum a voce Iopeia per diphthongum, fit Iopeites & Iopenſis. Reperitur quoque Iopis genere fœminino apud Characem.

B

ἸΌΝΙΟΝ, πέλαγος, τὸ περὶ τὴν Ἰταλίαν· Αἰσχύλος [9] Προμηθεῖ δεσμώτῃ. οἱ δὲ ἀπὸ Ἰονίου Ἰλλυριοῦ, [10] ἢ ἀπὸ Ἴονος Ἰταλοῦ. [11] ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀδρίας ὁ Ἰόνιος κόλπος. [12] Λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος, Ἰόνιον λέγεσθαι. Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἰοῦς, βοῦν ἐχούσαν πλησίον ἐν τῇ εἰκόνι.

IONIUM, pelagus circa Italiam, cujus meminit Æſchylus in Prometheo vincto. Nomen habet vel ab Ionio Illyrio, vel ab Ione Italo. Verum Ionius ſinus etiam Adrias vocatur. Perhibent quidam, & mare C illud, a Gaza uſque ad Ægyptum, etiam Ionium appellari: nam Gaza Ione dicitur ab Iô, bovem juxta ſe in imagine habente.

ἼΟΣ [13], νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων· [14] ὅθεν ἦν Ὁμήρου μήτηρ, ὡς ὁ χρησμός·

Ὄλβιε,

IOS, inſula Cycladum, ſic dicta ab Ioni- D bus, qui eam habitavere. Ex hac erat Homeri mater, ut in oraculo legimus:

Felix

Herodoti verba reſpiciens. Ὁ δὲ Κηφεὺς ὁ τῆς Ἀνδρομέδης πατὴρ, βασιλεὺς ἦν Αἰθιόπων· πρόσχες δὲ, μὴ γράψῃς Κηφηνίδας, ὡς οἱ πολλοί· Ἡρόδοτος Κηφῆνας καὶ Ἀρταίους ἔθνη Περσῶν εἶναι λέγει, οὐκ Αἰθιόπων λέγοντες Κηφῆνας τοὺς Αἰθίοπας λέγεσθαι, ἀλλὰ Κηφηνίδας. Sed deinde, cum ad vocem Χαλδαῖοι pervenerim, operæ pretium erit inquirere, quibus Cephenum nomen vere competat.

6 Ἰοπίτης.] Perperam editi omnes & libri MSS legebant, Ἰοπήτης, pro quo Ἰοπίτης repoſui, ipſius Stephani auctoritate inductus, ita enim ille in Αἰθάλη· ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη Αἰθαλίτης, ὡς Σινωπίτης, Ἰοππίτης. Periphraſi loco gentilitii utitur Joſephus lib. III cap. XXIX: Καθὸ τοῦτον σαλεύουσι τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰόππης, ὑπὸ τὴν ἕω πνεῦμα βίαιον ἐπιπίπτει. Ubi male per o mega ſcribitur. Præterea Joſephus gentile fecit Ἰοππηνὸς lib. XIII Antiq. Jud. cap. VIII: Καὶ γενόμενος ἐν Ἰόππῃ, στρατοπεδεύεται πόλεως ἔξω, τῶν Ἰοππηνῶν ἀποκλεισάντων αὐτῷ τὰς πύλας. Invenitur tam ΙΟΠΗΤΗC in nummo Titi apud Goltzium, de quo gentili quamquam non dubitem, non pœnitet tamen in Stephano Ἰοπίτης reſtituiſſe, quippe hæc fuerit mens Ethnicographi, uti ex alio loco evidenter comprobavi.

7 Λέγεται καὶ Ἰοππία.] Vide quæ in præcedentibus ad hanc ſectionem ex Photio ſunt adducta.

8 Ἴσως ἐκ τοῦ Αἰθιοπία.] Hæc verba in omnibus MSS non inveniuntur, teſtatur enim Salmaſius, ſe ea in Palatinis non comperiſſe; quæ tamen obelo confodere non audeo, tanquam ab ipſo Stephano protecta, quibus fortaſſis indicare voluit, qua ratione τὸ Ἰοπία ſit pars vocis Αἰθιοπίας, vel ſimile quid. Eadem etiam agnoſcit Etymologus, multis in locis qui Stephanum tranſcripſit: Ἰόπη, πόλις Παλαιστίνης· εἴρηται δὲ οἱονεὶ Αἰθιόπη τις οὖσα· κατεῖχον γὰρ αὐτὴν Αἰθίοπες. Senſus tamen verborum, ſine ſupra allegatis, & quemadmodum ea invenit Salmaſius in antiquis libris, ſatis eſt commodus & manifeſtus: Τὸ ἐθνικὸν τῆς προτέρας, Ἰοπίτης· ἐκ δὲ τοῦ Ἰόπεια διὰ διφθόγγου, Ἰοπείτης· λέγεται καὶ Ἰοπία, διὰ τοῦ ι. ἐκ δὲ τοῦ Ἰόπεια, Ἰοπεὺς καὶ Ἰοπίτης.

9 Προμηθεῖ δεσμώτῃ.] Reſpicit noſter hæc Æſchyli verba:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Eadem hæc Æſchyli verba leguntur apud Lycophronis Scholiaſt. ſed pro μυχὸς is olim invenit βυθός. De Ionio mari multa apud Cluv. in fine Ital. Antiq. deſ.

10 Ἢ ἀπὸ Ἴονος.] Euſtathius ἀπὸ Ἰάονος ἀνδρὸς Ἰταλοῦ. Quod mihi ſuſpectum eſt. Præferendum videtur Ἴονος, quod eſt apud Stephanum.

11 Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀδρίας.] Etiam pueri norunt Ionium mare *Adriam* appellari. Sed non poſſum non mirari, aliquem inveniri, qui iſtam appellationem in Agathemero expunxit ſine ulla ratione, ita enim ille lib. I cap. III: Τυρρηνικὸν δὲ τὸ μέχρι Σικελίας ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἄκρων· εἶτα Λιβυκὸν, εἶτα Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν, καὶ Ἰώνιον, καὶ Ἀδρίαν τὸν ἀνακεχυμένον ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους. Omnia hoc loco ſunt ſana & integra, neque opus erat, ab editore ut mutaretur καὶ Ἀδριατικὸν ἀνακεχυμένον.

12 Λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης, &c.] Hic locus ſine ullo offenſionis ſigno ab omnibus editus eſt hunc in modum: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀδρίας ὁ Ἰόνιος κόλπος, τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου· Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα ἐκαλεῖτο. Quis non videt hæc omni ſenſu eſſe deſtituta, & poſt κόλπος & Αἰγύπτου nonnulla excidiſſe, cujus rei utrum Epitomator, an vero librarii in cauſa ſint, compertum non habeo. Hoc fateor, me per Euſtathium profeciſſe, qui integrum locum in commentariis ad Dionyſium de ſitu orbis poſteris reſervaverat, ita enim ille: Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον Ἰόνιος κόλπος καλεῖται, ἀλλὰ καὶ Ἀδρίας, καὶ Ἀδριανὴ θάλασσα· οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τὸ Ἰόνιον μέρος τοῦ Ἀδρίου φασί· λέγεται δὲ Ἰόνιος, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι δοκεῖ καὶ τῷ Αἰσχύλῳ, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς· διενήξατο γὰρ ἐκείνη βοῦς γενομένη κἀνταῦθα· οἱ δέ φασιν ἀπὸ Ἰάονος ἀνδρὸς (legendum forte Ἴονος) ἀνδρὸς Ἰταλοῦ, ἢ ἀπὸ Ἰονίου ἀνδρὸς Ἰλλυρικοῦ· λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος, Ἰόνιον λέγεσθαι ὁμοίως, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς. Καὶ τὴν ἐκεῖ δὲ Γάζαν, Ἰόνην καλοῦσί τινες· ἔνθα βοῦς ἦν ἐν ἀγάλματι τῆς Ἰοῦς, ἤτοι τῆς σελήνης. Hæc qui contulerit cum iis a nobis jam divulgatis, is teſtabitur, ſi bona fide agat, nos locum priſtino nitori reſtituiſſe, atque lacunas ſatis commode replcviſſe.

13 Ἴος, νῆσος τῶν Κυκλάδων.] Male Ios Cycladibus inſulis accenſetur, cum revera una ſit Sporadum, nam & olim Dicæarchus inter Sporadas collocabat:

Αὗται μέν εἰσι Κυκλάδες, ἕτεραι λεγόμεναι
Σποράδες, ἐν αἷς Κίμωλος, εἶτ' οὐ πολὺ
Ἀπέχουσα Θήρα νῆσος, εἶτ' οὐ πολὺ
Ἴος, εἶτα Νάξος, &c.

Sic quoque Mela lib. II cap. VII: *At interius Melos, Oliaros, Ægilia, Cothon, Ios, Thia, Thera &c. Hæ quia diſperſæ ſunt, Sporades. Ab eis Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene &c. quia in orbem jacent, Cyclades dictæ ſunt.* Nomen habere ab *Ionibus incolis*, uti vult Stephanus, jam dudum Bocharto improbatum eſt, cum linguæ Græcæ genius non patiatur, ut *Ios* deducatur ab Ionibus. Cenſet enim vir doctus, Phœnices עִין *Iion* expreſſiſſe, quod derivat ab Hebræa voce, *acervum lapidum* denotante: adeo ut ex ipſo nomine colligat inſulam lapidoſam atque ſaxoſam fuiſſe, quemadmodum a multis deſcribitur.

14 Ὅθεν ἦν Ὁμήρου μήτηρ.] Huc adſcribam verba Euſtathii ad Iliad. H. Ἦν δὲ τότε περίπυστον, καὶ ὡς ἀπὸ χρησμοῦ μάλιστα τοῖς Ἴωσι τὸ τῆς Ἴου ὄνομα, ἣν καὶ Ὁμήρου μητρίδα ὁ χρησμὸς ὠνόμασεν.

[15] Ὄλβιε, καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι, A
Πατρίδα δίζηαι, μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρὶς ἐστιν.
Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα B
Δέξεται, ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

[16] ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη Ἴος. ἔστι καὶ Λυδίας. [17] ὁ πολίτης, Ἰήτης, καὶ Ἰέτης.

ΙΟΥΔΑΙΑ, Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ, C ἀπὸ τῶν παίδων Σεμιράμιδος, Ἰούδα καὶ Ἰδουμαίας· ὡς δὲ Κλαύδιος Ἰόλαος, [18] ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος, ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσου ἐστρατευκότος. [19] τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαιεύς, τινὲς δὲ Ἰουδαίους φασίν. D

ΙΟΥΕΡΝΙΑ [20], ἡ Πρετανικὴ νῆσος, τῶν δύο ἐλάσσων. τὸ ἐθνικὸν, Ἰουερνιάτης.

ΙΟΥΕΡΝΗ [21], πόλις ἐν τῷ Ὠκεανῷ τῷ Πρετανικῷ.

ΙΟΥΕΡΝΙΑ, νῆσος. ἐθνικὸν, Ἰούερνοι. E

ΙΟΥΛΕΙΣ [22], οἱ Ῥωμαῖοι, ἀπὸ τοῦ βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ ὁ μὴν· ἢ ἀπὸ Ἰουλίδος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλιεύς, καὶ Ἰουλίας. τὸ θηλυκὸν, Ἰουλίς.

ΙΟΥ-

Felix atque miſer, nam ſorte ad utrumque creavit.
De patria quæris; tibi matria, non patria illa eſt.
Inſula Ios matris patria eſt, quæ colliget oſſa
Exanguis: ſed enim puerorum ænigma caveto.

Appellabatur quoque Phœnicia Ios. Eſt quoque Lydiæ oppidum. Oppidani Ἰῆται & Ἰέται.

JUDÆA, uti Alexander Polyiſtor perhibet, nomen habet a filiis Semiramidis Juda & Idumæa. Verum ſecundum Claudium Jolaum a Judæo Spartonis fil. qui Thebis una cum Baccho in militiam abiit. Gentile, Judæenſis: quidam vero Judæos dicunt.

JUERNIA, inſula Britannica, duarum minor. Gentile, Juerniates.

JUERNE, urbs in Oceano Britannico.

JUERNIA, inſula. Gentile, Juerni.

JULEI, ſic Romani vocantur a rege, a quo & menſi nomen eſt inditum, vel ab Julide. Gentile, Julenſis & Julias: genere fœm. Julis.

JU-

[15] Ὄλβιε &c.] Sequimur priores editiones, & manu exaratos codices. Peſſime Xylandriana: Ὄλβη, quod mirum, cum etiam alii auctores, de hoc oraculo mentionem facientes, τὸ ὄλβιε agnoſcant. Vide Plutarchum, apud quem oraculum illud multo auctius circumfertur & Pauſan. in Phocicis.

[16] Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη.] Plinius lib. IV cap. XII: *Ios a Naxo viginti quatuor Mil. paſſ. Homeri ſepulchro veneranda, longitudinis vigintiquinque mil. ante Phœnice appellata.* Sed inſigniter errat Cl. Bochartus, dum ex hac Stephani ſectione ſtatuere conatur, hanc inſulam a Lydis Lydiam nominari, cum revera hoc longiſſime ſit remotum ab ejus opinione, vult enim noſter in Lydia eſſe oppidum, quod *Ios* appellatur.

[17] Ὁ πολίτης, Ἰήτης.] Apud veteres ſæpiſſime occurrit hoc gentile. Pauſ. in Phoc. Δεικνύουσι δὲ Ἰῆται καὶ Ὁμήρου μνῆμα. Proclus in Homeri Vita: Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην.

[18] Ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος.] Et ex hoc Claudii, & ex præcedenti Polyhiſtoris loco manifeſtiſſime liquet, quam rudis & peregrinus noſter fuerit in hiſtoria ſacra, unde ſatis commode diſcere potuiſſet, Judaïcam gentem, neque a Juda & Idumæa Semiramidis filiis, neque a Judæo Spartonis F. ſed veram nominis originem deducere a Juda Jacobi filio. Optime ſuſpicatur Bochartus ex his Claudii verbis ortam eſſe fabulam, Judæos & Lacedæmonios eſſe congeneres, ſic enim ſcribit rex Lacedæmonum Arrius in literis ad Oniam 1 Macchab. 12. Εὑρέθη ἐν γραφῇ τινι περί τε τῶν Σπαρτιατῶν καὶ Ἰουδαίων ὅτι εἰσὶν ἀδελφοὶ, καὶ ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. Vel uti apud Joſephum legitur lib. XII Antiquit. Jud. Ἐντυχόντες γραφῇ τινι, εὕρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ οἰκειότητος.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαιεύς. τινὲς δὲ Ἰουδαίους φασίν.] Peſſime hunc locum tractarunt librariorum quidam, & priores editores divulgando: τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαῖος. τινὲς δὲ Ἰουδαίας φασίν. Quod nos publicavimus, Palatinorum codicum lectio eſt.

[20] Ἰουερνία, ἡ Πρετανικὴ νῆσος.] Ultimam vocem, quæ a ſcriptis & vulgatis abeſt, adjicere placuit. Sed ut fatear, quod res eſt: tres iſtæ ſectiones de Hibernia agentes, ex unica conflatæ ſunt, & vox νῆσος, quæ in ultima reperitur, ex prima excidit, quam niſi ſuo loco interſeras, commodum ſenſum non eſt quod ibi percipias. Veteres enim inſulas duas Britannicas ſtatuebant, *Albionem*, de qua noſter in præcedentibus, & Hiberniam. Major erat Albion, minor vero Hibernia, de qua nunc agit. Ariſtoteles libro de Mundo: Ἐν τούτῳ γε μὴν, νῆσοι μέγισταί τε τυγχάνουσιν οὖσαι δύο, Βρετανικαὶ λεγόμεναι, Ἀλβίων [ſic legendum, non Ἄλβιον.] καὶ Ἰέρνη, τῶν προϊστορημένων μείζους, ὑπὲρ τοὺς Κελτοὺς κείμεναι. Hoc eſt, vertente Apulejo: *Sed in altera parte orbis jacent inſularum aggeres maximarum, Britaniæ duæ, Albion & Ierna, quas ſupra diximus eſſe majores: verum hæ in Celtarum finibus ſitæ ſunt.* Male, uti ego quidem opinor, Euſtathius hanc inſulam Οὐερνίαν nominat in comment. ad Dionyſium: Ὅτι πρὸς βορρᾶν, ἔνθα Ῥῆνος ὑστατίαν εἰς ὠκεανὸν ἀπερεύγεται δίνην, αἱ Βρεττανίδες εἰσὶ δύο νῆσοι Οὐερνία, καὶ Ἀλουίων, ἤτοι Βερνία καὶ Ἀλβίων. In quibus verbis etiam pro Βερνία legere malim Ἰβερνία.

[21] Ἰουέρνη, πόλις ἐν τῷ ὠκεανῷ.] Ita hunc locum refinximus: in vulgatis & MSS legebatur peſſime, Ἰουέρνη πόλις ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Πρετανικῷ. Sed ubinam terrarum fluvius iſte ſit, omnes ignorant. Melæ dicitur hæc inſula *Iuverna* lib. III cap. VI: *Supra Britanniam Iuverna eſt, pene par ſpatio, ſed utrinque æquali tractu littorum oblonga, cœli ad maturanda ſemina iniqui.*

[22] Ἰουλεῖς, οἱ Ῥωμαῖοι.] Aliquando poëtæ Græci a clarioribus patriæ viris civitatibus imponebant nomina, cujus rei illuſtria apud noſtrum inveniuntur exempla capitulo Ἀθῆναι, quod cenſeo aliquando etiam a Latinis imitatum, per adulationem cives imperatoris nomine inſignientibus. Certi ſumus, menſem Romanis *Quintilem* dictum, a Julio Cæſare nomen inveniſſe. Suetonius: *Sed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia & pro tribunali &c. appellationem menſis e ſuo nomine.* Quid ni etiam cives in ejus honorem hoc nomine appellari potuiſſent?

ἸΟΥΛΙΣ[23], πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Ἰουλίδος κρήνης· ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρὸς· μετ' αὐτῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός. οὗτοι Ἰουλιῆται. παρ' οἷς νόμος ἐτέθη, ὡς Μένανδρος,

> [24]Καλὸν τὸ [25]Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία,
> Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

προσέταττε γὰρ, [26]τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη [27]κωνειάζεσθαι, τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλιεύς, καὶ [28]Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.

ἼΠΠΑΝΑ, πόλις [29]περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰππανεύς, ὡς Τύανα Τυανεύς.

ἼΠΝΟΣ, ἣν Ἰπνέαν τινὲς, Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων. [30]τὸ ἐθνικὸν, Ἰπνεύς.

ἼΠΝΟΥΣ, χωρίον ἐν Σάμῳ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἥρας Ἰπνουντίδος. λέγεται δὲ καὶ Ἰπνουσία.

Ἱπ-

A JULIS, urbs in inſula Cô, ab Julide fonte ſic dicta. Cujas erat Simonides poëta melicus, & Bacchylides ejus ex fratre nepos, & Eraſiſtratus Medicus, & una cum illis Ariſto Peripateticus. Iſti omnes Julietæ fuere, apud quos lex erat lata, cujus Menander me- B minit:

> *Præclarum eſt Ceorum inſtitutum Phania,*
> *Qui recte vivere nequit, ne vivat male.*

C Mandabat enim, ut illi, qui ſexageſimum annum ſuperaverant, vitam aconito finirent, ut hoc modo victus aliis ſufficeret. Gentile, Julienſis, & Julietes, uti Polemietes.

IPPANA, urbs circa Carthaginem, de D qua Polybius lib. primo. Gentile, Ippanenſis, uti Tyana Tyanenſis.

IPNUS, quam alii Ipneam vocant, urbs Locrorum Ozolorum. Gentile, Ipnenſis.

IPNûS, munimentum in Samo, ubi tem- E plum Junonis Ipnuntidis. Dicitur quoque Ipnuſia.

HIP-

[23] Ἰουλίς, πόλις ἐν Κῷ.] Sic nonnulli codices: & melius quidem meo judicio quam ἐν Κέῳ, quod vulgati omnes repræſentant. Integrum hoc capitulum deſumſit noſter ex Strabone lib. x, ubi hunc in modum legitur: Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος, ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ Μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, καὶ τῶν ἐκ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. Παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, οὗ μέμνηται ὁ Μένανδρος.

> Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία,
> Οὐ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Προσέταττε γὰρ, ὡς ἔοικεν ὁ νόμος, τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι, τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. Ex hiſce verbis liquet, quemadmodum hanc ſectionem noſter confecerit, & quo pacto menda quædam ſint tollenda.

[24] Καλόν.] Ita reſcribendum erat pro καλῶν, ſuadente Strabone atque ipſa ratione.

[25] Κείων.] In notis ad Val. Maximum Pighius reponit Κῴων, ſed cum ipſe nullam ſuæ emendationis rationem alleget, præter rationem mihi egiſſe videtur. Κεῖος enim ipſe Stephanus ſuo calculo approbat in voce Κῶς.

[26] Τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη.] Cave putes ſolos viros, hac ætate provectos, hanc legem obſervaſſe: refert enim Heraclides, eam potiſſimum fœminis incumbere: Οὔσης δὲ ὑγιεινῆς τῆς νήσου, καὶ εὐγήρων τῶν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν γυναικῶν, οὐ περιμένουσι γηραιοὶ τελευτὴν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι, ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι. Illuſtriſſimæ fœminæ exemplum a Val. Maximo nota ſequenti adducetur. Verum cum eundem ætatis annum referat Strabo, miror Schefferum ad Ælianum, nimia fortaſſis feſtinatione, perhibere, Geographum dixiſſe, hanc legem in eos valere, qui annum quadrageſimum exceſſiſſent.

[27] Κωνειάζεσθαι.] Turpiſſimo mendo in omnibus editis legitur ἀγωνίζεσθαι. Viderunt hunc errorem Salmaſius in Plinianis Exercit. & Caſaubonus ad Strab. qui præterea cenſet Stephanum legiſſe apud Strabonem κονιεῖσθαι vel κονίζεσθαι, quæ vox ἀγωνίζεσθαι denotat, παρὰ τὸ κόνιν ἐγείρεσθαι, addens Horatium ſic vim Græcæ vocis ſuo more expreſſiſſe in iſto verſu,

> *Sunt quos curriculo pulverem olympicum*
> *Collegiſſe juvat.*

Verum hæc, quanquam ſpecioſa videntur, minime approbanda judico, cum antiquo ritui & hiſtoriæ plane ſint contraria. Multo minus mihi arridet Pighii emendatio, ad Val. Maximum pro ἀγωνίζεσθαι reponentis ἀκωνίζεσθαι, quæ etiam Latino Latinio Viterbienſi diſplicuit. Aliis ergo emendationibus damnatis, ſummo jure in textum recepimus κωνειάζεσθαι, quæ vox aliis uſurpatur pro *cicutam bibere*, ſive *aconito vitam finire*. Suidas: Κωνειαζομέναις· θανάσιμον φάρμακον πινούσαις· κώνειον γὰρ θανάσιμον δηλητήριον. Pro qua voce Ælianus Var. Hiſt. lib. III cap. XXXVII πίνειν κώνειον uſurpavit, ubi de hac apud Coos lege mentionem facit. Et Heraclides de Politiis perhibet, quoſdam papavere, alios vero cicuta ſibi ipſis vitam eripere: οἱ μὲν μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι. Illam conſuetudinem in inſula Co ſervari animadvertit Valer. Maximus, quo tempore Aſiam cum Sex. Pompejo petens, Iulida oppidum intraverat, uti teſtatur lib. II cap. VI: *Forte enim evenit, ut tunc ſummæ dignitatis ibi fœmina, ſed ultimæ jam ſenectutis, reddita ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe deſtinarit, mortemque ſuam Pompeji præſentia clariorem fieri magni æſtimarit, &c. Cohortata deinde ad concordiam ſuos; diſtributo eis matrimonio, & cultu ſuo ſacriſque domeſticis majori filiæ traditis; poculum in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextra arripuit. Tum defuſis Mercurio delibamentis, & invocato numine ejus, ut ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem; cupido hauſtu mortiferam traxit potionem.*

[28] Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.] Invenitur primum gentile apud Ant. Liberalem Fab. I: Οἱ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν Ἰουλιῆται. Sed ultimum cum prioris terminatione non exacte convenit, deberet enim eſſe Πολεμιήτης. Sed cum Stephanus in voce Πόλις, quo nomine urbem Ægyptiam deſcribit, hujus ἐθνικοῦ nullam faciat mentionem, merito illud Πολεμονίτης mihi ſuſpectum videtur.

[29] Περὶ Καρχηδόνα.] Non erat hæc urbs in Africa circa Carthaginem ſita, ſed in Sicilia, prope Panormum & Mytiſtratum, uti bene obſervat Cluverius Sicil. Antiq. lib. II cap. XIII. Erat enim illa civitas, quemadmodum & aliæ iſtius inſulæ, in Carthaginenſium poteſtate, Aulo Atilio & C. Sulpicio Coſſ. Qua de re videndus Polybius, quem noſter teſtem citat, & Legationum excerpta e Diod. lib. XXXIII.

[30] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰπνεύς.] Urbis nomen non facile reperias apud

ἽΠΠΟΛΑ, πόλις ἀρχαία Λακωνική· A [31] Παυσανίας τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππολαΐτης· καὶ θηλυκὸν, Ἱππολαΐτις.

ἹΠΠΌΝΗΣΟΣ, [32] πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ἔστι δὲ Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππονήσιος. B

ἽΠΠΟΣ [33], νῆσος Ἐρυθραίας· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ. ἔστι δὲ [34] πόλις Σικελίας. ἔστι δὲ [35] Παλαιστίνης. τὸ ἐθνικὸν, Ἵππιος, καὶ Ἱππῖνος, [36] καὶ Ἱππηνός.

ἹΠΠΟΤΑΜΆΔΑΙ [37], δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἱπποταμάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἱπποταμαδῶν, εἰς Ἱπποταμάδας, ἐν Ἱπποταμάδαις. C

ἹΠΠΟΎΑΚΡΑ [38], πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, [39] Ἱππακρίτης.

ἹΠΠΟΥΡΊΣΚΟΣ [40], νῆσος Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππουρίσκιος, ὡς Δωρίσκιος, Τριποδίσκιος. D

ἽΠΠΟΥ κώμη, Λυκίας κώμη, διὰ τὸ ὁδοιπόρων τινῶν ἐκεῖ ἵππον ἀποθανεῖν. E [41] οἱ οἰκοῦντες, Ἱπποκωμῖται.

Ἱπ-

HIPPOLA, urbs Laconicæ antiqua, cujus meminit Pauſanias libro III. Gentile, Hippolaïtes, & genere fœm, Hippolaïtis.

HIPPONESUS, urbs Cariæ, de qua Hecatæus in Aſia. Et alia Libyæ, de qua Artemidorus libro VII. Gentile, Hipponeſius.

HIPPUS, inſula Eretriæ, de qua Theopompus libro XLII. Eſt quoque alia Siciliæ, & Palæſtinæ. Gentile, Hippius, & Hippinus, & Hippenus.

HIPPOTAMADÆ, populus Oeneïdis tribus. Popularis Hippotomades. Localia ex, ad, & in Hippotamadis denotant.

HIPPUACRA, oppidum Libyæ, cujus oppidanus Hippacrita.

HIPPURISCUS, inſula Cariæ. Gentile, Hippuriſcius, uti Doriſcius, Tripodiſcius.

HIPPOCOME, Lyciæ pagus, inde nomen habet, quod ibi quorundam peregrinantium equus obierit. Incolæ, Hippocometæ.

HIP-

rias apud veteres ſcriptores. Gentile occurrit apud Thucydidem lib. III: Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς Μυονέας (ταύτῃ γὰρ δυσεσβολώτατος ἡ Λοκρίς) ἐπῆλθε Ἱππνέας.

[31] Παυσανίας τρίτῳ.] Sine dubio noſter hæc verba innuit: Ἐντεῦθεν ἀπέχοντι τριάκοντα σταδίους, Θυρίδες ἄκρα Ταινάρου, καὶ πόλεως ἐρείπια Ἵππολας ἐστίν· ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ἱππολαΐτιδος.

[32] Πόλις Καρίας.] In Ceramico ſinu collocatur a Plinio lib. V cap. XXXI: *In Ceramico autem ſinu Priaponneſus, Hipponeſus, Pſyra, Mya, &c.*

[33] Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας.] Sic emendavit Maximus Voſſius in notis ad Melam, & poſt eum Holſtenius in notis ad Ortelium. Mela urbis Hippi in Ionia meminit, & ad amnis Mæandri exitum collocat, lib. I cap. XVII, quæ hodie *Gippo* appellatur. Ad quem locum ſi Voſſium conſulas, operam non perdes.

[34] Πόλις Σικελίας.] Nec Cluverius, nec alii hujus urbis meminere. Fortaſſis in depravatum cujuſdam veteris ſcriptoris codicem noſter incidit, in quo pro Ἵππανα invenit Ἵππος, quod profecto huic auctori eſt familiariſſimum.

[35] Παλαιστίνης.] Hujus meminit Plinius in Jordanis deſcriptione lib. V cap. XV: *Ab oriente Juliade & Hippo, a meridie Tarichea.* Sita erat in Decapolitana regione teſte eodem Plinio, libro jam citato cap. XVIII.

[36] Καὶ Ἱππηνός.] Reperitur hoc gentile apud Joſephum lib. II de Bello Jud. cap. XXXIV: Ἱππηνοί τε καὶ Γαδαρεῖς ὁμοίως, τοὺς μὲν θρασυτέρους ἀπεσκευάσαντο, τοὺς δὲ φοβεροὺς διὰ φυλακῶν εἶχον.

[37] Ἱπποταμάδαι, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Meurſius libello de Populis Atticis corrigendum cenſet Ἱπποδαμάδαι, quia Hippodamus Mileſius Euryboontis F. Athenienſibus Piræeum diviſit, & ibi forum ædificavit, quod de ſuo nomine Ἱπποδάμειαν ἀγορὰν appellavit. Sed cum animadverto, hanc emendationem propter literarum ordinem, quem ſequitur noſter, non poſſe admitti, vulgatam lectionem minime ſollicitandam cenſeo.

[38] Ἱππούακρα, πόλις Λιβύης.] Vox videtur ex duabus compoſita, Ἵππου ἄκρα, quaſi dicas *Equi promontorium*, & ita quoque Cl. Voſſius locum Scylacis edidit: Ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν *, Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστι, καὶ νῆσοι ἐν τῇ λίμνῃ. Neque aliter hic locus a Ptolemæo in Africæ theſi appellatur, ubi obſervo binos hoc nomine locos deſcribi, quorum alter ponitur non procul ab Hippone regio, alter vero prope Philænorum Aras, ubi Africæ proprie ſic dictæ terminus eſt. Ut autem hoc clarius pateat verba Ptolemæi tranſcribenda exiſtimo: Ἵππου ἄκρα, Σούβορρον ἄκρον, Ἀφροδίσιον κολώνια, Ἱππὼν βασιλικὸς, Ῥουβρικάτου ποτ. ἐκβολαὶ, Θαβράκα κολωνία, Ἀπόλλωνος ἱερὸν, Ποσειδῶνος βωμοὶ, Ἱππὼν διάρρυτος. Deinde in Syrtis magnæ deſcriptione hæc habet: Φάραξ κώμη, Οἰασοεὶς κώμη, Ἵππου ἄκρα, Φιλαίνου κώμη, ὑφ' ἣν οἱ ὁμώνυμοι βωμοὶ, ὅριον Ἀφρικῆς. Sic quoque duo hoc nomine oppida ſtatuit Diodorus Siculus lib. XX ubi de Agathocle loquitur: Ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, ὠχυρωμένην φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. Deinde eodem libro addit, Eumachum quendam ex Archagathi ducibus, qui Agathoclis erat filius, etiam cepiſſe urbem Hippuacram, illi alteri cognominem, quam per vim occupaverat Agathocles, ſic enim ille: Τὴν ὀνομαζομένην ἄκραν Ἵππου (εἷλε) τὴν ὁμώνυμον τῇ χειρωθείσῃ κατὰ κράτος ὑπ' Ἀγαθοκλέους. Nequaquam igitur doctiſſimi Bocharti opinioni ſuffragari poſſum, primum Diodori locum intelligentis de Hippone Diarrhyto, & alterum de Hippone Regio, cum nemo ex antiquorum numero has urbes Ἵππου ἄκρας appellaverit. Quemadmodum enim Hippones duo extitere, ſic etiam duæ Hippuacræ, uti manifeſte ſatis ex Ptolemæo probavimus.

[39] Ἱππακρίτης.] Illud oppidani nomen per ſyncopen factum eſt pro Ἱππουακρίτης, quam aliquando patiuntur nomina compoſita, de qua re videſis in Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες. Eo utitur Polyb. lib. I: Διελόντες σφᾶς πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν, οἱ μὲν Ἰτύκην, οἱ δὲ τοὺς Ἱππακρίτας.

[40] Ἱππουρίσκος, νῆσος Καρίας.] Putat Voſſius vir maximus in notis ad Melam, hanc inſulæ appellationem eſſe depravatam atque conflatam ex duabus vocibus, nempe Ἱππουρὶς & Κῶς, uti quoque apud noſtrum Μαινόβωρα, ex Μαινάκη & Ἔβωρα. Verum nomen eſt Ἱππουρὶς, occurritque apud Apollon. Rhod. lib. IV, qui eam Theræ vicinam facit:

Τοῖσι δέ τις Σποράδων βαιὴ ἀπὸ τόφρ' ἐφαάνθη
Νῆσος ἰδεῖν, ὀλίγης Ἱππουρίδος ἀντία νήσου.

Hujus quoque meminerunt olim Timoſthenes, & Pythænetus lib. I de Ægina, teſte Scholiaſta ad illum locum.

[41] Οἱ οἰκοῦντες, Ἱπποκωμῖται.] Legi poſſet Ἱπποκωμῆται: nam a Διοσκούρων κώμη Λιβύης deducit noſter Διοσκουροκωμήτης. Sed a κώμη noſter format κωμίτης, quanquam

ἹΠΠΩ´Ν [42], Λιβύης πόλις· Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. A

ἹΠΠΩ´ΝΙΟΝ, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἡ μετωνομάσθη [43] ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐϊβωουαλεντία. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης. τοῦτο δὲ τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἱππωνία. B ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἱππώνιον, ἔδει Ἱππώνιος, ἢ Ἱππωνιεύς.

ἸΡΑ, [44] ὄρος Μεσσηνίας. Ῥιανὸς ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ. ἔστι καὶ πόλις Μαλιέων, [45] ἀπὸ Ἴρου. ἔστι δὲ πόλις Λέσβου. καὶ C ἡ παρ᾽ Ὁμήρῳ,

[46] Καρδαμύλην Ἐνόπην τε δὲ Ἰρήν. ----

Τὸ ἐθνικὸν, Ἰρεὺς, τῶν Μαλιέων.

ἽΡΑΣΑ, τόπος Λιβύης, [47] εἰς ὃν μετήγαγον Βάττον οἱ Λίβυες, ὡς Ἡρόδοτος τετάρτῃ. D τὸ ἐθνικὸν, Ἰρασεὺς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς.

ἼΡΟΣ, πόλις Θεσσαλίας. Λυκόφρων,

Ἴρον τε, καὶ Τραχῖνα, καὶ Περραιβικήν.

ὁ πολίτης Ἰρώτης, ὡς Ἠπειρώτης, Μαλλώτης. E

ἼΣ, πόλις Περσική· Ἡρόδοτος πρώτῃ. ἔνθα δὲ ποταμὸς Ἴς· ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος [48] ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη.

ἼΣΑΥ-

A. HIPPO, Libyæ urbs, de qua Polybius libro duodecimo.

HIPPONIUM, urbs Bruttiorum, quæ ab heroë quodam nomen habet. Poſtea a Romanis appellata eſt Uiboualentia. Gentile, Hipponiates. Hoc gentile quaſi ab Hipponia formatum eſt: nam a voce Hipponium oportebat fieri Hipponius, vel Hipponienſis.

HIRA, mons Meſſeniæ, de quo Rhianus lib. I Meſſeniacorum. Eſt quoque urbs Malienſium, ab Iro ſic dicta. Et præterea urbs Lesbi. Et de qua apud Homerum legimus:

---- *Cardamylen, & Enopen, & Iren.*

Gentile, Irienſis, quod fit a Malienſium urbe.

HIRASA, locus Libyæ, in quem Libyes Battum tranſtulere, auctore Herodoto lib. IV. Gentile, Hiraſenſis, uti Mylaſſa Mylaſſenſis.

IRUS, oppidum Theſſaliæ, de quo Lycophron:

Et Irum & Trachinem, & Perrhabicam.

Oppidanus, Irotes, ut Epirotes, Mallotes.

IS, urbs Perſica, de qua Herodotus lib. primo. Ubi & fluvius Is, unde aſphaltus ad ædificationem muri Babylonici comportata eſt.

ISAU-

quanquam paſſim apud alios etiam κωμήτης invenitur.

42 Ἱππὼν, Λιβύης πόλις.] Duo hoc nomine in Africa quondam extitere oppida, alterum appellabatur *Hippo Diarrhytos*, & alterum *Hippo Regius*, de quibus vide Melam lib. I cap. VII. Strabonem lib. XVII. Plinium lib. V cap. XXXIV: quibus adde Ptolemæum, cujus verba jam jam citavimus. Conditores habuere Græcos equites, teſte Solino, facta ex nomine conjectura, quod Cl. Bocharto falſum videtur, quia nemo ſcribit, Græcos in eam Africæ partem colonias duxiſſe, & quia non ſolebant equites in tranſmarinas colonias mittere. Hinc Salluſtio potior fides, Hipponem Phœnicum urbibus accenſenti in bello Jugurth. *Poſtea Phœnices Hipponem, Adrumetum, Leptim aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Suſpicatur igitur vir doctus in Hippone latere barbarum nomen a Græcis interpolatum. *Hippo* nempe a Phœnicibus *ubo* vel *ubbo* dici potuit, quia in ſinu latet. Sinus enim Syris eſt *ubo*, vel *ubbo* ut multi ſcribunt. Et Arabice *Ubbon* tam ſtagnum, quam ſinum denotat. Eum videſis lib. I cap. XXIV de Phœnicum coloniis. Gentile nomen non habet Epitomator, quod Latino ore ſonat *Hipponenſis*: nam B Auguſtinus Hipponis Regii Epiſcopus fuit, unde paſſim Hipponenſis Epiſcopus dicitur.

43 Ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐϊβωουαλεντία.] Peſſime in quibuſdam legitur codicibus Ἀννιβουαλεντία & Ὀυιβουαλεντία. Video tamen primam lectionem ſervari in Aldina & Florentina editione, quam deinde interpolavit Xylander legendo, ἡ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐϊβων δὲ Οὐαλεντία. Verum in antiquo Palatinæ bibliothecæ codice Salmaſius invenit Οὐϊβοουαλεντία, ſine conjunctione καὶ, quod in hac editione imitati ſumus. Plinius: *Hippo*, inquit, *quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Vibonem Romani cum Brutiis eripuiſſent, colonia deducta, nominarunt *Valentiam*, de qua Vell. Paterculus lib. I. Quæ ut diſtingueretur ab aliis coloniis hoc nomine, quas plures deduxerunt Romani, nam & *Valentia* in Hiſpania citeriore colonia, hanc cum priſco ſuo nomine appellarunt. Strabo lib. VI: Βρέττιοι δὲ κατέχοντες ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι δὲ μετωνόμασαν Οὐϊβῶνα Οὐαλεντίαν. Vide plura apud Cluv. in Ital. antiq. & Salm. ad Solinum.

44 Ὄρος Μεσσηνίας.] Pauſanias lib. IV perhibet, *Iren* ſua ætate *Abiam* fuiſſe vocatam, eſſeque unam de illis ſeptem, quas Agamemnon apud Homerum ſe daturum Achilli pollicetur. Verum in alia opinione verſabatur Strabo, tradit enim Hiren ſibi monſtratam ad montem, qui ſitus eſt in via, quæ Megalopoli Arcadiæ urbe, ad Andaniam ducit, addens alios exiſtimare, eam eſſe Hiram, quæ nunc Meſſola vocatur. Eum vide lib. VIII.

45 Ἀπὸ Ἴρου· ἔστι δὲ πόλις Λέσβου.] Hæc, & quæ ad finem ſectionis uſque ſequuntur in hactenus editis non inveniuntur. Hæc tamen a Stephano ſive ejus Epitomatore eſſe profecta, liquet evidenter ex commentariis Euſtathii ad Iliad. I, ita enim ille: Ταύτην δὲ τὴν Καρδαμύλην μὲν, ὁ τὰ ἐθνικὰ συγγράψας, πόλιν Μεσσηνίας φησὶν, ἢ κατὰ Ἡρόδοτον Λακωνικήν· λέγων δὲ ἑτέραν εἶναι πλησίον Χίου &c. Τὴν δὲ Ἰρὴν οὐ μόνον πόλιν δὲ ὄρος Μεσσήνης, λέγων, καὶ πόλιν Λέσβου εἶναι ὁμώνυμον ταύτῃ, καὶ ἑτέραν πόλιν Μαλιέων ἀπὸ Ἴρου.

46 Καρδαμύλην.] Ita emendavimus hanc vocem Homeri auctoritate: In libris calamo exaratis peſſimo errore legebatur Καρδαλώλην τ᾽ & Καρδανύλην τ᾽.

46 Εἰς ὃν μετήγαγον.] Sic emendavi ex MSS. Male libri vulgati, εἰς ἣν μετήγαγον. Sine dubio noſter hæc Herodoti verba reſpexit, ubi vox ſine aſpirata ſcribitur: Ἔστι δὲ χώρῳ τούτῳ οὔνομα Ἴρασα. Hujus urbis quoque meminit Pindarus Pyth. Od. IX, ſed duplicis ſcribitur.

---- Οἷοι Λιβύσσας ἀμ-
φὶ γυναικὸς ἔβαν
Ἴρασαν πρὸς πόλιν Ἀνταί-
ου, μετὰ καλλίκομον
μναστῆρες ἀγακλέα κούραν.

Ad quem locum ſic ſcribit Scholiaſtes: Ἴρασα πόλις Λιβύης, ἣν ᾤκησεν Ἀνταῖος, οὐχ ὁ παλαίσας Ἡρακλεῖ, ἐκεῖνος γὰρ διαλλάσσει τοῖς χρόνοις, ὃν δὲ ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. Pindarus nomen urbis genere fœm. protulit, quod Scholiaſt. alio loco numero multitudinis & genere neut. effert: Ἔνιοι γάρ φασιν, ὅτι ὁ ἀπὸ Ἡρακλέους καταγωνισθεὶς Ἀνταῖος, Ἰρασσεὺς ἦν, ἀπὸ Ἰρασῶν τῶν ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, ὡς φησι Φερεκύδης.

48 Ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι.] Ita hanc lacunam replevimus ex ipſo Herodoto, quem noſter allegat. Xylander & alii editores

ΙΣΑΥΡΑ[49], οὐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας. A ἡ δὲ Ἰσαυρία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ θηλυκῶς. [50] τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρεὺς, καὶ Ἴσαυρος.

ISAURA, genere neutro urbs Iſauriæ: Iſauria autem Lycaoniam inter & Ciliciam ad Taurum ſita eſt. Charax fœm. genere utitur. Gentile, Iſaurenſis & Iſaurus.

ΙΣΒΟΣ, Ἰσαυρίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσβώτης, ὡς Μαλλὸς Μαλλώτης.

ISBUS, Iſauriæ urbs. Gentile, Isbotes, B uti Mallus Mallotes.

ΙΣΕΙΟΝ, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος. [51] οἱ οἰκοῦντες, μετάβολοι· τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν. περισπᾶται δὲ, ὡς Ἱρεῖον, καὶ Νεμεσεῖον, [52] καὶ τὰ ὅσα μὴ τῆς γενικῆς τὸ δ ἐφύλαξαν τεμενικῶν· τοιοῦτος γὰρ ὁ τύπος. πωλοῦσι δὲ μόνοις C τοῖς ἐμπόροις ἀθρόα τὰ φορτία, παρὰ τῶν τεχνιτῶν ἀγοράζοντες αὐτὰ καθ' ὀλίγα, καὶ κοτυλίζουσι τοῖς ἐγχωρίοις.

ISEUM, urbs Ægypti, ab Iſide ſic dicta. Incolæ dicuntur Μετάβολοι, id eſt, mercatores, tales enim erant. Vox circumflectitur in penultima, uti Ἱρεῖον & Νεμεσεῖον, & quotquot templorum ſunt nomina, in genitivo delta non ſervantia. Hujuſmodi enim hæc vox eſt formæ. Solis mercatoribus coacervatim merces ſuas vendunt, eas ab artificibus ſingulatim ementes. Has indigenis particulatim vendunt.

ΙΣΗΠΟΣ, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ISEPUS, gens Scythica, de qua Hecа- D tæus in Europa.

ΙΣΘΜΟΣ, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας πόλις. ὁ πολίτης, Ἴσθμιος. ἔστι καὶ Κορίνθου Ἰσθμὸς, ἐν ᾧ [53] Ἴσθμιος ὁ Ποσειδῶν.

ISTHMUS, ſic Halicarnaſſus Cariæ oppidum appellatur. Oppidanus, Iſthmius. Eſt quoque Corinthi Iſthmus, ubi Iſthmius Neptunus.

editores divulgaverant: ἔνθεν ἡ ἀσφαλτος ἐν δεύ * * ἐκομίσθη. Libri MSS exhibebant, ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐν δεύτερον τεῖχος ἐκομίσθη, abſque ullo defectus ſigno.

49 Ἴσαυρα, οὐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας.] In vulgatis omnibus capitulum hoc hunc in modum conſtituebatur: Ἰσαυρία, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ· Χάραξ δὲ θηλυκῶς· καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν &c. Valeſius vir doctiſſimus ad Amm. Marcellinum hanc ſectionem ita inſtauravit, & quanquam non moneat, utrum auctoritate veterum codicum, an vero ingenio fretus hoc negotium peregerit, nobis tamen ita placuit, ut in contextum recipere non dubitaverimus. Strabo enim τὰ Ἴσαυρα ſemper genere neutro appellat. Sed quemadmodum Charax ſic etiam Florus gen. fœm. vocem protulit lib. III cap. VI: *Sed nec mari ſubmoviſſe contentus, validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaſelin & Olympon evertit, Iſaurumque ipſam, arcem Ciliciæ.* Nominis originem inde habere videntur, quod αὔραις ἶσα θέουσιν, velociſſime, ſcilicet ventorum inſtar, currant. Hinc in epigrammate inedito εἰς Ἰσαύρους.

Αὔραις ἶσα θέουσιν, ὅθεν λάχον οὔνομα τοῦτο.

De Iſauria & Iſaurorum moribus legendus Trebellius Pollio in Trebelliano: *Non ſunt ſtatura decori, non virtute graves, non inſtructi armis, non conſiliis prudentes, ſed hoc ſolo ſecuri, quod in editis poſiti adiri nequeunt.* Vigorem & levitatem corporum, quæ ad epigramma referri poteſt, deſcribit Amm. Marcell. lib. I: *Raptim igitur properantes, ut motus ſui rumorem celeritate nimia prævenirent, vigore corporum ac levitate confiſi, per flexuoſas ſemitas ad ſummitates collium tardius evadebant.*

50 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρεὺς, καὶ Ἴσαυρος.] Utrumque gentile apud idoneos ſcriptores reperitur. Diod. Sicul. lib. XVIII: τὴν Ἰσαυρέων πόλιν. Et Conſt. Porphyrogenneta lib. I de Them. Τὸ νῦν ἀνατολικὸν καλούμενον θέμα ὑπὸ πέντε ἐθνῶν καθικεῖται Φρυγῶν, Λυκαόνων, Ἰσαύρων &c.

51 Οἱ οἰκοῦντες μετάβολοι.] Hæc profecto incolarum, ſive urbem habitantium appellatio non deducitur a voce Ἰσεῖον, unde vel juxta vernaculam regionis formam Ἰσείτης, vel juxta peregrinam Ἰσειεὺς fieret: ſed deſumpta eſt a re quapiam, cui impenſiſſime ſtudebant, quæque inter ipſos maxime vigebat, ſcilicet mercatura, quam noſter eodem hoc capitulo pluribus deſcribit. Sic quoque Metapontini, Italicæ civitatis incolæ, non aliam ob cauſam, uti ego exiſtimo, Μετάβολοι appellabantur, quam quod mutandis fructibus pro aliis mercibus, quos ex diligentiori agricultura percipiebant, cui mirum in modum præ aliis erant dediti, rem facerent, unde ab Euſtathio ad Dionyſium perhibentur πάνυ εὐτυχῆσαι ποτε ἀπὸ γεωργίας. Heſychius: Μεταβολοὶ, πραγματευταὶ, καὶ οἱ Μεταπόντιοι παρὰ Ἰταλοῖς. Μετάβολος & Μεταβολεὺς ſynonyma ſunt, & paſſim apud ſcriptores idoneos uſurpata, & inter quinque mercatorum nomina recenſita ab Ariſtophanis Scholiaſte ad Plutum: Πέντε δέ εἰσιν αἱ διαφοραὶ τῶν πωλούντων· Αὐτοπώλης, κάπηλος, ἔμπορος, παλιγκάπηλος, μεταβολεύς. Καὶ ἔστιν Αὐτοπώλης μὲν, ὁ ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ πωλῶν τὴν ἑαυτοῦ πρόσοδον. Κάπηλος δὲ ὁ ἀγοράζων ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, καὶ πωλῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ἠγόρασεν. Ἔμπορος, ὁ ἀγοράζων καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, ἢ ἀπὸ τοῦ καπήλου. Παλιγκάπηλος, ὁ ἀπὸ τοῦ ἐμπόρου ἀγοράζων καὶ πωλῶν. Μεταβολεὺς, ὁ κατὰ τὴν κοτύλην πωλῶν. Et quanquam Scholiaſtes velit τὸν μεταβολέα illum eſſe, qui heminatim aliquid vendit; videtur tamen proprie denotare negotiatorem, qui merces mercibus commutat, παρὰ τὸ συνεχὲς μεταβάλλειν, quod etiam heminatim & κατὰ κοτύλην fieri potuit. A Polluce ſumitur pro illo, qui ſtando aliquid vendit lib. I cap. V: Ἔμποροι, καὶ κάπηλοι, καὶ μεταβολεῖς, οἱ ὀρθοί τι πράττοντες. Verum indifferenter illa vox accipi poteſt apud Etymol. Mag. Auctorem in Εὔαρχος. Καὶ γὰρ οἱ μετάβολοι, εὐφημιζόμενοι τοὺς πρώτους ὠνητὰς, εὐάρχους καλοῦσιν. Nam & ſtando & ſedendo primos emptores fauſto omine excipere licet. Sed obſervatione non indignum eſt, illum a Græcis εὔαρχον appellari, qui primus pro expoſitis mercimoniis nummum obtulit, quem Belgice appellamus **yemand die hand-gift geeft.** Solet enim inſtitor rariſſime boni ominis cauſa, pretium illud a primis empturis oblatum, recuſare: dicens, quanquam merx mihi pluris conſtet, tamen, quia hodie nihil adhuc divendidi, oblatam pecuniam non recuſabo, Belgice, **ik ſal mijn handgift niet weygeren.** Et quemadmodum primi emptores a Græcis εὔαρχοι appellantur, ſic pretium ab ipſis oblatum, Græce commodiſſime εὐαρχισμὸς, Belgice **Hand-gift**, dici poteſt: quanquam non ignorem in Cyrilli gloſſis etiam pro *ſtrena* ſumi.

52 Καὶ τὰ ὅσα μὴ τῆς γενικῆς τὸ δ ἐφύλαξαν.] Vult enim dicere nomina templorum, quæ literam Δ genitivi primitivi non ſervant, in penultima circumflexo accentu notari. Exempli gratia Θέτις in caſu obliquo habet Θέτιδος, unde fit Θετίδιον templum Thetidis, ſed circumflexo caret: contra vero Ἶσις Ἴσιδος, unde Ἰσεῖον, quod Δ genitivi non ſervans, ideo in penult. circumflexo ſignatur. Vide Etymol. Mag. Auctorem in Διόσκορος.

53 Ἴσθμιος.] Peſſime in vulgatis conſpiciebatur Ἴσθμος. Ex MSS veram lectionem revocavi.

δῶν. [54] καὶ νίκη Ἰσθμιάς· καὶ Ἰσθμιάδες A
σπονδαί. λέγονται καὶ Ἰσθμιῶται.

ἼΣΙΝΔΟΣ, [55] πόλις Ἰωνίας. [56] ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος. λέγεται καὶ Ἴσινδα. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσίνδιος· καὶ χωρίον Ἰσινδία, καὶ Ἴσινδα.

ἸΣΜΑΉΛΑ [57], τῆς Ἀραβίας χωρίον. B
οἱ οἰκοῦντες, Ἰσμαηλῖται.

ἼΣΜΑΡΟΣ, [58] πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων· [59] Ὅμηρος. ὁ πολίτης, [60] Ἰσμάριος, καὶ Ἰσμαρικὸς κτητικόν. ἔστι καὶ [61] Ἰσμαρὶς λίμνη· Ἡρόδοτος ζ. C

ἸΣΜΗΝΗ, ἡρωὶς, καὶ κώμη Βοιωτίας. ὁ κωμήτης, [62] Ἰσμήνιος, καὶ Ἰσμηναῖος, καὶ Ἰσμηνεὺς, καὶ Ἰσμηνίτης. ἔστι καὶ [63] Ἰσμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας, ἀφ᾽ οὗ Ἰσμήνιος Ἀπόλλων, καὶ Ἰσμήνια. D

ἹΣΠΑΝΊΑΙ, [64] δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι· ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰβηρία, [65] καὶ Πανία.

ἼΣΣΑ,

nus. Et victoria Iſthmias, & Iſthmiades confœderationes. Appellantur etiam Iſthmiotæ.

ISINDUS, urbs Ioniæ. Civis, Iſindius. Nominatur etiam Iſinda. Gentile, Iſindius. Et caſtellum Iſindia, & Iſinda.

ISMAELA, Arabiæ regiuncula, cujus incolæ Iſmaëlitæ.

ISMARUS, oppidum Thraciæ Ciconum, de quo Homerus. Oppidanus, Iſmarius, & poſſeſſivum Iſmaricus. Eſt quoque Iſmaris palus, de qua Herodotus libro VII.

ISMENE, Heroïna & pagus Bœotiæ. Paganus Iſmenius, & Iſmenæus, & Iſmenenſis, & Iſmenita. Eſt quoque Iſmenus Bœotiæ fluvius, a quo Iſmenius Apollo, & Iſmenia.

HISPANIÆ, duæ Italiæ provinciæ, altera magna, altera parva. Etiam Iberia & Pania dicta eſt.

ISSA,

[54] Καὶ νίκη Ἰσθμιάς.] Sic reſcripſi, cum in vulgatis erat, καὶ νίκη Ἰσθμίας, quaſi ultima vox obliquus eſſet caſus ab Ἰσθμία. Cenſeo noſtrum reſpicere quoddam Callimachi epigramma, ex quo illa verba de victoria Iſthmiaca deſumpſit, quod hodie extat apud Plutarchum lib. V Sympoſiacôn:

Καί μιν Ἀλητιάδαι πολὺ γηραλεώτερον
Τοῦδε, παρ᾽ Αἰγαίωνι θεῷ πλέοντες ἀγῶνα,
Θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος.
Ζήλῳ τῷ Νεμέηθε, πίτυν δ᾽ ἀπελιμήσουσιν,
Ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Partem aliquam horum verſiculorum Stephanum habuiſſe in opere genuino, tam certum eſt, quam ſolem [illegible] die lucere.

[55] Πόλις Ἰωνίας.] Nunc Ioniæ, & ab aliis Cariæ adſcribitur, unde liquet in utriuſque regionis confiniis urbem fuiſſe ſitam. Apud Strabonem urbis nomen ſcribitur Σίνδα, quod poſitum mihi videtur pro Ἴσινδα, quæ ſcriptura in veteribus Stephani libris invenitur, quemadmodum diximus ad vocem Ἄμβλαδα. Strabonis tamen Σίνδα defendi aliquo colore poteſt, nam I aliquando nominibus propriis additur, & aliquando demitur: ſic dicunt Σπανία pro Ἱσπανία & ſic porro. Cenſeo præterea idem eſſe oppidum, quod noſter alio loco Lyciæ attribuit, & *Iſindiam* appellat, quod inde liquet, quia in ſequentibus Stephanus addit: καὶ χωρίον Ἰσινδία.

[56] Ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος.] In libris vulgatis legitur: ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος ἐνετικῶς· λέγεται καὶ Ἴσινδα. Verum quia Salmaſius in recentiori MS vocem ἐνετικῶς, quæ revera nihili eſt, non invenit, nos iſtam obelo confodendam exiſtimavimus. Formatum apud Polybium in Leg. Exc. reperitur Ἰσινδεῖς, ita enim ibi: ἅμα δὲ καὶ τοὺς Ἰσινδεῖς ἐξελούμενος ἐκ τῆς πολιορκίας. Inde Latino ore cives appellantur ISINDENSES apud Livium lib. XXXVIII: *Iſindenſes arcem urbe capta oppugnabant.* Ad quem locum vide Urſinum.

[57] Ἰσμαήλα, τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Regiunculam hanc ab Iſmaële Abrahami filio nomen habere ſatis liquet: nam Abrahamo de Iſmaële conſulenti reſpondetur, eum fore longævum & magnarum gentium patrem, teſte Joſepho lib. I cap. XI de Ant. Jud. Ab illo igitur Iſmaëlitæ, qui quondam cum Chuſæis & Madianitis promiſcue habitarunt. Hieronymus in vita Malchi perhibet Iſmaëlitas intonſum geſtaſſe crinem, & vitta caput redimiviſſe: *Ecce ſubito equorum camelorumque ſeſſores Iſmaëlitæ irruerunt, crinitis vittatiſque crinibus ac ſeminudo corpore.*

[58] Πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων.] Nomen habet ab Iſmaro Martis & Thraſſæ F. teſte Oro apud Etymologici Mag. Auctorem. In Ciconia hanc urbem eſſe ſitam, atque etiam a Ciconibus quondam habitatam, Marciani Heracleotæ teſtimonio evincitur:

Εἶτ᾽ ἦν Μαρώνεια καὶ κατῳκηκόσι τὸ πρὶν
Τοὺς Κίκονας ἱστοροῦσι τοὺς ἐν Ἰσμάρῳ,
Αὐτὴ δὲ Χίων ἐγένεθ᾽ ὕστερον κτίσις.

Graviter errare puto Heſychium, Maroneam & Iſmarum eandem civitatem ſtatuentem, ut ſolent grammatici geographiæ imperiti: Ἴσμαρος πόλις Θρᾴκης, ἡ νῦν Μαρώνεια. Potior erit Plinii auctoritas lib. IV cap. XI: *Nunc ſunt Dicæa, Iſmaron, locus Parthenion, Phaleſina, Maronea, prius Ortaguren dicta.*

[59] Ὅμηρος.] Reſpicit locum Homeri Odyſſ. I.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν
Ἰσμάρῳ. ---- ----

Vide præterea noſtrum in voce Κύζικος.

[60] Ἰσμάριος.] Invenitur apud Propert. lib. II Eleg. XIII:

Non ut Pieriæ quercus mea verba ſequantur,
Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras.

Liquet ex his verbis, montem hoc nomine urbi vicinam extitiſſe, de quo aliquoties Virgilius & alii mentionem faciunt.

[61] Ἰσμαρὶς λίμνη.] Herodotus loco a Stephano citato: Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ἰσμαρίδα. Videtur mihi eadem palus, quam alibi *Marin* nominat, & a qua urbi Maroneæ appellationem imponere videtur. Vide in voce Μαρώνεια.

[62] Ἰσμήνιος.] Nummus eſt apud Goltzium cum inſcriptione ΗΙΣΜΗΝΙΩΝ: unde liquet, pagi nomen & fluvii adſpirandum, quod apud Pauſaniam alioſque auctores cum leni vulgo occurrit, uti contra Nonnium multis probat illuſtris Spanhemius.

[63] Ἰσμηνὸς ποταμός.] Apollodorus, Strabo, Ptolemæus, & Latinorum nonnulli, Ovidius, Statius, Plinius, ſic fluvium vocant, ſed Pauſanias *Iſmenium* Ἰσμήνιον.

[64] Δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι.] Hæc olim antiqua erat Hiſpaniæ diviſio, de qua abunde egimus ad vocem Ἰβηρίαι.

[65] Καὶ Πανία.] Libri MSS & omnes editi conſtanter exhibent, ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰβηρία καὶ Παννωνία, ſed peſſimo errore. Eſt enim Pannonia perampla Europæ regio ad Danubium, quæ ad hunc locum non pertinet. Iberiam vero *Paniam* appellatam fuiſſe, teſtatur Soſthenes lib. XIII Ibericorum apud Plutarchum de fluminibus, a Pane ſcilicet, quondam Iberiæ præfecto: Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ᾽ αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι παρεφθαρμένως Σπανίαν προσηγόρευσαν, καθὼς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγ΄ Ἰβηρικῶν.

ΙʹΣΣΑ [66], πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα A Ἱμέρα. εἶτα, [67] Πελασγία καὶ Ἴσσα, ἀπὸ τῆς Ἴσσης τῆς Μάκαρος. ἔστι καὶ [68] νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα κατὰ Δαλματίαν, καὶ Ἰλλυρίαν. [69] τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ οὗ τὸ θηλυκὸν Ἰσσηΐς, ἐπὶ τῆς Λέσβου, παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ. B

ISSA, urbs in Lesbo, dicta Himera, deinde Pelaſgia & Iſſa, ab Iſſa Macaris filia. Eſt quoque inſula urbem ejuſdem nominis habens juxta Dalmatiam & Illyriam. Gentile, Iſſenſis, unde fœmininum Iſſeïs, quod de oppido Lesbi apud Parthenium in Hercule in uſu eſt.

ΙʹΣΣΗΔΟʹΝΕΣ, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἀσσεδόνας αὐτοὺς φησίν. [70] εὑρίσκεται δὲ ἡ δευτέρα γραφὴ παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε. λέγονται καὶ Ἴσσιδοι τρισυλλάβως. ἔστι δὲ [71] Ἰσσηδὼν C πόλις.

ISSEDONES, gens Scythica, cujus meminit Hecatæus in Aſia. Solus Alcman eos Aſſedones nominat. Invenitur quoque alia ſcribendi ratio apud alios per E. Appellantur quoque Iſſidi tribus ſyllabis. Invenitur quoque urbs Iſſedo.

ΙʹΣΣΟʹΣ, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν. ἣ [72] ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ὁ Ἰσσικὸς κόλπος. ὁ πολίτης, Ἰσσαῖος, ὡς D Νεῖλος Νειλαῖος. [73] ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πινάρος ὀνομαζόμενος.

ISSUS, urbs inter Syriam & Ciliciam, ubi Alexander Darium devicit, quæ propterea ab illo Nicopolis nominata eſt. Et Iſſicus ſinus. Civis, Iſſæus, ut Nilus Nilæus. Ibi quoque fluvius eſt, cui nomen Pinarus.

ΙʹΣΣΩʹΡΙΟΝ [74], ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰσσωρία. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσώριος.

ISSORIUM, mons Laconicæ, a quo Diana Iſſoria. Gentile, Iſſorius.

ἹΣΤΙʹΑΙΑ, πόλις Εὐβοίας. Ὅμη- E ρος,

---- Πολυστάφυλόν τ' [75] Ἱστίαιαν.

ἢ δὲ

HISTIÆA, urbs Eubœæ, de qua Homerus:

---- *multas uvas habentem Hiſtiaam.*

Ionica

66 Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ.] Oppidum eſt ignobile & aliis auctoribus parum memoratum. Ejus non meminit Scylax in Lesbi deſcriptione, neque etiam Ptolemæus: ſed Antiſſam omnes agnoſcunt, ut & Stephanus ſuo loco, unde conjiciendum, Iſſam extitiſſe non procul ab Antiſſa, uti Rhium e regione Antirrhii, & Phellos e regione Antiphelli. Exiſtimo tamen Plinium hujus oppidi meminiſſe ſub Himeræ appellatione, qua quondam appellatum fuiſſe etiam Stephanus teſtatur. Ita enim Plinius lib. v cap. xxxi: *Clariſſima autem Lesbos, a Chio* LXV *M. P. Hemerte, & Laſia, Pelaſgia, Ægira, Æthiope, Macaria appellata fuit, octo oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha hauſta eſt mari, Ariſbe terrarum motu ſubverſa. Antiſſam Methymna traxit in ſe ipſam.* VIII *urbibus Aſiæ* XXXVII *M. P. vicina. Et Agamede obiit, & Himera. Reſtant Ereſos, &c.* Sic emendandum judico hunc locum, in quo male *Hiera*.

67 Πελασγία.] Euſtathius non *Iſſam*, ſed univerſam inſulam *Pelaſgiam* appellatam perhibet in comment. ad Dionyſ. Ἐρρέθη δὲ καὶ ἡ Λέσβος, ποτὲ Πελασγία, quod profecto veritati magis conſentaneum, cum & Plinius, loco proxime citato, ita Lesbum vocatam aſſerit.

68 Νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα.] Agathemero dicitur Ἴσση lib. I cap. v: Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ νῆσοι παρὰ τὴν Ἰλλυρίδα, ὧν ἐπισημότεραι Ἴσση, καὶ ἡ Μέλαινα Κόρκυρα, καὶ Φάρος καὶ Μελίτη, ὧν ἀγνοῶ τὰς περιμέτρους. Inſulam hanc & urbem cognominem commemorant præterea Scymnus Chius, Strabo, Ptolemæus aliique. Agatharcides apud Athenæum lib. I perhibet, in illa inſula naſci vinum, quod cum aliis collatum, bonitate antecellere compertum eſt.

69 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ οὗ τὸ θηλυκὸν Ἰσσηΐς, ἐπὶ τῆς Λέσβου.] Ita hunc locum ex conjectura emendavit vir ſummus Salmaſius in margine ſui Stephani. Indigebat enim hic locus hujuſmodi correctione, qui mirum in modum vel ab exſcriptoribus, vel ab Epitomatoribus mutilatus; in vulgatis & MSS libris hodie repræſentatur: Ἔστι καὶ θηλυκῶς Ἰσσαῖος, ἐπὶ τῆς Λέσβου, παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ.

70 Εὑρίσκεται δὲ ἡ δευτέρα γραφὴ παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε.] Ita hunc locum ex conjectura ſupplevi, erat enim mutilus, & vox γραφὴ mihi ſummopere deſiderari videbatur, ut ſenſus eſſet perſpicuus & commodus. Nam *Eſſedones* paſſim a Latinis vocantur, & nonnullis Græcis, quanquam noſter ſcripturam per I etiam in voce Ὑπερβόρεοι probaverit ex Damaſte περὶ ἐθνῶν.

71 Ἰσσηδὼν πόλις.] Amm. Marcellinus lib. XXIII urbis meminit: *Exortum vero ſolis ſuſpiciunt Rabanna, & Aſmitæ & Eſſedones omnium ſplendidiſſimi . . . urbibus licet non multis, magnis tamen celebrantur & opulentis; inter quas maximæ Aſmira, & Eſſedon, & Aſparata, & Sera, nitidæ ſunt & notiſſimæ.*

72 Ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ.] Male in omnibus libris ἀπ' αὐτῷ. Satis veriſimile videtur, Alexandrum, devicto ad Iſſum Dario, urbem ab illa victoria Nicopolin appellaſſe, ſed cum veteres omnes Iſſum & Nicopolin diverſas urbes ſtatuunt, dubito an Stephano noſtro fides ſit habenda. Strab. lib. XIV: Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ· καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός· ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ῥωσὸς, καὶ Μυρίανδρος ἑτέρα πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Νικόπολις. Vide præterea Ptolemæum lib. v cap. VIII.

73 Ἐκεῖ καὶ ποταμὸς Πινάρος.] Peſſimo errore Strabo hunc fluvium *Pindum* appellat, lib. jam citato: Μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς, πολίχνιον ὕφορμον ἔχων, καὶ ποταμὸς Πίνδος. Ubi ſine dubio, auctoritate aliorum ſcriptorum, Πινάρος reponendum. Arrianus lib. II de Exped. Alex. Magni: Τὴν δὲ Ἰσσὸν καταλαβὼν, ὅσους διὰ νόσον ὑπολελειμμένους αὐτοῦ τῶν Μακεδόνων κατέλαβε, τούτους χαλεπῶς αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν προεχώρει ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πινάρον &c. Curtius lib. *Motis ergo caſtris, ſuperat Pinarum amnem.* Et idem alio loco: *Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, tranſire juſſerat.* Hæc manifeſte evincunt in Strab. Pinarum reſtituendum.

74 Ἰσσώριον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.] Plutarchus Ageſilao: Κατελάβοντο τὸ Ἰσσώριον, οὗ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι. Vide præterea Heſychium in Ἰσσωρία, & Polyænum lib. II Stratag.

75 Ἱστίαιαν.] Male in omnibus editis & MSS Ἑστίαιαν. Teſtatur enim Stephanus, ſe heic ſequi Ionicam ſcribendi rationem, apud quos ε in ι vertitur, cujus rei inſignis locus eſt apud Etymol. Mag. Auctorem: Ἀπὸ μὲν τοῦ ἵζω, ἱστία· ἀπὸ δὲ τοῦ ἕζω ἑστία; ἐκ τούτου δὲ ἑστιῶ τὸ ἱεροποιῶ· καὶ οἱ μὲν Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ε, ἑστιῶ καὶ ἑστία· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ οἱ Δωριεῖς διὰ τοῦ ι, ἱστιῶ καὶ ἱστία· ἀμφότερα δὲ εἰσὶ παρὰ ποιητῇ.

ἢ δὲ διὰ τοῦ ι, Ἰωνικὴ γραφή ἐστι. [76] νῦν δὲ καλεῖται Ὠρεός. ὁ πολίτης, Ἱστιαιεύς. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖός φησι. [77] καὶ Ἱστιαιώτης, ὁ τῆς Θετταλικῆς. τῆς δὲ Εὐβοίας, διάφορος κατὰ τὴν γραφήν, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.

27 Ὁ πολίτης, Καθαῖος.] Improbo, quod Salmaſius ad oram ſui libri Καθαιαῖος emendare conetur, nam ab Ἀναία fit Ἀναῖος, a Βεροία Βεροῖος, non autem Ἀναιαῖος & Βεροιαῖος & ſimilia. Gentile Καθαῖος invenitur apud Arrianum de Exp. Alex. Mag. lib. V: Καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι εὐτολμότατοί τε καὶ τὰ πολέμια κράτιστοι ἐνομίζοντο. Ita quoque Polyænus lib. IV: Ἀλέξανδρος Καθαίους, μοῖραν Ἰνδῶν, ἐξ ἀπονοίας ἀνθεστώσας ἡβηδὸν ἔκτεινε. Ubi optime Caſaubonus vocem Καλθαίους emendabat. Strabo, loco jam ſupra allegato, gentile nomen facit Καθαιοὺς, quod æque vitiatum cenſeo, ac primitivum Καθέα, ita enim ille: Ἴδιον δὲ τῶν Καθέων, καὶ τοῦτο ἱστορεῖται, τὸ αἱρεῖσθαι νυμφίον καὶ νύμφην ἀλλήλους. Sine dubio, & quam minima mutatione legendum Καθαιέων, nam a Κάθαια, Græca conſuetudine poſſe formari Καθαιεὺς, non opus eſt, ut multis documentis probem: nam ab Ἱστίαια, oppidum in Eubœa, deducitur Ἱστιαῖος & Ἱστιαιεὺς, ſic quoque a Κάθαια commodiſſime Καθαῖος & Καθαιεύς. Obiter porro lector eruditus & veteris geographiæ amans eſt advertendus, gentile nomen apud plures auctores peſſime contaminatum occurrere. Apud Diodorum Siculum lib. XVII cap. XCV Καθαροὶ occurrunt, ubi non dubito, quin Καθαῖοι ſubſtituendum ſit. Eadem opera etiam Ptolemæum emendabimus, ubi lib. VII cap. I ſic legitur: Τὰ δὲ ὑπερκείμενα καλεῖται μὲν Πουλίνδαι, Ἀγριοφάγοι· καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς ἔτι Χατραῖοι. Mirum in modum heic hallucinantur interpretes; nam, nullam huic loco medicinam facientes, vertunt *Chatrai*: ſubſtituunt alii τὸ *Chatari*, & *Chatei*: ſed peſſime omnium in decima Aſiæ tabula *Chatriei* invenitur. Mendum illud diſcutiemus, ſi legerimus, καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς ἔτι Καθαῖοι, &c. Atque ita Ptolemæus ab Arriano & Stephano non diſſentiet.

28 Καίκινον, χωρίον Ἰταλικόν.] Putat Cluverius idem eſſe oppidum, quod Antonino in Itinerario *Cocinto* appellatur. Hodie nominari tradit *Stillo*, vel *Stilo*. Eum vide lib. IV Italiæ antiq. cap. XV.

29 Καινίνη, πόλις Σαβίνων.] Libri MSS. Καινίτη, πόλις Σαβίνων, ut & editiones Aldina Florentinaque, quam lectionem ſuo calculo comprobat Salmaſius ad marginem ſui libri: ſed nullam de illa mentionem facit in notis ad Florum, ubi gentile emendandum judicat. Nomen habet hæc urbs a *Cænite* conditore, teſte Feſto: *Cænina urbs, quæ fuit vicina Romæ, a Cænite conditore appellata.* Vide porro Cluverium lib. II Ital. antiq. cap. IX.

30 Τὸ ἐθνικὸν, Καινῖται.] Idem oppidanorum nomen ſæpius occurrit apud Dionyſ. Halicarnaſſæum, quod Cluverius non ab oppidi vocabulo formatum cenſet, ſed ab auctoris nomine. Salmaſius vero in ſuis ad Florum notis reponendum judicat Καινινῖται, quæ emendatio etiam prorſus repudianda non eſt, nam oppidani Plutarcho in Marcello dicuntur Καινινῆται. Adeo ut dubitem, quid hoc loco ſit præferendum, cum utraque opinio ſe commode ſatis tueri poſſit. Latino ore oppidani vocantur CÆNINENSES. Flor. lib. I cap. I: *Cæninenſium captum ac dirutum eſt oppidum.*

31 Καινοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον.] Cænorum meminit Strabo atque eorum regis lib. XIII: Ἐχρῶντο δὲ καὶ Διήγυλιν τὸν ἐκείνων βασιλέα στρατεύσαντες εἰς τὴν Θρᾴκην. Bene monuit Palmerius pro τῶν ἐκείνων legendum τῶν Καινῶν. Illorum regio appellatur Καινικὴ, & in littore Ponti Bithyniæ oppoſita eſt. Ptolemæus: Καινικὴ στρατηγία ἀπὸ τῶν Καινῶν. Plinius lib. IV cap. XI: *Regio Cænica, colonia Flaviopolis, ubi antea Zela oppidum vocabatur.* Cæni Aſtas vicinos habebant, uti liquet ex Livio lib. XXXVIII cap. XL, qui ibidem *Aſtii* appellantur. *Cænophryrium*, ubi Divus Aurelianus, teſte Vopiſco, malitia notarii ſui, & manu Mucaporis interemptus eſt, hic locum habere nequit, nam inter Byzantium & Heracliam Cænica & Aſtica, vicinæ regiones, non erant ſitæ, ſed ad Pontum e regione Bithyniæ, & quidem ultra Byzantium.

32 Καινὺς, νῆσος πλησίον Πελωριάδος.] Cum Cluverio ſtatuendum cenſeo, aut ipſum Stephanum obſcitanter ex Strabone hanc ſectionem formaſſe, aut tranſcriptorem ejus imperitum & male curioſum vocabulum ἄκρα in νῆσος permutaſſe. Cænys enim Italiæ promontorium eſt, e regione Pelori, non inſula, quod Itali vulgo vocant *Coda del la volpe*. Vide Cluv. lib. IV Ital. antiq. Locus, quem noſter reſpicit, eſt apud Strab. lib. VI: Πλησίον γάρ ἐστι καὶ Καινὺς, διέχουσα τῆς Μεδμαίης σταδίους πεντήκοντα καὶ διακοσίους, ἡ τελευταία ποιοῦσα τὰ ἄκρα στενὰ τοῦ πορθμοῦ πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σικελίας ἄκραν τὴν Πελωριάδα.

33 Πόλις Ἰταλίας Καινύσιον.] Idem eſt oppidum, quod in ſequentibus noſtro dicitur Καινύσιον, de quo, ubi ad illum locum pervenerim.

34 Ἡ πρὶν Εὐσέβεια καὶ Μάζακα.] Locus Strabonis, quem noſter

Στράβων. [35] ἔστι δὲ Παλαιστίνης. [36] καὶ τρίτη, πρὸς τῇ Πανεάδι. [37] τὸ ἐθνικὸν, Καισαρεύς. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορευόμεναι.

ΚΑΛΑΒΡΙΆ, χώρα [38] πλησίον Ἰταλίας. ὁ οἰκήτωρ, Καλαβρός· καὶ Καλάβρα θηλυκὸν, καὶ Καλαβρίς.

ΚΑΛΑΆΘΗ, πόλις [39] οὐ πόῤῥω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν. ἔστι δὲ καὶ τοῦ Πόντου Καλάθουσα. ὁ πολίτης τῆς Καλάθης, Καλαθῖνος, ὡς Ἀγαθῖνος· τῆς δὲ Καλαθούσης, Καλαθούσιος, ὡς Νύσιος.

ΚΑΛΑΆΜΑΙ, πόλις Πελοποννήσου· Παυσανίας δ΄.

ΚΑΛΑΜΈΝΘΗ, ἥ τις καὶ Καλαμίνθη, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος περιηγήσει. κρεῖττον οὖν [40] ὡς Ἡρόδοτος, διὰ τοῦ ι, πόλις Φοινίκων.

ΚΆΛΑΡΝΑ [41], πόλις Μακεδονίας, ὡς

Strabo perhibet. Eſt quoque Palæſtinæ Cæſarea, & tertia ad Paneadem. Gentile, Cæſarenſis. Sunt & aliæ civitates hoc nomine inſignitæ.

CALABRIA, regio Italiæ vicina. Incola, Calaber, & Calabra fœmininum, ut & Calabris.

CALATHA, oppidum non procul ab Herculis columnis, auctore Hecatæo in Europa. Verum Ephorus illud Calathuſam appellat. Eſt quoque Ponti Calathuſa. Calathæ oppidanus dicitur Calathinus, uti Agathinus, ſed a Calathuſa deducitur Calathuſius, uti Nyſius.

CALAMÆ, urbs Peloponneſi, de qua Pauſanias lib. IV.

CALAMENTHE, quæ & Calaminthe, urbs Libyæ. Hecatæus in Periegeſi. Melius apud Herodotum per I ſcribitur, & pro urbe Phœnica habetur.

CALARNA, urbs Macedoniæ, de qua

noſter ex Geographo in teſtimonium adducit, extat lib. XII: Ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους· καλεῖται δ᾽ Εὐσέβεια καὶ αὕτη ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ, καὶ ἀνέκλειπτον χιόνι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι. Sed hoc obiter admonendum, in omnibus Stephani libris, tam editis quam calamo exaratis, pro Μάζακα inveniri Μάζα, quod olim Salmaſius in Plinianis Exercit. emendavit, & nos jam auctoritate Strabonis in contextum recipimus. Quanquam, ut verum fatear, rationes non deſint, quibus τὸ Μάζα defendi poſſet. Nam Μάζα fuit antiquiſſimum urbis nomen, quod accepit a *Moſoch* Cappadocum principe, unde tractu temporis Μάζακα formatum eſt. Teſtatur hoc Philoſtorgius lib. IX ſect. XII: Ὅτι Μάζα κατὰ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια ἀπὸ Μοσὸχ τοῦ Καππαδοκῶν γενάρχου ἑλκυσαμένη τὸ ὄνομα· τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, κατὰ παρέγκλησιν ἤδη Μάζακα προσωνόμασται. Sic etiam Sozom. obſervante Gothofredo lib. V cap. IV: Μάζα κατὰ τὸ πρῶτον ὀνομαζομένη. Et Joſephus quoque lib. I cap. VII principem gentis Μεσὸχ vocat, unde Philoſtorgius procul dubio iſtud habet. Sed rectius videtur Μοσὸχ, vel Μουσὼχ, quemadmodum a Conſt. Porphyrogennet. appellatur lib. I Them. Καισάρεια μητρόπολις, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου ὀνομασμένη· ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα ἀπὸ Μουσὼχ τοῦ τῶν Καππαδόκων ἀρχηγοῦ.

35 Ἔστι δὲ Παλαιστίνης.] Antea *Stratonis turris* dicebatur teſte Plinio lib. V cap. XIII: *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia, a Veſpaſiano imperatore deducta.* Quam magnifice Herodes urbem portubus & templis, decem annorum ſpatio, exornaverit, & in honorem Cæſaris *Cæſaream* appellaverit, multis perſequitur Joſeph. lib. XV Antiq. cap. 9. Benjaminus in Itinerario perhibet, hanc urbem *Palæſtinorum Gad* fuiſſe.

36 Καὶ τρίτη, πρὸς τῇ Πανεάδι.] Hæc illa eſt Cæſarea, cui a Philippo Tetrarcha magni Herodis filio, nomen eſt inditum, auctore Joſepho lib. XVIII cap. III Antiq. Jud. Φίλιππος δὲ τὴν Πανεάδα τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου κατασκευάσας ὀνομάζει Καισάρειαν. Hæc Cæſarea Philippi in præclaro Marci Aurelii nummo Mediceo, teſte Illuſtri Spanhemio, appellatur ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑϹΥ. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. *Cæſarea Auguſta Sacra & Inviolabilis ſub Paneo.* ad diſcrimen alterius Cæſareæ Cappadociæ ſub Argæo, aut alterius vicinioris in Palæſtina. Ammian. Marcell. lib. XX: *Itineribuſque lentis progreſſi, apud Cæſaream Cappadociæ etiam tum degentem invenere Conſtantium, Mazacam antehac nominatam, opportunam urbem & celebrem, ſub Argæi montis pedibus ſitam.* Dicta autem eſt *Cæſarea ſub Paneo*, & *Cæſarea Panias*, vel *Paneas*, non ob cultum Panis ſimulacrum, uti tradentem vides Philoſtorgium; neque a vicino fonte Paneade juxta Plinium, & cui vulgo viri docti, ac inter eos vir ſummus ad Solinum, ſuffragantur; ſed a monte ipſo ſub quo jacebat, dicto Panio juxta Joſeph. lib. I cap. XVI de bello Jud. & Πανείου ὄρος diſerte apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. VII cap. XVII. Plura vide apud jam laudatum antiquarium diſſertatione nona.

37 Τὸ ἐθνικὸν, Καισαρεύς.] Paſſim apud antiquarios occurrunt nummi cum inſcriptione ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. Utuntur etiam illo gentili auctores antiqui. Joſeph. circa finem libri XIX: Σεβαστηνοὶ δὲ καὶ Καισαρεῖς ὑβρίκασιν εἰς αὐτόν.

38 Πλησίον Ἰταλίας.] Sed quomodo Calabria Italiæ propinqua dici potuit, cum noſter Tarentum ipſius Italiæ urbem ſtatuat? Τάρας, πόλις Ἰταλίας. Eſt quidem continens Italiæ iſta regio, ſed ita, ut iſthmus eam peninſulam reddat, & quaſi ab Italia ſeparatam. Hinc eſt, quod fortaſſis noſter Calabriam ab ipſa Italia diviſam exiſtimaverit. Regionem hanc in peninſula fuiſſe ſitam perhibet Plinius lib. III cap. XI: *Abeſt* CXXXVI *millia paſſuum a Lacinio promontorio, adverſam ei Calabriam in peninſulam emittens. Græci Meſſapiam a duce appellavere; & ante Peucetiam, a Peucetio OEnotri fratre. Latitudo peninſulæ a Tarento Brunduſium terreno itinere* XXXIII *mil. paſſ. patet.* Vide præterea Strab. lib. VI. Sunt præterea duo flumina Galeſus & Pactius, alterum Tarento, & alterum Valetio adjacens, utrinque iſthmi ſpatium coarctantia, adeo ut putem, ſi ab horum fluminum fontibus paſſus numerare inceperis, vix LX mill. invenias.

39 Οὐ πόῤῥω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.] Ptolemæus lib. IV cap. III mentionem facit de Calatha inſula, Africæ adjacente, quæ fortaſſis eadem eſt, quam noſter hoc loco urbem appellat. Hoc profecto noſtro auctori non eſt inſolens, ex urbibus inſulas, & contra ex inſulis urbes & regiones creare.

40 Ὡς Ἡρόδοτος.] Nihil ex Herodoto, nihil etiam ex aliis de hoc oppido ejuſque ſcribendi ratione expiſcari potui. Ex etymologia vocis Bochartus conjicit, urbem in colle fuiſſe ſitam. Eum vide lib. I cap. XXIV de Phœn. Col.

41 Κάλαρνα, πόλις Μακεδονίας.] Pomp. Mela lib. II cap. II *Turris Calarnæa* meminit, ita enim ille: *Ultra Neſtos fluit, interque eum & Strymona, urbes ſunt Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona & Athon, Turris Calarnæa.* Sic emendavit hunc locum Hermolaus Barbarus, cui etiam adſtipulatur Cl. Voſſius.

ὡς [42] Λούκιλλος ὁ Ταῤῥαῖος. τὸ ἐθνικὸν, Καλλαρναῖος.

ΚΑΛΑ'ΣΙΡΙΣ [43], μοῖρα Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος β'. οἱ δὲ Καλασίριοι, καὶ Καλασιρίαι.

ΚΑΛΑΤΙ'ΑΙ [44], γένος Ἰνδικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

ΚΑΛΑΥ'ΡΕΙΑ, νησίδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ, [45] κύκλον ἔχουσα ὅσον τριάκοντα σταδίων· ἀπὸ Καλαύρου τοῦ Ποσειδῶνος. [46] ἐκαλεῖτο δὲ Εἰρήνη. [47] ὁ πολίτης, Καλαυρείτης.

ΚΑ'ΛΒΙΟΣ [48], κρήνη Λυκίας, ἣν καὶ Καλαινόν φασι. τινὲς δὲ αὐτὴν δὲ διὰ τοῦ μ φασί.

ΚΑΛΗ' [49] ἀκτὴ, πόλις Κρητῶν· Εὔδοξος τετάρτῳ γῆς περιόδου. [50] ἔστι δὲ ὡς μεγάλη κώμη. ἐκ τῶν δύο δὲ ἡ παραγωγὴ Μεγαλοκωμήτης, καὶ Καλακτίτης, ἢ Καλοακτίτης διὰ τοῦ ι. ἐπεὶ καὶ παρὰ τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς, καὶ Ἀττικός. [51] Ἀκτὴ γὰρ, ἡ Ἀττική. ἢ [52] Καλοακταῖος, καὶ Καλοακταία θηλυκόν. ἢ Καλοάκτιος, ὡς [53] Πανάκτιος δὲ Ἐπάκτιος.

ΚΑ'-

A qua Lucillus Tarrhæus. Gentile, Calarnæus.

CALASIRIS, pars Ægypti, de qua Herodotus libro II. Appellantur incolæ Calaſirii & Calaſiriæ.

B CALATIÆ, gens Indica, cujus meminit Hecatæus in Aſia.

CALAURIA, parva inſula prope Cretam, cujus circulus ambit XXX ſtadia, nomen habens a Calauro Neptuni filio. Appellabatur
C etiam Irene. Civis, Calaurita.

CALBIUS, fons Lyciæ, quem etiam Calænum appellant. Nonnulli vocem cum M efferunt.

CALE acte, urbs Cretenſium, de qua
D Eudoxus libro IV de circuitu terræ. Eſt autem uti Μεγάλη κώμη, ex quibus duabus vocibus derivatur Megalocometa, & ſic Calactita, ſive Caloactita, per Jota: nam a voce Acte fit Acticus & Atticus: Acte enim Attica dicitur. In uſu quoque eſt
E Caloactæus, & fœmininum Caloactæa; vel Caloactius, uti Panactius, & Epactius.

CA-

42 Λούκιλλος ὁ Ταῤῥαῖος.] Edidit Voſſius in notis ad Melam, loco jam allegato, Λούκιος ὁ Ταῤῥαῖος. Verum tam diverſis modis huic viri nomen ſcribitur, ut nihil omnino certi ſtatuere queam. Vide quæ diximus ad vocem Θεσσαλονίκη.

43 Καλάσιρις, μοῖρα Αἰγύπτου.] Vide annotata noſtra ad vocem Ἑρμοτυμβιεῖς.

44 Καλατίαι, γένος Ἰνδικόν.] Herodoto lib. III memorantur duobus in locis; & primo nuncupantur Καλλατίαι, & poſteriori Καλαντίαι: ſed quænam lectio ſit præferenda, amplius deliberandum cenſeo.

45 Κύκλον ἔχουσα.] Hæc verba neque in MSS, neque in aliis vulgatis inveniuntur; requiruntur tamen ut ſenſus ſit planus atque commodus, uti liquet manifeſtiſſime ex deſcriptione hujus inſulæ apud Strab. lib. VIII: Ἐν παράπλῳ δὲ πρόκειται Καλαυρεία νῆσος, κύκλον ἔχουσα τριάκοντα σταδίων, πορθμῷ δὲ τετρασταδίῳ διεστῶσα τῆς ἠπείρου. Hinc liquet, nos non temere iſtam lacunam repleviſſe, in quam emendationem etiam inclinabat Salmaſius in margine ſui Stephani. Nomen habet a Calauro Neptuni F., hinc etiam Neptuno erat ſacra, teſte Agathemero lib. I cap. V: Ἀπὸ τοῦ Κορινθίου κόλπου δὲ Σαρωνικοῦ ἐπὶ τὸ Σκύλλαιον ἄκρον ἐξ εὐωνύμων ἔνθα πρόκειται νῆσος Καλαυρεία Ποσειδῶνος ἱερά. Quin imo ſanctiſſimum, ibi fuit Neptuni templum, teſte Pauſania in Corinthiacis, ubi virgo uſque ad maturitatem nuptiarum ſacerdotio fungebatur. Intra fani ſeptum Demoſthenis ſepulchrum oſtenditur, qui in iſta inſula, hauſto veneno, interiit. Peſſime hæc inſula in Plutarchi X Oratorum vitis Καλαβρία appellatur: Φοβηθεὶς δὲ εἰς Καλαβρίαν μετέστη. E mox ſequitur: Καὶ Δημοσθένης ἔφη, Οὐ σωτηρίας δεόμενο κατέφυγον εἰς Καλαβρίαν. Utroque loco, ſine ulla dubitatione, Καλαυρίαν reponi neceſſe eſt, uti noverunt in antiquitate parum verſati, perinde enim eſt, ſive caſum rectum Καλαύρεια, vel Καλαυρία facias, utrumque apud Pauſaniam invenitur.

46 Ἐκαλεῖτο δὲ Εἰρήνη.] Latine diceretur *Irene*; quæ vox corrupte reperitur apud Plinium, qui inſulam ab hac, de qua agit Stephanus, in Argolico ſinu diverſam ſtatuit, ita enim ille lib. IV cap. XII: *In Argolico Pityuſa, Irine, Ephyre: Contra Hermionium agrum Tiparenus, Eperopia, Colonis, Ariſtera: contra Trœzenium Calauria, quingentos paſſus diſtans Plateis.*

47 Ὁ πολίτης, Καλαυρείτης.] Nummus eſt apud Goltzium cum inſcriptione ΚΑΛΑΥΡΕΙΤΩΝ.

48 Κάλβιος, κρήνη Λυκίας.] Sic appellatur iſte fons, ex quo Calbis amnis, in Lycium mare ſe exonerans, originem trahit. Mela lib. I cap. XVI: *Hic caſtella aliquot ſunt, deinde promuntoria duo, Pedalium & Crya: & ſecundum Calbim amnem Caunus oppidum, valetudine habitantium infame.* Hic fons Calæni nomen obtinuit a matre Tragaſiæ (ex qua natus eſt Caunus & Byblis) quæ Καλαινώ dicebatur, uti docet Incomparabilis Voſſius ad Melam ex verſibus, qui apud Parthenium exſtant:

Αὐτὰρ ὅγε προτέρωσε κιὼν Οἰκούσιον ἄστυ
Κτίσσατο· Τραγασίῃ δὲ Καλαινοῦς εἴχετο παιδί·
Ἥ οἱ Καῦνον ἔτικτεν ἀεὶ φιλέοντα θέμιστας.

Quod autem, β in μ mutetur, & fons *Calmius* dicatur, iſta mutatio non eſt admodum infrequens, & alibi de eadem egimus.

49 Καλὴ ἀκτὴ, πόλις Κρητῶν.] Libri MSS πόλις Κελτῶν. Sed ibi peſſime, ut & in vulgatis. Non dubito quin Σικελῶν legi debeat, quod ex ſequentibus patebit.

50 Ἔστι δὲ ὡς μεγάλη κώμη.] Vocula ὡς exciderat, & deinde in omnibus libris erat καὶ Ἀκτίτης, pro quo repoſuimus Καλακτίτης. Videſis in voce Διοσκούρων, & non dubitabis de hac emendatione.

51 Ἀκτὴ γὰρ, ἡ Ἀττική.] Sic reſcripſimus auctoritate codicum calamo exaratorum, nihil enim ſani coloris habebat vulgata lectio: Ἀκτικὴ γὰρ ἡ Ἀττική. Vide in voce Ἀκτὴ, & ad illum locum noſtras annotationes, ut de hac correctione certior ſis.

52 Καλοακταῖος.] Ultima compoſiti pars, ut & vocis ſequentis, occurrit apud noſtrum loco jam proxime citato. Utebantur etiam veteres pro gentili circumſcriptione. Athenæus: Καικίλιος δὲ ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς Ἀκτῆς. Vide lib. XI cap. III. Sed non erat hic Cretenſis, neque Celta, neque ex pulchra Attica, uti peſſimo errore ſtatuit Athenæi interpres, ſed Siculus: liquet hoc manifeſtiſſime ex Suida: Καικίλιος, ὄνομα κύριον, Σικελιώτης, Καλακτιανός· Καλακτὴ δὲ πόλις Σικελίας. Ita legendus hic locus, ubi male Καλαντιανὸς & Καλαντὴ excuſum conſpicitur.

53 Πανάκτιος.] Puto gentile hoc deductum eſſe a voce Πάνακτον Atticæ caſtellum, de quo Pauſanias in Atticis. Ἐπάκτιος eſt epitheton Mercurio attributum ab Heſychio, & Apollini ab Apollonio Rhodio, quia in littore Leucadio colebatur.

A ΚΑ'ΛΗΡΟΣ[54], οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος, ἀπὸ Καλήρου βασιλέως. Ἀλωπεκόννησος δὲ, ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέρουσαν, καὶ καταθεῖσαν ἀλώπεκα. τινὲς δ', ὅτι Κάλαρος ἐκαλεῖτο ἡ πόλις.

B ΚΑΛΗΣΙ'Α[55], πόλις Αὐσονική· Διονύσιος πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Καλησιανὸς, ὡς αὐτός.

ΚΑΛΛΑ'ΤΗΒΟΣ[56], πόλις Λυδίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. τὸ ἐθνικὸν, Καλλατήβιος.

C ΚΑ'ΛΑΤΙΣ, πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου. Στράβων ἑβδόμῃ. [57] ἐν ᾗ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς Θεσμοφοριακοῖς. ὁ πολίτης Καλατιανὸς, ὡς Τραλλιανὸς, Σαρδιανός· ἀφ' οὗ Ἴστρος Καλατιανὸς, περὶ Τραγῳδίας γράψας καλὸν βιβλίον. ἔοικε δ' D εἶναι ἀπὸ τοῦ Καλατία, ὡς Ὀλβιανός· εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε, τῆς Καλάτιος.

ΚΑΛΛΙ'ΑΙ, πόλις μία τῆς [58] ἐν Ἀρκαδίᾳ Τριπόλεως. ὁ πολίτης Καλλιεὺς, [59] ὡς Ἱσπανιεύς. ἔστι δὲ χωρίον πλησίον [60] Τάραντος. E

ΚΑΛΛΙ'ΑΡΟΣ, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου τοῦ Ὀδοιδόκου, καὶ Λαονόμης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

Στρά-

CALERUS, ita appellabatur Alopecia inſula a rege Calero. Sed Alopeconeſus inde nomen habet, quod ibi viderint vulpem catulos ferentem & deponentem. Nonnulli vero perhibent inſulam Calarum eſſe dictam.

CALESIA, urbs Auſoniæ, de qua Dionyſius libro XV Antiquitatum Romanarum. Gentile, Caleſianus, uti idem perhibet.

CALLATEBUS, urbs Lydiæ, de qua Herodotus libro VII. Gentile, Callatebius.

CALATIS, oppidulum in littorali regione Ponti, de quo Strabo lib. VII. inde nomen habens, quod ibi calathus Theſmophoriacis ſimilis ſit repertus. Oppidanus, Calatianus, ut Trallianus, Sardianus. Cujas erat Iſter Calatianus, qui egregium de Tragœdia librum conſcripſit. Videtur autem illud gentile factum tanquam a Calatia, uti Olbianus ab Olbia: niſi deductum ſit a genitivo Ionico Καλάτιος.

CALLIÆ, urbs una ex Tripoli in Arcadia. Civis Callienſis, uti Hiſpanienſis. Eſt quoque oppidulum Tarento finitimum.

CALLIARUS, urbs Locrorum, quæ a Calliaro Odœdoci & Laonomæ filio nomen habet, teſte Hellanico libro I Deucalioniæ.

Verum

54 Κάληρος, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος.] Elementorum ſeries poſtulabat, ut pro Κάλαρος, quod exhibent omnes editi, reponeretur Κάληρος, quod etiam Palatini codices & Voſſianus ſuadebant. Quæ porro hac ſectione continentur, accurate ſunt diſtinguenda; nam inſula Alopecia nomen habet a Calero rege, & urbs Alopeconeſus a fabula, quæ ibi de vulpe ejuſque catulis refertur. Quod autem in fine ſectionis addatur, quod nonnulli *Calarum* urbem appellent, illud nequaquam mihi de Alopeconeſo accipiendum videtur, ſed de Alopecia, quare neceſſum eſt, ut corrigatur, τινὲς δ', ὅτι Κάλαρος ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος, niſi certo ſcirem, hæc verba πόλις & νῆσος aliquando ab auctore noſtro confundi.

55 Καλησία, πόλις Αὐσονική.] Si ſupereſſet hic Dionyſii liber, a noſtro allegatus, melius de oppidi ſitu ſententiam ferre poſſemus, de quo etiam ne gry quidem Cluverius in operoſiſſima Italiæ deſcriptione. Meam ſi lector exquirat ſententiam, judico olim a Stephano ſcriptum fuiſſe, ut & a Dionyſ. Halicarnaſ. ΚΑΛΗΤΙΑ, quod heic literarum ordinem non turbat, & gentile ΚΑΛΗΤΙΑΝΟC, quod fortaſſis idem Dionyſ. ut ſæpe A in H, & vice verſa mutatur, pro ΚΑΛΑΤΙΑ poſuit, quod nomen eſt antiquiſſimi oppidi, a Calibus verſus ortum ſolis ſiti, & vulgo nunc *Caiazzo* appellati, cujus porro deſcriptio ex Cluverio & aliis petenda eſt.

56 Καλλάτηβος, πόλις Λυδίας.] Peſſime hunc locum excepere vel librarii, vel Stephanus, in depravatum Herodoti codicem incidens, tranſcripſerat, quod jam obelo confodimus, monente Ortelio in Theſ. Geog. Καλάτηβος, πόλις Λιβύης. Erat enim non in Africa, ſed in Lydia ſitum illud oppidum, quemadmodum aperte clamant Herodoti verba, ubi Xerxis iter ex Phrygia in Lydiam deſcribitur: Ὡς δὲ ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, σχιζομένης τῆς ὁδοῦ, καὶ τῆς μὲν ἐπ' ἀριστερὴν, ἐπὶ Καρίην φερούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὴν ἐς Σάρδις, τῇ καὶ πορευομένῳ διαβῆναι τὸν Μαίανδρον ποταμὸν πᾶσα ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἰέναι παρὰ Καλλάτηβον πόλιν.

57 Ἐν ᾗ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα Θεσμοφοριακοῖς.] Libri vulgati plane ſine ſenſu exhibebant: κάλαθος εὑρέθη ἐοικυῖα Θεσ. Quod videns Cl. Voſſius, in notis ad Melam emendavit, & nos in contextum recepimus. Poſtquam demonſtravit, antiquum hujus urbis nomen fuiſſe *Cerastis*, commentarium ſuum ſic perſequitur: *Calatidis nomen recentius & ab Heracleotis ortum, poſtquam illi eo miſere colonos, regnante apud Macedonas Amynta, ut teſtatur Anonymus de Ponto Euxino, quem pueri olim in lucem dedimus. Orus Grammaticus apud Etymologici Mag. Auctorem, ab adſita palude ſic dictam tradit. Si Stephani Byzantii epitomatori credendum, nomen accepit a calatho illic reperto,* ἐν ᾗ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς θεσμοφοριακοῖς. *Sic fere libri veteres. Græci enim in Cerealibus feſtis primitias frugum, quas Deæ offerebant, in faſciculum colligatas, reponebant in calathis, de quo more fuſius ad Callimachum agemus. In nummo Calatianorum, qui apud Goltzium exſtat, tales comparent primitiæ, ſpicarum nempe faſciculus, cum hac inſcriptione,* ΚΑΛΑΤΙΑC. Porro de Calatho ejuſque uſu in Eleuſiniis Sacris legendus Meurſius, libello cui Eleuſinia nomen fecit cap. XXV.

58 Ἐν Ἀρκαδίᾳ.] Libri omnes calamo exarati & editi, ἐν Αἰτωλίᾳ, ſed ea lectione nihil monſtroſius, ſive a librariis, ſive a Stephano originem traxerit. Ut autem minime dubio argumento veritatem hujus correctionis evincam, Pauſaniam teſtem advocabo, in Arcadicis ita ſcribentem: Προσετέλουν δὲ ἡ Τρίπολις ὀνομαζομένη Καλλία, καὶ Δίποινα, καὶ Νώνακρις. Hinc liquet illud oppidum in Ætolia non fuiſſe. Præterea, non erat ſitum in regione Tripolitidi, ſed ipſum nomen urbis quondam Tripolis vocabatur. Meminit tamen Pauſanias in Phocicis urbis *Callium* dictæ, & in Ætolia ſitæ, quam tamen ad hunc locum pertinere non video, cujus oppidanos Καλλιέας appellat, a caſu recto Καλλιεὺς, quod etiam Stephanus a Καλλίαι deduxit. Sed obiter admonendum, Palmerium in Græciæ antiq. deſcriptione obſervaſſe, neminem veterum Tripolitidis Ætolicæ meminiſſe, quod etiam emendationem noſtram confirmat.

59 Ὡς Ἱσπανιεύς.] MSS habent, teſte Salmaſio Σπανιεὺς, quod non raro pro Ἱσπανιεὺς poſitum eſt. Ego legendum cenſeo ὡς Παιωνιεὺς, nam occurrit illud gentile apud illum auctorem.

60 Τάραντος.] Vox Ταλάντου, quæ in vulgatis repræſentatur, nullius eſt pretii. Salmaſius in optimo & vetuſtiſſimo

Σλεράβων δ᾽ ἐν ἐννάτῃ, [61] παρὰ τὸ A
εὐήροτον αὐτὴν εἶναι φησί. Καλλίαρα
οὐδετέρως. τὸ ἐθνικὸν, Καλλιαρεῖς, ὡς
Μεγαρεῖς.

ΚΑΛΛΙΟ´ΠΗ, πόλις Παρθυαίων· Πολύβιος δεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Καλλιοπεύς, B
ὡς Παρθενόπη Παρθενοπεύς.

ΚΑΛΛΙ´ΠΟΛΙΣ, [62] πολίχνιον Λαμψάκου, ἐν τῇ περαίᾳ τῆς Χερρονήσου ἐπ᾽ ἀκτῆς κειμένη, ὡς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας δευτέρῳ κατὰ τὴν Ἄραπλον. β´, πόλις C
Σικελίας. γ´, πόλις Καρίας. οἱ πολῖται πασῶν, Καλλιπολῖται.

ΚΑ´ΛΠΑΙ, πόλις Βιθυνῶν· Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν. [63] ἔστι καὶ λιμὴν Κάλπη. τὸ ἐθνικὸν, Καλπεύς, ὡς Σινωπεύς· καὶ Καλ- D
πῖνος, ὡς Πεύκη Πευκῖνος. τοῦ δὲ λιμένος, Καλπολιμενίτης. [64] τινὲς τούτους Καρπηϊανούς, ὡς Καλπιανοὺς φασι, καὶ τὴν πόλιν Καρπηΐαν.

ΚΑΛΥ´ΒΗ [65], πόλις Θρᾴκης, ἄποικος Μακεδόνων. τὸ ἐθνικὸν, Καλυβῖται, ἢ Κα- E
λυβεῖς, ὡς τῆς Ἀλύβης Ἀλυβεῖς.

ΚΑ´-

A Verum Strabo lib. IX perhibet, nomen inde habere, quod aratu facilis ſit, & propterea neutro genere dici Calliara. Gentile, Calliarenſes, uti Megarenſes.

CALLIOPE, urbs Parthorum, de qua B Polybius libro X. Gentile, Calliopenſis, uti Parthenope Parthenopenſis.

CALLIPOLIS, oppidulum Lampſaci in adverſa Cherſoneſi regione in littore ſita. Sed uti Alexander libro II de Bithynia perhibet juxta Araplum. Secunda, urbs Siciliæ, tertia urbs Cariæ. Cives omnium urbium appellantur, Callipolitani.

CALPÆ, urbs Bithynorum, de qua Theopompus lib. VIII Hellenicorum. Eſt quoque portus Calpa. Gentile, Calpenſis, uti Sinopenſis, & Calpinus, uti Peuce Peucinus: verum a portu deducitur Calpolimenita. Nonnulli hos Carpeïanos, uti Calpianos nuncupant, & urbem Carpeïam.

CALYBE, urbs Thraciæ, Macedonum colonia. Gentile, Calybitæ, ſive Calybenſes, uti ab Alybe Alybenſes.

CA-

tuſtiſſimo codice reperit, quod in contextum recepimus.

[61] Παρὰ τὸ εὐήροτον.] Calliari memoria celebratur Straboni libro citato, ſed de eo oppido nihil memorabile perhibet, niſi quod habitari deſiit. Nominis originem, quam noſter ex Strabone hauſiſſe teſtificatur, ibi hodie non reperitur, quare ex hac ſectione non incommode augeri poſſet, & ejus verba ſic conſtitui: Καλλίαρος μὲν, παρὰ τὸ εὐήροτον, οὐκέτι οἰκεῖται. Quam repletionem Euſtathius ad Homerum, quanquam non teſtetur ex Strabone petiiſſe, etiam confirmat, ita enim ille: Καλλίαρος ἀπὸ Καλλιάρου φασὶν ὠνόμασται υἱοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης· οἱ δὲ Καλλίαρα οὐδετέρως φασὶν, διὰ τὸ εὐήροτον τῆς ἐκεῖ γῆς.

[62] Πολίχνιον Λαμψάκου, ἐν τῇ περαίᾳ τῆς Χερρονήσου, ἐπ᾽ ἀκτῆς κειμένη.] Prioribus editionibus præfecti ita ſane hanc ſectionem divulgarunt, ut prorſus intelligi nequeat: Καλλίπολις, πολιχ. Λαμψ. ἐν τῇ περ. τῆς Χερ. ἐπ᾽ ἀκτῆς κειμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας δευτέρῳ κατὰ τὸν ἀνάπλουν· Τρίπολις Σικελίας, Τετράπολις Καρίας. Habuere tamen MSS codices, unde depravatam hanc lectionem condidere, quam etiam in quodam MS reperiſſe teſtatur Salmaſius ad maginem ſui libri. Xylander hos ſequendos non putavit, meliorem lectionem repræſentans, quam etiam in aliis calamo exaratis libris extare novi; poſuit tamen aſteriſcum, defectus notam, poſt vocem κειμένη. Revera fatendum eſt, hanc ſectionem nonnullis graviſſimis mendis laborare, quas partim auctoritate veterum ſcriptorum, & partim MSS fide curavimus. Sed antequam illud demonſtro, monendum eſt, Callipolin in agro Lampſaceno non eſſe ſitam, ſed e regione Lampſaci in Thracia Cherſoneſo, ubi Lampſaceni juriſdictionem exercebant, & hinc eſt, quod Strabo in deſcriptione agri Lampſaceni, ſimul etiam Callipolin deſcribat. Geographi verba ex libro XIII adducam, ut corrigantur: Καὶ ἡ Λάμψακος δ᾽ ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν εὐλίμενος καὶ ἀξιόλογος, συμμένουσα καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ Ἄβυδος. Paucis interjectis verbis ſequitur; ἐν τῇ στερρᾷ τῆς Χερρονήσου πολίχνιον ἐστὶ Καλλίπολις· κεῖται δ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆς ἐκκειμένης πολὺ πρὸς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὴν Λαμψακηνῶν πόλιν. Vox στερρᾷ Caſaubono eſt ſuſpecta, quam ego corruptiſſimam & nullius ſignificationis in hac cauſa exiſtimo, pro qua reponerem ἐν τῇ περαίᾳ, id eſt, *in ulteriori trans Helleſpontum, ſive in adverſa Cherſoneſi regione.* Longe quidem hæc emendatio abit a vulgatis Strabonis codicibus, ſed accuratius qui ejus verba conſideraverit, mecum fatebitur, Stephanum ex Geographo principium hujus ſectionis confeciſſe, & ſi mei arbitrii res foret, poſt κειμένη ponerem ὡς Σλεράβων, & ſectionem ſic perſequerer: ὡς δὲ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας δευτέρῳ, κατὰ τὴν Ἄραπλον. Quid huc faciat ἀνάπλουν, nulla ratione percipere valeo: equidem ſcio ſic appellari ſuburbium Conſtantinopolitanum, ſed ad hunc locum non pertinet, quare corrigendum cenſebam Ἄραπλον: eſt enim hoc nomine & tractu oppidulum, cujus meminit Scylax in Thracia: Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον ἐστὶ Θρᾴκη Χερρόνησος· καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Καρδία, Ἴδη, Παίωνες, Ἀλωπεκόννησος, Ἄραπλος, Ἐλαιοῦς &c. Verum & hoc non omittendum, in editione Veneta atque in Florentina tres duntaxat Callipoleis recenſeri, & in Holtmanniana quatuor; nos quoque minorem numerum agnoſcimus (optime ſcientes, plures hoc nomine civitates hac appellatione inveniri, ipſe enim Stephanus Callipolin celebrat in Κόραξ prope Naupactum) quia auctoritate & calamo exaratorum codicum fide erat ſtandum.

[63] Ἔστι καὶ λιμὴν, Κάλπη.] Et urbs & portus a fluvio Calpa nomen invenere. Strabo lib. XII: Μεταξὺ δὲ Χαλκηδόνος καὶ Ἡρακλείας ῥέουσι ποταμοὶ πλείους, ὧν εἰσὶν ὅ τε Ψίλλις, καὶ ὁ Κάλπας, καὶ ὁ Σαγγάριος. Inſignem hujus portus deſcriptionem legimus apud Xenophontem lib. VI de exp. Cyri, unde pauca tranſcribam: Τὸ δὲ χωρίον τοῦτο ὃ καλεῖται Κάλπης λιμὴν, ἐστὶ μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τῇ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἀρξαμένη δὲ Θρᾴκη αὕτη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρι Ἡρακλείας ἐπὶ δεξιᾷ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντι. Sequitur deinceps: Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ μὲν κεῖται ἑκατέρωθεν πλεόντων ἐξ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου. Reliqua quæ apud Xenophontem ſequuntur præſtantiſſima ſunt, atque digniſſima ut tranſcribantur; ſed brevitati ſtudendum.

[64] Τινὲς τούτους Καρπηΐανους, ὡς Καλπιανοὺς φασι, καὶ τὴν πόλιν Καρπηΐαν.] Hæc in omnibus editis corrupta & tranſpoſita reperiuntur, ex MSS legendum, quod; monente Salmaſio ad oram ſui libri, in contextum recepimus. Vide præterea in voce Καρπηΐα, ubi hæc emendatio partim confirmatur.

[65] Καλύβη, πόλις Θρᾴκης.] In præcedentibus noſter egit de Cabyle, quam ſupra Byzantium in Aſtarum gente collocat, ſed cum Strabo Καλύβην apud Aſtas & Macedonum coloniam celebret, ſine dubio Καβύλη & Καλύβη pro eadem civitate habenda. Strabo lib. VII: Ὑπέρκειται

ΚΑ'ΛΥΔΝΑ[66], νῆσος, [67] καὶ πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνου παιδὸς Οὐρανοῦ. λέγεται καὶ Καλυδνός· ὁ πολίτης Καλυδναῖος· καὶ Καλυδνὶς τὸ θηλυκόν· καὶ Καλυδνεὺς ὁ Ἀπόλλων, καὶ Καλύδνιος, ὡς Ἀνδροτίων ἕκτῃ Ἀτθίδος.

A CALYDNA, inſula, & urbs Thebana, ſic dicta a Calydno Cœli filio. Dicitur etiam Calydnus. Civis Calydnæus, & Calydnis genere fœminino. Et Calydneus Apollo, & Calydnius, uti Androtion perhibet libro vi de Attica.

B

ΚΑΛΥΔΩ'Ν, Αἰτωλίας πόλις, ἀπὸ Καλυδῶνος τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ τοῦ Αἰτωλοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Καλυδώνιος, καὶ Καλυδωνία.

CALYDON, urbs Ætoliæ, a Calydone Endymionis, ſive Ætoli filio ſic dicta. Gentile, Calydonius, & Calydonia.

ΚΑ'ΛΥΜΝΑ, νῆσος, ἣν [68] ὁ Σκήψιος πληθυντικῶς Καλύμνας φησί. [69] τὸ ἐθνικὸν, Καλύμνιος, ὡς Στράβων. τὸ Καλύμνιον μέλι ἐκεῖ εἶναι φησί. λέγεται καὶ Καλυμνία. τὸ ἐθνικὸν, Καλυμνιάτης.

CALYMNA, inſula, quam Scepſius C numero multitudinis Calymnas appellat. Gentile, Calymnius, auctore Strabone: tradit enim ibi Calymnium mel eſſe. Dicitur etiam Calymnia, cujus gentile, Calymniates.

ΚΑ'ΛΥΝΔΑ[70], πόλις Καρίας, [71] ὡς Καρύανδα. τὸ ἐθνικὸν, Καλυνδεύς· [72] Ἡρόδοτος ὀγδόῃ.

CALYNDA, urbs Cariæ, uti Caryan- D da. Gentile, Calyndenſis. Herodotus lib. VIII.

ΚΑ'ΛΥΤΙΣ, πόλις Συρίας· [73] Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. [74] ὁ οἰκήτωρ, Καλύτης· καὶ τὸ θηλυ-

CALYTIS, urbs Syriæ, cujus Herodotus lib. II meminit. Incola, Calytes, & fœmi-

κεῖται δὲ τῆς Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Hæc urbs hac de cauſa olim appellabatur Poneropolis, teſte Plinio lib. IV cap. XI: *Oppidum ſub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a ſitu Trimontium dicta.* Ammian. Marcel., Eutropius, Ptolomæus & alii Καβύλην appellant, ſed hujuſmodi literarum tranſpoſitiones frequentiores ſunt, quam doceri debeat.

66 Κάλυδνα, νῆσος.] Quibus in terris hæc inſula ſit ſita, Epitomator non addit, quod multo melius judico, quam cum Heſychio ſtatuere, Calydnas Rhodo finitimas eſſe. Fateor profecto admodum incertam eſſe harum inſularum poſitionem & numerum. Plinius Calydnam numero ſingulari cenſet eſſe inſulam maris Carpathii, in qua civitates *Coos* & *Olymna*, lib. IV cap. XII. Et lib. V cap. XXXI circa Doridis Gnidum Calydnam collocat, cum tribus oppidis, *Notio*, *Niſyro*, & *Mendetero*: verum hæc quemadmodum concilientur, parum video. Apud Strabonem circa libri decimi calcem, duæ opiniones inveniuntur, altera vult ab Homero Calydnas inſulas eas vocari, quæ ſunt Sporades, e quibus una ſit Calymna: Altera vult, duas inſulas Calydnas eſſe, Lerum nempe & Calymnam, eaſque ab Homero innui. Ab his diſſentit Iſacius ad Lycophronem, ſtatuens Tenum & Myconum inſulas Calydnas eſſe: Verum hic grammaticus ſibi videtur contrarius: nam Tenus & Myconus, non ſunt inſulæ Troianæ, ubi Calydnæ ab ipſo ponuntur ad hunc Lycoph. verſum:

Ὑπὲρ Καλυδνῶν λευκὰ φαίνουσαι πτίλα.

Ubi ita commentator: Καλυδναὶ, νῆσοι Τροίας, ἀπό τινος Καλύδνου.

67 Καὶ πόλις Θήβης.] In agro Thebano non erat oppidum hoc nomine, ſed ipſæ Thebæ hac appellatione inſigniebantur. Lycophron:

Ἄξει Καλύδνου τύρσιν, Αὐόνων τε γῆν
Σωτῆρ', ὅταν καμνῶσιν ὁπλίτῃ στρατῷ.

Sed Iſacius ad illum locum in dubium vocat, an Thebæ conditorem Calydnum habuerint, ita enim ille: Καλύδνου δὲ νῦν τύρσιν τὰς Θήβας λέγει· Κάλυδνος γάρ τις ἐβασίλευσε πρῶτος τῶν Θηβῶν, μεθ' ὃν Ὤγυγος, ὅν τινα Κάλυδνον καὶ πυργῶσαι τινές φασι τὰς Θήβας τὰς ἑπταπύλας· ὡς μηδὲ τὸν Ὅμηρον ἀνεγνωκότες, ὅτι Ζῆθος καὶ Ἀμφίων αὐτὴν ἐτείχισαν.

68 Ὁ Σκήψιος πληθυντικῶς.] Non puto Stephanum exacte ad rationis amuſſim feciſſe, quod duas & diverſas ſectiones finxerit de vocibus Κάλυδνα & Κάλυμνα, cum ex Scepſio appareat, unam eandemque inſulam eſſe. Hoc evidentiſſime conſtat ex ipſius Scepſii verbis apud Strabonem lib. X, quæ noſter ſine dubio reſpicit: Ὁ δὲ Σκήψιος πληθυντικῶς ὀνομάσας τὴν νῆσον Καλύμνας φησὶν, ὡς Ἀθήνας, καὶ Θήβας. Promiſcue enim ab auctoribus hæc inſula appellabatur, quod conjicere licet ex Herodoto, a quo hujus inſulæ cultores Καλύδνιοι appellantur, ita enim ille lib. VII, ubi de Artemiſia loquitur: Ἡγεμόνευε δὲ Ἁλικαρνασσέων τε καὶ Κώων, καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων.

69 Τὸ ἐθνικὸν, Καλύμνιος, ὡς Στράβων. τὸ Καλύμνιον μέλι ἐκεῖ εἶναι φησί.] His verbis, quorum ne veſtigium quidem in vulgatis libris apparet, ope meliorum codicum, Stephanum auctiorem fecimus. Vide Strabonem lib. X circa finem, ubi de Calymnio melle mentionem facit. Sed clariſſime apparet, his verbis Stephanum debere augeri ex Euſtathio ad Dionyſ. ubi ex noſtro ita commentatur: Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας καὶ τὸ μέλι Καλύμνιον λέγει, καὶ τὰς νήσους ταύτας Καλύμνας, διὰ τοῦ μ.

70 Κάλυνδα, πόλις Καρίας.] Hæc urbs erat prope Caunum. Strabo lib. XIV: Ὑπὲρ αὐτοῦ δὲ καὶ τῆς θαλάττης ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Κάλυμνα πόλις. εἶτα Καῦνος, καὶ ποταμὸς πλησίον Κάλβις· βαθύς. Sed optime ibi emendavit Cl. Caſaubonus Κάλυνδα. Eodem modo illud urbis nomen vitiatum reperitur apud Scylacem: Ἁλικαρνασσὸς καὶ λιμὴν κλειστὸς, καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον καὶ ποταμὸς, Κάλυμνα νῆσος (ibidemque legendum Κάλυδνα) Καρύανδα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν. Apud Ptolemæum Κάλινδα dicitur, & apud Plinium *Calydna*. Sed non dubito, quin verum nomen fuerit Κάλυνδα.

71 Ὡς Καρύανδα.] Veram lectionem ex MSS revocavimus: peſſime in omnibus vulgatis legebatur Κάρυνδα.

72 Ἡρόδοτος ὀγδόῃ.] Aliquoties gentile Καλυνδεύς apud Herodot. loco citato invenitur: Διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ, ἀνδρῶν τε Καλυνδέων, καὶ αὐτοῦ ἐπιπλέοντος τοῦ Καλυνδέων βασιλέος Δαμασιθύμου. Eodem loco etiam occurrit poſſeſſivum Καλυνδικός. Καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα κατήγορον γενέσθαι.

73 Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.] Incidit noſter ſine dubio in depravatum Herodoti codicem, in quem librariorum incuria irrepſerat Κάλυτις, pro Κάδυτις, qui error in libris MSS eſt frequentiſſimus, ut omnes norunt, in iis parum verſati. Herodoti verba ſunt: Καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε· μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. Quod autem præferenda ſit vox per delta ſcripta, ipſa ratio dictat, nam deducta eſt ab Hebræo קדש *Cades*, cujus memoria in variis Scripturæ locis celebratur.

74 Ὁ οἰκήτωρ, Καλύτης.] Quicquid etiam Stephanus dicat, hoc gentile a primitivo præoccupatum eſſe, non poſſum tamen mihi perſuadere, ſatis ſanum & genuinum eſſe. Corrigerem, ſi mei arbitrii foret, ὁ οἰκήτωρ Καλυτίτης· καὶ τὸ θηλυκὸν Καλυτῖτις.

θηλυκὸν Κάλυτις, διὰ τὸ περιειλῆφθαι τὸν χαρακτῆρα.

ΚΑΜΆΡΑ [75], πόλις Κρήτης. [76] καὶ ὁ πολίτης, Καμαραῖος. Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησιν, [77] ὅτι Λατὼ ἐλέγετο.

ΚΑΜΑΡΗΝΟΙ', νῆσοι Ἀραβίων· Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει. οἱ οἰκοῦντες, ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ Καμαρηνοί.

ΚΑΜΑΡΙ'Α, πόλις Ἰταλική, [78] Ἀλβανῶν ἀποίκισις· Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. οἱ οἰκήτορες, [79] Καμαρῖνοι.

ΚΑΜΑΡΙ'ΝΑ, πόλις Σικελίας, καὶ λίμνη. ἀφ' ἧς ἡ παροιμία,

Μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

ὁ πολίτης, Καμαριναῖος.

ΚΑΜΒΥΣΗ'ΝΗ [80], καὶ Ξερξήνη, αἱ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου, Περσικαὶ χῶραι. [81] τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτό.

ΚΑ'ΜΙΚΟΣ, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν, [82] ὁ Δαιδάλου. [83] Χάραξ δὲ, Ἴνυκον ταύτην φησίν. ὁ πολίτης, Καμίκιος, καὶ θηλυκῶς.

ΚΑ'ΜΙΡΟΣ, πόλις ἐν Ῥόδῳ, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κερκάφου, τοῦ [84] Ἡλιάδου, καὶ Κυδίππης.

A fœmininum Calytis, quia hæc forma in primitivo jacet.

CAMARA, oppidum Cretæ, cujus oppidanus Camaræus. Xenio in Creticis perhibet, quod etiam Lato appelletur.

B CAMARENI, Arabum inſulæ, de quibus Hecatæus in Periegeſi. Incolæ eodem modo uti primitivum Camareni vocantur.

CAMARIA, urbs Italica, Albanorum colonia, de qua Dionyſius in Romanorum C Antiquitatibus. Incolæ, Camarini.

CAMARINA, oppidum Siciliæ, & palus, unde proverbium:

Ne move Camarinam, immota enim melior.

D Oppidanus, Camarinæus.

CAMBYSENE, & Xerxene, regiones Perſicæ, a Cambyſe & Xerxe ſic dictæ. Gentile, idem eſt.

CAMICUS, oppidum Siciliæ, in quo E Cocalus regnabat Dædali hoſpes. Charax vero Inycum appellat. Oppidanus, Camicius, quod etiam gen. fœm. uſurpatur.

CAMIRUS, urbs in Rhodo, ſic dicta a filio Cercaphi, qui erat Solis & Cydippæ filius.

75 Καμάρα, πόλις Κρήτης.] Hoc genuinum eſſe oppidi nomen liquet ex nummo apud Goltzium, cum inſcriptione ΚΑΜΑΡΑΣ. De eo etiam Ptolemæus mentionem facit lib. III cap. XVII.

76 Καὶ ὁ πολίτης, Καμαραῖος.] Ita ſupplevit hunc locum Salmaſius in margine ſui libri, ut & Meurſius in Cretæ deſcriptione, qui etiam ſequentia confuſa in vulgatis reſtituit. Legebatur enim in editis: καὶ ὁ πολίτης * ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησὶν, ὅτι Λατὼ ἐλέγετο.

77 Ὅτι Λατὼ ἐλέγετο.] Libri Palatini & Voſſianus, ἥτις Λατὼ ἐλέγετο.

78 Ἀλβανῶν ἀποίκισις.] Libri MSS, & editiones ante Xylandrianam in lucem emiſſæ, Ἀλβανῶν ἀπόκτισις. Et quod mirandum, illud vitium quoque Dionyſii Halicarnaſſei codices occupat, ita enim libro I legitur, qui locus a Stephano innuitur: Ἦν δὲ Ἀλβανῶν ἀπόκτισις ἡ Καμερία, πολλοῖς χρόνοις ἀποσταλεῖσα πρότερον τῆς Ῥώμης. Sed ſine dubio ibi legendum ἀποίκισις, quemadmodum in Stephano emendavimus, erat enim Albanorum colonia Cameria, multo tempore antequam Roma conderetur, miſſa. Non parva ſane differentia eſt inter ἀποίκισιν & ἀπόκτισιν: eſt enim ἀποίκισις proprie ἀποικία, populi in coloniam deductio; ſed ἀπόκτισις, ipſa urbis ædificatio, cum muro & foſſa cingitur. Vide porro de nominibus & aliis rebus ad Cameriam ſpectantibus, Cluv. Ital. antiq. lib. II cap. IX.

79 Καμαρῖνοι.] Gentile nomen plurimis in locis apud Dionyſ. Halicarnaſ. lib. I occurrit.

80 Καμβυσηνὴ καὶ Ξερξήνη, αἱ ἀπὸ Καμβ. &c.] Peſſime hunc locum, ſi quem alium, tractarunt librarii. Priores editiones: Καμβύσην, καὶ Ξέρξην, ἢ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου. Xylander, videns hanc lectionem nihil ſani continere, emendabat: Καμβύσην καὶ Ξέρξην, ἢ ἀπὸ Καμβύσου &c. Salmaſius in margine ſui Stephani legere conatur: Καμβυσηνοὶ, καὶ Ξερξηνοὶ, αἱ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου Περσικαὶ χῶραι. Sollicitavit quoque hunc locum Caſaubonus ad Strab. eum ita reſtituendo: Καμβυσηνὴ, καθάπερ Ξερξήνη, ἀπὸ Καμβύσου &c. Exiſtimo autem, nos veram lectionem divulgaſſe, quod manifeſtiſſime liquet ex ipſo Stephano, ita enim ille alibi: Ξερξήνη, ἀπὸ Ξέρξου, ὡς Καμβυσηνὴ ἀπὸ Καμβύσου. Quod autem noſter addat, eſſe Perſicas regiones, illud cum Caſaubono a veritate remotum exiſtimo, niſi noſter intelligat regiones, Perſarum imperio ſubditas atque parentes.

81 Τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτό.] Noli exiſtimare gentile nomen eſſe Καμβυσηνή, ſed noſtrum loqui de eadem forma: quemadmodum enim Καμβυσηνή pro regione ſumitur, ſic Καμβυσηνοί pro incolis, quæ nomina ſunt ejuſdem formæ, apud orientales uſitatæ.

82 Ὁ Δαιδάλου.] Cave putes, Cocalum Dædali filium fuiſſe, quod multi perperam in dictionariis ſuis ex hoc loco confirmare nituntur. Bene meo quidem judicio Cluverius ξενοδόχον ſubintelligit: nam cum a Minoë capitis eſſet damnatus Dædalus, e vinculis cum filio elabitur, & Inycum Sicanorum oppidum ad Cocalum ſalvus pervenit, uti ſcribit Pauſanias in Achaïcis, Hyginus fab. XL, & alii.

83 Χάραξ δὲ Ἴνυκον ταύτην φησίν.] Hæc verba Cluverius in Siciliæ deſcriptione, interpretando leniens, inquit, Characem non velle, unum eſſe eundemque locum Inycum & Camicum: ſed, cum alii Camicum fuiſſe regiam Cocali adfirmarent, ipſe e diverſo Inycum ſedem ejus fuiſſe perhibet.

84 Ἡλιάδου καὶ Κυδίππης.] Libri Palatini & Voſſianus Πηλιάδου, & editi quotquot ſunt Πολιάδου. Verum neque in MSS, neque in vulgatis genuina erat lectio. Nos repoſuimus Ἡλιάδου, quæ veriſſima eſt lectio, inducti auctoritate ipſius Stephani: Λίνδος, πόλις ἐν Ῥόδῳ, Κερκάφου τοῦ Ἡλίου καὶ Κυδίππης &c. Hac ſectione non utitur noſter voce Ἥλιος; ſed patronymico Ἡλιάδου; quod eodem redit. Ἡλιάδαι enim ſive Solis filii inſulam hanc habitarunt, teſte Strabone lib. XIV: Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας, οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον· ὧν ἑνὸς Κερκάφου καὶ Κυδίππης γενέσθαι παῖδας, τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν. Pindarus Olymp. Od. VII:

... ὧν εἷς μὲν Κάμειρον
Πρεσβύτατόν τε Ἰάλυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ...

Ad quæ verba ita commentatur Scholiaſtes: Τῶν ἑπτὰ (τοῦ Ἡλίου) παίδων εἷς ὁ Κέρκαφος, ἐκ Κυδίππης, τῆς Ὀχίμου θυγατρὸς;

της. ἀπὸ Κερκάφου δὲ αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες A [85]Κερκαφίδες. ἦσαν δὲ τρεῖς, ὡς Ὅμηρός φησι,

> Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμιρον.

[86]ὁ πολίτης, Καμιρεύς. Πείσανδρος ὁ δημιότατος ποιητής, Καμιρεὺς ἦν. λέγεται καὶ B Καμιρίτης, καὶ Καμιραῖος· καὶ θηλυκῶς.

ΚΑΜΜΑΝΙ'Α, μοῖρα Θεσπρωτίας· μετωνομάσθη δὲ Κεστρινία. [87]ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος. ἔστι κτίσμα Κεστρίνου, τοῦ C υἱοῦ Ἑλένου, [88]τοῦ Πελάμου. οἱ οἰκήτορες [89]Καμμανοί, ὡς τῆς Καμπανίας Καμπανοί.

ΚΑ'ΜΠΟΣ, κτίσμα Καμπανοῦ, [90]ἀφ' οὗ ἐκτίσθησαν. τὸ θηλυκὸν, Καμπανὶς καὶ Καμπανή. D

ΚΑ'ΝΑΘΑ [91], πόλις πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Καναθηνός. ἔν τισι δὲ διὰ τοῦ ι γράφεται.

ΚΑ'ΝΑΙ, [92]πολίχνιον Εὐβοϊκὸν, [93]ἢ Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου. E

ἔστι

lius. Sed a Cercapho Rhodiæ fœminæ Cercaphides nominantur. Erant autem tres Rhodi urbes, de quibus Homerus:

> *Lindum Jalyſumque & album Camirum.*

Oppidanus, Camirenſis. Piſander clariſſimus poëta Camirenſis erat. Dicitur quoque Camirita, & Camiræus, cujus & fœmininum extat.

CAMMANIA, pars Theſprotiæ, quæ mutato nomine Ceſtrinia vocata eſt, ex qua fluit Cadmus fluvius Ceſtrinus dictus. Ceſtrini filii Heleni, Priami nepotis opus eſt. Incolæ appellantur Cammani, uti a Campania Campani.

CAMPUS, opus Campani; a quo conditi fuere. Fœmininum eſt Campanis & Campani.

CANATHA, urbs verſus Boſtram Arabiæ. Gentile, Canathenus. In quibuſdam vero per jota ſcribitur.

CANÆ oppidulum Euboïcum, vel Locrorum e Cyno profectorum, juxta Lesbi extremi-

θυγατρὸς, ἐγέννησε τρεῖς υἱοὺς, ὧν τὰ ὀνόματα ὁ Πίνδαρος ἐξέθετο. Vide præterea Diod. Siculum lib. v, & alios.

85 Κερκαφίδες.] Sic ſolent poëtæ, vel a conditoribus, vel a clarioribus in republica civibus nomina fingere, quæ urbis ſive regionis incolis attribuunt, qua de re vide Stephanum in Ἀθῆναι, atque aliis locis. Hic ergo Ῥόδιαι γυναῖκες Κερκαφίδες appellantur a Cercapho, cujus rei exemplum luculentiſſimum extat apud Apollonidem Anthol. lib. I cap. LX: non loquitur ibi poëta de fœminis, aſt de viris:

> Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις
> Ὁ πρὶν Κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορέειν.
> Ὑψιπετὴ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς
> Ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
> Κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χεῖρὶ συνήθης
> Κρέντερος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

Verum hac appellatione inſigniri fœminas, etiam docet Euſtathius ad Iliad. B: Ἡλίου δὲ Ῥόδου νύμφης υἱὸς Κέρκαφος, οὗ δὲ Κυδίππης, Λίνδος, Ἰηλυσσὸς, καὶ Κάμειρος, ὃν δὲ ὁ Χοιροβοσκὸς κατὰ κανόνα διὰ δίφθογγον γράφει ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ· ἐκ δὲ τοῦ ῥηθέντος Κερκάφου, Κερκαφίδες αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες ἐκαλοῦντο. Igitur *Cercaphidæ* ſunt viri Rhodienſes, & *Cercaphides* fœminæ.

86 Ὁ πολίτης, Καμιρεύς.] Illud gentile paſſim in uſu eſt apud bonos auctores. Diod. Sicul. lib. v: Παρὰ δὲ Καμειρεῦσιν Ἥραν Τελχινίαν. Sic quoque gentile illud Καμιραῖος, quod apud noſtrum ſequitur, apud Suidam legitur: Πείσανδρος, Πείσωνος δὲ Ἀρισταίχμης, Καμειραῖος, ἀπὸ Ῥόδου. Plura de illo Poëta vide apud Voſſium, & Meurſium in Rhodi deſcriptione lib. II cap. XI.

87 Ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος.] Quid ſibi hæc velint verba, fateor me non ſatis accurate capere, nam apud neminem, quod ſciam, Cadmi fluvii memoria celebratur. Aliquando ſuſpicatus ſum pro Κάδμος ſubſtituendum Θύαμις, qui fluvius Theſprotiam & Ceſtriniam diſterminat. Thucyd. lib. II: Ῥεῖ δὲ ὁ Θύαμις ποταμὸς, ὁρίζων τὴν Θεσπρωτίδα, καὶ Κεστρίνην. Verum cum hæc emendatio longiſſime recedat a vulgata lectione, aliunde lucem exſpectabimus.

88 Τοῦ Πελάμου.] In omnes vulgatos menda irrepſerat, legebatur enim Πελαμίδου. Sed aliter nos docuerant mythologiæ doctores, Meurſius in Lectionibus Atticis, & cod. Voſſianus MS.

89 Καμμανοί.] Polybius excerpt. Legat. CVI: Ὅτι Τιβέριος τοὺς Καμμανοὺς τὰ μὲν βιασάμενος. &c.

90 Ἀφ' οὗ ἐκτίσθησαν.] Vel ſubintelligendum Καμπανοί, vel legendum ἐκτίσθη numero ſingulari. Ad hanc ſectionem Salmaſius in margine ſui Stephani ita ſcribit: Καμπανοί, ὅτι Κάμπον ἔκτισαν, περὶ τὴν Κύμην τόπον οὕτω λεγόμενον· ὅθεν δὲ Καμπανοὶ ἐκλήθησαν. *Hæc invenimus*, inquit, *in Etymologico Suidæ non vulgato.* Certe Euſtathius ad Dionyſium cenſet, *Campanos* ab oppido quodam *Campo* nomen inveniſſe, ita enim ille: Οἱ Καμπανοὶ ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου ἐκεῖ κάμπου ὠνομάσθησαν, ἢ ἀπὸ Κάμπου πόλεως.

91 Κάναθα, πολ. πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβ.] Non dubito quin idem ſit oppidum, quod noſter in præcedentibus Ἄννα vocavit. Hierocles & alii *Canotha* appellant. Eſt civitas Epiſcopalis Arabiæ ſub Boſtrenſi Metrop. Verum confundendum non eſt cum *Cana*, quod Galilææ oppidum eſt, & miraculo noſtri Salvatoris clariſſimum.

92 Πολίχνιον Εὐβοϊκόν.] Voſſianus: Εὐβοϊκῶν. Verum vulgata lectio eſt præferenda. Oppidulum in Eubœa hoc nomine non fuit, ſed promontorium, Thermopylis oppoſitum. Strabo lib. x: Τὸ μὲν οὖν Κήναιον ἐστὶ κατὰ Θερμοπύλας. Sed noſter promontoria, oppidula & alia quæ accuratiorem meditationem merentur, ſæpe confundit. Ipſe noſter hujus promontorii meminit: Δῖον, πόλις Εὐβοίας, περὶ τὸ Κήναιον. Ibi colebatur Jupiter Cenæus, de quo etiam Sophocles Trachiniis:

> Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοιΐς, ἔνθ' ὁρίζεται
> Βωμοὺς τέλη τ' ἐγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

Et Seneca OEtæo:

> *Qua templa tollens acta Cenæi Jovis*
> *Auſtro timendum ſpectat Euboïcum mare.*

Ergo liquet in Eubœa promontorium fuiſſe Cenæum, in quo templum Jovis Cenæi.

93 Ἢ Λοκρῶν, τῶν ἐκ Κύνου, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου.] Hæc corrupta & mutila in vulgatis libris ad hunc modum circumferuntur: Ἢ Λοκρῶν, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου. Sed libri Palatini, nunc Vaticani, optime ſuppeditabant, quod jam divulgavimus. Quin imo, ſic debere ſuppleri & emendari iſtum locum, luculentus Strabo teſtis eſt, ex cujus lib. XIII hæc deprompta ſunt: Κάναι δὲ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ νοτιώτατα, κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ. Ergo Canæ ſunt oppidulum Æolicum, quod Locri ex Cyno profecti in Æolide condidere. Livius lib. XXXVII: *Seleucum in Æolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes. Quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Phocæa Erythriſque, Romani ſollicitabant. Claſſis Romana, ſicut ante dictum eſt, ad Canas hibernabat.*

ἔστι καὶ ὄρος Κάνη, καὶ πόλις, καὶ λίμνη. ἔστι καὶ A πόλις τῆς Τρωάδος. εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν, [94] πλησίον Καρχηδόνος. [95] τὸ ἐθνικὸν Καναῖος, καὶ Καναία. ἔστι καὶ πόλις [96] Κάναι τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· [97] Στράβων ιγ΄. [98] Καναῖος Ζεὺς, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ Καναίου, ἀλλὰ B καὶ ἀπὸ τῆς Κάνης.

ΚΑ'ΝΑΣΤΡΟΝ, ἄκρον Θράκης καὶ Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Καναστραῖος. Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, [99] Καναστραῖον φησὶν ἀκρωτήριον τῆς Παλλή- C νης. ἀλλ᾽ ἐναντιοῦται τὰ ἐθνικὰ, εἰ μὴ καὶ τοῦτο ἐκλάβοιμεν παραπλησίως τῷ [1] Λέχαιον, καὶ Λέχαιος. καὶ Λύκειον τὸ γυμνάσιον, καὶ Λύκειος Ἀπόλλων. καὶ Νυμφαῖον, καὶ Νυμφαῖος.

ΚΑ'ΝΔΑΣΑ, [2] ὡς Μύλασα, Πήγασα, D φρούριον Καρίας· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κανδασεὺς, καὶ Κανδασίς.

ΚΑ'ΝΔΑΡΑ, πόλις Παφλαγονίας, [3] ὡς σχοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν, καὶ Θαρίβης κώμης. οἱ οἰκήτορες, [4] Κανδαρηνοί· καὶ Ἥρας E Κανδαρηνῆς ἱερόν.

ΚΑ'ΝΔΥΒΑ, οὐδετέρως, [5] πόλις Λυκίας, ἀπὸ Κανδύβου παιδὸς Δευκαλίωνος. τὸ ἐθνικὸν, Κανδυβεύς.

ΚΑΝΘΗΛΙ'Α, πόλις περὶ Καρχηδόνα. F Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἡρόδοτος.

ΚΑΝΘΗ'ΛΗ [6], πόλις Λιβοφοινίκων. καὶ Ἑκαταῖος οὕτω.

KAN-

tremitates. Eſt quoque mons Cana, & urbs, & palus. Eſt etiam Troadis oppidum. Sunt quoque Cannæ per duplex N, prope Carthaginem. Gentile, Canæus & Canæa. Eſt præterea urbs Canæ ad Tigrim fluvium. Strabo lib. XIII: Hinc Canæus Jupiter, non duntaxat a Canæo promontorio, ſed etiam ab urbe Cana.

CANASTRUM, promontorium Thraciæ & Macedoniæ. Gentile, Canaſtræus. Sophocles qui in Argonautica commentarium edidit, Canaſtræum Pallenæ promontorium eſſe perhibet: verum gentilia contraria ſunt, niſi hujus vocis gentile excipiamus, quod eodem modo ſe habet uti Lechæum & Lechæus, & Lyceum gymnaſium, & Lyceus Apollo, & Nymphæum & Nymphæus.

CANDASA, uti Mylaſa, Pegaſa, caſtellum Cariæ, de quo Polybius lib. XVI. Gentile, Candaſenſis, & Candaſis.

CANDARA, urbs Paphlagoniæ, tres circiter ſchœnos a Gangris, & Thariba vico diſtans. Incolæ, Candareni. Et Junonis Candarenæ templum.

CANDYBA, genere neutro, urbs Lyciæ, a Candybo Deucalionis filio nomen habens. Gentile, Candybenſis.

CANTHELIA, urbs circa Carthaginem, de qua Hecatæus in Aſia. Herodotus.

CANTHELE, urbs Libyphœnicum, & ſic quoque Hecatæus.

CAN-

94 Πλησίον Καρχηδόνος.] Peſſimo errore noſter Cannas ex Europa in Africam, & ex Apulia prope Carthaginem transfert. Florus lib. II cap. VI: *Quartum, id eſt, pæne ultimum vulnus imperii, Cannæ: ignobilis Apuliæ vicus, ſed magnitudine cladis emerſit.* Vide Cluv. Ital. Antiq. lib. IV cap. XII.

95 Τὸ ἐθνικὸν, Καναῖος.] Sic ab Eubœæ & Æolidis oppido formari poteſt; ſed ab Italica cum duplici ν Καννaῖος. Plinio lib. III cap. XI CANNENSES appellantur.

96 Κάναι τοῦ Τίγρητος.] Non ſatis hæc Canæ cognitæ ſunt. Reperitur *Cana* prope Sachaliten ſinum in thurifera regione. Arrianus: Ἐμπόριόν ἐστιν ἕτερον παραθαλάσσιον Κανη, βασιλείας Ἐλεάζου, χώρας λιβανωτοφόρου.

97 Στράβων ιγ΄.] Quid putas, mi lector, Strabonem libro XIII *Canæ* ad Tigrim ſitæ memoriam celebraſſe? Cave hoc credideris. Excidere hæc verba ſuo loco, vel collocanda ſunt poſt vocem Λέσβου, vel poſt vocem Τρωάδος; nam *Canarum* a Locris in Æolide conditarum Strabo lib. XIII mentionem fecit, ut & Canarum Troadis.

98 Καναῖος Ζεύς.] Quemadmodum hæc in fine hujus ſectionis ſint emendanda, monet Cl. Rutgerſius Var. Lect. lib. II. Peſſime exhibebant libri vulgati: Κιναῖος Ζεὺς, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ Κιναίου, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς Καίνης. Verum is Κηναῖος & Κηναίου reſtituit auctoritate Sophoclis, Æſchyli & Senecæ. Nos fidem codicum MSS ſequuti, vocem Καναῖος recepimus, ut derivativum ſuo primitivo reſponderet. Quanquam probe noverim, poëtas ſolere primum elementum ſecundum idioma ſuum mutare.

99 Καναστραῖον φησὶν ἀκρωτήριον.] Diſputat noſter cum Sophocle, doctiſſimo in Apollonii Rhodii Argonautica Scholiaſte, an promontorium illud, de quo jam agitur, Κάναστρον, an vero Καναστραῖον ſit nuncupandum. Sic Scylax: Καναστραῖον τῆς Παλλήνης ἱερὸν ἀκρωτήριον. Sic quoque Herodotus Καναστραίην ἄκρην appellat, & non male gentile nomen cum ſubſtantivo adhibet. Puto tamen primitivum eſſe Κάναστρον, vel Κάναστρα. Etymologici Mag. auctor: Κάναστρα, ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. Sic quoque Lycophronis Scholiaſtes: Χάλαστρα δὲ ἡ Κάναστρα πόλις καὶ λίμνη Μακεδονίας. Si quis autem voce Καναστραῖον uti velit, per me licet, ſed ἀκρωτήριον vel ſimile quid ſubintelligi oportet. Thucydides lib. IV: Καὶ τὴν κατὰ Καναστραῖον πυλίδα διῄρουν.

1 Λέχαιον καὶ Λεχαῖος.] Lechæum eſt navale Corinthiorum, cui Leches Neptuni & Pirenæ filius nomen dedit, de quo Pauſanias in Corinthiacis.

2 Ὡς Μύλασα.] Corrupte in omnibus legebatur Μάλασα, quod correximus MSS codicum auctoritate. Vide quoque Stephanum in iſthac voce.

3 Ὡς σχοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν, καὶ Θαρίβης κώμης.] Hæc corruptiſſima in vulgatis libris circumferebantur: ὡς ἀπὸ σχοινίων Γαγγρῶν. καὶ Θάρβα κώμη. Sed ſenſus eſt commodior, emendante Salmaſio ad oram ſui Stephani: imo correctio ejus tantopere placuit, ut eam in contextum receperim.

4 Κανδαρηνοί.] Ita vocandi erant incolæ hujus urbis, non Κανδρηνοί, quod editi repræſentant. Sic etiam pro Ἥρας Κανδρηνῆς ἱερὸν, repoſuimus Κανδαρηνῆς.

5 Πόλις Λυκίας.] Plinius lib. V cap. III: *Lycia quondam* LX *oppida habuit, nunc* XXXVI *habet. Ex his celeberrima præter ſupra dicta Canas. Candyba, ubi laudatur Œnium nemus.*

6 Κανθήλη, πόλις Λιβοφοινίκων.] Hæc Bocharto eadem videtur urbs, quam noſter jam *Cantheliam* nominavit, & circa Carthaginem poſuit. Cenſet idem vir doctus *Canthele* idem eſſe quod קנתאל *Canath-el* Saturni prædium,

ΚΑΝΤΑΒΡΙ'Α, χώρα. Στράβων τρί- A τῃ. οἱ οἰκήτορες, Καντάβροι. [7] ὡς τῆς Καλαβρείας Καλαβροί.

ΚΑ'ΝΤΑΝΟΣ [8], πόλις Κρήτης, ὡς [9] Ξενίων, ἐν περιορίῳ Κρητικοῦ τόπῳ. τὸ ἐθνικὸν, Καντάνιος. B

ΚΑΝΥ'ΣΙΟΝ, μεγίστη πόλις [10] τῶν Ἰταλιωτίδων πόλεων· Στράβων ἕκτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Κανύσιος, ἢ Κανυσίτης, ὡς Στράβων.

ΚΑ'ΝΥΤΤΙΣ [11], πόλις Συρίων μεγάλη, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Κανυτίτης. C

ΚΑ'ΝΩΠΟΣ [12], οὕτως ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ π. γράφεται δὲ ὅμως διὰ τοῦ β. [13] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ· Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἀπὸ Κανώβου κυβερνήτου Μενελάου, ἀποθανόντος αὐτόθι. καὶ ἱερὸν [14] Ποσειδῶνος Κανώβου, [15] καὶ νῆσος. [16] τὸ ἐθνικὸν, Κανωβίτης. καὶ τὸ κτητικὸν, Κανωβικός. καὶ Κανωβικὴ διῶρυξ, καὶ τὸ Κανωβικὸν στόμα. καὶ Κανωβὶς θηλυκῶς. ἔστι καὶ Λιβύης [17] τόπος Κάνωβος. D E

ΚΑΟΥ~Σ, κώμη τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελφουσίας γῆς. ὁ πολίτης, Καούσιος· ἐκεῖ γὰρ οὕτως Ἀσκλη-

CANTABRIA, regio, de qua Strabo lib. III. Incolæ, Cantabri, uti a Calabria Calabri.

CANTANUS, urbs Cretæ, de qua Xenion in Creticis. Gentile, Cantanius.

CANYSIUM, maxima Italicarum urbium, de qua Strabo libro ſexto. Gentile, Canyſius, vel Canyſita, uti idem Strabo perhibet.

CANYTIS, Syrorum magna civitas, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Canytita.

CANOPUS, ita ſcribi oportebat per P. Scribitur tamen etiam per B, apud Strabonem libro XVII: Canopus urbs eſt, centum & viginti ſtadiis terreſtri itinere ab Alexandria diſtans. Nomen habens a Canobo, Menelaï gubernatore, qui ibi obiit. Et templum Neptuni Canobi, & inſula. Gentile, Canobita: & poſſeſſivum Canobicus, & Canobica foſſa, & Canobicum oſtium, & Canobis genere fœminino. Eſt quoque Canobus Libyæ locus.

CAUS, vicus regionis Telphuſiæ in Arcadia. Incola, Cauſius. Ibi enim Æſcu-

dium. Erat enim ibi Saturni vicus, de quo Ponticus in vita Cypriani: *Curubitana civitas dicitur ubi in exilium fuit. Vicus, ubi in domo principis officiorum habitavit, dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam.* Vide plura apud Bochartum lib. I de Col. Phœn. cap. XXIV.

7 Ὡς τῆς Καλαβρείας Καλαβροί.] Non ſunt hæc verba in vulgatis. Codex Voſſianus ea nobis ſuppeditans, non potui, quin noſtro redderem.

8 Κάνταν@, πόλις Κρήτης.] Urbs ſatis nota eſt ex Epiſcopis, qui tempore Chriſtianorum eccleſiæ præfuerunt. Paullus quidam *Cantani* Epiſcopus in Chalcedonenſi ſynodo celebratur.

9 Ξενίων ἐν περιορίῳ Κρητικοῦ τόπῳ.] Hæc quam inſana ſint, & omni prorſus ſenſu deſtituta, nemo non videt. Xenion ex noſtro in vocibus Κάμαρα, Δρήρος, Ἄρκαδες, ut & libri inſcriptio, ſatis eſt cognitus, ſed nuſquam ἐν περιορίῳ Κρητικοῦ τόπῳ. Salmaſius in margine ſui Stephani forte legendum conjicit: ὡς Ξενίων ἐν τῷ περὶ ὁρίων Κρητικῶν· Κρητικῷ τόπῳ τὸ ἐθνικὸν, Καντάνιος. Mihi, ut verum fatear, hæret aqua, & amplius deliberandum cenſeo, donec aliunde lux affulgeat.

10 Τῶν Ἰταλιωτίδων πόλεων.] Ultima vox a vulgatis libris aberat, quam ex MS Voſſiano heic inſerere libuit. Locus a noſtro eſt tranſcriptus ex Strabonis lib. VI, uti ipſe fatetur: Οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκειται δύο πόλεις ἐν γε τῷ πεδίῳ μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονέναι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον, καὶ ἡ Ἀργυρίππη, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν. Plura de hac civitate videſis Cluverium.

11 Κάνυτις, πόλις Συρίων.] Judico eandem hanc eſſe urbem, quam noſter in præcedentibus ex Herodoto Κάλυτιν appellavit. Videſis quæ ad iſtam ſectionem diximus.

12 Κάνωπος, οὕτως ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ π. &c.] Hanc ſectionem librarii, in geographicis imperitiſſimi, in duas diſpertiti fuerant hoc modo: Κάνωπος, ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ β. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. Hinc incipit altera ſectio: Κανώβοστα, ἔστι πόλις ἐν εἴκοσι &c. Nos totum locum mutilum atque corruptiſſimum ſanitati priſtinæ reſtituimus, quem ſi contulerit lector cum aliis editionibus, revera experietur, quid diſtent æra lupinis. Verum negotium illud non confecimus, tanquam ſuffeni, noſtra, ſed partim Codicis Voſſiani, & partim Euſtathii auctoritate, qui ſua ætate eodem prorſus modo in Stephani MSS legebat, ita enim ille in Comment. ad Dionyſium: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας φησὶν, ὅτι ἔδει μὲν Κάνωπον γράφειν τὴν πόλιν διὰ τοῦ π. γράφεται δὲ ὅμως διὰ τοῦ β. Quemadmodum hoc vocabulum ſit ſcribendum, etiam diſputat Etymologici Mag. Auctor, ſed in eadem cum Stephano opinione verſatur. Locum apprime ad rem facientem huc tranſcribam: Κάνωπος δεῖ λέγειν, οὐ Κάνωβος· ἐπειδὴ οὐδὲν εἰς ος λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραληγόμενον τῷ ω, ἔχει τὸ β ἢ τὰ ἀρκτικὸν τῆς τελευταίας συλλαβῆς, ἀλλ' ἢ ἕτερον, ἢ τὸ π, Κρότωπος, ἄνθρωπος· οὕτω καὶ Κάνωπος. Et ſic quoque hanc vocem & omnia ejus derivata apud Scylacem ſcriptam reperi. Ex his omnibus manifeſtiſſime apparet, quid de hac noſtra correctione ſit ſtatuendum: Hunc locum ſi abſque fomentis adhibendis præteriiſſem, ingens & putridum ulcus in eo remanſiſſet.

13 Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ.] In omnibus editis legitur, ἑκκαιδεκάτῃ. Sed verum numerum revocavimus. Nam ſequentia apud Strabonem libro XVII inveniuntur. Verum in Stephani MSS & vulgatis poſt vocem Ἀλεξανδρείας ſequitur copulativa καὶ, quam expungendam curavi, cum heic nullius ſit uſus, atque etiam a Strabone abſit.

14 Ποσειδῶνος Κανώβου.] Codex Voſſianus, καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος Κάνωβον.

15 Καὶ νῆσος.] Sic quoque Euſtathius ad Dionyſium: Ἔστι δὲ, ὡς ἱστοροῦσί τινες, καὶ νῆσός τις Κάνωβος. Hæc Euſtathium ex noſtro hauſiſſe, perſpicue ſatis liquet. Optime Scylax: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι Κανωπικῷ ἐστὶ νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Κάνωπος, καὶ σημεῖα ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Μενέλεω τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ᾧ ὄνομα Κάνωπος, τὸ μνῆμα.

16 Τὸ ἐθνικὸν, Κανωβίτης.] Euſtathius eo gentili utitur: Ἐμφαίνει δὲ ἐκεῖνος καὶ τρυφᾶν τοὺς Κανωβίτας, ἐν οἷς λέγει τὸν Κανωβισμὸν, καὶ τὴν ἐκεῖ λαμυρίαν. Poſſeſſiva ab hac voce derivata paſſim extant apud Strabonem & alios. Præter Κανωβίτης, quod juxta Libycum ſive Ægyptium charactera formatum eſt, etiam Κανωβεύς reperitur, quod Græca forma gaudet. Pauſanias in Phocicis:

Ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

17 Τόπος Κάνωβος.] Sic Xylandriana exhibet, ſed Veneta atque Florentina Κάνωπος. Et ſic quoque conſtanter MSS codices.

A Ἀσκληπιὸς ἐτιμᾶτο Καῦσιος, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ.

ΚΑ´ΠΑΙ, πόλις Ἑλλησποντία. Ἀνδροτίων γ´ Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Καπαῖος, ὡς Ναπαῖος.

B ΚΑΠΕΤΩ´ΛΙΟΝ, ἐν Ῥώμῃ λόφος, [18] Ταρπαῖος πάλαι λεγόμενος. περὶ δὲ τῆς γραφῆς τοῦ τεμενικοῦ ὁ Εὐδαίμων, διὰ τοῦ ι φησίν. Εἰρηναῖος προπαροξυνεῖ, διὰ τοῦ ι γράφων. Ἡρωδιανὸς δὲ, Καπετωλίειον, ἐν ἓξ συλλαβαῖς· καὶ ἐν συναιρέσει, [19] Καπετω- C λεῖον. [20] τὸ δὲ Καπετωλεῖα, ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος, προπερισπᾶται. [21] ὅσα γὰρ ἔχει προϋπάρχον τὸ ι, εἰς ος λήγει καθαρὸν, παραληγόμενα ἢ μόνῳ τῷ ι, ἢ προηγουμένου αὐτοῦ τοῦ α. ὥστε εἶναι πρὸ τέλους τὴν αι δίφθογγον, προπερι- D σπᾶται· ἢ καὶ ὅσα κτητικά· Ἀσκληπιεῖον, Ἀσκληπιὸς γάρ· Πτολεμαεῖον, Πτολεμαῖος γάρ· Ὀλυμπίεια τὰ Ἀθήνησιν, Ὀλύμπιος γάρ. τὸ δὲ τέμενος, Καπετώλιον, [22] καὶ Καπετώλιος Ζεὺς, διὰ τοῦ ι. [23] τὸ ἐθνικὸν, Κα- E πετωλῖνος.

ΚΑΠΙ´ΝΝΑ [24], Τυῤῥηνικὴ πόλις. λέγεται καὶ πληθυντικῶς. [25] τὸ ἐθνικὸν, Καπιννάτης καὶ Καπιννήτης, ὡς Αἰγινάτης, καὶ Αἰγινήτης. τὸ κτητικὸν, [26] Καπιννάτιος. F

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙ´Α, χώρα τῇ Κιλικίᾳ [27] πρόσβοῤῥος, ὥς φησι Μένιππος, ἀπὸ Σινώπης [28] εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ὃς ὁρίζει Πα-

A Æſculapius nomine Cauſius colebatur, teſte Pauſania libro VIII.

CAPÆ, urbs Helleſpontia, cujus meminit Androtio libro III de Attica. Gentile, Capæus, uti Napæus.

B CAPITOLIUM, collis in urbe Roma, olim Tarpæus dictus. Eudæmon perhibet, vocem cum I eſſe ſcribendam, ubi pro templo ſumitur. Irenæus vocem per jota ſcribens, eam in antepenultima accentu notat. Sed Herodianus vocem ſex ſyllabis effert C Καπετωλίειον, & per ſynæreſin Καπετωλεῖον. Verum Καπετωλεῖα ubi de certamine uſurpatur, in penultima circumflectitur. Quæcunque enim in penultima habent jota, in ος purum deſinunt, vel ſi duntaxat I in antepenul- D tima habeant, vel ipſi præcedat A, ut inde in penultima diphthongus αι oriatur, in penultima circumflectuntur, & quotquot etiam poſſeſſiva ſunt. Aſclepieum fit ab Aſclepius, Ptolemaeum a Ptolemæus, & Olympica, ludi Athenis celebrati, ab Olympius. Templum E Capetolium dicitur, & Jupiter Capetolius per I. Gentile, Capetolinus.

CAPINNA, urbs Tyrrhenica, cujus nomen etiam numero plurativo effertur. Gentile, Capinnates & Capinnetes, uti Æginates & Æginetes. Poſſeſſivum, Capinnatius.

CAPPADOCIA, regio ad partem aquilonarem Ciliciæ vergens, uti Menippus auctor eſt. A Sinope uſque ad Euarchum fluvium, qui Pa-

18 Ταρπαῖος λεγόμενος.] Non bene in hactenus editis Ταρφαῖος excuſum legitur. Sequimur nos Voſſiani codicis, auctoritatem. Imo ſic voluiſſe Stephanum, alibi liquet: Τάρπη, πόλις Ἰταλίας· καὶ Ταρπαῖον ὄρος· καὶ ἐθνικὸν, Ταρπαῖος &c. Dionyſ. Halicarnaſſ. Ταρπήϊος dicitur, ita enim ille lib. III: Ὃς τότε μὲν ἐκαλεῖτο Ταρπήϊος, νῦν δὲ Καπετωλῖνος. De Capitolio Romano ejuſque nominibus, videndus Juſtus Ryquius, qui præſtantiſſimum libellum de hoc monte & arce conſcripſit.

19 Καπετωλίειον.] Omnes vulgati & calamo exarati codices Καπετωλίειαν exhibebant, quod ſine dubio tam procul ab Herodiani mente abeſt, ut Καπετωλίειον corrigi neceſſe fuerit.

20 Τὸ δὲ Καπετωλεῖα, ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος.] Et hoc loco male in omnibus libris circumferebatur Καπετωλεία. Innuit noſter *ludos Capitolinos*, quos Camillus inſtituit, poſtquam ſuo ductu & auſpicio Gallos viciſſet. Vide Livium lib. V cap. L.

21 Ὅσα γὰρ ἔχει προϋπάρχον τὸ ι.] Editores omnes hunc locum aſteriſco ſignaverant, & parum juvant MSS ad lacunam replendam. Conjecturam Magni Salmaſii, quam oræ ſui libri alleverat, in contextum recepimus, ſcilicet τὸ ι. Ita enim ſenſus commodior atque planior redditur.

22 Καὶ Καπετώλιος Ζεύς.] Sic frequentiſſime apud Dionyſ. Halicarnaſſ. occurrit. lib. VI Antiq. Rom. Εἰ μὲν οὖν ὦ Καπιτώλιε Ζεῦ, καὶ θεοὶ πόλεως ἐπίσκοποι. Et lib. VIII: Μάλιστα δὲ τὸ τοῦ Καπετωλίου Διὸς ἱερόν.

23 Τὸ ἐθνικὸν Καπετωλῖνος.] Paſſim apud Græcos & Latinos in uſu eſt. Dionyſ. Halicarn. lib. IV: Ἐξ ἐκείνου καλεῖται Καπετωλῖνος ὁ τόπος, ἀπὸ τῆς εὑρεθείσης ἐν αὐτῷ κεφαλῆς· κάπιτα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὰς κεφαλάς.

24 Κάπιννα, Τυῤῥηνικὴ πόλις.] Sic bene emendavit Holtmannus, cum Aldina atque ex ea Florentina exhiberet Τυραννικὴ πόλις. Oppidum erat agro Faliſcorum Soractique monti conterminum, cujus deſcriptionem pete ex Cluverio.

25 Τὸ ἐθνικὸν Καπιννάτης, καὶ Καπιννήτης.] Ultimum gentile, quod neque in MSS, neque in libris excuſis conſpicitur, addere placuit. Quorſum enim Stephanus duo gentilia, ἀπὸ τῆς Αἰγίνης formata, in exemplum adduxiſſet, ὡς Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης? Male in omnibus libris legebatur, ὡς Αἰγινιάτης, quod in contextu correximus. Omnes Latino ore CAPENATES dixere. Cicero Famil. lib. IX epiſt. XVII: *Vejentem agrum & Capenatem metiuntur*. Liv. lib. XXVII: *In agro Capenate ad lucum Feroniæ IIII ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe, nunciatum.*

26 Καπιννάτιος.] Primitivum, quia per duplex N exaratur a noſtro, non poteram, quin emendarem poſſeſſivum inde deductum, quod paſſim in omnibus ſimplici N excuſum invenitur. Cluverius ex ſcriptura per N ſimplex concludit, urbis nomen eodem modo fuiſſe exaratum, ſed cum Stephani ætate η pronunciaretur ut ι, ex Καπήνα factum eſſe Καπίνα. Latini τὸ *Capenus* pro poſſeſſivo uſurpant. Virgil. lib. VII Æneid.

Hi Soractis habent arceis Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Hinc porta *Capena*, per quam Via Appia in Campaniam Roma ibatur. Vide Martial. lib. III Epig. XLVII.

27 Πρόσβοῤῥος.] Emendat Salmaſius in margine ſui codicis πρόσχωρος, ſed nemini placebit hæc correctio, qui noverit Ciliciam verſus ſeptentrionem habere Cappadociam.

28 Εἰς Εὔαρχον ποταμόν.] Admodum mihi ſuſpectum eſt τὸ Εὔαρχον, nam fluvium hoc nomine in hiſce regionibus non agnoſcunt geographi, fortaſſis reſcribendum εἰς Εὐφράτην ποταμόν. Nam Strabo de finibus Cappadociæ verba faciens, & longitudinem ejus deſcribens, Eu-

 phratis

Παφλαγονίαν καὶ [29] Καππαδοκίαν. [30] τὸ ἐθνικὸν, Καππάδοξ, καὶ Καππάδοκος, καὶ Καππαδόκης. [31] Ἡρόδοτος δέ φησιν, ὁ κτίστης Καππάδοκος εἴρηται ὑπὸ Μενάνδρου. λέγεται καὶ [32] Καππαδόκισσα, ὡς Αἰθιόπισσα, καὶ [33] πανδόκισσα. [34] Διείρηται δ' οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μείζονα καὶ ἐλάττονα, καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην.

ΚΑΠΡΙΉ [35], νῆσος Ἰταλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. λέγονται καὶ [36] Καπρίαι. [37] τὸ ἐθνικὸν, Καπριάτης. ἐντεῦθεν ἦν [38] Βλαῖσος σπουδογελοίων ποιητὴς, Καπριάτης.

ΚΆΠΥΑ, πόλις Ἰταλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κάπυος [39] τοῦ Τρωϊκοῦ. [40] τὸ ἐθνικὸν, Καπυανὸς, ὡς Ἀσιανός.

ΚΑ'-

qui Paphlagoniam & Cappadociam terminat. Gentile, Cappadox, & Cappadocus, & Cappadoca. Herodotus vero inquit: Conditor Cappadocus appellatus eſt a Menandro. Dicitur quoque Cappadociſſa, uti Æthiopiſſa & Pandociſſa. Diviſa autem fuit, non uti nunc, in primam & ſecundam, ſed in majorem & minorem, & in parvam atque magnam.

CAPRIE, inſula Italiæ, de qua Hecatæus in Europa. Vocantur etiam Capriæ. Gentile, Capriates. Hinc erat Blæſus Capriates, facetiarum poëta.

CAPYA, urbs Italiæ, cujus Hecatæus in Europa meminit: a Capy Trojano ſic dicta. Gentile, Capyanus, uti Aſianus.

CA-

phratis meminit lib. XII: Μῆκος δὲ τῆς χώρας κατὰ πλάτος μὲν, τὸ ἀπὸ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν Ταῦρον ὅσον χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι στάδιοι· μῆκος δὲ ἀπὸ τῆς Λυκαονίας καὶ Φρυγίας μέχρι Εὐφράτου πρὸς τὴν ἕω, καὶ τὴν Ἀρμενίαν, περὶ τρισχιλίους.

[29] Καππαδοκίαν.] Poſt hæc verba quædam temporis diritate, vel Epitomatoris incuria excidiſſe firmiter mihi perſuadeo. Nam probandum erat ex Menippo, Cappadociam reſpectu Ciliciæ ad ſeptentrionem eſſe ſitam, quod in allegatis verbis non conſpicio. Fortaſſis etiam ſtadiorum numerus deſideratur: nam Menippus orbem terrarum per σταδιασμοὺς, id eſt, *dimenſionem per ſtadia*, deſcripſit.

[30] Τὸ ἐθνικὸν, Καππάδοξ.] Inveniuntur numiſmata cum inſcriptione ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ. Verum an deducendum ſit a recto Καππάδοξ, vel a Καππάδοκος, vel Καππαδόκης, cum tria hæc gentilia eundem in plurali numero gignendi caſum admittant, ea de re hodie ſententiam non feram. Τὸ Καππάδοκος deducitur a caſu obliquo Καππάδοκος, qualia innumera apud noſtrum occurrunt. Τὸ Καππαδόκης apud Dionyſ. de ſitu orbis in uſu eſt:

Τῆς δ' ἤτοι μέσσης μὲν ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι.

Idem quoque ſæpius reperitur apud Herodotum, & Euſtathium in comment. ad verba jam allegata. Sed inſignem de tribus hiſce gentilibus locum videſis apud Etymol. Mag. Auct. in voce Καππάδοξ.

[31] Ἡρόδοτος.] Non videtur mihi hæc vox ſani coloris: nam apud Herodotum nulla hujus rei memoria celebratur. Sine dubio vitium illud originem duxit ex compendiaria ſcribendi ratione, & non uno in loco apud noſtrum Ἡρόδοτος invenitur, cum Ἡρωδιανὸς legendum ſit.

[32] Καππαδόκισσα.] Strabo lib. XIV: Ἔχων Ἄδαν γυναῖκα, ἥτις θυγάτηρ ἦν Πιξωδάρου ἐξ Ἀφνηΐδος Καππαδοκίσσης γυναικός.

[33] Πανδόκισσα.] Non eſt hoc gentile fœmin. Solet enim noſter nonnunquam appellativa gentilibus miſcere. Quemadmodum a Καππάδοξ deducitur Καππαδόκισσα, ſic a Πάνδοξ fit πανδόκισσα. Heſychius: Πάνδοξ, ὁ ἐν πανδοχείῳ οἰκῶν. Ergo ex mente Heſychii πανδόκισσα fœminam denotat, in pandocheo habitantem.

[34] Διείρηται δ' οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν &c.] Agit noſter nunc de Cappadociæ diviſione, & veriſſimum eſt, antiquis temporibus, teſte Strabone lib. XII, diviſam fuiſſe in *magnam* ſcil. ſeu proprie dictam (quæ Cappadocia ad Taurum vocabatur) & *minorem*, Cappadociam ad Pontum nuncupatam. Verum ætate Stephani alia obtinebat diviſio, & non duntaxat in *primam* & *ſecundam*, ſed etiam in *tertiam Cappadociam*. Nam quemadmodum ex una Palæſtina tres provinciæ natæ ſunt, de quibus in Notitia & Novell. Juſtiniani CXIII: ſic quoque ex una Cappadocia, primo duæ, & deinde tres provinciæ prodiere. Quo pacto in duas fuerit partita, legendum apud Gregorium Presbyterum in vita Nazianzeni. Sed urbem Muciſſum, de qua etiam Stephanus ſuo loco, aliquando *ſecundæ*, & aliquando *tertiæ Cappadociæ* adſcribunt. In Synodo ſexta ſubſcripſit Theopompus epiſcopus Juſtinianopoleos, ſive *Moſtenorum* (ubi legendum Muciſſenorum vel Mociſſenorum, aliquando enim id oppidi nomen per ου, aliquando per ω ſcribitur.) Metropoleos ſecundæ Cappadociæ. Sed interpres Gregorii Nazianzeni in funebri patris oratione, *Muciſſum* tertiæ Cappadociæ attribuit, ita enim ille: Δευτέρας Καππαδοκίας μητρόπολις Τύανα, καὶ τρίτης ὁ Μώκισσος· τὴν γὰρ Καππαδοκίαν μίαν οὖσαν, εἰς δύο ἔτεμον· εἶτα πάλιν εἰς τρεῖς. Atque hæc de Cappadociæ diviſione ſufficiant.

[35] Καπρείη.] Neque apud Græcos, neque apud Latinos hæc inſula Καπριλὼν appellatur, quod conſtanter præferunt libri MSS & vulgati: nos Καπρείη repoſuimus, eſt enim ſyllaba νη repetitio vocis ſequentis, quæ perperam a librariis nomini inſulæ adjecta eſt.

[36] Καπρεῖαι.] Etiam Latinis *Caprea* dicitur: Ptolemæo Καπρία, reliquis Græcis Καπρεῖαι & Καπρεία. Unde hodie adhuc appellatur *Capri*. De ſitu aliiſque memorabilibus videſis Cluver. Ital. Antiq. lib. IV cap. IV.

[37] Τὸ ἐθνικὸν, Καπριάτης.] Prout auctores inſulæ nomen uſurparunt, etiam gentile formatum eſt. Nam invenitur quoque CAPREATES, quod neque a Καπρείη, neque a Καπρίαι, ſed a Καπρία deductum eſt. Id nomen corruptum cenſet Holſtenius l. 4. ff. de rerum diviſ. ubi nunc vulgo legitur: *Divus Pius piſcatoribus Formianis & Carpenatis reſcripſit*. Ubi omnino ſubſtituendum judicat *Capreatis*.

[38] Βλαῖσος σπουδογελοίων ποιητής.] Plures præter Stephanum, memoriam hujus poëtæ celebrant. Athenæus lib. II: Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ, καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Τηλέφῳ, Ῥίνθων ἐν Ἀμφιτρύωνι, καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πάντα τὸν ἄρτον καλοῦσι. Idem lib. XI, ubi ejus verba ex Saturno citantur: Βλαῖσος ἐν Σατούρνῳ φησὶν, ἐπὶ τὰς ματταλίδας ἐπίχεε ἡμῖν τοῦ γλυκυτάτῳ. Heſychius etiam hujus poëtæ meminit: Φυλακτός, ἡ λέξις παρὰ Βλαίσῳ, σημαίνει δὲ ᾠδήν. Cujuſdam Menippi mentio reperitur apud Strabonem lib. XVI, cui etiam in more poſitum erat, ſeria jocoſe exprimere, ita enim ille: Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος.

[39] Τοῦ Τρωϊκοῦ.] Sic omnes legunt MSS & libri editi, quod Salmaſius mutare nititur in libri ſui margine in Τρωὸς, quod revera etiam mihi non diſplicet, nam ſic loquitur Euſtathius in comment. ad Dionyſ. Ἐν μεσογείῳ ἐστὶν ἡ Καπύη, κεφαλὴ τοῦ ὄντι, ὥς φησιν ὁ γεωγράφος, κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος, γλώττῃ Λατίνων· καίτοι τινὲς ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωὸς αὐτὴν καλεῖσθαι ἠθέλησαν. Sed cum video ſic quoque alios fuiſſe loquutos, nihil antiquius puto, quam vulgatam lectionem retinere eamque defendere. Etymol. Mag. Auctor: Καπύη, πόλις Ἰταλίας, ἣν Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος υἱοὶ Ἄρεως ἔκτισαν, ὥς φησι Κεφάλων ὁ Γεργίθιος· οὕτως Ὦρος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ.

[40] Τὸ ἐθνικὸν, Καπυανός.] Hac forma inferioris ævi ſcriptores

ΚΑ'ΡΑΛΛΙΣ, ἡ [41] Καράλλια, Ἰσαυρικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Καραλλεώτης. ἔστι καὶ Καραλία δι' ἑνὸς λ, [42] Λιβυκὴ πόλις. καὶ ἐθνικὸν αὐτοῦ, Καραλιανός. A

ΚΑΡΑΜΒΥ'ΚΑΙ, ἔθνος Ὑπερβορέων, [43] ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκα, ὡς Ἑκαταῖος B ὁ Ἀβδηρίτης.

ΚΑ'ΡΑΝΑ [44], πόλις Γαλατίας, ὑπὸ Ῥωμαίων συνοικισθεῖσα. τὸ ἐθνικὸν, Καρανίτης, καὶ Καρανῖτις τὸ θηλυκόν.

ΚΑΡΒΑΝΙ'Σ, γέγονε δὲ [45] ἀπὸ γενικῆς τῆς C εὐθείας ὁ Κάρβανος. ἔστι δὲ Κάρβανα πόλις Λυκίας. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Καρβανεύς.

ΚΑΡΔΑΜΥ'ΛΗ, [46] Ὅμηρος,

Καρδαμύλην Ἐνόπην τε. --- ---

[47] Ἡρόδοτος δὲ, Λακωνικὴν αὐτήν φησιν. D ἔοικε δ' ἑτέρα εἶναι πλησίον Χίου. τὸ ἐθνικὸν, Καρδαμυλίτης, ὡς Σινωπίτης. παρὰ δὲ τῶν ἐγχωρίων [48] Σκαρδαμυλίτης λέγεται. ἔστι δὲ καὶ Καρδαμυλησσὸς κώμη.

ΚΑΡΔΗΣΟ'Σ, πόλις Σκυθίας· Ἑκα- E ταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Καρδήσιος, καὶ Καρδησεύς.

ΚΑΡΔΙ'Α, πόλις τῆς [49] ἐν Θρᾴκῃ Χερρονήσου. Ἑρμοχάρους δὲ τοῦ κτίστου θύοντος, [50] κόρακα τὴν καρδίαν ἁρπάσαντα, καὶ ἀναπτάντα εἰς F τόνδε

CARALLIS, quæ & Carallia, urbs Iſaurica. Gentile, Caralleota. Eſt quoque Caralia per ſimplex lambda, Libyca civitas, cujus gentile, Caralianus.

CARAMBYCÆ, gens Hyperboreorum, ſic dicta a fluvio Carambyca, cujus Hecatæus Abderita meminit.

CARANA, urbs Galatiæ a Romanis condita. Gentile, Caranita, & Caranitis fœmininum.

CARBANIS, factum eſt a genitivo caſus recti Carbanus. Eſt quoque Carbana, urbs Lyciæ, & gentile, Carbanenſis.

CARDAMYLE, Homerus:

Cardamylen Enopenque.

Hanc Herodotus Laconiæ attribuit: verum alia eſſe videtur prope Chium. Gentile, Cardamylita, uti Sinopita: verum ab indigenis Scardamylita dicitur. Eſt quoque pagus Cardamyleſſus.

CARDESUS, oppidum Scythiæ, de quo Hecatæus in Europa. Oppidanus Cardeſius, & Cardeſenſis.

CARDIA, urbs in Thraciæ Cherſoneſo ſita. Hermochare ejus conditore ſacra faciente, corvus victimæ cor rapiens, cum eo avolavit & in

ptores uſi ſunt, dicebant enim *Capuani*: Sed veteres *Campani*, teſte Cluver. lib. IV Ital. antiq. Varro lib. IX de lingua Lat. perhibet, iſtam vocem in conſuetudine admodum nutare, ita enim ille: *Secunda diviſio eſt de his verbis, quæ declinari poſſunt: quod alia ſunt a voluntate, alia a natura. Voluntaria declinatio refertur ad conſuetudinem: naturalis ad rationem. Quare proinde ac ſimile conferri non oportet; ac dicere, ut ſicut a Roma Romanus: ſic ex Capya dici debere Capyanus: quod in conſuetudine vehementer nutat.* Memini tamen, me alibi quoque apud auctores ΚΑΠΥΑΤΗϹ inveniſſe. Et vetera numiſmata apud Goltzium ΚΑΠΥΑΝΩΝ exhibent.

41 Καράλλια.] Alii hanc Pamphyliæ adſcribunt. Hierocli Καράλια dicitur. Et hinc in MS Latin. concil. Chalced. *Caralienſis* derivatur, teſte Holſtenio ad Carol. a. ſ. Paullo.

42 Λιβυκὴ πόλις.] Non fuit in Libya oppidum hac appellatione: ſed fuit in Sardinia Libycæ ditionis. Latinis plurimis numero plurali *Carales* dicitur, & oppidani inde Caralitani. Straboni Κάραλις, ita enim ille lib. v: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. Ptolemæus: Κάραλις πόλις καὶ ἄκρα, Καραλιτανὸς κόλπος.

43 Ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκα.] Eadem hæc Hecatæi verba leguntur apud noſtrum in voce Ἐλίξοια, quo nomine etiam Carambycarum inſula inſignitur. Hanc Cluverius paſſim in Germania antiqua appellat Ἐλίξοιαν, contra omnium librorum fidem, & *Novam Zemblam* eſſe cenſet. Fluvii meminit Plinius lib. v cap. XIII: *Ab extremo aquilone, ad initium orientis æſtivi, Scythæ ſunt: extra eos, ultraque aquilonis initia, Hyperboreos aliqui poſuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde noſcitur promontorium Celticæ Lytarmis: fluvius Carambucis; ubi laſſata ſiderum vi, Riphæorum montium deficiunt juga.*

44 Κάρανα, πόλις Γαλατίας.] Male in Xylandriana urbis nomen duplici N exaratur, quod neque agnoſcunt priores editiones, neque MSS. Strabo lib. XII: Καὶ ἔστι σύστημα καθ' αὑτὸν τὸ πολίχνιον, συνῳκισμένον τὰ Κάρανα; ἀφ' οὗ καὶ χώρα Καρανῖτις λέγεται.

45 Ἀπὸ γενικῆς τῆς εὐθείας ὁ Κάρβανος.] Male in vulgatis legebatur & ſine ſenſu, ἀπὸ γενικῆς εὐθεία ὁ Κάρβανος, quod videns Salmaſius, ad marginem ſui libri emendabat.

46 Ὅμηρος.] Homericum hemiſtichium deſumptum eſt ex Iliad. I. ubi Cardamyle numeratur inter ſeptem urbes, quas Agamemnon Achilli promittit.

47 Ἡρόδοτος δὲ, Λακωνικήν.] Laconiæ profecto Herodotus hanc urbem adſcribit libro VIII. Sed Strabonem vide, eam Meſſeniæ attribuentem lib. VIII. Videtur hæc urbs aliquando Meſſeniis, & aliquando Laconibus paruiſſe.

48 Σκαρδαμυλίτης λέγεται.] Voſſianus codex & vetus Palatinæ bibliothecæ, Σκαπτησυλίτης λέγεται. Verum nihil ſani hæc habet lectio. Multis nominibus propriis & impropriis præfigi S, res notior eſt, quam quæ doceri debeat. Sic dicimus καρδαμύττειν, *indeſinenter palpebras movere*, & σκαρδαμύττειν.

49 Ἐν Θρᾴκῃ Χερρονήσου.] Situm oppidi noſter manifeſtius indicat in Κελτικῇ, quam perhibet octingentis ſtadiis a Cardia. Conditores habuit Cardia Mileſios & Clazomenios, ac deinde Athenienſes, Miltiade Cherſoneſiis imperante, teſtatur illud Marcianus Heracleota in Periegeſi:

Ἡ Θρᾳκία δὲ Χερρόνησος ἐχομένη
Κεῖται, καθ' ἣν πόλις ἐστὶ πρώτη Καρδία,
Ἀρχὴν μὲν ὑπὸ Μιλησίων κτισθεῖσα καὶ
Κλαζομενίων, πάλιν δ' Ἀθηναίων ὑπὸ,
Ὅτε Μιλτιάδης ἐκράτησε Χερρονησίων.
Προσεχὴς δὲ Λυσιμάχεια· ----

Noſter in voce Λυσιμάχεια tradit, Cardiam deinde Lyſimachiam fuiſſe appellatam. Sed vehementer fallitur, Cardiam & Lyſimachiam idem fuiſſe oppidum, uti alibi docebimus, & jam omnino liquet ex allegatis Marciani verbis.

50 Κόρακα τὴν καρδίαν ἁρπάσαντα.] Cui hoc veriſimile videtur, urbis nomen hinc originem trahere, quod corvus τὴν καρδίαν, id eſt, *cor* mactatæ hoſtiæ ſurripuerit? Multo tutius Plinio fidendum, urbem ſic appellatam fuiſſe,

τόνδε τὸν χῶρον, [51] ἀφεῖναι, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη. ἢ ὅτι τῇ Σκυθῶν γλώττῃ οὕτω κεκλῆσθαι.[52] ὁ πολίτης Καρδιανὸς, ὡς Ἀσιανός.

A & in hunc locum detulit, atque hac de cauſa urbs ita dicta eſt: vel quod Scytharum lingua ita appellata ſit. Civis, Cardianus, uti Aſianus.

ΚΑΡΔΟΥ͂ΧΟΙ, ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν ἀναβάσεως γʹ. [53] Ἐς Καρδούχους ἄγει· τούτους δὲ ἔφασαν οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, καὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. καὶ [54] Σοφαίνετος ἐν Κύρου ἀναβάσει φησὶ περὶ αὐτῶν.

CARDUCHI, gens Mediæ, de qua Xenophon libro III Anabaſeos: In Carduchos B ducit. Illos vero perhibuerunt cacumina montium inhabitare, bellicoſos eſſe, ac regi non obedire. Et Sophænetus libro de Cyri Expeditione de his mentionem facit.

ΚΑΡΔΥΤΟΣ [55], ὡς Βηρυτὸς, πόλις Σύρων μεγάλη, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Ἀσίας. τὸ ἐθνικὸν, Καρδύτιος, ὡς Βηρύτιος.

CARDYTUS, uti Berytus, magna Syro- C rum urbs, de qua Hecatæus in Aſiæ Periegeſi. Gentile, Cardytius uti Berytius.

ΚΑΡΗΝΗ, πόλις Μυσίας· [56] Ἡρόδοτος ἑβδόμη. τὸ ἐθνικὸν, Καρηναῖος, [57] ὡς Κάρτερος γʹ περὶ Ψηφισμάτων. Γρυνεῖς, Πιτανᾶιοι, Καρηναῖοι.

CARENE, urbs Myſiæ, de qua Herodotus libro VII. Gentile, Carenæus, quo utitur Carterus libro III de Decretis: Grynenſes, D Pitanæi, Carenæi.

ΚΑΡΘΑΙΑ [58], μία τῆς ἐν Κέῳ τετραπόλεως, ἀπὸ Καρθίου τελευτήσαντος ἐκεῖ. οἱ οἰκοῦντες, [59] Καρθαιεῖς· Πολύβιος ιςʹ. ἔστι καὶ [60] Ἰβηρίας Καρθαία, περὶ ἧς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων.

CARTHÆA, una ex quatuor urbibus in inſula Cea, ſic dicta a Carthio, qui illic obiit. Incolæ, Carthæenſes. Polybius lib. XVI. Eſt quoque Iberiæ Carthæa, de qua Artemidorus E libro II Geographicorum.

ΚΑΡΙΑ, ἡ χώρα. τὸ ἐθνικὸν, Κάρ, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ. [61] τὸ θηλυκὸν κατὰ τέχνην, Κάειρα. ἡ χρῆσις δὲ τὴν δίφθογ-

γον

CARIA, regio. Gentile, Car, quod & ejuſdem nominis cum conditore. Fœmininum ex lege artis Caeira. Uſus vocabuli ει diphthon-

gum

fuiſſe, quod urbis ſpeciem referret, ita enim ille lib. IV cap. XI: *Illuſtrant duæ urbes utrinque littora, quæ haud diſſimili modo tenuere, Pactye a Propontide, Cardia a Melane ſinu: hæc ex facie loci nomine accepto.* Sed multo clarius Solinus cap. X: *Propontidis oram inſignit Pactye, Melanem ſinum Cardia: quod in cordis faciem ſita ſit, dicta Cardia eſt.*

[51] Ἀφεῖναι.] Voſſianus & libri Palatini: μεθεῖναι. Utraque lectio commodo ſatis ſenſu admitti poſſet.

[52] Ὁ πολίτης, Καρδιανός.] Paſſim apud auctores illud oppidani nomen in uſu eſt: Plutarchus in Eumene: Εὐμένη δὲ Καρδιανὸν ἱστορεῖ Δοῦρις πατρὸς μὲν ἁμαξεύοντος ἐν Χερρονήσῳ διὰ πενίαν γενέσθαι. Cornelius Nepos: *Eumenes Cardianus: hujus ſi virtuti par data eſſet fortuna &c.*

[53] Ὅτι εἰς Καρδούχους ἄγει &c.] Rariſſime a noſtro antiqui ſcriptoris verba allegantur, quin trunca ſint & mutilata. Nobis placuit hunc Xenophontis locum emendare juxta exemplaria jam divulgata. Omnes Stephani editiones exhibebant: Ἐς Καρδούλους ἄγει· τούτους δὲ πολεμικοὺς εἶναι καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. Sed melius hæc verba in Voſſiano cod. & Palatinis libris hunc in modum concipiuntur: Εἰς Καρδούχους ἄγει· τούτους δὲ φησὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέα οὐκ ἀκούειν. De horum ſtrenuitate legendus Diod. Sicul. lib. XIV. pag. 257.

[54] Σοφαίνετος.] Sic correximus ex MSS & prioribus editionibus. Male Xylandriana exhibet Σοφάννετος.

[55] Καρδυτός.] Vereor ne eadem ſit urbs, quam in præcedentibus Κάλυτιν appellat, & Herodotus, cujus teſtimonium adfert, Κάδυτιν, unde fortaſſis Hecatæus, inſerta liquida & terminatione parum mutata, Καρδυτὸς fecit Nam uti ex Hecatæo magna Syrorum urbs perhibetur, ſic quoque Herodotus Κάδυτιν deſcribit lib. II: Μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε.

[56] Ἡρόδοτος ἑβδόμη.] Apud Herodotum lib. VII legitur Καρίνη, ita enim ille: Ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρίνην πόλιν. Stephanus tamen incidit in codicem Herodoti, in quo media vocalis per η erat exarata, quod hic mutandum non eſt, ne elementorum ordinem turbemus. Καρίνη tamen potior mihi ſcriptura videtur, nam ſic quoque Ephorus urbem appellavit, cujus verba apud noſtrum ſuperſunt in voce Βέννα. Καὶ βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς, ἐκ Τέω καὶ Καρίνης ἀποίκους ἔλαβον. Et deinde ſequitur gentile nomen, etiam per ι ſcriptum: οὓς δ᾽ ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ κατέλαβον, Ἐφεσίους φασί· τοὺς δὲ ὕστερον ἐπήλυδας, Τηΐους, καὶ Καρινναίους ἀποκαλοῦσι.

[57] Ὡς Κάρτερος γʹ περὶ Ψηφισμάτων. Γρυνεῖς Πιτανᾶιοι &c.] Nihil verius hac emendatione, quam in contextum recepimus. Miſeris modis totum hunc locum attriverant librarii, ſic legendo: ὡς Κάρτερος περὶ Ψηφισμάτων γρυνεῖς σπιτανᾶιοι, Καρηναῖοι.

[58] Καρθαία, μία τῆς ἐν Κέῳ τετραπόλεως.] Male in omnibus vulgatis Κῷ, diverſæ enim ſunt inſulæ Κέως & Κῶς ſed ſæpenumero ab auctoribus & geographiæ imperitis confunduntur. Ita hoc loco debere legi, liquet ex noſtro: Ἰουλὶς, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ. Et vide præterea in Κορησσὸς & Ποιήεσσα. Olim hanc inſulam quatuor habuiſſe urbes, noſter hauſit ex Strabone lib. X: Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπονται δὲ δύο ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί. ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. Hujus urbis etiam meminit Ant. Liberalis Fab. I. Ovid. & alii.

[59] Καρθαιεῖς.] Ita reſcribere placuit, ipſa ratione ſic poſtulante; nam integra diphthongus erat vel exſtirpanda, vel exprimenda. Male igitur in vulgatis Καρθαεῖς. Plurima exempla adduci poſſent, ſi erat operæ pretium, quibus emendatiunculam hanc adſtruerem.

[60] Ἰβηρίας Καρθαία.] Hæc alio nomine *Tarteſſus* Græcis, ſed Latinis *Carteïa* dicitur, teſte Plinio lib. III cap. I. Multi cenſent eandem eſſe urbem, quæ hodie Hiſpanis nominatur *Tariffa*, qua de re vide Marianam de Reb. Hiſp. lib. I cap. II & VI cap. XXII. Putant tamen alii eſſe oppidum, quod hodie Hiſpanis *Algezira* dicitur.

[61] Τὸ θηλυκὸν κατὰ τέχνην, Κάειρα.] Depravatiſſima lectio in omnibus editionibus circumfertur, τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην Κάειρα. Veram ex codice Voſſiano & Palatinis revocavimus. Homerus τὸ Κάειρα uſurpavit Iliad. Δ.

Ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς, ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων.

Et Herodotus lib. I: Οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον, τῶν ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. Videtur tamen, Euſtathium ſua ætate τὸ ἐθνικὸν in libris reperiſſe.

γον ἔχει. Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι φησὶ μακροῦ, ἐν τῷ ε περὶ παθῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ γενῶν. ἡ δὲ ἔκτασις ἀναγκαία, διὰ τὴν παραλήγουσαν. τὰ γὰρ εἰς α βραχὺ λήγοντα, παρασχηματιζόμενα, ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν φύσει, ἢ θέσει. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν μὲν τῇ ὀρθογραφίᾳ, [62] ἀμφίβολον αὐτό φησιν. ἐν δὲ τῇ καθόλου, χρήσει ἑπόμενος διὰ διφθόγγου. ὑπομνηματίζων δὲ τὸ περὶ γενῶν Ἀπολλωνίου, διὰ τοῦ ι μακροῦ. ἔστι γὰρ ὅτε μετὰ τὴν διαίρεσιν ἔκτασις γίνεται· ὄϊομαι, ὄϊον, ὄϊδα παρ' Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ οἶδα. ἡ χρῆσις δὲ διὰ διφθόγγου, [63] κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ σώτειρα, ὀλέτειρα· λέγεται καὶ Κάριος. οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς [64] παρὰ Μυλασεῦσι τιμᾶται. τὸ θηλυκὸν, Καρία. ἐκαλεῖτο δὲ [65] καὶ ἡ Μεγάρων ἀκρόπολις Καρία, ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως. καὶ ὁ οἰκήτωρ, Κάριος. [66] ἔστι καὶ Καρίνη. ἔστι καὶ Καριάτης. ἔστι καὶ Καριᾶτις, καὶ Καρὶς, ἀπὸ τῆς Καρὸς γενικῆς. [67] Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος.

ἔστι

A gum admittit. Apollonius effert per I longum lib. v de Affectionibus nominum, & in libro de Generibus. Productio neceſſaria eſt propter penultimam. Nomina enim in A breve deſinentia, ſi derivativa ſunt, producunt penultimam vel natura, vel poſitione. Sed B Herodianus libro de Orthographia tradit eſſe anceps: nam libro de Proſodia univerſali, uſum per ει diphthongum ſequitur: ubi vero commmentatur in librum Apollonii de generibus per I longum effert. Nam aliquando C poſt Diæreſin ſyllaba longa redditur, uti in ὄϊομαι *puto*, ὄϊον *quale*, ὄϊδα *novi*, apud Æoles pro οἶδα. Sed uſus diphthongum admittit per ſynecdromen, uti in σώτειρα *ſervatrix*, ὀλέτειρα *perditrix*. Dicitur etiam *Carius*, hoc enim nomine Jupiter apud Mylaſſenſes colitur, D & fœmininum *Caria*. Præterea Megarenſium arx Caria vocatur a Care Phoronei filio, cujus incola Carius. Dicitur quoque Carina, & Cariata, & Cariatis & Caris, quod deducitur a genitivo Καρός. Caris etiam appellabatur Cos, uti Hellanicus perhibet.

Eſt

periſſe, ſed cenſens lectionem parum probam, eam interpretando lenivit, ſic enim ille ad Iliad. B. Πολεμισταὶ δὲ οἱ Κᾶρες· ὧν τὸ ἐθνικὸν, ὁμώνυμόν φασι τῷ οἰκιστῇ· τὸ δὲ θηλυκὸν αὐτῶν ἐθνικὸν, κατὰ τέχνην, Καῖρα, καὶ ἐν διαλύσει Καΐρα διὰ τοῦ ι· ἡ δὲ χρῆσις, τὴν ει δίφθογγον ἔχει, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ, Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα· συνεξέδραμε γάρ φασι τῷ, σώτειρα, ὀλέτειρα. Verum obſervatione non indignum eſt, heic ab Euſtathio legi Καῖρα, & non Κάειρα. Sed cenſeo mendam latere, & ex ſequentibus evidentiſſime demonſtrari poſſe, τὸ Κάειρα paſſim præferendum.

62 Ἀμφίβολον αὐτό φησιν· ἐν δὲ τῇ καθόλου, χρήσει ἑπόμενος διὰ διφθόγγου.] Hic locus peſſime in vulgatis libris erat interpunctus, ut ſenſus ſatis commodus vix elici poterat. Et libri MSS parum juvabant ad ejus illuſtrationem. Cod. Voſſianus: ἀμφιβολεῖ ἐν δὲ τῇ καθόλου. In editis excuſum erat: Ἀμφίβολον αὐτό φησιν· ἐν δὲ τῇ καθόλου χρησεῖ, ἑπόμενος διὰ διφθόγγου φησίν. Quaſi Herodianns librum conſignaverat, cujus index erat καθόλου χρῆσις, quod nemo ſibi imaginetur. Allegatur ſæpenumero Herodiani liber, cui titulus eſt Καθόλου, a noſtro aliiſque ſcriptoribus brevitati ſtudentibus: ſed integer eſt, Ἡρωδιανὸς περὶ τῶν καθόλου προσῳδιῶν *de Proſodia univerſali*. Ergo peſſime fallitur Xylander, & alii cum ipſo, cenſentes hanc eſſe genuinam epigraphen, Περὶ τῆς καθόλου χρήσεως· Cum hac ſectione vox χρήσει referenda ſit ad τὸ ἑπόμενος, non vero ad τὸ καθόλου. Vide Stephanum in vocem Ἐρυσίχη pag. 356. Comment. 40, ubi omnia clarius explanantur.

63 Κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ.] Euſtathius olim legiſſe videtur: κατὰ συνεκδρομὴν τῷ, uti liquet in verbis jam allegatis, & omnino non improbandum, ita enim Stephanus in voce Ἄγκυρα pag. 23. Ὧν τὰ μὲν παρὰ τὴν Ἄγκυραν συνεξέδραμε τῷ Σωρανὸς, Βοσπανός. Duplicem ſtatuunt Grammatici συνεκδρομὴν, alteram τοῦ ῥήματος, alteram vero τῶν πτώσεων. Hæ quia non paſſim ſunt obviæ, & rarius apud auctores occurrant, exemplum utriuſque ex Etymologici Mag. auctore ſubjicere placuit. In voce Ἀλλ' ἄγετε, de Synecdrome verborum ita ſcribit: ὥσπερ γὰρ τὸ δεῦρο, ὁμολογουμένως ὂν ἐπίρρημα, ἔχομεν δὲ προστακτικῆς ἐννοίας, κατὰ συνεκδρομὴν ἀριθμὸν ἐδέξατο, ὡς ἐν τῷ, Δεῦτε φίλοι, τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα· οὕτω τὸ ἄγε, ἐπίρρημα ὂν, κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ ῥήματος ἔχει πληθυντικῶς τὸ ἄγετε. Et de Synecdrome caſuum in Ἀκακήτης. Τὸ δὲ ἀκάκητα καὶ εὐρύοπα, εἰ μὲν εἶεν κλητικαὶ, ἀπὸ τοῦ ἀκάκης καὶ εὐρύοψ εἰσί· εἰ δὲ εἶεν εὐθεῖαι, γίνονται κατὰ συνεκδρομὴν τῶν αἰτιατικῶν προπαροξυτόνως καὶ ὁμοφώνως. Præterea in vocabulo Δεξίτερος. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει μὲν καὶ τοῦτο, ὅτι συνεξέδραμε τὸ ἄριστος ἀριστερὸς, καὶ τὸ δέξιος, δεξίτερος· τοῦτο γὰρ συνεκδρομὴ, καὶ οὐ πλεονασμὸς, ὥσπερ καὶ παρὰ τὸ προβαίνειν γίνεται πρόβατον· οἷος οἰότερον, ὡς λέγει Σώφρων· τοῦτο γὰρ οὐ λέγεται πλεονασμὸς συνεκδρομὴ τοῦ προβάτου, οὕτω δεξιτερὸς, ὡς ἀριστερός. His itaque bene penſitatis, mentem Stephani in hiſce verbis ſic percipiendam cenſeo: illud ſcilicet fœmininum Κάειρα, de quo tam prolixam orationem inſtituit, κατὰ συνεκδρομὴν derivatum eſſe a voce Κὰρ, uti a vocabulis σωτὴρ σώτειρα, & ab ὀλετὴρ ὀλέτειρα. Vide præterea, quæ in principio hujus ſectionis ad illuſtrationem ex Euſtathio adduximus.

64 Παρὰ Μυλασεῦσι.] Innuit fortaſſis noſter locum Herodoti lib. 1: Ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱερὸν ἀρχαῖον. Jovis Carii etiam Herod. meminit lib. v: Θύουσι δὲ οἱ συγγενέες αὐτοῦ Διὶ Καρίῳ.

65 *Καὶ ἡ Μεγάρων ἀκρόπολις Καρία.*] Fœdiſſimum mendum hoc in loco codices vulgatos occupat. Xylandriana: καὶ ἡ Μεγαλόπολις Καρία: & editiones priores, Veneta & Florentina: Καὶ ἡ μεγάλη ἀκρόπολις Καρία. Cod. Voſſianus nobis ad inveſtigandam veram lectionem facem accendit: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Μεγάλων ἀκρόπολις Καρία. Verum pro Μεγάλων, unica mutata litera, reſcribendum Μεγάρων, quæ indubitata & certiſſima eſt lectio: nam Megarenſium acropolis *Caria* dicebatur, teſte Pauſania in Atticis: Μετὰ δὲ τοῦ Διὸς τὸ τέμενος ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθοῦσι καλουμένην ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως, καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Καρίαν. Verum enim vero, ut de hac emendatione ſimus certiſſimi, & nulla dubitandi anſa relinquatur, addam præſtantiſſimum locum Euſtathii ex comment. ad Iliad. B. ex quo luce meridiana clarius evincitur, germanam nos Stephano ſcripturam reddidiſſe, ita enim ille ex Ethnicographo: Ἦν δὲ καὶ Ἑλληνικός φασι Κὰρ υἱὸς Φορωνέως· ἀφ' οὗ Καρία ἐκαλεῖτο ἡ ἐν Μεγάροις ἀκρόπολις· ἡ δὲ Καρία, καὶ Καρίνη λέγεται, καὶ Καρὶς δέ φασιν· ὅθεν καὶ ἡ Κῶς Καρὶς ἐλέγετο κατὰ τὴν ἐπιλέκτην τῶν ἐθνικῶν.

66 Ἔστι καὶ Καρίνη.] Sic mulier Carica appellatur. Euſtathius ad Iliad. Δ: Κάειρα δὲ γυνὴ, ἡ Καρίνη κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ Καρική, ἤτοι ἐκ Καρίας Hinc Καρῖναι mulieres præficæ, mercede conductæ ut leſſum facerent, & mortuos ad ſepulturam lugubri cantu proſequerentur. Heſychius: Καρῖναι, θρηνῳδοὶ μουσικαὶ, αἱ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς τὰς ταφὰς καὶ τὰ κήδη· παραλαμβάνοντο δὲ αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες. Vide præterea Suidam in Καρικῇ μούσῃ.

67 Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς.] Noſter in voce Κῶς, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία. Verum eo in loco debere legi Καρὶς, deinde oſtendemus.

[68] ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Καρὶς, καὶ Καρίδες. τὸ ἐθνικὸν Καριδεὺς, ὡς Ἀρκαδεύς. τὸ ἀπὸ τῆς τέχνης, Καρίτης. τῶν Καρῶν τὸ κτητικὸν, Καρικός. Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, τὸ Καρικὸν ἔθνος [69] δοκιμώτατον. A

ΚΑΡΙΚΟ'Ν, [70] τόπος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι, ἔνθα Κᾶρες οἰκήσαντες, ἐπιγαμίας πρὸς Μεμφίτας ποιησάμενοι, Καρομεμφῖται ἐκλήθησαν. B

ΚΑΡΙΚΟ'Ν [71] ΤΕΙ͂ΧΟΣ, πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος πέμπτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Καρικοτειχίτης. C

ΚΑΡΚΙΝΙ'ΤΙΣ, [72] πόλις Σκυθική· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. οἱ κατοικοῦντες, Καρκινῖται.

ΚΑΡΜΑΝΙ'Α, χώρα τῆς Ἰνδικῆς· Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Καρμάνιοι, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως· [73] καὶ Καρμανοὶ, καὶ Καρμανίς. ἔστι καὶ Κάρμανα νῆσος, [74] ἡ ἀπὸ τῶν Καρμάνων. D

ΚΑ'ΡΜΗΛΟΣ, [75] ὄρος δυσχείμερον. τὸ ἐθνικὸν Καρμήλιος, ὡς Μῆλος Μήλιος, [76] καὶ κύριον ἐντεῦθεν. [77] τὸ ἐθνικὸν, παραπλήσιον. E

ΚΑ'ΡΜΙΝΑ, [78] νῆσος Ἰνδική. τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Καρμιναῖος. εὕρηνται δὲ Καρμῖνοι.

ΚΑ'Ρ-

Eſt & Phrygiæ civitas Caris & Carides, cujus gentile Caridenſis, uti Arcadenſis. Ex lege artis fit Carita. Carum poſſeſſivum eſt Caricus, quo Herodotus libro I utitur: *Carica gens celeberrima.*

CARICUM, locus peculiaris in urbe Memphi, ubi Cares habitantes, cum Memphitis matrimoniis contractis, Caromemphitæ appellati ſunt.

CARICONTICHOS, *Caricus murus*, urbs Libyæ ad ſiniſtram Herculearum columnarum, cujus Ephorus lib. V meminit. Gentile, Caricotichita.

CARCINITIS, urbs Scythica, de qua Hecatæus in Europa. Incolæ, Carcinitæ.

CARMANIA, Indiæ regio, de qua Strabo libro quinto decimo. Gentile, Carmanii, quod genere fœminino & neutro in uſu eſt. Dicuntur etiam Carmani & Carmanis. Eſt quoque Carmana inſula, quæ a Carmanis nomen habet.

CARMELUS, mons tempeſtatibus obnoxius. Gentile, Carmelius, uti Melus Melius. Et proprium inde formatur. Gentile, idem eſt.

CARMINA, Inſula Indica. Gentile debebat eſſe Carminæus. Sed inveniuntur etiam Carmini.

CAR-

[68] Ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Καρίς.] In vulgatis omnibus cenſeo peſſimo errore legi: ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Ἀκαρίς. Cod. Voſſianus: ἔστι δὲ Φρυγίας πόλις Ἀκρίς. Unde tranſpoſita unica litera Καρὶς legendum conjicio. Hanc Ephorus apud Athenæum lib. III circa Chium ſtatuit, & perhibet tempore Deucalionis, duce Macare, fuiſſe conditam, ita enim ille: Περὶ δὲ τῶν Καρίδων, ὅτι δὲ πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον, Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορεῖ, κτίσαι φάσκων αὐτὴν τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς ἐπὶ Δευκαλίωνος γενομένης κατακλυσμοῦ μετὰ Μάκαρος. καὶ μέχρι νῦν τὸν τόπον καλεῖσθαι Καρίδας.

[69] Δοκιμώτατον.] Hodie in Herodoti vulgatis λογιμώτατον legitur libro I: Ἅτε δὲ Μίνω κατεστραμμένου γῆν πολλὴν, καὶ εὐτυχέοντος τῷ πολέμῳ, τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώτατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων κατὰ τοῦτον ἅμα τὸν χρόνον.

[70] Τόπος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι.] Evidentiſſima antiquorum ſcriptorum auctoritate conſtat, Caras olim quandam Ægypti partem incoluiſſe. Pſammitichus Ægypti rex Ionibus Caribuſque loca quædam habitanda conceſſit ad mare ſupra Bubaſtin, ubi Peluſiacum erat oſtium: Verum Amaſis eos poſtea in ſui cuſtodiam contra Ægyptios Memphin tranſtulit: unde fortaſſis locum illum habitationi conceſſum, Caricum appellarunt. Hiſtoriam lege apud Herodotum lib. II.

[71] Καρικὸν τεῖχος, πόλις Λιβύης.] Hannonem regem Carthaginenſem hæc urbs conditorem habet, uti ipſe refert in Periplo, ſi is auctor non ſit ſpurius: Τήν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκήσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν &c.

[72] Καρκινίτης, πόλις Σκυθική.] Contra aliorum ſcriptorum fidem in omnibus editis hæc urbs Καρκινίτης vocabatur, quam terminationem mutandam cenſuimus, Herodotus lib. IV. Ἕκτος δὲ Ὑπάκυρις ποταμὸς, ὃς ὁρμᾶται μὲν ἐκ λίμνης, διὰ μέσων δὲ τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων, ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν. Et eodem lib. apud eundem: Αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθίη ἐστὶ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον κειμένη, μέχρι πόλιος καλεομένης Καρκινίτιδος. Plinio & Melæ *Carcine* dicitur, & ſinus *Carcinites.* Pl. vide lib. IV cap. XII, & Mel. lib. II cap. I.

[73] Καὶ Καρμανοί.] Paſſim ſic eos vocat Mela lib. III cap. VIII: *In ipſo Carmani navigantium dextra poſiti ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant.*

[74] Ἡ ἀπὸ τῶν Καρμάνων.] In omnibus editis, ἢ ἀπὸ τῶν Καρ. Sed cum adſpiratione legendum ἡ, ut ſenſus ſit commodus. Cenſeo hanc eandem eſſe inſulam, quam noſter in ſequentibus *Carminam* vocat.

[75] Κάρμηλος, ὄρος.] Qua in regione mons fuerit ſitus, Epitomator non addit. Heſychius: Κάρμηλος ὄρος ἐν τῇ Φοινίκῃ. Erat in Phœnicia non procul a mari ſitus prope Ptolemaïdem. Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. III. Διεπορθμεύθη ἀμελητὶ ὑπὸ τινῶν Αἰγυπτίων πορθμέων καιριώτατα προσορμισάντων τοῖς ὑπὸ Κάρμηλον τὸ Φοινικὸν ὄρος αἰγιαλοῖς· ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ ἱερόν. Sed fuit & alius hoc nomine mons in tribu Judæ prope Hebronem, ad oram borealem lacus Aſphaltitis. Utriuſque montis in SS frequens ſatis mentio.

[76] Καὶ κύριον ἐντεῦθεν.] Hæc verba & quæ ſequuntur, ut verum fatear, vehementer mihi ſunt ſuſpecta, ſed qua ratione iis medicina ſit facienda, me ignorare ingenue agnoſco. Fortaſſis legendum, καὶ ἱερὸν ἐνταῦθα. Nam ibi inſigne templum extitiſſe, liquet ex Jamblichi verbis, jam proxime allegatis. Niſi quis velit *Carmeli* Dei proprium nomen intelligere. Suetonius Veſpaſiano: *Apud Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes.* Tacitus II Hiſtor *Eſt Judæam inter Syriamque Carmelus. Ita vocant montem, Deumque*

[77] Τὸ ἐθνικὸν, Καρμήλιον.] Illud gentile inveni apud Phocam in Itinerario: Μετὰ ταῦτα ἐστὶ τὸ Καρμήλιον ὄρος, περὶ οὗ πολὺς λόγος παρά τε τῇ παλαιᾷ γραφῇ καὶ τῇ καινῇ ὑπηγορεύεται..

[78] Κάρμινα, νῆσος Ἰνδική.] Marciano Heracleotæ Κάρμινα dicitur in Carmaniæ periplo, ita enim ille: Ἐνταῦθα παράκειται νῆσος Κάρμινα καλουμένη. Sed uti jam dixi, eandem eſſe cenſeo, quæ a noſtro ſupra *Carmana* appellatur.

79 Mi-

ΚΑ΄ΡΝΑΝΑ, πόλις [79] Μιναίων ἔθνους, A
πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης. οἱ πολῖται, Καρνανάται. Σούνιος δὲ Καρνανίαν καὶ Καρνανίτης φησί.

ΚΑ΄ΡΝΗ, [80] πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοίνικος, ὡς Ἴστρος φησίν. ὁ πολίτης, Καρνίτης. Λυκόφρων. B

Ὄλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες.

ἔστι δὲ ἄλλη Αἰολίδος, ἧς τὸ ἐθνικὸν Καρναῖος, τὸ κτητικὸν Κάρνιος τριγενές. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν. Ἔστι Κάρνος, καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις· καὶ [81] ἀναλογεῖ τῷ Καρνίτης. C

ΚΑΡΝΙ΄Α, πόλις Ἰωνίας· Νικόλαος τετάρτῳ.

ΚΑ΄ΡΝΟΣ, [82] νῆσος Ἀκαρνανίας. Ἀρτεμίδωρος β' γεωγραφουμένων. τὸ ἐθνικὸν, Κάρνιος.

ΚΑΡΟ΄ΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος Καρικῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Καροπολίτης. D

ΚΑΡΟ΄Σ κῆποι, χωρίον Θρᾴκης. Θεόπομπος ν'. τὸ ἐθνικὸν Καροκηπίτης, ὡς αὐτός.

ΚΑΡΟΥ΄ΕΝΤΟΣ, πόλις Λατίνων. E
[83] Διονύσιος β' Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ἔν τισι δὲ γράφεται Καρύεντος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Καρυεντανός.

ΚΑ΄ΡΠΑΘΟΣ, νῆσος [84] πλησίον τῆς Κρήτης. Διονύσιος, F

Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι, ποτὶ ζόφον.
ἐγγύθι δ' αὐτῆς
Κρήτη τιμήεσσα.

ὁ οἰκή-

CARNANA, oppidum Minæorum gentis, prope mare rubrum. Oppidani, Carnanatæ. Sunius vero Carnaniam vocat, & gentile facit Carnanita.

CARNE urbs Phœniciæ, a Carno Phœnicis filio nomen habens, ut Iſter auctor eſt. Civis, Carnita. Lycophron:

Pereant nautæ primo Carnitæ canes.

Eſt & alia Æolidis, cujus gentile, Carnæus: & poſſeſſivum trium generum Carnius. Artemidorus lib. x inquit. Eſt Carnus, & ei proxime adjacet Paltus, deinde Gabala urbs. Cui formæ reſpondet gentile Carnita.

CARNIA, urbs Joniæ, de qua Nicolaus libro iv.

CARNUS, inſula Acarnaniæ, de qua Artemidorus libro II Geographicorum. Gentile, Carnius,

CAROPOLIS, urbs Cariæ, de qua Alexander libro I Caricorum. Gentile, Caropolita.

CAROSCEPI, Caris horti, locus Thraciæ, de quo Theopompus libro L. Gentile, Carocepita, uti idem perhibet.

CARUENTUS, urbs Latinorum, cujus meminit Dionyſius Romanarum Antiquitatum libro II. In quibuſdam codicibus ſcribitur Caryentus, & gentile Caryentanus.

CARPATHUS, inſula, Cretæ vicina, de qua Dionyſius:

Carpathus item alia in parte ad occaſum.
Prope autem ipſam
Creta Honorata.

Inco-

79 Μιναίων ἔθνους.] Male in omnibus libris legebatur Μιναίων ἔθνος. Eratoſtheni apud Strab. lib. XVI Κάρνα appellatur, Plinio *Carnon*, & Ptolemæo Κάρεα, qui deſcribit valde alieno loco, nempe ad Macorabæ, id eſt, Mecchæ ſeptentrionem, cum potius ad meridiem vergat. Hæc urbs extat hodie, & vetus nomen ſervat: nec ſupra duas ſtationes a Meccha diſtat, auctore Bocharto lib. II Geog. Sac. cap. XXII.

80 Κάρνη, πόλις Φοινίκης.] Situm hujus oppidi clare ſatis colligere licet ex verbis Artemidori, infra a noſtro citatis, quibus plane reſpondent Plinii lib. v cap. XX: *Hinc rurſus Syria, deſinente Phœnice. Oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale.* De hac urbe etiam mentionem facit Lycophronis Scholiaſtes ad verſum iſtum, quem Stephanus ex illo poëta hauſit.

81 Ἀναλογεῖ τῷ Καρνίτης.] Salmaſius in margine ſui libri emendabat, ἀναλογεῖ Καρνίτης. Si mei arbitrii res foret ſcriberem, καὶ ἀναλογεῖ τὸ Καρνίτης. Quaſi Stephanus diceret: Artemidorus oppidi nomen in ος terminavit, verum gentile Καρνίτης, quod convenientius a Κάρνη deducitur, etiam reſpondet voci Κάρνος. De hoc gentili vide porro quæ habet noſter in voce Ἄβλαι.

82 Νῆσος Ἀκαρνανίας.] Scylax in Acarnaniæ deſcriptione: Μετὰ ταύτα πόλις Ἀλύζεια, καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος, καὶ πόλις Ἀστακὸς, καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς Ἀχελῷος.

83 Διονύσιος β' Ῥωμ.] Nihil de illo Latinorum oppido apud Dionyſ. Hal. lib. II invenies. Fortaſſis de illo mentionem fecit in libro quodam deperdito, cujus numerum librarii depravarunt. Livius lib. IV *Caruentanæ* arcis meminit: *Repente nunciatur, arcem Caruentanam ab hoſtibus occupatam eſſe.* Et paucis verſibus interjectis ſequitur: *Ductus exercitus ad Caruentanam arcem, quanquam invíſus infeſtuſque conſuli erat.* Verum hæc, utrum ad hunc Stephani locum applicari poſſint, aliis dijudicandum relinquo.

84 Πλησίον τῆς Κρήτης.] Quanquam libri calamo exarati & hactenus editi τῆς Κῶ conſtanter repræſentent, tantam mihi ſumſi libertatem, ut illud in τῆς Κρήτης mutatum iverim; nam inſula *Cos* a *Carpatho* longiſſime eſt remota, & maxima Doridis pars interjacet. Hanc emendationem nemo, in Stephani lectione paullulum verſatior, iniquo animo feret, quippe eam ſequentia Dionyſii verba, quorum tantum hemiſtichium in vulgatis legitur, (quæ noſter ſine dubio minime truncata in genuino opere tranſcripſerat) evidenter ſatis confirmant. Qui putat hanc correctionem eſſe periculi plenam, & longiſſime recedere a lectione vulgata, is cogitet velim, majorem adhuc elementorum mutationem requiri, ſi pro Ὅμηρος ſubſtituatur Διονύσιος, quod hoc loco faciendum ipſa ratio ſuadebat atque clamabat: nam omnes libri editi conſtanter iſta verba, quibus Carpathi ſitus probatur, Homero adſcribunt, cui hæc inſula Iliad. B Κράπαθος dicitur, cum revera ſint Dionyſii, quod jam olim, & primus omnium obſervavit Hartungus, & etiam Salmaſius in margine ſui Stephani. Verum facile dictu non eſt, utrum hæc paroramata, admodum profecto conſpicua, ipſius Stephani ſive Epitomatoris negligentia, an vero librariorum ſupinitate, ſive alio quodam fato, in textum irrepſerint.

 85 Καρ-

ὁ οἰκήτωρ Καρπάθιος, καὶ Καρπαθία, καὶ A
[85] Καρπάθιον.

ΚΑΡΠΑΣΙΑ, πόλις Κύπρου, [86] ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπάσειαν αὐτήν φησιν, ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν.

Ἢ δ' ὁπόσοι Κινύρειον, ἠδ' αἰπεινὴν B
[87] Καρπάσειαν.

ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία [88] κατὰ τὴν ἄκραν, τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτήν φησι. Δημήτριος δ' ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον [89] Καρβὰν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ. ὁ πολίτης, Καρπασεώτης, ὡς Μαρεώτης. καὶ τὸ κτητικὸν, Καρπασεωτικὸς, καὶ Καρπασεωτικὴ ἄκρα. Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ, [90] Καρπασεῖς αὐτοὺς φησιν· ἴσως ἀπὸ τοῦ Κάρπασος, ὡς Ἀντίοχος Ἀντιοχεὺς, ἀφ' οὗ Καρπασεύς. C

ΚΑΡΠΗΪΑ, εἴρηται ἐν τῷ Κάλπαι. D [91] ὅτι τινὲς Κάρπειαν τὴν πόλιν φασὶ, καὶ Καρπηϊανοὺς τὸ ἐθνικόν.

ΚΑΡΠΗΣΙΟΙ, ἔθνος Ἰβηρικὸν, τὸ ἐκτὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.

ΚΑῤῬΑΙ, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Κάῤῥα ποταμοῦ Συρίας. [94] τὸ ἐθνικὸν Καῤῥηνὸς, ἢ Καῤῥαῖος. ἔστι καὶ πόλις πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. E

ΚΑ-

Incola, Carpathius, & Carpathia, & Carpathium.

CARPASIA urbs Cypri, quam Pygmalion condidit, auctore Hecatæo in Cypriacis. Dionyſius vero per diphthongum Καρπάσειαν effert libro III Baſſaricorum:

Vel quotquot Cinyrium, vel altam Carpaſeiam.

Eſt quoque inſula Carpaſia prope Sarpedonium promontorium. Eam Xenagoras Carpathum vocat. Demetrius vero Salaminius Carbaſiam dictam perhibet, quia ad ventum Carban nuncupatum ſita videatur. Civis, Carpaſeota, uti Mareota. Et poſſeſſivum, Carpaſeoticus, & promontorium Carpaſeoticum. Theopompus libro X eos Carpaſenſes nominat, fortaſſis a voce Carpaſus, uti ab Antiochus Antiochenſis, unde Carpaſenſis.

CARPEÏA, de hac urbe dictum eſt in Calpæ, quod nonnulli eam urbem Carpeam appellent, & gentile, Carpeïanos.

• CARPESII, gens Iberica extra Iberum fluvium.

CARRHÆ, urbs Meſopotamiæ, a Carrha Syriæ fluvio ſic dicta. Gentile, Carrhenus, ſive Carrhæus. Eſt quoque urbs ad mare rubrum.

CA-

85 Καρπάθιον.] Male omnes editi Κάρπαθον.

86 Ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν.] Multa apud veteres de Pygmalione Cypriorum rege. Hic eburneam Veneris imaginem ita adamavit, ut cum ea coierit, teſte Clement. Alex. in Protreptico, & Arnobius lib. IV. Vide porro Apollodorum lib. III, & Aſclepiadem in opere de Cypro, cujus fragmentum exſtat apud Porphyrium de Abſt. Animal. lib. IV.

Καρπάσειαν.] Unica litera transpoſita, in editis male & contra Dionyſii mentem Κραπάσειαν, legebatur. Et præterea in medio verſiculi ἢ δ' pro ἠδ' reſpoſuimus.

88 Κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν.] Libri MSS. κατὰ τὴν Ἀκραγάντην Σαρπηδονίαν. Sed nihil ſani hæc habet lectio. Locum hunc noſter hauſit ex Strabonis lib. XIV: Εἶτα Καρπασία πόλις, λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα· ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπέρβασίς ἐστιν ἰσθμοῦ τριάκοντα σταδίων πρὸς τὰς νήσους τὰς Καρπασίας, καὶ τὸ νότιον πέλαγος. Vel Stephanus hunc locum oſcitanter deſcripſit, vel Epitomator integro operi fraudem fecit. Nam Carpaſia urbs Cypri ſecundum Strabonem e regione promontorii Sarpedonis, quod eſt in Cilicia, poſita eſt, ex qua urbe, ſi iſthmum tranſeas, XXX ſtadiorum ſpatio, ad inſulas Carpaſias pervenire licet. Igitur Καρπασία de urbe Cypri dixit Strabo, & Καρπασίαι de inſulis quibuſdam, inter Ciliciam & Cyprum ſitis.

89 Καρβὰν ἄνεμον.] Carbas a Vitruvio lib. I cap. VI ponitur circa Solanum, inter Aquilonem & Eurum, in quo ſitu Bochartus ſtatuit Cypri *Carpaſiam*. Itaque *Carbas*, ut idem vult, eſt Chaldæorum גרביית *garbith*, quod docti Cæciam exponunt & Boream. Sed pace tanti viri dixerim, hanc non eſſe doctorum ſententiam: nam Carbas & Phœnicias iidem ſunt, & inter νότον & Εὖρον regione Thraſciæ ponuntur: verum Cæcias inter Aquilonem & Subſolanum, qua de re vide Salmaſ. ad Sol. pag. 1252. Et hæc quoque fuit Timoſthenis ſententia apud Agathemerum lib. I cap. II: Τιμοσθένης δὲ ὁ γράψας τοὺς περίπλους, δώδεκά φησι, προσθεὶς μέσον Ἀπαρκτίου καὶ Καικίου Βορέαν, Εὔρου δὲ καὶ Νότου Φοίνικα, τὸν καὶ Εὐρόνοτον.

90 Καρπασεῖς.] Contra Stephani canonem & Theopompi auctoritatem nummus antiquus apud Goltzium exhibet ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ, quod a caſu recto Καρπασιεὺς formatum eſt. Peſſime inferius legebatur: ἀφ' οὗ Καρπάσεια. Pro quo repoſuimus ἀφ' οὗ Καρπασεὺς, quod eſt caſus rectus a Καρπασεῖς.

91 Ὅτι τινὲς Κάρπειαν.] Sic quoque in voce Κάλπαι. Sed pro Καρπητανοὺς, quod in omnibus libris conſpicitur, repoſui Καρπηϊανοὺς, quod facili negotio a primitivo deducitur. Puto enim Carpetanos eſſe, quos Græci Καρπήσιοι appellant, quique mox ſequentur apud noſtrum. Hos eoſdem eſſe, evidenter liquebit Livium cum Polybio conferentibus.

92 Ἐκτὸς Ἴβηρος.] Vulgati omnes peſſimo errore ἐντὸς, qua in voce non ſemel a librariis apud noſtrum commiſſum eſt. Polyb. l. III: συνδραμόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν Καρπησίων, ὃ σχεδόν ἐστιν ἰσχυρότατον ἔθνος τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους. Ubi interpres *Carpetanos* vertit, & ita profecto eos vocat Livius lib. XXI, ibi eandem Hannib. hiſt. referens. Ex illo etiam liquet manifeſtiſſime, hos ultra Iberum ſitos fuiſſe. Etiam codicum manu exaratorum lectio noſtram emendationem confirmare videtur, nam in iis, quanquam probandum non ſit, legitur: τῶν ἐν τοῖς Ἴβηρος ποταμοῦ.

93 Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποτ.] Oppidum Craſſi clade nobile, probe Bonchnas ſitum, teſte Stephano in Βόγχναι. Nomen habens a fluvio ejuſdem nominis, quem perperam noſter loco citato *Cyrum* vocat, uti ſuſpicatur Bochartus, qui urbem & fluvium a *Charan* Abrahami fratre nominatam docet Geog. Sac. lib. II cap. XIV. Carol. a S. Paulo *Carrhas* vulgo *Orfa* appellari perhibet, quem vide in Oſrhoëna.

94 Τὸ ἐθνικὸν, Καῤῥηνός.] Numiſmata occurrunt cum inſcriptione ΚΑΡΡΗΝΩΝ apud Triſtanum, Spanhemium & alios. Ultimum gentile Καῤῥαῖος apud Dionem legitur.

95 Κά-

ΚΑ΄ΡΥΑ΄, [95] χωρίον τῆς Λακωνικῆς· A Θεόπομπος νέ. ὁ οἰκήτωρ [96] Καρυάτης, καὶ [97] θηλυκὸν Καρυάτις, καὶ Καρυαῖος, καὶ Καροιεύς. καὶ Καροιάτις μέλισσα, ἀντὶ τοῦ Λακωνική. [98] Κάροια γὰρ, αὐτόθι τόπος.

CARYA, locus Laconicæ, de quo Theopompus libro LV. Incola, Caryates, & fœmininum, Caryatis: & Caryæus, & Carœenſis, & Carœatis apis pro Laconica. Carœa enim ibidem locus eſt.

ΚΑΡΥ΄ΑΝΔΑ, [99] πόλις καὶ λιμὴν ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου καὶ Κῶ. Ἑκαταῖος B Καρύανδαν αὐτήν φησι. [1] τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεύς, ὡς Ἀλαβανδεύς. ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

CARYANDA, urbs & portus ejuſdem nominis prope Myndum & Cô. Hecatæus hanc Caryandam appellat. Gentile, Caryandenſis, uti Alabandenſis. Hinc erat Scylax antiquus hiſtoricus.

ΚΑ΄ΡΥΣΤΟΣ, πόλις ὑπὸ [2] τῇ Ὄχῃ, ὄρει τῆς Εὐβοίας. ἀπὸ Κάρυστου τοῦ Χείρωνος. Θεοδωρίδας Χειρωνίαν αὐτήν φησι. κεῖται δ' ἡ πό- C λις [3] πρὸς τῷ Μυρτώῳ πελάγει, ὑπὸ τῷ ὄρει Ὄχῃ. ἐκλήθη δὲ τὸ ὄρος [4] ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ὀχείας, ἤτοι τῆς θεῶν μίξεως, Διὸς καὶ Ἥρας· [5] ἢ διὰ τὸ τὰ πρόβατα κυΐσκεσθαι, ὀχευόμενα ἐν τῷ τόπῳ·

CARYSTUS, urbs ſub Ocha, Eubœæ monte, quæ a Caryſto Chironis filio nomen habet. Hanc Theodoridas Chironiam vocat. Sita eſt civitas prope Myrtoum mare, ſub monte Ocha, qui ſic dictus eſt ἀπὸ τῆς ὀχείας i. e. a coitu, ſive a deorum Jovis & Junonis concubitu: vel quod oves ibidem initæ conceperint:

[95] Κάρυα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς.] Voſſianus cod. Κάροια, χωρ. Λακ. ὁ οἰκήτωρ Καροιάτης, καὶ θηλυκὸν Καροιάτις, & ſic omnia gentilia a primitivo deducta in medio habent οι pro υ, cujus ſcripturæ veſtigia in omnibus editis remanſere; quia autem ſeries literarum hoc non patiebatur, eam loco movere & mutare non ſuſtinui. Suadebat etiam τὸ Κάρυα præferre canon apud Etymologici Mag. auct. in voce Τροία· τὰ διὰ τοῦ οια θηλυκὰ δισύλλαβα μακροκαταληκτα, διὰ τῆς οι διφθόγγου γράφεται &c. τὰ δὲ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ἅπαντα διὰ τοῦ υ ψιλοῦ γράφεται· οἷον σικύα, κωδύα, ἰξύα &c. Cæterum Xenophon, Lucianus, & Pauſanias loci nomen Καρύαι fecerunt, quæ duplices ſunt, alteræ Laconicæ, alteræ Arcadicæ. Pauſanias lib. III: Τρίτη δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐμβολὴ κατὰ τὰ δεξιὰ ἐς Καρύας ἄγει, καὶ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος· τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ νυμφῶν ἐστιν αἱ Καρύαι, καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος· χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. Caryæ vero Arcadicæ variis in locis lib. VIII a Pauſania commemorantur.

[96] Καρυάτης.] Occurrit apud Pauſ. lib. citato ΚΑΡΥΑΤΑΙ, ſed apud Vitruvium lib. I CARYATES, quod tertiæ declinationis eſt. *Carya civitas Peloponneſi cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit. Poſtea Græci per victoriam glorioſo bello liberati, conſilio Caryatibus bellum indixerunt.*

[97] Τὸ θηλυκὸν Καρυάτις.] Ex MSS inſeruimus τὸ θηλυκὸν, quod non erat in editis. Hoc nomine inſignitur Diana apud Caryatas, & feſtum quod in ejus honorem virgines Laconicæ, choreas agentes, celebrabant. Vide Pauſ. loco jam aliquoties allegato: cui adde Diomedem Grammaticum lib. III: *Quo tempore, adventante Xerxe in Græciam, omnes, deſerta Laconia, metu barbarorum perterriti, in diverſas partes fugiſſe creduntur: & cum virgines timore laterent, ex hoc eveniſſe, ut eo die, quo ſolitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad Solenne ſacrum inveniretur.* Illud Saltationis genus *Caryatiſſare* appellabant, teſte Luciano de Saltat. ita enim ille: Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες, ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον, ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν.

[98] Κάροια γὰρ, αὐτόθι τόπος.] Non duntaxat ſic locus Laconicæ appellabatur, ſed etiam Nympha quædam, quæ forte loco nomen dedit. Erat hæc filia Dionis regis Laconicæ, qui habuit uxorem Inphiteam Prognai filiam, teſte Servio ad Eclog. VIII Virg. ubi deinde hæc addit: *Carœam vero quam amaverat, in eodem monte in arborem ſui nominis vertit, quæ Latine nux dicitur; quod poſtea Diana ita factum Laconas docuit. Unde templum Caruſatidi Dianæ a Laconibus conſecratum.* Sed male heic legitur *Caryſatidi*, pro *Carœatidi* vel *Caryatidi*.

[99] Πόλις καὶ λιμὴν ὁμώνυμος.] Sic reſcribendum judicavi, cum male in editis repræſentaretur λίμνη, quod vitium ſine dubio noſter hauſit ex depravato Strabone, ubi hodie ſic legitur lib. XIV: Καὶ μετὰ ταύτην Βαργυλία, καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λίμνη, καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς· ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς. Verum ibi legendum eſſe λιμὴν, ex ipſo Scylace evidenter apparet, ita enim ille: Καρύανδα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμὴν, οὗτοι Κᾶρες.

[1] Τὸ ἐθνικὸν, Καρυανδεύς.] Gentile hoc genuinum & probum eſſe ex Strabone atque aliis ſatis conſtat, ſed etiam Καρυανδηνὸς veteres uſurparunt. Conſt. Porphyrog. de Scylace: Οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρυανδηνὸς, οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων. Et Avienus Rufus in oræ maritimæ deſcriptione:

Hecatæus iſtic quippe erit Mileſius,
Hellanicuſque Lesbius, Phileas quoque
Athenienſis, Caryandenus Scylax.

[2] Τῇ Ὄχῃ, ὄρει.] Sic emendavi: peſſime enim in vulgatis legitur πόλει. Emendatio hæc ex ſequentibus ſatis confirmatur. Et ſic quoque Strabo lib. X unde hæc tranſcripta videntur: Κάρυστος δ' ἐστὶν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ. πλησίον δὲ τὰ Στύρα καὶ τὸ Μαρμάριον.

[3] Πρὸς τῷ Μυρτώῳ πελάγει.] Accuratius Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Iliad. B. tradit e regione Chii urbem eſſe ſitam, ad mare Myrtoum: Κεῖται δέ φασι Κάρυστος ἀντικρὺ Χίου, περὶ τὸ περὶ τὸ Μυρτῷον πέλαγος πλοῦν· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Καρύστου υἱοῦ Χείρωνος· ἐξ οὗ καὶ Χειρωνία ποτὲ ὠνομάσθη.

[4] Ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ὀχείας, ἤτοι τῆς θεῶν μίξεως.] In vulgatis libris legebatur, ἀπὸ τῆς τῶν θεῶν μίξεως, & ferme dixeris nihil in illis verbis deſiderari: qui vero rem attentius & apertis oculis inſpexerit, fatebitur iſtam deeſſe vocem, unde Ὄχη originem ſumſit, quam ex Euſtathio qui verbis Stephani uſus eſt, huc revocavimus, ita enim ille ad Iliad. B. Ἐκλήθη δὲ Ὄχη, ἢ διὰ τὸ ἐξέχειν, ἐξ οὗ ὡς εἴρηται καὶ τὸ ὄχα ἐπίρρημα, ἢ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ὀχείας, ἤτοι μίξεως Διὸς καὶ Ἥρας· ἢ διὰ τὴν αὐτόθι τῶν προβάτων ὀχείαν. ἢ διὰ τὴν τροφήν. (Sic lege, non ἤδη δὲ καὶ τροφήν.) Ἀχαιοὶ γὰρ τὴν τροφὴν, ὄχην λέγουσιν ὀξυτόνως, εἰς διαστολὴν τῆς ὀρεινῆς ὄχης.

[5] Ἢ διὰ τὴν τροφήν.] Etiam hæc verba in omnibus libris non conſpiciuntur, quæ tamen neceſſario requirebantur, ut ſenſus eſſet facilis & perſpicuus. Eadem quoque ex Euſtathio reduximus, cujus verba præcedenti commentario allegavimus.

 6 Τὴν

-πω. οἱ γὰρ Ἀχαιοὶ [6] τὴν τροφὴν ὀχὴν φασι. λέγεται A [7] καὶ ἡ Ὄχη τὸ ὄρος, καὶ [8] ἀρσενικῶς, ὁ Ὄχης. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίγνεται λίθος, ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε [9] τῇ ὑφῇ χειρόμακτρα γίγνεσθαι· ῥυπωθέντα δὲ, εἰς φλόγα βάλλεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι [10] τὸν πῖνον τῇ πλύσει παραπλησίως. B ἐκαλεῖτο καὶ δὲ Αἰγαία, [11] ἀπὸ Αἴγωνος τοῦ δυναστεύοντος, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον. ἔστι καὶ Καρυστὸς [12] ἐν τῇ Λακωνικῇ, τόπος τῆς Αἴγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, C ἀφ᾽ οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν ἔφη, καθὰ Στράβων δεκάτῃ. τῆς προτέρας [13] τὸ ἐθνικὸν, Καρυστίας. ἐν ᾗ τὸ [14] λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων. καὶ θηλυκὸν, Καρυστία.

ceperint: vel ab alimento, Achæi enim alimentum ὀχὴν appellant. De monte dicitur, hæc Ocha, & genere maſculino, hic Oches. In illa urbe naſcitur lapis, qui plectitur texiturque, adeo ut ex eo textura mantilia conficiantur, quæ ubi ſordes contraxere, in flammam injecta, a ſordibus purgantur, quemadmodum lotione linteorum maculæ eluuntur. Vocabatur etiam Ægæa ab Ægone loci dynaſta, a quo etiam mare Ægæum nomen habet. Eſt quoque Caryſtus in Laconica locus Ægyis, prope Arcadiam, unde vinum Caryſtium Alcman dixit, auctore Strabone lib. x. Prioris gentile eſt Caryſtius. Ibi eſt lapidicina Caryſtiarum columnarum. Eſt & fœmininum Caryſtia.

ΚΑΡΧΗΔΩΝ, [15] μητρόπολις Λιβύης, D διασημοτάτη πόλις (Χαλκηδὼν δὲ τῆς Βιθυνίας, [16] διὰ τοῦ λ καὶ κ) ἀπὸ Καρχηδόνος Φοίνικος. ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις, καὶ Καδμεία, καὶ Οἰνοῦσσα, [17] καὶ Κακκάβη. [18] τούτῳ

CARCHEDON, Latinis *Carthago*, metropolis Libyæ (*Chalcedon* vero Bithyniæ per l & c) a Carchedone Phœnice nomen habet. Appellabatur etiam Nova Urbs, & Cadmea, & OEnuſſa, & Caccabe, quod vernaculo

[6] Τὴν τροφὴν ὀχὴν.] In libris editis male legebatur ὄχην cum accentu in penultima: Sed monente Euſtathio eum mutavimus & in ultima collocandum cenſuimus, ut differentia ſit inter τὸ Ὄχη montis nomen, & ὀχὴ nutrimentum. Heſychius: Ὀχὴ, τρώχλη, τροφὴ, καὶ ὄρος Εὐβοίας, καὶ τροχός.

[7] Καὶ ἡ Ὄχη.] Et hæc verba etiam ab omnibus libris abſunt, quæ tamen auctoritate Euſtathii inſerere placuit, docentis iſtam vocem utroque genere uſurpari ad Iliad. B. Λέγεται δέ φασιν ἡ Ὄχη αὕτη, καὶ ἀρσενικῶς ὁ Ὄχης.

[8] Ἀρσενικῶς.] Sic bene Xylandriana. Veneta & Florentina: λέγεται καὶ ἄρσων.

[9] Τῇ ὑφῇ.] Optime correxit Holtmannus: in prioribus enim editionibus excuſum erat peſſime: ὥστε τύφη χειρόμακτρα γίγνεσθαι, quam depravatam lectionem etiam in MSS reperi. De hoc lapide, quæ hic referuntur, noſter hauſit ex Strab. lib. x: Ἐν δὲ τῇ Καρύστῳ, καὶ ἡ λίθος φύεται ἡ ξαινομένη καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὑφάσματα (libri MSS teſte Caſaubono τὰ ὕφη, ſed legendum τῇ ὑφῇ·) χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπωθέντα δ᾽ εἰς φλόγα βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τῇ πλύσει τὸν πῖνον παραπλησίως. Plutarchus ſua ætate hunc lapidem defeciſſe perhibet, lib. de Oracul. defectu. Multa quoque Sotacus apud Apollonium in hiſtor. mirab. de natura hujus lapidis refert, ut & Dioſcorides atque alii.

[10] Τὸν πῖνον.] Euſtathius legebat τοῦ πίνου in verbis ſupra allegatis.

[11] Ἀπὸ Αἴγωνος.] Nonnius ad Goltzii numiſmata emendat, ἀπὸ Αἰγαίωνος, & ſic quoque legebat Euſtathius ad Iliad. B. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Κάρυστος καὶ Αἰγαία ἀπὸ Αἰγαίωνος δυνάστου, ἀφ᾽ οὗ καὶ πέλαγος Αἰγαῖον. Et ita quoque Latini hunc appellarunt. Solinus cap. XI: *Briareo enim rem divinam Caryſtii faciunt, ſicut Ægaoni Chalcidenſes.* Sic quoque Heſychius: Αἰγαίων, ἐνάλιος θεός· οἱ δὲ Βριάρεως, καὶ ὁ Κοσσδών. Et non aliter Scholiaſt. Apollonii, Servius & alii. Sed pace Nonnii dixiſſe liceat, Salmaſio ad Solinum pag. 178 perinde eſſe, ſive *Ægon*, ſive *Ægaon* dixeris. Statius lib. v.

Dii Pelagi ventiſque & Cycladas Ægaoni
Amplexo. ---- ----

Et eodem libro:

---- ---- *Quas ſpumifer adſilit Ægon*

Maneat ergo ἀπὸ Αἴγωνος, quod nulla emendatione indiget.

[12] Ἐν τῇ Λακωνικῇ.] Non ſunt hæc verba in editis, ſed ut ſitus eſſet notior, ex Strabone tranſcripſimus, a quo omnia de vino Caryſtio noſter hauſit, ita enim Geographus lib. x. Κάρυστος δέ ἐστι καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπος τῆς Αἴγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ᾽ οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε. In alia opinione verſatur Euſtathius, vinum ſcilicet Caryſtium nomen habere juxta Alcmanem, ab Arcadica Caryſto, ſed ſecundum Strab. a Laconica, ita enim ille Ὁ δὲ παρὰ τῷ Ἀλκμᾶνι Καρύστιος οἶνος, οὐκ ἐντεῦθεν ἦν ἀλλὰ ἀπὸ Καρύστου Ἀρκαδικοῦ, κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον ἀπὸ Λακωνικῆς Καρύστου. Verum in alia ſententia verſari Strabonem ex verbis jam citatis clariſſime liquet.

[13] Τὸ ἐθνικὸν, Καρυστίας.] Si mei arbitrii res foret, corrigerem Καρύστιος, quod paſſim eſt in uſu. Omnes tamen libri conſtanter Καρυστίας agnoſcunt, quod mihi admodum eſt ſuſpectum de menda. Apud Ovidium lib III Faſt. *Caryſtæus* occurrit:

Quaque Caryſtæis frangitur unda vadis.

[14] Λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων.] Etiam hæc deſumpta ſunt ex Strabonis lib. x. Sed is locum, ubi Caryſtiæ columnæ exſcinduntur, Marmarium appellat. Paſſim apud antiquos harum columnarum memoria reperitur, apud Jul. Capitolinum in Gordiano *tertio*, & alios quam plurimos.

[15] Μητρόπολις Λιβύης.] Carthaginem totius Africæ metropolim fuiſſe lucutenter teſtatur Salvianus lib. VII de Gub. Dei: *Nec diſcurram per loca ſingula, aut cunctas diſcutiam civitates, ne ſtudioſe videar quærere atque inveſtigare quæ dicam: Una tantum univerſarum illic urbium principe, & quaſi matre contentus ſum: illa ſcilicet Romanis arcibus ſemper æmula, armis quondam & fortitudine, poſt ſplendore & dignitate, Carthaginem dico, & urbi Romæ maxime adverſariam, & in Africano orbe quaſi Romam.*

[16] Διὰ τοῦ λ καὶ κ.] Ita ex MSS emendavimus: in vulgatis διὰ τοῦ λκ legebatur, non inſerta voce copulativa.

[17] Καὶ Κακκάβη. Eandem urbis deſcriptionem ex noſtro hauſit Euſtathius ad Dionyſ. prætermittens nomen Οἰνοῦσσα, quod etiam aliis incognitum eſt: Καρχηδὼν ἡ πόλις, ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καινὴ πόλις καὶ Καδμεία καὶ Κακκάβη, ὅπερ τῇ ἐγχωρίῳ διαλέκτῳ ἵππου κεφαλήν. Antonius Auguſtinus ſe poſſidere tradit numiſma Carthaginenſe argenteum, in cujus altera parte conſpicitur caput equi elegantiſſime pictum, cum literis ad infimum collum, ex quibus nomen ΚΑΚΚΑΒΗ colligitur. In quo demonſtrando etiam multum operis collocavit doctiſſimus Triſtanus tom. I pag. 88, & II pag. 549. Et profecto Carthaginis conditores unanimiter teſtati ſunt, jacientes prima urbis fundamenta, inter fodiendum caput equi fuiſſe repertum. Juſtinus lib. XVIII: *Ibi quoque caput equi repertum, bellicoſum fortemque populum futurum ſignificans, urbi auſpicatam ſedem dedit.* Virgil. lib. I Æneid.

Effodere

[18] τοῦτο δὲ, κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν λέξιν, ἵππου κεφαλὴ δηλοῦται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας· [19] ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὴ καινὴ πόλις. ἔστι δὲ καὶ [20] Ἀρμενίας Καρχηδὼν, ὡς Εὐτρόπιός φησιν. [21] ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος. Καρχηδόνιος ἦν σοφὸς μέγας, καὶ Κλειτόμαχος ὁ Διογνήτου, ὃς ἐκαλεῖτο Ἀσδρούβας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, διάδοχος Καρνεάδου τῆς Κυρηναϊκῆς σχολῆς, [22] ὃς κή ἐτῶν ἐλθὼν Ἀθήναζε, ἄμοιρος ἦν τῶν πρώτων στοιχείων· καὶ ταῦτα μανθάνων, [23] ἠκροάσατο Καρνεάδου.

culo ipſis ſermone *equi caput* ſignificat. Eſt & alia Carthago Iberiæ civitas. quæ etiam Nova Urbs vocabatur. Eſt præterea Armeniæ Carthago, cujus Eutropius meminit. Civis, Carthaginenſis. Et Clitomachus ſapientia excellens Diogeniti filius, Carthaginenſis erat. Hic nominabatur Aſdrubal, Academicæ ſectæ philoſophus, & in Cyrenaica ſchola Carneadis ſucceſſor. Hic octavo & vigeſimo ſuæ ætatis anno Athenas petiit, primis elementis imperitus: verum hæc addiſcens, Carneadem audivit.

ΚΆΣΙΟΝ, ὄρος καὶ πόλις Αἰγύπτου, [24] πρὸς τῷ Πηλουσίῳ. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς Κυκλάδος νήσου, ἢ [25] ἀπὸ Κάσου τοῦ Κλεομάχου· ἀφ᾽ οὗ [26] καὶ Κασίου Διὸς ἱερόν. ὁ πολίτης, Κασιώτης, ὡς Πηλουσιώτης. καὶ θηλυκὸν, Κασιῶτις.

CASIUM, mons & urbs Ægypti juxta Peluſium. Sic autem vocatur ab inſula Cycladum, vel a Caſo Cleomachi [*patre*.] Unde & Caſii Jovis templum. Civis, Caſiota, uti Peluſiota, & genere fœmin. Caſiotis: & poſſeſſivum,

Effodere loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris equi. ----

Silius lib. II:

Oſtentant caput effoſſa tellure repertum
Bellatoris equi. ---- ----

De voce ΚΑΚΚΑΒΗ & vera ejus origine, non contemnenda leguntur apud CL. Bochartum *lib.* I cap. XXIV de Phœn. Colon.

[18] Τοῦτο δέ.] Cod. Voſſian. τοῦτο δέ. Et ſic quoque in editione Veneta atque Florentina excuſum video,

[19] Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὴ Καινὴ πόλις.] Sita eſt urbs in Hiſpania Terraconenſi in ora Conteſtanorum, non longe a Murcia & Scombraria promontorio, hodie *Cartaiena* ſive *Cartagena* dicitur. Frequentiſſima apud Græcos & Latinos hujus urbis celebratur memoria. Polyb. lib. III: Παραχειμάζων εἰς Καινὴν πόλιν, ἥτις ὡσανεὶ πρόσχημα καὶ βασίλειον ἦν ἐν τοῖς Καρχηδονίοις κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. Sic expreſſere conditores antiquum Carthaginis nomen, quod fuit *Carthada*, teſtibus Solino aliiſque. *Kartha hadath*, vel *Kartha hadatha*, unde contractum *Carthada*, id eſt *nova urbs* καινὴ πόλις· Verba Solini ſunt: *Eliſſa mulier extruxit & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Ex Carthada factum eſt Καρχηδὼν Græcorum, χ & θ permutatis, quod Siculorum eſt proprium, pro ὄρνιθες pronunciantium ὄρνιχες, annotante Salmaſio ad Solinum pag. 322, & Bocharto de Phœnic. col. pag 512. Illud autem Græcorum Καρχηδὼν, & Latinorum *Carthago* & urbi Libycæ & Hiſpanicæ fuit commune.

[20] Ἀρμενίας Καρχηδών.] Noſter Eutropium teſtem advocat, ut probet in Armenia etiam Carthaginem fuiſſe ſitam. Verum hæc nequaquam ex Eutropio innoteſcet. Ut ſæpenumero in depravatos codices noſter incidit, ita quoque in vitiatum Eutropii locum, ubi Καρχηδόνος pro Καλχηδόνος male exaratum erat. Non alium locum noſter apud Eutropium reſpicere poteſt, quam lib. VI cap. V: ubi de Lucullo & Cotta Coſſ. loquitur, adverſus Mithridatem miſſis, poſt mortem Nicomedis regis Bithyniæ, qui populum Romanum teſtamento hæredem conſtituerat: Καὶ Κόττας μὲν περὶ Χαλκηδόνος τῆς ἐπὶ τοῦ Βοσπόρῳ συμμίξας ἡττᾶται, καὶ κατεφεύγῃ πρὸς τὸ ἄστυ. Teſtantur editores, heic Καρχηδόνος ſcriptum fuiſſe; ſed quia loquitur de urbe ad Boſporum ſita, nulla alia quam Χαλκηδὼν intelligi poteſt. Cenſeo tamen in Armeniæ, & Cavæ Syriæ colliminio fuiſſe Carthaginem, nam Καρχηδόνος καὶ Βεῤῥοίας τῆς κοίλης Συρίας Abbates extitere Paulus & Acacius, quorum epiſtola Epiphanii libris additur.

[21] Ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος. Καρχηδόνιος ἦν σοφὸς μέγας &c] Xylander in ſua editione hunc locum defectus ſigno notavit. Menagius huic loco in notis ad Diog. Laërtium pag. 110 medicinam faciens, ſecundum illud Καρχηδόνιος interpoſuit, cui nos τὸ ἦν adiecimus. Lacunam hanc peperit ſcribarum imperitia, eandem vocem repetere non audentium: ſic tamen olim, vel ſaltem ad hunc modum a Stephano fuiſſe ſcriptum manifeſte liquet ex Euſtathio ad Dionyſ. Ἐξ αὐτῆς φασι Κλειτόμαχον εἶναι τὸν Ἀκαδημαϊκὸν φιλόσοφον, τὸν καὶ Ἀσδρούβαν καλούμενον, ὃς ἠκροάσατο τοῦ σοφοῦ Καρνεάδου κή ἐτῶν, ἄνθρωπος ἐλθὼν Ἀθήναζε ἄμοιρος (φασὶ) καὶ τῶν πρώτων στοιχείων, καὶ ὅμως ὀξύτητι φύσεως, καὶ ἄκρᾳ μελέτῃ εἰς πολὺ σοφίας ἐληλακώς, Vel ſcripſit itaque Stephanus, Καρχηδόνιος ἦν, vel ἐξ αὐτῆς ἦν, quod eodem profecto redibit, nam nemo adeo divinus eſt, ut ipſa elementa revocet, ſed ſenſum ſatis commodum atque probabilem. Carthaginenſem fuiſſe hunc Clitomachum, etiam aſſeverat Plutarchus Oratione ſec. de Fortuna Alexandri Mag. Θαυμάζομεν τὴν Καρνεάδου δύναμιν, εἰ Κλειτόμαχον, Ἀσδρούβαν καλούμενον πρότερον, καὶ Καρχηδόνιον τὸ γένος, ἑλληνίζειν ἐποίησε. Huic addi poteſt Diogenes Laërtius, qui hujus Philoſophi vitam deſcripſit.

[22] Ὃς κή ἐτῶν ἐλθὼν Ἀθήναζε. Cod. Voſſ. ὃς κή ἐτῶν, & ſic quoque editiones Aldina Florentinaque, quin etiam Euſtathius hanc lectionem eſt ſequutus. Diogenes Laërtius perhibet, Clitomachum quadraginta annos natum, Athenas contendiſſe, ut a Carneade inſtitueretur: ſed ex Stephano & Euſtathio, Diogenem Laërtium emendari oportere, cenſet CL. Voſſius.

[23] Ἠκροάσατο.] Libri editi male ἀκροάσασθαι. Quod repoſuimus, genuina eſt lectio, & Euſtathii auctoritate moti fecimus. Sic quoque emendandum cenſet Salmaſius in margine ſui libri.

[24] Πρὸς τῷ Πηλουσίῳ.] Eadem hæc verba, cum de montis Caſii ſitu apud Strab. lib. XVI. inveniantur, metuo ne inde hanc ſectionem confecerit Stephanus: Εἰσὶ δ᾽ ἐντεῦθεν εἰς τὸ Κάσιον τὸ πρὸς Πηλουσίῳ μικρῷ πλείους ἢ χίλιοι στάδιοι. Putant Caſium montem in Sacris Lit. appellari *Sinaï*, ubi Deus cum Moſe loquutus eſt. Alius hoc nomine mons eſt in Syria Antiochena, cujus meminit Plinius lib. V cap. XIII. Vide plura de hiſce montibus apud Salmaſium ad Spartianum.

[25] Ἀπὸ Κάσου τοῦ Κλεομάχου.] Videtur legendum, uti infra in Κάσος, Κλεομάχου πατρός. Ne heic Caſum Cleomachi filium intellexiſſe videatur.

[26] Καὶ Κασίου Διὸς ἱερόν.] Hæc quoque verba apud Strabonum lib. jam citato leguntur, ubi Pompeii Magni ſepulchrum meminit: Ἔστι δὲ τὸ Κάσιον θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων, ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου σῶμα κεῖται, καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου. Hinc apud Lucan. lib. VIII legimus:

---- ---- *Maneſque tuos placare jubebit,*
Et Caſio præferre Iovi. ---- ---- ----

[27] Κα-

τις. καὶ τὸ κτητικὸν, Κασιωτικός. ἀφ' οὗ ἐν τῇ συνηθείᾳ, τὰ [27] Κασιωτικὰ ἱμάτια.

ΚΑΣΜΕ'ΝΗ, πόλις Σικελίας· Ἡρόδοτος ζ. ὁ πολίτης Κασμεναῖος καὶ Κασμεναία. v. Ἀρκένη.

ΚΑ'ΣΟΣ, μία τῶν Κυκλάδων.

Οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε

[28] ἐκαλεῖτο δ' Ἄμφη, καὶ Ἀστράβη. κέκληται ἀπὸ τοῦ Κάσου, τοῦ Κλεομάχου πατρός. ἀπῴκισται ἀπὸ τῆς νήσου καὶ τὸ [29] ἐν Συρίᾳ ὄρος Κάσιον. ἔστι καὶ [30] ἑτέρα Περσίδος, καὶ πόλις. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Κάσιος

[31] ΚΑΣΠΑ'ΠΥΡΟΣ, πόλις Γανδαρική, Σκυθῶν ἀκτή, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

ΚΑ'ΣΠΕΙΡΟΣ, πόλις Πάρθων, προσεχὴς τῇ Ἰνδικῇ· Ἡρόδοτος γ'. [32] τὸ ἐθνικὸν, [33] Κάσπειροι, ὡς Διονύσιος ἐν γ' Βασσαρικῶν.

Ἔνθέ τε Κάσπειροι ποσὶ κλειτοί, ἐν δ' Ἀρηνοί.

καὶ πάλιν·

Κοσσαῖος γενεὴν Κασπειρόθεν, οἵ ῥά τε πάντων
Ἰνδῶν ὅσοι ἔασιν, ἀφάρτερα γούνατ' ἔχουσιν.
Ὅσσον γάρ τ' ἐν ὄρεσσιν ἀριστεύουσι λέοντες,
Ἢ ὁπόσα δελφῖνες ἔσω ἁλὸς ἠχηέσσης,
Αἰετὸς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγρομένοισιν,
Ἵπποι τε πλακόεντος ἔσω πεδίοιο θέοντες.
Τόσσον ἐλαφρότατοι πάντων προφέρουσι πόδεσσι
Κάσπειροι μετὰ φῦλα, τά τ' ἄφθιτος ἔλλαχεν ἠώς.

ἔδϛ

vum, Caſioticus. Unde quoque Caſiotica veſtimenta in uſu ſunt.

CASMENE, oppidum Siciliæ, de quo Herodotus lib. VII. Oppidanus, Caſmenæus, & Caſmenæa.

CASUS, una Cycladum.

Qui vero Niſyrum incolebant, Carpathumque Caſumque.

Appellabatur vero Amphe & Aſtrabe. Sic autem dicta eſt a Caſo Cleomachi patre. Ex hac inſula in Caſium Syriæ montem colonia deducta eſt. Alia quoque Perſidis eſt, & urbs. Et gentile, Caſius.

CASPAPYRUS, urbs Gandarica, Scytharum vero littus, auctore Hecatæo in Aſia.

CASPIRUS, urbs Parthorum, Indiæ proxima. Herodotus lib. III. Gentile Caſpiri, quo utitur Dionyſius lib. III Baſſaricorum:

Inter alios Caſpiri pedibus celebres, atque Arieni.

Et rurſum:

Coſſæus genere Caſpirenſis. Hi omnium
Indorum quotquot ſunt, celeriora genua habent.
Quantum enim in montibus virtute præſtant leones,
Vel quantum delphines in mari ſonoro,
Aquila inter agreſtes aves excellit,
Equique in plano campo currentes:
Tantum citiſſimi omnium pedibus excellunt
Caſpiri inter gentes, quas intaminata aurora ſortita eſt.

Quem-

[27] Κασιωτικὰ ἱμάτια.] Perperam, uti ſcribit Salmaſius ad Spartianum, viri docti hanc lectionem ſollicitant, cum eam Euſtathius ad Dionyſ. agnoverit hiſce verbis: Ἰστέον δὲ ὅτι Κάσιον Ἡρόδοτος ὁρίζειν φησὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Συρίαν, καὶ ὅτι τὰ νῦν ἰδιωτικῶς Κασιανὰ ὑφάσματα λεγόμενα, ἐκ τοῦ περὶ τὸ ῥηθὲν Κάσιον ὄρος τὴν ἀρχὴν τῆς κλήσεως ἐοίκασι λαβεῖν, ὡς ὑπεμφαίνει ὁ γράψας τὰ ἐθνικὰ, ἐν λόγῳ τιθεὶς τὰ Κασιωτικὰ ἱμάτια.

[28] Ἐκαλεῖτο δ' Ἄμφη καὶ Ἀστράβη. Dubito vehementer, an hæc vera ſit hujus loci lectio, nam perhibet Plinius, non *Amphen*, ſed *Achnen* hanc inſulam fuiſſe dictam, ita enim ille lib. V cap. III: *Rhodiorum inſulæ Carpathus, quæ mari nomen dedit; Caſos, Achne olim.* Alibi latet & latebit error, donec aliunde lux affulgeat. Etiam *Aſtraben* vocatam fuiſſe, idem Plinius ſcribit. lib. IV cap. XII: *Caſus, quæ Aſtrabe, Cimolus, quæ Echinuſſa.*

[29] Ἐν Συρίᾳ ὄρος Κάσιον.] Hæc non ſunt interpretanda de monte Caſio ad Peluſium, ſed de monte Caſio Antiochiæ vicino. Hic mons tantæ altitudinis eſſe perhibetur, ut ſolis ortus inde videatur quarta fere noctis vigilia Vide Plinium & Solinum, quorum loca conciliat vir Maximus ad Spartianum. Hunc montem plurimi aſcenderunt, ut ſolis exortus luſtrarent De Adriano refert Spartianus: *Sed in monte Caſio, quum videndi ſolis ortus gratia, nocte aſcendiſſet, imbre orto, fulmen decidens hoſtiam & victimarium ſacrificanti afflavit.* Et Marcellinus de Juliano: *Denique præſtituto feriarum die Caſium montem aſcendit nemoroſum & tereti ambitu in ſublime porrectum: unde ſecundis gallicinius videntur primi ſolis exortus*

[30] Ἑτέρα Περσίδος Fortaſſis noſter intelligit *Caſiam*, promontorium Carmaniæ, quæ regio verſus orientem Perſidi adheret. Caſiæ meminit Marc. Heracleota in Carmaniæ Periplo: Ἀπὸ δὲ Τησα πόλεως εἰς Ὑδριακοῦ ποτ. ἐκβολὰς, στάδια σ'. ἀπὸ δὲ τῶν Ὑδριακοῦ ποτ. ἐκβολῶν ἐπὶ Κασίαν ἄκραν στάδια υ'. ἀπὸ δὲ Κασίας ἄκρας εἰς Κυίζα λιμένα στάδια σν'. Sed male in Ptolemæo lib. VI legitur Βαγία, ita enim ibi: Τεῖσα πόλις, Ὑδριακοῦ ποτ. ἐκβολαὶ, Βαγία ἄκρα, Κυίζα λιμήν. Sed ib. Κασία reponendum exiſtimo.

[31] Κασπάπυρος.] Bis Herodotus lib. III & IV hujus urbis meminit, eam Κασπάτυρον appellans Ex hac urbe Scylax Caryandenſis a Dario mittebatur, ut exploraret ubi Indus mari immergitur.

[32] Ἡρόδοτος γ'.] Vereor profecto ne hæc verba ſint loco mota: Herodotus enim Caſpirorum memoriam libro III non celebrat, ſed *Caſpatyri* meminit, de qua urbe noſter egit præcedente ſectione: adeo ut hæc verba inde excidiſſe videantur.

[33] Κάσπειροι.] Hujus gentis etiam meminit Nonnus in

ἔδει οὖν ὡς Στάγειρος Σταγειρίτης, οὕτω Κάσ- A πειρος Κασπειρίτης. ἀλλ' οἱ βάρβαροι Ἑλληνικὴν ἀναλογίαν οὐ φυλάττουσι.

ΚΑΣΠΙ'Α θάλασσα, οἱ ἐξ αὐτῆς Κάσπιοι, καὶ Κάσπιον ὄρος, καὶ Κάσπιοι ἄνδρες, καὶ Κασπία γῆ, καὶ Κάσπιον. [34] λέγεται καὶ Ὑρκανία B ἡ Κασπία. [35] τινὲς δὲ ταύτας διακρίνουσι. φασὶ δὲ τὴν ἔξω θάλασσαν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, Ὠκεανόν· οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες, μεγάλην θάλασσαν· οἱ δ' Ἕλληνες, Ἀτλαντικὸν πέλαγος. γίνεται δὲ [36] Κασπιανός ἐκ τοῦ Κα- C σπία, ὡς Καρδιανός.

ΚΑΣΑ'ΝΔΡΕΙΑ, [37] πόλις Μακεδονίας, πρὸς τῇ Θράκῃ, ἡ ποτὲ [38] Ποτίδαια λεγομένη, ἀπὸ Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου. ὁ πολίτης, [39] Κασανδρεύς. [40] Ποσίδιππος δὲ κω- D μῳδίας ποιητὴς υἱὸς ἦν Κυνίσκου Κασανδρέως.

ΚΑΣΣΑΝΙ'ΤΑΙ [41], ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. ἐντεῦθεν [42] ἐκδέχεται τὸ τῶν Κασσανιτῶν ἔθνος.

ΚΑΣΣΑ'ΝΩΡΟΣ [43], πόλις Αἰγυ- E πτία, ἧς μέμνηται Ἔφορος κϛ'. τὸ ἐθνικὸν, Κασσανωρίτης.

ΚΑΣ-

A Qemadmodum igitur a Stagirus fit Stagirita, ſic a Caſpirus oportebat formari Caſpirita. Verum Barbari Græcam analogiam non ſervant.

CASPIUM mare, inde oriundi Caſpii appellantur, & Caſpius mons, & Caſpii viri, & B Caſpia terra, & Caſpium. Mare Hyrcanum etiam Caſpium dicitur. Hæc maria nonnulli ita diſtinguunt. Exterius mare barbarorum multi Oceanum vocant, Aſiæ incolæ magnum mare, Græci vero Atlanticum pelagus. A voce Ca- C ſpia fit Caſpianus, uti Cardianus.

CASANDREA, urbs Macedoniæ juxta Thraciam (quondam Potidæa dicta) a Caſſandro Antipatri filio nomen habens. Civis, Caſandrenſis. Poſidippus poëta Comicus, fi- D lius erat Cyniſci Caſandrenſis.

CASSANITÆ, gens in littore maris rubri, cujus Marcianus in Periplo meminit. Hinc excipit Caſſanitarum gens.

E CASSANORUS, urbs Ægyptia, cujus meminit Ephorus lib. xxvi. Gentile, Caſſanorita.

CAS-

in Dionyſiacis lib. xxvi, ubi etiam cum Arienis conjunguntur.

Ξέθων δ' ἄγχια φῦλα, καὶ ἐγχεμόθων Ἀρειηνῶν,
Καὶ Ζαόρων ἐκόρυσσε γενὴν καὶ φῦλον Ἰώρων,
Κασπείρων τε γένεθλα. ---- ----

34 Λέγεται καὶ Ὑρκανία ἡ Κασπία.] Hæc verba non melius quam de mari ſunt interpretanda; nam veriſſimum eſt, quoſdam auctores Caſpium & Hyrcanum mare pro eodem habuiſſe, adeo ut hic commode ſatis τὸ θάλασσα ſubintelligi poſſit. Strabo lib. 11: Καλεῖται δὲ αὕτη ἡ θάλαττα, καὶ Ὑρκανία. Et Dionyſius de ſitu orbis:

Κασπίη αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐησι θαλάσσῃ,
Ἥντε καὶ Ὑρκανίην ἕτεροι διεφημίξαντο.

Vide præterea Agathemerum lib. 11 Geog. cap. vi: & Steph. in Ὑρκανοί.

35 Τινὲς δὲ ταύτας διακρίνουσι.] Tradit porro noſter nonnullos eſſe, qui hæc maria diſtinguant, quod non aliter quam reſpectu accolentium fieri poteſt, ubi enim Caſpii ad mare hoc pertingunt Caſpium; ubi vero Hyrcani, appellatur Hyrcanum. Verum verbis quæ ſequuntur, noſter hoc non probat, cum in iis neque Caſpii, neque Hyrcani maris mentio inveniatur, quare poſt Ἀτλαντικὸν πέλαγος plura excidiſſe firmiter mihi perſuadeo, quæ a genuino Stephani opere abeſſe non potuerint. Totum illum locum Stephanus tranſcripſit ex omnigena Phavorini hiſtoria, eundemque citavit in voce Ὠκεανός.

36 Κασπιανός.] Invenitur fœmininum Κασπιανὴ apud Strab. lib. xi: Ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας, καὶ ἡ Κασπιανὴ τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος, ὥσπερ καὶ ἡ θάλαττα.

37 Πόλις Μακεδ. πρὸς τῇ Θρᾴκῃ.] Thraciæ & Macedoniæ fines cum ſæpenumero confundantur ab aliis auctoribus, incertum hoc ſequens Stephanus, alio loco hanc urbem Thraciæ adſcribit, uti in Ποτίδαια liquet. Rectiſſime ab geographiæ peritis in cervice Pallenes collacatur. Thucid. lib. 1: Ποτιδαιάτας, οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Παλλήνης, ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑποτελεῖς, καὶ ὁμήρους δοῦναι. Livius lib. xliv. *Hac virium acceſſione animus crevit prætori, ut Caſſandream oppugnaret. Condita eſt a Caſſandro rege in ipſis faucibus, quæ Pallenenſem agrum cateræ Macedoniæ jungunt; hinc Toronaico, hinc Macedonico ſepta mari.*

38 Ποτίδαια λεγομένη.] Hoc antiquum nomen fuiſſe etiam teſtatur Marcianus Heracleota in Periegeſi:

---- Ποτίδαι' ἐστὶ Δωρικὴ πόλις,
Μετὰ ταῦτα Κασσάνδρεια δ' ὠνομασμένη.

39 Κασανδρεύς.] Nummi inveniuntur apud Goltzium cum inſcriptione ΚΑΣΑΝΔΡΕΩΝ. Aliquando urbis nomen & gentile duplici ſigma exaratur, ut apud Livium loco citato: *Finium is ager Caſſandrenſium erat.* Et in nummo Mediceo, quem profert CL. Spanhemius: COL. IVL. CASSANDRENS.

40 Ποσίδιππος.] Apud Suidam eadem ferme de illo poëta legimus: Ποσίδιππος, Κασανδρεύς, υἱὸς Κυνίσκου. Stephanus Cyniſcum Caſſandrenſem facit, non vero Poſidippum ejus filium, ut Suidas. Ab aliis Ποσείδιππος appellatur. Inſigne hujus Comici fragmentnm legitur apud Dicæarchum: Ὅτι δὲ πᾶσα, ἣν κατηριθμήμεθα, Ἑλλάς ἐστι, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ τῶν Κωμῳδιῶν ποιητὴς Ποσείδιππος, μεμφόμενος Ἀθηναίοις, ὅτι τὴν αὐτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι. λέγων οὕτως,

Ἑλλὰς μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.
Σὺ μὲν ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς
Αὐτοῦ τινές, οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν.
Τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασι,
Τὴν εὐτραπελίαν εἰς ἀηδίαν ἄγεις;

41 Κασσανῖται.] Hi a Diodoro *Gaſandes*, & ab Agatharcide *Caſandres* appellantur, uti docet Bochartus lib. 11 cap. xxxvii Geog. Sac.

42 Ἐκδέχεται τὸ τῶν] Articulum τὸ ex MSS adiecimus, legebatur in vulgatis ἐκδέχεται τῶν Κασσανιτῶν ἔθνος.

43 Κασσάνωρος.] Ita ſcribendum cenſui pro Κασσάνορος, quoniam gentile Κασσανωρείτης fecit per ω, quod etiam ita in nummiſmatibus circumfertur, apud Goltzium enim in Veſpaſiani nummo legitur ΚΑΣΣΑΝΩΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hæc cum ſcripſeram, alias editiones inſpexi, eodem modo exhibentes.

ΚΑΣΣΙΤΙΡΑ, νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, A [44] τῇ Ἰνδικῇ προσεχής, ὡς Διονύσιος ἐν Βασσαρικοῖς. ἐξ ἧς ὁ κασσίτερος.

ΚΑΣΣΩΠΗ, πόλις [45] ἐν Μολοσσοῖς, ἐπώνυμος τῇ Κασσωπίᾳ χώρᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Κασσωπαῖος καὶ Κασσώπιος, καὶ Κασσωπία. B ἀπὸ τοῦ Κασσώπιος, Κασσωπιάς, ὡς Ἑλικωνιάς. Ἡρόδωρος δὲ [46] Κασσώπους αὐτοὺς φησιν, ἴσως κακῶς. πάντες δὲ διὰ δύο σσ· Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος δι᾽ ἑνός.

ΚΑΣΤΑΒΑΛΑ [47] Κιλικίας καὶ Φοινίκης πόλις. Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. ὁ πολίτης, C Καστα6αλεύς. [48] ἣ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο.

ΚΑΣΤΑΛΙΑ, πόλις Κιλικίας. Θεαγένης ἐν Καρικοῖς. τὸ ἐθνικὸν, Κασταλιώτης. ὁ τύπος τοῖς Κίλιξι συνηθής.

ΚΑΣΤΑΛΩΝ, μεγίστη πόλις [49] Ὠρητανίας, D [50] ὡς Ἀρτεμίδωρος τρίτῳ γεωγραφουμένων. τὸ ἐθνικὸν Κασταλωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης, Ταῤῥακωνίτης.

ΚΑΣΤΑΝΑΙΑ. [51] Εὔδοξος δὲ διὰ τοῦ θ φησί. Λυκόφρων,

Καὶ Κασταναίαν ἀκτέριστον ἐν πέτραις. E

τὸ ἐθνικὸν, Κασταναῖος, ἔστι καὶ Καστανία, διὰ τοῦ ι, πόλις πλησίον Τάραντος. τὸ ἐθνικὸν, Καστανιάτης.

ΚΑ-

A CASSITIRA, inſula in Oceano, Indiæ finitima, teſte Dionyſio in Baſſaricis, unde ſtannum advehitur.

CASSOPE, urbs Moloſſorum, ſic denominata a regione Caſſopia. Gentile, Caſſopæus, & Caſſopius, & Caſſopia. A Caſſopius B fit Caſſopias, uti Heliconias. Herodotus vero eos Caſſopos appellat: fortaſſis male. Omnes duplici ſigma efferunt: ſed Herodianus ſolus ſimplici.

CASTABALA, Ciliciæ & Phœniciæ oppidum, de quo Strabo lib. XII. Oppi- C danus, Caſtabalenſis. Hoc etiam Peraſia vocatur.

CASTALIA, urbs Ciliciæ, de qua Theagenes in Caricis. Gentile, Caſtaliotes. Hæc enim forma Cilicibus eſt familiaris.

D CASTALO, maxima Oretaniæ urbs, de qua Artemidorus libro III Geographicorum. Gentile, Caſtalonita, uti Aſcalonita, Tarrhaconita.

CASTANÆA. Eudoxus illud nomen per Θ effert. Lycophron:

E *Et Caſtanaam inſepultam in petris.*

Gentile, Caſtanæus. Eſt quoque Caſtania per jota, urbs Tarenti vicina. Gentile, Caſtaniates.

CA-

44 Τῇ Ἰνδικῇ προσεχής.] Unicam inſulam noſter agnoſcit, ex qua ſtannum adfertur, quæ Plinio *Caſſeritis* dicitur, cum plures hoc nomine ſtatuant alii. De harum ſitu & numero inter veteres non conveniebat, ut merito Herodotus dixerit: Οὔτε νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. Quare mirum non eſt, a noſtro hanc inſulam in Indiam rejici, morem illorum imitante, qui ignotas urbes, regiones & inſulas, vel in Oceano extra Herculeas columnas, vel in alio remotiſſimo terræ angulo in India, Media & alibi fingebant. Caſſiterides eſſe inſulas Britannicas, ad extremum Cornuwalliæ promontorium ſitas, evidentibus rationibus Camdenus demonſtrat.

45 Ἐν Μολοσσοῖς.] Conjecturam Palmerii amplecti, & genuinam lectionem auctori noſtro reddere placuit, licet in omnibus MSS & editis ἐν Μολοσσῷ legebatur. Eum vide lib. II Græc. Antiq. ubi de hac urbe non contemnenda proferuntur.

46 Κασσώπους.] Ita quoque a Scylace appellantur: παράπλους δ᾽ ἐστὶ τῆς Κασσωπῶν χώρας ἥμισυ ἡμέρας, & a nonnullis aliis auctoribus.

47 Καστάβαλα.] Frequens ſatis hujus urbis mentio eſt apud veteres, hoc duntaxat addam, a recentioribus *Mamiſtam* appellari. Andronicus Palæologus Senior in Ecthesi, capite quo refertur, quæ urbes nomen mutarint: Καστάβαλα Κιλικίας ἡ νῦν Μάμιστα.

48 Ἣ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο.] Antequam Caſtabala urbis formam eſſent nacta, a templo illo Dianæ Peraſiæ, locus *Peraſia* appellabatur, ubi ſacerdotiſſæ illæſis pedibus per prunas ambulabant, teſte Strabone lib. XII: Ὧν ἐν τοῖς Κασταβάλοις ἐστὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὅπου φασὶ τὰς ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δι᾽ ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς.

49 Ὠρητανίας.] Libri MSS Ῥιτανίας, quod etiam vetuſtiores editiones tuto ſunt ſequutæ. Ante Xylandrum emendabat optime Hieronymus Syrita ad Antonini Itinerarium pag. 552 Ὠρητανίας, quanquam vitio typothetarum ibidem Ὠφρητανίας excuſum ſit. In hac regione præter alias magni nominis urbes fuere *Caſtalo* & *Oretum*. Prioris nomen, obſervante Caſaubono, nuſquam apud Strabonem recte ſcribitur, quotieſcunque ejus meminerit. Appiano dicitur Κασόλων (ubi & Κασταλων malim) ut & Polybio lib. X: Ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις. Et Ptolemæo lib. II. Καστουλών. Hinc apud Livium ſæpiſſime *Caſtulo* legitur, oppidani nomen *Caſtulonenſis*.

50 Ὡς Ἀρτεμίδωρος τρίτῳ.] Artemidori verba ab Epitomatore in Ὠρησία, vel uti Caſaubonus emendandum cenſet, Ὠρεία, ex libro ſecundo allegantur. Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων. Ἀμφότεροι γάρ φησι, κατοικοῦσι τὴν παραλίαν, καί τινα τῆς μεσογείου, πρῶτον μὲν Ὠρητανοί. Πόλεις δ᾽ ἐν αὐτοῖς εἰσι μεγάλαι Ὠρεία καὶ Καστάλων.

51 Εὔδοξος δὲ διὰ τοῦ θ φησί.] Sic non ſolum Eudoxus, ſed etiam Herodotus lib. VII, & Strabo libro nono per θ ſcribit: Ὁ δ᾽ εἰς Ἰπνοῦς τόπον τραχὺν τῶν περὶ Πήλιον παρενεχθείς, ὁ δ᾽ εἰς Μελίβοιαν, ὁ δ᾽ εἰς τὴν Κασθαναίαν διεφθάρη. Et eodem loco: Μεταξὺ δ᾽ αὐτῆς καὶ Κασθαναίας κώμης ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κειμένης αἰγιαλός ἐστιν. Si quis integra Strabonis verba evolverit, ille addiſcet inde, *Caſtanaam* inter Peneï oſtia & Sepiada promontorium eſſe ſitam, prope Gyrtonam & Melibœam. Mela lib. II cap. III: *A Peneo, ad Sepiada, Gortyna, Melibœa, Caſtanæa: pares ad famam, niſi quod Philoctetes alumnus Melibœam illuminat.* Urbis nomen alii ſcribunt ſine diphthongo. Etymol. Mag. Auctor Καστανέα, πόλις Μαγνησίας, ὅθεν τὰ Καστάνεια κάρυα, τὰ ἀπὸ Καστάνης τινός. Hæc regio illa Caſtaneas ferens Καστανὶς appellatur apud Nicandrum in Alexiphar.

Δυσλεπέος καρύοιο, τὸ Καστανὶς ἔτρεφεν αἶα.

Ad quæ verba Scholiaſtes: Πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν τὰ Καστάνεια ἀπὸ τῆς Καστανίδος γῆς. Addit idem τὸ Καστανὶς eſſe urbem Ponti, quæ caſtaneis abundat.

52 Κά-

A ΚΑ'ΣΤΑΞ [52], Κάστακος, ὡς Νάρυξ Νάρυκος, πόλις Ἰβηρίας. τὸ ἐθνικὸν Καστακαῖος, ὡς Καρυκαῖος, ὁ Ἀππιανός φησι. [53] Κάστνιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν, Κάστνιος, καὶ Κάστνιον, ἐξ οὗ καὶ [54] Καστνιήτης. ἔδει δὲ Καστνιώτης, ὡς Πηλιώτης.

B ΚΑΣΤΩΛΟΥ͂, πεδίον Δωριέων, ὡς Ξενοφῶν. ἐκλήθη δὲ, ὅτι Καστώλους τοὺς Δωριεῖς οἱ Λυδοί φασιν. ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ [55] Καστωλός. τὸ ἐθνικὸν Καστώλιος, ὡς Σπαρτώλιος. καὶ τὸ κτητικὸν, Καστωλικός.

C ΚΑΣΩ'ΡΙΟΝ [56], τὸ πορνεῖον. Ἀριστοφάνης,

Ἐν Κασωρίοισι λείχων. ——

ὁ οἰκήτωρ, Κασωρίτης. καὶ θηλυκῶς Κασωρῖτις, καὶ Κασωρία.

D ΚΑΤΑ'ΒΑΘΜΟΣ, τόπος ἐν Λιβύῃ, [57] μεταξὺ τοῦ Ἄμμωνος καὶ τοῦ Παραιτονίου. ὁ οἰκήτωρ Καταβαθμίτης, ὡς Φελλὸς Φελλίτης.

ΚΑΤΑΚΕΚΑΥΜΕ'ΝΗ, [58] χώρα τῆς Ἐφεσίας. Στράβων τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Κατακεκαυμενίτης. [59] ἄδενδρος ἅπασα, πλὴν τῆς ἀμπέλου, τῆς τὸν Κατακεκαυ-E μενίτην φερούσης οἶνον. εἰκάζουσι δὲ τινες, [60] ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων συμβῆναι. [61] ἔστι καὶ νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

ΚΑ-

A CASTAX, Caſtacis, uti Naryx Narycis, urbs Iberiæ. Gentile, Caſtacæus, uti Narycæus, quo Appianus utitur. Mons Caſthium eſt Aſpendi in Pamphylia. Gentile, Caſtnius & Caſtnium, unde etiam fit Caſtnieta: ſed oportebat Caſtniota, uti Peliota.

B CASTOLI campus Dorienſium eſt, uti Xenophon perhibet. Sic autem eſt dictus, quod Lydi Dorienſes Caſtolos vocarent. Erat in Lydia urbs Caſtolus. Gentile, Caſtolius, uti Spartolius. Poſſeſſivum Caſtolicus.

C CASORIUM, lupanar, de quo Ariſtophanes:

In Caſoriis lingens ----

Incola Caſorita, & genere fœminino Caſoritis & Caſoria.

D CATABATHMUS, locus in Libya, inter Ammonem & Parætonium. Incola, Catabathmita, uti Phellus Phellita.

CATACECAUMENE, regio Epheſiæ, de qua Strabo lib. XIII. Gentile, Catacecaumenita. Arboribus prorſus caret, ex-E cepta vite, quæ vinum fert Catacecaumenit. Conjiciunt nonnulli id accidiſſe a fulminibus, & cœlitus immiſſis ignium procellis. Eſt quoque inſula in rubro mari.

CA-

52. Κάσταξ.] Et urbis & gentilitii nomen apud Appian. de bello Hiſpanico occurrit: Ἀφικόμενος δ᾽ ἐς τὴν Κάστακα ὁ Σκιπίων, τὸν μὲν στρατὸν ἐς τρία διεῖλε, καὶ τὴν πόλιν ἐφρούρει. μάχης δὲ οὐκ ἦρχε, διδοὺς ἔτι τοῖς Καστακαίοις μεταγνῶναι.

53 Κάστνιον ὄρος.] Libri MSS Κάστνον ὄρος. Ita hæc verba in hactenus vulgatis interpunguntur, quaſi Appianus montem hunc in urbe Aſpendo memoraſſet; verum ita nos diſtinximus, ut ejus nomen cum antecedentibus cohæreat.

54 Καστνιήτης.] Reperitur hæc vox apud Strabonem lib. IX:

Τὰς Ἀφροδίτας, ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία·
Τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθε πάσας τῷ φρονεῖν.

Verum Caſaubono ſuſpecta eſt in verbis allegatis, & quemadmodum eam emendaverit videſis in notis ad Geographum.

55 Καστωλός.] Vulgati omnes exhibent Κάστωλος, & in præcedentibus Καστώλους, nos accentum in ultima poſuimus, rationem videſis apud noſtrum in Αἰτωλία.

56 Κασώριον, τὸ πορνεῖον. Ἀριστοφ.] Hic locus, uti in omnibus libris editis concipiebatur, literarum ordinem non ſervabat, quod correximus demendo alterum ſigma: nam Heſychio Κασωρεῖς ſunt πόρναι, & κασωρεῖον, πορνεῖον. locus, quem noſter ex Ariſtophane producit, integer legitur in Equitibus

Τὴν δ᾽ αὐτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται
Ἐν κασαυρείοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον.

Sic in omnibus Ariſtophanis editionibus legitur: quid vero ſit præferendum, non tam facile dixerim: nam revera idem eſt, ſive Κασωρίοισι, ſive Κασαυρείοισι legas, nam apud Heſychium etiam legimus: Κασαυρείοις, οἴκοις, ἐφ᾽ ὧν αἱ ἑταῖραι ἐκαθέζοντο, ὅθεν καὶ τὴν πόρνην κασαυράδα ἔλεγον. Vide plura apud Etymologici Magni auctorem & Euſtathium ad Hom. pag. 741.

57 Μεταξὺ τοῦ Ἄμμωνος.] Quiſque novit, Ptolemæum *Catabathmum magnum & parvum ſtatuere*: verum hæc Stephani verba manifeſtiſſime indicant, locum hunc non poſſe accipi, niſi de Catabathmo parvo, docente CL. Voſſio ad Melam pag. 38.

58 Χώρα τῆς Ἐφεσίας.] Miror profecto, & non ſine ratione; heic ſcriptum eſſe in omnibus exemplaribus Ἐφεσίας, quod probari nequit, cum ipſe Strabonis teſtimonium noſter ex libro XIII advocet, ipſo dubitante Geographo, utrum Myſiæ, an vero Meoniæ *Catacecaumene* ſit adſcribenda, ita enim ille: Μετὰ δὲ ταῦτ᾽ ἐστὶν ἡ Κατακεκαυμένη λεγομένη χώρα, μῆκος μὲν καὶ πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τετρακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν, εἴτε Μῃονίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. Præterea Meonia Catacecaumenites dicitur Vitruvio lib. VIII cap. III: *Meoniam Catacecaumenitem, Lydiam Tmoliten.* Sed Siculus Diodorus, neque Meoniæ, neque Myſiæ, neque cum noſtro Epheſiæ, ſed Phrygiæ attribuit.

59 Ἄδενδρος ἅπασα.] Etiam hæc, imo tota ſectio ex Strabone noſter tranſcripſit, ubi hodie ſic legitur: Ἄπαντα ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλου τῆς τὸν Κατακεκαυμενίτην φερούσης οἶνον, οὐδενὸς τῶν ἐλλογίμων ἀρετῇ λειπόμενον. Utraque lectio eſt ſatis commoda, ſive legeris cum Strabone ἅπαντα ἄδενδρος; ſive cum Epitomatore ἄδενδρος ἅπασα.

60 Ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων.] In Stephani libris editis & calamo exaratis legebatur, ἐκ κεραυνοβολίας πρηστήρων, quod fretus Geographi auctoritate emendandum judicabam, nam apud eum integer locus ita concipitur: Εἰκάζουσι μὲν οὖν τινὲς ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων συμβῆναι τοῦτο. καὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα μυθολογεῖν.

61 Ἔστι καὶ νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλ.] Hæc Arabici ſinus inſula erat deſerta propter ardorem, & ex eo ſic appellata. Inter inſulas maris rubri hanc recenſet Ptolomæus lib. VI: Καρδαμίνη, Ἀρὴ, Κατακεκαυμένη, Μαλίχου δύο, Ἀδάνου δύο. Et Arrianus in Periplo maris Erythræi: Διὸ καὶ ἐι-

ΚΑΤΑ´ΝΗ, πόλις Σικελίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. μετὰ δὲ Κατάνη πόλις, ὑπὲρ δὲ ὄρος Αἴτνη. ἀπὸ δὲ τῆς Κατάνης Χαρώνδας, ὁ διάσημος τῶν ἐν Ἀθήνησι νομοθετῶν. κέκληται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ κατέβη [62] πρὸς τὸν Ἀμεναὸν ποταμὸν ἡ [63] Θεοκλέους τοῦ Χαλκιδέως ναῦς, ἣν Δωριεῖς [64] χωρὶς τοῦ υ νᾶν φασιν. [65] ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης καταπεθείσης, τὰ ἄνω καὶ κάτω, γέγονεν. ἔστι καὶ ἄλλη κατέναντι τῆς Λέσβου, πληθυντικῶς λεγομένη. [66] τὸ ἐθνικὸν Καταναῖος, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως.

A CATANA, urbs Siciliæ, de qua Hecatæus in Europa. Deinde vero urbs Catana, ſupra autem mons Ætna. Ex urbe Catana originem habuit Charondas, præſtantiſſimus apud Athenienſes legiſlator. Sic autem eſt vocata; quod Theoclis Chalcidenſis navis in Amenaum flumen deſcenderit, quam Dorienſes, B rejecto υ, νᾶν appellant. Vel inde nomen habet, quod, Ætna jam ædificata, Catana fuerit κάτω, id eſt, inferior. Eſt etiam alia e regione Leſbi, numero multitudinis ſic dicta. Gentile, Catanæus, quod etiam gen. fœminino & neut. uſurpatur.

ΚΑΤΑ´ΝΕΙΡΑ, οὐδετέρως πόλις, ὡς Θεόπομπος λέ Φιλιππικῶν. ὁ οἰκήτης Κατανειραῖος, ὡς Μεγαραῖος.

C CATANIRA, genere neutro, urbs, teſte Theopompo libro xxxv Philippicorum. Incola, Catanirenſis, uti Megarenſis.

ΚΑΤΑΟΝΙ´Α, μοῖρα ἐσχάτη τοῦ Ταύρου. [67] Στράβων δὲ Καππαδοκίαν ταύτην φησίν. οἱ οἰκοῦντες Καταόνες, ὡς τῆς Λυκαονίας Λυκάονες.

CATAONIA ultima pars Tauri. Hanc Strabo Cappadociam appellat. Incolæ, Cataones, uti a Lycaonia Lycaones.

ΚΑΤΑΝΝΟΙ´, ἔθνος πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

D CATANNI, gens ad mare Caſpium.

[68] ΚΑ´ΤΡΗ, πόλις Κρήτης, τὸν Ἰωνικὸν ἔχου-

CATRE, urbs Cretæ, Ionico modo for-

καὶ εἰσπλέοντες μέσον πλοῦν κατέχομεν, καὶ εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν παραξυόμεθα, ἄχρι τῆς Κατακεκαυμένης. Potuiſſet etiam Plinius ex Juba hujus inſulæ meminiſſe lib. VI cap. XXVIII: *A promontorio Indorum, quod vocatur Lepte Acra, ab aliis Drepanum, proponit* (Juba) *recto curſu, præter exuſta, ad Malchu inſulam* XV *mil. paſſ. eſſe.* Sine dubio, ut optime obſervat Salmaſius, inſignis hic Plinii notanda hallucinatio, qui *præter exuſta* vertit, quod apud Jubam Græce enunciatum repperit, παρὰ τὴν Κατακεκαυμένην, & regionem Æthiopiæ hoc nomine dictam accepit, quæ & Διακεκαυμένη vocatur. At Juba intellexit inſulam hoc nomine, quæ in ſinu Arabico ſita eſt, quam præternavigabant, qui a Lepte Acra ad inſulam Malichu tendebant, per medium ſinus proficiſcentes, cujus inſulæ etiam Stephanus. præter auctores jam allegatos, meminit. Quæ porro monſtra & mirabilia inſint iſti loco Plinii, manifeſtiſſime demonſtrat vir maximus ad Solinum.

[62] Πρὸς τὸν Ἀμμαόν.] In omnibus libris ſcriptis & editis conſtanter legebatur, πρὸς τὸν Ἀμελιανὸν ποταμόν. Sed cum Cluverio corrigendum cenſebam Ἀμεναὸν, uti etiam Straboni & aliis hoc fluvii nomen dicitur. Strab. lib. V. Καθάπερ περὶ τοῦ Ἀμενανοῦ συμβαίνειν φασὶ, τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος. Fulvius Urſinus in notis ad Cæſarem nummum exhibet, in quo ab altera parte legitur ΑΜΕΝΑΟΣ, & ab altera ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Pindaro tamen Ἀμενας dicitur:

Ζεῦ τέλει· αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν, Ἀμένα παρ' ὕδωρ,
αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σι, διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.

[63] Θεοκλέους Χαλκιδέως.] Thucydidi dicitur Θουκλῆς Attico more lib. VI, ubi tradit, quo anno Catana condebatur: Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδεῖς ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, Λεοντίνους τε, πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι, καὶ μετ' αὐτοὺς Κατάνην.

[64] Χωρὶς τοῦ υ νᾶν φασίν.] In caſu recto Dorienſibus νᾶς dicebatur *navis*. Etymologici Mag. auctor: Νηῦς, γίνεται παρὰ τὸ νέω τὸ νήχομαι. τοῦ ὀνόματος αἱ διάθεσαι. οἷον ναῦς, διὰ τοῦ ε. νῆυς διὰ τοῦ η. ναῦς διὰ τοῦ α. νᾶς παρὰ Δωριεῦσι. Et apud Heſychium, emendante Salmaſio, legimus: Κατὰ νᾶν, κατὰ ναῦν.

[65] Ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης καταπεθείσης τὰ ἄνω καὶ κάτω γέγονεν.] Conjiciebam hic aliquid monſtri latere, ac proinde legendum, ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης κατασκευαθείσης. Verum deinde Salmaſiani codicis margines conſulens, reperiebam ibi emendaſſe virum maximum: ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης κατατεθείσης, κάτω γέγονεν. Quæ conjectura quandam etiam ſpeciem præ ſe fert, quia Catana ſitu fuit inferior, poſtquam oppidum Ætna in monte cognomine ædificabatur: nam montem ipſum conſcendentes, per urbem hanc, ubi ſe erigere incipiebat, iter facere ſolebant, uti ex Strabone & Itinerariis ſatis liquet. Igitur ἀπὸ τοῦ κατὰ, id eſt, κάτω hæc urbs nomen ſortita videtur, quod in declivi ſolo ſub Ætnam montem ſita ſit. Ab eodem κατὰ alia quoque urbium & regionum nomina videntur derivata, ut Κατάνειρα Καταονία de quibus in ſequentibus Stephanus.

[66] Τὸ ἐθνικὸν, Καταναῖος.] Gentile hoc paſſim apud antiquarios in nummis conſpicitur, apud Seguinum, Spanhemium alioſque. Latino ore CATINENSIS & CATANENSIS dicitur. Mirum eſt, Stephanum non agnoſcere ΚΑΤΑΝΕΥΣ, quod etiam eſt in uſu apud Pauſaniam in Phocicis, ubi de Amphinomo & Anapio loquitur: Οὗτοι μὲν δὴ τιμὰς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι παρὰ Καταναίων ἔχουσιν.

[67] Στράβων δὲ Καππαδοκίαν ταύτην φησίν.] Nuſquam Strabo Cataoniam Cappadociam appellat; ſed in principio libri duodecimi tradit unam ex decem Cappadociæ præfecturis fuiſſe, ita enim ille: Οὕτω γὰρ δὴ εἰ καθ' ἡμᾶς βασιλεῖς οἱ περὶ Ἀρχέλαον, διατεταγμένην εἶχον τὴν ἡγεμονίαν τῆς Καππαδοκίας. δέκατον δ' ἐστὶ μέρος καὶ ἡ Καταονία.

[68] Κάτρη, πόλις Κρήτης, τὸν Ἰωνικὸν ἔχ. τρ.] Sic erat emendandum, monentibus Palatinis & Voſſiano codice. Eodem ferme modo loquitur noſter alibi: Ἄσκρη, πόλις Βοιωτίας, Ἰωνικῶς σχηματισθεῖσα, ὡς Κόρη, Τερψιχόρη. Solent enim Jones ut plurimum mutare α in η. In omnibus editis hic locus mutilus & corruptus hunc in modum circumferebatur: Κάτρη, πόλις, οὐκ Ἰωνικὸν ἔχουσα τρόπον. Ex hac emendatione ergo addiſcimus ſub qua cœli plaga hæc urbs ſit collocanda, quod Ortelius facere non potuit, edita exemplaria ſequens. Hæc eadem urbs eſt, quæ a Pauſania in Arcadicis *Catrea* appellatur a conditore Catreo, ita enim ille: Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Τεγεάτου τοῦ παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, Κατρέα, καὶ Γόρτυνα. καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις, Κυδωνίας, καὶ Γόρτυνά τε, καὶ Κατρέαν. Plura de hujus urbis conditore leguntur apud Apollod. Diodorum Siculum & Dictyn Cretenſem.

69 Ἡρω.

ἔχουσα τρόπον, ὡς [69] Ἡρωδιανὸς περὶ τῆς Ὀλύκρης γράφων. τὸ ἐθνικὸν Καττραῖος, ὡς Ἀσκραῖος.

ΚΑΤΤΑΒΑΝΙΆ, κατοικία τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας· Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. φέρει δὲ τὸν λιβανωτὸν ἡ Καττα6ανία, σμύρναν δὲ ἡ [70] Χατραμωτῖτις. τὸ ἐθνικὸν, [71] Κατταβανεύς.

ΚΑΤΤΟΥΖΑ, [72] πόλις Θράκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι. οἱ οἰκήτορες, Κάττουζοι. ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, τὸ χωρίον Ῥακώλην προσαγορεύεσθαι. ὑπὸ δὲ Καρῶν, [73] Τούσυλοι ἐκαλοῦντο.

ΚΑΥ΄ΔΙΟΝ [74], ὡς Ῥήγιον, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. [75] τὸ ἐθνικὸν Καυδῖνος, ὡς αὐτός φησι· καὶ Καυδῖνα θηλυκόν.

ΚΑΥΙΝΔΑΝΑ [76], Ἰσαυρίας κώμη· Καπίτων Ἰσαυρικῶν ἕκτῳ. ὁ κωμήτης, Καυινδανεώτης.

ΚΑΥΚΑΣΟΣ τὸ ὄρος, ὀρῶν μέγιστον. τὸ ἐθνικὸν Καυκάσιος, καὶ Καυκασία θηλυκῶς ἐπὶ τῆς χώρας. ἀφ᾽ οὗ τὸ Καυκασιανὸς, ὡς Κασσιανός. καὶ οὐδετέρως Καυκάσιον. λέγεται καὶ διὰ τοῦ ι Καύκασις, ἐξ οὗ τὸ Καυκασίτης, [77] ὡς τὸ Ὑασίτης, τοῦ Ὑάσιος.

ΚΑΥΚΩ΄ΝΕΙΑ, χώρα τῶν Καυκώνων. γέγονε δὲ ἀπὸ τῆς Καύκωνος κλίσεως, ὡς Μάρων

A mata, teste Herodiano, ubi de voce Olycre ſcribit. Gentile, Catræus, uti Aſcræus.

CATTABANIA, vicinia felicis Arabiæ, auctore Strabone lib. XVI. Cattabania fert thus: myrrham vero Chatramotitis. Gentile, Cattabanenſis.

CATTUZA, urbs Thraciæ, quam Pygmæi incolunt. Incolæ Cattuzi. Unde procedebant grues contra eos bellaturæ: Locum Rhacolen appellabant. A Caribus vero Tuſſyli vocabantur.

CAUDIUM, uti Rhegium, oppidum Italiæ, teſte Dionyſio Romanarum antiquitatum lib. XVI. Gentile, Caudinus, ut idem perhibet, & Caudina fœmininum.

CAUINDANA, Iſauriæ vicus, cujus Capito lib. VI Iſauricorum meminit. Vici incola, Cauindaneota.

CAUCASUS mons montium maximus. Gentile Caucaſius, & Caucaſia genere fœminino de regione dicitur. Hinc Caucaſianus, uti Caſſianus, & genere neutro Caucaſium. Dicitur & per Jota Caucaſis, unde Caucaſites, uti ab Hyaſis Hyaſites.

CAUCONIA, regio Cauconum. Nomen illud formatur a genitivo Cauconis, uti

69 Ἡρωδιανὸς περὶ τῆς Ὀλύκρης γράφων.] Hæc ego ſic interpretor, non quod Herodianus librum hoc nomine ſcripſerit, ſed quod in opere Grammatico de figura vocis Ὀλύκρη verba faciens, etiam de voce Κάττρη aliiſque dixerit, eas formam habere Ionicam: quippe Ὀλύκρη eſt oppidi nomen circa Naupactum, quod Hecatæus numero plurativo uſurpavit, teſte Stephano: Ὀλύκραι πόλις περὶ Ναύπακτον. Ἑκαταῖος περιηγήσει Εὐρώπης. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυκραῖος.

70 Χατραμωτῖτις.] Apud Strabonem, cujus verba noſter ex lib. XVI profert, Χατραμωτῖτις legitur (quod etiam repoſuimus in Stephano) non vero Χατραμωνῖτις.

71 Κατταβανεύς.] Occurrit hoc gentile apud Strab. libro jam allegato: Τρίτοι δὲ Καττα6ανεῖς, καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ, καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου.

72 Πόλις Θράκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι· οἱ οἰκήτορες, Κάττουζοι.] Horum verborum ne γρῦ quidem exſtat in hactenus vulgatis. MSS Palatini Salmaſio, uti in Plinianis exercit. monet, & mihi codex Voſſianus auctiorem integrioremque hunc locum exhibuerunt. Plinius Pygmæos *Catizos* à barbaris vocatos ſignificare videtur hiſce verbis, lib. IV cap. II: *Gerania, ubi Pygmæorum gens fuiſſe proditur, Catizos barbari vocabant, creduntque a gruibus fugatos.* Verum contrarium ſtatuit noſter. Locum, unde procedebant grues cum Pygmæis bellaturæ, Ῥακώλην dicebant barbari Græci, & alii Γερανείαν: Verum Κάττουζα erat, ubi habitabant Pygmæi, qui Κάττουζοι appellantur. Vide etiam Solinum cap. X & ad eum locum Salmaſium.

73 Τούσυλοι ἐκαλοῦντο.] Videtur eſſe, niſi vehementer fallor, Latinorum *Troſſulus*, *Truſulus*, *Toroſulus*, cujus vocis ſcriptura adeo diverſa in veterum monumentis occurrit. Gloſſarium vetus: *Truſulus*, ὁ ἐν μικρῷ παχύς. Belgæ breviſſimæ ſtaturæ hominem, uti Cares Pygmæos, appellare ſolent *een Treuſel*, & hypocoriſtice *een Treuſeltje*. Illud Carum Τούσυλοι non aliunde deducendum cenſeo quam a Τυτθὸς, ὀλίγος, μικρὸς, unde forte τύτθυλος, & τύσυλος, & denique τούσυλος.

74 Καύδιον.] Hoc urbis nomen in Stephani editis mutatum eſt in Κλαύδιον, quia *Claudii* nomen tranſcriptoribus & geographiæ imperitis multo erat notius: & hinc eſt, quod omnia gentilia apud Steph. inde deducta, etiam corrupta ſint, quod legentibus evidenter apparet, cum vox corrupta Κλαύδιον elementorum ſeriem non ſervat. Sed magis miror, Caſauboni ſagacitatem depravatam hanc lectionem probaſſe, eumque improba iſta ſcriptura tentaſſe Straboni medicinam facere, in quo excuſum erat lib. V Καλατία καὶ Καλύδιον, præſertim; quod etiam obſervat, cum idem oppidi nomen lib. VI ſine menda occurrat, διὰ Καυδίου καὶ Καλατίας. Caudii ſitum heic ob oculos ponere neceſſarium non eſt, cum hoc ſatis accurate Cluverius ex Livio aliiſque præſtiterit.

75 Τὸ ἐθνικὸν, Καυδῖνος. Invenitur illud gentile apud Plutarch in Parall. Κατὰ τὰς καλουμένας Φούρκουλας Καυδίνας· ἔστι δὲ τόπος στενότατος. Locus hic peſſime erat contaminatus, ſed primus omnium eum correxit Cluverius. Livius lib. IX: *Duæ ad Luceriam ferebant viæ; altera præter oram Superi maris, patens apertaque; ſed quanto tutior, tanto fere longior: altera per Furculas Caudinas.*

76 Καυίνδανα.] Et hoc oppidi nomen (in tribus editionibus perperam excuſum erat Καvίνδανα) literarum ſeriem non ſervat. Ipſa ratio poſtulat, ut ſcribatur Καυίνδανα, & gentile, Καυινδανεώτης.

77 Ὡς τὸ Ὑασίτης τοῦ Ὑάσιος.] Male in omnibus MSS & editis Οὐασίτης τοῦ Οὐάσιος. Emendationem noſtram imprimi curavimus, quanquam non diffiteor etiam, poſſe corrigi Αὐασίτης τοῦ Αὐάσιος, vel Ὀασίτης τοῦ Ὀάσιος. Minima mutatio nobis placuit. Vide Stephan. in Αὔασις & Ὕασις.

 78 Βύ-

ρων Μάρωνος Μαρώνεια, Χείρωνος Χειρώνεια, [78] Βύζαντος Βυζάντεια. τὸ ἐθνικὸν Καυκωνέιτης, ὡς Ζελείτης. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ βασιλέως Καύκωνος, ἢ ποταμοῦ. ὤφειλε δὲ Καυκώνιος, ἀπὸ τοῦ Καύκωνος γενικῆς, ὡς Ἀντρώνιος. λέγεται καὶ Καυκωνὶς, καὶ Καυκωνιὰς καὶ Καυκωνίτης.

ΚΑΥΛΙΚΟΙ῀, ἔθνος κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. κέκληνται δ᾽ ἀπὸ ὄρους. [79] Ἀπολλώνιος μετὰ τοῦ α Καυλιακόν φησι.

ΚΑΥΛΩΝΙ´Α, πόλις Ἰταλίας, ἣν Αὐλωνίαν Ἑκαταῖος καλεῖ. [80] διὰ τὸ μέσην αὐλῶνος εἶναι. [81] ἀπὸ γὰρ τοῦ Καυλῶνος, ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία, [82] ὡς ἀπὸ Μετάβου ἥρωος τὸ Μεταπόντιον, καὶ Ἐπίδαυρος, Ἐπίταυρος, καὶ αἱ [83] Κλαζομεναί. ἔστι καὶ ἄλλη [84] Σικελίας. ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν. ὁ πολίτης Καυλωνιάτης, ὡς Ἀπολλωνιάτης· καὶ θηλυκὸν Καυλωνιάτις, καὶ Καυλώνιος.

ΚΑΥ῀ΝΟΣ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου. [85] οὗ ἡ Βιβλὶς ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου, ἀπήγξατο. ὅθεν ἡ παροιμία, ὁ [86] Καύ-

A uti a Marôn Maronis Maronia, Chiron, onis Chironia, Byzas, antos, Byzantia. Gentile, Cauconites, uti Zelites. Vel a rege Caucone vel a fluvio hoc nomine insignita est. A Genitivo Cauconis oportebat Cauconius deduci, uti
B Antronius. Dicitur etiam Cauconis, & Cauconias, & Cauconita.

CAULICI, gens juxta Jonium sinum, auctore Hecatæo in Europa, quæ sic a monte
C dicta est. Apollonius per a Cauliacum scribit.

CAULONIA, urbs Italiæ, quam Auloniam Hecatæus appellat, quod in medio convallis sita sit. Postea mutato vocabulo, a Caulone Caulonia dicta est, uti a Metabo heroë Me-
D tapontium, & Epidauro Epitaurus, & Clazomenæ. Est & alia Siciliæ, & alia Locrorum. Civis, Cauloniata, uti Apolloniata, & genere fœm. Cauloniatis, & Caulonius.

CAUNUS, urbs Cariæ, a Cauno nomen
E habens, cujus amore capta Byblis soror, ille a fugiente, mortem sibi laqueo conscivit. Hinc parœ-

78 Βύζαντος Βυζάντεια.] In vulgatis & MSS omnibus legebatur, Βυζάντιος Βυζαντία. Verum hæc lectio adeo mihi depravata videbatur, ut sine damno illa verba a Stephano abesse possint. Verum si quis nostram emendationem approbaverit suo calculo, is fatebitur, genuinum & commodissimum sensum nostro redditum; nam ipse in vocabulo Βυζάντιον non obscure, sic legendum, indicat: ἔστι καὶ ἐπὶ τῆς χώρας Βυζάντεια, διὰ διφθόγγου, quod profecto secundum hunc canonem a Βύζας Βύζαντος.

79 Ἀπολλώνιος μετὰ τοῦ α Καυλιακόν φησι.] Libri omnes vulgati & calamo exarati repræsentant Καυλιακῶν, quod cum sit a mala scribarum manu, corrigendum censebam. Locus Apollonii, quem noster innuit, reperitur lib. IV:

Αὐτὰρ ἐπεί τ᾽ Ἄγγουρον ὄρος καὶ ἄπωθεν ἐόντα

Ἀγγούρου ὄρεος σκόπελον παρὰ Καυλιακοῖο &c.

Stephanus montem Καυλιακὸν vocat, sed Apollonius scopulum, ut & Scholiastes, eundem Scythiæ prope Istrum collocans. Sed quod maxime mirandum, illud Καυλιακοῖο positum existimat pro Καυκασίοιο, ita enim ille: Ὁ Καυλιακὸς σκόπελος τῆς Σκυθίας, πλησίον τοῦ Ἴστρου, οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν. Et mox sequitur: ἀντὶ δὲ τοῦ Καυκασίοιο, Καυλιακοῖο.

80 Διὰ τὸ μέσην Αὐλῶνος εἶναι.] Hæc etiam erat Strabonis sententia, lib. VI ita referentis: Μετὰ δὲ τὴν Σάγραν Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ᾽ Αὐλωνία λεγομένη διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα, ἔστι δ᾽ ἔρημος. Igitur nomen accepit a convalle adjacenti. Quo tempore & a quibus condita sit, multis refert Pausanias lib. VI.

81 Ἀπὸ γὰρ τοῦ Καυλῶνος, ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία.] Hæc in omnibus libris editis & scriptis pessime erant contaminata, legebatur: ἀπὸ γὰρ τῆς Αὐλῶνος, ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία. Qua enim analogia ἀπὸ τῆς Ἄυλωνος deduci posset Καυλωνία, nullam rationem video, neque quisquam dicet. Præterea articulus sequioris sexus herois nomini præfigebatur: cum certum sit voci αὐλὼν, appellative si sumatur, a prosæ orationis scriptoribus articulum masculinum, sed a Poëtis duntaxat fœmininum præfigi.

82 Ὡς ἀπὸ Μετάβου ἥρωος τὸ Μεταπόντιον, καὶ Ἐπίδαυρος &c.] Hæc etiam adeo sunt corrupta, ut prorsus ferenda non sint. A libris MSS auxilium petii, sed non inveni. Procul omni dubio hoc vult Stephanus, Cauloniam sic vocatam esse a Caulone, quemadmodum ab heroë Metabo Metapontium, & ab Epidauro Epidaurus, & a Clazomeneo Clazomenæ. Hoc vel [illegible] modo olim in genuino opere scripsisse Ethnicographum nemo sanæ mentis in dubium vocabit: sed ipsissima auctori verba reddere, hoc opus, hic labor.

83 Κλαζομεναί.] Libri Palatini aliique, Πλαζομεναί.

84 Ἄλλη Σικελίας.] Videsis Cluverium, quid de appellatione hujus vocabuli censeat. Inveniuntur homines adeo stupidi & bardi, aperte scribentes, & Scylacem in Sicilia, & Strabonem lib. VI Cauloniæ Siculæ meminisse, quod manifeste falsum, quin & in Geographia & literis Græcis inscitiam suam produnt.

85 Οὗ ἡ Βιβλὶς ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου ἀπήγξατο.] In vulgatis libris hic locus corruptus & mutilus circumferebatur, ut nullo modo inde sensum congruum haurias: οὐ Βιβλὶς ἦν ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου. ὅθεν &c. Libri calamo exarati nobis auxilio non fuerunt; sed doctissimus Archiepiscopus Thessalonicensis, qui, ut ubique in commentariis plurima ex Stephano transcripsit, etiam hunc locum integrum reservavit in suis ad Dionys. Alexand. notis: Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ πόλις ἐστὶ Καρίας λεγομένη Καῦνος, ἀπό τινος Καύνου ἀνδρὸς, οὗ ἐρασθεῖσα ἡ ἀδελφὴ Βυβλὶς ἀπήγξατο. Ita etiam conabatur Salmasius in margine sui libri emendare. Porro heic observandum, refugientem Caunum a Byblide fuisse adamatum, quæ cum fratris amore potiri non poterat, laqueo vitæ finem invenit, testo Ovid. lib. de Remed. amor.

Byblida quid referam, vetito qui fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas.

Sed quemadmodum mythicæ theologiæ doctores in enarranda hac fabella variant, ostendit cl. Heinsius in notis ad Ovidium, ubi quoque egregie docet, utrum Βυβλὶς, an vero Βιβλὶς sit scribendum.

86 Καύνιος ἔρως. Proverbium in eos dicitur, qui fœdo amore aliquem prosequuntur; aut in talia desiderantes, quæ concupiscenda non sunt. Hujus parœmiæ meminerunt Hesychius, Suidas, Diogenianus, Apostolius aliique.

87 Στεφ-

Καύνιος ἔρως. ἔστι δὲ νοσώδης. ὅθεν καὶ [87] Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ἰδὼν ἐπιμελῶς χλωροὺς τοὺς Καυνίους, ἔφη· A

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

ἔστι καὶ ἄλλη [88] πόλις ἐν Κρήτῃ. τὸ ἐθνικὸν Καύνιος, καὶ Καυνία, [89] καὶ Καυναῖος.

ΚΑΫΣΤΡΙΟΝ πεδίον τῆς Ἐφεσίας, ἀπὸ Καΰστρου ποταμοῦ, ὃς [90] διὰ τὸ ἔχειν τὴν Κατακεκαυμένην χώραν πλησίον, ἐκλήθη. [91] τὸ ἐθνικὸν, Καϋστριανὸς καὶ Καϋστριανὴ τὸ θηλυκόν. λέγονται καὶ [92] Καΰστριοι. B

ΚΑΦΗΡΕΥΣ [93], ἐπίνειον Εὐβοίας, ὅς ποτε Καθηρεὺς ἐκαλεῖτο, ὅτι τοὺς πλέοντας ἐκεῖ C

A rœmia. Caunius amor. Urbs autem eſt morbis obnoxia: unde & Stratonicus citharœdus, cum Caunios ad modum pallidos vidiſſet, dixit:

Qualis foliorum natura, talis & virorum.

Eſt & alia urbs in Creta. Gentile, Caunius & Caunia, & Caunæus.

B CAÜSTRIUM, campus Epheſiæ, a Cäyſtro fluvio nomen invenies, qui ex eo ita dictus eſt, quod regioni Catacecaumenæ vicinus ſit. Gentile, Cäyſtrianus, & Cäyſtriana genere fœminino. Vocantur etiam Cäyſtrii.

C CAPHEREUS, navale Eubœæ, quod Cathereus vocabatur, quia præternavigantes ibi ab

87 Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδός.] Hæc verbotenus noſter ex Strabone lib XIV in genuinum opus tranſcripſerat, quæ tamen mutilata Epitomator nobis reliquit. Apud Strab. hodie ſic legitur: Ὅτι Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ἰδὼν ἐπιμελῶς χλωροὺς τοὺς Καυνίους, τοῦτ' εἶναι ἔφη τὸ τοῦ ποιητοῦ

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Μεμφομένων δὲ, ὡς σκώπτοιτο αὐτῶν ἡ πόλις ὡς νοσερά. ἐγὼ, ἔφη μήποτε θαῤῥήσαιμ' ἂν λέγειν νοσερὰν, ὅπου καὶ οἱ νεκροὶ περιπατοῦσιν.

88 Πόλις ἐν Κρήτῃ.] Cum ipſi Caunii Cariæ, apud Herodot. lib. I aſſeverant, ſe ex Creta oriundos, facile aſſentiendum Stephano, quod etiam in iſthac inſula urbem habuerint: ita enim Herod. Οἱ δὲ Καύνιοι, αὐτόχθονες ... ἐμοὶ, εἰσι. Αὐτοὶ μὲν τοι ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. C... n Creta meminit Scylax: Πρὸς δὲ νότον Γορτύνα, ... ubi CL. Voſſius, emendante Salmaſio, Καῦνος ...

89 Κ... αῖος.] Caſaubonus ad Athenæum lib. III cap ... gatur, ſcribens: a Καῦνος fit Καύνιος: at Κα...ος eſt a Καυναι: ut Ἀθηναῖος & Θηβαῖος. In Stephani Ethnicis mutilate iſta explicantur. Sed ſciendum eſt, ſæpe etiam ab urbibus in ...νος terminatis formari gentile in αιος, ut a Κῦνος Κύνιος & Κυναῖος: a Λῆνος Ληναῖος: a Κύρνος Κύρνιος & Κυρναῖος: uti nec ſemper ex terminatis in αι gentile in αιος: nam a Κλαζομεναὶ Κλαζομένιος, & ab Ἰδομεναὶ Ἰδομένιος. Vide plura hac de re apud nobiliſſimum Palmerium in Exercit. ad auct. Græcos.

90 Διὰ τὸ ἔχειν τὴν Κατακεκαυμένην χώραν πλησίον.] In omnibus libris, meo quidem judicio male legebatur τὴν κεκαυμένην χώραν: nam, uti correximus, ab ipſo Stephano & aliis geographis hæc regio Κατακεκαυμένη appellatur, unde vinum, cui nomen Κατακεκαυμενίτης. Sic etiam Euſtathius ad Iliad. B Cayſtrum amnem per Catacecaumenem fluere perhibet: Κάϋστρος δὲ ὁ ποταμὸς, ὡς διὰ Κατακεκαυμένης ῥέων. Eundem tamen cum Stephano errorem erravit, niſi ſtatuas id librariorum culpa accidiſſe, Euſtathius ad Dionyſ. ubi hodie ſic legitur: Κάϋστρος δὲ ὀνομάζεται ἀπὸ τοῦ παρακεῖσθαι τῇ κεκαυμένῃ χώρᾳ· ἐξ ἧς, κατὰ τὸν γεωγράφον, οἶνος ἐλλόγιμος ἀρετῇ ἐστι Κατακεκαυμενίτης. Sed veriſſima eſt emendatio: τῇ Κατακεκαυμένῃ χώρᾳ. Igitur Cayſtrus fluvius, uti noſter vult, nomen habet ex eo, quod Catacecaumenæ regioni vicinus ſit, vel, uti vult Euſtathius, quod per eam fluat. Alii tamen cenſent, nomen accepiſſe a Cayſtro heroë, Pentheſileæ fil. quam opinionem etiam refert Euſtathius ad Iliad. B. Etymologici Mag. Auctor: Κάϋστρος, ποταμὸς Λυδίας· ἀπὸ Καΰστρου. Κάϋστρος δέ ἐστιν υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμάζονος· ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δερκετώ.

91 Τὸ ἐθνικὸν, Καυστριανός.] Qua ratione a Καΰστριον derivari poſſit Καϋστρῖνος, & fœmininum Καυστρίνη, equidem non video, neque quiſquam mihi dicet. Unicam interpoſui literam, ut inde genuinum gentile naſceretur Καϋστριανός, quod paſſim legitur apud Strabonem lib. XIII; Ἴδιον δέ τι τοῖς Λαοδικεῦσι συνέβη, τοῖς τε Καϋστριανοῖς. Et eodem lib. paucis verſibus interjectis: Ὑπόκειται δὲ τῇ πόλει τό, τε Σαρδιανὸν πεδίον, καὶ τὸ τοῦ Ἕρμου, καὶ τὸ Καϋστριανόν. Excepto unico loco, ubi in vulgatis legitur: Ἀφ' οὗ καθοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία, καὶ μάλιστα τὸ Καϋστρινόν. Sed emendationem meam confirmat Iſaci Caſauboni teſtimonium, tradentis, libros calamo exaratos eo in loco Καϋστριανὸν repræſentare. Hinc puto factum τὸ Καϋστρηνός apud Euſtathium ad Dionyſ. quod an genuinum ſit vehementer dubito, ita enim ille: ἀπὸ δὲ τοῦ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον, τὸ καὶ Καϋστρηνόν. ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν. Eadem verba etiam inveniuntur in comment. ad Iliad. B, ſed pari modo corrupta.

92 Καΰστριοι.] Non eſt improbandum hoc gentile, cum idem ipſi Campo Cauſtriano ſupra a noſtro attribuitur. Comprobat etiam illud ſuo calculo Euſt. ad Iliad. B. Ὥσπερ δὲ κάπρος κάπριος κατὰ παραγωγὴν, οὕτω καὶ Κάϋστρος Καΰστριος.

93 Καφηρεὺς, ἐπίνειον Εὐβοίας.] Omnibus Geographis *Caphereus* promontorium eſt, ſed Stephano navale. Promontoria Eubœa habuit bina, Gereſtum verſus Atticam, & Caphareum verſus Helleſpontum. Capharei promontorium propter ſcopulorum frequentiam, & immanes undarum vortices admodum erat formidoloſum, quod apud Etymol. Mag. Auctorem legimus: Ἔχει μὲν καὶ Εὔβοια πρὸς τῇ ἐξῆς θαλάσσῃ Καφηρέα. Καφηρεὺς δὲ λέγεται τόπος θαλάσσης πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς τραχὺς καὶ τεναγώδης, σκοπέλοις διειλημμένος, καὶ ἕρμασι καὶ χοιράσι, καὶ τὰ πρὸς ἀπόβασιν ἀπορώτατος, ὑπὸ κρημνοῖς περιστοιχιζόμενος, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, ἔτι καὶ δυσέκεσι τοῖς ἀνέμοις καταπνεόμενος &c. Malea promontorium, fretum Siculum, ubi Scylla & Charybdis fingebantur, & Lycium mare, loca erant navigantibus infeſta; ſed Caphareus ad tempeſtatem & periculum non erat ἐπιεικέστερος, uti loquitur Alciphron in quadam epiſtola, cujus verba huc tranſcribere lubet: Εἰσὶ δὲ οἱ παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τυχῇ τοὺς οἴακας ἐπιτρέψαντες φέρεσθαι. ὅθεν ἀκούομεν τοὺς μὲν, κατὰ τοῦ Μαλέως ἀκρωτήριον. τοὺς δὲ κατὰ τὸν Σικελικὸν πορθμόν· ἄλλους δὲ εἰς τὸ Λυκιακὸν πέλαγος ῥύμῃ φερομένους ἐποκείλειν [legendum ἐποκέλλειν] ἢ καταδύεσθαι. ἔστι δὲ οὐδὲν τούτων πρὸς χειμῶνα καὶ κίνδυνον ὁ Καφηρεὺς ἐπιεικέστερος. ἀναμείναντες οὖν ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον καὶ καθαρὰν αἰθρίαν γενέσθαι ἀέρι, νοστήσομεν ἄχρι αὐτοῦ τοῦ Καφηρέως τῶν ἀκτῶν. Qui videbantur, cunctis ex voto fluentibus, difficultates omnes, quibus vita humana expoſita eſt, ſuperaſſe, illis, ut infortunia & calamitates vicem quoque redderent, Capherides petræ ob oculos ponebantur, quaſi Belgico adagio quis dixerit: Gy zyt nog niet begraven. Locus in hanc rem egregius eſt apud Phalaridem epiſtol. XCII, ubi inquit, ſe audiviſſe Steſichorum Achivorum reditus conſcribere, & quoſdam ex illis heroïbus ob inconſultos actus luculenter caſtigare: ipſumque vero non conſiderare, quomodo ex Alæſa Himeram ſine accepto malo redeat. Deinde hæc ſequuntur verba: Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι μένουσί σε καὶ αἱ Καφηρίδες πέτραι, καὶ Χάρυβδις, καὶ ὁ Ναύπλιος στόλος· καὶ οὐκ ἂν ἐκφύγῃς ὅλως τὰς ἐμὰς χεῖρας, οὐδ' ἂν εἰ θεός σέ τις (καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς) ἀϊστώσῃ.

94 Κα-

ἐκεῖ [94] καθῄρουν οἱ Εὐβοεῖς. τὸ ἐθνικὸν, ὁμωφώνως. Καὶ [95] τὸ θηλυκὸν, Καφηρίς· [96] καὶ κτητικὸν, Καφήρειος.

ΚΑΦΥΑΙ [97], πόλις Ἀρκαδίας, [98] ἀπὸ Κάπυος τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου, ἢ ἀπὸ Κεφέως. ὁ πολίτης [99] Καφυεύς, καὶ Καφυάτης, ὡς Καρυάτης.

ΚΑΨΑ, πόλις Χαλκιδικῆς χώρας, κατὰ [1] Παλλήνην, ὁμοροῦσα τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ. ὁ πολίτης, Καψαῖος.

ΚΕΡΔΑΝΙΤΑΙ [2], ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῳ.

ΚΕΒΡΗΝΙΑ [3], χώρα τῆς Τρωάδος, [4] ἀπὸ Κεβριόνου τοῦ Πριάμου. [5] Δίδυμος δὲ Κέβρηνα τὴν πόλιν φησίν. Ἡρωδιανὸς δὲ, ἀπὸ Κεβρῆνος ποταμοῦ. ὁ οἰκήτωρ Κεβρηνός, [6] καὶ Κεβρηνεύς, καὶ Κεβρήνιος.

ΚΕΓΧΡΕΑΙ, πόλις Τρωάδος, [7] ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος, μανθάνων τὰ κατὰ τοὺς Τρῶ-

ab Euboeenſibus interimebantur. Gentile eodem modo ſe habet. Et fœmin. Capheris, & poſſeſſivum Capherius.

CAPHYÆ, urbs Arcadiæ, a Capy Anchiſæ patre, vel a Cepheo ſic dicta. Civis, Caphyenſis & Caphyata, uti Caryata.

CAPSA, oppidum Chalcidicæ regionis, juxta Pallenem, Thermæo ſinui finitima. Oppidianus, Capſæus.

CERDANITÆ, gens Arabiæ felicis, de qua Uranius lib. III Arabicorum.

CEBRENIA, Troadis regio, quæ a Cebrione Priami filio nomen habet. Didymus urbem Cebrena appellat. Verum Herodianus a Cebrene fluvio ſic dictam cenſet. Incola, Cebrenus, & Cebrenenſis & Cebrenius.

CENCHREÆ, urbs Troadis. in qua morabatur Homerus, ut res Trojanas cognoſceret.

94 Καθῄρουν.] Libri editi & MSS conſtanter contra hiſtoriæ fidem καθῆρον exhibent, quæ vox heic locum habere nequit: nam Euboeenſes præternavigantes non *expiabant*, ſed *interimebant*: & hac de cauſa Stephanus hoc promontorium, unica litera mutata, Καθηρεύς dictum fuiſſe perhibet: erat enim clarum clade Græcorum, cum Agamemnone e Troja redeuntium, qua de re vide Pauſaniam lib. II. & IV, alioſque plures. Verum longe ab ab hac diverſam nominis originem refert Etymol. Mag. auctor, quæ, ut plura grammaticorum nugamenta, magni momenti non eſt: Καφηρεὺς ὢν ὁ αὐτός· καὶ ἴσως εἴρηται ἀπὸ τοῦ καταπνεῖσθαι ἀνενδότως· κάπος γὰρ τὸ πνεῦμα.

95 Τὸ θηλυκὸν, Καφηρίς.] Gentile fœmininum jam ex Phalaride, nota præcedente, produximus. Exſtat etiam in Antolog. Græcor. Epigr.

96 Καὶ κτητικὸν, Καφήρειος.] Aliquando per diphthongum Καφήρειος dicitur, uti in epigrammate Crinagoræ inedito:

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἁλικύμονα ἦσεν Ἀρίστω,
Ναύπλιος ἐκ μολπῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμενον.
Ὁ ψεύστης δ' ὑπὸ νύκτα Καφηρείης ἀπὸ πέτρης
Πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δύσμορος ἐς κραδίην.

97 Καφύαι, πολ. Ἀρκαδ.] Libri omnes conſtanter exhibent Καφυῖα, contra aliorum ſcriptorum, qui hanc urbem meminere, mentem. Pauſanias in Arcad. Τὸ δὲ ὄνομα ἐστι μὲν δῆλον ἀπὸ Κηφέως τοῦ Ἀλέου τῇ πόλει γεγονός, ὀνομάζεσθαι δὲ αὐτὴν φωνῇ τῇ Ἀρκάδων Καφύας, ἐκνενίκηκε. Situm oppidi evidenter ex eodem Pauſania, ut & Polybio aliiſque addiſces.

98 Ἀπὸ Κάπυος.] Hinc etiam Straboni Καπύαι appellatur lib. XIII: Τὸν Αἰνείαν μετ' Ἀγχίσου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου λαὸν ἀθροίσαντα πλεῦσαι. καὶ οἱ μὲν οἰκῆσαι περὶ τὸν Μακεδονικὸν Ὄλυμπον φασίν. Οἱ δὲ περὶ Μαντίνειαν τῆς Ἀρκαδίας, κτίσαι Καπύας, ἀπὸ Κάπυος θέμενον τοὔνομα τῷ πολίσματι. Non dubito profecto, quin in genuino opere Stephanus hunc Strabonis locum allegaverit. Igitur nomen habet urbs vel ab hoc Capy, vel a Cepheo, de quo Pauſanias, loco jam ſupra citato.

99 Καφυεύς, καὶ Καφυάτης.] Utrumque gentile occurrit apud Pauſ. in Arcad. Φασὶ δὲ οἱ Καφυεῖς τὰ ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἶναι χώρας. Et paucis interiectis verſibus: Καφυάταις δὲ ἱερὰ θεῶν Ποσειδῶνός ἐστι.

1 Παλλήνην] Sic edendum curavi, cum omnes libri exhibebant Πελλήνην. Vide Steph. iſta in voce.

2 Κερδανῖται] Iidem hi videntur, qui a Plinio *Cedrei* lib. v. cap. II appellantur: *His Arabes junguntur ab Oriente Chanclei, a meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabatæis.*

3 Κεβρηνία, χώρα τῆς Τρωάδος.] Hanc ſcripturam cum ante ſeculum ex Aldina (quam etiam Florentia deinde ſequuta eſt) doctiſſimus Ortelius calculo ſuo approbaverit, non poteram, quin eam noſtro redderem: nam male in Xylandriana legebatur Κεβρηία, omiſſo ν. Situm ſatis accurate ob oculos ponit Strab. lib. XIII, e quo loco noſter ſine dubio hanc de Cebrenia ſectionem in genuino opere confecerat. Et Plinius lib. v cap. XXX: *In Troade primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipſaque Troas*.

4 Ἀπὸ Κεβριόνου τοῦ Πριάμου.] Cebriones, a quo Cebreni originem noſter deducit, erat Priami ſpurius, ut ipſe teſtatur Homerus Iliad. Π, cujus verba Strabo lib. XIII ipſe in Cebreniæ deſcriptione in medium producit: Λέγειν δὲ καὶ τὸν ποιητήν,

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο.

ὃν εἰκὸς εἶναι ἐπώνυμον τῆς χώρας, ἢ καὶ πόλεως, ὅπερ πιθανώτερον. τὴν δὲ Κεβρηνίαν διήκειν μέχρι τῆς Σκηψίας. Deinde noſter addit, Herodianum iſtam nominis originem deducere ἀπὸ Κεβρῆνος ποταμοῦ (Sic correxi pro Κεβρῖνος, quod vulgatos codices obſederat) cujus memoria invenitur apud Apollod. lib. III: Ἀλέξανδρος δὲ Οἰνώνην τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα.

5 Δίδυμος δὲ Κέβρηνα.] In vulgatis erat Κέβρινα, quod cum nomine urbis nequaquam convenit, quare ut paſſim tota hac ſectione, jota in η mutavi: parum tamen aberat, quin reſcripſiſſem Κεβρήνη, quod apud Strab. lib. citato occurrit: Ὑπὸ δὲ ταύτῃ Κεβρηνία πεδιάς ἡ πλείστη, παράλληλός πως τῇ Δαρδανίᾳ. ἦν δὲ καὶ πόλις ποτὲ Κεβρήνη. Vel potius Κέβρην, ita etiam illud oppidum Strab. dicitur eodem libro: Ἔστι δ' ἡ μὲν πάλαι Σκῆψις ἐπάνω Κεβρῆνος. Triplicem ergo huic voci terminationem affinxere Grammatici Cebrena, Cebrene, & Cebren.

6 Καὶ Κεβρηνεύς.] Enumerantur jam tria gentilia, quæ, auctore & libro aliquoties citato, reperiuntur. Sed Strabo non habet Κεβρηνεύς, ſed Κεβρηνιεύς. Quod apud Stephanum legitur, formatum videtur a genitivo Κεβρῆνος, & illud Strabonis a Κεβρηνία. ita enim ille: Τοὺς μὲν οὖν Κεβρηνιέας ξυμμεῖναι τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. Et eodem loco τὸ Κεβρηνὸς uſurpavit: Ἔχθραν δ' ἀεὶ καὶ πόλεμον εἶναι τοῖς τε Κεβρηνοῖς, καὶ [illegible] Et denique tribus interjectis paginis, [illegible]. [illegible] δὲ καθύπερθε Κεβρηνίαι.

7 Ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος.] Perhibet Suidas, non ut noſter, Homerum, ut belli Troiani hiſtoriam conſcriberet, ibi fuiſſe commoratum, ſed Cenchreas ejus patriam fuiſſe: Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τοῦ μεγέθους τῆς φύσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν γενέσθαι Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφώνιον, οἱ δὲ Κυμαῖον, οἱ δὲ ἐκ Τροίας ἀπὸ χώρας Κεγχρέων.

8 Ἐπι-

Τρῶας. δευτέρα, πόλις καὶ [8] ἐπίνειον Κορίν- A
θου. τρίτη, Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Κεγχρεάτης,
[9] ὡς Κορσεάτης. λέγεται καὶ Κέγχρειος ὁ
Ποσειδῶν, ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἥρωος Κεγχρείου.

ΚΕΔΡΕΑΙ, πόλις Καρίας. Ἑκαταῖος
Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Κεδρεάτης, καὶ Κεδραῖος
τρισυλλάβως, καὶ Κεδρεατικός. B

[10] ΚΕΔΡΩΣΣΟΙ, ἔθνος πλησίον τῆς
ἐρυθρᾶς θαλάσσης. τὸ ἐθνικὸν, Κεδρωσσεῖς.

[11] ΚΕΙΡΙΑΔΑΙ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Κειριάδης. τὰ
τοπικὰ, ἐκ Κειριαδῶν, εἰς Κειριαδῶν, ἐν C
Κειριαδῶν.

ΚΕΚΡΟΠΙΑ χώρα, καὶ Κεκροπὶς φυλὴ, ἀπὸ Κέκροπος. λέγεται καὶ Κεκρόπιος,
καὶ Κεκροπία, καὶ Κεκροπίτης. τὸ ἐθνικὸν,
καὶ θηλυκὸν, Κεκροπῖτις· καὶ τὸ ἐκ τόπου
ἐπίρρημα, Κεκροπίαθεν. ἔστι καὶ Κεκροπὶς χώ- D
ρα Θρᾴκης. ἔστι δὲ δῆμος Θεσσαλονίκης· οἱ
δημόται, Κεκρόπιοι.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΕΙΑ, ἄκρα τις, [12] περὶ
ἣν ἐνίκησαν Αἰγινῆται Ἀθηναίους. [13] τινὲς δὲ
νῆσον αὐτήν φασι Πελοποννήσου. τὸ ἐθνικὸν, E
Κεκρυφαλεύς.

ΚΕΛΑΔΩΝΗ, πόλις Λοκρίδος,
ὡς Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κελαδωναῖος.

[14] ΚΕΛΑΙΘΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικὸν,
προσεχὲς τῇ Θετταλίᾳ· Ῥιανὸς δʹ. λέγονται καὶ Κελεθεῖς.

ΚΕ-

A ſceret. Secunda, urbs & navale Corinthi. Tertia, Italiæ. Gentile, Cenchreates, uti Corſeates. Dicitur etiam Cenchreus Neptunus a filio heroïs Cenchrei.

CEDREÆ, urbs Cariæ, auctore Hecatæo in Aſia. Gentile, Cedreates & Cedræus
B tribus ſyllabis, & Cedreaticus.

CEDROSSI, gens prope mare rubrum. Gentile, Cedroſſenſes.

CERIADÆ, populus Hippothoontidis tribus, cujus popularis Ceriades. Localia hinc formantur, ex, ad & in Ceriadis deno-
C tantia.

CECROPIA, regio, & tribus Cecropis, a Cecrope nomen habent. Dicitur & Cecropius, & Cecropia, & Cecropita. Gentile, quod etiam fœm. genere effertur,
D Cecropitis. Hinc & adverbium de loco, ex Cecropia. Eſt quoque Cecropis Thraciæ regio, & populus Theſſalonicæ, cujus populares Cecropii.

CECRYPHALEA, promontorium quoddam, circa quod Æginetæ Athenienſes
E ſuperarunt. Aliqui eandem Peloponneſi inſulam dicunt. Gentile, Cecryphalenſis.

CELADONE, urbs Locridis, teſte Dionyſio libro primo Gigantiados. Gentile, Celadonius.

CELÆTHI, gens Theſprotica, Theſſaliæ finitima, de qua Rhianus libro IV. Appellantur etiam Celethenſes.

CE-

[8] Ἐπίνειον Κορίνθου.] Situm deſcribunt luculentiſſime Strabo lib. VIII, & Pauſanias in Corinthiacis. A Callimacho Hym. in Delum Κερχνὶς appellatur:

Οὐ Κερχνὶς κρείοντι Ποσειδάωνι Λεχαίῳ,
Οὐ πάγος Ἑρμείῃ Κυλλήνιος. --- ---

Ad quem locum Scholiaſtes: Λέχαιον καὶ Κερχνὶς ἀκρωτήρια, ἔνθα ὁ Ποσειδῶν τιμᾶται. Utrobique reſcribendum videtur Κεγχρείς. Niſi quis dicat in iſthac voce illam literarum mutationem eſſe ſolitam: nam κεγχρὶς & κερχνὶς appellatur quædam avicula, quam Græci de genere accipitrum ſtatuunt: ſic etiam κερχνῶδες & κεγχρῶδες apud Medicos in uſu eſt, & apud alios κέρχνωμα & κέγχρωμα.

[9] Ὡς Κορσεάτης.] In calamo exaratis & libris editis male excuſum eſt, Κέρσεατης, quod correximus, auctore noſtro ſic ſuadente, ita enim ille in Αἴνεια. Ἔστι καὶ Αἰνεάτης, ὡς Κορσέαι Κορσεάτης, Ὑδρέαι Ὑδρεάτης, Ὄρειαι Ὀρεάτης, Κέγχρειαι Κεγχρεάτης, τοῦ ι συντεθέντος.

[10] Κέδρωσσοι.] Etiamſi noſter hac ſectione hanc gentem ad mare rubrum, & alio loco in India collocet, eadem tamen gens eſt, cujus prima aliquando per Γ, & aliquando per K exaratur. Vide noſtrum in Γεδρωσία.

[11] Κειριάδαι.] In omnibus libris erat Κειριάδαι, quod emendavimus auctoritate Harpocrationis & Heſychii. Fortaſſis idem præſtitit Meurſius, quem ad manum non habeo.

[12] Περὶ ἣν ἐνίκησαν Αἰγινῆται Ἀθηναίους.] Hæc a veritate longiſſime eſſe remota, firmiter mihi perſuadeo; nam Æginetæ circa Cecryphalium Athenienſes non ſuperarunt, ſed Athenienſes Æginetas duce Leocrate; in quo navali prælio amiſere ſeptuaginta triremes, & in Athenienſum ditionem redire coacti ſunt. Fuſius hæc narrat Diod. Siculus lib. XI: Οἱ τὴν Αἴγιναν κατοικοῦντες, μεγάλην ἐμπειρίαν ἔχοντες καὶ δόξαν τῶν κατὰ θάλατταν ἀγώνων, οὐ κατεπλάγησαν τὴν ὑπεροχὴν τῶν Ἀθηναίων· ἔχοντες δὲ τριήρεις ἱκανὰς, καὶ προσκατασκευάσαντες ἑτέρας ἐναυμάχησαν, καὶ λειφθέντες ἀπέβαλον τριήρεις ἑβδομήκοντα· συντριβέντες δὲ τοῖς φρονήμασι διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ἠναγκάσθησαν εἰς τὴν τῶν Ἀθηναίων συντέλειαν καταταχθῆναι. Addam præterea locum inſignem Thucydidis, ut ipſa veritas ſit manifeſtior, ex lib. I, ubi ferme eadem refert, quæ ex Diodoro allegavimus: Καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι ἐναυμάχησαν ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσί. Πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις, μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν. καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν. καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν, ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν. καὶ ἐπολιόρκουν, Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος. Ex hiſce duobus ſatis evidenter apparet, Stephanum ab hiſtoriæ fide longiſſime aberrare, ſtatuentem Athenienſes circa Cecryphaliam ab Æginetis fuiſſe ſuperatos.

[13] Τίνες δὲ νῆσον.] Plinius lib. IV cap. XII: *Contra Epidaurum Cecryphalos, Pityoneſos VI mil. paſſuum a continente.* Scholiaſtes Thuc. ad verba ſupra allegata: Ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ. νῆσος αὕτη περὶ τὰ δυτικὰ τῆς Πελοποννήσου.

[14] Κέλαιθοι, ἔθνος Θεσπρωτ.] Rhiani opus, ſi exſtaret, procul dubio nos de ſitu hujus gentis certiores redderet. Puto tamen Antoninum Liberalem de ea mentionem feciſſe fab. IV, ſed verba quia corrupta ſunt, ſic videntur emendanda: ὁ δὲ Ἥρακλῆς οὐκ ἔστιν ἑαυτοῦ. πο-

ΚΕΛΑΙ´ΘΡΑ, πόλις Βοιωτίας, Ἄρ- A
νης πλησίον, ἀπὸ Κελαίθρου.

Λείπει τὰ λοιπὰ τοῦ κε, καὶ τὰ κη, κι, κλ, κν
καὶ τὰ πρῶτα τῶν κο.

ΚΟ´ΡΑΚΟΣ πέτρα, [15] τόπος ἐν Ἰθάκῃ.
Ὅμηρος. ὁ ταύτην οἰκῶν, Κορακοπετραῖος. B
ΚΟΡΑΚΟ´ΝΗΣΟΣ. Ἀλέξανδρος
τρίτῳ Λιβυκῶν. τὸ ἐθνικὸν, Κορακονησίτης.
ΚΟ´ΡΑΞ, ὄρος [16] μεταξὺ Καλλιπόλεως
καὶ Ναυπάκτου. [17] Πολύβιος εἰκοστῷ. τὸ ἐθνικὸν Κοράκιος, ὡς Ἄτραξ Ἀτράκιος.
[18] ΚΟ´ΡΑΞΟΙ, ἔθνος Κόλχων, πλη- C
σίον Κώλων· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Κοραξικὸν τεῖχος, καὶ Κοραξικὴ χώρα.
[19] ΚΟ´ΡΔΥΛΟΣ, πόλις Παμφυλίας.
Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Κορδύλιος.
[20] ΚΟΡΙΣΣΟ`Σ, πόλις τῆς Ἐφεσίας, D
* [21] διὰ τὸ τὴν Λητὼ τεκοῦσαν, καὶ τὴν Ἄρτεμιν κομίζουσαν γενομένην κατὰ τὸν τόπον, οὗ νῦν βωμὸς αὐτῆς· τῆς δὲ πυθομένης, τίνος ἐστὶν ὁ τόπος; [22] κόρη, σὸς εἰπεῖν. [23] τὸ ἐθνικὸν, Κο- E
ρισσίτης. καὶ ἴσως [24] ἀπὸ τοῦ Κόρισις λέγεται
καὶ

A CELÆTHRA, urbs Bœotiæ, Arnæ vicina, quæ a Celæthro nomen invenit.

Reliqua hujus literæ κε, & κη, κι, κλ, κν & prima
a κο incipientia deficiunt.

CORACÓS Petrá, locus in Ithaca, de
B quo Homerus. Loci incola, Coracopetræus.

CORACONESUS. Alexander lib. III Libycorum. Gentile, Coraconeſita.

CORAX, mons inter Callipolin & Naupactum, de quo Polybius lib. XX. Gentile, Coracius, uti Atrax Atracius.

C CORAXI, gens Colchorum prope Colos, de qua Hecatæus. Coraxicus murus & Coraxica regio.

CORDYLUS, urbs Pamphyliæ, cujus meminit Hecatæus in Aſia. Gentile, Cordylius.

D CORISSUS, urbs Epheſiæ, quæ inde nomen habet, quod Latona ibi pepererit, & Diana recens natam in illum locum tulerit, ubi nunc ipſius ara conſpicitur. Ea autem, cum percuntaretur, cujuſnam iſte locus eſſet? dixiſſe
E fertur, κόρη, σὸς, ô virgo! tuus. Gentile, Coriſſita. Et fortaſſis a voce Coriſis formatur
Coriſ-

λεμικῶσαν τοὺς ἀπ' αὐτοῦ Κελτοὺς, καὶ Χάονας, &c. Ubi pro Κελτοὺς reſcribendum cenſeo Κελαίθους: & gaudeo Th. Gale, Scholæ Paulinæ apud Londinenſes moderatorem *doctiſſimum, calculo ſuo hanc correctionem comprobaſſe.*

[15] *Τόπος ἐν Ἰθάκῃ.*] Hujus loci meminit Homerus Odyſſ. N:

Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Ad quæ verba Euſtathius perhibet, locum fuiſſe circa Ithacam, unde deducitur gentile Κορακοπετρίτης.

[16] *Μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου.*] Doctiſſimus Palmerius in Græciæ antiq. deſcript. exiſtimat, vitium tranſcriptoris irrepſiſſe, & heic legendum, μεταξὺ Καλλίου πόλεως καὶ Ναυπάκτου. Quia de hac Callipoli tacuerint omnes antiqui, & ipſe Stephanus in voce Καλλίπολις, qui quatuor urbes ejus nominis recenſet, nullam de hac Ætolica mentionem fecerit. Locum vide lib. IV cap. XXII.

[17] *Πολύβιος εἰκοστῷ.*] Cum iſte Polybii liber hodie non circumferatur, Livii verba addenda exiſtimavi ex lib XXXVI: *Inde toto exercitu profectus, reliquum iter ſatis expedito agmine fecit: Ut ad Coracem eſt ventum (mons eſt altiſſimus inter Callipolim & Naupactum) ubi & jumenta multa ex agmine praecipitata cum ipſis oneribus ſunt.*

[18] *Κόραξοι, ἔθνος Κόλχων.*] Coraxos finitimos fuiſſe Heniochis, Charimatis, Moſchis & Cercetæis, liquet ex loco præſtantiſſimo, quem noſter ex Hellanico citat in voce Χαριμάται. καὶ Ἑλλάνικος ἐν κλήσεσιν ἐθνῶν καὶ πολέων. Κερκεταίων δ' ἄνω οἰκοῦσι Μόσχοι καὶ Χαριμάται, κάτω δ' Ἡνίοχοι, ἄνω δὲ Κόραξοι.

[19] *Κόρδυλος, πόλις Παμφ.*] Non dubito, quin hoc loco mendum irrepſerit ſcribarum incuria. Legendum videtur, Κορδυτὸς, πολ. Παμφ. Addam verba Stephani quæ leguntur in voce Βηρυτὸς ubi de ejus accentu ſic loquitur: Ὀξύνεται δ' ὡς τρισύλλαβος καὶ μακρὸν ἔχον τὸ υ, ὡς τὸ Κωλυτὸς, Γωρυτὸς, Κορδυτὸς, πόλις. In ſequentibus etiam gentile nomen emendandum foret, & pro Κορδύλιος legendum Κορδύτιος.

[20] *Κορισσὸς, πόλις τῆς Ἐφεσ.*] Genuinum nomen fuiſſe cenſeo Κόρησσος, quod evidentiſſime, fabula ſequutura a nobis emendata, probare conabor. Ita quoque vetuſtiores hanc urbem appellarunt. Herodot. lib. V. πλοῖα μὲν κατέλιπον ἐν Κορησσῷ τῆς Ἐφεσίης. Pauſan. III Eliac. priorib. Ὡς οἱ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἔχοντος τὸ ὄνομα [illegible] ὄρος Κόρησσον. Scio tamen, etiam occurrere Κόρισσοι apud Athen. lib. VIII, ex quo Caſaubonus firmare nititur, ita quoque apud Strabonem lib. XIV eſſe emendandum. Sed mox docebimus, τὸ Κόρησσος genuinum nomen fuiſſe, uti etiam literarum ordo poſtulat.

[21] *Διὰ τὸ τὴν Λητὼ τεκοῦσαν.*] Hunc locum aſteriſco notavimus, & quidem jure meritoque: ſenſus enim manifeſtiſſime demonſtrat, nonnulla ante *hæc* verba excidiſſe, quæ haud facile, niſi meliorum codicum auxilio, Stephano reddentur. Forte periit ἐκλήθη δὲ, vel οὕτως προσηγορεύθη utitur enim noſter ejuſmodi formulis, originem urbis ex antiquorum fabulis deducturus.

[22] *Κόρη, σὸς εἰπεῖν.*] In omnibus libris legitur Κορισσὸς εἰπεῖν, quæ reſponſio mihi & omnibus rem accurate volventibus, parum ad rem pertinere videtur; quare corrigendum cenſeo Κόρη, σὸς εἰπεῖν. Reſponſum itaque hujuſcemodi fuit: *Virgo, tuus eſt iſte locus,* ubi altare in tui honorem ædificatum conſpicitur. Adeo ut ex hac emendatione luce meridiana clarius appareat, verum & genuinum nomen hujus urbis fuiſſe Κόρησσος, non vero Κόρισσος, & Strabonem ex Athenæo non poſſe emendari, quod conatur Caſaubonus virorum maximus in ſuis ad Geographum commentariis. Præterea nimium falli videntur, qui illud urbis nomen a *Coreſo,* vel *Crœſo,* in templo ædificando, Epheſii ſocio, deducere conantur.

[23] *Τὸ ἐθνικὸν, Κορισσίτης.*] Si jam publicata correctio procedat, & hoc loco legendum, Κορησσίτης & deinde Κορησσεύς.

[24] *Ἀπὸ τοῦ Κόρισις λέγεται καὶ Κορισσεύς.*] In duabus vetuſtioribus editionibus alio modo hunc locum excuſum reperi. In Aldina omnium vetuſtiſſima: ἀπὸ τοῦ Κορίσις. λέγεται καὶ Κορισσεύς. In Florentina vero legitur: ἀπὸ τοῦ Κορίσιος. λέγεται καὶ Κορισσεύς. Quod nos divulgamus, Xylandro comprobatum eſt; quanquam, ut noſtram quoque hac de re ſententiam feramus, Florentina aliis præferenda videatur.

25 Κο-

καὶ Κορισσός. καὶ [25] Κορισσία πολίχνιον τῆς Κέω, καὶ ἐπίνειον. A

ΚΟ'ΡΙΝΘΟΣ, πόλις ἔσω τοῦ ἰσθμοῦ [26] τῆς Πελοποννήσου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἡ αὐτὴ ἐκαλεῖτο Ἔφυρα, [27] ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Μύρμηκος, τῆς Ἐπιμηθέως γυναικός. ἐκαλεῖτο δὲ B [28] ἀκροκόρινθος Ἐπωπὴ, διὰ τὸ Σίσυφον ἐντεῦθεν ἐπιδεῖν τὴν τῆς Αἰγίνης ὑπὸ Διὸς ἁρπαγήν. [29] εἶτα Ἡλιούπολις, [30] διὰ τὸ ξηρὰν εἶναι· [31] εἶτα Πάγος, εἶτα Ἔφυρα. οἱ πολῖται, Κορίνθιοι. καὶ θηλυκῶς, Κορινθιάς, [32] καὶ σύνθετον, Κορινθιουργής. ὡς ἀττικουργής. C [33] Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Κανώπῳ δευτέρῳ. [34] Κο-

Coriſſenſis. Et Coriſſia oppidulum eſt in inſula Cea, & navale.

CORINTHUS, urbs intra Iſthmum Peloponneſi, auctore Hecatæo in Europa. Eadem hæc olim appellabatur Ephyra, ab Ephyra Myrmecis filia, uxore Epimethei. Vocabatur vero Acrocorinthus Epope, quod inde Siſyphus Æginam abs Jove raptam viderit: deinde Heliopolis, quod arida eſſet; poſtea pagos, denique Ephyra. Cives, Corinthii, & genere fœm. Corinthias. Et compoſitum Κορινθιουργής, quod Corinthi, vel Corinthio modo eſt elaboratum, uti Ἀττικουργής, quod in Attica, vel Attico modo factum eſt. Apollonius Rhodius in Canopo ſecundo. Eſt etiam co- lum-

[25] Κορισσία πολίχνιον τῆς Κέω.] Inconſtans hujus vocabuli ſcriptura eſt apud Strab. lib. x ubi ſcribitur Κορησσία & Κορισσία. Ἐπίνειον δ' ἐστὶν αὐτῆς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ ἐστὶν ἱδρυμένη ἡ Κορισσία. Et deinde ſequitur: Ἔστι δὲ καὶ Ἔλιξος ποταμὸς περὶ τὴν Κορησσίαν. Apud Scylacem ſcribitur Κορησία.

[26] Τῆς Πελοποννήσου.] In omnibus libris MSS & editis τῶν Πελοποννήσων legebatur, quod profecto nobis emendandum videbatur, cum neſciam, ſic unquam Stephanum, alioſve auctores fuiſſe loquutos. Minori tamen mutatione legi poſſet τῶν Πελοποννησίων. Sed eodem redibit, utram correctionem admiſeris.

[27] Ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Μύρμηκος &c.] Olim in libris excuſis, & calamo exaratis hic locus peſſime corruptus circumferebatur in hunc modum: ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Μύρμηκος. Verum ita eſſe legendum, uti emendavimus, ſatis manifeſte evincitur ex verbis Scholiaſtæ ad lib. IV Apoll. Rhod. Ἐφυρηθεν, Ἐφύρα ἡ Κόρινθος, ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Ἐπιμηθέως θυγατρός, Εὔμηλος δὲ, ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος, γυναικὸς δὲ γενομένης Ἐπιμηθέως. His adde Hyginum Fab. CCLXXV. *Ephyre nympha Oceani filia Ephyren, quam poſtea Corinthum appellarunt.* Aliis quidem parentibus Ephyram natam perhibet Hyginus, ſed in Ephyræ nomine cum Scholiaſta convenit; unde itaque evidenter liquet, ſic quoque in Stephano legendum. Certum eſt tamen, quendam a mythologis Ephyrum recenſeri, de quo noſter in Ἔφυρα mentionem facit, ſed is ad hunc locum non pertinet.

[28] Ἀκροκόρινθος.] Tranſcribam verba Euſtathii, quæ fortaſſis ex Stephano noſtro hauſit, ita enim ad Iliad. B. Ἡ δὲ περὶ αὐτὴν Ἀκροκόρινθος, ἐκαλεῖτο φασὶ καὶ Ἐπωπή. διότι Σίσυφος ἐκεῖ ἀφ' ὑψηλοῦ ἐπώπτευσεν ὅπως ὑπὸ Διὸς ἡ Αἴγινα ἥρπαστο.

[29] Εἶτα Ἡλιούπολις.] Hoc, & quæ ſequuntur nomina, inveniuntur apud noſtrum in illa voce. Quare autem vocetur Ἡλιούπολις, aliam rationem, ſi fabulis ſit habenda fides, dare nequeo quam illam, quæ apud Pauſan. in Corinth. legitur: Scilicet, Neptunum cum Sole ibi de regione in certamen deſcendiſſe; quam litem Briareus diremit Iſthmum Neptuno, Soli vero ſive Ἡλίῳ promontorium, quod urbi imminet, adjudicans. Sed ut verum fatear, ex verbis ſequentibus, διὰ τὸ ξηρὰν εἶναι, quæ etiam apud Euſtathium inveniuntur, ſuſpicor heic aliud quid latere, & quod majoris momenti eſt. Cenſeo enim, antiquum & verum nomen fuiſſe Ἡλόπολις (quod vel ipſi Stephano non fuit cognitum, vel quod imperiti librarii in vocem notiorem Ἡλιούπολις mutatum ivere) nam τὸ ἦλος, Heſychio dicitur, τόπος ἄτω κεχλιμμένος. ἐν ᾧ οὐδὲν φύεται. Corinthum autem aſpero & ſterili loco fuiſſe conditam, evidentiſſime liquet ex Strab. lib. VIII: Χώραν δ' ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν.

[30] Διὰ τὸ ξηρὰν εἶναι.] In Euſtathio ad Iliad. B legitur: διὰ τὸ ξηρὸν εἶναι. utraque lectio ſatis eſt commoda.

[31] Εἶτα Πάγος.] Cave intelligas Latinorum *Pagum*, ſed potius Græcorum. Heſychius: Πάγος, ὄχθος, ψύχος.

[32] Καὶ σύνθετον, Κορινθιουργὴς, ὡς Ἀττικουργής.] In omnibus libris editis & MSS mendarum copia ſcatens hic locus hunc in modum circumferebatur: καὶ σύνθετον, Κορινθιουργοῦς. Lectio ſine dubio eſt veriſſima, quam nos repoſuimus. Eſt enim Κορινθιουργὴς adjectivum compoſitum, quod in genere neut. habet Κορινθιουργές. Athenæus lib. V: Τῶν δὲ κιόνων τὰ μὲν σώματα ἦν κυπαρίσσινα, αἱ δὲ κεφαλαὶ Κορινθιουργεῖς ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ διακεκοσμημέναι. Sed in Stephano præterea pro Ἀττικιουργοῦς emendavimus Ἀττικουργής, ejecto I ante diphthongum: nam compoſitum eſt ex Ἀττικός, non vero ex Ἀττίκιος, & ἔργον. Pollux lib. I cap. X: § XIII: Εὐδόκιμα δὲ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτιουργὲς, πῖλος καὶ ἐγχειρίδιον Λακωνικά. Verum & ibi legendum cenſeo Ἀττικουργής. Syneſius Epiſt. LII: Νῦν δέ φασιν αὐτὸν ἐπὶ μεῖζον ἐμπορεύεσθαι, κομίζοντα στολὰς Ἀττικουργεῖς. Verum ſimilitudine elegantiſſima hæc vox ad Atticam eloquentiam transfertur. Idem Syneſius Epiſtol. LXXIV. Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον τὸν Ἀττικουργῆ. *Miſi ad te orationem Attico ſtylo elaboratam.* Et Hermodorus ad Budæum: Ἀλλ' οἶδ' ἐγὼ καὶ Ζῶα τὸν Ὀλύμπιον μὴ ἀπαξιοῦντα καὶ τὰς ἀγροίκων δεήσεις, καὶ μᾶλλον χαίροντα ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας ἀτημελήτους εὐχὰς, ἢ ἐκ σταθερᾶς κομψοὺς καὶ Ἀττικουργεῖς λόγους. Hoc vero in formandis hujuſmodi vocabulis eſt obſervandum, illum σχηματισμὸν nunquam fieri a nominibus proprius, ſed a civitatum aut gentium appellatione, uti luculenter demonſtrat Athenæus lib. XI, cenſens τὰς Λυκιουργεῖς φιάλας, non a Lycone quodam inventore & figulo ſic dictas, ſed quia in Lycia vel Lycio artificio erant factæ. Ex quo loco multum ſane lucis affuiſiſſet verbis Suidæ in Λυκιουργὶς, ſi abs Porto fuiſſet obſervatus. Sic ibidem ex Ariſtophanis Pace allegatur Ναξιουργὴς κάνθαρος, *navigium in Naxo, vel Naxio artificio factum*: κλίνη Μιλησιουργὴς, *lectus in Mileto vel Mileſio artificio factus*: τράπεζα Ῥηνιουργὴς, *menſa in Rhenia. ſive Rhenio artificio facta.* Sic quoque Æliano lib. III Var. Hiſt. cap. XXIV, ubi pulchritudinem armorum Xenophontis deſcribit, τὸ κράνος Βοιωτιουργὲς laudatur, *galea Bœotico artificio, ſive in Bœotia facta*, cujus etiam meminit Pollux loco ſupra citato.

[24] Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδ. Κανώπῳ δευτ.] Idem Apollonii opuſculum citatur a Stephano in Χώρα, qui etiam hemiſtichium addidit, quod ibidem legi poteſt. Quotquot vitam & ſcripta Apollonii Rhodii poſteris tradidere, de hoc opere nullam mentionem faciunt. Scripſit Ῥόδου, Ἀλεξανδρείας, Κνίδης & Καύνου κτίσεις, quare vir doctus, qui nuperrime Parthenium notis illuſtravit, pro Κανώπῳ apud Stephanum corrigendum cenſet, Καύνῳ, cujus operis inſcriptio apud Parthenium cap. I & XI reperitur. Ego vero nihil mutandum cenſeo, quia etiam Meurſius in Apollonio, ſive tractatu de antiquis ejus nominis ſcriptoribus eorumque operibus, nullum in Stephani locis vitium latere ſuſpicatus eſt.

[35] Κορινθιουργὴς ἐστι κιόνων σχῆμα. καὶ Κορινθιακὸς κόλπος, τὸ κτητικόν. καὶ κορινθιάζομαι, τὸ ἑταιρεῖν, ἀπὸ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρῶν. ἢ τὸ μαστρωπεύειν. Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ.

[36] ΚΟΡΙΛΛΑ, πόλις Λατίνων. [37] Διονύσιος τετάρτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, [38] Κοριλλανοί.

ΚΟΡΙΟΛΛΑ, πόλις τῆς Ἰταλίας. [39] Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς. τὸ ἐθνικὸν, Κοριολλανὸς, κατὰ πρόσθεσιν τῆς νος, [40] ὡς Μύρλεια Μυρλεανὸς, καθ' ὕφεσιν τοῦ ι.

ΚΟΡΙΟΝ, τόπος ἐν Κρήτῃ ἀπὸ κόρης τινός. ὁ πολίτης, Κορήσιος. καὶ λίμνη Κορησία. [41] καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Κορησίας. ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ κόρη γέγονεν. ἀπὸ δὲ τοῦ Κόριον, τὸ ἀνάλογον Κοριεύς.

ΚΟΡΚΥΡΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς [42] Ἀλμυρὶς, Ἀργυρίς. ἡ δὲ [43] Ψέντρις Αἰγυπτία κώμη, βαρύνεται. ὁ πολίτης, Κορκυρίτης.

ΚΟΡΝΙΚΛΟΣ, πόλις Λατίνων. [44] Διονύσιος τρίτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Κορνικλανός.

[45] ΚΟ-

A lumnarum figura, quæ Κορινθιουργὴς dicitur, quod Corinthio modo elaborata ſit. Et Corinthiacus ſinus poſſeſſivum, & verbum Κορινθιάζομαι, quod *ſcortari* denotat, a ſcortis Corinthiacis, vel *Lenocinari*. Ariſtophanes in Cocalo.

CORILLA, urbs Latinorum, de qua B Dionyſius lib. IV Antiquitatum Romanar. Gentile, Corillani.

CORIOLLA, urbs Italiæ, de qua Dionyſius in Epitome. Gentile, Coriollanus, per appoſitionem ſyllabæ *nus*, uti Myrleia Myrleanus, adempto jota.

C CORIUM, locus in Creta, a puella quadam ſic dictus. Loci incola dicitur, Coreſius, & palus Coreſia. Et templum Minervæ Coreſiæ. Hæc a voce Κόρη deducuntur: ſed a Κόριον regulariter fit Corienſis.

D CORCYRIS, oppidum Ægypti, uti Almyris, Argyris. Sed Pſentris, vicus Ægyptius, accentum in penultima gerit. Oppidanus, Corcyrita.

E CORNICLUS, urbs Latinorum, auctore Dionyſio lib. III. Antiq Romanarum. Gentile Corniclanus.

CO-

[35] Κορινθιουργὴς ἐστι κιόνων σχῆμα.] Uti in precedentibus, ita etiam hoc loco ſcribarum imperitorum incuria vitium irrepſerat, legebatur enim in omnibus libris: Κορινθιουργὺς ἐστι κιόνων σχῆμα. Probat hanc emendationem Euſtath. ad Hom. Iliad. Β. ἔστι δέ τι καὶ σχῆμα κιόνων Κορινθιουργὲς λεγόμενον. Videſis Vitruvium lib. IV. cap. XVI. Sed vehementer is fallitur, qui cenſet, hæc verba Appollonio eſſe attribuenda: ſine dubio excidit huic loco verſiculus iſtius poëtæ, in quo compoſitum illud Κορινθιουργὴς occurrebat. Verſimile enim non eſt, eum de columnarum figuris & ſchematibus iſthoc opere tractaſſe.

[36] Κόριλλα, πόλις Λατ.] Lubens ego cum Cluverio eorumque accedo ſententiæ, qui hic unam eandemque urbem ſignificari volunt, cujus deſcriptionem mox ſubjiciet Stephanus.

[37] Διονύσιος τετάρτῳ.] Forte hæc verba noſter reſpicit: Ἀνήρ τις ἐν πόλει οἰκῶν Κοριλλῃ Τύρνος Ἐρδόνιος ὄνομα.

[38] Κοριόλλα, πόλις τῆς Ἰταλ.] Sine dubio eadem, uti jam diximus, eſt urbs, quæ jam ſupra a Stephano appellabatur Κόριλλα. Latinis ſcriptoribus numero plurali Corioli dicitur. Plinius lib. III. cap. V, *Coriolos* inter ea numerat oppida, quæ jam tum *ſine veſtigiis interierant*. Vide plura apud Cluverium.

[39] Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς.] Simile abſurdum loquendi genus reperies in voce Ἀρίκεια. Quemadmodum is locus tunc temporis nobis videbatur emendandus, diximus. Ex quibus verbis poſſet collegi, hunc locum ita debere conſtitui: Διον. ἕκτῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολ. Nam illo libro Dionyſius oppidum illud commemorat: Τῇ δὲ κατόπιν ἡμέρᾳ τὴν δύναμιν λαβὼν, προῆγεν ἐπὶ Κοριόλαν, πόλιν ἐπιφανῆ σφόδρα, καὶ ὥσπερ ἂν μητρόπολιν τῶν Οὐολούσκων. Sed ut verum fatear. ſententiam muto: Puto enim illud καὶ natum eſſe ex numero libri ex epitome citati: ſi Dionyſius ſynopſin ſuarum antiquitatum in tot libros, in quot integrum opus diviſum erat, diſpeſcuerat, non vererer corrigere Διονύσιος ϛ' τῆς ἐπιτομῆς. Eum autem Archæologiæ ſuæ compendium confeciſſe, manifeſtum eſt ex Photio, verum addit, illud conſtitiſſe quinque libris: Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ σύνοψις τῶν τῆς ἱστορίας βιβλίων ἐν πέντε βιβλίοις. Adeo ut ſtatuendum videatur, in conjunctione ᾧ verum ſinopſeos librum periiſſe.

[40] Ὡς Μύρλεια, Μυρλεανός.] Sic non excuſum erat in omnibus libris, ſed ὡς Μύρλεα, Μυρλεανός. Sed verum urbis nomen repoſuimus, quod liquet ex iis, quæ ſubjungit noſter, καθ' ὕφεσιν τοῦ ι, & etiam in illa voce:

[41] Καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Κορησίας.] Legendum, uti monet Salmaſius ad oram ſui libri, Ἀρτέμιδος, non Ἀθηνᾶς, & neſcit, quomodo irrepſerit hoc pro illo. Hujus Dianæ meminit Callimachus, perhibens Prœtum templum illud in Dianæ Coreſiæ honorem ædificaſſe, ita enim ille Hym. in Dian.

Ἡ μέν τοι Προῖτός γε δύω ἐνκαθίσατο νηοὺς,
Ἄλλον μὲν Κορίης, ὅτι οἱ συνελέξαο κούρας
Οὔρεα πλαζομένας ἀζήνια.

Hinc itaque liquet Ἀρτέμιδος, non vero Ἀθηνᾶς in Stephano legendum. Illud Κορίης poſitum eſt pro Κορίας. Duo itaque gentila ab hac voce deducuntur Κόριος & Κορήσιος.

[42] Ἀλμυρὶς, Ἀργυρίς.] Ptolemeo Maræotis vicus Ἀλμύραι dicitur, quem forte noſter alia terminatione protulit. Ἀργυρὶς apud auctorem noſtrum aliis in locis non occurrit. Legitur quidem Ἄργυρος, ſed quia de illo oppido ex Philiſto mentionem facit, illud Siciliæ adſcribendum cenſeo. Non dubito, quin reſpiciat noſter τὸ Ἀργυρα, urbem Indicam in Taprobane inſula, cujus gentile facit Ἀργυρείτης. Fortaſſis hæc utraque terminatione, & Ἀργυρὶς & Ἀργυρα dicebatur. Quod ſi lectori non placuerit, reponatur Ὤγυρις, de quo Steph ſuo loco.

[43] Ψέντρις. In omnibus libris editum erat Ψενύρις, Αἰγύπτιος κώμη; quod loco movimus & emendavimus, auctoritate ipſius Stephani: Ψέντρις, Αἰγυπτία κώμη. κλίνεται Ψέντρεως· τὸ ἐθνικὸν, Ψεντρίτης.

[44] Διονύσιος τρίτῳ.] Addam verba Dionyſii: Μετὰ δὲ τὴν Κολλατίας παράδοσιν ἐπὶ τὸν καλούμενον Κορνίκολον ὁ βασιλεὺς Ταρκύνιος ἐστράτευσεν. Mox apud eundem ſequitur gentile nomen: Ἡ δὲ πόλις τῶν Κορνικολανῶν διαρπασθεῖσα ὑπὸ τῶν κεκρατηκότων ἐνεπρήσθη. Stephanus noſter

Græ-

ΚΟΡΟΚΟΝΔΑ΄ΜΗ[44], πλησίον Σινώπης. Α΄ρτεμίδωρος ἐνδεκάτῳ γεωγραφουμένων. [45] τὸ ἐθνικὸν, Κοροκονδαμίτης· καὶ λίμνη Κοροκονδαμῖτις. A

ΚΟΡΟΜΑ΄ΝΗ, πόλις πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. [46] τὸ ἐθνικὸν, Κορομανηνὸς, διὰ τὸν τύπον τῶν Περσῶν. Παραιτακηνοὶ γὰρ, τῆς Παραιτάκης. B

ΚΟΡΩ΄ΠΗ[47], πόλις Θεσσαλίας. ὁ πολίτης, Κορωπαῖος. Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς· C

—— [48] οὗ ἐν Α΄πόλλων
Μαντείας Κοροπαῖος ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

οἱ δὲ [49] ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν, Θέων καὶ Πλούταρχος, καὶ [50] Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς φασι. [51] Νίκανδρος Ὠρωπαῖος, καὶ Ὠρωπαῖος Α΄πόλλων. [52] ἀγνοεῖ δὲ τὸ Α΄μφιαράου ἱερὸν Α΄πόλλωνός ἐστι. [53] λέγεται δὲ * κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ι, Κορωπαῖος, Κορώπη. Κορώπη δὲ Θεσσαλίας πόλις βέλτιον δὲ ὑπονοεῖν ὅτι ἡμάρτηται, καὶ γράφεται Ὠρωπαῖος. [54] Ὠρώπη γὰρ πόλις Εὐβοίας, ὅπου Α΄πόλλωνος διασημότατον ἱερόν. D E

COROCONDAME, prope Sinopen ſita eſt, teſte Artemidoro libro XI Geographicorum. Gentile, Corocondamites, & palus Corocondamitis.

COROMANE, oppidum ad ſinum Perſicum*, de quo Marcianus in ejus Periplo. Gentile Corocomanenus, ob Perſarum formam. Formatur enim Paraetaceni a Paraetace.

COROPE, urbs Theſſaliæ, cujus civis Coropæus. Nicander in Theriacis:

—— —— *In qua Apollo*
Coropæus divinationes, & juſtitiam virorum poſuit.

Qui vero in ipſum commentati ſunt, Theo, & Plutarchus & Demetrius Phalereus dicunt, Nicander Oropæus, & *Oropæus Apollo. Ignorat enim quod Amphiarai, *& non Apollonis templum ſit. Dicitur quoque per ellipſin literæ A Coropius a Corope. Corope vero urbs eſt Theſſaliæ. Sed præſtat ſuſpicari, quod ibi erratum ſit, & ſcribendum Oropæus. Orope enim Eubœæ oppidum eſt, ubi celeberrimum Apollinis templum.

ΚΟ- CO-

Græcam magis terminationem affectavit quam Dionyſius: nam Græci dicunt Λέντλος, Τυσκλανὸς: Latini vero augendo has voces pronunciant *Lentulus*, *Tuſculanus*.

[44] Κοροκονδάμη.] Quanquam libri MSS & editi conſtanter exhibeant Κορινκονδάμη, nobis tamen placuit, in ſecunda pro ι ſubſtituere ο parvum, quia literarum ordo hoc poſtulabat, & ipſe Strabo olim ita ſcripſerat lib XI: *Καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς ἐπὶ τοῦ στόματος, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ Α΄χίλλειον, καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν διατείνων μέχρι πρὸς τὴν Κοροκονδάμην.* Male, obſervante Ortelio, Stephanus Corocondamam prope Sinopam collocat, cum è regione Sinopæ illa peninſula ſita ſit, & totus Pontus Euxinus interjaceat.

[45] Τὸ ἐθνικὸν, Κοροκονδαμίτης. καὶ λίμνη Κοροκονδαμῖτις.] In utraque voce, in gentili ſcilicet, & ſtagni nomine penultima ſyllaba deſinit in ιτης & ιτις. Sed apud Strab ſtagni nomen exit in ητις. ita enim ille lib. jam allegato: Υ΄πέρκειται δὲ τῆς Κοροκονδάμης εὐμεγέθης λίμνη, ἣν καλοῦσιν ἀπ᾽ αὐτῆς Κοροκονδαμῆτιν. Verum ibi Κοροκονδαμῖτιν legendum videtur.

[46] Τὸ ἐθνικὸν, Κορομανηνός.] Sine dubo ſic legendum erat, pro Κορομωμάνην, quod omnes libros obſederat. In Voſſ. cod. Κορομανιὸς legebatur.

[47] Κορώπη, πόλ. Θεσσαλ.] In Aldina Florentinaque editione urbis nomen per ω exaratur, quod nos ſequimur; quia ab Ὠρωπὸς derivatum eſt, uti infra dicemus.

[48] Οὗ ἐν Α΄πόλλων.] Longe aliter hæc hodie leguntur apud Nicandrum:

--- --- --- ᾗ ἐν Α΄πόλλων
Μαντοσύνας Κορυπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

In duabus vetuſtioribus Stephani edit, pro ᾗ ἐν excuſum ἐστίν, & pro μαντοσύνας μαντείας, quanquam utraque vox neque verſus modulo, neque ſenſui ſit contraria. Xyland. In legitur Κορωπαῖος, quod verſui eſt accomodatum: ſed in hodiernis Nicandri Κορυπαῖος, quod probari non poteſt.

[49] Υ΄πομνηματίσαντες] Libri calamo exarati: ὑπομνήσαντες, quod vulgato non eſt præferendum.

[50] Δημήτριος ὁ Φαληρεύς.] Ratio temporum ſatis manifeſte docet, ut cum Voſſio loquar, non poſſe eſſe inclytum illum Demetrinm Phalereum, qui Ptolemæi Lagidæ temporibus claruit, ac bibliothecæ præfuit. Eum vide de Poëtis Græc.

[51] Νίκανδρος Ὠρωπαῖος, καὶ Ὠρωπαῖος Α΄πόλλων.] Sic optime Theo, Plutarchus & Demetrius Phalereus, veteres in Nicandrum interpretes, in illo verſu mendam latere ſtatuerunt, cum iſta nrbs non Κορώπη, ſed Ὠρωπὸς appelletur, unde quoque gentile Ὠρωπαῖος formatur, quod & Apollini attribuitur.

[52] Α΄γνοεῖ δὲ τὸ Α΄μφιαράου, ἱερὸν Α΄πόλλωνός ἐστι.] In omnibus libris hic locus mutilus & ſenſu deſtitutus apparet. Salmaſius ad marginem ſui libri hunc in modum eum ſupplere conatur: *ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Α΄μφιαράου ἱερὸν καὶ οὐκ Α΄πόλλωνός ἐστι.*

[53] Λέγεται δὲ κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ι, Κορωπαῖος, Κορώπη.] Nos omnia exhibemus, uti in aliis editionibus repræſentatur, niſi quod in medio ω mega pro parvo repoſuerimus: ſed ne ſic quidem priſtinæ ſanitati hic locus eſt reſtitutus, gravioribus morbis laborans. Sollicitavit hunc locum Salmaſius ad oram ſui libri, ſed mutat deinde ſententiam, & nihil certi concludit. Ego exiſtimo totum locum non incommode ſic poſſe conſtitui: λέγεται δὲ κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ α, Κορώπιος, ἀπὸ τοῦ Κορώπη. Similia gentilia occurrunt apud Etymologici Magni Auctorem in Εὐρώπεια, unde fit, Εὐρώπη, uti a Πλειστοδόκεια Πλειστοδίκη. Deinde apud eundem ſequitur: Ἔστι καὶ Εὔρωπος πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωπαῖος, ὡς Ἤπειρος Ἠπειραῖος, νησαῖος. Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, τὸ ἐθνικὸν ταύτης Εὐρώπιος, ὡς Ὠρώπιος.

[45] Ὠρώπη γὰρ πόλις Εὐβοίας,] Hanc urbem Strabo lib. X Ὀρβίας appellavit, ſi locus non ſit corruptus, ita enim ille: Καὶ τὴν Ἱστιαίαν προσοικήσαντες, καὶ τὴν Πελλάδα, καὶ Κήρινθον, καὶ Αἰδηψὸν καὶ Ὀρβίας, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ἀψευδέστατον. Verum, niſi vehementer fallor pro Ὀρβίας legendum cenſeo Ὠρωείας, vel Ὠρωπίας. Sic enim Strabo loquitur in principio lib. IX: Τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιον ἐστὶ πλευρὸν ἀπὸ τῆς Ὠρωπείας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος. *Reliquum eſt ſeptentrionem ſpectans latus Atticæ ab Oropio agro pertinens occaſum verſus uſque ad Megaridem.* Ager enim Oropius & in Bœotia & in Eubœa eſt, ab urbe cognomine appellationem habens.

ΚΟΡΟΝΤΑ[55], πόλις Ἀκαρνανίας. Θουκυδίδης δευτέρα. τὸ ἐθνικὸν Κορονταῖος, ὡς Σαμόσατα Σαμοσατεύς.

ΚΟΡΟΥΙΩΝ, πόλις Αἰκανῶν ἐν Ἰταλίᾳ. [56] Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας ί. τὸ ἐθνικὸν Κορουιώνιος, ὡς Ἀντρώνιος.

ΚΟΡΠΙΛΟΙ, [57] Θρακῶν ἔθνος. ἡ χώρα Κορπιλική. ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν προτέραν [58] Ἀψυνθίδα, νῦν δὲ Κορπιλικὴν λεγομένην.

ΚΟΡΣΕΑΙ, νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [59] Ἡρωδιανὸς Κορσία, διὰ τοῦ ι. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Κορσεάτης.

ΚΟΡΣΙΣ, νῆσος ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, [60] ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου. λέγεται καὶ Κορσική. [61] τὸ ἐθνικὸν, Κορσοί.

ΚΟΡΥΔΑΛΛΑ, πόλις Ῥοδίων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Κορυδαλλεῖς.

ΚΟΡΥΔΑΛΛΟΣ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Κορυδαλλεύς. τὰ τοπικὰ, Κορυδαλλόθεν, Κορυδαλλόνδε. Κορυδαλλοῖ.

ΚΟΡΥΛΕΙΟΝ, κώμη ἐπίσημος ἐν Παφλαγονίᾳ, [62] ἀπὸ Κορύλου βασιλεύσαντος. [63] ὁ οἰκήτωρ, Κορυλεεύς.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΝ, ὄρος [64] ἐπὶ τῷ Ἐπιδαυ-

CORONTA, urbs Acarnaniæ, de qua Thucydides libro II. Gentile, Coronteniſis, uti a Samoſata Samoſatenſis.

CORUION, urbs Æquanorum in Italia, de qua Dionyſius lib. de antiquitatibus Romanor. Gentile, Coruionius, ut Antronius.

CORPILI, gens Thracica, cujus regio Corpilice. Ænus enim ſitus eſt juxta veterem Apſynthidem, nunc vero Corpilicam appellatam.

CORSEÆ, inſula Ioniæ, è regione Sami, de qua Hecatæus in Europa. Herodianus habet Corſia per I. & gentile, Corſeates.

CORSIS, inſula in mari Tyrrhenico, ſic dicta à Corſe bubulci cujuſdam ancilla. Appellatur quoque Corſica. Gentile. Corſi.

CORYDALLA, urbs Rhodiorum, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Corydallenſes.

CORYDALLUS, populus Hippothoontides tribus, Popularis, Corydallenſis. Localia ex, ad & in Corydallo denotant.

CORYLEUM, vicus inſignis in Paphlagonia, a Coryla rege nomen habens. Incola, Coryleenſis.

CORYPHÆUM, mons in agro Epidau-

[55] Κόρρυζα, πόλ. Ἀκαρν.] Solus Thucydides, & ex eo noſter, hujus urbis meminit lib. citato: Καὶ Κύνητα τὸν Θεολύτου ἐς Κόρρυζα καταγαγόντες ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. Sed in omnibus Stephani libris editis & calamo exaratis, gentile turpiſſime vitiatum conſpicitur, Κορυκεὺς, pro quo nos Κορρυτεὺς ſubſtituimus.

[56] Διονύσιος Ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. ί.] Illud δεκάτῃ ex mente Cluverii, exiſtimantis quod exciderat, addidi: plurima enim iſto libro hujus oppidi memoria celebratur, ſed ibi non Κορουίων, ſed Κορβίων appellatur, unde Latinis Corbio. Livius lib. III: *Ulteriuſque ventum foret, ni, velut dedita opera, nocturno impetu Æquorum, Corbione amiſſum præſidium, nunciatum eſſet.* Protinus ultra Algidum, circa viam Lavicanam, verſus Præneſte, Latinorum, Corbionem extitiſſe ſibi perſuadet Cluv. lib. II, quem vide.

[57] Κορπιλοί, Θρακῶν ἔθνος.] Libri omnes editi & manu exarati hanc lectionem mirum in modum depravatam atque mutilam repræſentant: Κολπηδοὶ, Θρακῶν ἔθνος * τινὲς Ἀρράβων ζ' &c. Variis modis Salmaſius depravato huic loco in margine ſui libri medicinam facere eſt aggreſſus: Κολπηδοὶ, Θρακῶν ἔθνος. Στράβων ζ. ἡ χώρα &c. Deinde hoc modo: Κολπηδοὶ, Θρακῶν ἔθνος Θούριος Ἀραβικῶν ζ'. ἡ χώρα Κολπηδική. Sed denique ſtylum vertit & corrigit, quemadmodum edi curavimus, quam correctionem legere licet in Plin. Exerc. pag. 158. Corpilorum meminit Solinus cap. x: *Hebrum Odryſarum ſolum fundit, qui fluvius excurrit inter Priantas, Doloncos, Thynos, Corpilos, alioſque barbaros tangit.* Corpilli dicuntur Plinio lib. IV cap. XI. & eorum regio Ptolemæo Κορπιαλική, ubi Salmaſius emendat Κορπιλική.

[58] Ἀψυνθίδα.] Veneta & Florentina Ἀψυνοθίδα male. Emendabat Salmaſius loco jam proxime citato Ἀψυνθιάδα: verum vulgata lectio non eſt improbanda: nam ipſi Stephano regionis nomen Ἀψυνθὶς dicitur in voce Ἄψυνθος. Suidas Ἄψυνθος, πόλις Θράκης. Ἀψυνθὶς δὲ ἡ χώρα.

[59] Ἡρωδιανὸς Κορσία.] Strabo lib. XIV numero multitudinis Κορσίας appellat, ſic enim ille: Καταρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχον, καὶ Ἰκαρίαν, καὶ Κορσίας. Plinius *Corſeas* lib. V cap. XXXI.

[60] Ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου] Eandem nominis rationem adfert Euſtathius ad Dionyſium, ſine dubio ex Stephano: Ὡς μὲν ἄλλοι φασὶ, Κορσὶς καλεῖται ἀπὸ Κόρσης· λέγεται γὰρ ὅτι νῆσος ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει Κορσὶ ἀπὸ Κόρσης, δούλης βουκόλου.] Sed integram hujus inſulæ deſcriptionem videſis apud Cluverium.

[61] Τὸ ἐθνικὸν, Κορυδαλλεῖς] Quia urbis nomen duplici lambda effertur, etiam ſic gentile nomen excudi curavimus, quanquam in omnibus libris ſimplici inveniatur. Corydallos oppidum fuit in Lyciæ, montanis quod fortaſſis Rhodii in ditionem redegerant. Vide Plin. lib. V cap. XXVII, & Ptol. lib. V cap. V.

[62] Ἀπὸ Κορύλου βασιλ.] Sic ſcripſimus pro Κορύλλου, quod erat in omnibus libris, auctoritate Xenophontis moti, qui libro V aliquoties Corylæ regis meminit, ut & lib. VI: Ὁ δὲ Κορύλας, ὃς ἐτύγχανε τότε Παφλαγονίας ἄρχων, Verum pagi nomen apud Xenoph. lib. V, uti cenſet Ortelius, non occurrit, ſine dubio ex regionis nomine pagum comminiſcens.

[63] Ὁ οἰκήτωρ, Κορυλεεύς.] Sic emendavimns pro Κορυλιεὺς, quod omnes vulgatos occupaverat.

[64] Ἐπὶ τῷ Ἐπιδαυρίῳ.] Non eſt emendandus hic locus, ſubintelligendum enim potius τὸ χωρίον, manifeſtiſſime liquet ex Pauſaniæ lib. II, ubi illud χωρίον Hyrnethium appellatur: Καλοῦσι δὲ ἐς τὴν Ἐπιδαυρίων τὴν πόλιν, χωρίον ἐστὶ πεφυκυίας ἀγριελαίας ἔχον. Ὑρνήθιον δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον. Sed fallitur vehementer Stephanns, ſtatuens *Coryphæum* eſſe montem: quippe memorat Pauſanias duos montes *Titthium* & *Cynortium*, ſiti in agro

πιδαυρίῳ, ἐν ᾧ τιμᾶται Ἄρτεμις Κορυφαία. Παυσανίας δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κορυφαῖος.

ΚΟΡΥΦΑ'ΣΙΟΝ, χωρίον Λακωνικὸν, πλησίον Πύλου. [65] Θουκυδίδης τετάρτῃ. τρεῖς δέ εἰσιν αἱ Πύλοι ἐν παροιμίᾳ.

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν
[66] ἐστι καὶ ἄλλος.

τὸ ἐθνικὸν Κορυφασιεὺς, [67] καὶ Κορυφάσιος.

ΚΟΡΩ'ΝΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κορώνου τοῦ Θερσάνδρου, [68] ἐν ταύτῃ οὐ φαίνεται ἀσπάλαξ, πάσης τῆς Βοιωτίας ἐχούσης τὸ ζῶον. κἄν τις ἔξωθεν ἐνέγκῃ εἰς τὴν [69] Κορωνέων χώραν, οὐ δύναται ζῆν. δευτέρα, πόλις Πελοποννήσου, [70] μεταξὺ Σικυῶνος καὶ Κορίνθου. τρίτη, τῆς Φθιώτιδος. ἔστι δὲ καὶ φρούριον τῆς Ἀμβρακίας. [71] τετάρτη, πόλις Κύπρου. ἔστι καὶ χερρόνησος πρὸς τὴν Ἀττικήν. ε, [72] πόλις καὶ λιμὴν Κορώνη. [73] ὁ πολίτης Κορώνιος, καὶ Κορωνεύς. οἱ δὲ φασι παρὰ τὴν Κορώνειαν Κορωνειεύς. παρὰ δὲ τὴν Κορώνην Κορωναιεύς.

ΚΟ-

pidaurio, ubi Diana Coryphæa colitur, auctore Pauſania lib. II. Gentile, Coryphæus.

CORYPHASIUM, caſtellum Laconicum, prope Pylum, teſte Thucydide lib. IV. Tres autem adagio celebrantur Pyli:

Eſt Pylus ante Pylum, eſt & Pylus alius.

Gentile, Coryphaſienſis & Coryphaſius.

CORONEA, urbs Bœotiæ, auctore Hecatæo in Europa, a Corono Therſandri filio nomen habens. In hac talpa non apparet, quamvis illud animal per univerſam Bœotiam frequens ſit. Si quis aliunde in Coronenſium agrum intulerit, vivere nequit. Secunda, urbs Peloponneſi, Sicyonem inter & Corinthum. Tertia, Phthiotidis. Eſt quoque Ambraciæ munimentum. Quarta, urbs Cypri. Eſt quoque peninſula juxta Atticam. Quinta, urbs cum portu Corone. Oppidanus, Coronius & Coronenſis. Nonnulli dicunt a Coroneia, fieri Coroneienſis, ſed a Corone Coronæenſis.

CO-

agro Hyrnethio, ſed in ultimi montis acumine deſcribens templum *Coryphææ Dianæ*, cujus etiam in cantico quodam Teleſilla meminit: Ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους, Κορυφαίας ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, οὗ καὶ Τελέσιλλα ἐποιήσατο ἐν ᾄσματι μνήμην.

[65] Θουκυδίδης τετάρτῃ.] Libri omnes & manu & typis deſcripti ſcriptura conſtanti πέμπτῃ. Sed nos bene emendaſſe, liquet ex ipſo Thuc. libro IV aliquoties Coryphaſii memoriam celebrantis: Ἀπέχει γὰρ σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους, καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ. καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. Et eodem libro circa finem: Τοὺς μὲν ἐν τῷ Κορυφασίῳ. ἐντὸς τῆς Βουφράδος καὶ τοῦ Τομέως μένοντας.

[66] Ἔστι καὶ ἄλλος.] Ita libri omnes, & etiam Plutarchus libello de vitando ære alieno, & Strabo lib. VIII. Videtur tamen legendum, Ἔστι καὶ ἄλλη. Ipſe enim Steph. gentile fœm. uſurpavit hanc vocem: Τρεῖς δέ εἰσιν αἱ Πύλοι ἐν παροιμίᾳ. Et Thuc. Pauſ. atque alii: Euſtathius comment. ad Iliad. B. illud ἔστι καὶ ἄλλη etiam agnoſcit, addens tamen Strabonem iſta voce gen. maſcul. uti: Πύλοι δὲ τρεῖς κατὰ τὰ ἐθνικὰ γράψαντα, Μεσσηνίας, Τριφυλίας, Ἀρκαδίας. ὁ δὲ γεωγράφος, παρ' ᾧ καὶ ἀρσενικῶς ὁ Πύλος λέγεται, φησὶν ὅτι ὑπόκειται ὁ Νέστωρ, τὴν Τριφυλιακὸν Πύλον οἰκῶν. καὶ ὅτι Πύλοι τρεῖς ἱστοροῦνται ἐν Πελοποννήσῳ, καθότι καὶ ἔπος εἴρηται, Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο Πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλη.

[67] Καὶ Κορυφάσιος.] Utitur hoc gentili Pauſ. in Meſſen. Ἐνταῦθα ἱερὸν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κορυφασίας.

[68] Ἐν ταύτῃ οὐ φαίνεται ἀσπάλαξ.] Hæc pene verbotenus petita ſunt ex Antigoni Mirabilibus, ubi hunc in modum legimus: Τῆς δὲ Βοιωτίας ἐχούσης πλῆθος πολλοὺς ἀσπάλακας, ἐν τῇ Κορωνικῇ μόνῃ οὐ γίνεται τοῦτο τὸ ζῶον, ἀλλὰ κἂν εἰσαχθῇ τελευτᾷ, καθάπερ αἱ γλαῦκες ἐν Κρήτῃ, ἐν ᾗ λέγουσιν, οὐδὲ ζῶον θανάσιμον οὐδὲν τὴν χώραν φέρειν. In illis verbis redundat τὸ πλῆθος, vel legendum, τῆς δὲ Βοιωτίας ἐχούσης πλῆθος πολὺ ἀσπαλάκων &c. Hanc hiſtoriam de talpis, ſi non ex Antigono, eam ex Ariſtotelis Admirandis Audit. ubi eadem leguntur, hauſit Stephanus, utroſque enim alibi ad teſtimonium vocat. Plinius lib. IX cap. LVIII illud talpis in Bœotiæ Lebadia adſcribit, ita enim ille: *In Bœotiæ Lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt, quæ juxta in Orchomeno tota arva ſubruunt, talpæ, quarum è pellibus cubicularia vidimus ſtragula.*

[69] Κορωνέων χώραν.] Hæc calamo exaratorum lectio nobis potior videbatur, quam in omnibus vulgatis excuſa, εἰς τὴν Κορωνείαν χώραν.

[70] Μεταξὺ Σικυῶνος.] Sequimur editionem Xyland. nam τὸ μεταξὺ neque in Aldina, neque Juntina conſpicitur, teſtaturque Salmaſius etiam a Palatinis libris abfuiſſe.

[71] Τετάρτη, πολ. Κύπρου.] Hæc ſine dubio illa eſt, quam etiam noſter ſequutura ſectione recenſet, & partem Salaminis ſtatuit. Salamis enim teſte Porphyrio lib. II de Abſt. antiquitus *Coronis*, ſecundum noſtrum *Corone* appellabatur: Ἐν τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος.

[72] Πόλις καὶ λιμὴν Κορώνη.] Miſere depravatus circumferebatur hic locus in omnibus libris. Salmaſius margini adſcripſerat, quod excudi curavimus, pro πόλις λιμένων Καρλώη.

[73] Ὁ πολίτης Κορώνιος, καὶ Κορωνεύς. οἱ δὲ φασι, &c.] Hic locus, ſi quis alius in Stephano, profligatiſſime corruptus in omnibus libris typis & calamo deſcriptis circumfertur, legebatur enim hunc in modum: Ὁ πολίτης Κορωναῖος, καὶ Κορωνεύς. οἱ δὲ φασι παρὰ τὴν Κορωνίαν Κορωνεύς. παρὰ δὲ τὴν Κορώνην Κορωναιεύς. Primo igitur falſiſſimum eſt a Κορώνεια poſſe formari Κορωναῖος, neque ullo canone Stephani comprobari poteſt; deinde multo minus a Κορωνία fit Κορωνεύς. Denique a Κορώνη derivari Κορωναιεὺς nemo ſanus dixerit. Quod nos divulgamus nobis certiſſimum minimeque dubium videtur, & partim ſic emendavimus freti auctoritate Strabonis, & partim ingenio atque ratione, nam de gentili hujus urbis apud Geographum lib. IX ſic legitur: Οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ Κορωνείᾳ Κορώνιοι λέγονται, οἱ δ' ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ Κορωνεῖς. Hæc calculo ſuo comprobavit eruditiſſimus Archiepiſcopus in Comment. ad Iliad. B. Ταύτης τῆς Κορωνείας φησὶν οἱ πολῖται, Κορώνιοι, οἱ δὲ ἐν Μεσσηνιακῇ, Κορωνεῖς. Sed ſingula potius noſtræ emendationis argumenta expendamus. Illud Κορώνιος, quod ex Strabone & Euſtathio ſubſtituimus, non fit regulariter a Κορώνεια, ſed a Κορώνη, quod præcedentis vocabuli derivativum eſt, uti ex Ἀπάμεια Ἀπάμη, Ψυττάλεια Ψυττάλη &c. Nemo tamen exiſtimet, nos illud Κορωναῖος tanquam ſpurium rejicere, ſed eatenus illud damnamus, quatenus a Κορώνεια derivari nequit, ſe-

quenti

ΚΟΡΩ'ΝΗ, [74] πόλις Μεσσήνης, ὡς Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ τοῦ καταλόγου. [75] ὁ πολίτης Κορωνεὺς, καὶ Κορωναιεὺς, καὶ Κορωναῖος. ἔστι καὶ Κορώνη, [76] μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ. [77] καὶ τρίτη*. ταύτης [78] οἱ οἰκήτορες, Κορωνῖται. ἔστι καὶ πόλις Βιθυνίας. A B

ΚΟΣΙ'ΑΝΑ, φρούριον Παλαιστίνης. Χάραξ δεκάτῳ. ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Συρίας. τὸ ἐθνικὸν Κοσιανεὺς, ὡς Τύανα Τυανεύς.

ΚΟ'ΣΣΑ [79], πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. οἱ πολῖται, [80] Κοσσανοί. C

ΚΟΣΣΕ'Α, μέρος Περσίδος. [81] Στράβων ιέ. [82] οἱ οἰκοῦντες, Κοσσαῖοι. ἔστι καὶ Θρᾴκης πολίχνιον.

ΚΟΣΣΟ'Σ, ὄρος Βιθυνίας, ὡς Δημοσθένης Βιθυνιακῶν δεκάτῳ. οἱ οἰκοῦντες, Κοσσαῖοι. D

ΚΟ'ΣΥΡΟΣ, [83] νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, τῆς Σικελίας ποταμὸν, καὶ πόλις ὁμώνυμος, E

[84] καὶ

CORONE, urbs Messeniæ, auctore Apollodoro libro VII Catalogi. Civis, Coronenſis, Coronæenſis, & Coronæus. Eſt quoque Corone, pars Salaminis, quæ eſt in Cypro. Et tertia * Hujus incolæ Coronitæ. Eſt etiam Bithyniæ civitas.

COSIANA, caſtellum Palæſtinæ, cujus meminit Charax libro X. In Syriæ littore ſitum. Gentile, Coſianenſis, uti Tyana Tyanenſis.

COSSA, oppidum OEnotrorum in mediterraneis, cujus Hecatæus in Europa meminit. Oppidani, Coſſani.

COSSEA, pars Perſidis, de qua Strabo libro XV. Incolæ, Coſſæi. Eſt quoque Thraciæ oppidulum.

COSSUS, mons Bithyniæ, cujus Demoſthenes libro X Bithyniacorum meminit. Incolæ, Coſſæi.

COSYRUS, inſula contra Selinuntem Siciliæ fluvium, & urbs ejuſdem nominis. Eſt

quo-

quenti enim ſectione ex auctoribus probaturi ſumus, de hac urbe in uſu fuiſſe. Gentile quod ſequitur poſt Κορωνεύς, factum eſt ἀπὸ τοῦ Κορώνου urbis conditore, quemadmodum Ἀλεξανδρεὺς ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ut alibi ſæpe inculcat Stephanus. Sequitur in noſtro: παρὰ τὴν Κορωνίαν Κορωνιεὺς, pro quo, cum nuſquam urbis nomen ſic proferatur, ſubſtinendum cenſui, παρὰ τὴν Κορώνειαν Κορωνειεὺς, nam fit aliquando, ut ει retineatur, ſicuti in Ἐλάτρεια Ἐλατρειεὺς atque etiam in aliis, quod tamen noſter hoc loco improbare videtur. Denique pro illis verbis παρὰ δὲ τὴν Κορώνην Κορωναεὺς, ſcribendum judicavi Κορωναιεὺς, & qua ratione hoc formetur, ad ſequentem ſectionem docebimus.

74 Πόλις Μεσσήνης.] Hæc profecto non eſt confundenda cum illa, quam noſter Sicyonem inter & Corinthum collocat, de qua alii nullam mentionem faciunt. Corone ad mare ſita eſt, & Colonides ei ſunt finitimæ. Urbs priſco nomine Æpea vocabatur: poſtea vero quum Thebanorum ductu reſtituti ſunt Meſſenii, Epimelidem tradunt deducendæ coloniæ præfectum Coroneam appellaſſe, quod ipſe ex Coronea urbe Bœotiæ eſſet oriundus. Vid. Pauſ. in Meſſeniac. Strabo lib VIII perhibet, nonnullos exiſtimare hanc Coroneam a Poëta appellari.

75 Ὁ πολίτης Κορωνεὺς, καὶ Κορωναιεὺς, καὶ Κορωναῖος.] In omnibus libris male legebatur, ὁ πολίτης Κορωναεὺς, auctoritate Strabonis & Euſtathii emendavimus Κορωνεὺς Tria noſter ab hac voce deducit gentilia, ut a Κρήτη Κρητεὺς, Κρηταῖος & Κρηταιεύς. Cæterum, quemadmodum Κορώνεια & Κορώνη promiſcue de urbe Bœotia & Meſſeniaca uſurpatur Græcis Latinis que auctoribus ita etiam gentilia, nam τὸ Κορωναῖος æque de Bœotiæ, ac de Meſſeniæ oppido occurrit. Liv. lib. XLII: *Et turba Coronæorum Haliartiorumque convenerat ad defendendum decretum regiæ ſocietatis.* Et lib. XXXVI: *Donec in agrum Coronæum ventum eſt.* Pauſan. lib. IV: Τῇ Κορωναίων δὲ πόλει ἐστὶν ὅμορος Κολωνίδες. Illud Κορωνεὺς etiam de Bœotiæ civitate in uſu eſt apud Polyb. in Exc. Legat. LXIII: Οἱ δὲ Κορωνεῖς καὶ Ἁλιάρτιοι. Et paucis interjectis verſibus: Ὀλυμπίχου δὲ τοῦ Κορωνέως. Hanc formam Liv. lib. XXXVI Latino ore expreſſit: *Quum communi decreto Bœotorum poſitæ eſſent ſtatuæ, indignum eſſe in unum Coronenſem agrum ſævire*

76 Μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος.] Videſis quæ ad ſuperiorem ſectionem de hoc loco a nobis dicta ſunt.

77 Καὶ τρίτη.] Poſt hæc verba aſteriſcum, defectus notam collocavi, ab omnibus enim libris abeſt regionis nomen, in qua tertiam hoc nomine urbem collocare nititur.

78 Οἱ οἰκήτορες, Κορωνῖται.] Voſſianus cod. numero ſingulari: ταύτης ὁ οἰκήτωρ, Κορωνίτης.

79 Κόσσα, πόλις Οἰνώτρων.] Noſter auctoritate Hecatæi Coſam in mediterraneis, quam Strabo paullulum a mari collocat, ita enim ille lib. V: Μετὰ δὲ Ποπλώνιον Κόσσαι πόλις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης· ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλὸς, ἐφ' οὗ τὸ κτίσμα. Auctores omnes, Plinius, Antoninus in Itin. & Ptolemæus oppidi nomen duplici ſigma efferunt, excepto Suetonio & Poetis; fallitur tamen vehementer, qui ſtatueret eos metri cauſa hoc feciſſe, cum certum ſit, nummos exſtitiſſe cum inſcriptione ΚΟΣΩΝ. Vide Triſtanum tom. primum pag. 366.

80 Κοσσανοί] Uti jam dixi, illud gentile apud Suet. in Veſp. ſimplici ſigma occurrit, ita enim ille de Veſpaſiani educatione: *Educatus ſub paterna avia Tertulla in prædiis Coſanis.*

81 Στράβων ις'.] Ita emendavi, nam liber quintus decimus in omnibus libris male allegatur. Poſſet etiam emendari Στράβων ιά, quod accuratius vulgatæ ſcripturæ reſpondet: nam utroque libro hujus gentis Geographus meminit. Verum aliud quid præterea in hac Stephani ſectione emendandum, pro Κοσσέα, μέρος Περσ. Si mei arbitrii res foret reſcriberem Κοσσαία, μέρος Περ. Hanc genuinam fuiſſe olim ſcripturam ſatis liquet ex gentili Κοσσαῖοι, cui præterea literarum ordo non repugnat.

82 Οἱ οἰκοῦντες, Κοσσαῖοι.] Hoc incolarum nomen ſine dubio eſt corruptum; nam qua ratione ab illa Perſidis parte, de qua jam egit Stephanus, & a monte hoc Bithyniaco, idem gentile poſſit formari, equidem non video. Fortaſſis legendum: οἱ οἰκοῦντες, Κόσσιοι, uti ab Ἀστακὸς Ἀστάκιος, Δύστος Δύστιος, Ἄσσος Ἄσσιος. Vel poſſet etiam inde fieri Κοσσεῖς, uti Ἀσσεῖς.

83 Νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, τῆς Σικ. ποταμόν.] Peſſime hic locus in omnibus libris MSS & vulgatis legebatur: Κόσυρος, νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, ὁ Σικελίας ποταμός. Noſtram emendationem, quam in lucem emiſimus, ex Strabone hauſimus, ex quo etiam Stephanus hanc ſectionem concinnavit, ſic enim ille lib. XVII: ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν πεντακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσουρα κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμὸν, καὶ πόλιν ἔχουσαν ὁμώνυμον.

[84] καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα. τὸ ἐθνικὸν τῆς πρώτης, Κοσυρεύς· καὶ κτητικὸν, Κοσυρακὸς, ἢ Κοσυρῖνος. τῆς δὲ δευτέρας, Κοσυραῖος.

quoque Libyæ inſula Coſyra. Prioris gentile, Coſyrius, & poſſeſſivum Coſyriacus, ſive Coſyrinus: Poſterioris vero, Coſyræus.

ΚΟΣΥ'ΤΗ, [85] πόλις Ὀμβρική· Κτησίας τρίτη περιηγήσεως. τὸ ἐθνικὸν, Κοσυταῖος, ὡς Μοτυαῖος, τῆς Μοτύης, ἡ Σικελίας πόλις.

COSYTE, urbs Umbrica, de qua mentionem facit Cteſias libro III. Periegeſeos. Gentile, Coſytæus, uti Motyæus a Motya, quæ Siciliæ civitas eſt.

ΚΟΤΙΑ'ΕΙΟΝ, [87] πόλις τῆς ἐπικτήτου Φρυγίας.[88] Στράβων ιβ΄. τινὲς δέ φασι, [89] Κοσιάειον ὀφείλειν. δοκεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ κόσου κόσαιον, ὡς τοῦ Μίδα Μίδαιον· καὶ προσθέσει τοῦ ι, κοσιαῖον· [90] καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς τ, Κοτιαῖον.[91] τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεύς· ἔνθα ἦν [92] Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος, χρηματίζων. ὃς περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο [93] ἔγραψε λόγους.

COTIAEUM, urbs Phrygiæ acquiſitæ, de qua Strabo libro XII. Nonnulli perhibent, quod Coſiaëum debeat ſcribi. Videtur vero a Coſa formari Coſæum, uti a Mida Midæum, & addito jota, Coſiæum: & S. in T. mutato Cotiæum. Gentile, Cotiaënſis. Ex hac originem habuit Alexander Aſclepiadæ diſcipulus, multijugæ eruditionis Grammaticus appellatus, qui de omnigenis rebus ſcripſit libros duos & quadraginta.

ΚΟΤΡΑ'ΔΗΣ, πόλις Ἰσαυρίας· Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κοτραδεώτης, ἀπὸ τῆς γενικῆς τῆς Κοτραδέως.

COTRADES, urbs Iſauriæ, de qua mentionem facit Capito libro I. Iſauricorum. Gentile, Cotradeotes, quod formatur a genitivo Cotradeos.

ΚΟΤΥ'ΛΑΙΟΝ, ὄρος Εὐβοίας, ἀνακείμενον Ἀρτέμιδι, ὥς φησιν Ἀντίμαχος [94] ἐν Ἀρτέμιδος β΄.

COTYLÆUM, mons Eubœæ, Dianæ dedicatus, uti perhibet Antimachus in ſecundo de Diana.

ΚΟ'ΡΤΥΤΑ, χωρίον Λακωνικόν· [95] Θουκυδίδης. τὸ ἐθνικὸν, Κορτυταῖος.

CORTYTA, caſtellum Laconicum, de quo Thucydides. Gentile, Cortytæus.

ΚΟ-

CO-

84 Καὶ Λιβύης νῆσος.] In medio Carthaginenſis ſinus oſtio ſita eſt hæc inſula, ejuſque mentionem facit Geographus lib. jam citato: Κατὰ μέσον δὲ τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου, νῆσός ἐστι Κόρσουρα. Fortaſſis illud ρ in prima ſyllaba a mala manu eſt; nam COSSURA genuinum inſulæ nomen eſt, ſive hoc ad Libycam, ſive alteram inſulam referas, juxta Parutæ teſtimonium, quod profert Illuſtris Spanhemius.

85 Κοσύτη, πολ. Ὀμβρική.] Quemadmodum, inquit Cluverius, permulta alia paſſim vocabula in hoc opere, ſive ab ipſo Stephano, ſive a breviatore ejus, mirum in modum ſunt vitiata, ſic etiam hoc Κοσύτη ab ipſo Cteſia, antiquiſſimo auctore; ut qui ſub Artaxerxe Mnemone, Perſarum rege vixit, ſcriptum fuiſſe Κοτύλη, unde oppidani ei erant Κοτυλαῖοι, *Cotylæi*; Romano ore formandi *Cotylani*. Eum videſis lib. II Ital. antiq. cap. VIII.

86 Ἡ Σικελίας πόλις.] Ex mente Cluverii ſic emendavimus; vel legendum, ut idem cenſet Σικελίας πόλεως. Nam vulgata lectio, Σικελίας πόλις, ſtare non poteſt.

87 Κοτιάειον, πόλις τῆς ἐπικτ. Φρυγ.] In omnibus libris vulgatis & manu deſcriptis legitur Κοτυάειον, quod ſine dubio a mala librarii manu. Ordo literarum hanc emendationem poſtulabat, & ipſe Stephan. inquiens, τὸ ἐθνικὸν Κοτιαεύς. Peſſime corruptum hoc urbis nomen occurrit apud Euſtathium ad Dionyſ. ubi de partibus Phrygiæ loquitur: Καὶ τρίτη ἡ λεγομένη Ἐπίκτητος, ἐν ᾗ τὸ Κοτυλαέιον, καὶ τὸ Δορύλαιον, ὡς ὁ γεωγράφος ἱστορεῖ, τὸ καὶ Δορυλάειον. Adeo ut cenſeam, illud urbis nomen paſſim in antiquorum ſcriptis depravatum eſſe, quotieſcunque in ſecunda ſyl. υ reperitur. Hoc etiam obiter admonendum, Florentinæ editioni prefectum ex hac & præcedenti ſectione unicam tantum concinnaſſe.

88 Στράβων ιβ΄.] Hæc geographi verba noſter reſpicit: Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κοτιάειον &c. Hæc Phrygiæ pars etiam *Salutaris* appellatur in Chron. Alexand. pag. 642: Ἔτους σξζ΄ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Μηνᾶς ἐν Κοτυαείῳ Φρυγίας σαλουταρίας. Ubi legendum Κοτιαείῳ.

89 Κοσιάειον ὀφείλειν.] Ut ratio illorum quæ ſequuntur probe conſtet, mihi legendum videtur, Κοσιαῖον ὀφείλειν.

90 Καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς τ Κοτιαῖον.] In omnibus libris MSS & vulgatis hic locus mutilus circumfertur, καὶ τροπῃ Κοτιαῖον. Quod hanc meam conjecturam heic inſeruerim, non opus eſt, ut multis rationibus demonſtrem.

91 Τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεύς.] Hoc gentile genuinum eſſe, ſatis evidenter liquet ex numiſmatibus, quæ adducuntur a Triſtano & Spanhemio cum inſcriptione ΚΟΤΙΑΕΩΝ.

92 Ἀλέξανδρος Ἀσκληπιάδου.] Quanquam Xylander in indice vertat Aſclepiadæ F. & hunc diverſum ſtatuat ab Alexandro Cornelio, in eo tamen longiſſime ab hiſtorica veritate aberrat: nam fuit Aſclepiadæ diſcipulus. Frequentiſſima eſt hæc nominativi ellipſis, ita ut ſubintelligatur aliquando, *pater*, *mater*, *uxor*, *frater*, *amicus*, & aliquando *diſcipulus*. Sic Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου apud Athenæum, eſt Dionyſii *diſcipulus*, non *filius*: conſtat utique ex Suida aliiſque Dionyſium Alexandrinum fuiſſe Parthenii præceptorem. Vide doctiſſimam Tho. Gale diſſertationem de ſcriptoribus Mythologicis. Præterea ſæpenumero noſter hunc virum appellat ſimpliciter Alexandrum, aliquando Alexandrum Cornelium, & nonnunquam Polyhiſtorem, quemadmodum & heic πολυμαθέστατον.

93 Ἔγραψε λόγους.] Palatinus & Voſſianus, ἔγραψε βίους.

94 Ἐν Ἀρτέμιδος β΄.] Illud Antimachi opus veteribus non eſt cognitum, & cum aliis in locis Stephanus ejus haud meminit, omnino vereor, ne ſcribendum ſit hoc loco Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδος β΄. In voce Κωίθος liber iſtius operis primus allegatur.

95 Θουκυδίδης.] Non dubito quin noſter innuat verba lib. IV: Μία δὲ Φηρεά, ἥπερ καὶ ἡμιμοίας περὶ Κορτύταν καὶ Ἀφροδισίαν. Sed vereor, ne forte apud Stephanum

corr-

A ΚΟΤΥΏΡΑ, κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ, ὡς [96] Ἀῤῥιανός. τὸ ἐθνικὸν, Κοτυωρεῖται, ὡς Ἄβδηρα Ἀβδηρῖται.

COTYORA, vicus juxta Pontum; auctore Arriano. Gentile, Cotyoritæ, uti Abdera Abderitæ.

[97] ΚΟΥΡΗΣ, ὁ ἐξ Ἀκαρνανίας.

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοί. —— Ὅμηρος. καὶ Κουρεὺς παράγωγον. καὶ θηλυκὸν [98] Κουρεῖτις. καὶ Κούριος, καὶ κούρια, [99] καὶ Κούρισσα θηλυκῶς.

CURES, appellatur aliquis ex Acarnania :

B *Curetes pugnabant & Ætoli.* --- --.

Homerus. Et Curenſis derivativum, & fœmininum Curitis, & Curëus, & Curëa, & Curiſſa genere fœminino.

ΚΟΥΡΙΟΙ, ἔθνος Σαβίνων, πολεμήσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιβ΄ [1] οἱ φυλέται, Κουρεῖται. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Κουρῖται πρὸς ἐκείνων ἐκλήθησαν.

C CURII, populus Sabinorum, qui contra Romanos bella geſſerunt, teſte Charace libro XII. Populares Curitæ. Et Romani Quirites inde nominabantur.

ΚΟΥΡΙΟΝ, πόλις Κύπρου, ἀπὸ Κουρέως τοῦ Κινύρου παιδός. [2] Ἡρόδοτος πέμπτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Κουριεύς. καὶ Ἀριστοκλῆς Κουριεὺς ἦν. τὸ θηλυκὸν, Κουριάς, καὶ ἡ χώρα. [3] ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας.

D CURIUM, urbs Cypri a Cyreo Cinyri F. cujus meminit Herodotus libro v. Gentile, Curienſis. Et Ariſtocles Cyrienſis erat. Fœmininum Curias, quod etiam de regione uſurpatur. Eſt quoque Ætoliæ civitas.

ΚΟΥΡΟΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας· Ἀπολ-

CVROPOLIS, urbs Cariæ, de qua Apol-

corrigendum ſit Κότυωρα rejecto Rho, quod ſi addas, hoc oppidi nomen literarum ſeriem non ſervat. Hinc etiam in Thucyd. περὶ Κοτύωραν corrigendum foret.

[96] Ἀῤῥιανός.] Hodie profecto in Arriani Periplo Κοτύωρα non occurrit, ſed quidem Κύτωρος, ita enim ille: Ἔνθεν δὲ εἰς Κύτωρον ἐνενήκοντα. ὅρμος καλοῖν ἐν Κυτώρῳ. εἰς Αἰγιαλοὺς ἑξήκοντα. CL Voſſius in notis, ad Scylacem, eundem locum eſſe cenſet, ut & alii geographiæ periti Contra Stephanus Κύτωρον in Paphlagonia collocat, ſed Κοτύωρα ad Pontum, duo diverſa & nomine & ſitu oppida ſtatuens. Id etiam imitatur Euſtathius in comment. ad Iliad. B, cujus verba ex noſtro tranſcripta ſunt: Ἡ δὲ Κύτωρος ἡ Ὁμηρικὴ, ἄλλη ἐστὶ παρὰ τὰ Κοτύωρα. ταῦτα μὲν γὰρ κώμη τις Ποντικὴ, ἡ δὲ Κύτωρος πόλις Παφλαγονίας, &c. ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας φησίν Ego vero exiſtimo Stephanum, & ex eo Euſtathium, inſigniter erraſſe; fuit enim unum idemque oppidum, cujus antiquum nomen fuit Κύτωρος, quod etiam ætate Euſtathii nondum erat obſoletum, uti loco jam citato affirmat: φυλάσσει δὲ ἡ Κύτωρος μέχρι καὶ νῦν τὸ παλαιὸν ὄνομα, ὡς καὶ ὁ Παρθένιος καὶ ἡ Κρῶμνα. Quod ei nomen Græci impoſuere a Cytoro Phryxi F. teſte Ephoro apud Strab. lib. XII. Sed, ſi in tantis tenebris & rerum vetuſtate aliquid conjiciendum ſit, videtur illud κοτύωρα, in honorem Cotyis Paphlagoniæ principis, de quo Xenophon. Orat. de Ageſilao, pro tempore ob quoddam beneficium ab ipſo in incolas collatum, obtinuiſſe, cum ibi præſidio, vel munimento præerat, nam κοτύωρα, compoſitum eſt, quod ἡ κότυος ὥρα *Cotyis munimentum* ſive *arx* denotat. Iſta ſignificatione ὥρα apud Heſychium occurrit: Ὥρα, καιρὸς, κάλλος &c, οἱ δὲ φυλακτήρια, ἢ περιβλήματα Poſt mortem tamen Cotyis periit illud nomen, &c. priſtini nominis memoria vicit, adeo ut nomen κύτωρος tempore Euſtathii adhuc floruerit. De ſitu & conditoribus locus egregius eſt apud Xenoph. lib. v. de Exp. Cyri: Ἐντεῦθεν δὴ τὰ ξένια ἐδέξαντο, καὶ ὡς διὰ φιλίας πορευόμενοι δύο ἡμέρας, ἀφίκοντο εἰς Κοτύωρα, πόλιν Ἑλληνίδα, Σινωπέων ἀποίκους, οἰκοῦντας ἐν τῇ Τιβαρηνῶν χώρᾳ. Gentile nomen etiam reperitur eodem modo formatum, uti apud noſtrum, libro locoque apud Xenoph. allegato: Κοτυωρεῖται δὲ οὗτοι εἰσὶ μὲν ἡμέτεροι ἄποικοι.

[97] Κούρης, ὁ ἐξ Ἀκαρνανίας.] In omnibus libris ſcriptis & editis ſine ullo ſenſu legebatur, Κούρης, ὁ Ἀκαρνανίας. Nos præpoſitionem ἐξ addidimus, ut ſenſus ſit integer & commodus Quæ differentia ſit inter Κούρης & Κουρὴ ſatis maniſeſte docent magiſtri Græci, Heſych. Etymol Mag. Auctor & Euſtathius, qui de hac voce ita ſcribit ad Iliad. I, unde hemiſtichium illud deſumptum eſt a Stephano: τὰ εἰς ης ἐθνικὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν, οὐ φιλοῦσι ὀξύνεσθαι, ὠξυνόνθη μέντοι πρὸς διαστολὴν βαρυτόνου ὀνόματος &c.

[98] Κουρεῖτις.] Mallem legere Κουρῆτις: nam ſumitur hoc fœmininum pro regione, quam Curetes incolunt, uti liquet ex inſcriptione quæ olim legebatur in ſtatua Oxyli apud Strab. lib. x:

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον,
Κτήσατο Κουρῆτιν γῆν δορὶ πολλὰ καμών.

[99] Καὶ Κούρισσα.] Hoc nomine Curetum fœminas appellari docet jam Stephanus: Verum quia eadem vox appellative occurrit apud Etymol Mag. auctorem, & alia dictionaria eam non agnoſcant, illius verba adſcribam: Κομμώτρια, ἐμπλέκτρια, ἡ κοσμοῦσα, καὶ ἀλείφουσα τὰς γυναῖκας κούρισσα. Hæc omnia ſunt ſynonyma, ad mulieres pertinentia, ſeſe in arte comptoria, quæ Galeno & aliis Medicis etiam Medicinæ pars eſt, exercentes. Verum quid ultima vox denotet, non facile apud alios invenias. Mihi videtur derivatum, uti βασιλεὺς βασίλισσα, ſic Κουρεὺς Κούρισσα, quod eſt inſtrumentum tonſorium, ſive id ſit quod Latinis *Novacula*, Ciceroni *Culter tonſorius*, ſive aliud. Quare apud Etymologum in dandi caſu legendum cenſeo Κουρίσσᾳ, ut concinnum hiſce verbis ſenſum affingas.

[1] Οἱ φυλέται, Κουρεῖται.] Nos retinemus vulgatam lectionem, quam Cluverius corruptam cenſebat, corrigens οἱ πολῖται, Κουρῖται. Ego vero nullum diſcrimen video inter τὸ φυλέτης & πολίτης, quare nihil mutandum judico. Sed bonis avibus correxit, quod ſequitur, πρὸς ἐκείνων (cum in omnibus libris legeretur,) πρὸς ἐκείνους, quod profecto cum præcedentibus haud cohæret. Recepimus ergo illud πρὸς ἐκείνων, quia ipſa ratio & veterum ſcriptorum auctoritas ſuadet. Plutarch. in Numa: Ἦν δὲ πόλεως ὁ Νουμᾶς ἐπιφανοῦς ἐν Σαβίνοις τῶν Κυριτῶν, ἀφ' ἧς Κυρίτας Ῥωμαῖοι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀνακηρυχθεῖσι Σαβίνοις προσηγόρευσαν. Et Strab lib. v. Κύρις ἐξ ἧς ὡρμήθησαν οἱ τῆς Ῥώμης βασιλεύσαντες, Τίτος Τάτιος, καὶ Νουμᾶς Πομπίλιος. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κυρίτας ὀνομάζουσιν οἱ δημηγοροῦντες τοὺς Ῥωμαίους. Vide præterea alios de hac re locos, quos ex Græcis Latiniſque ſcriptoribus diligentiſſime congeſſit jam laudatus Cluverius.

[2] Ἡρόδοτος πέμπτῃ] Non dubito, quin hæc reſpiciat Stephan. Μαχομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, Στησήνωρ τύραννος ἐὼν Κουρίου προδιδοῖ ἔχων δύναμιν ἀνδρῶν περὶ ἑωυτὸν οὐ μικρήν. οἱ δὲ Κουριέες οὗτοι λέγονται εἶναι Ἀργείων ἄποικοι. Etiam Strabo perhibet hanc urbem ab Argivis conditam lib. XIV.

[3] Ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας,] Hæc urbs antiquæ Pleuroni erat finitima, teſte Strabone lib. x: Κούριον δὲ τῆς παλαιᾶς Πλευ-

Ἀπολλώνιος Καρικῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κυροπολῖται.

ΚΟΧΛΙΟΥΣΑ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Λυκίας, διὰ τὸ κοχλίους ἐν αὐτῇ εὑρίσκεσθαι. τὸ ἐθνικὸν, Κοχλιούσιος.

ΚΡΑΒΑΣΙΑ, πόλις Ἰβήρων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν Κραβάσιος, καὶ Κραβασιεὺς, καὶ Κραβασιάτης, καὶ Κραβασιανὸς, διὰ τὴν χώραν.

ΚΡΑΓΟΣ, ὄρος Λυκίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Λυκιακῶν· [4] ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης νύμφης. ἐνταῦθα δ' εἶναι καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα [5] θεῶν ἀγρίων ἄντρα. ἀπαθανατισθῆναι γάρ φασι τοὺς περὶ τὸν Κράγον. τὸ ἐθνικὸν, Κράγιος. ἔστι καὶ ὄρος Ἀντίκραγος ἕτερον.

ΚΡΑΔΗ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. τὸ ἐθνικὸν, Κραδίτης, ὡς Σιδήτης.

ΚΡΑΜΒΟΥΣΑ, νῆσος περὶ Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας. Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. [6] τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσιος, ἢ Κραμβουσαῖος.

ΚΡΑΜΒΟΥΤΙΣ, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. ὁ πολίτης, Κραμβουτίτης, ὡς Ναυκρατίτης. [7] Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ο γράφει, Κράμβοτις προπαροξυτόνως, ὡς Ἄβοτις.

ΚΡΑΝΑΗ, [8] νῆσος Λακωνική. Ὅμηρος,

Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην —

ἥτις

A Apollonium libro primo Caricorum. Gentile, Curopolitæ.

COCHLIUSA, inſula juxta Lyciam, cujus meminit Alexander libro II. de Lycia. Ita appellatur quod in ea cochleæ inveniantur.
B Gentile, Cochliuſius.

CRABASIA, urbs Iberorum, auctore Hecatæo in Europa. Gentile, Crabaſius, & Crabaſienſis, & Crabaſiates, & Crabaſianus propter regionis conſuetudinem.

C CRAGUS, mons Lyciæ, de quo Alexander libro ſecundo Lyciacorum; nomen habens a Crago Tremili F. Matris vero Praxidicæ nymphæ. Ibidem exſtare perhibent antra, quæ a diis agreſtibus cognomina invenerunt. Tradunt enim Cragum ibi immor-
D talem redditum. Gentile, Cragius. Eſt quoque mons alius, qui Anticragus dicitur.

CRADE, urbs Cariæ, auctore Hecatæo in Aſiæ deſcriptione. Gentile. Cradita, uti Sidita.

E CRAMBUSA, inſula circa Seleuciam Iſauriæ, de qua Strabo libro XIV. Gentile, Crambuſius, vel Crambuſæus.

F CRAMBUTIS, urbs Ægypti, de qua Hecatæus in Libyæ Periegeſi. Civis, Crambutita, uti Naucratita. Herodianus hanc vocem per o ſcribit Crambotis, & accentu in penultima notat, uti Abotis.

G CRANAË, inſula Laconica, de qua Homerus:

Inſula vero in Cranaë miſtus ſum. — —

Hæc

Πλούρων ὁ πλησίον, ἀφ' οὗ τοὺς Πλουρωνίους Κουρῆτας ὀνομασθῆναί τινες ὑπέλαβον.

4 Ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου υἱοῦ.] Non eſt dubium, quin hæc vera & antiqua Stephani ſit lectio: peſſimo enim errore in omnibus libris calamo & typis deſcriptis legebatur, ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλητος υἱοῦ. Noſtram emendationem eſſe veriſſimam, liquet ſatis ex Panyaſi, cujus verſus noſter in Τρεμίλη in medium adducit, ex quibus conſtat aperte, Tremilum habuiſſe uxorem filiam, nympham Ogygiam, quam Praxidicam appellant, ex quibus progeniti ſunt Tlous, Xanthus, Pinarus & Cragus, qui huic Lyciæ monti nomen dedit.

5 Θεῶν ἀγρίων ἄντρα.] Idem quoque refert Euſtathius in comment. ad Dionyſ. Ἐν τούτῳ Κράγῳ θεῶν ἀγρίων ἄντρα εἶναι.

6 Τὸ ἐθνικὸν Κραμβούσιος, ἢ Κραμβουσαῖος.] Ita hic locus in Palatinis & Voſſiano codice repletur, qui in omnibus editis miſerum in modum truncatus circumferebatur: τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσης ἢ *.

7 Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ο γράφει, Κράμβοτις προπαροξυτόνως ὡς Ἄβοτις.] Hæc mihi hujus loci vera & genuina videtur lectio, licet longe aliter in prioribus editionibus & Voſſiano cod. legatur. Aldina Juntinaque: Ἡρωδ. διὰ τοῦ υ γράφει, Κράμβοτις, προπαροξυτόνως, ὡς Ἄβοτις. in ultimis verbis pro ο ſubſtituendum erat υ, ſi eo modo ab Herodiano ſcriptum fuiſſet: nam ita Voſſianus: Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ υ γράφει, Κράμβυτις, προπαροξυτόνως, ὡς Ἄβυτις. Verum ut dixi, vulgata a Xylandro lectio, quam nos ſequimur, videtur præferenda, quia ipſe Stephanus, uti liquet alio in loco ex Herodiano ita tranſcripſit: Ἄβοτις, πόλις Αἰγυπτία, ὡς Ἑκαταῖος. ἣν Ἡρωδιανός φησι βαρύνεσθαι. Sed illo in loco, quod tunc temporis non admonui, legendum cenſeo προπαροξύνεσθαι. Videtur Κραμβοῦσα nomen habere ἀπὸ τῆς κράμβης, a braſſicæ copia, ut aliæ circumjacentes urbes, Corycus & Corycium antrum a croco, & Anemurium ἀπὸ τῆς ἀνεμώνης a papavere.

8 Κρανάη, νῆσος Λακωνική.] In omnibus libris Stephani legebatur Κραναὴ, accentu in ultima, ſed male, ut & in Homeri hemiſtichio. Pſeudo-Didymus ad Iliad. Γ. docet, nomen illud proprium accentum in penultima notandum: Παροξυτόνως ἵνα κύριον ὄνομα γένηται, δοκεῖ δὲ ἡ νῆσος τῆς Ἀττικῆς, εἶναι, νῦν διὰ τοιαύτης μίξεως Ἑλένη καλεῖται. Nam apud Homerum τὸ κραναὴ eſt ἡ τραχεῖα. Ἰθάκης κραναῆς περ ἐούσης· τραχείας, ὀρεινῆς, κάρῳ ἐχούσης, uti loquitur Etymologici Mag. Auctor. Heſychius, Κραναῆς, τραχείας. κραναὸν, ὑψηλὸν, τραχύ. Verum ex verbis Scholiaſtæ jam allegatis liquet nonnullos reperiri, hanc inſulam, non Laconiæ, ſed Atticæ adſcribentes, quod fortaſſis habent ex Geographo lib. IX. ubi etiam tranſpoſito accentu ſic lego: Ταύτην γὰρ λέγει Κρανάην, τὴν νῦν Ἑλένην, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γενέσθαι τὴν μίξιν. Μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην, ἡ Εὔβοια πρόκειται τῆς ἑξῆς παραλίας, ὁμοίως στενὴ, καὶ μακρὰ καὶ κατὰ μῆκος τῇ ἠπείρῳ παραβεβλημένη, καθάπερ Ἑλένη. Potior igitur eſt fides Strabonis, inſulam hanc

Thu-

ἥτις πρόκειται τοῦ Γυθείου. [9] οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Κραναοῦ. ἐξειλήφασι γάρ τινες οὕτω τὸ Ὁμηρικὸν τὸ Κραναῇ, ἀντὶ τοῦ Ἀτθίδι. Ἑλένη καλεῖται νῦν. ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος δηλοῦν οὐ τὸν τῶν νήσων πλοῦν πεποιημένον [10] τῶν εἰσαγόντων, ἀλλὰ τῶν ἔξω. ὑπονοῶν γὰρ διωχθήσεσθαι, τὴν Κρήτην εὐώνυμον λαμβάνει, καὶ τὴν Ἀσίαν παραλεγόμενος εἰς Φοινίκην ἔρχεται. τὸ ἐθνικόν, εἰ μὲν τῆς Λακωνικῆς, [11] Κραναάτης, ὡς Καρυάτης· εἰ δὲ τῆς Ἀττικῆς, Κραναῖος, ὡς Ἀθηναῖος.

A Hæc ante Gytheum ſita eſt. Eodem modo etiam Attica a Cranao appellabatur. Ita enim nonnulli illud Homericum *in Cranaë*, pro *in Atthide* accipiunt. Nunc Helene vocatur. Videtur mihi Alexander non indicare navigatio-B nem locorum per inſulas inſtitutam, ſed per exteriorem earum partem: ſuſpicans enim, ſe perſequutionem paſſurum, Cretam ad ſiniſtram ſumit, & Aſiam præternavigans in Phœniciam pervenit. Gentile, ſi a Laconica deducatur, eſt Cranaates, uti Caryates: ſed ab C Attica, Cranæus, uti Athenæus.

ΚΡΑΝΕΙΑ, [12] χωρίον Ἀμβρακιωτῶν· Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν [13] Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι [14] Σοφοκλῆς Λαρισαίοις.

CRANEA, caſtellum Ambraciotarum, auctore Theopompo libro LI. Gentile, Craneates, uti Mareates, uti perhibet Sophocles D in Lariſſæis.

ΚΡΑΝΙΔΕΣ, συνοικία πρὸς τῷ Πόντῳ. [15] Παρθένιος ἐν Ἀνθίππῃ. τὸ ἐθνικόν, Κρανῖται.

CRANIDES, vicinia prope Pontum, cujus meminit Parthenius in Anthippa. Gentile, Cranitæ.

ΚΡΑΝΙΟΙ, [16] πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ. [17] τετράπολις δὲ ἡ νῆσος ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμου, Πηλέως

E CRANII, urbs in inſula Cephallenia. Inſula hæc conſtabat quatuor oppidis, quæ nomen ſortita ſunt a Cephali filiis, Proneſo,

Thurium ante & Sunium Atticæ; quam Stephani, eam ante Gytheum Laconicæ collocantis.

9 Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Κραναοῦ.] Addam locum inſignem ex Scholiaſta Ariſtoph. ad Acharn. hæc verba commentanti, ὦ Κραναὰ πόλις. Τοῦτο πεποίηται ὑπὸ τῶν παλαιῶν. Καὶ Αἰσχύλος γὰρ καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσαντο τῇ λέξει. λέγει δὲ Κραναάς, τὰς Ἀθήνας. ἤτοι τὰς τραχείας. λεπτογέως γὰρ ἡ Ἀττική. ἢ ἀπὸ Κραναοῦ τινός, ὃς ἦν αὐτοχθόνων εἷς. Priſcis temporiqus Athenas a regibus denominarunt. Cranaus Athenarum rex fuit, qui Cecropi Athenienſi primo regi ſucceſſit.

10 Τῶν εἰσαγόντων, ἀλλὰ τῶν ἔξω.] Voſſianus: τοῦ εἰσαγόντος, ἀλλ' αὐτῶν ἔξω.

11 Κραναάτης.] Apud Hubertum Goltzium exſtat nummus cum inſcriptione ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ.

12 Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν.] Forte caſtellum, uti ſolet, edito loco ſitum fuit; & forte in monte cognomine: nam Plinius Craniæ montis meminit lib. II. cap. II: *Montes clari, in Dodone Tomarus, in Ambracia Crania, in Acarnania Aracynthus.*

13 Κρανειάτης. ὡς Μαρειάτης.] In voce Μάρεια illud gentile non invenitur, legitur enim ibi Μαρεώτης & Μαρεῶτις. Quare ſuſpicor Κρανειάτης illud in mendo cubare, corrigendumque Κρανεώτης, ὡς Μαρεώτης. Nam plurima iſtius regionis gentilia in ώτης terminantur; ut Ἀμβρακιώτης, Ἠπειρώτης &c.

14 Σοφοκλῆς Λαρισαίοις.] Miror ſummopere, Xylandrum & alios ex vulgata corruptaque lectione Sophoclem Lariſſæum finxiſſe, cum Stephanus Sophocleum drama, cui nomen Λαρισαῖοι, ſine dubio innuat. Corrigendum eſſe Λαρισαίοις, primus ad Harpocrationem indicavit Mauſſacus.

15 Παρθένιος ἐν Ἀνθίππῃ.] Libri omnes typis & calamo deſcripti, Ἀνθίπῃ, cum vox duplici π ſit proferenda. Parthenius in Eroticis de Anthippe hiſtoriam operi ſuo intexuit, verum de Cranidibus ad Pontum ibi nulla fit mentio. Ejus loco adducam verba Marciani Heracleotæ: Ἀπὸ Σανδαράκης εἰς Κρηνίδας στάδια κ'. ὅρμος συμμέτροις ναυσίν. ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδια κ'. Sic quoque Menippus apud noſtrum in Ψύλλα. Ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδια εἴκοσι. Quare mihi videtur emendandus Arrianus in Periplo: Ἀπὸ Σανδαράκης ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. Ἔνθεν εἰς Κρηνίδας ἑξήκοντα. καὶ ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν ἐμπόριον, τριάκοντα. Stadorum numeri mihi videntur corruptiſſimi, cum Menippo & Marciano legendum εἴκοσι pro ἑξήκοντα, pro ἐμπόριον χωρίον. Omnes *Crenidas* appellant, unus Stephanus *Cranidas*, quod fortaſſis vel dialectui adſcribendum, vel quod differentia quædam ſit obſervanda inter *Cranidas* & *Crenidas*, quas Philippus de ſuo nomine Philippos nominavit: Κρηνίδες πόλις Πιερίας, ἃς Φίλιππος μετωνόμασε Φιλίππους. τὸ ἐθνικόν, Κρηνῖται.

16 Κράνιοι, πόλις ἐν Κεφαλλ.] Omnes editi & calamo exarati Κράνιον conſtanter exhibent, pro quo nos Κράνιοι reſcripſimus, in ſequentibus demonſtraturi hanc genuinam & veram eſſe lectionem. Nunc ſolummodo mutilum Heſychii locum exhibebo: Κράνιοι, τῆς Κεφαλληνίας αὗται τέσσαρες Κράνιοι. Loquitur ſine dubio de quatuor Cephalleniæ urbibus, cum in hiſce verbis unica tantum memoratur.

17 Τετράπολις δὲ ἡ νῆσος.] Cephalleniam inſulam urbes habuiſſe quatuor, hiſce verbis indicat noſter, quibus nomen fuit inditum a totidem Cephali filiis: ſed illorum nomina in editione Veneta Florentinaque adeo ſunt corrupta & confuſa, ut inde commodum ſenſum non elicias, ita enim ibi: Τετράπολις δὲ ἡ νῆσος, ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων. πρωνήσου σάμου συπηλέως κρανίου. Quem locum diſtinctius Xylander, quem ſequimur, in ſua editione repræſentavit. Primum nomen eſt Πρόνησος, quod etiam occurrit apud Strabon. lib. X, pro quo Lycoph. & ejus Scholiaſt. habent Πρώνος, & Thuc. lib. II. Πρόναιοι, Polyb. lib. V Πρόνος, Etymol. Mag. Auctor Πρόνος, unde & Liv. l. XXXVIII gentile nomen Neſiotæ, quod fit a Νῆσος: *Metus ad omnes valuit, ne deditionem recuſarent: obſides inde imperatos pro viribus inopis populi, vicenos Neſiotæ, Cranii, Pallenſes & Samæi dederunt.* Secundum nomen eſt Σάμος, unde auctores deducunt Σαμαῖοι, ut Thuc. Liv. & Etymol. Mag. Auctor, vel Σάμιοι, quod eſt apud *Schol.* Lycophronis Deinde apud Stephanum occurrit Πήλεως, pro quo mallem Πάλεως vel Πάλλεως, quia inde auctores formant Παλῆς, quod Thuc. Attice poſuit pro Παλλεῖς vel Παλεῖς & Latinorum Pallenſes. Ultimum nomen eſt Κράνιος, unde noſter deduxit Κράνιοι, qui etiam inveniuntur apud Thuc. & Livium locis jam allegatis. Plura qui de hiſce nominibus deſiderat, ipſos auctores adeat,

λέως, Κρανίου. [18] τὸ ἐθνικὸν, Κρανιεῦς.

ΚΡΑ'ΝΩΝ, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος, ἐν τοῖς Τέμπεσιν, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἔστι καὶ ἄλλη [19] πόλις Ἀθαμανίας, ἀπὸ Κράνωνος τοῦ Πελασγοῦ. ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους, ὡς [20] Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις, καὶ [21] Θεόπομπος. ὅταν δ' ἄλλους ἐκνοσσεύσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες, ἀπέρχονται. ὁ πολίτης, Κρανώνιος. Ἡρόδοτος ἕκτῃ· [22] Ἐκ δὲ Θεσσαλίης ἦλθεν τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης Κρανώνιος. ἀπέχει δὲ σταδίους ἑκατὸν [23] τῆς Γυρτῶνος ἡ Κράνων πόλις, ὡς φησι Στράβων. καὶ Ὅμηρος φησὶν Ἐφύρους τοὺς Κρανωνίους· Φλεγύας δὲ, [24] τοὺς Γυρτωνίους. ἔστι καὶ θηλυκὸν Κρανωνὶς, ἀπὸ τῆς γενικῆς,

ΚΡΑΣΕ'ΡΙΟΝ, Σικελίας χωρίον· Φίλιστος ὀγδόῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κρασερῖνος.

ΚΡΑΣΤΟ'Σ, πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν· Φίλιστος Σικελικῶν τρισκαιδεκάτῳ. ἐκ ταύτης ἦν [25] Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς, [26] καὶ

A neſo, Samo, Peleo, Cranio. Gentile, Cranienſes.

Et apud Callimachum Hym. in Jovem. Apud Virgil. autem lib. XII. numero ſingul.

Parthus ſive Cydon telum immedicabile torſit.

4 Κυδώνιος.] Uſurpat hanc vocem Callimachus Hym. in Dia.

-- -- ἤ μοί τι Κυδώνιον εἰ δ' ἄγε τόξον,
Ἠ δ' ἰοὺς, κοίλην τε καταπληῖδα βελέμνων
Τάξατε. -- -- -- --

Uti apud Græcos, ſic paſſim etiam apud Latinos in uſu eſt.

5 Καὶ Κυδωναῖος.] Leviter corrupta hæc vox invenitur lib. VIII Metamorph. apud Ovidium:

Jamque mora belli procerum quoque nomina norat
Armaque, equoſque, habituſque, Cydoneaſque pharetras.

Ubi ſine dubio legendum eſt, *Cydonæaſque pharet.*

6 Καὶ Κυδωνικὸς ἀνήρ.] Non eſt dubium, quin hæc ſint Theocriti verba, cujus auctoritate Stephanus in genuino opere uſus eſt, licet Epitomator eam nunc expunxerit, ita enim legitur in Itinere Verno:

-- -- -- -- καί τιν' ὁδίταν
Ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα,
Οὔνομα μὲν Λυκίδαν. -- --

Illuſtrant quoque hunc locum verba Scholiaſtæ, vehementer corrupta, & hunc in modum corrigenda: Καί τινα συνοδίτην εὕρομες, ἀντὶ τοῦ ἔσχομεν, ἄνδρα, μουσικὸν ἀγαθὸν, Κυδωνικὸν, τουτέστι Κρητικόν. Κύδων γὰρ τῆς Κρήτης, ἀπὸ Κύδωνος Ἑρμοῦ Ἀκαλλίδος (legendum Ἀκακαλλίδος). καὶ Ὅμηρος. Ἐν δὲ Κρῆτες (legendum Ἐν δ' Ἐτεόκρητες) μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κυδῶνες. Hunc verſiculum ex Hom. Odyſ. T ad hanc ſectionem in medium adduximus, quem etiam Triſtanus, iſto vitio laborantem, commentariis ſuis hiſtoricis inſeruit. Eum videſis tom. I pag. 96.

7 Ἐπὶ χερρονήσῳ.] Cyzicum in peninſula fuiſſe ſitam, non eſt quod mihi perſuadeam: fuit enim inſula in Propontide cum urbe ejuſdem nominis, quæ duobus pontibus continenti jungitur, cujus rei, præter alios, teſtem habemus Strabonem, lib. XII ita loquentem: Ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος, συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον, ἀρετῇ κρατίστη, μέγεθος δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον. ἔχει δὲ ὁμώνυμον [illegible] πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις, καὶ λιμένας δύο κλειστούς. [illegible] eſt, quod alii voluerint, prius inſulam, deinde [illegible] peninſulam fuiſſe: ita enim hac de re ſcribit Sc[illegible] ad lib. I Apoll. Rhod. Ἐν οὖν ταύτῃ Προποντίδι [illegible] ἡ ὕστερον χερρόνησος γεγόνει. Et deinde addit: [illegible] ρόνησος ἐφ' ἧς κεῖται ἡ Κυζικηνῶν πόλις. νῆσος [illegible] ἔφη, διὰ τὸ πρότερον αὐτὴν οὖσαν νῆσον, ὕστερον [illegible] τῇ ἠπείρῳ.

8 Ἄρκτων νῆσος.] Id eſt, *Urſorum inſula*. Plinius lib. V cap. XXXII: *Ultra inſula quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Mileſiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconneſos, & Dolionis, & Dindymis.* Sed ibi legendum, *Arctonneſos.* Sine dubio ſic dicebatur a vicino monte, cui nomen Ἄρκτων ὄρος, teſte Strabone XII, cujus etymon egregie declarat Apoll. Rhod. Scholiaſt. ad lib. I: Ταύτῃ οὖν τῇ χερρονήσῳ παράκειται ἄρκτων ὄρος, κυρίως οὕτω λεγόμενον. ἐπειδή φασι τὰς τροφοὺς τοῦ Διὸς ἐκεῖ διατριβούσας εἰς ἄρκτους μεταβληθῆναι. ἢ ὅτι ὁ τόπος ἔνθηρος, καὶ ἀπὸ τοῦ θηρίου τῆς ἄρκτου ὠνομάσθη. ἢ διὰ τὸ ὑψηλὸν τοῦ ὄρους, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ταῖς ἄρκτοις προσπελάζειν ταῖς ἀστρώοις.

9 Τὸ ἐθν. Κυζικηνός.] Apud plurimos antiquarios inveniuntur nummi cum inſcriptione ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. Eodem gentili etiam Latini paſſim utuntur.

10 Δολίονάς φησιν.] Hinc Plinio, loco jam allegato, *Dolionis* dicitur. Hanc inſulam incoluiſſe Dolionas, quibus imperabat Cyzicus, teſtatur Scholiaſtes Apoll. Αὐτὴν δὲ τὴν χερρόνησον καὶ τὸν ἰσθμὸν ᾤκουν Δολίονες, ὧν ἐβασίλευε Κύζικος. Strabo lib. XII Dolionas appellat circa Cyzicum habitantes ab Æſepo ad Rhyndacum uſque & Daſcylitidem paludem: Δολίονας μὲν οὖν μάλιστα καλοῦσι τοὺς περὶ Κύζικον ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Ῥυνδάκου καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης.

11 Ὡς τοὺς τὴν Ἴσμαρον Κίκονας.] Hinc apud noſtrum legimus: Ἴσμαρος, πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων. Ad quem locum, vide quæ obſervavimus. Quod Homerus ſæpiſſime urbium incolas antiquiſſimo & parum deinceps uſitato nomine inſigniverit, plurima iſtius rei exempla in voce Κλημένη occurrunt.

12 Ἁπλῶ.] Voſſianus: ἁπλοῦν ἀντὶ κτητ.

13 Οἱ χαλεποὶ, διὰ τὸ ληΐζεσθαι τοὺς Τυρρηνούς.] Sic conſtanter legitur in omnibus vulgatis: non inepta tamen

lectio

ΚΥ'ΘΗΡΑ, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον A ἔχουσα [14] πρὸς τῇ Κρήτῃ, ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. [15] ἐκαλεῖτο δὲ Πορφυροῦσα, [16] διὰ τὸ κάλλος τὸ περὶ τῶν πορφυρῶν, ὡς Ἀριστοτέλης. οἱ οἰκήτορες Κυθήριοι, καὶ Κυθηρία· καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ νῆσος λέγεται Κυθηραία. B

ΚΥ'ΘΗΡΟΣ, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. [17] ὁ δημότης, Κυθήριος. τὰ τοπικὰ, Κυθηρόθεν, Κυθηρόνδε.

ΚΥ'ΘΝΟΣ, νῆσος πρὸς τῇ Δρυόπιδι C τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Κύθνου κτίσαντος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ὀφιοῦσσα, καὶ Δρυοπίς. ὁ νησιώτης, Κύθνιος. καὶ [18] Κύθνιος τυρὸς, [19] καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος:

ΚΥΚΝΙ'ΤΙΣ, ἧς ὁ Κύκνος ἐβασί- D λευσε. Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ, [20] καὶ ἐν Ποιμέσι, βοὴν Κυκνῖτιν.

ΚΥ'ΛΑΝΔΟΣ, [21] πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Κυλανδεύς.

ΚΥΛΛΗ'ΝΗ, ὄρος Ἀρκαδίας, [22] στα- E δίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, ἀπὸ Κυλλήνης [23] Ναΐδος νύμφης. ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει [24] τοὺς κοσσύφους λευκοὺς γίνεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμῇ. καὶ φωνὰς ποι- F κίλας προΐεσθαι, θηρεύεσθαι δὲ [25] πρὸς τὴν σελήνην. τῆς δὲ ἡμέρας εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα

CYTHERA, inſula ejuſdem nominis urbem habens juxta Cretam, ſic dicta a Cythero Phœnicis F. Vocabatur etiam Porphyruſſa, quia, teſte Ariſtotele, pulcherrimas purpuras profert. Incolæ, Cytherii, & Cytheria. Et mulier & inſula dicitur Cytheræa.

CYTHERUS, populus Pandionidis tribus. Popularis, Cytherius. Localia, ex & ad Cytherum denotant.

CYTHNUS, inſula Cycladum juxta Dryopidem, a Cythno conditore ſic dicta. Appellabatur etiam Ophiuſſa & Dryopis. Inſulanus, Cythnius. Hinc Cythnius caſeus, & Cythnius pictor.

CYCNITIS, cui Cycnus imperavit. Sophocles in Peleo, & in Paſtoribus:

. -- -- Vocem Cycnitin.

CYLANDUS, urbs Cariæ, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Cylandenſis.

CYLLENE, mons Arcadiæ, ſtadiorum novem ultra octoginta pedes, qui a Cyllene Naïdis nymphæ fil. nomen habet. In hoc monte perhibent merulas candidas exiſtere, & nequaquam alibi: præterea eas edere voces varias, & ad lunam capi: ſi quis hoc de die tentaverit, valde difficiles venatu eſſe. Eſt

…ectio eſt, quam Voſſianus MS exhibet: Οἱ χαλεποὶ, διὰ τὸ ληϊστρικοὺς εἶναι τοὺς Τυῤῥηνούς. Sic quoque de iis …oquitur Heſychius: Τυῤῥηνοὶ, δεσμοὶ, οἱ λῃστρικοὶ, καὶ χαλεποί. Olim profecto Tyrrhenos piraticam exercuiſ…e, & terram Atticam latrociniis infeſtaſſe, teſtis eſt …uſtathius ad Dionyſ. de ſitu Orbis: Οἱ δέ φασιν ὅτι Ἀθηναίους ἐληΐσαντο ποτε οἱ Τυῤῥηνοὶ μεγάλα συνιστῶντες πειρατήρια. Hyginus Fab. CXXXIV: *Tyrrheni qui poſtea Tu…ci ſunt dicti, cum piraticam facerent, liber pater impu…is in navem eorum conſcendit.*

[14] Πρὸς τῇ Κρήτῃ.] Inſula hæc inter Cretam & oram …aconicam medium tenet. Vide Strab. lib. VIII & Ptol. …ib. III.

[15] Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφυροῦσα.] Addam verba Plinii, a …uo *Porphyris* lib. IV cap. XII appellatur: *In Laconico …eganuſa, Cothon, Cythera cum oppido, antea Por…hyris appellata.*

[16] Διὰ τὸ κάλλος τὸ περὶ πορφυρῶν.] Euſtathius in …omment. ad Iliad. O legebat olim ex Stephano: διὰ …ὸ καλλίστας φέρειν πορφύρας, ita enim ille: Κύθηρα δὲ ἐν …δευτέρῳ γένει, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ὥς φησιν ὁ γράψας …τὰ ἐθνικά. ἡ ποτὲ καὶ Πορφυροῦσα, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐγράφη, …διὰ τὸ καλλίστας φέρειν πορφύρας. Iunuit locum in com…ment. ad Dion…ſii Perieg. Ἐκαλεῖτο δὲ, φασὶ, καὶ Πορ…φυροῦσα πο…, διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας. ὠνόμασται δὲ, …φασὶν ἀπ… Κυθήρου τοῦ Φ…ικος. In duobus illis locis ſim…lici … ma vox illa exaratur, & alio accentu notatur. …adem quoque ex Stephano allegat Phavorinus.

[17] Ὁ δημότης, Κυθήριος. Venetiis in Palatio Grima…ni hanc inſcriptionem invenit Jacobus Spon. ΕΠΙΚΤΗ…ΣΙΣ ΟΝΑΣΟΥ ΚΥΘΗΡΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ.

[18] Κύθνιος τυρός.] Cythnii caſei meminit Julius Pol…ux lib. VI cap. X: καὶ τυρὸς Κύθνιός τε καὶ Σικελικός.

[19] Καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος.] Non dubito quin inge…nuino Stephani opere hujus pictoris nomen extiterit, …quod Epitomatori adſcribere grave fuit. Scimus tamen ex Euſtathio, quod *Cydias* appellaretur, ſic enim ille in Comment. ad Dionyſii Perieg. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ τὰς Κυκλάδας πλείους εἶναι τῶν ιβ, εἰκοσι, ἡ Κύθνος, ἀφ' ἧς ὁ Κύθνιος λέγεται τυρός. ἐξ ἧς καὶ ζωγράφος ὄνομα ἔχων ὁ Κυδίας.

[20] Καὶ ἐν Ποιμέσι.] Hæc in aliis editis ita excuſa conſpiciuntur, quaſi verba eſſet ex Sophoclis Peleo; cum revera ſit inſcriptio alterius fabulæ Sophocleæ, quæ etiam a noſtro citatur in voce Γραικοί.

[21] Κύλανδος.] Et urbis & gentile nomen inde deductum, in Voſſiano MS aliiſque duplici lambda exaratur.

[22] Σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα.] Hæc verba mihi de altitudine hujus montis interpretanda videntur, qui omnium Arcadicorum montium excelſiſſimus eſt, teſte Pauſan. in Arcad. Alio modo hunc dimenſus eſt Strabo lib. VIII: Ἀρκαδία δ' ἐστὶν ἐν μέσῳ μὲν τῆς Πελοποννήσου, πλείστην δὲ χώραν ὀρεινὴν ἀποτεμνομένη. μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Κυλλήνη, τὴν γοῦν κάθετον, οἱ μὲν εἴκοσι σταδίων φασὶν, οἱ δ' ὅσον πέντε καὶ δέκα. Noſter hujus montis menſuram hauſit ex Apollodoro quodam, uti liquet ex Euſtathio ad Odyſſ. ψ, ita enim ille: Κυλλήνιος δὲ Ἑρμῆς, μυθικῶς μὲν ἀπὸ Κυλλήνης, ἥτις ὄρος ἐστὶν Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα ὀλυμπιακῶν παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, καθά φασιν ἱστορεῖν Ἀπολλόδωρον. ὀνομασθὲν ἀπὸ Κυλλήνης ἡρωΐδος τινός.

[23] Ναΐδος νύμφης.] Pauſanias in Arcadicis nominis originem deducit ἀπὸ Κυλλήνου τοῦ Ἐλάτου a Cyllene Elati filio. Euſtathius aliquoties Stephani ſententiam amplectitur.

[24] Τοὺς κοσσύφους λευκοὺς γίνεσθαι.] Videtur hoc hauſiſſe noſter ex Pauſaniæ Arcad. ita enim ibi legitur: Παρέχεται δὲ καὶ θαῦμα τοιόνδε ἡ Κυλλήνη. κόσσυφοι γὰρ οἱ ὄρνιθες ὁλόλευκοί εἰσιν ἐν αὐτῇ.

[25] Πρὸς τὴν σελήνην.] Aldina & cæteræ, quæ inde dimanarunt, πρὸς τῇ σελήνῃ. Nos Voſſiani cod. lectionem divulgamus, & græciſmus nobis videtur accura-

tior,

A δρα δυσθηράτους εἶναι. ἔστι δὲ καὶ [26] Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη. τὸ ἐθνικὸν, Κυλληνεύς, καὶ Κυλλήνιος. [27] καὶ Κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς, κατὰ συγκοπὴν τοῦ Κυλλήνιος.

Κύμη, πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος· ἐκαλεῖτο B δὲ Ἀμαζόνιον. [28] τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. [29] ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ Ἡσίοδος. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα [30] Φρικωνῖτις λεγομένη. [31] αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος, σκώπτεται εἰς C ἀναισθησίαν. ἔστι δὲ καὶ [32] ἑτέρα Ἰταλίας. [33] ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. τετάρτη, τῆς Ἠλείας· [34] πέμπτη, τῆς Εὐβοίας, [35] ἕκτη, Παμφυλίας. [36] ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας. D

Κύναιθα [37], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυναίθου ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων. [38] τὸ

A Eſt quoque Eleorum navale Cyllene. Gentile, Cyllenenſis, & Cyllenius. Et Cyllius Mercurius dicitur per ſyncopen, a voce Cyllenius.

CYME, urbs Æolidis ante Lesbum, a B Cyme Amazonis F. Sic dicta. Vocabatur & Amazonium. Gentile, Cymæus. Hinc erat Ephorus Hiſtoricus, & Heſiodus. Eſt item alia Phriconitis dicta. H[illegible]c & etiam Lesbus ob ſtoliditate[illegible]ebantur. Eſt quo- C que alia Italiæ, cujus gentile Cymenſis. Quarta, Eleæ. Quinta, Eubœæ. Sexta, Pamphyliæ. Eſt quoque inſula prope Siciliam. D

CYNÆTHA, urbs Arcadiæ a Cynætho, uno ex Lycaonis F. Sic dicta. Gentile,

tior. Deinde ſequebatur: τὴν δὲ ἡμέραν, pro quo reſcripſimus: τῆς δὲ ἡμέρας. Imo ſic olim utrobique ſcripſiſſe Stephanum, teſtis eſt Euſtathius in Comment. ad Iliad. B. hiſce verbis: Ἐκλήθη δὲ Κυλλήνη κατὰ τὸν αὐτὸν (ſcil. γράψαντα τὰ Ἐθνικά.) ἀπὸ Κυλλήνης Ναΐδος. ἐν τούτῳ φασὶ μόνῳ τῷ ὄρει τοὺς κοσσύφους λευκοὺς γίνεσθαι. καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, θηρεύεσθαι δὲ πρὸς τὴν σελήνην. τῆς δὲ ἡμέρας δυσθηράτους εἶναι σφόδρα.

26 Ἠλείων ἐπίνειον.] Pauſ. lib. VI: Κυλλήνη δὲ σταδίους μὲν εἴκοσι Ἤλιδος καὶ ἑκατὸν ἀφέστηκε, κεῖται δὲ τετραμμένη τε πρὸς Σικελίαν, καὶ ὅρμον παρεχομένη ναυσὶν ἐπιτήδειον, ἐπίνειον δὲ οὖσα Ἠλείων. Ab urbe uſque ad navale totidem ſtadia numerat Strabo lib. VIII: Τὸ τῶν Ἠλείων ἐπίνειον ἡ Κυλλήνη, ἀναβαίνειν ἔχουσα ἐπὶ τὴν νῦν πόλιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων. Vide præterea Pomp. Mel. l. II. c. III.

27 Καὶ Κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς, κατὰ συγκοπὴν &c.] Eandem in hoc gentili ſyncopen admittit Euſtathius ad Iliad. B: Κυλλήνη δὲ, οὐ μόνον ὄρος ὡς εἴρηται Ἀρκαδίας, ἀλλὰ καὶ πόλις ὁμώνυμος. ἔνθα δοκεῖ τὸν Ἑρμῆν τεκεῖν ἡ τοῦ Ἄτλαντος Μαῖα. ὅθεν καὶ Κυλλήνιος Ἑρμῆς. ἐξ οὗ καὶ Κύλλιος κατὰ συγκοπὴν, ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας φησίν.

28 Τὸ ἐθνικὸν Κυμαῖος.] Infinitus eſt nummorum numerus, in quibus ΚΥΜΑΙΩΝ conſpicitur. Latino ore dicitur CUMANUS, ut apud Flor. lib. II cap. VII: *Quum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret.*

29 Ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορ. καὶ Ἡσίοδος.] Hæc noſter hauſit ex Strab. lib. XIII. Ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆς δε τῆς πόλεως ἀναντιλέκτως ἐστὶν Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας, καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής.

30 Φρικωνῖτις λεγομένη.] Hanc urbem diſtinguit noſter a præcedenti, quæ & Amazonium dicebatur. Et ita quoque facere videtur in Λάρισσα, ubi hæc leguntur: Πέμπτη, Αἰολίδος, περὶ Κύμην τὴν Φρικωνίδα. Adeo ut in Æolide duas hoc nomine urbes ſtatuat, Cumam olim Amazonium, & Cymam Phriconitidem dictam. Sed potior mihi eſt Strabonis auctoritas, unicam tantum Cumam Æolicam agnoſcentis, quæ Φρικωνὶς ſive Φρικωνῖτις cognominatur a Phricio monte Locridis, ita enim ille lib. XIII: τούτους δὲ περὶ τὴν Λοκρίδα, καὶ τὸ Φρίκιον ὄρος διατρίψαι πολὺν χρόνον. ὕστερον δὲ διαβάντας κτίσαι τὴν Κύμην, τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους. Idem quoque teſtatur Herodot. lib. I, in Æolicarum urbium enumeratione: Αὗται μὲν αἱ Ἰάδες πόλιές εἰσι. αἵδε δὲ, αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισαι &c. Sive quis dixerit in caſu recto Φρικωνὶς ſive Φρικωνῖτις, res eodem redit, uti ex noſtro conſtat, nam ſic appellabatur etiam Lariſſa. Videſis in voce Φρίκιον.

31 Αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν.] Leguntur hæc verba apud Strabonem in Æolidis deſcriptione, quæ nequaquam de Lesbo, ſed duntaxat de Cuma efferuntur, ita enim ille: Σκώπτεται δ' εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη κατὰ τοιαύτην τινὰ, ὥς φασιν ἔνιοι, δόξαν. Scilicet CCC ab urbe condita demum anno portorium exegerunt. Adeo ut hinc opinio obtinuerit, eos ſero admodum ſenſiſſe, maritimam ſe habitare urbem. Alia præterea legitur ratio, quæ ibidem apud Geographum legi poteſt.

32 Ἑτέρα Ἰταλίας.] Latinis ſcriptoribus numero multitudinis Cumæ dicitur, quas Chalcidenſes ab Eubœa condiderunt. Liv. lib. VIII: *Cumani ab Chalcide Euboïca originem trahunt.* Plura videantur apud Cluv. lib. IV Ital. Ant.

33 Ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος.] Ab aliis urbibus noſter deducit Κυμαῖος, ſed ab Italica Κυμαῖος. Fatetur Cluverius, ſe neque apud ullum auctorem reperiſſe ab hoc oppido oppidanos Κυμεῖς, neque apud Latinum *Cumenſes*, quod tam facile poſteriori ævo in vulgari potuit fuiſſe uſu, ut *Comenſes* ab oppido Subalpino *Como*, eodem ſeculo dicebantur *Comani.*

34 Πέμπτη, τῆς Εὐβοίας.] Nemo veterum oppidum hoc Euboïcum commemorat, quam noſter Stephanus. Fefellerunt eum poëtæ, apud quos paſſim *Cumæ Euboïcæ* occurrunt, quod quale ſit epitheton, etiam pueris notum eſt. Videſis Holſtenii Annotationes in Cluv. Ital. antiq. pag. 228.

35 Ἕκτη, Παμφυλίας.] In omnibus libris male legebatur, καὶ Παμφυλίας. Nemo antiquorum hujus oppidi meminit. Vir CL. Ez. Spanhemius ex muſeo Lomeniano adducit nummum cum inſcriptione ΚΥΜΑΙΩΝ ΞΑΝΘΟΣ, quam ad hanc urbem refert. Eum vide pag. 890.

36 Ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελ.] Non eſt inſula hoc nomine prope Siciliam. Locus Pindari Od. I Pyth. ubi de Typhone agitur, imprudentes poſterioris ſeculi grammaticos (quod optime monet & animadvertit Cluverius) in errorem fœdiſſimum præcipites dedit, uti crederent, *Cumam*, cujus loco citato meminit Pindarus, eſſe inſulam, juxta Siciliam: nempe quia ille & *Siciliam* cum *Aetna* monte & Cumam Typhonem premere ait. Hinc itaque eſt, quod non ſolum Stephanus, ſed etiam Pindari Scholiaſt. Cumam prope Siciliam, ab aliis Cumis diverſam ſtatuant, ita enim Scholiaſt. Κύμη, νῆσος, παρακειμένη τῇ Σικελίᾳ. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τῶν Αἰολέων. φαίνεται δὲ οὐχ ἡ Κύμη πῦρ ἀναδιδοῦσα. ἀλλ' ἡ καλουμένη Πιθηκοῦσα, ἣν καὶ Πιθηκούσας ὀνομάζουσι.

37 Κύναιθα, πολ. Ἀρκαδ.] Polybius lib. VI ejus meminit: Οἱ δὲ περὶ τὸν Δορίμαχον διὰ τῆς Ἀχαΐας ποιησάμενοι τὴν πορείαν, ἧκον ἄφνω πρὸς τὴν Κύναιθαν. Quia venationi & canibus operam dabant incolæ, hinc nomen accepiſſe videtur urbs. Scholiaſtes ad Lycophronem.

Κυναι-

[38] τὸ ἐθνικὸν Κυναιθεὺς, καὶ Κυναιθαιεὺς, A καὶ Κυναιθαεὺς, ἀπὸ τοῦ τετρασυλλάβου τοῦ Κυναίθεια. ἔστι καὶ Κύναιθα πόλις [39] Θρᾴκης, ὑπὸ τῷ Νηρίτῳ ὄρει.

tile, Cynæthenſis, & Cynæhtæenſis, & Cynæthaënſis a quadriſyllabo Cynætheia. Eſt quoque Cynætha, urbs Thraciæ ſub monte Nerito.

ΚΥΝΕΤΕΙΑ, πόλις Ἄργους. Καλλίμαχος δευτέρῳ. οἱ πολῖται Κυνετεῖς, καὶ B Κυνετιάται. οἱ τύποι γὰρ οὐκ ἀήθεις τῶν Ἀργείων.

CYNETEA, oppidum Argorum, de quo Callimachus lib. II. Oppidani Cynetenſes & Cynetiatæ. Hæ enim formæ Argivis haud inſuetæ ſunt.

ΚΥΝΗ, πόλις Λυδίας. Ἑκαταῖος, Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Κυνεὺς, καὶ Κύνιος.

CYNE, urbs Lydiæ, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Cynenſis, & Cynius.

ΚΥΝΗΤΙΚΟΝ, [40] Ἰβηρίας τόπος, C πλησίον Ὠκεανοῦ. [41] Ἡρόδωρος δεκάτῳ τῶν καθ᾽ Ἡρακλέα. [42] οἱ οἰκοῦντες Κύνητες, καὶ Κυνήσιοι.

CYNETICUM, Iberiæ locus prope Oceanum, cujus meminit Herodorus libro x de rebus Herculis. Incolæ, Cynetes & Cyneſii.

[43] ΚΥΝΘΟΣ, [ὄρος Δήλου] παρ᾽ Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος. ὁ οἰκήτωρ D Κύνθιος, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. καὶ Κυνθιώτης, καὶ Κυνθιῶτις θηλυκῶς.

CYNTHUS, mons Deli, apud Antimachum, lib. I Thebaidis. Incola, Cynthius, quod & fœm. & neutro genere in uſu eſt. Et Cynthiota, & Cynthiotis fœmininum.

ΚΥΝΝΑ, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας, ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ἢ Κύνου τοῦ ἀδελφοῦ Κοίου. τὸ ἐθνικὸν, Κυνναῖος. E

CYNNA, oppidulum prope Heracleam, ſic dictum ab una ex Amazonibus, vel a Cynno Cœii fratre. Gentile, Cynnæus.

ΚΥΝΟΣ, ἐπίνειον Ὀποῦντος, ὡς Φίλων [44] καὶ Παυσανίας. Ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτήν φησιν. Ὅμηρος,

Οἳ Κῦνόν τ᾽ ἐνέμοντ᾽, Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε. F

οἱ οἰκοῦντες, Κύνιοι, καὶ Κυναῖοι.

CYNUS, navale Opuntis, teſtibus Philone & Pauſania. Hecatæus vero urbem appellat. Homerus:

Quique Cynum incolebant, Opoëntemque Calliarumque.

Incolæ, Cynii, & Cynæi.

ΚΥΝΟΣΑΡΓΕΣ, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττι-

CYNOSARGES, gymnaſium in Attica,

Κυναιθεὺς ὁ Ζεὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ τιμᾶται. ἀγρευτικοὶ γὰρ κυνηγετικοὶ οἱ Ἀρκάδες, καὶ ἐν ταῖς κυνηλασίαις καὶ θοίναις τῶν κυνῶν ἐτίμων αὐτόν.

38 Τὸ ἐθνικὸν, Κυναιθεὺς, καὶ Κυναιθ. &c.] Tria ab hoc oppido gentilium formæ deducuntur: Κυναιθεὺς occurrit apud Lycophronem:

Δίσκου μεγίστου Τάῤῥοθος Κυναιθέως.

Ad quem locum commentario præcedenti Scholiaſtæ verba allegavimus. Polybius libro jam citato: Συνέβαινε δὲ τοὺς Κυναιθεῖς ὄντας Ἀρκάδας ἐκ πολλῶν χρόνων ἐν ἀκαταστάσεσι καὶ μεγάλαις συνέχεσθαι στάσεσι. Gentile, Κυναιθαεὺς invenitur apud Pauſan. in Arcad. Εἰσὶ δέ τινες χῶραι μὲν καὶ ἔθει τῶν Ἀρκάδων, ὄνομα δὲ σφίσι Κυναιθαεῖς &c. Et paucis interjectis vocibus ſequitur: Οὗτοι οἱ Κυναιθαεῖς τεσσαράκοντα ἀπωτέρω σταδίοις μάλλον οἰκοῦσι. Tertium gentile, quod jam auctoritate Pauſaniæ videtur adſtructum, non eſt in Stephano ſani coloris: nam a quadriſyllabo Κυναίθεια nullo canone formabitur Κυναιθαεὺς, ſed quidem Κυναιθειεὺς; quare ſi mei arbitrii res foret totum Stephani locum ſic conſtituerem: τὸ ἐθνικὸν Κυναιθεὺς, καὶ Κυναιθαεὺς, καὶ Κυναιθειεὺς ἀπὸ τοῦ τετρασυλλάβου τοῦ Κυναίθεια.

39 Θρᾴκης ὑπὸ τῷ Νηρίτῳ.] Sic emendavimus pro ὑπὸ τῷ Νηρίτῳ, quod omnes libros occupabat. Deinde vidi, ſic etiam emendaſſe Salmaſium ad marginem ſui libri. Sed illud Θρᾴκης non ſatis concoquere poſſum. Montem enim hoc nomine Geographi in Thracia non agnoſcunt. Quare fortaſſis reſcribendum Ἰθάκης, ubi ille mons reperitur.

40 Κυνητικὸν, Ἰβηρίας τόπος.] Latinis dicitur *Cuneus ager*. Mel. lib. III. cap. I: *Ana proximum, quia lata ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, Cuneus ager dicitur.* Eodem capite mox ſequitur: *In Cuneo ſunt, Mirtylis, Balſa, Oſſonoba.* Strabo lib. III: Καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. Sed in eo egregie fallitur Mela, & qui eum ſequuntur, quod Cuneum agrum a cunei forma dictum putent, ut optime docet Incomparabilis in rebus geographicis Iſaacus Voſſius.

41 Ἡρόδωρος δεκ...τῶν &c.] Cod. Voſſianus: Ἡρόδωρος I, τῶν καθ᾽ &c. Sed male.

42 Οἱ οἰκοῦντες, Κύνητες.] Vide Steph. in voce Γλῆτες, & Ἰβηρία. Juſtinus lib. ultimo, emendante Voſſio: *Saltus vero Tarteſſiorum, in quibus Titanas bellum adverſus deos geſſiſſe proditur, incoluere Cynetes.* Herodotus lib. IV: Οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι. Addit Stephanus, eos etiam Κυνησίους appellari, quod apud eundem inveni Herodot. lib. II: Οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακληίων στηλέων. ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι. Livius hos appellavit, *Cuneos*, lib. XXVIII, ſi locum emendaveris ex mente CL. Voſſii, quem videſis in notis ad Melam, pag. 227.

43 Κύνθος [ὄρος Δήλου] παρ᾽ Ἀντ.] Verba, uncis incluſa, mea auctoritate addere placuit: non enim dubito, quin Epitomatoris incuria, vel alio quodam fato exciderunt, quanquam huic compendio geographico frequentius accidat, talia prætermitti, quæ neceſſario requiruntur. Uti nos ſupplevimus, uti ſcripſit Lycophronis Scholiaſtes: Κύνθος, ὄρος Δήλου, ὅθεν ὁ Ἀπόλλων Κύνθιος καλεῖται.

44 Καὶ Παυσανίας.] Locus eſt in Phocicis: Ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας, οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα, καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. Plura vide apud Palmerium in Gr. Ant. deſcript pag. 577.

Ἀττικῇ, καὶ δῆμος, ἀπὸ Διόμου, [45] ἀφ' οὗ ὁ χῶρος Ἀθήνησι Διόμεια καλεῖται. Διόμος γὰρ Ἡρακλεῖ ὡς θεῷ θύων, [46] τὰ* ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωϊ ἔδειξε, καὶ κύων λευκὸς ἁρπάσας τὰ μηρία, εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. [47] ὁ δημότης, καὶ τὸ ἐκ τόπου, ἐκ Κυνοσάργους· καὶ εἰς τόπον, ἐς Κυνόσαργες· καὶ ἐν τόπῳ, ἐν Κυνοσάργει.

ΚΥΝΟΣ, ΚΕΦΑΛΑΙ, λόφος τῆς Θεσσαλίας· [48] Πολύβιος ἐννεακαιδεκάτῳ. [49] ἦν δὲ καὶ χωρίον Θηβῶν, ἀφ' οὗ Πίνδαρος Δαϊφάντου παῖς Βοιώτιος, ἐκ Κυνὸς Κεφαλῶν, μελῶν ποιητής.

[50] ΚΥΝΟΣΟΥΡΑ, ἄκρα Ἀρκαδίας, [51] ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, [52] Κυνοσουρεύς. [53] καὶ Κυνοσουρὶς θηλυκόν.

ΚΥΝΟΣΣΗΜΑ, [54] τόπος Λιβύης· Ἑκαταῖος περιηγήσει αὐτῆς. [55] ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον. τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς γενικῆς, Κυνοσσηματεύς.

[56] ΚΥ-

Atica, & populus ſic dictus a Diomo, a quo & locus Diomea Athenis vocatur. Diomus enim Herculi tanquam Deo ſacrificans, ſacra Hercui Heroii obtulit, & canis albus rapta femora in hinc locum detulit. Popularis, & qui ex illo loco eſt, ex Cynoſarge dicitur. Hinc etiam fit nomen quod ad locum, ad Cynoſarges, quod & in loco, in Cynoſarge denotat.

CYNOSCEPHALÆ, Theſſaliæ collis, de quo Polybius lib. XIX. Erat quoque vicus Thebanus, unde Pindarus Daïphantæ filius Bœotius, Poëta melicus ex Cynos Cephalis.

CYNOSURA, jugum montis in Arcadia, ſic dictum a Cynoſuro Mercurii Fil. Gentile, Cynoſurenſis, & fœmin. Cynoſuris.

CYNOSSEMA, locus Libyæ, de quo Hecatæus in ejus Periegeſi. Eſt & alius hoc nomine locus. Gentile fit a gentivo, Cynoſſematenſis.

CY-

[45] Ἀφ' οὗ ὁ χῶρος Ἀθήνησι Διόμεια.] Vox Ἀθήνησι non conſpicitur in omnibus editionibus, quam Voſſianus optime agnoſcit. Præterea paſſim χορὸς legebatur, pro quo nobis τὸ χῶρος ſubſtituere viſum fuit. Deinique vulgati perperam exhibebant Διώμεια, in qua voce tertiam literam correximus, ſuadente Stephano noſtro, apud quem juxta legitimum literarum ordinem legitur: Διόμεια, οὐδετέρως, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Διομιεύς. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπι ξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ, ἠράσθη Διόμου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Hinc liquet, noſtram emendationem admittendum, & hac ſectione reſcribendum Διόμος pro Δίωμος, quod MSS & editi agnoſcunt.

[46] Τὰ* ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωϊ ἔδειξε, καὶ κύων λευκὸς &c.] Hunc locum eſſe mutilum, indicat aſteriſcus. Codices calamo exarati nihil juvant. Ultima verba in Palatinis libris & Voſſiano ſic legebantur: καὶ αὐτοῦ κύων λευκὸς &c. Verum, inſerta hac vocula, antecedentia tamen remanent hiulca & obſcura, quæ non facile in integrum reſtituentur, niſi ope meliorum codicum.

[47] Ὁ δημότης. καὶ τὸ ἐκ τόπου, ἐκ Κυνοσάργους.] In formando gentili heic uſurpatur periphraſis, in Demis Atticis uſitatiſſima, qua de re vide in voce Βατή. Reliqua localia inveniuntur apud auctores. Plutarch. in Erotico: ὥσπερ εἰς Κυνόσαργες συντελοῦντα. Dio Chryſoſtomus orat. XV: Τί οὖν, εἶπε, καὶ τοῦτο καλοῦσί με ἐν Κυνοσάργει ἀλείφεσθαι μετὰ τῶν νόθων.

[48] Πολύβιος ἐννεακαιδεκάτῳ.] In excerpt. lib. XVII harum fit mentio: οἱ γὰρ προειρημένοι λόφοι καλοῦνται μὲν Κυνὸς κεφαλαί. Græca appellatione utitur Livius lib. XXXIII: *Cum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellatum ad Cynoſcephalas eſſe.*

[49] Ἦν δὲ καὶ χωρίον Θηβῶν.] Erat vicus hoc nomine in agro Thebano, ubi Pindarum natum commemorant. Thomas Magiſter in Pindari vita: Πίνδαρος, τὸ γένος Θηβαῖος, υἱὸς Δαϊφάντου, κατὰ τοὺς ἀληθεστέρους· οἱ δὲ Σκοπελίνου φασίν· οἱ δὲ λέγουσι τὸν αὐτὸν Δαΐφαντον καὶ Σκοπελῖνον. οἱ δὲ Παγωνίδου καὶ Μυρτοῦς, ἀπὸ κώμης Κυνοκεφαλῶν.

[50] Κυνόσουρα, ἄκρα Ἀρκαδίας.] Non eſt vertendum *promontorium Arcadiæ*, quod video ab aliis factum: nam Arcadia mediterranea erat Peloponneſi pars, & undecunque a mari ſeparata, teſte Pauſania lib. VIII. Τούτων τῶν κατειλεγμένων καθηκόντων ἐπὶ θάλασσαν, Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης πανταχόθεν. Ergo ſi Cynoſura fuit in Arcadia, fuit vel arx, vel montis cacumen. Sed forte aliud ulcus heic latet: non auderem pro Ἀρκαδίας ſubſtituere Ἀττικῆς, quanquam certum ſit, in ea regione prope Marathonem promontorium hac appellatione reperiri. Heſychius: Κυνόσουρα, ἄκρα Λακωνική, καὶ ἄκρα τοῦ Μαραθῶνος πρὸς τὴν Εὔβοιαν τετραμμένη. Doctiores aliam huic loco medicinam faciant.

[51] Ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ.] Fuit & Cynoſura una de Jovis nutricibus, a qua etiam locus in Creta hoc nomine invenitur. Hyginus in Poët. Aſtron. *Hanc Aglaoſthenes, qui Naxica conſcripſit, ait Cynoſuram eſſe, unam de Jovis nutricibus ex Idæis Nymphis, ab ejus quoque nomine in urbe quæ Hiſtœ vocatur, a Nicoſtrato ſodalibus ejus conſtituta, & portum qui ubi eſt, & agri majorem partem Cynoſuram appellatam.* Eadem leguntur apud Eratoſthenem libello de Aſteriſmis: Ἀγλαοσθένης δὲ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι, τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν. Deinde additur: ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λιμένα, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι.

[52] Κυνοσουρεύς.] Invenitur hoc gent. apud Pauſ. in Lacon. Τοῦτο δὲ οἱ Λιμνᾶται Σπαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς &c.

[53] Καὶ Κυνοσουρὶς θηλυκόν.] Fœmininum illud invenitur apud Callimachum Hym. in Dian.

- - - Ἐπὶ δ' ἔδωκε
Θάσσονας αὐρέων Κυνοσουρίδας - -

Ad quem locum ita ſcribit Scholiaſtes: Τὰς ὑπὸ κυνῶν καὶ ἀλωπέκων πιλουμένας κύνας, ἢ τὰς Λακωνικάς, Κυνοσουρὶς γὰρ, τόπος Λακωνικῆς.

[54] Τόπος Λιβύης.] Paſſim apud alios ſcriptores hujus loci nomen duabus vocibus profertur Κυνὸς σῆμα. Strabo lib. XVII: Εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκασπις, καὶ ἄλλοι πλείους. εἶτα Κυνὸς σῆμα. εἶτα Ταπόσειρις οὐκ ἐπὶ θαλάττῃ.

[55] Ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον.] Eſt præterea apud Calydonios Κυνὸς σῆμα, & in Helleſponto, quod videtur noſter innuere, quod a cane quodam inclyto, vel ab Hecuba in eandem transformata, ſic denominatum eſt. Pollux lib. V. Ἔνδοξος δὲ καὶ ἡ Ἀταλάντης κύων, Αὔρα τοὔνομα, ἣν ὁ Καλυδώνιος σῦς ἀπέκτεινεν. ἀφ' ἧς τὸ Κυνὸς σῆμα Καλυδωνίοις. καὶ ἕτερον δὲ οὕτω σῆμα ἐν Ἑλλησπόντῳ κεκλήκασιν, ἀπὸ ἐνδόξου κυνός. εἰ μὴ πιστευτέον, ὅτι Ἑκάβης εἰς κυνὸς μορφὴν μεταβαλούσης, οὕτως ὠνομάσθη. Aliquoties Thuc. lib. VIII Cynoſſematis Helleſpontiaci memi-

[56] ΚΥΝΟΥΡΑ, πόλις Ἄργους, ἀπὸ Κυνούρου παιδὸς Περσέως.[57] Παυσανίας τρίτῳ. Κυνουρεὺς τὸ ἐθνικὸν, καὶ Κυνουρὶς θηλυκὸν, καὶ [58] Κυνούριος, καὶ Κυνουρία. καὶ τὸ οὐδέτερον. κτητικὸν Κυνουρικός. A

ΚΥΝΩΝ νῆσος, [59] Λιβυκὴ νῆσος, Ἀλέξανδρος τρίτῳ Λιβυκῶν. ὁ νησιώτης, Κυνονησίτης. B

ΚΥΝΩΝ πόλις, Αἰγυπτία πόλις. ὁ οἰκῶν, Κυνοπολίτης· ἐν ᾗ πόλει ὁ [60] Ἄνουβις τιμᾶται. C

ΚΥΩΝ, πόλις Καρίας. Ἀπολλώνιος τετάρτῃ Καρικῶν· ἡ πρότερον Κανήβιον. τὸ ἐθνικὸν, Κυίτης.

ΚΥΠΑΙΘΑ, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, Κυπαιθεύς. D

[61] ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΑ, πόλις τῆς Τριφυλίας, [62] ἥτις Ἔραννα ἐκαλεῖτο. τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσεύς, [63] καὶ Κυπαρισσία ἡ Ἀθηνᾶ.

[64] ΚΥΠΑΡΙΣΣΗΕΙΣ, πόλις τῆς Μεσσηνίας. Ὅμηρος, E

Καὶ

CYNURA, urbs Argiæ, a Cynuro Perſei fil. ſic dicta, cujus meminit Pauſanias lib. III. Gentile, Cynurenſis, & fœmin. Cynuris, & Cynurius, & Cynuria, cujus & neutrum reperitur. Et poſſeſſivum, Cynuricus.

CYNONNESUS, inſula Libyca, de qua Alexander libro III Libycorum. Inſulanus, Cynoneſita.

CYNOPOLIS, urbs Ægyptia. Incola, Cynopolita. In iſta urbe Anubis colitur.

CYON, urbs Cariæ, de qua Apollonius libro IV Caricorum. Hæc antea Canebium appellabatur. Gentile, Cyita.

CYPAETHA, oppidum Libyæ, cujus oppidanus, Cyppæthenſis.

CYPARISSIA, urbs Triphyliæ, quæ olim Eranna vocabatur. Gentile, Cypariſſenſis, & Cypariſſia Minerva.

CYPARISSEEIS, urbs Meſſeniæ, de qua Homerus:

Et

meminit: Τὸ δ' ἐπώνυμον αὐτοῖς ὑπερβεβλήκει ἤδη τὴν ἀκμὴν, ἢ Κυνὸς σῆμα καλεῖται. Et deinde ſequitur: Στήσαντες δὲ τρόπαιον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ, οὗ τὸ Κυνὸς σῆμα. Vide præterea Strab. lib. XIII. Nominis originem deducit Pollux ab inclyto cane, ſed Dictys a canina Hecubæ impudentia & protervia, ita enim ille lib. V: *Sepulchrum ejus apud Abydum ſtatuitur, appellaturque Cynoſſema ob linguæ proterviam impudentemque petulantiam.* Alii dicunt, quod ſe præcipitaverit in mare, ut ſepulchrum in terra non habuerit, atque hinc illud mare *Cuneum* mythologiæ doctoribus dicitur. Hyg. Fab. CXI: *Ulyſſes Hecubam Ciſſei filiam, vel, ut alii auctores dicunt, Dymantis Priami uxorem, Hectoris matrem, in ſervitutem cum duceret, illa in Helleſpontum mare ſe præcipitavit, & canis dicitur facta eſſe, unde & Cyneum eſt appellatum.* Idem Fab. CXLIII: *In mare ſe præcipitavit, unde Cyneum mare dictum eſt.*

56 Κυνουρα, πόλις Ἄργους.] Propter circumjacentem huic urbi regionem, inter Argivos & Laconas ſemper controverſam, plurimi cum Argivorum tum Laconum bello cecidere; unde facetiſſimo Luciano ingens ſubit admiratio, quod pro regiuncula, quæ nihilo eſſet latior lente Ægyptia, tot Argivi & Lacedæmonii uno die cecidiſſent, ita enim ille in Icaromenip. Εἶτα τὴν Κυνοσουρίαν γῆν ἰδὼν, ἀνεμνήσθην περὶ ὅσου χωρίου καὶ οὐδὲν φακοῦ Αἰγυπτίου πλατυτέρου, τοσοῦτοι ἔπεσον Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων μιᾶς ἡμέρας. Verum eo in loco corrigendum Κυνουρίαν, jam alii admonuerunt. Vide præterea Herodot. lib. I. Strab. lib. VIII. & Plut. in Parall.

57 Παυσανίας τρίτῳ.] Sine dubio hunc locum & verba reſpicit Steph. Αἰτίαν ἐπενεγκόντες, ὡς τὴν Ἀργολίδα (συγγενῶν σφίσιν ὄντων Ἀργείων) λῃσταί τε ἐκ τῆς Κυνουριακῆς κακουργοῖεν, καὶ αὐτοὶ καταδρομὰς ἐκ τοῦ φανεροῦ ποιοῖντο ἐς τὴν γῆν. λέγονται δὲ οἱ Κυνουρεῖς Ἀργεῖοι τὸ ἀνέκαθεν εἶναι, καὶ οἰκιστήν φασιν αὐτὸν τὸν Κύνουρον γενέσθαι τὸν Περσέως. Reperitur in illis verbis nomen conditoris, gentile & poſſeſſivum, quod heic eſt Κυνουριακός, & apud Stephan. Κυνουρικός: ſed idem Pauſanias illud poſſeſſivum etiam uſurpavit: nam poſt locum jam allegatum legitur: Ἐποιοῦντο δὲ ἐς αὐτοὺς ἐγκλήματα, τήν τε Κυνουρικὴν ἑλόντων αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τοὺς Ἀργείους. Utrumque poſſeſſivum commodiſſime ab hac urbis nomine poſſe derivari, evidenter demonſtrari poſſet ex Etymol. Mag. Auctore pag. 29. in voce Αἴδοιος.

58 Κυνούριος.] Herodotus lib. VIII: Νῦν τε καὶ τὸ πάλαι οἰκέον, Ἀρκάδες καὶ Κυνούριοι.

59 Λιβυκὴ νῆσος.] Puto hanc unam eſſe ex Fortunatis inſulis, a canum copia ſic appellatam, quam Latini eandem ob cauſam Canariam vocant. Plinius lib. VI cap. XXXII: *Proximam ei Canariam vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis: ex quibus perducti ſunt Jubæ duo, apparentque ibi veſtigia ædificiorum.*

60 Ἄνουβις.] Mallem ego Ἄνουβις, nam ſimplici N hæc vox ſoluta & pedeſtri oratione ſcriptoribus uſurpatur. Lucian. in Vitar. Auct. Οὐ δοκεῖ σοι ὁ κύων εἶναι θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ἐν Αἰγύπτῳ ὅσος, καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ Σείριον, καὶ τὸν παρὰ τοῖς κάτω Κέρβερον; Propertius lib. III El. II.

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubim.

61 Κυπαρισσία.] In omnibus libris, & vulgatis & MSS Κυπαρισσαία legebatur, peſſimo meo judicio errore: nam inde derivari non poſſet Κυπαρισσεύς, ſed Κυπαρισσαιεύς. Præterea veteres omnes hoc modo urbis nomen expreſſere, quotquot ejus memoriam celebrarunt, inter quos Strabo, Euſtathius & Phavorinus. Numero multitudinis vocem uſurpat Pauſanias lib. IV. Unicus apud Strabonem locus eſt, ubi male Κυπαρισσῖνα legitur: Κυπαρισσῖνα τε ἐστὶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τῇ Τριφυλιακῇ. Medicas manus Caſaubonus ei adhibere non eſt auſus, quanquam dixerit eſſe Κυπαρισσαία Stephani: ſed utrobique Κυπαρισσία legendum, certum eſt.

62 Ἥτις Ἔραννα ἐκαλεῖτο.] Hanc a Cypariſſia diverſam ſtatuit Strabo lib. VIII hiſce verbis Ὠνείσιν ἔσχαται πρὸς δύσιν, καὶ Πύλος καὶ Κυπαρισσία. μέση δὲ τούτων Ἔραννα, ἣν οὐκ εὖ τινὲς Ἀρήνην εἶναι νενομίκασι πρότερον.

63 Καὶ Κυπαρισσία ἡ Ἀθηνᾶ.] Sic emendavimus pro Κυπαρισσεία ἡ Ἀθηνᾶ, moti potiſſimum auctoritate Pauſaniæ lib. IV: Ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἐν Κυπαρισσίαις ἱερὸν καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κυπαρισσίας.

64 Κυπαρισσήεις, πολ. τῆς Μεσσ.] *Prorſus eadem habes* apud Euſtathium, Homeri interpretem: Κυπαρισσήεις δὲ πόλις Μεσσηνίας. ἐθνικὸν αὐτῆς, Κυπαρισσηέντιος. Vide præterea Strab. lib. VIII: Homeri verſiculum explicantem.

65 Πόλις

Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν A
ἔναιον.

τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσηέντιος.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ, [65] πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἔρανος. Ὅμηρος, B

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Μινύου. οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν αὐτόθι κυπαρίσσων, ἣν Κυπαρισσοῦντά τινες καὶ [66] Ἀπολλωνιάδα φασί. τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσεύς. C

ΚΥΠΑΣΙΣ, [67] πόλις περὶ Ἑλλήσποντον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Κυπασίτης.

ΚΥΠΗ, Σικελίας φρούριον. Φίλιστος D. Σικελικῶν ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κυπαῖος.

ΚΥΠΡΟΣ, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, [68] ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, [69] ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου. Ἀστύνομος δέ φησι, [70] Κρύπτον κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης· εἶτα Κύπρος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστὶς, [71] ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν, [72] καὶ Κεραστιὰς, καὶ [73] Ἀμαθουσία, καὶ [74] Μηιονὶς, E
καὶ

Et Cypariſſeentem & Amphigeneam incolebant.

Gentile, Cypariſſeentius.

CYPARISSUS, urbs in Parnaſſo juxta Delphos, prius Eranus dicta Homerus:

Qui Cypariſſum habitabant, Pythonemque petroſam.

Nomen habet a Cypariſſo Minyæ fil. Alii vero ſic vocatam volunt a cypreſſorum copia: qua de cauſa eam nonnulli Cypariſſuntem appellant, & alii Apolloniada. Gentile, Cypariſſenſis.

CYPASIS, urbs circa Helleſpontum, de qua Hecatæus in Europa. Gentile, Cypaſita.

CYPA, Siciliæ caſtellum, de quo Philiſtus lib. IX rerum Sicularum. Gentile, Cypæus.

CYPRUS, inſula magna in Pamphylio ſinu, nomen habens a Cypro, filia Cinyræ, vel a flore, qui Cyprus dicitur, & hic frequentius naſcitur. Aſtynomus vero ait, Cryptum appellatam, quod ſub mari ſæpenumero occultetur. Deinde Cypri nomen accepit. Vocabatur etiam Ceraſtis, quod multas haberet eminentias, & Ceraſtias, & Amathuſia, & Melo-

65 Πόλις ἐν Παρνασσῷ.] Omnia, quæ noſter habet de hac civitate, in uſum ſuum tranſcripſit Euſtathius, non nominato auctore, ita enim ille ad Iliad. B. Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Κυπάρισσον, ἀπὸ Κυπαρίσσου φασὶ καλεῖσθαι υἱοῦ Μινύου, ἀδελφοῦ Ὀρχομενοῦ. οἱ δὲ ἀπὸ πλήθους τῶν ἐκεῖ κυπαρίσσων. ὡς ἐτυμολογία σχηματί, οὐ πάνυ παλαιὰ τὸ, κύφ παρίσσους ἡ κυπάριστος κλάδους. ἐκάλουν δὲ αὐτὴν καὶ Κυπαρισσοῦντα καὶ Ἀπολλωνιάδα. πρότερον δὲ ποτε καὶ Ἔρανον, ἐν δυσὶ ν πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἐράνου.

66 Ἀπολλωνιάδα.] Hanc noſter in voce Ἀπολλωνία undecimo loco collocat: ια Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπαρισσόν φησι, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κυπαρίσσους. ὡς Δίδυμος.

67 Κύπασις, πολ. περὶ Ἑλλήσποντον.] Prope Cobryn Thraciæ ſita erat, auctore Scylace: Κῶβρυς ἐμπόριον Καρδιανῶν, καὶ πόλις Κύπασις.

68 Ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου.] Sic quoque Conſtantinus Porphyrog. lib. de Them. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κύπρου, τῆς θυγατρὸς Κινύρου. Alii vero, inter quos Euſtathius ad Dionyſ. Cyprum Cinyræ filium ſtatuit, cujus verba mox producemus.

69 Ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου.] Quemadmodum Rhodus a roſa, Suſa a liliis, ita etiam Cypri nomen nunc derivat noſter a flore, aut arbuſto Cyprio. Euſtath. ad Dionyſ. Τινὲς δέ φασι, Κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου, υἱοῦ Κινύρου. ἢ ἀπὸ ἄνθους ἐκεῖ πολλοῦ φυομένου, κύπρου καλουμένου. Plures conjecturas de nominis origine legeſis apud Meurſium in Cypri deſcriptione.

70 Κρύπτον.] Libri omnes editi & calamo exarati conſtanter κύπτον exhibebant; verùm origo vocis ſi petenda ſit ἀπὸ τοῦ κρύπτεσθαι, neceſſario P addi debebat, quod etiam Meurſius obſervavit ex Plinio, ubi idem inſulæ nomen ex eodem auctore Aſtynomo allegatur, ita enim ille lib. V. cap. XXXI: *Vocatam ante Acamantida (tradit)* *Philonides; Ceraſtin Xenagoras, & Aſpeliam, & Amathuſiam, & Macariam; Aſtynomus Cryptum, & Coliniam.* Etiam ſua ætate, non dubito quin ex Stephano, Euſtathius ſic ſcripſerat, ita enim ille ad Dionyſ. Οἱ δὲ Κρύπτον ποτὲ κληθῆναι αὐτὴν λέγουσι διὰ τὸ κεκρύφθαι ὑπὸ θαλάσσης. ὅπερ καὶ περὶ Δήλου μυθεύεται, καὶ περὶ Ῥόδου δὲ κατὰ Πίνδαρον.

71 Ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν.] Cyprus olim *Ceraſtis* ſive *Ceraſtia* dicebatur, non quod eam aliquando, ut perhibet Androcles, homines incoluerint cornibus præditi, ſed quod plurimas habuerit eminentias & ſummitates, ut noſter & Xenagoras auctores ſunt, quæ cornuum inſtar ſeſe erigerent atque prominerent. Locus in hanc rem egregius eſt apud Lycophronis Scholiaſt. Ἐκαλεῖτο δὲ Κεραστία, ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς ἐν τοῖς περὶ Κύπρου λέγει, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας, οἳ εἶχον κέρατα. ὡς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι, Κεραστία ὠνομάσθη. Igitur non eſt cenſendum, πολλὰ ἄκρα in Stephano denotare *multa promontoria*, ſed πολλὰς ἐξοχὰς, id eſt, *eminentias & ſummitates*, cornuum inſtar prominentes. Hinc lucem dare poſſemus Agathemero lib. I cap. V dicenti, Cyprum habere figuram ſimilem tergo bovis: Κύπρος βύρσῃ τὸ σχῆμα ὁμοία. Nam ſpina dorſi in bubus & vaccis, præſertim gracilibus & macilentis, πολλὰς ἐξοχὰς ſive multas eminentias efficit.

72 Καὶ Κεραστιάς.] Sic paſſim in omnibus libris legitur, ſed dubito, num Κεραστία ſit reſcribendum, quod ubique apud alios ſcriptores invenitur.

73 Ἀμαθουσία.] Amathuſii fuère antiquiſſimi hujus inſulæ habitatores, eorumque urbs a Stephano *antiquiſſima* dicitur. Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη. Non eſt igitur dubitandum, quin priſcis temporibus Amathuſiæ nomen obtinuerit in iſta inſula.

74 Μηιονίς.] Hæc Cypri appellatio accedit ferme ad eam, qua ab Heſychio Cypri incolæ appellantur, legimus enim apud illum: Μῄονες, Κύπριοι.

75 Σφη-

καὶ [75] Σφήκεια, καὶ [76] Ἀκαμαντίς. [77] τὸ ἐθνικὸν, Κύπριος, καὶ Κυπρία, καὶ Κύπριον, καὶ Κυπριακὸς, καὶ Κυπριεὺς, [78] καὶ Κυπρίτης. ἔστι καὶ [79] Λιβυκὴ Κύπρος. τὸ ἐθνικὸν, Κυπρίτης.

[80] ΚΥΡΑΥΝΙΣ. νῆσος κατὰ [81] Γύζαντας, τοὺς ἐν Λιβύῃ, [82] ὡς Ἡρόδοτος τετάρτῃ. ὁ νησιώτης, Κυραυνίτης.

ΚΥΡΒΑΣΑ, ὡς [83] Πήδασα, Μέδμασα, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης, Κυρβασεύς.

ΚΥΡΒΗ, πόλις Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ὁ πολίτης, Κυρβαῖος.

ΚΥΡΗ, νῆσος [84] ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσεως δευτέρῳ. ὁ νησιώτης Κυραῖος, ὡς Ἀσκραῖος.

ΚΥΡΗΝΗ, πόλις Λιβύης, ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως. [85] ἢ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίου. ἔστι καὶ Ἰβηρίας, καὶ Μασσαλίας ἄλλη. τὸ ἐθνικὸν, Κυρηναῖος. ἐντεῦθεν ἦν [86] Ἐρατοσθένης Ἀγακλέους παῖς, ὁ ἱστορικός. καὶ Κυρηναΐς, ὡς Θηβαΐς, καὶ Κυρηνίτης.

ΚΥΡΗΣ Κύρητος, πόλις, ὡς Φάγρης, Μένδης, Ἀδρύμης. [87] τὸ ἐθνικὸν, Κυρήσιος.

ΚΥ-

A Meonis, & Sphecia, & Acamantis. Gentile, Cyprius, & Cypria, & Cyprium, & Cypriacus, & Cyprienſis, & Cyprita. Eſt quoque Libyca Cyprus, cujus gentile Cyprita.

B CYRAUNIS, inſula juxta Gyzantas in Libya, teſte Herodoto lib. IV. Inſulanus, Cyraunita.

CYRBASA, uti Pedaſa, Medmaſa, oppidum Cariæ. Oppidanus Cyrbaſenſis.

C CYRBA, oppidum Pamphyliæ, auctore Hecatæo in Aſia. Oppidanus, Cyrbæus.

CYRE, inſula in ſinu Perſico, de qua Hecatæus lib. II Perieгeſeos. Inſulanus, Cyræus, uti Aſcræus.

D CYRENE, urbs Libyæ, ſic dicta a Cyrene Hypſei filia, vel a Cyra ejuſdem regionis fonte. Eſt quoque alia Iberiæ, & alia Maſſiliæ. Gentile, Cyrenæus. Hinc erat Eratoſthenes Agacleis filius, hiſtoricus. Dicitur quoque Cyrenaïs, uti Thebaïs, & Cyrenita.

E CYRES, Cyretis, uti Phagres, Mendes, Adrymes. Gentile, Cyreſius.

CY-

[75] Σφήκεια.] Nominis origo legitur apud Etymologici Mag. Auct. Σφήκεια, ἡ Κύπρος. πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων ἐκεῖσε ἀνδρῶν, οἳ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. Hæc deſumta ſunt ex Philoſtephano de Cypro, auctore Scholiaſta Lycophronis: Ἡ Κύπρος πρότερον Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ Κύπρου, ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων ἐκεῖσε ἀνδρῶν, οἳ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. Priora Etymologici verba ibi Stephano adſcribuntur, ſed ſummo errore; ſunt enim Philoſtephano attribuenda, auctori ſatis vetuſto, cujus opus de inſulis cognitiſſimum eſt. Eundem errorem erravit Phavorinus, quem ſine dubio ex Etymologico hauſit.

[76] Ἀκαμαντίς.] Videtur hoc nomen Cypro datum a promontorio in iſta inſula celeberrimo, de quo Ptol. Agathem. aliique. Quæ Acamantidis appellatio, duntaxat ad promontorium pertinens, tractu temporis univerſæ inſulæ fuit communis

[77] Τὸ ἐθνικὸν, Κύπριος.] Paſſim apud antiquarios inveniuntur numiſmata, in quibus hoc gentile excuſum eſt. Apud Triſtanum: ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΚΥΠΡΙΩΝ. Et apud Spanhemium: ΕΠΙ ΚΟΜΙΝΙΟΥ ΠΡΟΚΥΛΕΙΟΥ ΚΥΠΡΙΩΝ.

[78] Καὶ Κυπρίτης.] Illud gentile invenitur apud noſtrum in Δασκύλιον, ubi inter alia hæc leguntur: Τὸ ἐθνικὸν Δασκυλίτης, ὡς Κύπρος Κυπρίτης.

[79] Λιβυκὴ Κύπρος.] Inſula in Nilo eſt hoc nomine, auctore Hecatæo apud noſtrum in voce Ἔφεσος. Ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, καὶ Χῖος καὶ Λέσβος, καὶ Κύπρος, καὶ Σάμος καὶ ἄλλαι.

[80] Κυραυνίς, νῆσος κατὰ Γύζαντας.] In margine Voſſiani codicis ſcriptum legitur: Κύρη, νῆσος κατὰ Γυζ. Veneta Florentinaque editio: Κυραυνὶς, νῆσος κατὰ Γύραντας. Alii libri calamo exarati: Κυραυνὶς νῆσος κατ. Γυζ. τοὺς ἐν Λιβ. Ἡροδ. τετ. ὁ νησιώτης, Κυραυνίτης. Hæc lectio proxime convenit cum vulgata Herodoti, in quo hodie Κύραυιν, a recto Κύραυις, reperitur: Κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ οὔνομα εἶναι Κύραυιν. μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινήν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου ἐλαιέων τε μεστὴν καὶ ἀμπέλων. Cum hæc inſula præter oleas etiam vitibus abundat, ingenioſe CL. Bochartus pro νῆσον Κύραυιν malit legi Κύραμιν, id eſt, כרמין Ceramin vitium.

[81] Γύζαντας.] In Herodoto tranſpoſitis literis legitur Ζύγαντας, qua de re alio in loco egimus.

[82] Ὡς Ἡρόδοτ.] Particulam ὡς ex MSS revocavimus.

[83] Πήδασα.] Vulgati exhibebant Πόδασα. Voſſianus Πήδασα. Veriſſima lectio eſt, quam nos ſubſtituimus.

[84] Ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] In Aldina Juntinaque, ἐν τῷ Περσικῷ πόντῳ. Nos Xylandrianam ſequimur.

[85] Ἢ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίου.] Nihil hoc loco mutavimus, quam ultimam vocem, in omnibus enim libris contra regulas artis legebatur ἐγχωρίας, quod auctoritate Euſtathii emendatum ivimus: Sed eodem illo loco fontem hunc Κυρήνην non Κυρῆν nominavit, ſic enim ille in comment. ad Dionyſ pag. 36. Ἐκλήθη δὲ Κυρήνη, ἢ ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως θυγατρὸς, κατὰ Πίνδαρον, ἢ ἀπὸ Κυρήνης πηγῆς ἐγχωρίου. Sed non dubito, quin eo in loco Κυρῆς ſit reſtituendum: nam fons iſte ſcaturire videtur ex monte *Cyra* (unde ei & nomen) de quo Juſtinus lib. XIII cap. VII, ubi de Batto aliiſque Cyrenes conditoribus loquitur: *Cum veniſſent in Africam, pulſis accolis, montem Cyram, & propter amœnitatem loci & propter fontium ubertatem, occupavere.* Hujus fontis etiam meminit Callimachus Hym. in Apoll. ubi in vulgatis non bene Κυρὴ appellatur:

Οἱ δ᾽ οὔπω πηγῇς Κυρῆς ἐδυνάσθη πελάσσαι
Δωριέες -- -- -- --

Miror profecto Annam doctiſſimam, hanc lectionem ſequutam fuiſſe, cum in Scholiaſta legatur: Κυρῆς] κρήνη ἐν Κυρήνῃ. & Vulcanius in ſuis ad illum poëtam notulis, alibi Κυρῆς inveniſſe teſtetur.

[86] Ἐρατοσθένης Ἀγακλέους.] In Suidæ onomaſtico appellatur Ἐρατοσθένης Ἀγλαοῦ. Ubi vitium lateat, alii inquirant.

[87] Τὸ ἐθνικὸν, Κυρήσιος.] Sic optime Xylandriana, quam ſequimur: male in prioribus editionibus Κυρήδιος excuſum eſt.

A ΚΥΡΙΣ μητρόπολις Σαβίνων. τὸ ἐθνικὸν Κυρίτης. [88] τὸ κτητικὸν, Κυρίτιος, καὶ Κυριτία Ἥρα.

CYRIS, metropolis Sabinorum. Gentile, Cyrites. Poſſeſſivum Cyritius, & Cyritia Juno.

ΚΥΡΝΟΣ, [89] νῆσος πρὸς βορρᾶν Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Κύρνιοι, καὶ Κυρναῖοι. B φασὶ δὲ τοὺς [90] Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι. [91] οἰκοῦσι δὲ οὗτοι περὶ τὴν Σαρδόνα. διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι. πλεῖστον δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς.

CYRNUS, inſula ad aquilonarem Japygiæ partem ſita, auctore Hecatæo in Europa. Gentile, Cyrnii & Cyrnæi. Perhibent Cyrnæos diutiſſime vivere (Habitant autem hi circa Sardiniam) quod ſemper melle veſcantur, cujus ingens apud eos gignitur copia.

C ΚΥΡΟΥ πόλις, [92] ἡ καὶ Κυρέσχατα καλεῖται, πόλις [93] πρὸς τοῖς ἐσχάτοις Περσίδος. ὁ πολίτης καθ' ὑμᾶς Κυροπολίτης. κατὰ δὲ Πέρσας Κυρεσχατηνοὶ, ὡς Ἀραξηνοὶ, καὶ Καμβυσηνοί.

CYRUPOLIS, quæ etiam Cyreſchata vocatur, urbs eſt in ultimis Perſidis finibus ſita. Civis apud nos Cyropolita dicitur, apud Perſas vero Cyreſchateni, uti Araxeni & Cambyſeni.

D ΚΥΡΡΟΣ, πόλις Συρίας, [94] ἧς ἀκρόπολις Γίνδαρος. ὁ πολίτης, Κυῤῥέστης, ὡς [95] Πολύβιος πέμπτῳ· καὶ [96] Κυῤῥέστις ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ ἡ χώρα Κυῤῥεστική· Στράβων ἑκκαιδεκάτη. Δημήτριος δὲ ὁ Ἀντιγόνου, E [97] τὸ Κυῤῥήστης διὰ τοῦ η φησί.

CYRRHUS, oppidum Syriæ, cujus arx Gindarus appellatur. Oppidanus, Cyrrheſtes, teſte Polybio lib. v. Et Cyrrheſtis Minerva, & regio Cyrrheſtica, auctore Strabone lib. xvi. Demetrius Antigoni filius Cyrrheſtes ſcribit per eta.

ΚΥΡΤΑΙΑ, πόλις ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, εἰς ἣν ὑπερώρισεν Ἀρταξέρξης [98] Με-

CYRTAEA, urbs in mari rubro, in quam Artaxerxes Megabyzum relegavit, ut Cteſias

---

88 Τὸ κτητικὸν, Κυρίτιος, καὶ Κυριτία ἡ Ἥρα.] Mirum profecto, Cluverium alioſque non ſubolfeciſſe mendam: peſſimo enim errore in Xylandriana aliiſque editis legitur, τὸ κλητικὸν, Κυρήτιος καὶ Κυρήτια ἡ Ἥρα.

89 Κύρνος, νῆσος.] Cyrnus, Latinis Corſica dicitur, teſte Plinio lib. III cap. VI: *In Liguſtico mari eſt Corſica, quam Græci Cyrnon appellavere.* Sed noſtro auctori *Cyrnus*, *Corſis* ſive *Corſica* diverſæ cenſentur inſulæ, cum ſint eædem.

90 Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι.] Hæc deſcripſit noſter ex Lyco apud Athenæum lib. II: Λύκος δὲ πολυχρονίους φησὶ εἶναι τοὺς Κυρνίους (οἰκοῦσι δὲ οὗτοι περὶ Σαρδώ) διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι. πλεῖστον δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς. Mellis uſum homines longævos reddere, ſemper credidit antiquitas; locus in hanc rem egregius eſt apud Diophanem in Geoponicis lib. XV: Οὐ μόνον καὶ τοῖς χρωμένοις; ἀλλὰ καὶ μακροβίους ποιεῖ. οἱ ἐν γήρᾳ μέλιτι μετ' ἄρτου μόνου τρεφόμενοι, ἐπὶ πλεῖστον βιοῦσι, καὶ τὰς αἰσθήσεις διαφυλάττει πάσας ἐῤῥωμένας.

91 Οἰκοῦσι δὲ οὗτοι περὶ τὴν Σαρδόνα.] Cenſet Cluverius in Corſicæ deſcriptione, hæc verba ab exſcriptore vel ab ipſo Epitomatore eſſe tranſpoſita. Sed hoc vix videtur veriſimile, cum etiam ab Athenæo Lyco attribuuntur, uti commentario præcedenti videre eſt.

92 Ἡ καὶ Κυρέσχατα καλεῖται.] In omnibus libris legebatur Κυρέχατα, & gentile Κυρεχατηνοὶ, quæ vocabula emendavimus addendo ſigma, nam Κυρέσχατα hæc urbs a Ptolem. appellatur. Rationem denominationis legimus apud Strab. lib. XI: Μαρακάνδα δὲ τῆς Σογδιανῆς, καὶ τὰ Κύρα, ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ Ἰαξάρτῃ ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ἦν ὅριον τῆς Περσῶν ἀρχῆς. Sic autem appellabatur, quia oppidorum ultimum erat, quæ Cyrus condiderat. Sic apud Appianum in Syriacis invenitur Ἀλεξανδρεσχάτη, & apud Ptol. Ἀλεξάνδρου ἔσχατα, ſic dictum, quia ultimum erat quod Alexander condiderat. Sed quemadmodum ubique terrarum Græci in excogitandis urbium etymologiis ſatis felices exſtitere, ita etiam in fingendo hujus urbis nomine acumen ſuum experiri voluerunt. Verum ergo cenſeo, ſub hac appellatione latere genuinum nomen, ſcilicet כורשקרתא *Coreſcartha*, id eſt, Κυρόπολις, ſive *Cyri urbs*, quod proxime convenit cum Κυρέσχατα, quod in prioribus Stephani editionibus conſpicitur: nam *Cyrus* Hebraice כורש *Cores* dicitur, & Κέρτα apud Armenios urbs. Heſychius: Κέρτα, πόλις ὑπὸ Ἀρμενίων Sic etiam apud noſtrum invenitur Τιγρανόκερτα, quod eſt Τιγρανόπολις Græce, & *Tigranis urbs* Latine. Par ratio eſt in *Vologeſocerta* Plinii, quod eſt oppidum a Vologeſo Parthorum rege non longe a Babylonia conditum, & in Καρκαθιόκερτα, juxta Strabonem *lib.* XI, *Sophenes* regia.

93 Πρὸς τοῖς ἐσχάτοις Περσίδος.] Docet Salmaſius in Plin. Exercit. quid ſint apud noſtrum Περσικαὶ πόλεις, & quid ſint πόλεις Περσίδος. Vult itaque, reprehendens Stephanum, hanc Cyrupolin non fuiſſe Περσίδος, ſed τῆς Περσῶν ἀρχῆς: quia Græci nunquam Περσίδα ponunt, niſi de particulari Perſarum regione, a qua hæc Cyreſchata longe abfuerunt. Eum vide pag. 1193.

94 Ἧς ἀκρόπολις Γίνδαρος.] In omnibus libris editis & calamo exaratis male legebatur ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος. Noſtram autem emendationem eſſe veriſſimam, ſatis evincunt verba Strabonis lib. XVI: Συνάπτει δὲ τούτοις ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι τῆς Ἀντιοχείας. ἐνταῦθα δ' εἰσὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυῤῥηστικῆς, καὶ λῃστήριον εὐφυές. Gindari etiam meminit Ptol. lib. v, ſed in Seleucide Syriæ, ponit, non vero in Cyrrheſtica: Σελευκίδος δὲ πόλεις αἵδε, Γέφυρα, Γίνδαρος, Ἴμμα.

95 Πολύβιος πέμπτῳ.] In Polybio hodie legitur Κυῤῥήστης, non per E, ut hic vult Stephanus. Sic enim Pol. Πλὴν τῶν Κυῤῥηστῶν.

96 Κυῤῥέστις ἡ Ἀθηνᾶ] Hæc inveniuntur apud Strab. libro citato. Διέχει δὲ Ἡράκλεια σταδίους εἴκοσι τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ τῆς Κυῤῥηστίδος. εἶτα ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι τῆς Ἀντιοχίδος.

97 Τὸ Κυῤῥήστης διὰ τοῦ η φησί.] Apud Pol. hanc vocem in medio per E ſcriptum noſter reperit, nunc vero Demetrii teſtimonium adfert, qui mediam vocalem η fecerat. Imo hæc conſtans hujus gentilis eſt ſcriptura: adducunt enim Goltzius & Triſtanus numiſmata in quibus ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ excuſum legitur. Ferme oblitus eram admonere in omnibus editis hoc loco legi Κυῤῥέστης per ε, quare Xylandro locum aſteriſco notare placuit.

[98] Μεγάβυζον. [99] Κτησίας τρίτῳ Περσικῶν. A τὸ ἐθνικὸν, ἐκ τῆς τέχνης Κυρταιανὸς, ἐκ δὲ τῆς χώρας Κυρταιηνὸς, ὡς Σωφηνὸς καὶ Ἀραξηνός.

ΚΥ'ΡΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ. ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος B ἰατρὸς, ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται [1] Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. [2] ὁ τόνος τοῦ μὲν ἐθνικοῦ ὀξὺς, ὁμόφωνος C τῷ πάθει. τοῦ δὲ κυρίου τῆς πόλεως, βαρὺς, ὡς τὸ Πόντος, καὶ κόντος.

ΚΥ'ΡΤΩΝΕΣ, πόλις Βοιωτίας. Παυσανίας ἐννάτῳ. [3] τὸ καὶ ἀρχαῖον τῷ πολίσματί φασιν εἶναι Κυρτώνη. τὸ ἐθνικὸν, Κυρ- D τώνιος· τοῦ δὲ πολιχνίου, Κυρτῶνες.

[4] ΚΥΡΤΩ'ΝΙΟΣ, πόλις Ἰταλίας. Πολύβιος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, τῷ τῆς χώρας ἔθει, Κυρτωνῖνος, ὡς Σατορνῖνος.

ΚΥ'ΤΑ [5], πόλις Κολχικὴ, πατρὶς E Μηδείας. [6] ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας. ὁ πολίτης Κυταῖος, ἐξ οὗ καὶ Κυταιεύς·

[7] Πύργους εἰσόψεσθε Κυταιέος Αἰήταο.

τὸ θηλυκὸν Κυταιΐας, καὶ Κυταία. Λυκόφρων, F

Ὃς εἰς Κυταίαν τὴν Λιβυστίνην μολών.

οἱ

Ctesias libro III Perſicorum perhibet. Gentile, ex lege noſtræ artis dicitur Cyrtæanus, juxta regionis conſuetudinem Cyrtæenus, uti Sophenus, Araxenus.

CYRTUS, urbs Ægypti in mediterraneis. Ex illa originem habuit Dionyſius Medicus celebris, ſic a patria, non vero a corpore *Cyrtus* appellatus, cujus meminit Herennius Philo libro de re Medica. Nomen gentile accentu notatur in ultima, quemadmodum cum pro morbo (id eſt, gibboſitate) ſumitur. Proprium vero urbis in prima accentum gerit, uti Pontus & Contus.

CYRTONES, urbs Bœotiæ, auctore Pauſania lib. IX. Antiquum oppidulo nomen eſſe ajebant, Cyrtone. Gentile, Cyrtonius: ſed ab oppidulo Cyrtones deducitur.

CYRTONIUS, urbs Italiæ, de qua Polybius lib. III. Gentile, juxta regionis conſuetudinem Cyrtoninus, ut Saturninus.

CYTA, urbs Colchica, patria Medeæ. Eſt & alia Scythiæ, cujus civis Cytæus, unde & Cytæenſis.

Turres adſpicietis Cytæenſis Æetæ.

Fœmininum Cytæias, & Cytæa. Lycophron:

Qui Cytæam Libyſtinam veniens.

Liby-

... Sed manifeſte in Voſſiano MS κυῤῥήσης legitur, per ... in medio.

[98] Μεγάβυζον.] In omnibus libris Μεγαβάζον legeretur, contra Cteſiæ aliorumque fidem. Juſtinus lib. III. *Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabyzus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem.*

[99] Κτησίας τρίτῳ Περσικῶν.] In Cteſiæ Excerptis hodie de Megabyzi exilio fit mentio, ut & oppido, ſed Κύρται appellatur, non vero Κυρταία. Ἀμύστριος δὲ καὶ Ἀμύντιος καὶ τῶν ἄλλων τῇ παραιτήσει, τοῦ μὲν θανάτου ῥύεται, ἀνάστατος δὲ γίνεται εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἔν τινι πόλει ὄνομα Κύρται. Hunc locum citat Salmaſius in margine ſui Steph. ſed pro Κύρται, in Cteſia Κυρταία reſcribendum cenſet.

[1] Ἑρέννιος Φίλων.] Ita ſcriptum erat in libris bibliothecæ Palatinæ, ſed male in vulgatis Ἐῤῥένιος Φίλων. Vide Steph. in Δυῤῥάχιον, ubi nonnulli ex iſto opere Medici recenſentur. Verum hæc quæ ſequuntur de accentuum in una eademque voce diverſitate, etiam petere potuit ex Philonis libro περὶ διαφόρως σημαινομένων, cujus meminit Euſtathius ad Iliad. M. pag. 908 cujus ego verba, cum multum ad rem faciant huc tranſcribam: Ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἑρέννιος (libro videlicet citato) ἄλλα τι λέγων, φησὶν ὅτι ἀῤῥωδεῖν κατὰ στέρησιν λέγεται, τὸ μὴ ὀῤῥωδεῖν, ἤτοι εὐλαβεῖσθαι, ἀλλὰ καταφρονεῖν ἢ τεθαῤῥηκέναι. ἔτι τῶν διαφόρως τονουμένων ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τῶν ὀχεῶν ἀφρὸς, καὶ Ἄφρος τὸ ἐθνικόν. καὶ ὁ ἐπὶ δικημάτων δόλος, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ, καὶ ὁ τῆς σπηλίας θόλος. καὶ ὁ κατὰ πάθος κυρτὸς, καὶ ὁ τῶν ἁλιέων κύρτος.

[2] Ὁ τόνος τοῦ μὲν ἐθνικοῦ ὀξὺς, ὁμοφώνως τῷ πάθει.] In Aldina Juntinaque editione excuſum eſt ἐνικοῦ, & mutato ſpiritu in Xylandriana ἑνικοῦ. Sed quintam conſonantem huic voci excidiſſe, etiam monet Salmaſ. ad oram ſui Steph. hinc eſt, quod ἐθνικοῦ edi curavimus. Hanc cenſeo eſſe mentem Stephani: τὸ Κύρτος, ſi pro urbe accipiatur accentum debere gerere in prima, ſed pro gentili & morbo, quem gibboſitatem appellant, in ultima. Hæc vox accentu in prima notata etiam piſcatoriam naſſam Heſych. Poll. & aliis denotat. Hinc illud adagium: Οὐ γὰρ ἂν ἰχθῦς εἰς κύρτον εἰσῆλθεν ὁρῶν ἄλλον κεκλεισμένον, οὐδὲ ὄρνις εἰς λίνα.

[3] Τὸ δὲ ἀρχαῖον τῷ πολίσματί φασιν εἶναι Κυρτώνην.] Hic Pauſaniæ locus in omnibus libris corruptiſſime circumfertur, ſcilicet: Παυσ. ἐννάτῳ. τὸ δὲ ἀρχαῖον πολισμάτιον, Κυρτώνη. Nos veram lectionem divulgaſſe, ipſe Pauſanias teſtabitur.

[4] Κυρτώνιος, πολ. Ἰταλ.] Cyrtonium & Crotonam eadem eſſe oppida jam fuſius demonſtravit Cluv. Ital. Ant. lib. II.

[5] Κύτα, πόλις Κολχική.] In ſummam admirationem rapior, quod Xylander urbis nomen fecerit Κυταία, cum Aldina Juntinaque conſtanter Κύτα, quam ſcripturam nos retinemus, exhibeant, & eam quoque in MS obſervaverit Salmaſius. Præterea gentile nomen ſatis innuit a Κυταία non poſſe formari civis nomen Κυταῖος, debebat eſſe Κυταιαῖος. Sed illud Κύτα genuinum & probum eſſe, ſatis evincunt ipſa Stephani verba, quæ circa finem hujus ſectionis ex Palatinis & MS Voſſiano ei addidimus. Sed palmarium quoque eſt, quod & alii iſtam vocem eadem terminatione uſurparint. Etymologici Mag. Auctor in Ἀμαραντός. Κύτος, πόλις τῆς Κολχίδος. ἔστι καὶ ἑτέρα Κύτα τῆς Εὐρώπης, κατὰ ἀρχὴν τοῦ Πόντου. Et idem alio in loco: Κύταια πόλις Σκυθίας. -- δεῖ γάρ τε καὶ Κυταΐδος ἤθεα γαίης. καὶ Κύτα, πόλις Κολχίδος. ἔστι δὲ ἑτέρα Κυταῒς τῆς Εὐρώπης.

[6] Ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας.] Non ſunt diverſæ urbes. Eadem enim aliquando Colchidi, aliquando Scythiæ attribuitur: nam Colchi paſſim Scythæ appellantur.

[7] Πύργους.] Eſt verſiculus deſumptus ex lib. II Apol. Rhod.

[8] Τὸ θηλυκὸν, Κυταιΐας.] Sic emendavimus, cum male in omnibus, τὸ ἐθνικὸν legeretur. Forte etiam Κυταιΐς legendum pro Κυταιΐας, quod nuſquam in uſu eſt.

9 Παρα-

οἱ Λιβυστῖνοι γὰρ ἔθνος [9] παρακείμενον Κόλ- A χοις. λέγεται καὶ Κυταῒς, ἀπὸ τοῦ Κυταῖος. [10] οἱ δὲ, ὅτι δύο εἰσὶ Κύτα, ταῦτα, καὶ τῆς Εὐρώπης. [11] ἔστι καὶ Κύταιον, πόλις Κρήτης.

Libyſtini enim populi ſunt Colchis vici.... Dicitur quoque Cytæis, quod fit à voce Cytæus. Quidam tradunt, hæc duo Cyta eſſe, hæc & alia Europæ. Eſt quoque Cytæum Cretæ oppidum.

ΚΥΤΕΡΙΟΝ, πόλις Οἰνώτρων ἐν τῇ B μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Κυτεριώτης. δύναται καὶ τῷ τῆς χώρας ἔθει Κυτερῖνος.

CYTERIUM, urbs OEnotrorum in mediterraneis, de qua Hecatæus in Europa. Gentile Cyteriota. Poſſet quoque ex conſuetudine regionis Cyterinus dici.

ΚΥΤΙΝΑ, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Θέων ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος. ὁ πο- C λίτης, Κυτιναῖος. ἔστι δὲ Κυτίνιον, [12] μία τῶν τριῶν τῶν Δωρικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Κυτινιάτης.

CYTINA, urbs Theſſaliæ, de qua Theo in commentariis ad Lycophronem. Civis, Cytinæus. Eſt quoque Cytinium, una ex tribus Doricis. Gentile, Cytiniata.

ΚΥΤΩΝΙΟΝ, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας· Θεόπομπος Ἑλληνικῶν D ὀγδόῳ. τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον τῷ ἡγουμένῳ.

CYTONIUM, urbs Myſiam inter & Lydiam, de qua Theopompus lib. VIII Hellenicorum. Gentile primitivo ſimile eſt.

ΚΥΤΩΡΟΣ, [13] πόλις Παφλαγονίας, ἀπὸ [14] Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός. [15] τὸ ἐθνικὸν Κυτωρεύς. καὶ θηλυκὸν, Κυτωριάς. λέγονται καὶ Κυτωρῖται, καὶ Κυτώριος, καὶ Κυτω- E ρία θηλυκόν.

CYTORUS, urbs Paphlagoniæ, a Cytoro Phryxi filio ſic dicta. Gentile, Cytorenſis, & fœmininum Cytorias. Appellantur quoque Cytoritæ, & Cytorius, & Cytoria genere fœminino.

ΚΥΦΟΣ, πόλις Περραιβίας.

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας.

ἀπὸ Κύφου, τοῦ παιδὸς Περραιβοῦ. Δύο δ' F εἰσὶ Κύφοι, ἡ μὲν Περραιβίας, ἡ δὲ Θετταλίας.

CYPHUS, urbs Perrhæbiæ.

Guneus vero Cypho duxit duas & viginti naves.

Nomen habet a Cypho Perrhæbi filio. Duo autem ſunt Cyphi, altera Perrhæbiæ, altera ...

[9] Παρακείμενον Κόλχοις] Non poſſum, quin addam verba Euſtathii ex comment. ad Dionyſ. Lycophronis verſiculum explicantis: Ἱστέον δ' ὅτι ἐοίκασι καὶ Κολχικοί τινες Λίγυες εἶναι ἄποικοι τῶν Εὐρωπαίων. ὃ δηλοῖ ὁ Λυκόφρων, ἱστορῶν ἐν τοῖς Κόλχοις Κύταιαν Λιγυστικὴν πόλιν.

[10] Οἱ δὲ, ὅτι δύο εἰσὶ Κύτα, ταῦτα, καὶ τῆς Εὐρώπης.] Hæc verba in omnibus editis mutilata circumferuntur; nam vocem Κύτα ex Palat. & Voſſ. MSS inſeruimus, unde evidenter liquet, in principio hujus ſectionis eodem modo legendum, uti jam probavimus. Videtur noſter plures hoc nomine urbes ſtatuere, Colchicam, Scythicam & Europæam, quod etiam volunt verba Scholiaſtæ ad lib. II Apoll. Rhod. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις τῆς Εὐρώπης Κύταια, ὁμώνυμος τῇ Σκυθικῇ ἀφ' ἧς φασι καὶ τὴν Κολχικὴν ἐσχηκέναι τὴν ἀρχήν. Sed illam opinionem ſuperius refutavimus.

[11] Ἔστι καὶ Κύταιον. πόλις Κρήτης.] Urbs hæc memoratur Plinio lib. IV cap. XII, & Ptol. lib. III cap. XVII, & ad orientale inſulæ latus collocatur. Nautæ eam hodie Candiam appellant, unde & toti inſulæ nomen impoſitum, teſte Nigro in Geogr. *Inde terra in mare longe extenditur, unde iterum curvatur, ubi Cytæum urbs olim, quam recenti vocabulo Candiam nautæ dicunt, Venetorum colonia, a qua tota inſula Candia nunc denominatur.*

[12] Μία τῶν τριῶν τῶν Δωρικῶν.] Videtur reſpexiſſe noſter locum Strabonis lib. X, ubi loquitur de Dorienſibus circa Parnaſſum habitantibus: καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν, καὶ Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον. ἀφ' οὗ δὲ Τετράπολις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται. Fuit tamen Andro, de quo ibidem Strabo, Doridem tetrapolin exiſtimans, quam ſententiam lib. IX geographus probat: Οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἥν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔχον, Ἐρινεὸν, Βοιὸν, Πίνδον, Κυτίνιον. Ptol.

[13] Κύτωρος, πολ. Παφλ.] Jam ſupra diximus, unum idemque eſſe oppidum, quod hic Stephano Κύτωρος, & in præcedentibus Κοτύωρα dicebatur, quanquam etiam cum noſtro in eadem ſententia verſetur Euſtathius, & loca diverſa ſtatuat, ita enim ille ad Iliad. B. Ἡ δὲ Κύτωρος ἡ Ὁμηρικὴ ἄλλη ἐστὶ παρὰ τὰ Κοτύωρα. ταύτα μὲν γὰρ κώμη τις Ποντική. Ἡ δὲ Κύτωρος πόλις Παφλαγονίας. ἀπὸ Κυτώρου κληθεῖσα παιδὸς Φρίξου. ἧς ἐθνικὸν Κυτωριεὺς, ὃ Κυτωρίτης καὶ Κυτώριος, ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας φησίν. Ἔδοξε δέ τισι καὶ διὰ τοῦ δ γράφειν Κύδωρον. φυλάσσεται δὲ ἡ Κύτωρος μέχρι καὶ νῦν τὸ παλαιὸν ὄνομα, ὡς δὲ ὁ Παρθένιος, καὶ ἡ Κρῶμνα. Verum enim vero, ſi Euſtathii verbis paullulum immoremur, oſtendemus horum locorum ſitum non eſſe diverſum. Inquit κώμη τις Ποντικὴ, quod ita non interpretandum, quaſi in regione Ponto ſitus eſſet ille vicus, ſed ad Pontum, & uti noſter dixit πρὸς τῷ Πόντῳ. Deinde Paphlagoniæ adſcribit, ſed illam partem intelligo, quæ Ponti Euxini fluctibus pulſatur, de qua teſtes habemus Strab. lib. XII, Scylacem, Marcianum Heracleotam in Paphlagoniæ periplo, Melam alioſque. Adeo ut hic vicus Ponti, & urbs Paphlagoniæ, quo ad ſitum, unus idemque locus ſit. Verum hoc quoque in Euſtathii verbis non eſt prætereundem, eum dicere: ἔδοξε δέ τισι καὶ διὰ τοῦ Δ γράφειν Κύδωρον, cujus ſcripturæ veſtigia remanſere in utraque vetuſtiori Aldina Juntinaque editione, ita enim ibi legitur, quanquam illud probare nequeam: Κύδτωρος, πολ. Παφλ. ἀπὸ Κυδτώρου. τὸ ἐθνικὸν, Κυδτωριεὺς, καὶ θηλυκὸν Κυδτωριάς

[14] Ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός.] Sic Strabo, ex quo noſter hæc de conditore hauſit, lib. XII: Τὸ δὲ Κύτωρον ἐμπορεῖον ἦν ποτὲ Σινωπέων. ὠνόμασται δ' ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς, ὡς Ἔφορος. Quod etiam imitatus eſt Euſtathius. Sic quoque hic Phrixi fil. dicitur Apollod. lib. I: ſed Herodoto lib. VII Κυτίσσωρος, & Apol. Rhod. lib. II Κυτίσωρος, ut & Melæ lib. I cap. XIX: *Citra Parthenius amnis, urbeſque Seſamus & Cromna, & a Cytiſoro Phrixi filio poſita Cytoros.*

[15] Τὸ ἐθνικὸν, Κυτωρεύς.] Omnes libri, & editi & calamo exarati conſtanti ſcriptura exhibent Κυτωριεὺς, quod

λιας. καὶ ποταμὸς Κύφος. ὁ πολίτης, Κυφαῖος. [15] Λυκόφρων,

Ἐν ᾗ Κυφαίων δύσμορον στρατηλάτην.

ΚΥΧΡΕΙΟΣ, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. [16] Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. ἀπὸ Κυχρέως τοῦ B Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος, [17] ὃς ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων. [18] ὃν λυμαινόμενον τὴν νῆσον, [19] ἀπήλασεν Εὐρύλοχος. ἐδέξατο δ' ἐν Ἐλευσῖνι Δημήτηρ, καὶ ἀμφίπολον ἐποίησεν. ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ [20] ἡ Σα- C λαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Κυχρεοπαγίτης.

ΚΥΨΕΛΑ, φρούριον τετειχισμένον ἐν Ἀρκαδίᾳ ὑπὸ Μαντινέων, Θουκυδίδης πέμπτῃ. ἔστι καὶ Κύψελα πόλις Θρᾴκης, πλη- D σίον τοῦ Ἕβρου ποταμοῦ. [21] τὸ ἐθνικὸν, Κυψελῖνος, ἢ Κυψεληνός.

[22] ΚΩΒΡΥΣ, πόλις Θρᾴκης. Θεόπομπος Φιλιππικῶν ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Κωβρύτης, ὡς Αἶγυς Αἰγύτης. E

[23] ΚΩΘΩΝ, νῆσος, οὐ πόῤῥω Κυθήρων. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. τὸ ἐθνικὸν Κωθώνιος, ὡς Σιδώνιος.

ΚΩΛΙΑΣ, ἄκρα, ἤτοι Φαληροῖ ἀκτὴ, ὅπου καὶ Ἀφροδίτη Κωλιάς. [24] ὁ δὲ τόπος F οὕτως καλεῖται. ἐγκείμενος γάρ ἐστι καὶ ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ. τὰ τοπικὰ, Κωλιάθεν, καὶ

A vero Theſſaliæ. Et fluvius Cyphus. Civis, Cyphæus. Lycophron:

In qua Cyphæorum infelicem ducem.

CYCHREUS, pagus circa Salaminem, cujus meminit Sophocles Teucro; a Cychreo B Salaminis & Neptuni filio ſic dictus, qui Serpens cognominabatur propter morum aſperitatem. Hunc Eurylochus inſulam devaſtantem expulit, ſed Ceres Eleuſine excepit atque adminiſtrum conſtituit. Ab illo etiam Salamis C ipſa Cychrea vocata fuit. Gentile, Cychreopagita.

CYPSELA, caſtellum a Mantineis in Arcadia muro cinctum, de quo Thucydides libro v. Eſt quoque Cypſela urbs Thraciæ D prope fluvium Hebrum. Gentile, Cypſelinus, vel Cypſeleaus.

COBRYS, urbs Thraciæ, de qua Theopompus libro IX Philippicorum. Gentile, Cobryta, uti ab Ægys Ægyta.

E COTHON, inſula a Cytheris non longe remota, cujus meminit Artemidorus in epitome librorum XI. Gentile, Cothonius, uti Sidonius.

COLIAS, promontorium vel littus in F portu Phalereo, ubi Venus Colias colitur. Sic autem iſte locus appellatur, quia ſitu ſuo humanam tibiam repræſentat. Formantur hinc localia, ex, in & ad Coliadem denotantia. Genti-

quod vitium ipſo Euſtathio antiquius, apud quem idem gentile invenitur. Nos bene emendaſſe liquet ex comparatione aliarum urbium, videlicet, Ἀλικαρνασσὸς, Κυπάρισσος, Μαίναλος, Νάρυκος & ſimilium, in quarum gentilibus in ιος exeuntibus, quarta vocalis locum non habet, neque etiam habere poteſt.

[15] Λυκόφρων.] Peſſimo errore in Aldina Juntinaque legitur: Λυκόφρων ἐν δεκάτῳ, quem Xylander ſua editione abegit. Reperitur enim ſequens verſiculus in Lycoph. Caſſandra.

[16] Σοφοκλῆς Τεύκρῳ.] Cenſet Meurſius poſt Τεύκρῳ aliquid deeſſe, videlicet ὠνομάσθαι φησὶ, aut tale quid: ſcribit itaque pro puncto aſteriſcum defectus notam. Sed qui Stephanum familiarius tractarunt, optime ſciunt, hujuſmodi ellipticas loquutiones in eo inveniri innumeras. Quare nihil mutandum judico.

[17] Ὃς ὄφις ἐπεκλήθη.] In illum hominem vere dici poſſet: *Serpens, niſi devoret Serpentem, non fit draco.* Illud hominum genus Græci ὄφεις, & Latini *Scorpiones* appellabant. Apul. Milel. IX: *Noſti quendam Barbarum civitatis noſtræ decurionem, quem Scorpionem præ morum acritudine, vulgus appellat.*

[18] Ὃν λυμαινόμενον τὴν νῆσον.] Diodorus lib. IV de eodem, λυμαινόμενον τοὺς ἐγχωρίους. Et Apollod. lib. III: ἐλυμαίνετο τὴν νῆσον. Omnia de illo Serpente collegit Bochartus Chan. lib. I cap. XXI.

[19] Ἀπήλασεν Εὐρύλοχος.] Sic quoque Euſtathius ad Dionyſium eum appellat, ſed apud Strabonem lib. IX male, quod jam multi obſervarunt, ſed primus omnium Hartungus, legitur Εὐρύκλος. Integrum locum adducam, quia ex Strabone Stephanus, hanc hiſtoriam hauſit: Ἀφ' οὗ δὲ καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα, ὑπὸ Κυχρέως, ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρυλόχου λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον.

[20] Ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία.] Apud Strabonem loco citato Κυχρεία invenitur, ubi de nominibus hujus inſulæ agit: Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν. καὶ γὰρ Σκιρὰς, καὶ Κυχρεία ἀπό τινων ἡρώων. Sed apud Euſtath. ad Dionyſ. etiam Κυχρεία legitur.

[21] Τὸ ἐθνικὸν, Κυψελῖνος, ἢ Κυψεληνός.] Sic legunt libri Palatini & Voſſianus, quam lectionem expreſſerunt veterum editionum præfecti, ſed in Xylandriana, errore typographi excuſum eſt, τὸ ἐθνικὸν, Κυψελῖνος, ἢ κυψελινός. Miſere ſe homo quidam torquet, ut huic loco ſenſum affingat; ſed quid præter nugas ab illo exſpectandum, qui tam imparatus ad editionem alicujus ſcriptoris accedit, ut priſtinas editiones vel nunquam noverit, vel nunquam conſuluerit.

[22] Κῶβρυς, πόλ. Θρᾴκης.] Hanc Scylax Caryandenſis in Cardianorum finibus collocat, apud quem prima per ὀμικρὸν exaratur.

[23] Κώθων, νῆσος, οὐ πόῤῥω Κυθήρων.] Mera figmenta ſunt & ſomnia, quæ nobis obtrudere nititur Salmaſius in Plin. Exercit. Stephanum heic loqui de *Cothone Carthaginenſi*, ſive de foſſa quadam factitia, quæ vicem portus præbebat. Loquitur noſter de Cothone inſula, quæ Æginæ adjacet, & de qua altum apud veteres ſilentium non eſt. Ejus memoriam celebrant Plinius, & Mela emendante Voſſio: ita enim ille lib. II cap. VII. *Hæ Thracum Græcorumque terris objacent. At interius Melos, Oliarus, Ægilia, Cothon, Ius, Thia &c.* Et Plin. lib. IV cap. XII: *In Laconico, Teganuſa, Cothon, Cythera cum oppido.*

[24] Ὁ δὲ τόπος οὕτως καλεῖται. ἐγκείμενος γάρ ἐστι, καὶ ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ.] Hic locus longe alio modo concipitur in vulgaris: Ἔστι δὲ καὶ τόπος ἐγκείμενος, ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ. In MSS Voſſ. legitur: ὁ δὲ τόπος καλεῖται. ἐγκείμενος γάρ ἐστι. ὁμοίως ἀνθρώπου κώλῳ. Quam divulgamus Palatini codicis lectio eſt; ſed ut verum fatear, vocem οὕτως noſtra auctoritate adjecimus, quod nemo ægre feret, cum ad ſenſum commodiorem ne-

ceſſario

καὶ Κωλιοὶ ἐν τόπῳ, καὶ Κωλιάδε. τὸ ἐθνικὸν, Κωλιεύς. ὅθεν καὶ τὸ Κωλιὰς, καὶ Κώλιον οὐδέτερον· καὶ Κώλιοι, ὡς Σούνιοι.

ΚΩΛΟΙ, [25] ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. αἱ δὲ ὑπώρειαι τοῦ Καυκάσου καλοῦνται Κωλικὰ ὄρη. ἡ χώρα, Κωλική.

ΚΩΜΗ, ἐν ταῖς μακραῖς ὁδοῖς μέσα χωρία ἔκτισαν, πρὸς τὸ κοιμᾶσθαι νυκτὸς ἐπιγιγνομένης· ὅθεν καὶ ἐπικέκληται, ὡς Φιλόξενος. ὁ οἰκήτωρ, ἐγκώμιος. Ἡσίοδος,

> Εἰ γάρ τοι καὶ [26] χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο.

καὶ κωμαῖος, καὶ [27] κωμήτης ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ η. καὶ ὁ δῆμος, Κώμη. εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐν αὐταῖς, κοιμᾶσθαί τε, καὶ αὐλίζεσθαι. λέγεται καὶ κωμήτωρ.

ΚΩΝΩΠΗ, [28] πόλις Ἀκαρνανίας. Πολύβιος πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Κωνωπεύς, καὶ Κωνωπίτης, καὶ Κωνωπαῖος. ἔστι καὶ [29] Κωνώπιον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ὅπου φασὶ τοὺς λύκους παρὰ τῶν ἁλιέων λαμβάνοντας τροφὴν, φυλάττειν τὴν θήραν. ἐὰν δὲ ὑπολάβωσιν ἀδικεῖσθαι, λυμαίνεσθαι καὶ τὰ λίνα, καὶ τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. τὸ ἐθνικὸν, Κωνώπιος, καὶ Κωνωπιεύς.

ΚΩ-

A Gentile, Colienſis. Unde & Colias & Colium genere neutro. Et Coli, uti Sunii.

COLI, gens juxta Caucaſum, teſte Hecatæo in Aſia. Imæ Caucaſi partes appel-
B lantur montes Colici. Regio Colica.

COME, vicus ſive pagus. In longis viis intermedia diverticula condiderunt ad dormiendum ingruente nocte, unde & nomen
C ei datum, teſte Philoxeno. Incola dicitur, Encomius, id eſt, paganus. Heſiodus:

> *Si enim tibi aliquod negotium encomium* (id eſt paganum ſive ruſticum) *eveniat.*

D Et Comæus & Cometes genere maſcul. & fœm. per eta. Et populus Come dicitur. Ita autem dicta eſt, quod in iis dormiatur & divertatur. Dicitur quoque Cometôr.

CONOPA, urbs Acarnaniæ, de qua
E Polybius lib. v. Gentile, Conopenſis, & Conopita, & Conopæus. Eſt quoque Conopium Mæotidis paludis, ubi perhibent lupos, a piſcatoribus accepto alimento, capturam cuſtodire: quod ſi aliqua ſe affectos injuria putent, retia & piſces eorum tunc in-
F feſtare. Gentile, Conopius & Conopienſis.

KO

ceſſario requiratur; præſertim ſi cum Stephani verbis, Euſtathium contulerit, ita enim ille de eodem loco ad Dionyſ. Ὁ δὲ τοιοῦτος Ἀττικὸς τόπος ὅμοιός ἐστι, φασὶν, ἀνθρώπου κώλῳ, δηλαδὴ τῷ κατὰ τοὺς πόδας, ἐκκείμενος (melius ἐγκείμενος, uti in Stephano) εἰς θάλασσαν, ἔχων Ἀφροδίτης ἱερὸν, Κωλιάδος καλουμένης ἐκ τοῦ τόπου ὁμοιότητος. Sed alias inſuper de origine nominis fabellas adfert idem Euſtath. nempe Coliadem vocari a loco, in quem avis raptum ex ſacrificio feræ armum depoſuerat: Vel quod mulier Tyrrhenica amore Attici cujuſdam captivi capta, a vinculis illum liberaverit, qui deinde fugiens, templum Veneris Coliadis ædificavit, ὡς δι' αὐτὴν τὰ κῶλα λυθείς, eo quod per illam ejus membra eſſent ſoluta.

[25] Κῶλοι ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ.] Inſigniter errat Salmaſius in Plin. Exercit. quod ad Melam obſervat Incomparabilis Voſſius, quum Coliacos Indorum gentem remotiſſimam, cum Colis Ponti Euxini accolis confundit. Quis enim non videt, hæc Stephani verba, non poſſe de Indica gente accipi? Quid Caucaſo commune cum Aurea Cherſoneſo? Colicæ regionis meminit Scylax: Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κωλικὴ ἔθνος. Et Mela lib. I cap. XIX: *Reliqua ejus, feræ incultæque gentes, vaſto mari adſidentes tenent, Melanchlæni, Ecrectice, Colice, Coraxi, &c.*

[26] Χρῆμ', ἐγκώμιον.] Hodie in vulgatis Heſiodi legitur, χρῆμ' ἐγχώριον. Sed cum etiam Proclus hanc Stephani lectionem agnoſcat, ſine ulla mora, interpretes eam, Heſiodo reddere debuiſſent. In eodem verſiculo legitur γένοιτο, pro quo in editis Heſiodi γένηται, quod obſervaſſe operæ pretium non eſt.

[27] Κωμήτης ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς, διὰ τοῦ η.] Quanquam in vulgatis & MSS conſtanti ſcriptura legatur, κωμίτης ἀρσ. καὶ θηλ. διὰ τοῦ ι, nobis tamen placuit vitioſam lectionem expungere, & auctoritate Stephani meliorem ſubſtituere. Stephanum olim ſcripſiſſe, uti nunc divulgamus, manifeſtiſſime liquet in voce Σφήν, ubi hæc leguntur: Τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα, ἀρσενότυπα, ὀξυνόμενα μὲν, διὰ τοῦ ε τὸ παράγωγον ἐκφέρει, φύλη φυλέτης. διὰ δὲ τοῦ η βαρυνόμενα, κώμη κωμήτης, πύλη πυλήτης καὶ πυλάτης. Ergo fixum ratumque ſit, nos antiquam lectionem reduxiſſe, nam κωμήτης apud plurimos auctores occurrit, puta Ariſtoph. Euripid. Arrianum alioſque. Apud Joſephum tamen κωμίτης reperitur lib. VI Antiq. Jud. cap. 11: Ἔκλαυσαν δὲ ταῦτα παθόντας αὐτοὺς οἱ κωμῖται. Ubi tamen quoque κωμῆται mallem. Quod porro noſter addat, τὸ κωμήτης genere maſculino & fœm. uſurpari, iſtius rei teſtem habeo Arrianum in Indicis, ubi loquitur de cujuſdam pagi incolis, Nearcho hoſpitalia munera, pecudes & piſces offerentibus: Ἐνταῦθα ξένια Νεάρχῳ προσφέρουσιν οἱ κωμῆται, πρόβατα καὶ ἰχθύας. Et verſibus nonnullis interjectis eadem vox genere fœm. occurrit, ubi loquitur de Barna pago, in quo palmarum & hortorum copia, in quibus myrti variique flores naſcebantur, è quibus paganæ corollas texebant: Ἔνθεν δὲ εἰς Βάρνα κώμην σταδίους τετρακοσίους, ἵνα φοίνικές τε πολλοὶ ἐνῆσαν καὶ κῆπος. καὶ ἐν τῷ κήπῳ μυρρίναι ἐπεφύκεσαν, καὶ ἄλλα ἄνθεα, ἀφ' ὅτων στεφανώματα τῇσι κωμήτῃσιν ἐπλέκοντο.

[28] Κωνώπη, πόλις Ἀκαρνανίας.] Si accurrate hujus urbis ſitum inveſtigemus, apparebit eam non in Acarnania, ſed in Ætolia debere collocari, ultra Acheloum amnem, quod profecto evidentiſſime docet Polybius lib. V a Stephano allegato: Διαβὰς δὲ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, προῆγε συντόνως ὡς ἐπὶ τὸ Θέρμον. ἅμα δὲ προάγων ἐδῄου καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν. παρῄει δὲ ἐκ μὲν εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στράτον, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς. ἐκ δεξιῶν δὲ Κωνώπην, Λυσιμαχίαν &c. Liquet ergo noſtrum heic Arcananiæ limites latius extendiſſe, ſcilicet ultra Acheloum, qui inter Acarnanes & Ætolos terminus erat.

[29] Κωνώπιον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ὅπου φασὶ τοὺς λύκους &c.] Totam hanc de lupis hiſtoriam noſter hauſit ex Antigoni

ΚΩ͂ΠΑΙ, πόλις [30] Βοιωτική. Ὅμηρος, A

Κώπας, Εὔτρησίν τε. - -

ἀπὸ Κωπέως τοῦ [31] Ἀπαταλέως, τοῦ Ὀγχηστοῦ, τοῦ Ποσειδῶνος. ὁ πολίτης, Κωπαΐτης, ὡς Ἐπαφρόδιτος. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ [32] Κωπαῖος, ὡς Ἀθηναῖος, Ἀθηναΐτης. λέγεται δὲ καὶ B Κωπαΐα λίμνη, καὶ Κωπαϊδὲς. καὶ ἡ λίμνη Κωπαΐς, ἡ ἐλέγετο Λευκωνίς.

ΚΩΡΥΚΟΣ, πόλις Κιλικίας· Παρθένιος προπεμπτικῷ. παρ' ἣν τὸ Κωρύκιον ἄντρον νυμφῶν, ἀξιάγαστον θαῦμα, ὃ C [33] ὁμώνυμον ἐν Παρνασσῷ· [34] τὸ ἐθνικὸν, Κωρύκιος. ἐκεῖ δὲ τὴν πόλιν Κωρυκίδα φασι. λέγεται καὶ Κωρυκιώτης· καὶ ἴσως παρὰ τὸ Κωρύκιον, ἢ ἀπὸ τοῦ Κωρυκία. ἔστι καὶ Κώρυκος ὄρος ἀρσενικῶς λεγόμενον, ὑψη- D λὸν, [35] πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. καὶ λιμὴν ὁμώνυμος, καὶ νησίον ὁμώνυμον, οὗ κατὰ τὸν παράπλουν ληιστήριόν τι μέγα τῶν Κωρυκαίων, [36] ὠτακουστούντων ἐν τοῖς αὐτόθι λιμέσι τοὺς φόρτους, E καὶ τοὺς πλοῦς τῶν ἐμπόρων, καὶ οὕτως αὐτοῖς ἐπιβουλευόντων. ὅθεν ἡ παροιμία, ἐπὶ τῶν περιεργαζομένων τὰ ἀπόρρητα,

Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

[37] καὶ ἀκρωτήριον Κρήτης Κωρυκίη, καὶ λιμὴν Αἰθιοπίας.

ΚΩΣ

COPAE, urbs Bœotica, de qua Homerus:

Copas Eutreſinque. - - -

Nomen habet a Copeo filio Apatalei, filii Oncheſti, filii Neptuni. Civis, Copaïtes, auctore Epaphrodito. Hoc vero formatum eſt a voce Copæus, uti ab Athenæus fit Athenaïtes. Dicitur quoque Copæa palus & Copæenſis, & palus Copaïs: quæ etiam Leuconis appellabatur.

CORYCUS, urbs Ciliciæ, de qua Parthenius in Propemptico. Juxta hanc erat Corycium, autrum nympharum, miraculum admiratione dignum, quod ejuſdem nominis eſt cum eo, quod in Parnaſſo eſt. Gentile, Corycius. Illic & urbem Coryciam eſſe perhibent. Dicitur quoque Coriciota, quod forte deducitur a voce Corycium, vel a Corycia. Eſt quoque mons Corycius, genere maſcul. ſic dictus, altus, prope Teon & Erythras, auctore Hecatæo in Aſia. Eſt quoque portus & parva inſula ejuſdem nominis, in cujus littore, quod præternavigando legebatur, magnum Corycæorum erat latrocinium, qui ibi in portubus auſcultabant, quas merces portarent, & quo navigarent mercatores, ut iis ſic inſidiarentur. Unde adagium de illis, qui nimia diligentia & cura aliorum ſecreta inquirunt:

Nimirum & hoc Corycæus auſcultavit.

Eſt quoque promontorium Cretæ Corycia, & portus Æthiopiæ.

COS

tigoni Hiſtoriarum Mirabilium Collectaneis cap. XXXIII, quamquam ejus nomen Epitomator diſſimulaverit. Eadem de lupis hiſtoriam narrant Ariſtot. lib. IX cap. XXXVI Hiſtor. Animal. Ælian. Hiſt. Animal. lib. VI cap. LXV. Et Plinius, cujus addam verba, lib. X cap. VIII: *Simile quiddam lupi apud Mæotin paludem faciunt. Nam, niſi partem a piſcantibus ſuam accepêre, expanſa eorum retia lacerant.*

30 Βοιωτική.] Germanam ſcripturam ex MSS reducimus ſic legendo: in omnibus enim vulgatis male excuſum eſt, Βοιωτιακή.

31 Ἀπαταλέως.] Sequimur vulgatam hactenus lectionem, quanquam in omnibus codicibus calamo exaratis Ἀπατηέως inveniatur. Lucem ſperaveram ab Euſtathio, ſed paternum Copei nomen non exprimit, ita enim ille ad Iliad. B: Αἱ δὲ Κῶπαι, ἀπὸ Κωπέως, ἢ Κωπεῶνος οὕτω καλοῦνται, υἱοῦ Ὀγχηστοῦ. ταύτης ὁ πολίτης Κωπαΐτης. Etymologici Mag. Auctor, omiſſis fabulis, alia occaſione hoc nomen urbi impoſitum cenſet: nempe cum aliquando diluvium quoddam Bœotiam infeſtaſſet, frequentes paludes & lacus apparebant: incolæ tamen, ut inter ſe commercia exercerent, κώπαις, id eſt, quadam navigii ſpecie, utebantur, unde urbi nomen datum. Sed integrum locum tranſcribam: Εἰρέσιον, πόλις Βοιωτῶν. ὅτι κατακλυσμοῦ ποτὲ γενομένου συνέβη περὶ Βοιωτίαν πολλὰς λίμνας ἀναφανῆναι· οἱ οὖν ἐγχώριοι πλάταις καὶ κώπαις καὶ εἰρεσίᾳ κεχρημένοι, τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο. ἐκ τούτου οὖν τὰς πόλεις ὠνόμασαν. ἀπὸ μὲν τῶν πλατῶν Πλαταιάς. ἀπὸ δὲ τῶν κωπῶν Κώπας. ἀπὸ δὲ τῆς Εἰρεσίας, Εἰρέσιον. Apud Suidam legitur: Πλάτη, εἶδος πλοίου. Ferme eadem traduntur a Stephano in voce Πλαταιαί, ex Apollodori libro primo Catalogi.

32 Κωπαῖος.] Apud Triſtanum numiſma Veſpaſiani invenitur cum inſcriptione ΚΩΠΑΙΩΝ.

33 Ὁμώνυμον ἐν Παρνασσῷ.] Contrarium ſcribit Strabo, in Parnaſſo fuiſſe Corycium pulcherrimum nympharum antrum ejuſdem nominis cum Cilicio, ita enim ille lib. IX: Ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα. ὧν ἐστι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.

34 Τὸ ἐθνικὸν, Κωρύκιος.] Sic Pan *Corycius* appellatur ab Oppiano lib. III de Piſcat.

Πανὶ δὲ Κωρυκίῳ βυθίων παρακάτθεο τέχνην.

In Græca præfatione ad hunc auctorem hæc leguntur: Ἐπεδήμησε Σεβῆρος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐν τῇ τῶν Κωρυκίων πόλει. Sed ibidem etiam Κωρυκεῖος invenitur: Εὐθέως λοιμοῦ ἐλθόντος ἐν τῇ τῶν Κωρυκείων πόλει.

35 Πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν.] Libri Palatini, Voſſianus, nec non Aldina Juntinaque editio: Πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας καὶ ἐρυθρόν. Emendabat ultimam vocem Xylander ſcribendo ἐρυμνόν. Sed ex veſtigiis depravatæ lectionis optime correxit Salmaſius in margine ſui Steph. & ad Solinum Ἐρυθρῶν, quod nos recepimus. Inſpiciatur Strabo lib. XIII, unde infima hujus ſectionis pars eſt confecta & deſumta. Euſtathius diſertis verbis illud Ἐρυθρῶν agnoſcit in comment. ad Dionyſ. ſic enim ille: Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ παροιμία ἡ λέγουσα, τοῦ δ' ἄρα ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, οὐκ ἀπὸ ταύτης τῆς Κωρύκου εἴρηται, ἀλλ' ἀπὸ νησίου τινὸς, καὶ λιμένος ὄντος πλησίον τῆς Τέω νήσου καὶ τῶν Ἐρυθρῶν.

36 Ὠτακουστούντων ἐν τοῖς αὐτόθι λιμέσι τοὺς φόρτους.] In Euſtathii comment. ad Dionyſium legimus: Ὠτακουστούντων περιέργως τὰ κατὰ τοὺς ἐμπόρους, καὶ οὕτως ἐπιβουλευόντων αὐτοῖς. Commodior eſſet ſenſus, ſi in Stephano legatur: τὰ κατὰ τοὺς φόρτους καὶ τοὺς πλοῦς τῶν ἐμπόρων.

37 Ἀκρωτήριον Κρήτης Κωρυκίη.] Ptolemæus in Cretæ deſcriptione Corycum promontorium & urbem celebrat lib. III. Κώρυκος ἄκρα καὶ πόλις.

A ΚΩ͂Σ, [38] τὸ ὄρυγμα τὸ ἐν Κορίνθῳ, οὗ κατεῖργνυον τοὺς φῶρας, καὶ τοὺς δραπέτας. λέγεται καὶ Κῶος. Κῶες δὲ, [39] οἱ ἐν αὐτῷ ἀνατραφέντες. [40] Κώους γὰρ τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον.

B ΚΩ͂Σ, πόλις, καὶ νῆσος. καὶ Ὅμηρος,

Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο. —

[41] ἡ Μεροπὶς ἐκαλεῖτο, ἀπὸ γηγενοῦς Μέροπος. Κῶς δὲ, ἀπὸ Κῶ τῆς Μέροπος θυγατρός. [42] ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρίς. [43] λέγεται καὶ Κώως, διὰ δύο ω. καὶ Κόως. ἀφ' οὗ τὸ C παρ' Ὁμήρῳ τοπικὸν,

Καί μιν ἔπειτα Κόων δ' εὖ ναιομένην ἀπένεικας.

λέγεται καὶ Κόος, διὰ δύο ο. [44] ἔοικεν οὖν τὸ πρωτότυπον Κέως. οὕτω γὰρ καὶ ὁ κτίστης τοῦ D Κέω. τὸ ἐθνικὸν, Κεῖος. καὶ ἐκτάσει, Κήιος, ὡς τῆς Τέω Τεῖος καὶ Τήιος, καὶ Κεῖος διὰ διφθόγγου. τῆς δὲ Κῶ μονοσυλλάβου, Κῷος, [45] καὶ Κώιος, ὡς Μινῷος. οὕτω δὲ ἐχρημάτιζον Ἱπποκράτης καὶ Ἐρασίστρατος E ἰατροί. ἦν δὲ [46] Ἱπποκράτης τοῦ καλουμένου [47] Νε-

COS, foſſa in urbe Corintho, in qua fures & fugitivi ſervi coërcebantur. Dicitur quoque Cous. Coës vero qui ibi alebantur. Κώους enim terræ cavitates, & omnes ſpeluncas appellabant.

COS, urbs & inſula, de qua Homerus,

Et Con Eurypyli. – –

Hæc Meropis appellabatur a Merope terræ filio: ſed Cos a Co Meropis filia. Vocabatur etiam Caris. Dicitur quoque Κώως per duo ω mega, & Κοως, unde apud Homerum locale:

Et ipſum poſtea Coon bene habitatam aſportaſti.

Dicitur quoq; Coos per duplex o parvum. Videtur igitur primitivum ejus eſſe Κέως, ita enim conditor τοῦ Κέω vocabatur. Gentile, Κεῖος, & facta productione Κήιος, quemadmodum a Τέω Τεῖος & Τήιος. Dicitur quoque Κεῖος per diphthongum. A Co vero monoſyllabo deducitur Cous, & Coïus, uti Minous. Sic appellabantur Hippocrates & Eraſiſtratus medici. Erat vero Hippocrates ex eorum genere, qui

38 Κῶς, τὸ ὄρυγμα τὸ ἐν Κορίνθῳ.] Bis hunc Stephani locum tranſcripſit. Euſtathius, primum in Comment. ad Iliad. B, nomine omiſſo; ſecundum expreſſo, ad Odyſſ. Δ. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας, ἱστορεῖ, ὅτι Κῶς, ὄρυγμα ἐν Κορίνθῳ, ὅπου φῶρας καὶ δραπέτας κατεῖργνυον. καὶ οἱ ἐν αὐτῷ τραφέντες, κῶες ἐλέγοντο. κώους γὰρ, τὰ κοιλώματα τῆς γῆς καὶ πᾶν σπήλαιον ἔλεγον. Apud Athenienſes erat Βάραθρον, ſive ὄρυγμα, locus in quo de damnatis & facinoroſis ultimum ſupplicium ſumebatur, unde carnifex dicebatur ὁ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματι. Apud Lacedæmonios erat καιάδας in quem malefici detrudebantur. Thucid. lib. 1 de Pauſania: αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν εἰς τὸν καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθησαν. Ad quem locum ita commentatur Scholiaſtes: Τόπος ὁ καιάδας ὀρωρυγμένος ἐν Λακωνικῇ, ὅπου τοὺς κακούργους εἰώθασι ῥίπτειν. Verum non tantum Lacedæmoniis, ſed etiam Siculis hujuſmodi carcer adſcribitur. Suidas: Καιάδας παρὰ Λάκωσι βασιλικὴ φρουρά, καὶ Σικελιώταις. Euſtathio ad Odyſſ. Δ. Dicitur hic carcer καιέτας, vel καιάτας, ſic enim ille: καὶ δεσμωτήριόν τι σπηλαιῶδες παρὰ Λάκωσιν ὁ καιέτας, ἢ διὰ τοῦ α καιάτας. οἱ δὲ κώους φασὶ καλεῖσθαι τὰ τοιαῦτα κοιλώματα.

39 Οἱ ἐν αὐτῷ.] Sic malui reſcribere, ex loco Euſtathii ſupra allegato, quam vulgatam ſequi lectionem, οἱ ἐν ταύτῃ.

40 Κώους γὰρ τὰ κοιλώματα τῆς γῆς.] In hunc ſenſum etiam ſcribit Strabo lib. VIII: Ἔνιοι δὲ κώους μᾶλλον τὰ τοιαῦτα κοιλώματα λέγεσθαί φασιν, ἀφ' οὗ καὶ τό. Φηρσὶν ὀρεσκῴοισιν.

41 Ἡ Μεροπὶς ἐκαλεῖτο.] Male in omnibus libris MSS & editis legebatur, ἡ Μέροπος ἐκαλεῖτο. Anton. Liberalis fab. XV: καὶ ᾤκουν Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον. Ariſtides alibi: πλεύσαντες εἰς Κῶ τὴν Μεροπίδα γῆν, οἰκουμένην ὑπὸ Μερόπων. Euſtathio etiam Μερόπη & Μεροπηὶς dicitur, ſic enim ille ad Iliad. B: Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ Κῶς αὕτη Μερόπη καὶ Μεροπηὶς ἐλέγετο, ἀπὸ Μερόπων ἔθνους ἢ γένους οἰκησάντων αὐτήν, ἢ ἀπὸ Μέροπος. οὗ θυγάτηρ Κῶς, ἧς φασιν ἡ νῆσος ἐπώνυμος. Vide ipſum Stephan. in Μέροψ.

42 Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρίς.] Etſi omnes libri calamo exarati & excuſ. conſtanter exhibeant, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία, nobis tamen non placuit: permoti enim auctoritate Euſtathii germanam lectionem reduximus: teſtatur enim ſic olim ſcripſiſſe Stephanum, cum ait ad Iliad. B: Ἡ Κῶς Καρὶς ἐλέγετο κατὰ τὴν ἐπιλεκτικὴν τῶν ἐθνικῶν. Sed ne quem ſciens ſua laude fraudem, primus Bochartus in utroque opere, Phaleg & Hierozoico Stephani locum ſic emendavit.

43 Λέγεται καὶ Κώως, διὰ δύο ω.] Hæc profecto pesſime ſunt contaminata in ſcriptis libris & editis. Quid enim ſibi velit hæc lectio, λέγεται καὶ Κόος, διὰ δύο ο, quod idem mox repetitur, λέγεται δὲ Κόος διὰ δύο ο? ego nequaquam percipio: quin imo, niſi doctiſſimus Archepiſcopus nobis in emendando facem accendiſſet, totus hic locus deſperatus manſiſſet, ille enim meliori Stephani codice uſus, ad Iliad. B ſic ſcripſit: Καὶ ὅτι διςυλλάβως Κώως λέγεται διὰ δύο μεγάλα ω. δὲ Κόως διὰ μικροῦ ο δὲ μεγάλου, ἐξ οὗ τὸ Κόων εὖ ναιομένην παρὰ τῷ ποιητῇ. δὲ Κόος δὲ διὰ δύο ο μικρῶν, ὧν συναιρεθέντων, ἔοικε γίνεσθαι ἡ Κῶς. Ex hiſce verbis luce meridiana clarius liquet, nos ex Euſtathio germanam lectionem noſtro reddidiſſe.

44 Ἔοικεν οὖν τὸ πρωτότυπον Κέως.] Stephanus hiſce verbis confundit inſulam Ceum Atticæ vicinam, cum Coa Cariæ, quam Græci nonnulli, ut ab Attica diſtinguant Κῶν Μεροπίδα appellant. Niſi quis ex Stephani verbis colligere velit, Coam inſulam Cariæ etiam Ceum dictam eſſe: quo etiam Euſtathii verba videntur inclinare, quæ leguntur ad Iliad. B, ubi de Coa Cariæ inſula loquitur: Εὕρηται δὲ καὶ Κέως λεγομένη, ὡς ἡ Τέως. ἧς ἐθνικὸν, Κεῖος, δὲ ἐκτάσει Κήιος, ὡς Τεῖος Τήιος. δὲ ἐν συναιρέσει, Κεῖος Κεῖος. τοῦ δὲ Κῶ κτητικὸν εὕρηται παρὰ Πορφυρίῳ, Κωακόν.

45 Καὶ Κώιος.] Illud gentile genuinum eſſe, liquet manifeſte ex nummo quodam apud Triſtanum, cujus hæc eſt inſcriptio. ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΣ ΚΩΙΩΝ.

46 Ἱπποκράτης δὲ Ἐρασίστρατος ἰατροί.] Inſigne μνημονικὸν ἁμάρτημα hoc loco noſter committit. Hippocrates quidem ex Co Meropide fuit oriundus; at Eraſiſtratus ex Ceo: nam fuit Ἰουλιήτης, quæ fuit urbs τῆς Κέω, ut ipſe Stephanus iſthac ſectione perhibet, cui addi poteſt teſtimonium Strabonis lib. X.

47 Νε-

[47] Νεβριδῶν. Νεβρὸς γὰρ ἐγένετο ὁ διασημότατος τῶν Ἀσκληπιαδῶν, ᾧ καὶ ἡ Πυθία ἐμαρτύρησεν. οὗ, Γνωσίδικος. [48] Γνωσιδίκου δὲ Ἱπποκράτης, καὶ Αἴνειος, καὶ Ποδαλείριος. Ἱπποκράτους, Ἡρακλείδης· οὗ, Ἱπποκράτης ὁ ἐπιφανέστατος, ὁ καὶ [49] θαυμασίας συντάξεις καταλελοιπώς. [50] ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις Κῶς.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑ, [51] ἡ νῦν ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς. γίγνεται [52] ἀπὸ τῆς Κώνσταντος γενικῆς, ὡς Μαρώνεια ἀπὸ τοῦ Μάρωνος, καὶ Καύκωνος Καυκώνεια. [53] ἔστι δὲ καὶ Βρεττανίας ἄλλη, ὡς Διονύσιος ἐννεακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Κωνσταντιάτης. εὕρηται καὶ διὰ τοῦ ι.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΟΛΙΣ, δύο μέρη λόγου· καὶ ἐξ αὐτῶν ἓν, Κωνσταντινουπολίτης. ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου.

A qui Nebridæ appellabantur. Nebrus enim erat Aſclepiadum celeberrimus, cui & Pythia teſtimonium conceſſit, cujus filius Gnoſidicus, Gnoſidici vero Hippocrates, & Æneus, & Podalirius; Hippocratis filius fuit Heraclides; Heraclidis filius fuit illuſtriſſimus B Hippocrates: qui admirabiles libros reliquit. Eſt quoque in Ægypto urbs Cos.

CONSTANTIA, ita nunc in Cypro Salamis dicitur. Factum eſt hoc nomen a genitivo Conſtantis, uti Maronia a genitivo C Maronis, & Cauconia a Cauconis. Eſt quoque alia Brittaniæ, auctore Dionyſio lib. XIX. Antiquitatum Romanar. Gentile, Conſtantiata. invenitur & per i ſcriptum.

CONSTANTINI URBS, ſive Conſtantinupolis, duæ ſunt partes orationis, D ex quibus unicum fit derivativum, Conſtantinopolita, uti a nobis dictum eſt in voce Byzantium.

47 Νεβριδῶν.] In aliis urbibus notiſſimæ familiæ a ſuis auctoribus nomina perpetuarunt. Athenis *Eumolpidæ*: in Theſſalia *Aleuadæ*, & *Scopadæ*: Corinthi Bacchiadæ: in Coo inſula *Nebridæ*, ex qua fuit Hippocrates. *Nebridæ* nomen invenere a *Nebro*, primo familiæ auctore, de quo Stephanus in ſequentibus mentionem facit. Vide hæc de re plura apud Salmaſium in Plin. Exercit. pag. 864.

48 Γνωσιδίκου δέ.] Conjunctionem adverſativam ex Voſſiano cod. adjecimus.

49 Θαυμασίας συντάξεις καταλ.] Multi περὶ Θαυμασίων ſcripſere, Phlegon Trallianus, Polemon aliique: ſed ea vox hoc loco pro elogio eſt habenda, quod ſcilicet admiranda eruditione Hippocratis libri fuerint referti. Sic etiam ſcribit Suidas de Arcadio Grammatico, cum edidiſſe Ὀνομαστικὸν θαυμάσιον.

50 Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις.] Non Κῶς illa urbs Ægypti vocabatur, ſed Κρῶς, uti ipſe tradit Stephanus ex Hecatæi Aſiæ Periegeſi. Sed ut fatear quod res eſt, incidit noſter, ut ſæpe alias, in depravatum Hecatæi codicem: nam inſulam *Cos* in Ægypto agnoſcit Ptolem. cujus verba ita conſtituit Salmaſius: Καὶ μητρόπολις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ ποταμοῦ, ἡ Κῶ ἀντίκειται τῇ νήσῳ Κυνῶν πόλις. Cynopolites Nomus & metropolis Cynopolis ex adverſo Coæ inſulæ poſita eſt. Septuaginta Interp. Κουὲ appellaſſe videntur, pro quo Londinenſis perperam exhibet Θεκουέ. Locus γ΄ Βασιλείων cap. x: 28. Καὶ ἡ ἔξοδος Σαλωμὼν τῶν ἵππων καὶ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐκ Θεκουὲ ἔμποροι τοῦ βασιλέως· καὶ ἐλάμβανον ἐκ Θεκουὲ ἐν ἀλλάγματι. Sed optime Hieronymi verſio: *Et educebantur equi Solomoni de Ægypto & de Coa: negotiatores enim regis emebant de Coa.* Arabibus *Kuts* قوص eſt Ægypti urbs & inſula in Nilo prope Cynopolim, teſte Bocharto in Hieroz.

51 Ἡ νῦν ἐν Κύπρῳ.] Vocula νῦν a vulgatis libris aberat, quam ex Palat. & Voſſ. auctori reſtituimus. Salamina Stephani ætate *Conſtantiam* fuiſſe dictam, liquet ſatis ex auctoribus, qui ei ſuperfuerunt. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: *Vidit in admirabiles viros Chriſtique pontifices, Paulinum Antiochenæ urbis epiſcopum; & Epiphanium Salamine Cypri, quæ nunc Conſtantia dicitur.* Suidas: Ἐπιφάνιος, Κωνσταντείας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπος, τῆς πρότερον Σαλαμῖνος. Beda de nom. loc. in Apoſt. Actis: *Salamis, civitas in Cypro inſula, nunc Conſtantia dicta.*

52 Ἀπὸ τῆς Κώνσταντος.] Ex MSS & vetuſtioribus editionibus ſic reſcripſimus; exhibebat enim perperam Κώσταντος Xylandriana. Sed error potius typothetis videtur attribuendus.

53 Ἔστι δὲ καὶ Βρεττανίας ἄλλη.] Libri Palatini: ἔστι δὲ καὶ Βρεττίας ἄλλη. Conjunctionem adverſativam inſeruimus. Porro Βρεττανίαν & Βρεττίαν pro eodem ſæpe ſumi, & ab auctoribus confundi, res notior eſt, quam quæ demonſtrari debeat.

Λ

Λᾶ,[1] πόλις Λακωνική. Λυκόφρων, A

Καὶ Λᾶν περήσεις.

ταύτην ἑλόντες οἱ Διόσκουροι,[2] Λαπέρσαι ἐκλήθησαν.[3] λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. ταύτην διαλύσας Ὅμηρος φησίν, B C

Οἵ τε Λάαν εἶχον, οἵ δ' Οἴτυλον. ——

κεῖται δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς. διὸ Λᾶ καλεῖται.[4] οἱ κατοικοῦντες, Λαοί.

ΛΑ'ΒΑΙ, πόλις, ὡς Σάβαι,[5] Χαττηνίας πόλις. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Λαβαῖος, ὡς Σαβαῖος. τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφότερα. ἡ γὰρ Χαττηνία,[6] τῶν Γερραίων ἐστὶ χώρα. D

ΛΑ'ΒΑΡΑ, πόλις Καρίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Λαβαρεύς, ὡς Παταρεύς. E

ΛΑ'ΒΔΑΛΟΝ, ἄκρον τῶν Ἐπιπολαίων, Συρακουσίων πλησίον. Θουκυδίδης ἕκτῃ.

ΛΑ-

L

LA, urbs Laconica, de qua Lycophron:

Et Laan tranſibis - -

Hanc capientes Dioſcuri, Laperſæ appellati fuere. Dicitur quoque genere maſculino. Vocem hanc diſſolvens Homerus, inquit:

Quique Laan habitabant & OEtylum. ——

Urbs in excelſa rupe ſita eſt, quare La vocatur. Incolæ, Laï.

LABÆ, urbs, uti Sabæ, Chatteniæ, de qua Polybius libro XIII. Gentile, Labæus, uti Sabæus, ejuſdem regionis utraque. Chatthenia enim Gerrhæorum eſt regio.

LABARA, urbs Cariæ, de qua Alexander libro II de Caria. Gentile Labarenſis, uti Patarenſis.

LABDALUM, caſtellum Epipolæorum, prope Syracuſanos, de quo Thucydides libro VI.

LA-

1 ΛΑ', πόλις Λακ.] In veterum ſcriptis hujus vocis terminatio admodum anceps circumfertur: τὸ Λᾶ exaraſſe Stephanum, non poſſum, quin mihi perſuadeam, ita enim ille alibi: Χνᾶ, οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὥσπερ Λᾶ, ἡ Λακωνικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Χναῖος, ὡς Λᾶ Λαῖος. Quod manifeſtiſſimum indicium eſt, a Stephani manu τὸ Λᾶ profectum eſſe; quam terminationem etiam agnoſcit Euſtathius, ſi genere fœminino efferatur, ita enim ille in com. ad Iliad. B: Οἱ δὲ παλαιοί φασιν ὅτι Λᾶ μονοσυλλάβως ἐλέγετο ἀρσενικῶς τε καὶ θηλυκῶς. ἤγουν καὶ ἡ Λᾶ, καὶ ὁ Λᾶς. Aliis tamen Grammaticis τὸ Λᾶς in uſu eſt. Dionyſius Thrax: Τὰ εἰς ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, περισπᾶται. οἷον ὁ Γρᾶς τοῦ Γρᾶ, ὁ Λᾶς τοῦ Λᾶ. Similiter quoque Etymologici Mag. Auctor. Γίνεται Λᾶς, καὶ κλίνεται Λᾶ. σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ ποταμὸν, καὶ πόλιν, καὶ λίθον. Urbem collocat Pauſanias inter Eleutherolaconum, decem ſtadiis a mari remotam: Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Γυθίου, Λᾶς ἐστι, θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα ἀπέχουσα. Ætate Livii erat vicus, cujus meminit lib. XXXVIII: *Nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improviſo occupavere.*

2 Λαπέρσαι ἐκλήθησαν.] Hæc noſter hauſit ex Strabone lib. VIII, ita enim ille: Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν. Vide præterea Euſtath. loco jam citato, & Pſeudo-Didymum ad Iliad. B. A Lycophrone Λαπέρσιοι vocantur:

Τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις.

3 Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς.] Hinc excidiſſe vocem terminationis maſculinæ, mihi videtur veriſimile. Cenſeo ſcribendum, λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Λᾶς. Quam conjecturam ſi contuleris cum iis, quæ ex Euſtathio jam allegavimus, pedibus ibis in noſtram ſententiam.

4 Οἱ κατοικοῦντες Λαοί.] Apud Stephanum in Χνᾶ, vox in penultima notatur. Et ut verum fatear, dubitant Grammatici, in quam ſedem accentus ſit rejiciendus. Euſtathius ad Iliad. B: Οἱ δὲ οἰκοῦντες, ἄδηλον εἴτε Λαοὶ ὀξυτόνως, εἴτε Λᾶοι προπερισπωμένως. ἡ δὲ ἀμφιβολία διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν.

5 Χαττηνίας πόλις.] Ex loco Polybii, cujus verba in Χαττηνία ex libro XIII a Stephano adducuntur, liquet eam eſſe tertiam Gerrhæorum regionem ad mare rubrum. Verum hinc dubium poſſet oriri, utrum Labæ Æthiopiæ, an vero Arabiæ ſint aſſignandæ: quod deinde tamen ſolvit Stephanus, τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφότερα. Si itaque *Labæ* & *Sabæ* ejuſdem ſint regionis, certum eſt, *Labas* inter mediterraneas Arabiæ felicis civitates debere collocari. Ptolemæo lib. VI c. VII *Laba* dicitur.

6 Τῶν Γερραίων ἐστὶ χώρα.] Fortaſſis legendum: Τρίτη τῶν Γερραίων ἐστὶ χώρα. Vide Stephan. in Χαττηνία.

7 Τὸ

ΛΑΒΙΝΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, Αἰνείου κτίσμα. Ἰόβας ἐν πρώτῳ. ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Λαβινίας. [7] τὸ ἐθνικὸν, Λαβινιάτης. λέγονται καὶ Λαβινῖται.

A LABINIUM, urbs Italiæ ab Ænea condita, de qua Jobas libro I. Nomen habet a Labinia regis filia. Gentile, Labiniates. Appellantur quoque Labinitæ.

ΛΑΒΡΑΝΔΑ, κώμη Καρίας. Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Λαβρανδηνὸς, καὶ Λαβράνδιος, καὶ [8] Λαβρανδεύς.

B LABRANDA, vicus Cariæ, de quo Strabo libro XIV. Gentile, Labrandenus, & Labrandius, & Labrandenſis.

ΛΑΓΑΡΙΑ, [9] φρούριον Ἰταλίας, πλησίον Θουρίων, τοῦ Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα, ὡς Στράβων. ὁ πολίτης, Λαγαριτανός· ὅθεν καὶ Λαγαριτανὸς οἶνος.

C LAGARIA, caſtellum Italiæ prope Thurios, ab Epeo & Phocenſibus conditum, uti Strabo perhibet. Civis, Lagaritanus: unde & vinum Lagaritanum.

ΛΑΓΙΝΙΑ, [10] πολίχνιον Καρίας. Ἀπολλόδωρος Καρικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαγιναῖος, καὶ Λαγινίτης, καὶ [11] θηλυκῶς Λαγινῖτις. ἔστι καὶ Λαγίνια Βιθυνίας.

D LAGINIA, oppidulum Cariæ, de quo Apollodorus lib. XVI Caricorum. Gentile Laginæus & Laginita, & genere fœminino Laginitis. Eſt quoque Bithyniæ Laginia.

ΛΑΓΟΥΣΑ, νῆσος περὶ Κρήτην. [12] Στράβων δεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Λαγουσαῖος, ἢ Λαγούσιος.

LAGUSA, inſula circa Cretam, de qua Strabo lib. decimo. Gentile, Laguſæus, ſive Laguſius.

ΛΑΔΕΣΤΑ, ἢ Λάδεστον, μία τῶν Λιβυρνίδων νήσων. Θεόπομπος κα' Φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικὸν Λαδεστανὸς, ὡς τῆς Αὐγούστας Αὐγουστανός.

E LADESTA, ſive Ladeſtum, una ex inſulis Libyrnidum, de qua Theopompus libro XXI Philippicorum. Gentile, Ladeſtanus, uti ab Auguſta Auguſtanus.

ΛΑΔΕΨΟΙ, καὶ Τρανιψοὶ, ἔθνη Βιθυνῶν. Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν.

F LADEPSI, & Tranipſi, gentes Bithyniæ, de quibus Theopompus lib. VIII Hellenicorum.

ΛΑΔΗ, [13] νῆσος Αἰολίδος. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαδαῖος.

LADE, Inſula Æolidis, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Ladæus.

ΛΑ- LA-

7 Τὸ ἐθνικὸν, Λαβινιάτης. λέγονται καὶ Λαβινῖται] In MSS & vulgatis codicibus mendam extitiſſe, evidentiſſimum eſt, legebatur enim: τὸ ἐθνικὸν, Λαβινιάτης. λέγονται καὶ Λαβινιάται. Salmaſius in margine ſui Stephani emendavit, quemadmodum nos excudi curavimus. Cluverius emendandum cenſet: τὸ ἐθνικὸν, Λαβινάτης· λέγονται καὶ Λαβινιάται. Salmaſii Λαβινῖται, ut verum fatear, & Cluverii Λαβινάτης in antiquorum ſcriptis nondum comperi: ſed Λαβινιάτης ſive Λαβινιάται, ſunt Dionyſii Halicarnaſſei Λαουϊνιάται, eo enim gentili utitur lib. I: Καὶ αὐτὴν οἱ Λαουϊνιάται τοῖς ἄλλοις ἄβατον φυλάττοντες, ἱερὰν νομίζουσι. Latino ore appellantur *LAVINIENSES.* Varro lib. II cap. IV Rer. Ruſt. *Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe: ſi plures pariat, eſſe portentum, in quo illud antiquiſſimum fuiſſe ſcribitur, quod ſus Æneæ Lavinii XXX porcos peperit albos: itaque quod portenderit, factum XXX annis, ut LAVINIENSES condiderint oppidum Albam.*

8 Λαβρανδεύς.] Si vici nomen non ſit corruptum (uti ſatis manifeſte apparet, ex teſtimonio Strabonis a Stephano adducto, & Herodoto præterea lib. V, ubi etiam Λάβρανδα dicitur) nobis de gentili non eſt ambigendum. Male igitur legitur in Plutarchi Quæſt. Gr. Λαβραδεύς, ita enim ille: Διὰ τί τοῦ Λαβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα ἠρμένον, οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποίηται; Et eadem ſectione ſequitur: Καὶ Λαβραδέα τὸν θεὸν προσηγόρευσε. Ubi utrobique ν inſerendum eſt. Idem gentile ſic corruptum occurrit apud Lactantium lib. I de Falſa Relig. *Sic conſtituta ſunt templa Jovi Atabyrio, Jovi Labradeo. Atabyrius enim & Labradeus hoſpites ejus, atque adjutores in bello fuerunt.* Sed uti jam monui, etiam heic τὸ N adjiciendum eſt.

9 Φρούριον Ἰταλίας.] In omnibus libris MSS & vulgatis legitur Σικελίας, quod vitium ſi non Stephani, ſaltem librariorum oſcitantiæ eſt imputandum: nam tota hæc ſectio ex Strabone eſt confecta, ubi lib. VI ſic legitur: Μετὰ δὲ Θουρίους Λαγαρία φρούριον, Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα. ὅθεν καὶ ὁ Λαγαριτανὸς οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλός. De nomine & ſitu plura apud Cluverium lib. IV Ital. antiq.

10 Λαγινία, πολίχ. Καρίας.] Straboni dicitur τὰ Λάγινα lib. XIV. Μέχρι μὲν Λαγίνων ὀκτακοσίους εἶναι πεντήκοντα σταδίους. Ego tamen cenſeo ex hoc Stephani loco, & alio in Ἑκατήσια, apud Strabonem debere corrigi Λαγινίων.

11 Καὶ θηλυκῶς Λαγινῖτις.] Ex cod. Voſſ. illud θηλυκῶς, quod ab editis abeſt, revocavimus. Idem illud gentile fœm. occurrit in Ἑκατήσια. Ναὸν γὰρ τεύξαντες οἱ Κᾶρες, τὴν θεὸν Λαγινῖτιν ἐκάλεσαν. Ita legendum pro Λαγινίτην, quod tunc temporis admonere obliti ſumus.

12 Στράβων δεκάτῃ.] Hæc ſunt ejus verba: Ἀπὸ δὲ τῆς Ἴτου πρὸς ἑσπέραν ἴσως, Σίκινος καὶ Λάγουσα. Cenſet Euſtathius plures hoc nomine inſulas extitiſſe, ita enim ille ad Iliad. B: Καὶ νῆσοι Λαγοῦσαι, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐκεῖ λαγώων· ἔνθα καὶ ὁρᾶται τὸ Λαγοῦσαι, ὡς ἀπὸ τοῦ λαγὸς τοῦ γραφομένου διὰ τοῦ ο μικροῦ. ὅθεν Λαγόεσσαι καὶ κατὰ κρᾶσιν Λαγοῦσαι. Igitur a copia leporum hæc inſula nomen ſortita eſt.

13 Νῆσος Αἰολίδος.] Lade proprie erat Joniæ inſula, Mileto prætenta, teſte Arriano lib. I de Exp. Alex. Mag. Gentile nomen in nummis eſt Λαδεύς, non Λαδαῖος, quod habet noſter: utrumque tamen a regionis

ΛΑΔΙΣΑΚΙΤΗΣ, κόλπος ἐν τῇ Περσικῇ θαλάσσῃ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.

ΛΑΕΙΑ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ὁ πολίτης, Λαΐτης, ὡς [14] Παυσανίας φησὶ πέμπτῳ.

ΛΑΕΡΤΗΣ, [15] Κιλικίας χωρίον. Στράβωνι ιδ΄. Ἀλέξανδρος δὲ, καὶ ὄρος καὶ πόλιν φησί. τὸ ἐθνικὸν, Λαερτῖνος. ἄμεινον δὲ Λαέρτιος.

ΛΑΖΟΙ, Σκυθῶν ἔθνος. [16] ἔστι δὲ χωρίον ἐν Πόντῳ παλαιὰ Λαζικὴ, ὡς Ἀρριανός.

ΛΑΙΝΟΙ, ἔθνος Παιονικόν. [17] Θουκυδίδης δευτέρᾳ.

ΛΑΙΣΤΡΥΓΟΝΕΣ, πρῶτοι μετὰ Κυκλώπων ᾤκησαν Σικελίαν· Θουκυδίδης ϛ΄. λέγεται καὶ Λαιστρυγονὶς, [18] καὶ Λαιστρυγόνιος, οὐδετέρως καὶ θηλυκῶς.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ, πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ· ἡ Σπάρτη πρότερον, ἀπὸ Σπάρτου τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος, τοῦ Σπάρτου. ἢ διὰ τὸ τοὺς πρώτους συνοικίσαντας τὴν πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους [19] εἰς ταυτὸ συνελθεῖν, καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι. Λακεδαίμονα δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ Λακεδαίμονος. ἢ ὅτι μετὰ τὴν [20] τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον συνθέμενοι κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν, καὶ τὸν λαχόντα πρῶτον ταύτην λαβεῖν [21] καὶ Λαχεδαίμονα, ἢ Λαβεδαίμονα καλέσαι. διότι ἀγαθῷ δαίμονι, τουτέστι τύχῃ, ταύτην ἔλαβεν ὁ λαβὼν, ἢ ἔλαχεν ὁ λαχών. καὶ τροπῇ τοῦ β, ἢ τοῦ χ εἰς κ, Λακεδαί-

LADISACITES, ſinus in Perſico mari, cujus meminit Marcianus in ejus periplo.

LAËA, oppidum Cariæ, de qua Hecatæus in Aſia. Oppidanus, Laites, uti Pauſanias lib. quinto perhibet.

LAËRTES, caſtellum Ciliciæ, de quo Strabo lib. XIV. Alexander vero & montem & urbem eſſe inquit. Gentile, Laërtinus, ſed melius eſt Laërtius.

LAZI, Scytharum gens. Eſt quoque regiuncula in Ponto, quæ antiqua Lazice ab Arriano appellatur.

LAENI, gens Pæonica, de qua Thucydides libro ſecundo.

LÆSTRYGONES, primi cum Cyclopibus Siciliam incoluere, teſte Thucydide libro VI. Dicitur quoque Læſtrygonis, & Læſtrygonius genere neutro & fœminino.

LACEDAEMON, urbs celeberrima in Peloponneſo, quæ prius Sparta appellata fuit a Sparta Amyclantis filio, filii Lelegis, filii Sparti. Vel quod primi urbem incoluere Leleges, qui prius diſperſi in eundem convenerint locum, atque unam habitationis ſedem fecerint. Lacedæmonem vero alii vocatam volunt a Lacedæmone: vel quod poſt Heraclidarum reditum inter ſe convenerint, regionem ſorte devidere: qui igitur primus ſortem jecit, hanc accepit, & Lachedæmonem (ex λαχεῖν & δαίμων) ſive Labedæmonem (ex λαβεῖν & δαίμων) appellavit; quia numine propitio, id eſt fortuna, eam acceperat, vel ſortitus fuerat: unde β ſive χ mutato in κ factum eſt Lace-

gionis conſueta forma non recedit. CL. Spanhemius ex Harleo adduxit nummum cum inſcriptione ΛΑΔΕΩΝ.

[14] Παυσανίας φησὶ πέμπτῳ.] A vulgatis abeſt φησὶ, quod per compendium ſcriptum erat in Voſſiano. Alii codices male φυσί.

[15] Κιλικίας χωρίον.] Quanquam apud Strab. lib. XIV legatur: Εἶτα Λαέρτης φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, ὕφορμον ἔχον. Non tamen ilico in Steph. pro χωρίον ſubſtituendum φρούριον: nam χωρίον optimis auctoribus etiam ſæpenumero φρούριον, caſtellum ſive munimentum denotat. Deducit noſter ab hac voce Λαερτῖνος & Λαέρτιος: ſed miror cum tertium Λαερτιεὺς non addidiſſe, quod habet in voce Χολλίδαι, ubi citatur Διογένης δὲ ὁ Λαερτιεὺς ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱστορίας.

[16] Ἔστι καὶ χωρίον ἐν Πόντῳ παλαιὰ Λαζική.] Mutilus in omnibus libris MSS & vulgatis hic locus circumfertur: Λαζοὶ Σκυθῶν ἔθνος ἐστι, καὶ * λαια Λαζική. Facillimum erat ex Periplo Arriani hiatum ſupplere, ita enim ille: Ἀπὸ Ἀχαιοῦντος εἰς Ἡράκλειαν ἄκραν, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδιοι. ἐνθένδε εἰς ἄκραν, ἵνα σκέπη ἐστὶν ἀνέμου θρασκίου καὶ βορρᾶ, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς τὴν καλουμένην παλαιὰν Λαζικήν.

[17] Θουκυδίδης δευτέρᾳ.] In Thucydide loco citato legitur Λααῖοι, quod heic literarum ſeriem non ſervat. Verba Thuc. ſunt: Ἀνέστη δὲ καὶ Ἀγριᾶνας καὶ Λααίους, καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικά, ὧν ἦρχε.

[18] Καὶ Λαιστρυγονίς.] Male exhibet Xylandriana Λαιστρυγονίς. Germanam lectionem ex MSS & prioribus editionibus revocavimus.

[19] Εἰς ταυτό.] Sic reſcripſimus ex Euſtath. pro εἰς ταυτόν. Ita enim ille ad Iliad B: Ἢ διότι Λέλεγες οἱ πρῶτοι συνοικήσαντες τὴν πόλιν, διεσπαρμένοι τὸ πρὶν, εἶτα ἐκεῖ συνῆλθον, καὶ ᾤκησαν εἰς ταυτό.

[20] Τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον συνθέμενοι.] In omnibus libris MSS & editis peſſime legebatur: τῶν Ἡρακλειων κάθοδον συνθεμένων. Nos veram & minime dubiam lectionem introduxiſſe, ex verbis Euſtathii mox allegandis, manifeſtiſſime apparebit.

[21] Καὶ Λαχεδαίμονα ἢ Λαβεδαίμονα καλέσαι.] Hæc & quæ ſequuntur verba, uſque ad ἔστι καὶ ἑτέρα Λακεδ. non conſpiciuntur in MSS & vulgatis. Mirum eſt profecto, hactenus neminem heic lacunam & ingentem hiatum ſubolfeciſſe. Inſignem hanc injuriam paſſus eſt noſter, vel ab ipſo Epitomatore (cujus aliquando in conficienda hac epitome judicii acrimonia, infantium juxta eſt æquiparanda) vel ab ipſis imperitis librariis, qui ſemel ſæpenumero in tranſcribendo hoc onomaſtico Geographico, turpiſſime dedere. Nos maximas agimus gratias Euſtathio, qui melioribus libris uſus, hunc locum integrum reſervavit in Comment. ad Homeri Catal. unde luce meridiana clarius conſtabit, nos lacunoſa & mutilata Stephani verba ſatis commode repleviſſe atque emendaſſe, ita enim ille: Ἡ μὲν Λακεδαίμων ἀπὸ Λακεδαίμονος ὠνόμασται. ὃ υἱὸς Ἀμυ-

κεδαίμων. ἔστι δὲ ἑτέρα Λακεδαίμων, [22] Κύπρου μεσόγειος. ὁ πολίτης, Λακεδαιμόνιος. καὶ κτητικὸν, Λακεδαιμονικός. λέγεται καὶ [23] κατὰ συγκοπὴν Λάκων, ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν, ὡς ἐκ Κυδωνιάται τὸ Κύδωνες. ἔοικε δὲ πρωτότυπον εἶναι, καὶ οὐ συγκοπή. τινὲς δὲ τὸ Λάκων ὑποκοριστικῶς φασιν, οὗ τὸ θηλυκὸν Λάκαινα, καὶ κτητικὸν Λακωνικός. καὶ Λακωνικὴ τὸ θηλυκὸν, [24] εἶδος ὑποδήματος. ἔστι καὶ [25] ὄρχησις Λακωνικὴ, ὡς ἐν τῷ περὶ Μαντινείας εἰρήσεται. εἰσὶ καὶ [26] μάστιγες Λακωνικαί. ἔστι καὶ [27] εἶδος κλειδὸς Λακωνικῆς. καὶ οὐδέτερον τὸ Λακωνικὸν σίδηρον· στομωμάτων γὰρ τὸ μὲν Χαλυβδικὸν, τὸ δὲ Σινωπικὸν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικόν. καὶ ὅτι Σινωπικὸν καὶ Χαλυβδικὸν εἰς τὰ τεκτονικά· τὸ δὲ Λακωνικὸν εἰς ῥίνας, καὶ σιδηροτρύπανα, καὶ [28] χαρακτῆρας, καὶ εἰς τὰ λιθουργικά· τὸ δὲ Λύδιον, καὶ αὐτὸ εἰς ῥίνας, καὶ μαχαίρας, καὶ ξυρία, καὶ ξυστῆρας, ὡς φησι Δαΐμαχος ἐν Πολιορκητικοῖς ὑπομνήμασι λε. καὶ [29] Λακωνίζω, [30] καὶ Λακωνιστής. λέγεται καὶ Λακεδαιμονιάζω, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. λέγεται καὶ Λακεδαιμονάδε ἐπίρρημα.

[31] ΛΑΚΕΡΕΙΑ, πόλις Μαγνησίας· Ἑλλάνικος Δευκαλιωνείας πρώτῳ· ἔστι καὶ

A Lacedæmon. Eſt quoque alia Lacedæmon in Cypri mediterraneis. Civis, Lacedæmonius, & poſſeſſivum Lacedæmoniacus. Dicitur etiam per ſyncopen *Lacon*, teſte Apollodoro, uti a Cydoniatæ fit Cydones. Vide-
B tur vero primitivum eſſe, & non ſyncope. Aliqui tradunt, illud *Lacôn* diminutivum eſſe, cujus fœmininum Lacæna, & poſſeſſivum Laconicus. Appellatur etiam Laconice genere fœmin. quoddam calceamenti genus. Eſt quoque ſaltatio quædam Laconice, uti dicetur,
C ubi de Mantinea agimus. Sunt etiam flagella Laconica. Eſt præterea genus clavis Laconicæ. Hinc fit neutrum, ut ferramentum Laconicum: chalybis enim genus aliud eſt Chalybdicum, aliud Sinopicum, aliud Lydium, aliud
D Laconicum. Sinopicum autem & Chalybdicum ad fabrilia adhibetur: Laconicum ad limas, & terebella, & characteres, & ferramenta lapidaria. Lydium autem & ipſum ad limas, & gladios, & novaculas & ſcalpella, uti perhibet Daimachus in commentariis Po-
E liorceticis lib. xxxv. Hinc verbum *Laconizo*, & *Laconiſta*. Dicitur quoque *Lacedæmonizo*, quo utitur Ariſtophanes in Babyloniis. Hinc & adverbium ad urbem *Lacedæmonem* denotans.
F

LACERIA, urbs Magneſiæ, de qua Hellanicus libro I Deucalioneæ. Eſt quoque alia

Ἀμύκλας· ἢ διότι συνθέμενοι κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν Ἡρακλεῖδαι, ἐποίησαν οὕτω. καὶ ὁ λαχὼν πρῶτος, λαβὼν ταύτην, ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. ὅθεν Λαβεδαίμων, διότι ἀγαθῷ δαίμονι, τουτέστι τύχῃ ταύτην ἔλαβεν ὁ λαβών, ἢ ἔλαχεν ὁ λαχών. καὶ τροπῇ τοῦ β΄, ἢ τοῦ χ εἰς κ΄, Λακεδαίμων. Nunquam ego hæc verba auctori addidiſſem, niſi ipſe Euſtathius palam in ſequentibus profiteretur, ſe hunc de Lacedæmone commentarium ἐκ τοῦ τὰ Ἐθνικὰ γράψαντος confeciſſe.

[22] Κύπρου μεσόγειος.] Idem perhibet Euſtathius ex nullo alio quam ex Stephano noſtro, ita enim ille circa ſupra allegata verba: Ἔστι δὲ καὶ Κυπρία Λακεδαίμων.

[23] Κατὰ συγκοπὴν Λάκων.] Et hæc tranſcripſit idem Archiepiſcopus ex noſtro, ſic enim ille: Τὸ ἐθνικὸν, Λακεδαιμόνιος, καὶ συγκοπῇ Λάκων, ὡς καὶ τοῦ Κυδωνιάται συγκεκοπῆναι τὸ Κύδωνες ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ. τοῦτο δὲ τοῖς ἀκριβεστέροις οὐκ ἤρεσεν. τινὲς δὲ ὑποκοριστικὸν εἶπον τὸ, Λάκων, οὗ θηλυκὸν Λάκαινα, καὶ κτητικὸν, Λακωνική.

[24] Εἶδος ὑποδήματος.] Calceorum Laconicorum deſcriptio petenda ex Meurſii Miſcell. Laconicis lib. I. cap. XVIII.

[25] Ὄρχησις Λακωνική.] Apud Lacedæmonios varias ſaltationes in uſu fuiſſe, idem docet Meurſius lib. II cap. XI in Miſ. Lac.

[26] Μάστιγες Λακωνικαί.] Loquitur de flagellis, quibus Lacæna juventus utebatur feſto diamaſtigoſeos. Seneca de Provid. cap. IV. *Ipſi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant.* Tertull. ad Martyres cap. IV: *In quo ſacro ante aram nobiles quinque adoleſcentes flagellis affliguntur, aſtantibus parentibus & propinquis, & uti perſeverent adhortantibus.* De hoc feſto, quo Lacedæmonii flagellis certabant, agit idem Meurſius lib. II Gr. Feriat.

[27] Εἶδος κλειδὸς Λακωνικῆς.] Inſignis harum clavium deſcriptio legitur apud Ariſtoph. in Sacra Cereris celebrantibus:

> - - οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
> Φοροῦσι κρυπτὰ καὶ κακοηθέστατα,
> Λακωνίκ' ἄττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.

Quiritantur hoc loco mulieres uſum Laconicarum clavium, quas viri tum geſtabant, multum ſibi & furtis ſuis incommodare. Cum enim antea ſolerent de facili cellaria & apothecas viris inſciis aperire, & inde quæ vellent depromere, hoc ſibi nunc non licere, propter illas claves Laconicas, quæ fraudibus minus obnoxiæ eſſent, quam cæteræ communes βαλανάγραι. Vide Salmaſium ad Sol. pag. 928.

[28] Χαρακτῆρας.] Scripſit Salmaſius in ora ſui libri ad hanc vocem: χαρακτῆρας hic vocat, quæ Latine *cæla* vocamus, quod alibi non memini legere.

[29] Λακωνίζω.] Notum eſt, quid hujuſmodi verba ſignificent hoc modo formata. In uſu eſt apud Xenoph. lib. VI Hellenicor. Καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οἱ μὲν λακωνίζουσι, οἱ δὲ Ἀττικίζουσι. Sed etiam inter voces obſcœnas numeratur. Suidas: Λακωνίζειν, παιδικοῖς χρῆσθαι. Heſychius in Κυσολάκων. τὸ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι, Λακωνίζειν ἔλεγον. Philoſtratus in quadam epiſt. Μὴ Λακώνιζε, ὦ γυναῖ μηδὲ μιμοῦ τὸν Λυκοῦργον.

[30] Καὶ Λακωνιστής.] Laconiſta erat qui in quadratis choris canebat, teſte Athenæo lib. IV: Οἱ δὲ λεγόμενοι Λακωνισταὶ, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐν τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον.

[31] Λακέρεια, πόλ. Μαγ.] Agnoſcit noſter oppidum hoc nomine in voce Ἑρμιὼν, ſed ſitum non addit. Videſis quæ ibi à nobis ſunt annotata.

32 Γε-

ἡ[32] Ἰταλίας ἄλλη. τὸ ἐθνικὸν, Λακερεῖς, καὶ Λακέρεια τὸ θηλυκὸν, ὁμοφώνως τῷ πρωτοτύπῳ.

ΛΑΚΙΑΔΑΙ, [33] δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Λακιάδης. ἀναγράφεται ὁ δῆμος, Λακία· καὶ ὁ δημότης, Λακιεύς. τὰ τοπικά, ἐκ τῆς γενικῆς τῶν πληθυντικῶν μετὰ τῶν προθέσεων.

ΛΑΚΙΝΙΟΝ, ὄρος Κρότωνος. Λυκόφρων,

—— Καὶ Λακινίους μυχούς.

τὸ ἐθνικὸν, Λακίνιος. καὶ τὸ κύριον τοῦ ἥρωος, ἀφ' οὗ τὸ ὄρος. τὸ θηλυκὸν, Λακινιάς. καὶ ἡ χώρα Λακινία, ὡς Κυδωνία. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Λακινιάτης.

ΛΑΚΜΩΝ, ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἴναχος καὶ Αἴας ῥεῖ ποταμὸς, [34] ὡς Ἑκαταῖος ἐν πρώτῳ. ἔστι δὲ παρώνυμον, ὡς ἀπὸ τοῦ Λάκμωνος. [35] τὸ τοπικὸν, Λακμώνιος.

ΛΑΛΙΣΑΝΔΑ, πόλις Ἰσαυρική, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαλισανδεύς. [36] οἱ δὲ νῦν, Δαλίσανδα ταύτην φασὶ, καὶ Δαλισανδεώτας.

ΛΑΜΙΑ, πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων, [37] ὡς Πολύβιος. οἱ μὲν ἀπὸ [38] Λάμου τοῦ Ἡρακλέους φασίν. οἱ δὲ ἀπὸ Λαμίας γυναικὸς, ἢ ἐβασίλευσε Τραχινίων. ἐν ᾗ καὶ [39] Λαμιακὸς πόλεμος. ἔστι καὶ ἄλλη Κιλικίας. τὸ ἐθνικὸν Λαμιεῖς, καὶ Λαμιῶται.

ΛΑ-

alia Italiæ. Gentile, Lacereenſis, & Laceria fœmininum, quod cum primitivo convenit.

LACIADÆ, populus Oeneidis tribus. Popularis, Laciades. Populus quoque appellatur Lacia, & popularis Lacienſis. Localia formantur ex genitivo plurali cum præpoſitionibus.

LACINIUM, mons Crotonis, de quo Lycophron:

—— *Et Lacinios receſſus.*

Gentile, Lacinius, quo nomine etiam gaudebat heros, unde monti nomen. Fœmininum Lacinias. Et regio Lacinia, uti Cydonia. Gentile Laciniates.

LACMON, cacumen montis Pindi, ex quo Inachus & Æas fluvius defluunt, auctore Hecatæo libro I. Eſt vero denominativum, quaſi a genitivo Lacmonis. Locale, Lacmonius.

LALISANDA, urbs Iſaurica, de qua Capito Iſauricorum primo. Gentile. Laliſandenſis. Nunc autem hanc Daliſanda vocant, & incolas Daliſandeotas.

LAMIA, urbs Theſſaliæ Melienſium, de qua Polybius. Alii a Lamo Herculis filio, alii vero a Lamia muliere, quæ Trachiniis imperavit, ſic appellatam cenſent. Hinc bellum Lamiacum. Eſt quoque alia Ciliciæ. Gentile, Lamienſes & Lamiotæ.

LA-

32 Ἰταλίας ἄλλη.] Si mei arbitrii res foret, corrigerem Θεσσαλίας ἄλλη: nam Italicam Laceriam geographi non agnoſcunt: Theſſalica vero pluribus ſcriptoribus in ore eſt. Pindarus Pyth. od. III:

Πέμψε δὲ κασιγνήταν μένει
Θύοισαν ἀμαιμακέτῳ
Ἐς Λακέρειαν.

Ex Scholiaſta ad hunc locum liquet, Laceriam ad Bœbeidem lacum ſitam fuiſſe, ita enim ille: ἡ δὲ Βοιβιὰς λίμνη παράκειμένη τῇ Λακερείᾳ. Et Apollon. Rhod. lib. IV ad flumen Amyrum, ſeſe in prædictum lacum exonerans, collocat

- - Τὸν ἐν λιπαρῇ Λακερείῃ
Δῖα Κορωνὶς ἔτικτεν ἐπὶ προχοῇς Ἀμύροιο.

Etymologici Mag. Auctor id urbis nomen compoſitum cenſet, παρὰ τὸ λᾶ, καὶ τὸ ῥέειν. Λακέρεια (male ibi hodie legitur Λακάιερα) ὄνομα πόλεως· παρὰ τὸ λᾶ, καὶ ῥέειν, οἱονεὶ ἡ μεγάλως ἐπιρρεομένη.

33 Λακιάδαι, δῆμος τῆς Οἰν.] Lacidas habet Pauſ. in Atticis. Suidas Πλακιάδας appellat, ſed eum in depravatum cujuſdam auctoris codicem incidiſſe cenſeo: Πλακιάδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἔνθα ῥαφανίδες μεγάλαι γίνονται. Quod an Meurſius obſervaverit neſcio, cum ejus de Demis Atticis libellum ad manum non habeam.

34 Ὡς Ἑκαταῖος ἐν πρώτῳ.] Ex eodem Hecatæi loco Strabo τὸν Λακμὸς, non vero vocem in ων terminatam citavit, ita enim ille lib. VI: Βέλτιον δὲ Ἑκαταῖος, ὅς φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον, ἐκ τοῦ Λακμοῦ ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ.

35 Τὸ τοπικὸν, Λακμώνιος.] Lacmomius Lycophroni dicitur Æas fluvius, quia ex Lacmo originem ducit:

Ἔνθα πλανήτην λυπρὸν ὄψονται βίον
Λακμωνίου πίνοντες Αἴαντος ῥοάς.

36 Οἱ δὲ νῦν, Δαλίσανδα ταύτην φασὶ, καὶ Δαλισανδεώτας.] Non dubito, quin hoc loco vitium irrepſerit, corrigit Salmaſius, non bene ut mihi videtur, Δαλισανδεῖς ταύτην φασὶ, καὶ Δαλισανδεώτας. Ego puto olim ſcripſiſſe Stephanum: Οἱ δὲ νῦν, Δαλίσανδον ταύτην φασὶ, καὶ Δαλισανδώτας. Daliſandus enim appellatur a Conſtantino Porphyrog. lib. I Them. XIII, & in Concil. Chalcedonenſi Act. VI. Gentile autem Δαλισανδώτης eodem modo formatur, uti a Μαλλὸς, Μαλλώτης, Ἴσβος, Ἰσβώτης, quæ forma Ciliciæ & Iſauriæ incolis eſt uſitatiſſima. Vide etiam in Κασταλία.

37 Ὡς Πολύβιος.] Voculam ὡς ex Voſſiano adjecimus. Lamiæ meminit Polybius lib. IX, uti liquet ex ejuſdem libri excerptis: Οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν ὄντων οὕτως ἀπράγμων, ὃς οὐχὶ πέπυσται πῶς Ἀντίπατρος μὲν ἐν τῇ περὶ Λαμίαν μάχῃ νικήσας τοὺς Ἕλληνας. Urbem Phaleram vicinam habebat, uti liquet ex noſtro in illa voce.

38 Λάμου.] Sic correximus pro Λαμίου, quod eſt in omnibus libris. Lamus enim appellabatur hic Herculis & Omphalæ filius. Vide Steph. in Βάργασα, & noſtra ad illam ſectionem commentaria.

39 Λαμιακὸς πόλεμος.] Ab urbe Lamia bellum Lamiacum nomen habere, teſtis eſt Strabo lib. IX: Ἐν δὲ

αὐτοῖς

ΛΑΜΗΤΙ͂ΝΟΙ, πόλις, ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ [40] πρὸς Κρότωνι· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἐν ᾗ Λάμητος ποταμὸς, ἐν δὲ Λαμητῖνοι. ὁ πολίτης, Λαμητῖνος.

ΛΑ'ΜΟΣ, [41] ποταμὸς Κιλικίας· καὶ ἡ παρ' αὐτὸν χώρα Λαμουσία, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυίστωρ ἐν πρώτῳ Λυκιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Λαμούσιος.

ΛΑ'ΜΠΕΙΑ, [42] ὄρος Ἀρκαδίας· Παρθένιος Ἀνθίππῃ. τὸ ἐθνικὸν δύναται [43] καὶ Λαμπειάτης, καὶ δίχα τοῦ ι.

ΛΑΜΠΕ'ΤΕΙΑ, [44] πόλις Βρεττίας· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαμπετιάτης, ἢ Λαμπετιανὸς τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ· Λαμπετινὸς γὰρ οὐ δύναται εἶναι, διὰ τὴν παράληξιν τῆς διφθόγγου.

ΛΑΜΠΕ'ΤΕΙΟΝ, σῆμα ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Λαμπέτου, τοῦ Ἴρου.

ΛΑ'ΜΠΗ, πόλις Κρήτης, Ἀγαμέμνονος κτίσμα, ἀπὸ Λάμπου τοῦ Ταῤῥαίου. [45] τὸ ἐθνικὸν, Λαμπαῖος· Κλαύδιος δ' Ἰούλιος Λαμπέας αὐτούς φησιν. ἔστι καὶ δευτέρα τῆς Ἀκαρνανίας. καὶ τρίτη τῆς Ἀργολίδος, ὡς Φίλων. Ξενίων δ' ἐν [46] Κρητικοῖς, [47] διὰ δύο ππ γράφει τὴν πόλιν τὴν Κρητικὴν

A LAMETINI, urbs a Lameto fluvio, juxta Crotonem, nomen habens, auctore Hecatæo in Europa. Erat vero Lametus fluvius, erant & Lametini. Civis Lametinus.

LAMUS, fluvius Ciliciæ, cujus adja- B cens regio Lamuſia appellatur, teſte Alexandro Polyhiſtore libro I Lyciacorum. Gentile, Lamuſius.

LAMPEA, mons Arcadiæ, de quo Parthenius in Anthippe. Gentile poteſt eſſe C Lameates, & ſine jota.

LAMPETIA, urbs Brutiæ, de qua Polybius libro XIII. Gentile, Lampetiates, vel Lampetianus vernacula regionis forma. Lampetinus vero dici nequit, quia in penul- D tima habet diphthongum.

LAMPETIUM, ſepulchrum in Leſbo, quod a Lampeto Iri filio nomen habet.

LAMPE, urbs Cretæ ab Agamemnone condita, ſed quæ à Lampo Tarrhæi filio no- E men habet. Claudius Julius Lampeas eos vocat. Secunda Acarnaniæ, & tertia Argolidis, uti Philo teſtatur. Xenio vero in Creticis, nomen urbis Creticæ per duplex P ſcribit, & per du- F

αὐτοῖς Θήβας τὰς Φθιώτιδας, Ἐχῖνον, Λαμίαν, περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη πόλεμος, Μακεδόσι καὶ Ἀντιπάτρῳ πρὸς Ἀθηναίους.

40 Πρὸς Κρότωνι.] In vulgatis libris tota hæc ſectio mirum in modum corrupta conſpicitur: Λαμητῖνοι, πόλις ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνα. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἐν δὲ Λάμητος ποταμοῦ, Λαμητῖνοι. Emendationem hujus loci, quam in contextum recepimus, Incomparabili Viro J. Voſſio debemus, cujus verba ex obſervationibus ad Melam, verum hujus urbis ſitum ob oculus ponentia, huc tranſcribam. *Oppidum Lametum ſitum fuit in anguſtiſſimo illo Italiæ iſthmo, quem Scylaceus & Hipponiates ſinus efficiunt, haud procul a fontibus Lameti fluminis. Hodie Maïda vocatur, corrupto procul dubio nomine ex Lamatia, extrita priore ſyllaba, quod & ipſum in adſiti fluminis vocabulo factum eſt, quem Matum vel Amatum vocant pro Lametum. Quia vero hoc oppidum ſitum eſt in medio fere iſthmi iſtius, procul a mari, ideo factum eſt, ut aliqui ad ſinum Scylaceum illud collocarint. Reprehendunt viri eruditi hunc Stephani locum, ſed ipſi falluntur, cum hoc oppidum in ipſo littore ſinus Hipponiatis collocant, hodieque S. Euphemiæ appellari credunt.*

41 Λάμος, ποτ. Κιλικίας.] In margine ſui libri Salmaſius Λαμοῦς emendare nititur, quia in ſequentibus legitur Λαμουσία. Verum illa derivari queunt a genitivo Λάμου, uti aliis in locis aliquando fit. Λάμος hic fluvius etiam Ptolemæo dicitur lib. V cap. VI. Κώρυκος, Σεβαστὴ, Λάμου ποτ. ἐκβολαί, Πομπηϊούπολις ἡ καὶ Σόλοι.

42 Λάμπεια, ὄρος Ἀρκαδ.] In omnibus libris MSS & vulgatis peſſimo errore Λάμψα legebatur, quem primus omnium correxit Caſaubonus in comment. ad Strab. Vidit quoque Salmaſius, & in margine ſui Stephani emendavit. Mons eſt Arcadiæ ex quo fluit Erymanthus teſte Pauſan. in Arcad. Ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ὁ Ἐρύμανθος ἐν ὄρει Λαμπείᾳ. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο ἱερὸν εἶναι Πανὸς λέγεται. Scholiaſtes ad lib. I Apoll. Rhodii: Λάμπεια ὄρος Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς ῥεῖ Ἐρύμανθος.

43 Καὶ Λαμπειάτης, καὶ δίχα τοῦ ι.] Exhibebant omnes editi male: τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Λαμπεάτης, δίχα τοῦ ι. Ex veſtigiis antiquorum codicum in quibus legebatur, τὸ ἐθνικὸν δύναται ἢ Λαμψάτης, καὶ δίχα τοῦ ι, nos veram germanamque lectionem repoſuimus.

44 Λαμπέτεια, πόλις Βρεττίας.] Cluverius lib. IV Antiq. Ital. multis probare nititur Lampetiam & Lametiam unum idemque oppidum fuiſſe. Sed egregie J. Voſſius vir maximus demonſtrat in ſuis ad Mel. obſerv. *Lampetiam* multum differre a *Lameto* vel *Lametia*. Hæc de qua nunc agit Stephanus hodie *Mantia* dicitur. A Latinis *Clampetia* vocatur, addita tertia litera initiali, ut in multis aliis vocabulis, cum Græci Λαμπετίην illam appellarint. Lycophroni vero eſt Λάμπετις, Poëtice pro Λαμπετία. Male vulgo Λαμπέτης. Quod autem Cluverius Lametum & Lampetiam eandem exiſtimet, in eo valde fallitur. Lametum ſitum erat ad flumen ejuſdem nominis, aliquot millibus a mari, ad pedem Apennini. In Clampetiæ vero ſive Lampetiæ ſitu omnes conveniunt, ut ſit Mantia, ſive Amantia hodierna. Si enim Λάμπετις & Λάμητος idem fuiſſet Lycophroni, non diverſa uſus fuiſſet appellatione. Quod autem Lampetiam collocet in extimo cornu Hipponii montis, hoc ideo eſt, quoniam ſinus Hipponiates pertingit uſque ad Clampetiam; itaque mons Hipponius accipitur pro monte ſinus Hipponiatæ. Clampetia vero ſita eſt in loco arduo, & quaſi in extimo ſinus Hipponiatæ cornu.

45 Τὸ ἐθνικὸν, Λαμπαῖος.] Apud Polyb. lib. IV hoc gentile occurrit: Καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν, καὶ Κερέται, καὶ Λαμπαῖοι. Et apud Dion. Caſſium lib. LI: Κυδωνιάτας καὶ Λαμπαίους ἐλευθέρους ἀφῆκεν

46 Ἐν Κρητικοῖς.] Sic reſcripſimus, cum in omnibus libris ἐν Κρήτῃ legeretur. Xenionis enim Cretica paſſim apud noſtrum & alios ſunt notiſſima.

47 Διὰ δύο ππ γράφει.] Ita hoc urbis nomen ſcripſit Dio lib. XXXVI: Καὶ μετὰ τοῦτο Λάππαν, καίτοι τοῦ Ὀκταουΐου αὐτὴν κατέχοντος. Liquet etiam ex nummis, veteres hoc urbis nomen ſic ſcripſiſſe. Goltzius adducit num-

κλὼ, [48] καὶ διὰ δύο αα, καὶ διὰ τοῦ η.

ΛΑΜΠΩ'ΝΕΙΑ, πόλις Τρωάδος. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, [49] Λαμπωνειεύς. Ἑλλάνικος δὲ [50] Λαμπώνιον αὐτὴν φησι. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Λαμπωνιεύς.

ΛΑ'ΜΥΡΑ [51], πόλις Λυκίας, καὶ ποταμὸς Λάμυρα, ἀπὸ θαλάσσης ὑπὲρ μετεώρου λόφου. ὁ πολίτης, Λαμυρεύς.

ΛΑ'ΜΨΑΚΟΣ, πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα, [52] ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, [53] πάλαι Πιτύουσα λεγομένη, ὡς [54] Δηΐλοχος ὁ Κυζικηνός. Ἐπαφρόδιτος δὲ [55] Πιτύειαν ὑφ' Ὁμήρου ταύτην κληθῆναι, διὰ τὸ πιτύων ἔχειν πλῆθος, [56] Λαομεδοντίαν καλουμένην. ἔστι δὲ εὔοινος. ὅθεν Θεμιστοκλεῖ παρὰ τοῦ τῶν Περσῶν ἐδόθη βασιλέως [57] εἰς οἶνον. Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον, καὶ [58] Πριάπου κτίσμα ταύτην φησὶ, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου. τὸ ἐθνικὸν, Λαμψακηνός.

ΛΑ-

A duplex A, & per Eta.

LAMPONEA, urbs Troadis, auctore Hecatæo in Aſia. Gentile, Lamponenſis. Hanc Hellanicus Lamponium vocat, unde gentile Lamponienſis.

B LAMYRA, oppidum Lyciæ, & fluvius Lamyra, à mari ſuper editum collem. Civis Lamyrenſis.

LAMPSACUS, urbs juxta Propontidem a Lampſace puella indigena ſic dicta. C Hæc a Phocæenſibus condita eſt, olim Pityuſa nominata, uti Deilochus Cyzicenus auctor eſt. Perhibet vero Epaphroditus, Pityeam hanc ab Homero vocari a pinorum copia, cum antea Laomedontia diceretur. Vino abundat; D unde Themiſtocli a Perſarum rege ad vinum dono data eſt. Sed Demoſthenes ob vini abundantiam hanc urbem a Priapo, Veneris & Bacchi filio, conditam eſſe aſſerit. Gentile, Lampſacenus.

LAM.

mum cum inſcriptione ΛΑΠΠΑΙΩΝ, cui alium addit CL. Spanhemius ex Gaza Chriſtinæ Auguſtæ. Præterea etiam ex Theophraſto lib. II Hiſt. Plant. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κρήτῃ (φοίνικας) πλείους εἶναι τοὺς διφυεῖς. ἐνίους δὲ καὶ τριφυεῖς. ἐν δὲ τῇ Λαππαίᾳ, τινὰ καὶ πεντεκέφαλον. Fruſtra viri docti hunc locum ſollicitant, cum ſubintelligendum ſit γῇ, vel ſimile quid.

48 Καὶ διὰ δύο αα.] In omnibus libris peſſimo errore legebatur, καὶ διὰ δύο λλ, quod mihi ſummo jure videbatur expungendum, & reponendum διὰ δύο αα. Urbis nomen igitur tribus modis ſcribebatur, Λάμπη, Λάππα & Λάπη Non alium in hiſce verbis ſenſum latere firmiter mihi perſuadeo.

49 Λαμπωνειεύς.] Sic reſcripſimus pro Λαμπωνεύς, quod omnes occupaverat libros. Sic quoque corrigit Salmaſius in libri ſui ora.

50 Λαμπώνιον.] Etiam apud Herodot. lib. V ſic legitur, ubi Otanis fortuna commemoratur: Εἷλε δὲ Ἄντανδρον, τὴν ἐν τῇ Τρωάδι γῇ· εἷλε δὲ Λαμπώνιον.

51 Λάμυρα, πόλις Λυκίας.] Putat Lipſius in notis ad Vell. Paterculum, quod Limyra, ubi Cajus morbo obiit, Stephano ſit Lamyra; cum *Limyra* & *Lamyra* diverſa Lyciæ oppida ſint, teſte Salmaſio ad Flor lib. IV cap. XII. Ad me quod attinet, cum Lipſio judico eadem eſſe oppida, quod ſatis evidenter demonſtrari poteſt verbis Strabonis, ubi eadem hæc urbs *Limyra* dicitur, tota enim hæc ſectio ex Geographi verbis conflata eſt, apud quem ſic legitur: Εἶτα Μύρα, ἐν εἴκοσι σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐπὶ μετεώρου λόφου. εἶθ' ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιμύρου ποταμοῦ, καὶ ἀνιόντι πεζῇ σταδίους εἴκοσι τὰ Λίμυρα πολίχνη.

52 Ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης.] Plutarchus libro de virt. Mul. & Polyænus libro VIII referunt, qua occaſione Lampſaceni a Lampſace Mandronis filia urbi hoc nomen impoſuerint. Sed alii hoc nomen deducunt ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod non duntaxat accipiendum de ſplendore ſolis, ſed etiam de fulgetro. Mela lib. I cap. XIX: *Lampſacum Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus in quaſnam terras potiſſimum tenderent, reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent.* In eadem opinione verſatur Etymol. Mag. Auctor: Ὅτι τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη, ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. ἀστραπῆς οὖν γενομένης, εἶδον τὸν τόπον, καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν, Λάμψακον ταύτην προσαγορεύσαντες.

53 Πάλαι Πιτύουσα λεγομένη.] Idem aſſerit Strabo lib. XIII: Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Πιτυοῦσα. καθάπερ καὶ τὴν Χίον φασίν. Et a Plutarcho loco jam citato Πιτυόεσσα appellatur, & a Plinio lib. V cap. XXX: *Pityuſa*.

54 Δηΐλοχος.] Male in omnibus libris Δηΐχορος, docente CL. Viro G. Joh. Voſſio. Sæpiſſime Deilochi fit mentio apud Schol. Apollonii. Voſſ. vide lib. III de Hiſt. Græc. pag. 351.

55 Πιτύειαν.] Sic appellabatur ab Homero Iliad. B. & ab Apoll. Rhod. in Argon. lib. I:

Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν
Ἠϊόνα, ζαθέην τε παραμείβον Πιτύειαν.

Docet Etymologici Mag. Auctor, fuiſſe promontorium hoc nomine circa Lampſacum, eamque urbem etiam iſta appellatione fuiſſe inſignitam: Πιτύεια, ἄκρον ἐστὶ περὶ τὴν Λαμψακηνῶν. καὶ Πιτύεια πρότερον ἡ Λάμψακος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ἔχειν πίτυς πολλάς. Ἀπολλώνιος. Sed Scholiaſtes ad Apollonii locum perhibet, non duntaxat eam urbem, quod pinis abundet, ſic nominatam, ſed quod Phrixus ibi theſaurum collocaverit, quam Thraces πιτύην vocant, ita enim ille: Ἡ Λάμψακος τὸ πρότερον Πιτύεια προσηγορεύετο. ἣν τινες Πιτύαν ὀνομάζουσιν. τινὲς δὲ φασιν ὅτι Φρίξος γενόμενος ἐν ταύτῃ θησαυρὸν ἔθηκεν, καὶ ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη. Θρᾷκες γὰρ τὸν θησαυρὸν πιτύην λέγουσιν.

56 Λαομεδοντίαν καλουμένην.] Videtur hoc nomen omnium fuiſſe antiquiſſimum, hinc eſt quod cenſeam τὸ πρότερον, vel ſimile, quid ante hæc verba excidiſſe.

57 Εἰς οἶνον.] Peſſimo errore commaculatus hic locus in omnibus codicibus MSS & vulgatis conſpicitur, legebatur enim ante εἰς εὐοινίαν. Noſtram correctionem eſſe veriſſimam, liquet ex Strabone lib. XIII: Ὁ γοῦν Ξέρξης τῷ Θεμιστοκλεῖ εἰς οἶνον ἔδωκε τὴν Λάμψακον. Huic adde Thucyd. lib. I: Δόντος βασιλέως αὐτῷ, Μαγνησίαν μὲν, ἄρτον, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. Λάμψακον δὲ οἶνον (ἐδόκει γὰρ πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι) Μυοῦντα δὲ, ὄψον. Eadem habemus apud Plut in Themiſt. Πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα. Et denique apud Cornel. Nep. in vita ejuſdem: *Namque Magneſiam ei rex donaverat, his uſus verbis; quæ ei panem præberet: ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: Lampſacum unde vinum ſumeret: Myuntem, ex qua opſonium haberet.*

58 Πριάπου κτίσμα.] Hæc conferenda ſunt cum iis, quæ narrat noſter in voce Ἄβαρνος.

59. Θα-

ΛΑ'ΜΨΟΣ, μοῖρα τῆς Κλαζομενῶν χώρας, ἀπὸ Λάμψου παιδὸς Καδίδρου, ὡς Ἔφορος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λάμψιος, ὡς [59] Θάψιος, Σάμιος, Κίψιος.

A LAMPSUS, pars Clazomenarum regionis, ſic dicta a Lampſo Cadidri filio, teſte Ephoro lib. III. Gentile, Lampſius, uti Thapſius, Cipſius.

ΛΑΟΔΑΜΑ'ΝΤΕΙΑ, νῆσος ἐν Λιβύῃ. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. ἐκαλεῖτο δὲ Λαομεδόντεια, ἴσως ἀπὸ Λαομέδοντος τοῦ Τρωός. τὰ ἐθνικὰ ἀμφότερα, Λαομεδοντίτης, καὶ Λαοδαμαντίτης.

LAODAMANTIA, inſula Libyæ, de qua Artemidorus in Epitome librorum B undecim. Appellabatur etiam Laomedontia, fortaſſis a Laomedonte Trojano. Utriuſque gentilia ſunt Laomedontita, & Laodamantita.

ΛΑΟΔΙ'ΚΕΙΑ, [60] πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, [61] καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα. κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν, ἔλεγε ῥαμάνθας, τουτέστιν, ἀφ' ὕψους ὁ θεός· ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄθας δὲ ὁ θεός· οὕτω Φίλων. λέγεται δὲ ἀπὸ Λαοδίκης, τῆς μητρὸς [62] Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. [63] ἔστι δ' οἰνοποτάτη, καὶ πάσης εὐκαρπίας ἀνάμεστος. ἔστι δὲ καὶ [64] ἑτέρα Λυδίας, Ἀντιόχου κτίσμα τοῦ παιδὸς τῆς Στρατονίκης. τῇ γὰρ γυναικὶ αὐτοῦ ὄνομα Λαοδίκη. Διὸς μήνυμα διὰ Ἑρμοῦ, ὄναρ διὰ χρησμοῦ Ἀπόλλωνος.

C LAODICEA, urbs Syriæ, quæ prius Leuce Acte i. e. album littus vocabatur, & antea Ramitha. Quidam enim paſtor fulmine ictus dicebat *Ramanthas*, hoc eſt, ab alto Deus. *Raman* enim altitudinem, *Athas* vero Deum ſignificat. Nomen habet a Laodice, matre Seleuci, qui Nicanor cognominabatur. Vini feraciſſima eſt, & omni genere fructuum abundans. Eſt quoque alia Lydiæ ab Antiocho Stratonicæ filio condita: uxor enim ejus Laodice appellabatur. Jovis autem admonitio per Mercurium, ſomnium per oraculum Apollinis hu- D juſmodi erat:

Ἀντιόχῳ βασιλῆϊ τάδε χρᾷ Φοῖβος Ἀπόλλων.
Κτιζέμεναι πολίεθρον ἀγακλεὲς, ὡς ἐκέλευσε
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, πέμψας Ἐριούνιον Ἑρμῆν.

Antiocho regi hæc vaticinatur Phœbus Apollo:
Condendam urbem celebrem, uti præcepit
E *Jupiter altitonans, mittens Eriunium Mercurium.*

ἔστι δὲ καὶ [65] ἄλλη Λυκαονίας, [66] καὶ Μηδίας ἑτέρα.

Eſt quoque alia Lycaoniæ, & alia Mediæ.

ΛΑ-

LAOS

[59] Θάψιος.] In vulgatis & MSS legebatur Σάψιος, quæ vox eſt nihili. Quid autem ſibi velit illud Κίψιος, quod ſequitur, fateor me neſcire, & adeo divinus non ſum, ut priſtinam vocem revocem.

[60] Πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη.] Hæc ad mare erat ſita, & commodiſſimo portu inſtructa, teſte Strab. lib. XVI: Εἶτα Λαοδίκεια, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κάλλιστα ἐκτισμένη, καὶ εὐλίμενος πόλις, χώραν τε ἔχουσα πολύοινον πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐκαρπίᾳ. Hæc quia in littore ſita eſt, a Theodoro Presbytero Rhætenſi Λαοδίκεια πάραλος appellatur: Χρόνου δὲ οὐ μικροῦ προϊόντος Ἀπολινάριός τις πρόεδρος γενόμενος Λαοδικείας τῆς Συρίας, τῆς παραλίου, ἑτέρας ματαιοφροσύνης ἡγήσατο.

[61] Καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα. κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν, ἔλεγε ῥαμάνθας, τουτέστιν &c.] Varia ſunt doctorum de hoc loco interpretamenta atque ſententiæ. Illuſtris Scaliger in ſuis ad Euſeb. Animadv. cenſet, illud ῥάμιθα minime convenire cum ῥαμάνθας: additque ῥάμαν quidem altitudinem; ſed ἄθας nequaquam Deum ſignificare. Deinde CL. Heinſius in ſuis ad N. Teſt. Exercitat. putat, paſtorem viſo fulmine, quod Dei telum dicitur, lingua ſua μαραν αθα exclamaſſe, hoc eſt: ὁ κύριος, ἤγουν ὁ θεὸς, ἔρχεται: imo tantum abeſſe, ut ἄθας ſit θεὸς, aut ῥάμαν ὕψος. Sed quam longiſſime hæc a verimoniæ ſpecie ſint remota, clariſſime oſtendit auſpicatior doctiſſimi Bocharti emendatio & interpretatio, reponentis pro ῥάμιθα, ῥάμαθα pro ῥάμαν ῥάμ, & pro ἄθας ἄνθας. Adeo ut nullus dubitet, quin Stephanus perverterit Philonis mentem, qui non voluit, Deum Ἄθας vel Ἄνθας dici, ſed paſtorem fulmine ictum Deum compellaſſe hiſce verbis *Rham attha*, vel *Rham anth*, id eſt, *celſus es tu*, nempe ô Deus: quod ſic accepit Stephanus ac ſi à Philone ἄθας vel ἄνθας Deus exponeretur. Eum vide lib. II de Phœn. Col. cap. XII.

[62] Σελεύκου τοῦ Νικάτορος.] Sic quoque Strabo, quem noſter paſſim ſequitur, lib. XVI: Ubi refert tres urbes ab eo conditas, quæ propter concordiam ſorores dicebantur. Αἵπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, Σελεύκου τοῦ Νικάτορος κτίσματα. Scio tamen, quod ab aliis aliquando Sel. Nicanor appelletur.

[63] Ἔστι δ' εὐοινοτάτη.] Tanta vini copia abundat, ut maxima pars inde ad Alexandrinos tranſportetur. Strab. lib. citato: Χώραν τε ἔχουσα πολύοινον πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐκαρπίᾳ. τοῖς μὲν οὖν Ἀλεξανδρεῦσιν αὕτη παρέχει τὸ πλεῖστον τοῦ οἴνου. Imo vinum hoc in Indiam mittebatur, auctore Arriano in Peripl. Mar. Eryth.

[64] Ἑτέρα Λυδίας.] Hæc Ptolemæo dicitur *Laodicea ad Lycum* lib. V cap. II, ſed eam inter Cariæ civitates numerat, ut & Philoſtratus in Polemone: Πολέμων δὲ σοφιστὴς, οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ δοκοῦσιν, Σμυρναῖος, οὐδ' ὥς τινες ἐκ Φρυγῶν, ἀλλ' ἤνεγκεν αὐτὸν Λαοδίκεια ἡ ἐν Καρίᾳ. Male in editis ἐν Καρτίᾳ legitur. Ejus etiam meminit Strabo lib. XVI, & recens inventa inſcriptio apud I. Spon. Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΛΥΚΩι.

[65] Ἄλλη Λυκαονίας.] Intelligit Laodiceam, quæ κατακεκαυμένη cognominabatur, quam etiam in Lycaonia Strab. & Ptol. reponunt.

[66] Καὶ Μηδίας ἑτέρα.] A Græcis in Media hoc nomine urbem fuiſſe conditam refert Strabo lib. XI: Εἰσὶ

δὲ

ΛΑ͂ΟΣ, πόλις Λευκανίας· Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ· ἀπὸ Λάου ποταμοῦ· τὸ ἐθνικὸν Λαῗνος, ὡς Ῥηγῖνος.

ΛΑΟΥΝΤΙΟΝ, [67] μητρόπολις τῶν Λατίνων· Διονύσιος έ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. τὸ ἐθνικὸν, Λαουντῖνος.

ΛΑΠΕΡΣΑ θηλυκῶς, [68] ὄρος Λακωνικῆς, οὗ μέμνηται [69] Ῥιανὸς ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ· [70] ἀπὸ τῶν Λαπερσῶν Διοσκούρων. [71] τὸ ἐθνικὸν, Λαπερσαῖος.

ΛΑΠΗΘΟΣ, [72] πόλις Κύπρου, ἔφορμον ἔχουσα, καὶ νεώρια. Ἀλέξανδρος Ἐφέσιος,

> Βήλου δ᾽ αὖ Κίτιόν τε, καὶ ἱμερόεσσα
> Λάπηθος.

τὸ ἐθνικὸν, Λαπήθιος, [73] καὶ Λαπηθεύς.

ΛΑΠΙΘΗ, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς· ἀπὸ Λαπίθου τοῦ Περίφαντος. οἱ οἰκήτορες Λαπίθαι, οὐκ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ἔθνους. ὡς Πισίδαι, καὶ Ἴωνες, καὶ Θετταλοί. [74] Λαπίθαι γὰρ ἔθνος Θεσσαλίας. [75] ἔστι καὶ Λαπίθαιον ὄνομα ὄρους τῆς Λακωνικῆς.

ΛΑΡΑΝΔΑ, [76] πόλις Λυκαονίας. ὁ πο-

LAOS, urbs Lucaniæ de qua Apollodorus libro II de Terra, ſic dicta a Lao fluvio. Gentile, Lainus, uti Rheginus.

LAUNTIUM, metropolis Latinorum, auctore Dionyſio libro V Hiſtoriæ Romanæ. Gentile, Läuntinus.

LAPERSA, genere fœminino mons Laconicæ, cujus meminit Rhianus lib. I Eliacorum. Nomen habet a Laperſis Dioſcuris. Gentile, Laperſæus.

LAPETHUS, urbs Cypri, ſtationem & navalia habens, de qua Alexander Epheſius mentionem facit:

> *Rurſum autem Beli Citium, & amabilis*
> *Lapethus.*

Gentile, Lapethius, & Lapethenſis.

LAPITHE, urbs Theſſalica, auctore Epaphrodito in commentariis Homericis, a Lapitha Periphantis filio nomen habens. Incolæ Lapithæ, non ab urbe, ſed a gente, ut Piſidæ, Jones & Theſſali. Lapithæ enim gens Theſſaliæ. Eſt quoque Lapithæum montis nomen in Laconia.

LARANDA, urbs Lycaoniæ, cujus civis

δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε καὶ Ἀπάμεια. Plinius hanc ab Antiocho conditam cenſet lib. VI cap. XXVI: *Præterea habet in extremis finibus Laodiceam ab Antiocho conditam. Inde ad orientem Magi obtinent Paſargadas caſtellum, in quo Cyri ſepulchrum eſt.*

67 Λαύντιον, μητρόπολις τῶν Λατίνων.] Eodem modo legitur in Aldina, uti in Xylandriana: Juntina exhibet Λαύπιον; ſed gentile ibidem eſt Λαουντῖνος, adeo ut ibi typothetæ errore τὸ N excidiſſe videatur. Hodie apud Dionyſ. Hal. libro citato legitur Λαουΐνιον, ita enim ille: Ταρκύνιος μὲν δὴ Κολλατῖνος τοιαύτῃ τύχῃ περιπεσὼν εἰς Λαουΐνιον ᾤχετο τὴν μητρόπολιν τῶν Λατίνων γένους, ἐν ᾗ γηραιὸς ἐτελεύτα. Hinc eſt quod Salmaſius Plin. Exercit. pag. 69 heic Λαουΐνιον emendare conetur, ſed tutius eſt cum Cluverio exiſtimare, Stephanum affinitate nominum *Lavinii* & *Lanuvii* deceptum fuiſſe.

68 Ὄρος Λακωνικῆς.] Demum hoc nomine in Attica ponit Tzetzes ad Lycoph. Λαπέρσαι δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα Διὸς Ἀγαμέμνονος ἐστὶν ἱερόν, ὁμώνυμος ὢν τῷ Λαπερσίῳ Διῒ Ἀγαμέμνων, ὅστις ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσεν. Apud alios de utroque loco altum eſt ſilentium.

69 Ῥιανὸς ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ.] Sic emendavimus pro ἐν Ἰλιακῶν: ſcripſit enim Rhianus Ἠλιακά, non vero Ἰλιακά. Vide in voce Νώνακρις.

70 Ἀπὸ τῶν Λαπερσῶν Διοσκούρων.] In omnibus editis male meo quidem judicio Λαοπερσῶν legitur. Uti emendavimus, paſſim ab auctoribus nominantur. Porro Laperſas Dioſcuros fuiſſe appellatos, tradit Strabo lib. VIII: τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ᾽ οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν.

71 Τὸ ἐθνικὸν, Λαπερσαῖος.] Apud Lycophronem occurrit Λαπέρσιος Ζεύς.

> Τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις.

Ad quem locum vide verba Scholiaſtæ, jam ſupra a nobis allegata.

72 Λάπηθος, πόλις Κύπρου.] Hæc deſumta ſunt ex Strab. lib. XV: Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λάπαθός τε ἐστι πόλις ὕφορμον ἔχουσα, καὶ Νεώρια Λακώνων κτίσμα. Sed in Stephano vox νεώρια appellative ſumitur, quod probare nequeo: cum Caſaubonus in Strabone pro illa Κερωνία ex Diodoro & Ptol. ſubſtituere conetur, quam emendationem a Bocharto non obſervatam ſummopere miror. Variis modis media vocalis hujus vocis exaratur: modo per α, modo per η, modo per ι. Et numero multitudinis τὰ Λάπηθα dixit Nonnus XIII Dionyſ.

> — — ἐκ δὲ Λαπήθων
> Ὕστερον ἣν ἐκάλεσσαν ἐπώνυμον ἡγεμονῆος.

73 Καὶ Λαπηθεύς.] Apud Goltzium nummus reperitur cum inſcriptione ΛΑΠΗΘΕΩΝ. Et apud Spanhemium pag. 313.

74 Λαπίθαι γὰρ ἔθνος Θεσσαλίας.] Gentis nomen ſatis frequens apud auctores veteres, qui tamen de urbe nullam mentionem faciunt. Vide Strab. lib. IX & Apoll. Argon. lib. I. In nummis gentis nomen duplici Π conſpicitur. Patinus talem agnoſcit in Theſauro pag. 21, cujus inſcriptio eſt ΛΑΠΠΙΘΩΝ.

75 Ἔστι καὶ Λαπίθαιον ὄνομα ὄρους τῆς Λακ.] In omnibus libris calamo exaratis & excuſis male legebatur: Ἔστι καὶ Λαπίθαι ὄνομα ὄρους. Sed optime emendavit Meurſius in Laconicis, uti nos edi curavimus, addens hanc rationem: nempe ultimam ſyllabam verbi Λαπίθαιον cum priore verbo ὄνομα coaluiſſe, quod ſæpiſſime a librariis feſtinantibus in deſcribendis auctoribus factitatum. Montis hujus meminit Pauſ. in Lac. Πεντεκαίδεκα δὲ τῆς Ἐλευσινίου σταδίους ἀφέστηκε Λαπίθαιον καλούμενον ἀπ᾽ ἀνδρὸς ἐγχωρίου Λαπίθου. τοῦτό τε οὖν τὸ Λαπίθαιον ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ.

76 Λάρανδα, πόλις Λυκαονίας.] Numero multitudinis effertur urbis nomen: apud Euſebium lib. VI cap. XX Hiſt. Eccleſ. legimus: Ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου. Aliquando

ὁ πολίτης, Λαρανδεύς· Χάραξ τρίτῳ χρονικῶν. τὸ θηλυκὸν, Λαρανδίς.

ΛΑΡΙΝΑ 77, πόλις Δαυνίων. 78 τὸ ἐθνικὸν, Λαριναῖος, ὡς Τέρινα Τεριναῖος.

ΛΑΡΙΣΣΑ, πόλις πρώτη 79 Θεσσαλίας, ἡ πρὸς τῷ Πηνειῷ, ἣν Ἀκρίσιος ἔκτισε. 80 δευτέρα, ἡ Κρεμαστή, ὑπό τινων δὲ, Πελασγία· 81 τρίτη, ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον. 82 τετάρτη, τῆς Τρωάδος, ἣν φησιν Ὅμηρος,

83 τῶν οἳ Λάρισσαν ἐριβώλακα —

πέμπτη, Αἰολίδος, 84 περὶ Κύμην τὴν Φρικωνίδα. 85 ἕκτη, Συρίας, ἣν Σύροι Σίζαρα καλοῦσιν. 86 ἑβδόμη, Λυδίας. ὀγδόη, Θεσσαλίας, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. 87 ἐννάτη, Κρήτης. 88 καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐστι Λάρισσα· 89 καὶ ἡ ἀκρόπολις τοῦ Ἄργους, Λά-

civis, Larandenſis, auctore Charace lib. III Chronicorum. Fœmininum, Larandis.

LARINA, urbs Dauniorum, cujus gentile Larinæus, uti Terina Terinæus.

LARISSA, prima urbs Theſſaliæ ad Peneum ſita, quam Acriſius condidit. Secunda, Cremaſte, ſive penſilis dicitur, a nonnullis vero Pelaſgia. Tertia, munimentum in Oſſa monte. Quarta, Troadis, cujus Homerus meminit:

Eorum qui Lariſſam valde fertilem. —

Quinta, Æolidis circa Cumam Phriconidā. Sexta, Syriæ, quam Syri Sizara appellant. Septima, Lydiæ. Octava, Theſſaliæ, juxta Macedoniam. Nona, Cretæ. Eſt quoque Lariſſa in Attica, & arx Argivorum Lariſſa voca-

do Laranda Lyciæ adſcribitur. Suidas: Νέστωρ Λαρανδεύς, ἐκ Λυκίας. ἐποποιὸς, πατὴρ Πεισάνδρου τοῦ ποιητοῦ. Aliquando etiam Iſauriæ, nam in Concilio Nicæno ſub Sylveſtro primo Paulus LARANDENSIS Epiſcopus Iſauriæ Provinciæ ſubſcripſit: Iſauriam etiam Lycaoniam comprehendere, nos docet Geographus lib. XII hiſce verbis: Τῆς δὲ Λυκαονίας ἐστὶ καὶ ἡ Ἰσαυρικὴ πρὸς αὐτῷ τῷ Ταύρῳ.

77 Λάρινα, πόλις Δαυνίων.] Editi omnes Λαβινίων. Voſſianus Λαυνίων, quod eodem redit. Nos correximus Δαυνίων, quod mirum eſt Cluverii diligentiam fugiſſe. Hanc emendationem confirmant verba Melæ lib. II cap. IV, ubi inter Dauniorum oppida recenſetur: *Daunii autem Tifernum amnem, Cliterniam, Larinum, Teanum, oppida, montemque Garganum.*

78 Τὸ ἐθνικὸν, Λαριναῖος.] Urbis incolæ Polyb. dicuntur lib. III ΛΑΡΙΝΑΤΑΙ, & Plinio lib. III LARINATES.

79 Πρώτη Θεσσαλίας.] Peſſimo ſane errore in omnibus libris τρίτη Θεσσαλίας legebatur. Hanc ad Peneum amnem ſitam memorat etiam Pauſ. lib. II, & ab Acriſio conditam refert Apol. Rhodii Schol. Λάρισσαν τὴν Θεσσαλικὴν λέγει, ἣν ἔκτισεν Ἀκρίσιος, ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ Λαρίσσης τοῦ Πελασγοῦ.

80 Δευτέρα, ἡ Κρεμαστή.] Non uno in loco hanc celebrat Strabo. Adducam ejus verba ex lib. IX: Τῆς δ' ἑξῆς παραπλεύσαντι σταδίους ἑκατὸν, ὁ Ἐχῖνος ὑπέρκειται, τῆς δ' ἑξῆς παραλίας ἐν μεσογαίᾳ ἐστὶν ἡ Κρεμαστὴ Λάρισσα, εἴκοσι σταδίους αὐτῆς διέχουσα· ἡ δ' αὐτὴ μὲν Πελασγία λεγομένη, καὶ Λάρισσα. Livius lib. XLI. Græcam vocem retinet: *Lariſſam, non illam nobilem in Theſſalia urbem, ſed alteram quam Cremaſtem vocant, ſubito adventu præter arcem capit.* Sed ſummopere miror, Lud. Nonnium in Comment. ad Goltzii Græciam ſuſpicari, in Stephano pro Πελασγίαν reſcribendum cum Strabone Πλαγίαν, quam lectionem hodierni Strabonis codices non agnoſcunt.

81 Τρίτη, ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον.] Et hujus meminit Strabo lib. jam citato, unde noſter ferme iiſdem verbis hanc ſectionem confecit: Λάρισσα δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον.

82 Τετάρτη, τῆς Τρωάδος.] Hæc illa eſt, quæ juxta Hamaxitum a Geographis collocatur. Scylax Troadis deſcriptione: Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ τείχη καὶ Ἀγχιάλειον, καὶ κρατῆρες Ἀχαιῶν, Κολῶναι, Λάρισσα, Ἁμάξιτον. Vide præterea Strabonem lib. IX in Troadis deſcriptione.

83 Τῶν οἳ Λάρισσαν ἐριβ.] Sunt verba Homeri ex Iliade B. Sed exiſtimat Strabo lib. XIII, Homerum hiſce verbis innuere Lariſſam circa Cumam, Heſiodi patriam; quare hoc loco reſcribendum foret, Τῆλ' ἀπὸ Λαρίσσης ἐριβώλακος, quæ Homeri verba inveniuntur Iliad. P. V 301.

84 Περὶ Κύμην τὴν Φρικωνίδα.] In omnibus libris calamo exaratis & editis mutilus circumferebatur hic locus: περὶ Κύμην τὴν * νίδα, quem facili negotio repleverunt Caſaubonus & Salmaſius. Stephanus in Φρίκιον: καλεῖται καὶ Φρικωνὶς ἡ Λάρισσα, καὶ Φρικωνῖτις. Nomen habet a monte Locrico Phricio, cujus incolæ teſte Strab. lib. XIII Cumam coloniam deduxerunt. Vide præterea Herodot. lib. I.

85 Ἕκτη, Συρίας.] Hanc celebrat Suidas hiſce verbis: Δομνῖνος φιλόσοφος. Σύρος τὸ γένος. ἀπό τε Λαοδικείας καὶ Λαρίσσης πόλεως Συρίας. Hujus etiam meminit Appianus in Syriacis, & Strab. lib. XVI. Sed *Siſaram* appellari teſtis egregius eſt Fulcherius lib. II cap. XLIII: *Contra Turcos progreſſi ſunt, qui ante urbem, quam dicunt* SISARAM, *caſtra metati ſunt, quam urbem litteratorie nominare neſcio, ſed Ceſar incolæ regionis eam vulgariter vocitant, quæ ab Apamia* VI *millibus diſtat.*

86 Ἑβδόμη Λυδίας.] In Etymologico Mag. Λαρίσα videtur appellari. Ἔυδωνος, ποταμὸς τῆς ποτὲ μὲν Δίας τε καὶ Ἐρύμνης, καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων καλουμένης τῆς Ἀσίας.

87 Ἐννάτη Κρήτης.] Vide Stephanum in voce Γόρτυν. Præclare Strabo libro IX: Λάρισσαι δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον &c. Καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ πόλις, ἡ νῦν εἰς Ἱεράπυτναν συνοικισθεῖσα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὑποκείμενον πεδίον νῦν Λαρίσσιον καλεῖται.

88 Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐστι.] Hæc de Lariſſa Atticæ, ut ferme cætera hujus ſectionis, deſumpta ſunt ex Strab. lib. IX. Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισσα· καὶ τῶν Τραλλέων διέχουσα κώμη τριάκοντα σταδίους. Verum hic Strabonis locus Palmerio eſt ſuſpectus, cum ipſe Strabo in Atticæ deſcriptione (quæ præ aliis Græciæ regionibus eſt notiſſima, cujuſque ferme omnia pagorum nomina exſtant) Lariſſam Atticam non nominet. Ergo ex Palmerii mente Stephanus incidit in depravatum Geographi locum, quem ex conjectura hunc in modum emendare conatur: Καὶ ἐν τῇ Καρικῇ δ' ἐστὶ Λάρισα, τῶν Τραλλέων διέχουσα.

89 Καὶ ἀκρόπολις τοῦ Ἄργους.] Hujus Strabo meminit lib. VIII hiſce verbis: Ἡ μὲν οὖν πόλις τῶν Ἀργείων ἐν χωρίοις ἐπιπέδοις ἵδρυται τὸ πλέον. ἄκραν δ' ἔχει τὴν καλουμένην Λάρισαν. Stephanus tamen ex lib. IX ſua hauſiſſe videtur, ſic enim ibi: Καὶ ἐν Πελοποννήσῳ ἥ τε τῶν Ἀργείων ἄκρα. Antoninus Liberalis, quem ſecundum noſtris notis divulgavimus, etiam hujus memoriam celebrat cap. XXIII: Καὶ ἐντεῦθεν εἰς Πελοπόννησον διὰ Κορίνθου καὶ Λαρίσσης ἄχρι Τεγέας.

90 Λά-

Λάρισσα. καὶ ὁ πολίτης, [90] Λαρισσαῖος, καὶ Λαρισσεὺς Ζεύς. Στράβων δὲ κώμην φησὶν Ἐφέσου, ἐν ᾗ [91] Ἀπόλλων Λαρισσηνός.

ΛΗ͂ΜΝΟΣ, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, [92] δύο πόλεις ἔχουσα, Ἡφαιστίαν καὶ Μύριναν, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἀπὸ τῆς μεγάλης λεγομένης θεοῦ, [93] ἣν Λῆμνόν φασι. ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον. ᾠκίσθη δὲ πρῶτον ὑπὸ Θρᾳκῶν, οἳ [94] Σίντιες ἐκαλοῦντο, ὡς Στράβων. οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ Σαπαῖοι. [95] ὁ οἰκήτωρ Λήμνιος, καὶ Λημνικὸς κτητικόν.

ΛΗΝΑΙΟΣ, [96] ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν, καὶ Ληναϊκὸς, καὶ [97] Ληναιεύς. [98] ἔστι δὲ καὶ δῆμος.

ΛΗ͂ΝΟΣ, [99] χώρα τῶν Πισαίων. ὁ πολίτης, Ληναῖος· Φλέγων τεσσαρακοστῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι.

ΛΗ-

Avocatur. Civis, Lariſſæus. Et Jupiter Lariſſenſis. Strabo perhibet, vicum Epheſi hoc nomine inveniri, ubi Apollo Lariſſenus colitur.

LEMNUS, inſula juxta Thraciam; duas urbes habens, Hephæſtiam & Myrinam, au-
B ctore Hecatæo in Europa, ſic dicta a magna Dea, quam Lemnum appellabant. Huic etiam virgines immolabant. Primum a Thracibus condita fuit, qui Sinties appellabantur, uti Strabo auctor eſt. Iidem etiam Sapæi dicti ſunt. Incola, Lemnius, & poſſeſſivum
C Lemnicus.

LENÆUS, certamen in honorem Bacchi in agris, quod ἀπὸ τῆς ληνοῦ, a torculari nomen invenit, teſte Apollodoro lib. III Chronicorum. Hinc Lenaïcus & Lenæeus. Eſt
D quoque populus.

LENUS, Piſatarum regio, cujus civis Lenæus, de qua Phlegon Olympiade XLVIII.

LE-

90 Λαρισσαῖος, καὶ Λαρισσεύς.] Primum gentile frequens occurrit apud Xenophontem, quod in nummis apud Goltzium & Spanhemium ſimplici S exaratur, in iis enim ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ legitur: deinde apud Strabonem non conſpicitur lib IX, unde hæc deſumpta ſunt, Λαρισσεὺς Ζεὺς, ſed Λαρίσιος Ζεὺς, & Λαρίσιον πεδίον. Non eſt tamen improbandum, cum Latino ore LARISSENSIS dicatur Liv. lib. XXXI cap. XXXI. Ergo quatuor ab hac voce formantur gentilia, Λαρισσαῖος, Λαρισσεύς, Λαρίσιος & Λαρισσηνός.

91 Ἀπόλλων Λαρισσηνός.] Reſpicit noſter verba Strab. lib. XIII: Τρίτη δὲ Λάρισσα, κώμη τῆς Ἐφεσίας ἐν τῷ Καϋστρίῳ πεδίῳ. ἥν φασι πόλιν ὑπάρξαι πρότερον, ἔχουσαν καὶ τὸ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Λαρισσηνοῦ.

92 Δύο πόλεις ἔχουσα.] Hinc apud Apollonii Scholiaſt. legimus ad lib. I Argonaut. Δίπολις γάρ ἐστιν ἡ Λῆμνος. ἔχει γὰρ Ἡφαιστίαν καὶ Μυρίνην. Ubi male in prima Ὑφαιστίαν. Hac de cauſa Hephæſtienſes & Myrinæi ab hiſtoricis aliquando conjunguntur. Herodot. lib. VI: Ἡφαιστιέες μὲν νυν ἐπείθοντο. Μυριναῖοι δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι εἶναι τὴν Χερσόνησον Ἀττικήν, ἐπολιορκέοντο.

93 Ἣν Λῆμνόν φασι.] Male in editis φησί, quod ex MSS correximus.

94 Σίντιες ἐκαλοῦντο, ὡς Στράβων.] Vide Stephanum in Κτημένη. Strabonis verba, quæ noſter reſpicit, ſunt in epit. lib VII. Σίντοι, ἔθνος Θρᾳκικόν, κατῴκει τὴν Λῆμνον νῆσον. ὅθεν Ὅμηρος Σίντιας αὐτοὺς καλεῖ, λέγων. ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες. Hinc Lemnum Σιντηΐδα appellavit Apollon. Rhod. lib. I. Ubi ſic Scholiaſtes: Σιντηΐδα. ἐπιθετικῶς Σιντηῒς ἡ Λῆμνος. Sic Lemnios dictos cenſet Hellanicus ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, teſte eodem Schol. Ἑλλάνικος δέ φησι Σίντιας ὀνομασθῆναι τοὺς Λημνίους, διὰ τὸ πρώτους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον καὶ βλάπτειν.

95 Ὁ οἰκήτωρ Λήμνιος.] Goltzius adducit nummum, cujus inſcriptio eſt ΛΗΜΝΙΩΝ. Quod gentile aliis etiam ſcriptoribus eſt uſitatum. Herodot. lib. VI circa finem: Νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα, Λήμνια καλέεσθαι. LEMNIENSIS occurrit apud Plaut. in Ciſtellaria:

-- -- Ei nunc alia ducenda eſt domum,
Sua cognata Lemnienſis, quæ habitat hic in proximo.

96 Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου.] Omnia ad τὰ Λήναια pertinentia ſatis diligenter congeſſit Joh. Meurſius Græciæ Fer. lib. V. Sed miror eum non ſatis accurate docuiſſe, unde nomen habeat illud certamen, nempe ἀπὸ τῆς ληνοῦ, a *torculari*. Hinc ipſe Bacchus Ληναῖος dicitur Georg. Cedreno in Hiſtoriarum epitome: Γίνεται δὲ καὶ ὁ Τιτάνων πρὸς Δία πόλεμος. καὶ Διόνυσος, οὐχ ὁ τῆς Σεμέλης, ἀλλ' ἄλλος τούτου πολὺ ἀρχαιότερος, τὸν οἶνον ἐξεῦρε, καὶ ἐν ταῖς ληνοῖς ἀπέθλιψεν. ἀφ' οὗ καὶ Ληναῖος ὠνομάσθη. Et Virg. lib. II Georg.

Huc pater ô Lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager: ſpumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni.

Ad quem locum ita commentator Servius: *Pater, licet generale ſit omnium deorum, tamen proprie Libero ſemper cohæret: nam Liber pater vocatur.* LENÆUS *autem* ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, *id eſt, a lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentem leniat, non procedit: nec enim poteſt Græcum nomen Latinam etymologiam recipere.* Eadem ferme habet Servius ad lib IV Æneid. Sed utrobique male ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, cum articulus ſequioris ſexus iſti voci ſit attribuendus.

97 Ληναιεύς.] Gentile videtur a primitivo Λήναιος deductum. Invenitur apud Ariſtoph. in Equit. Ληναΐτης. Et quod præcedit Ληναϊκὸς poſſeſſivum eſt, quo apud Athenæum lib. X utitur Phylomachus:

-- -- ἐκ γὰρ ἀγώνων
Τῶν τότε Ληναϊκῶν ἦλθ' ὑπὸ τὸν καπετόν.

98 Ἔστι δὲ καὶ δῆμος.] Idem videtur poſſe colligi ex Heſychio, quem vide in Ἐπὶ Ληναίῳ. Etymologici Mag. Auctor tradit fuiſſe magnum Περίαυλον, ubi Dionyſi Lenæi templum, & ubi ſcenicos ludos edebant.

99 Χώρα τῶν Πισαίων.] In omnibus libris male legebatur, τῆς Πισαίων. Quamquam apud noſtrum τὸ Πισαῖος non ſit in uſu, exſtat tamen apud Polyb. in Frag. lib. XXVI: Τούτων κατόπιν ἦσαν ἱππεῖς Πισαῖοι μὲν χίλιοι, πολιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι. Non incommode etiam corrigi poſſet, χώρα τῶν Πισατῶν, vel χώρα τῆς Πισάτιδος.

Λήτη

ΛΗΤΗ' [1], πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. τὸ ἐθνικὸν, Ληταῖος. οὕτω γὰρ ἱστορεῖται [2] Νέαρχος, Ληταῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος.

A LETE, urbs Macedoniæ, inde nomen habens quod prope Latonæ templum condita ſit, uti Theagenes in Macedonicis auctor eſt. Gentile, Letæus. Hoc nomine memoratur Nearchus ille celeberrimus, qui militiæ Alexandri Magni per totam expedi-
B tionem ſocius fuerat.

[3] ΛΗΤΟΥ'Σ πόλις, πόλις Αἰγύπτου. ἔστι δὲ μοῖρα Μέμφιδος, καθ' ἣν αἱ πυραμίδες Λητοῦς ἱερόν· Ἀλέξανδρος τρίτῳ περὶ Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν, Λητοπολίτης· οὕτω γὰρ Πολύστρατος, καὶ [4] Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιερέως λεγόμενος ἀναγράφεται.

LETUPOLIS, Latonæ urbs, urbs Ægypti. Eſt quoque pars Memphidis, juxta quam Pyramides Latonæ templum. auctore Alexandro libro III de Ægypto. Gentile,
C Letopolita. Ita enim Polyſtratus, & Apollonius dictus Archiereus, deſcribuntur.

ΛΗΤΩΕΥ'Σ, δῆμος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὡς Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων· ὅτι παρὰ τὸ Λητὼ κτητικὸν σχηματίζεται.

LETOËUS, populus in Alexandria, de quo Trypho in libro de Paronymis. Quoniam a voce Λητὼ, *Latona*, poſſeſſivum for-
D matur.

ΛΗΨΗ'ΜΑΝΔΟΣ, πολίχνιον Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ληψημανδεύς. Κρατερὸς ἐννάτῳ περὶ Ψηφισμάτων.

LEPSEMANDUS, oppidulum Cariæ. Gentile, Lepſemandenſis, auctore Cratero de Decretis.

ΛΙΒΑΝΑΙ', πόλις Συρίας, ταῖς Ἄτραις γειτνιάζουσα. Ἀῤῥιανὸς Παρθικῶν ἐννάτῳ. ἔστι καὶ Λίβανος ὄρος τῆς Συρίας. τὸ ἐθνικὸν, Λιβανίτης.

LIBANÆ, urbs Syriæ, Atris vicina,
E de qua Arrianus libro nono Parthicorum. Eſt quoque Libanus Syriæ mons. Gentile, Libanita.

[5] ΛΙΒΥ'Η, χώρα πολυώνυμος, ὡς Πολυΐστωρ· γῆ Ὀλυμπία, Ὠκεανία, Ἐσχατία, Κορυφὴ, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνὶς, Αἰθιοπία, Κυρήνη, Ὀφίουσα, Λιβύη, Κηφηνία, Ἀερία. [6] τὸ ἐθνικὸν, Λίβυς· καὶ θηλυκὸν, Λίβυσσα.

LIBYA, regio multis nominibus gaudens, teſte Polyhiſtore: dicitur enim Ter-
F re Olympia, Oceania, Eſchatia, Coryphe, Heſperia, Ortygia, Ammonis, Æthiopia, Cyrene, Ophiuſa, Libya, Cephenia, Aëria. Gentile, Libys & genere fœmin. Libyſſa.

ΛΙΒΥΡΝΟΙ', ἔθνος προσεχὲς τῷ ἐνδοτέρῳ μέρει τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· τὸ ἐθνικὸν, Λιβυρνὶς, καὶ Λιβυρναῖοι. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπό τινος Λιβυρ-

LIBURNI, gens adjacens interiori
G parti ſinus Adriatici, auctore Hecatæo in Europa. Gentile, Liburnis & Liburnæi. Ita dicti ſunt a Liburno quodam, a quo Liburni-

[1] Λήτη, πολ. Μακεδ.] Harpocrationi Λέτη hæc civitas dicitur, ſed parum recte, uti ex aliis liquet. Vide Ptol. & Plin.

[2] Νέαρχος Ληταῖος.] In omnibus libris MSS & editis Νίκαρχος male legitur, pro quo nos Νέαρχος repoſuimus, nomen in Alexandri Mag. vita cognitiſſimum. Sed refert Arrianus in Indicis hunc Cretenſem fuiſſe. Ita enim ille: Ἐκ Κρήτης Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τὸν παράπλουν ἀνέγραψε. Et verſibus nonnullis interjectis legitur: Ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπεστάθη Νέαρχος Ἀνδροτίμου. τὸ γένος μὲν Κρὴς ὁ Νέαρχος, ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. Idem hic poſt Alexandri obitum ab Antigono Conſiliarius eligitur, teſte Diod. Siculo lib. XIX: Παρακατέστησε δ' αὐτῷ καὶ συμβούλους τέσσαρας, Νέαρχόν τε τὸν Κρῆτα, καὶ Πίθωνα τὸν Ἀγήνορος &c. ἄνδρας πρεσβυτέρους καὶ συνεστρατευκότας τῷ Ἀλεξάνδρῳ πᾶσαν τὴν στρατείαν. Vide præterea Plutarchum in Eumene. Quare ſummopere miror, Stephanum ex Theagenis Macedonicis adſtruere Nearchum *Letæum* fuiſſe, quæ ſi hodie exſtarent, omnem ſcrupulum tollerent: ſed ego vereor, ne inciderit noſter in depravatum Theagenis codicem, in quo pro Κρηταῖος, exaratum erat Ληταῖος.

[3] Λητοῦς πόλις.] Hæc Ægyptia civitas non a *Latona*, ſed a *Lato* piſce, qui ibi divino cultu honorabatur, nomen accepit, auctore Theodoreto ſermone tertio Therap. Ἔσεβον γὰρ δὴ καὶ Μεμφῖται τὸν ταῦρον, καὶ Λυκοπολῖται τὸν λύκον, καὶ Λεοντοπολῖται τὸν λέοντα, καὶ μέντοι καὶ Κυνοπολῖται τὸν κύνα, καὶ ἰχθύν τινα Λατὸν ὀνομαζόμενον, οἱ Λατοῦς οἰκήτορες.

[4] Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιερεύς.] Ortum eſt a mala librariorum manu, quod in hunc uſque diem ſcriptos & editos libros obſederat, Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιφέως. Optime ex Suida emendavit Hartungus, uti nunc divulgamus, apud quem ita legitur: Ἀπολλώνιος, Ἀφροδισιεύς, ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικὸς, γέγραφε Καρικά.

[5] Λιβύη.] Lycophronis Scholiaſtes tradit, Libyam nomen a Libya Epaphi & Mempheos filia habere, eamque ferme eſſe omnium hiſtoricorum ſententiam. Addit idem Scholiaſtes, Andronem Halicarnaſſeum ſcribere, Oceanum duas habuiſſe uxores, Omphalidam & Parthenopam, ex quibus quatuor ſuſcepit filias, Aſiam, Libyam, Europam & Thraciam, a quibus regionibus nomina ſunt indita.

[6] Τὸ ἐθνικὸν, Λίβυς.] In omnibus libris calamo exaratis & editis, peſſimo errore legebatur, τὸ ἐθνικὸν, Λίβυσσα, quod nos exigua correctione mutatum ivimus, quanquam Salmaſius in magine ſui Stephani reponere tentaverit, τὸ ἐθνικὸν Λίβυς· καὶ θηλυκὸν Λίβυσσα.

[89] Αἴσχυλος δὲ Πέρσαις, ὡς ἀπὸ τοῦ Λύρνα, ἢ Λύρνη, Λυρναῖος.] In omnibus libris mala interpunctione laborabat hic locus, nam poſt vocem Πέρσαις librarii πλειοστιγμὴν collocaverant, ſenſum turbantem, & ἡ Λύρνη, pro ἢ Λύρνη. Euſtathius hunc locum citans in ſuis ad Iliad. B comment. legiſſe videtur ex noſtro, hoc gentile ab Æſchylo per ſyncopen formatum, ita enim ille: Ἐθνικὸν τῆς Ὁμηρικῆς Λυρνησσοῦ φασὶν εὑρῆσθαι παρ' Αἰσχύλῳ Λυρναῖος· καὶ τάχα κατὰ συγκοπήν. Locus, quem noſter & Euſtathius innuunt, hodie hunc in modum in Perſis Æſch. circumfertur:

Θάρυβίς τε πεντήκοντα πεντάκις νεῶν
Ταγὸς, γένος Λυρναῖος εὐειδὴς ἀνήρ

[90] Ἡ πρότερον Καρδία] Lyſimachiam & Cardiam diverſas fuiſſe urbes, manifeſtiſſime paſſim inculcant Geographi & Hiſtorici. Videſis Strabonem lib. VII, Ptol lib. III, Pauſan lib. I. & Marc. Heracleotam, vel potius Scymnum Chium. Sed Salmaſius ſententiam Stephani interpretando lenire conatur: cenſet enim Cardiam ideo Lyſimachiam fuiſſe dictam, quia Μακρὸν τεῖχος quod Cardiam & Pactyen, utrinque in littoribus ſitas, & Lyſimachiam in medio comprehendebat Murus hic a Propontide ductus ad Melanem ſinum, has urbes cingens, longus erat quinque millibus paſſ quæ Iſthmi latitudo habebatur.

[91] Ὁ πολίτης, Λυσιμαχεύς] Apud Goltzium exſtat nummus cum inſcriptione: ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ

[92] Πόλις Αἰτωλίας.] Hæc ſita fuit ad lacum ejuſdem nominis inter Pleuronem & Arſinoën, teſte, Strab. lib. X: Ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον ἠφανισμένη, καὶ αὐτὴ κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν ἠφανισμένη, ἡ αὐτὴ κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ· πρότερον δὲ Ὕδρα. μεταξὺ Πλευρῶνος, καὶ Ἀρσινόης πόλεως. Vide præterea Liv. lib. XXXVI, & Plinium lib. V cap. XXX.

[93] Λυταὶ χωρίον Θεσσαλίας] Apud Heſychium legitur Λυταίη, Θετταλή. Quod Salmaſius ad marginem ſui Steph. collocaverat.

[94] Λυχνιδὸς, πόλις Ἰλλυρίας.] Hæc præcipua Daſſaretiorum fuit urbs, quæ aliquando Λυχνὶς, Λυχνίδιον, Λυχνιδὸς Λυχνηδὸς, & Λυχνιδοῦς ab auctoribus appellatur, cujus luculentiſſimam deſcriptionem cum nobis exhibeat CL. Palmerius, lectorem eo ablegamus, ne actum agere videamur. Strabonis locus, ubi Λυχνιδοῦς dicitur, exſtat lib. VII, ſed ex noſtro emendatur a Caſaubono, in ſuis ad Geographum notis. Contra Urſinus in ſuis ad Polybianas Legationes comment. cenſet, locum Strabonis vitii immunem eſſe, tentans pro Λυχνίδα, quod eſt apud Polyb. ſubſtituere Λυχνιδοῦντα Strabonis: ſed cum Λυχνίδα factum ſit a recto Λυχνίς, locus nulla emendatione indigere videtur.

[95] Ἀρσενικῶς λεγομένη.] Non ſemper hoc fuit verum, ſequioris enim ævi ſcriptores gen. fœm urbis nomen protulere. Procop. in Anecdotis: Λυχνιδὸν τὴν ἐν Ἠπειρώταις. Malchus Rhetor: Καὶ πρὸς μὲν τὴν Λυχνηδὸν ἐπελθὼν ἀπεκρούσθη, ἐπὶ ὀχυροῦ κειμένην.

[96] Λυχνιδία λίμνη, καὶ Λυχνῖτις] Peſſime hunc locum divulgavit Xylander, edendo, καὶ Λυχνία λίμνη, καὶ Λυχνίτης. Melius in Veneta Florentinaque excuſum erat, καὶ Λυχνία λίμνη, ἡ Λυχνίας. Pro Λυχνία nobis viſum fuit reponere Λυχνιδία, quo nomine hæc palus paſſim apud ſcriptores occurrit Polyb. lib. V: Τῶν δὲ περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην. Λυχνῖτις vero apud Scym. Chium:

Ἔχει δὲ λίμνην ἐν μακρῷ ἡ χώρα τινὰ
Μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.

Et apud Diod. Siculum lib. XVI: Νενικηκὼς τοὺς Ἰλλυριοὺς, καὶ πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνίτιδος καλουμένης λίμνης.

[97] Ἔστι δὲ καὶ Ἀρμενίας Λυχνῖτις χωρίον.] Et hoc loco ſequi fidem vetuſtiorum editionum mihi fuit viſum, male enim Xylandriana exhibet Λυχνίτης. Fuit in Armenia lacus hoc nomine, ad quem fortaſſis ejuſdem nominis caſtellum conſpiciebatur. Ptol. lib. V: Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι λίμναι, ἥ τε καλουμένη Λυχνῖτις, ἧς τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας οδ' μγ' δ'.

[98] Λωμεντὸς, πόλις Ἰταλίας.] Stephanum hac ſectione innuere urbem, quam alio loco Νωμεντὸν appellat, etiam obſervat Cluverius lib. II cap. IX. Deinde quoque alium errorem committit, oppidum hoc cum *Laurento* confundens.

[99] Λώρυμα, πόλις Καρίας.] Portus in Caria a ſcriptoribus hoc nomine agnoſcitur, ſed de portu Rhodienſi altum ſilentium. Cenſeo itaque, unum eundemque eſſe locum, quem noſter geminavit. Lorymæ ſitum optime deſcribit Conſtant. Porphyrogenneta lib. I de Them: Ἀναβαίνοντι δὲ αὖθις πρὸς ἀνατολὰς, κόλπος

ΛΩ͂Σ, [100] νῆσος περὶ Θετταλίαν, ὡς Κῶς· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Λῷος, ὁ νησιώτης.

A LOS, inſula circa Theſſaliam, uti Cos, de qua Artemidorus in Epitome librorum undecim. Inſulanus, Lous.

ΛΩΤΟΦΟΌΡΟΣ, [101] χώρα, καὶ Λωτοφαγῖτις γυνή.

B LOTOPHORUS, regio, & Lotophagitis mulier.

κόλπος ἐστὶν Οἴδιμος ὄνομα, καὶ λιμὴν καλούμενος Λάρυμα. οὗ κατέναντι νῆσος ἡ Σύμη. καὶ πρὸς τὸ πέλαγος καταντικρὺ τῆς Ῥοδίων περαίας, καὶ ὁπλοθήκης, νῆσος ἡ Ῥόδος αὕτη πλαγία ἐξηπλωται. Ubi ſine dubio legendum Λώρυμα. Vide præterea Strabonem lib. XIV, & fateberis *Loryma* in Caria eſſe, noſtrum vero graviter erraſſe.

[100] Λῶς, νῆσος περὶ Θεσσ.] Salmaſius in Steph. ſui ora obſervat, Ptolemæum Loi fluminis meminiſſe, ſed ad rem non facit; nam ſuſtulit ex Ptol. hunc errorem Bertius, legendo Ἀῴε ποταμοῦ ἐκβολή. Vide Palm. Græc. Antiq. pag. 146.

[101] Λωτοφόρος χώρα, καὶ Λωτοφαγῖτις γυνή.] Quanquam conſtanti ſcriptura ſic legatur in omnibus libris, ego tamen legendum cenſeo γῆ & non γυνή: Loquitur enim de regione *Lotifera*, cujus incolæ Lotophagi appellantur ab arboris fructu, quo latrantem ſtomachum lenire credebantur. Certam eis ſedem non aſſignat Stephanus, de qua tamen luculenter Scylax Caryandenſis capite Λωτοφάγοι, & ad illum locum Incomparabilis Voſſius, quem etiam conſule ad Pomp. Mel. lib. I cap. VII. Porro Λωτοφαγῖτις appellatur inſula Meningx ad minorem Syrtim, de qua eleganter Agathemerus lib. I Geog. cap. V: Ἀπὸ Κερκίνης ἐπὶ νῆσον Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγῖτιν ὁ διάπλους στάδια χ̄, ὅσον τῆς μικρᾶς Σύρτιδος λέγεται τὸ στόμα. Ἡ δὲ Μῆνιγξ μῆκος σταδίων χ̄, πλάτος σταδίων ρπ΄. Sed vehementer miror, doctiſſ. Archiepiſcopum Theſſalonicenſem in ſuis ad Dionyſ. comment tradere, ipſam Syrtim minorem hoc nomine appellari: Ὅτι μετὰ τὴν Καρχηδόνα Σύρτις ἡ μικροτέρα, ἡ καὶ Λωτοφαγῖτις, μεθ᾽ ἣν πρὸς αὐγὰς ἡλίου ἡ ἑτέρα ἔρχεται ἄπειρος. Vel toto cælo errat, vel legendum ibi, ἐν ᾗ καὶ Λωτοφαγῖτις, vel ſimili modo.

M

M

MΆΓΑΡΣΟΣ,[1] μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ. τὸ τοπικὸν Μαγάρσιος,[2] καὶ Μαγαρσία Ἀθηνᾶ ἐκεῖ ἵδρυται· ὡς Λυρνησσός, Λυρνήσσιος.

A MAGARSUS, maximus Ciliciæ collis juxta Mallum. Locale, Magarſius, & Magarſia Minerva ibi collocata eſt, uti a Lyrnenſſus fit Lyrneſſius.

ΜΑΓ-

MAG-

1 Μάγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλ.] In voce Ἀγάθυρσοι, ubi rationem reddit, quare iſtius terminationis vocabula in antepenultima accentum gerant; male Μέγαρσος dicitur. Urbis & Minervæ meminit Arrianus lib. II de Exped. Alex. Mag. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς πεζοῖς καὶ τῇ ἴλῃ βασιλικῇ εἰς Μάγαρσον ἧκε, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μαγαρσίδι ἔθυσεν. ἐντεῦθεν δὲ εἰς Μαλλὸν ἀφίκετο. Lycophroni dicitur Μέγαρσος; ubi mallem Μάγαρσος:

Αἰπὺς δ᾽ ἀλίβρους ὄχμος ἐν μεταιχμίῳ
Μεγαρσοῦ ἀγνῶν ἠρίων στηθίσεται.

Perhibet ejus Scholiaſt. urbem Megarſum ad Pyrami oſtia ſitam eſſe, & ſecundum Demetrium, qui res Pamphyliacas in hiſtoriam redegit, a filia quadam Pamphyli hoc nomen obtinuiſſe.

2 Καὶ Μαγαρσία Ἀθηνᾶ.] Minerva hæc Arriano, loco proxime allegato, Μαγαρσὶς dicitur, & Lycophronis Schol. Μεγαρσία, ita enim ille: Μέγαρσος, πόλις Κιλικίας μέσον τοῦ τάφου Μόψου καὶ Ἀμφιλόχου, καὶ Μεγαρσίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.

Μαγ-

A ΜΑΓΔΩΛΟΣ, [3] πόλις Αἰγύπτου, Ἑκαταίου περιηγήσει. τὸ ἐθνικὸν Μαγδωλίτης, διὰ τὸν Αἰγύπτιον τύπον, Κανωβίτης, [4] Διολκίτης, Πενταχοινίτης.

ΜΑΓΙΑ, πόλις Ἰλλυρίας. τὸ ἐθνικὸν, δύναται καὶ Μαγιάτης, καὶ Μαγιανός. [5] εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν.

ΜΑΓΙΣΤΡΙΚΗ, χώρα τῶν Ταυρίσκων, τῶν πρὸς τὰ Ἄλπεια ὄρη. οἱ οἰκήτορες Μαγιστρικες, οἱ τοῖς Γερμανοῖς ὁμοροῦσι. B

ΜΑΓΝΑ, [6] νῆσος Λιβυκή· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. ἣ κατὰ τὴν Λιβύων φωνὴν Σαμαθὼ, ὅ ἐστι μεγάλη. τὸ ἐθνικὸν Μαγνίτης, διὰ τὸν Λιβυκὸν τύπον, καὶ τὸν Αἰγύπτιον.

ΜΑΓΝΗΣΙΑ, [7] πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ, καὶ χώρα, ἀπὸ Μάγνητος. [8] ὁ πολίτης, Μάγνης, ὁμονύμως τῷ οἰκιστῇ. C

A MAGDOLUS, urbs Ægypti, auctore Hecatæo in Periegeſi. Gentile, Magdolita, propter Ægyptiam formam, uti Canobita, Diolcita, Pentaſchœnita.

MAGIA, urbs Illyriæ. Gentile poteſt eſſe Magiata & Magianus. Sunt etiam Magi gens circa Mediam.

MAGISTRICE, regio Tauriſcorum, qui ad Alpes montes ſunt. Incolæ, Magiſtrices, qui Germanis contermini ſunt. B

MAGNA, inſula Libyca, de qua Alexander libro III Lybcorum; quæ lingua Libyca *Samatho* vocatur, quod eſt Magna. Gentile, Magnita, propter formam Libycam & Ægyptiam.

MAGNESIA, urbs ad Mæandrum & C regio, quæ à Magnete nomen invenit. Civis, Magnes, quod ejuſdem nominis eſt cum conditore.

[3] Μαγδωλὸς, πόλις Αἰγύπτου.] Hæc urbs ab Hebræo מגדל *mazdal*, quod arcem & turrim denotat, nominis originem trahere videtur, obſervante Bocharto. Greg Sac. lib IV cap. XXVII. Urbs ferme ſita fuit in ingreſſu Ægypti, à Peluſio XII M. P. diſtans, ita enim Antoninus in Itiner

Item a Serapiu Peluſium.	M.	P.	LX. Sic.
Thaubaſion.	M	P.	VIII.
Sile.	M.	P.	XXVII.
Magdalon.	M.	P.	XII.
Peluſium.	M	P.	XII.

[4] Διολκίτης.] Libri omnes editi & MSS perperam Διολιβίτης exhibent Hieron. Surita in ſuis ad Antonini Itin. commentariis infeliciſſime conjicit Διοσπολίτης legendum: noſter enim probare nitens, a nominibus in ος more Ægyptio formari gentilia in ιτης, illud Διοσπολίτης factum a Διόσπολις, non pro exemplo adducere potuit. Nos reſcripſimus Διολκίτης, quod formatur a Δίολκος; qua de voce vide in Ἄβδηρα, ubi idem invenitur.

[5] Εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν.] Herodotus lib. I: Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι.

[6] Μάγνα, νῆσος Λιβυκή.] Operæ pretium erit in medium adducere verba Cl. Bocharti, quibus ſententiam ſuam de hac ſectione pronunciat, ita enim ille lib. II cap. XII de Phœn. Colon. Eſt cur putetur "hæc fuiſſe inſula Lyciæ non Libyæ. Libyæ inſula "*Magna* nomine alibi nulla memoratur. At prope "Lyciam fuit Μεγάλη νῆσος *Magna inſula*, de qua "alibi idem Steph Ἔστι καὶ μεγάλη νῆσος, καὶ νῦν Λυκίας. "Quæ & Μεγίστη *Maxima* dicta. Ptolemæus lib. V "cap. II: Νῆσοι δὲ παράκεινται τῇ Λυκίᾳ μεγίστη &c. *In*"*ſulæ vero Lyciæ adjacent Maxima.* Et rurſus Stephan. "Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας, ὡς Πολυΐστωρ· *Ma*"*xima urbs & inſula Lyciæ, ut tradit Alexander Po*"*lyhiſtor*, nempe in Lyciacis, vel Lyciæ Periplo, quem "non ſemel citat Stephanus Sed & Lybica idem ſcri"pſit. Et vox *Samatho* plane videtur eſſe Libyca, ſeu "quod idem eſt Punica *Samatho* enim fit ex עצמת "*aſamath* initiali rejecta.

[7] Μαγνησία, πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ, καὶ χώρα.] Præter Magneſiam Theſſaliæ, in minori Aſia, duo inveniuntur hoc nomine oppida, alterum ad Mæandrum fluvium, alterum ad montem Sipylum, quorum frequentiſſima in veteribus monumentis, & utriuſque linguæ ſcriptoribus mentio eſt. In fœdere Smyrnæorum & Magnetum, quod hodie inter Oxonienſia marmora conſpicitur, hæc leguntur: Ἀναγραψάτωσαν καὶ τὴν ὁμολογίαν ἐν στήλαις ἑκάτεροι. Τὰς δὲ ἀνατεθέτωσαν Σμυρναῖοι μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης Στρατονικίδος ἱερῷ καὶ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ. Et in appendice ad eadem marmora hæc inſcriptio, quæ de Magneſia ad Sipylum mentionem facit.

ΤΑΤΙΑ ΗΡΩΘΕΜΙΔΟΣ ΜΑΓΝΗΤΙΣ ΑΠΟ
ΣΙΠΥΛΟΥ
ΖΩΣΑ ΕΑΥΤΗ ΚΑΙ
ΤΩ ΥΙΩ ΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΩ ΑΛΥΣΑΝΙΑ
ΛΥΣΑ.
ΚΑΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΛΥΣ.

Utriuſque etiam meminit Ptolemæus lib V cap. II. Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ. Et Livius lib. XXXVII cap. XLIV: *Legati ab Thyatira & a Magneſia ad Sipylum ad dedendas urbes venerunt.* Et paucis interjectis verſibus ſequitur: *Sub idem fere tempus, & ab Trallibus & a Magneſia quæ ſuper Mæandrum eſt, & ab Epheſo legati ad dedendas urbes venerunt.* Magneſiam ad Mæandrum, quam etiam Magneſiam Cariæ, & Magneſiam circa Epheſum appellant, condiderunt Magnetes Penei amnis accolæ, auſpiciis Prothei contra Trojanos militantes, uti perhibet Conon Narratione XXIX. Sed Scholiaſtes Apoll. Rhodii Leucippum Caris filium hujus urbis conditorem ſtatuit, ita enim ille ad lib I Argonaut. Πειρεσιαὶ δὲ πόλις Μαγνησίας· Μάγνησσα δὲ πόλις τῇ χώρᾳ ὁμώνυμος, ἄγαν εὔδιος, καὶ παραθαλάσσιος. Μάγνησσα, τὴν Μαγνησίαν λέγει τὴν κατὰ Θεσσαλίαν ἔστι γὰρ ἑτέρα Μαγνησία περὶ Ἔφεσον, κτισμένη ὑπὸ Λευκίππου τοῦ Καρὸς, μετοικήσαντος ἐκεῖ σὺν Μάγνησι τοῖς ἐκ Κρήτης. Verum Magneſia Theſſaliæ, quam noſter Steph. χώραν appellat, Magnetem Argi filium conditorem habuit, ita enim Ant. Liberalis cap. XXIII: Ἄργου τοῦ Φρίξου καὶ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτου θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης. οὗτος ᾤκησεν ἐγγὺς Θεσσαλίας καὶ τὴν γῆν ταύτην ἀπ' αὐτοῦ Μαγνησίαν προσηγόρευσαν, οἱ ἄνθρωποι.

[8] Ὁ πολίτης, Μάγνης.] Apud Triſtanum Tom. II Comment. Hiſtor. diverſi occurrunt nummi cum inſcriptione ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

στῆ. [9] Τὸ θηλυκὸν Μάγνησσα παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ Μάγνησις παρὰ Παρθενίῳ, [10] καὶ Μαγνῆτις, παρὰ Σοφοκλεῖ.

ΜΑΔΙΗΝΟΙ, [11] καὶ Μαδιανῖται, ἔθνος Ἀραβίας. εἴπομεν δὲ, ὅτι οἱ Ἄραβες [12] τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται.

ΜΑΔΥΤΟΣ, πόλις Ἑλλησποντία· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, καὶ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Μαδύτιος, ὡς Βηρύτιος, Σήστιος· καὶ ἀπὸ τοῦ Μάδυτα, Μαδυτεύς.

ΜΑΖΑΚΑ, πόλις Καππαδοκίας, [13] ἡ νῦν Καισάρεια. [14] τὸ ἐθνικὸν Μαζακηνός· λέγεται καὶ Μαζακεύς, ὡς Τύανα Τυανεύς. λέγεται καὶ ἀπὸ Μαζάκων.

ΜΑΖΑΡΗ, φρούριον Σελινουντίων. τὸ ἐθνικὸν, Μαζαραῖος, ὡς Ἐνναῖος, Ἱμεραῖος.

ΜΑ-

A conditore. Fœmininum eſt Magneſſa apud Callimachum, & Magneſis apud Parthenium & Magnetis apud Sophoclem.

MADIENI & Madianitæ, gens Arabiæ. Diximus Arabes duabus hiſce formis uti.

MADYTUS, urbs Helleſpontia, de B qua Hecatæus in Europa, aliique. Gentile, Madytius, uti Berytius, Seſtius. Sed a Madyta fit Madytenſis.

MAZACA, urbs Cappadociæ, quæ nunc Cæſarea appellatur. Gentile, Mazacenus. Dicitur quoque Mazacenſis, uti Tyana Tyanenſis. Dicitur præterea a Ma- C zacis.

MAZARA, caſtellum Selinuntiorum. Gentile, Mazaræus, uti Ennæus, Himeræus.

MA-

[9] Τὸ θηλυκὸν, Μάγνησσα.] Peſſimo errore in omnibus libris legebatur, τὸ ἐθνικὸν, Μάγνησσα, quod correxit Salmaſius in margine ſui Stephani, & nos ex MS Voſſiano auctori reddidimus. Horatius Carm. lib. III Od. VII.

Narrat pæne datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolytem dum fugit abſtinens.

Vide præterea locum, quem ad hanc ſectionem ex Apoll. Rhodii Scholiaſta in medium adduximus.

[10] Καὶ Μάγνητις.] Et hoc gentile fœmininum in quadam inſcriptione conſpicitur, quam modo allegavimus, cum de Magneſia ad Sipylum loquebamur.

[11] Μαδιηνοὶ, καὶ Μαδιανῖται.] Quanquam in libris editis & MSS conſtanti ſcriptura legebatur, Μαδρηνοὶ καὶ Μανδιανῖται, exhibemus tamen conjecturam cl. Bocharti, in prolegomenis ad Greg. Sac. Μαδιηνοὶ & Μαδιανῖται in Stephano reſtituentis. Deducitur ſine dubio hæc denominatio ab Hebræo *Madian*, regio in ſacris literis ſeceſſu Moſis nobilis. Exod. II: XV. Horum urbs a Joſepho Μαδιήνη vocatur & ad mare rubrum ponitur, ita enim ille lib. II cap V: Εἴς τε πόλιν Μαδιήνην ἀφικόμενος πρὸς τῇ μὲν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένην, ἐπώνυμον δὲ ἑνὸς τῶν Ἀβραάμου γενομένων Χαιτούρας υἱῶν. Hinc non incommode formantur Μαδιηνοὶ, Μαδιηνῖται & Μαδιανῖται, quod ultimum Joſepho uſitatiſſimum eſt lib. II cap. V, & Μαδιηνῖται apud eundem libro V cap VII: Μετὰ ταῦτα Μαδιηνῖται παρακαλέσαντες Ἀμαληκίτας τε καὶ Ἄραβας, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ἰσραηλίτας. Hinc Μαδιανίτης, quod pro regione, & muliere in uſu eſt. Idem lib. IV cap VI Zambriam refert matrimonium iniiſſe cum Chosbi Madianitide, Uri filia: Καὶ Ζαμβρείας ὁ τῆς Σεμεωνίδος ἡγεμὼν φυλῆς, Χοσμὶ συνὼν Μαδιανίτιδι, Οὔρου θυγατρὶ τοῦ ἐκεῖ δυναστεύοντος ἀνδρός Et eodem capite circa finem: Ἐπὶ τὴν Μαδιανίτην γῆν ἔπεμψε στρατιάν. Ubi Μαδιανίτιν reponendum. Hi Madianitæ, teſte Auguſtino Quæſtione XX ſuper Num. in Paralipomenôn Æthiopes dicuntur, quos ſua ætate Sarracenos appellabant, ita enim ille: *De uxore Moyſi Æthiopiſſa quæri ſolet, utrum ipſa erat filia Jethro, an alteram duxerit, vel ſuperduxerit: ſed ipſam fuiſſe credibile eſt: De Madianitis quippe erat, qui reperiuntur in Paralipomenôn Æthiopes dici, quando contra eos pugnavit Joſaphat. Nam in his locis dicitur eos perſecutus populus Iſraël, ubi Madianitæ habitant, qui nunc Sarraceni appellantur. Sed nunc eos Æthiopes nemo fere appellat, ſicut ſolent locorum & gentium nomina plerumque vetuſtate mutari.*

[12] Τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται.] Utuntur enim forma in ηνος & ιτης, uti ab Ἄδανα deducitur Ἀδανηνὸς & Ἀδανίτης, pari ratione a Δαύη Δαυηνὸς & Δαυίτης, de quibus ſuis locis videndum.

[13] Ἡ νῦν Καισάρεια.] Nomen hoc ei impoſitum eſt a Tiberio Cæſare, teſte Eutropio lib. VIII cap. VI, ſic enim ille: Πολλοὺς γοῦν τῶν κατὰ ἔθνη βασιλευόντων ἐξ ἀπάτης εἰς ἑαυτὸν καλῶν κατεῖχεν ἄκοντας· ὡς Ἀρχέλαον Καππαδοκῶν βασιλέα, ὃν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλὼν ἐπαρχίαν τε ἐποίησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν ὀνόματι προσηγόρευσεν οἰκείῳ Καισάρειαν, Μάζακαν πρότερον καλουμένην. Obiter obſervandum, hoc loco nomen urbis genere fœm. efferri, quod in hac voce eſt rarius. Ferme eadem habet Suidas in Tiberio: Ἀλλ' ἐπαρχίαν τὴν Καππαδοκίαν ἀπέφηνε καὶ τὴν μεγίστην τῶν τῇδε πόλεων, Μάζακα ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν ἐποίκων ὀνομαζομένην, ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὴν προσηγορίαν ἐξέταξεν. ἥπερ δὴ καθ' ἡμᾶς Καισαρεὺς ἐστὶν ἐπώνυμος. Toto ergo cœlo errat Conſt. Prophyrogenneta lib. I de Them. cap. II, tradens hanc urbem a magno Julio Cæſare id nominis accepiſſe, ita enim ille: Καισάρεια μητρόπολις, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου ὀνομασμένη, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα. Sed hæc contra hiſtoriæ fidem eſſe, ſatis declarant jam nominati Eutropius & Suidas. Certiſſimum enim eſt, uti referet Apollonius Gammaticus apud Phlegontem Trallianum in Reb. Mirab. cap. XIII Tiberii ætate ingentem terræ motum fuiſſe, quo plurimæ celeberrimæque Aſiæ civitates funditus deletæ ſunt, quas deinde ſuis ſumptibus inſtauravit. Hinc etiam apud Suetonium ejus in vita legimus: *Ne provincias quidem ullas liberalitate ſublevavit: excepta Aſia, disjectis terræ motu civitatibus.*

[14] Τὸ ἐθνικὸν, Μαζακηνός.] Apud Strab. lib. XII hoc gentile occurrit, Πλαταμῶνες γάρ εἰσιν, ἀφ' ὧν τὴν λιθίαν ἔχειν ἄφθονον συμβαίνει τοῖς Μαζακηνοῖς πρὸς τὰς οἰκοδομίας. Conrardus Rittershuſius in ſuis ad Oppiani Cyneget. comment. hunc poëtæ verſiculum explicans:

Τυρσηνοὶ, Σικελοὶ, Κρῆτες, Μάζηκες, Ἀχαι[oί]

cenſet Μάζηκες alias etiam Africanos eſſe, ſed in verſu Cappadoces debere intelligi, quia Mazaca urbs eſt Cappadociæ, unde *Mazax* gentile deducitur, quod etiam apud Claudianum eſt Lucan. occurrit. Sed vehementer affinitate vocis fallitur; nam a *Mazaca*, cum nulla alia gentilia quam *Mazacenus*, & *Mazacenſis* formentur, τὸ *Mazax* nulla analogia inde deducitur. Cenſeo in Oppiani verſu non incommode poſſe emendari leviſſima mutatione Μάζυες vel Μάζικες, de quibus Ptol. lib. IV cap. II, & Philoſtorgius lib. XI cap. XI: Μάζικες καὶ Αὐξωριανοὶ μεταξὺ δὲ Λιβύων καὶ Ἄφρων οὗτοι νέμονται.

Μα-

ΜΑ'ΖΥΕΣ,[15] οἱ Λιβύης νομάδες Ἑκαταῖ☉ περιηγήσει. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάζυες,[16] καὶ ἕτεροι Μάχμυες,

A MAZYES, Libyæ Nomades, auctore Hecatæo in Periegeſi. Sunt & alii Maxyes, & alii Magmes.

ΜΑ'ΖΑΙΝΑ, πόλις Παλαιςίνης, ἀπὸ Μαζαίνȣ. οἱ πολῖται, Μαζαινηνοί.

MAZÆNA, oppidum Palæſtinæ, a Mazæno condita. Oppidani, Mazæneni.

ΜΑΙ'Α, πόλις Ἑλλησποντία. τὸ ἐθνικὸν Μαιάτης, κατὰ προσθεσιν τȣ̃ τ.

B MÆA, urbs Helleſpontia. Gentile, Mæates, addita ſyllaba tes.

ΜΑΙΑΝΔΡΟΥ'ΠΟΛΙΣ, Μαγνησίας πόλις,[17] ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσι· τὸ ἐθνικὸν, Μαιανδροπολίτης. εἰ δὲ ἐςὶ Μαίανδρ☉ ἡ πόλις,[18] τὸ ἐθνικὸν Μαιάνδρει☉.

MÆANDROPOLIS, urbs Magneſiæ, de qua Phlegon in Olympiadibus. Gentile, Mæandropolita. Si urbis nomen eſt Mæandrus, gentile erit Mæandrius.

ΜΑΙΔΟΙ',[19] ἔθν☉ Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας. ἐκ τȣ́των μεταβάντες τινὲς εἰς Μακεδόνας,[20] Μαιδοβιθυνοὶ ἐκλήθησαν· τὸ ἐθνικὸν Μαιδικὸς, καὶ Μαιδική.

C MÆDI, gens Thraciæ, prope Macedoniam. Ex his nonnulli ad Macedones profecti, Mædobithyni appellati ſunt. Gentile, Mædicus, & Mædice.

ΜΑΙΝΑΛΟΣ, πόλις Ἀρκαδίας,[21] ἀπὸ Μαινάλȣ τȣ̃ Λυκάον☉. τὸ ἐθνικὸν, Μαινάλι☉ καὶ θηλυκὸν, Μαιναλία, καὶ[22] Μαιναλίτης, ὡς Ἴναχ☉ Ἰναχίτης· καὶ Μαιναλεὺς, ὡς Συνιεὺς, παρὰ τὸ ὄρ☉ τὸ Μαίναλον. ἐςὶ καὶ Μαιναλία, πόλις Γαλατίας.

MÆNALUS, urbs Arcadiæ, quæ a Mænalo Lycaonis filio nomen habet. Gentile, Mænalius, fœmininum Mænalia. Et Mænalites, uti Inachus Inachites. Et Mænalenſis, uti Sunienſis, quod deducitur a monte cui nomen Mænalum. Eſt quoque Mænalia, urbs Galatiæ.

D

ΜΑΙΝΟ'ΒΩΡΑ,[23] πόλις Μαςιηνῶν. Ἑκαταῖ☉ Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μαινοβωραῖ☉.

E MÆNOBORA, urbs Maſtienorum, auctore Hecatæo in Europa. Gentile, Mænoboræus.

ΜΑΙΟΝΙ'Α,[24] ἡ Λυδία, ἀπὸ Μαίον☉

MÆONIA, ſic dicitur Lydia, a Mæone

[15] Μάζυες, οἱ Λιβύης νομάδες.] Variis modis hoc gentis nomen ſcribitur & deformatur: hic præterea Μάξυες & Μάχμυες, ſi nullum vitium lateat, & deinde Μάκρυες appellantur, quos ibidem Rhianus Μάκελας vocat. Sed de hiſce vide cl. Voſſii judicium ad P. Mel. pag. xxxi.

[16] Καὶ ἕτεροι Μάχμυες.] Suſpecta vox & aliis non uſurpata. Forte corrigendum Μάχλυες, de quibus Herodot. lib. iv: Λωτοφάγων δὲ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυες. Etiam apud Herodotum lib. iv ſunt Μάξυες, de quibus hic Stephanus. In Sarmatia Europæa prope Alanos etiam ſunt Μάχλυες, de quibus frequentiſſima mentio eſt apud Lucianum in Toxari, ubi etiam poſſeſſiva inde derivata leguntur. Eorum regio eidem dicitur Μαχλυΐη & Μαχλυαὴν, incolæ vero Μάχλυες.

[17] Ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπίασι] Male in vulgatis edebatur ἐν Ὀλύμπῳ. Quod noſtro reddimus, Xylandriana & Salmaſiana correctio eſt.

[18] Τὸ ἐθνικὸν, Μαιάνδρει☉] Invenitur hoc gentile apud Athenæum lib ii, ex Simonide, qui ovum anſeris Meandrii meminit:

Οἷν τι χλωὸς ὤεον Μαιανδρείȣ.

[19] Μαιανδροπολίτης.] Paſſim excuſum erat Μαιανδρεοπολίτης, quod exigua mutatione correximus.

[20] Μαιδοβιθυνοὶ.] Mædobithynorum memoria celebratur Strab lib. vii. Ex duobus Thraciæ populis, qui in unum coaluere, Mædobithyni orti ſunt. Vide Caſaub. ad lib. Strabonis allegatum.

[21] Ἀπὸ Μαινάλȣ τȣ̃ Λυκάον☉.] Mænalus non fuit Lycaonis filius, ſed nepos, teſte Scholiaſta ad Apol. Rhod lib. i. Μαίναλον ὄρ☉ Ἀρκαδίας καὶ πόλις, ἀπὸ Μαινάλȣ, ὃ πατὴρ Λυκάων. Idem quoque ad eundem auctoritate Hellanici comprobat: Μαίναλ☉ δὲ ὄρ☉ Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ ἡ Ἀταλάντη διῆγεν ἀπὸ Μαινάλȣ τȣ̃ Ἀρκάδ☉, ὥς φησιν Ἑλλάνικ☉. Sed in fabulis conſtans veritas non eſt: ſcribit enim Scholiaſt ad Theoc. Eidyll pr. Montem Mænalum nomen habere a Mænalo Lycaonis filio, qui Mercurium patrem habuit.

[22] Μαιναλίτης] Male in Holtmanniana, Μαιαλίτης, & in Aldina Μαναλίτης, quod tyypothetarum rationibus videtur inferendum. Optime Juntina Μαιναλίτης, quod etiam MSS. repræſentant.

[23] Μαινόβωρα, πόλις Μαςιηνῶν.] Facillimo negotio accurate attendentibus liquebit, vocem eſſe compoſitam ex Μαινάκη & Ἔβωρα, quæ ambæ Maſtienorum urbes erant. Optime ergo cenſet Incomparabilis Voſſius ad Mel. Stephanum more ſuo incidiſſe in depravatum Hecatæi codicem, in quo Μαινόβωρα pro Μαινάκη, Ἔβωρα exaratum erat. Graviter errat & impingit contra geographiam Hier. Syrita in ſuis ad Antonini Itin. comment. qui in Stephano reponere nititur Μαίνοβα, quæ urbs non Maſtienorum, ſed Baſtulorum regioni adſcribitur.

[24] Μαιονία, ἡ Λυδία] Lydiam antiquis temporibus Mæoniam fuiſſe dictam, veterum teſtimoniis ſatis evidenter evinci poteſt. Herod lib i: Οἱ δὲ πρότερον Ἄτυ☉ βασιλεύσαντες ταύτης χώρης ἦσαν ἀπόγονοι Λυδȣ̃ τȣ̃ Ἄτυος. ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμ☉ Λυδ☉ ἐκλήθη ὁ πᾶς ȣ̃τ☉, πρότερον Μηίων καλεόμεν☉. Vide præterea lib. vii, Strabonem lib. xiii, Euſtathium ad Dionyſ. de Situ Orbis pag. cxi, & alios.

νος ποταμοῦ, τοῦ [25] περὶ τὴν Ἀχαΐδα γῆν ῥέοντος. [26] τὸ ἐθνικὸν Μαιόνιος, καὶ Μαιονία θηλυκόν· καὶ Μαίων, ὁμονύμως τῷ οἰκιστῇ, ἀφ' οὗ ἡ χώρα.

A ne fluvio, qui circa Achaïda terram fluit. Gentile Mæonius, & Mæonia fœmininum. Et Mæon, quod ejuſdem nominis eſt ac conditor, a quo regio nominatur.

ΜΑΙΩΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικὸν, μέγιστον καὶ πολυάνθρωπον. [27] καὶ τὸ θηλυκὸν Μαιῶτις, ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἣν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ τοῦ μαῖαν εἶναι τοῦ Εὐξείνου πόντου. [28] ἔστι καὶ μαιώτης ἰχθῦς τις. λέγεται καὶ κτητικὸν [29] Μαιωτικός.

B MÆOTÆ, gens Scythica, maxima & populoſa. Genere fœm. dicitur Mæotis, uti Mæotis palus, quam ſic vocatam perhibent ex eo, quod ſit μαῖα, ſive obſtetrix Euxini Ponti. Eſt quoque piſcis quidam Mæotes. Et poſſeſſivum Mæoticus dicitur.

ΜΑΚΗ, [30] Κελτικὴ πόλις. εὕρηται καὶ Μαινάκη Κελτικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Μαινακηνός.

C MACE, urbs Celtica. Invenitur etiam Mænace urbs Celtica. Gentile, Mænacenus.

ΜΑ- MA-

[25] Περὶ τὴν Ἀχαΐδα.] Aldina Juntinaque, περὶ τὴν Ἀχαΐδα. CL. Bochartus in Geog Sac. lib. II cap. XI. cenſet, hunc locum in mendo cubare, & ſatis ſpecioſa conjectura emendare conatur, περὶ τὴν Μαιονίδα. Hunc locum eſſe ſanum & vitii immunem, non eſt quod mihi perſuadeam, & quanquam Bocharti correctio ſatis probabilis videtur, eam hæſitanter & ſollicite amplector, quia apud Heſychium idem reperio, nempe, Mæonem Achajæ fluvium eſſe, ita enim ille: Μαιῶτιν λίμνην, Μαίωνα φασὶν εἶναι ποταμὸν τῆς Ἀχαΐας, καὶ Μαιῶτιν λίμνην ἐν Ἑλλάδι. Si quid tentarem in Stephano, emendarem Ἀσιάδα, & in Heſychio Ἀσιάδος. Nam Ἀσία fuit urbs Lydiæ juxta Tmolum, unde fœm. Ἀσιάς, quod pro circumjacenti Aſiæ regione ſumi poteſt, per quam, vel circa quam Μαίων fluvius ſeſe volvit & undas agit

[26] Τὸ ἐθνικὸν, Μαιόνιος.] Eſt hoc gentile juxta ſuum idioma in Poſidippi epigrammate:

Καί γ' ἐκ συνδετίης ἔφυγεν ποτὶ Μηόνιον βῶν.

[27] Καὶ τὸ θηλυκὸν Μαιῶτις, ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἣν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ τοῦ μαῖαν εἶναι τοῦ Εὐξείνου πόντου.] Vel peſſime hunc locum tractarunt librarii, vel alio quodam fato multa exciderunt, ita enim in vulgatis & ſcriptis codicibus circumferebatur: Καὶ τὸ θηλυκὸν, ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἣν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Mirum eſt profecto in tribus editionibus, nullam in iis verbis lacunæ aut defectus notam conſpici, quaſi omnia eſſent ſana atque integra. Salmaſius in marginibus ſui Stephani emendat: ἣν φασὶ κληθῆναι μητέρα τοῦ Εὐξείνου πόντου, quaſi vitium ex compendiaria ſcriptura vocis μητέρα originem haberet. Plurima veterum ſcriptorum loca, quibus Salmaſiana conjectura fulcitur, adduci poſſent. Plinius lib. VI cap. VII: *Tanain ipſum Scythiæ Silyn vocant, Mæotin Temerinda, quod ſignificat matrem maris.* Procopius lib. IV de Bello Got. lib. IV: Οἱ μὲν τὴν Μαιῶτιν ὅσον δὴ λίμνην ἀπεργάζεσθαι τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν ἐν ἀριστερᾷ, τὸ δ' ἐν δεξιᾷ τῆς λίμνης χωρεῖν. Μητέρα δὲ διὰ τοῦτο τοῦ Πόντου καλεῖσθαι τὴν λίμνην. Euſtathius ad Dionyſ. de Situ Orbis: Ἔθνος δὲ καὶ οἱ Μαιῶται Σκυθικὸν, πολυανθρωπότατόν τε καὶ ἄλκιμον, ἄνδρες γεωργοὶ καὶ πολεμισταί. Τὴν δὲ τοιαύτην Μαιῶτιν, μητέρα τοῦ Πόντου καλοῦσιν. ὅθεν καὶ τοῦτο τινὲς φασὶ λαχεῖν αὐτὴν τοῦ ὀνόματος. μαῖα γὰρ ἡ τροφός. Et paucis verſibus interjectis ſequitur: Φασὶ δὲ τινὲς καὶ μὴ πολὺ ἐλάττονα εἶναι τοῦ Πόντου τὴν αὐτοῦ μητέρα ταύτην Μαιώτιδα. Euſtathius igitur ex Dionyſio non duntaxat *matrem*, ſed etiam μαῖαν, id eſt, *nutricem* ſive obſtetricem appellat, ὡς ἀπὸ τοῦ μαίας μαιώσω. Influit autem Mæotis per Boſporum Cimmerium, qui Mæotidis oſtium dicitur, in Pontum, & ſic porro in Propontidem, in Helleſpontum, & denique in mare Ægæum, uti egregie oſtendit Agathemerus lib. II Geog cap XIV. Quamvis autem hæc Salmaſiana conjectura admodum ſpecioſa videtur, maluimus tamen indubitatam & certam CL. Iſaaci Voſſii emendationem recipere, in obſervationibus ad Melam docentis, huic Mæotidi paludi, ἀπὸ τοῦ μαῖαν εἶναι τοῦ Εὐξείνου Πόντου, nomen obtigiſſe. Præterea inſeruit poſt τὸ θηλυκὸν vocem Μαιῶτις, quæ neceſſario requirebatur. Sic Tirgatao Μαιῶτις dicitur Polyæno lib. VIII, qui Hecatæo Sintorum regi nupſit.

[28] Ἔστι καὶ Μαιώτης ἰχθῦς.] In omnibus libris male legebatur Μαιῶτις: hic enim piſcis omnibus dicitur Μαιώτης. Athenæus lib. VII: Φέρει δὲ καὶ τοὺς Μαιώτας καλουμένους, ὧν μνημονεύει Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσι διὰ τούτων,

Τοὺς Μαιώτας καὶ σαπέρδας καὶ γλανίδας

Inſita quadam naturæ vi hi piſces Nili accolis, futurum ejus incrementum denunciant, quare eos ſacros ducunt. Ælian. lib. X de Animal. Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φάγρους Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων, ἱεροὺς νομίζουσιν· οἱ δὲ οἰκοῦντες τὴν καλουμένην Ἐλεφαντίνην τοὺς μαιώτας. Piſces in Mæotide palude, ſive Mæotæ, ſive alio nomine dicti, quare tardiores & pinguiores cenſeantur, cauſam tradit Juvenalis Satyra IV:

- - Neque enim minor hæſerat illis
Quas operit glacies Mæotica, ruptaque tandem
Solibus effudit torpentis ad oſtia Ponti
Deſidia tardos. & longo frigore pingues.

[26] *Μαιωτικός.*] Poſſeſſivum illud invenitur apud Juvenalem Satyr. IV. & Æſchyl. in Prometheo Vincto.

- - Οὓ θρασυσπλάγχνως στέγει
Λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.

Et apud Plin. lib VI cap. VII: *Inde Mæotis lacus, in Europa dictus. A Cimmerio accolunt Mæotici.* Adverbium Μαιωτιστὶ apud Scholiaſt. Theocriti in uſu eſt, & Μαιώτης pro poſſeſſivo Μαιωτικὸς apud Lycophronem:

Αὐτὴ γὰρ ἄκραν ἄρδιν ἐνθήσει χεροῖν
Σάλπιγξ ἀποψάλλουσα Μαιώτην πλόκον.

[30] Μάκη, Κελτικὴ πόλις.] Non apparet hæc lectio in MS. Voſſiano. Cenſet tamen vir Incomp. in obſervat. ad Melam, Stephanum debuiſſe legere, Μαλάκη, Κελτικὴ πόλις· Εὕρηται καὶ Μαινάκη. Additque ſe exiſtimare, Mænacam eſſe illum locum, qui vulgo *Veles Malaga* appellatur, ac octodecim circiter paſſ. mill. a Malaca diſtare. Quare autem ſic ſcripſerit Stephanus, ratio eſt in promptu: extitere enim veteres, qui exiſtimabant Malacam & Mænacam unam eandemque urbem eſſe, uti manifeſte docet Strabo lib. III: Πόλις δέ ἐστιν ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πρώτη Μάλακα, ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης. Paucis vocibus interjectis

ΜΑ'ΚΑΙ, [31] ἔθνος μεταξὺ Καρμανίας καὶ Ἀραβίας.

ΜΑ'ΚΑΛΛΑ, [32] πόλις Ἰταλίας, κέκληται ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην. [33] τὸ ἐθνικὸν Μακαλλαῖος, ὡς Γογγυλαῖος.

ΜΑΚΑΡΕ'ΑΙ, πόλις Ἀρκαδίας, [34] ἀπὸ Μακαρέως τοῦ Λυκάονος. [35] τὸ ἐθνικὸν Μακαρεύς, καὶ Μακαρεάτης, καὶ Μακαρία. κατὰ δὲ Ῥωμαίους, Βέατα. τὸ ἐθνικὸν, Μακαριεύς.

ΜΑΚΕΔΝΟ'Ν, χωρίον ἐν Πίνδῳ, [36] ὡς Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

ΜΑΚΕΔΟΝΙ'Α, ἡ χώρα, [37] ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος. [38] τὸ ἐθνικὸν Μακεδών, ὁμοφώνως τῷ κτίστῃ, [39] κοινὸν τῷ γένει· καὶ Μακεδονὶς θηλυκῶς· καὶ Μακεδὼν, ἀντὶ τοῦ Μακεδονικός· λέγεται καὶ Μακεδόνιος, καὶ Μακεδονικὴ ἡ χώ-

A MACÆ, gens Carmaniam inter atque Arabiam.

MACALLA, urbs Italiæ, ſic dicta, quod in ea Philoctetes ægrotaverit. Gentile, Macallæus, uti Gongylæus.

C MACAREÆ, urbs Arcadiæ, ſic dicta a Macareo Lycaonis filio. Gentile, Macarenſis, & Macareata, & Macaria, quod Romanorum lingua Beata denotat. Gentile, Macarienſis.

B MACEDNUM, caſtellum in Pindo, de quo Herodotus libro primo. Gentile primitivo ſimile eſt.

D MACEDONIA, regio, quæ a Macedone Jovis & Thyiæ Deucalionis filiæ filio nomen habet. Gentile, Macedo genere communi, quod idem eſt ac conditoris nomen; & Macedonis genere fœminino. Et Ma-E cedo ponitur pro Macedonicus. Dicitur quoque Macedonius, & regio Macedoniæ. Dici-

jectis addit: Ταύτην τινὲς τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσι, ἣν ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην παρειλήφαμεν. Sed diverſa eſſe hæc oppida, in ſequentibus luculenter docet idem Geographus.

[31] Μάκαι, ἔθνος μεταξὺ Καρμανίας καὶ Ἀραβίας.] Macæ non ſunt ſiti inter Carmaniam & Arabiam, ſed ſunt populi Arabiæ, Carmaniæ oppoſiti. P. Mela lib. III cap. VIII: *Arabia dicitur, cognomen Eudæmon, anguſta, verum cinnami & thuris aliorumque odorum maxime ferax. Majorem Sabæi tenent partem, oſtio proximam & Carmanis contrariam Macæ.* Vide hac de re plura apud Salmaſium in Plin. Exercit. pag. 1182.

[32] Μάκαλλα, πόλις Ἰταλίας.] Libri editi cum ſecunda vocali Μάκελλα. Sed Palatini MSS Μάκαλλα exhibuere Salmaſio, quod etiam recepimus, cum & Lycophronis Scholiaſtes eodem modo hanc urbem appellaverit, ita enim ille: Μάκαλλα, πόλις Ἰταλίας, ὅπου τάφος καὶ ἱερὸν Φιλοκτήτου. Et deinde ſequitur apud eundem: *Οἱ δὲ ἐν Μακάλλοις οἰκοῦντες, κτίσαντες σηκὸν ὑπὲρ τάφου αὐτοῦ, τιμήσουσι αὐτὸν, ἤτοι τὸν Φιλοκτήτην, ὡς θεὸν ἐν θυσίαις.* Hujus urbis etiam mentio eſt apud Ariſtotelen in Admirand. Aud. ex quo loco apparet, eam CXX. ſtadiis a Crotone abeſſe, ita enim ille: *Παρὰ δὲ τοῖς Συβαρίταις λέγεται Φιλοκτήτην τιμᾶσθαι. κατῴκησε γὰρ αὐτὸν ἐκ Τροίας ἀνακομισθέντα τὰ καλούμενα Μάκαλλα τῆς Κροτωνιάδος ἅ φασιν ἀπέχειν ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων.* Non dubito, quin eo loco Μάκαλλα ſit emendandum. Sed incidens in Holſtenii annotationes ad Ortelium, video hoc ab ipſo obſervatum.

[33] Τὸ ἐθνικὸν, Μακαλλαῖος, ὡς Γογγυλαῖος.] Uti in primitivo, ita etiam in gentili primam vocalem repoſui. Quid ſit Γογγυλαῖος, fateor me neſcire, niſi pro eo, quod ſine dubio corruptiſſimum, Ἀγυλλαῖος ſit reſcribendum.

[34] Ἀπὸ Μακαρέως τοῦ Λυκάονος.] Hæc noſter hauſit ex Pauſaniæ Arcadicis, ita enim ille: Ὡσαύτως καὶ Μακαρία τε καὶ Τραπεζοῦς ἀπὸ τῶν Λυκάονος ἐκλήθησαν καὶ αὗται παίδων.

[35] Τὸ ἐθνικὸν Μακαρεύς.] Sic conditoris nomen & gentile idem eſſet, quod ſatis frequenter contingit in noſtro. Salmaſius tamen in margine ſui Stephani τὸ ἐθνικὸν Μακαρεεύς legendum monet. Videtur ſane τὸ Μακαρεύς non expungendum, cum aliquoties in Pauſan. Μακαρέων, & Μακαρέων πόλις reperiatur, quod eſt a recto Μακαρεύς.

[36] Ὡς Ἡρόδοτος.] Integrum Herodoti locum Stephanus noſter in v. Δώριον allegavit, quo lectorem remittimus.

[37] Ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διός.] In omnibus libris calamo exaratis & hactenus editis peſſimo errore legitur, ἀπὸ Μακεδονίας τοῦ Διός, quod correximus, admonente Salmaſio in Plin. Exercit. Si quis auctoritatem requirat, is legat Conſt. Porphyrog. lib. II de Them. Μακεδονία ἡ χώρα ὠνομάσθη ἀπὸ Μακεδόνος, τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος, ὥς φησιν Ἡσίοδος ὁ ποιητής.

> Ἡ δ᾽ ὑποκυσαμένη Διῒ γείνατο τερπικεραύνῳ
> Υἱε δύο, Μάγνητα, Μακεδόνα θ᾽ ἱππιοχάρμην,
> Οἳ περὶ Πιερίην, καὶ Ὄλυμπον δώματ᾽ ἔναιον.

Miror profecto neminem illorum, qui vatem Aſcræum in lucem edidere, hujus fragmenti meminiſſe, quod etiam puto Stephanum in genuino opere habuiſſe, ut & reliqua, quæ ex Hellanico de Macedone, Æoli filio, de Maceta ex Marſya, & de Macetia ex Clidemo, allegavit Conſtantinus Porphyrog. Immo ſi heic, uti aliis in locis fecit, Stephani nomen meminerat, ſine ulla hæſitatione, illa omnia in contextum recepiſſem.

[38] Τὸ ἐθνικὸν Μακεδών.] Gentile hoc in antiquorum ſcriptis tam frequens eſt, quam illorum arma & res geſtæ: ſed quod media iſtius vocis nonnunquam producatur, hoc magis eſt inſolens. Innuo verſum Antipatri Theſſalonicenſis apud Etymologici Mag. auctorem in Καυσία:

> Καυσίη ἡ τὸ πάροιθε Μακηδόσιν εὔκηλον ὅπλον,
> Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ.

Sylburgius ad hunc locum ſcribit, quoſdam eſſe, qui Μακηδόσιν velint. Et certe æquum eſt quod petunt & corrigunt: dicitur enim Μακεδών & Μακηδών, uti luculenter teſtatur Euſtath. ad Dionyſ. de Situ Orb. qui etiam agnoſcit η in medio: Ὅτι καὶ ὁ Μακεδὼν καὶ Μακηδὼν λέγεται, ἤδη ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξανδρείας προείρηται. ὅθεν καὶ Μακηδονίην ἔφη τὴν χώραν ὁ Διονύσιος.

[39] Κοινὸν τῷ γένει.] Hinc fœminino genere uſurpatur in Euripidis epitaphio:

> Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ᾽ Εὐριπίδου· ὀστέα δ᾽ ἴσχει
> Γῆ Μακεδών· ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.

 40 Λέ-

χώρα. [40] λέγεται δὲ Μακέτης ἀρσενικόν, καὶ Μακετὶς γυνή, καὶ Μάκεσσα θηλυκῶς, ὡς Ἡρακλείδης· καὶ Μάκεττα, διὰ δύο ττ, καὶ δι' ἑνός.

ΜΑΚΙΣΤΟΣ, πόλις τῆς Τριφυλίας, ἣν ᾤκησαν Καύκωνες, ἀπὸ Μακίστου τοῦ ἀδελφοῦ Φρίξου, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Φρίξα πόλις, [41] ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ κειμένη πρὸς ἕω τῆς Λεπρεατικῆς. ὁ πολίτης, Μακιστεύς. [42] τὸ ἐθνικὸν Μακίστιος, καὶ Μακιστία. εὕρηται δὲ Μακέστιος, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.

ΜΑΚΚΑΡΑΙ, χώρα ὑπὲρ Φάρσαλον· Θεόπομπος πέμπτῳ Φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικόν, Μακκαραῖος.

ΜΑΚΡΑ, [43] νῆσος Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικόν, Μακρονησίτης, καὶ Μακραῖος, καὶ Μακρήσιος.

ΜΑΚΡΙΣ, [44] ἡ Εὔβοια. οἱ οἰκοῦντες, Μάκρωνες. [45] ὁ οἰκήτωρ Μακριεύς, καὶ Μακρηΐς.

ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΟΙ, [46] πρὸς τοῖς Κόλ-

A Dicitur præterea Macetes gen. maſculini; & Macetis fœmina, & Maceſſa adjective, uti Heraclides auctor eſt: & Macetta per duplex & ſimplex T.

MACISTUS, urbs Triphyliæ, quam habitarunt Caucones. Nomen habens a B Maciſto Phrixi fratre, a quo & Phrixa urbs nomen ſortitur. Sita eſt in excelſo monte ad orientem Lepreaticæ. Civis, Maciſtenſis. Gentile, Maciſtius & Maciſtia. Invenitur quoque Maceſtius per E.

C MACCARÆ, regio ſuper Pharſalum, de qua Theopompus libro v Philippicorum. Gentile, Maccaræus

MACRA, inſula Lyciæ, de qua Alexander in ejus periplo. Gentile, Macroneſita, & Macræus, & Macreſius.

MACRIS, Eubœa. Habitantes; D Macrones. Incola, Macrienſis, & Macreïs.

MACROCEPHALI, juxta Colchos

[40] *Λέγεται δὲ Μακέτης ἀρσενικόν, καὶ Μακετὶς γυνή.*] In omnibus libris excuſum ſcriptumque erat, ἡ Μακετὶς γυνή, quod exigua mutatione correximus. Porro illud maſculinum Μακέτης ſatis uſitatum eſt. Gratius in Cynegetico:

Quid Macetum immenſos libeat ſi dicere contos,
Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes?

Auſonius in claris urbibus:

Et vos ite pares: Macetumque attollite nomen.

Addam præterea locum inſignem ex Aul. Gellii Noct. Att. lib. IX cap. III: *Philippus Amyntæ, terræ Macetiæ rex, cujus virtute induſtriaque Macetæ locupletiſſimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri cœperant.* In hiſce verbis videmus *Macedoniam* etiam *Macetiam* fuiſſe nuncupatam. Probat hoc Conſt Porphyr. loco jam citato ex Clidemo de Attica: Ἀλλὰ δὲ τὴν ὅλην Μακεδονίαν Μακετίαν οἶδεν ὀνομαζομένην· Κλείδημος ἐν πρώτοις Ἀτθίδος· καὶ ἐξῳκίσθησαν ὑπὲρ τὸν αἰγιαλὸν ἄνω τῆς καλουμένης Μακετίας. Vide plura hac de re apud Euſtath. ad Dionyſium, Heſychium atque alios. Fæmininum Μακετὶς apud Lucianum in Pſeudomanti invenitur: Ἐν δὲ τούτοις δὲ Μακέτιν γυναῖκα πλουσίαν, ἔξωρον μέν, ἐράσμιον δὲ ἔτι εἶναι βουλομένην ἐξευρόντες.

[41] *Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ κειμένη πρὸς ἕω τῆς Λεπρεατικῆς.*] Ultima vox in omnibus libris vitio erat deturpata, pro quo legebatur Λεπρεατικῆς. Eſt enim poſſeſſivum a Λέπρεον, unde Λεπρεάτης gentile, & Λεπρεᾶτις fœmin. & Λεπρεατικός, quo aliquoties Strabo in Eleæ deſcriptione lib. VIII utitur. Cauconas hanc urbem tenuiſſe, appellatamque fuiſſe *Plataniſtunta*, idem Geographus eodem lib. hiſce verbis teſtatur, Ἄμφω δὲ τὰ χωρία ταῦτα Καύκωνες κατεῖχον, καὶ τὸ Μάκιστον δέ, ὃν τινες Πλατανιστοῦντα καλοῦσιν. Lepreo vicinam fuiſſe etiam ibidem declarat: Καὶ Παρωρεᾶται δέ τινες ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῇ ὀρεινῇ τῆς Τριφυλίας κατέχοντες ὄρη, περὶ τὸ Λέπρεον δὲ τὸ Μάκιστον καθήκοντα ἐπὶ θάλασσαν, πλησίον τοῦ Σαμιακοῦ Ποσειδείου. Eundem prorſus urbis ſitum habemus apud Herodot. in Melpom. ſed perperam ibi urbs Μάγιστον vel Μάσιστον dicitur, obſervante Ortelio.

[42] *Τὸ ἐθνικόν, Μακίστιος δὲ Μακιστία.*] Apud Pauſ. in Eliacis poſterioribus gentile reperitur, & apud Strab. lib. VII leviter depravatum: Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τό, τε τοῦ Μακίστου Ἡρακλέους ἱερόν ἐστι, καὶ ὁ Ἀκίδων ποταμὸς ῥεῖ παρὰ τάφον Ἰαρδάνου. Ubi indubitanter Μακιστίου legendum. Fœmininum Μακιστία aliquoties apud eundem Geographum lib. allegato conſpicitur.

[43] *Μάκρα, νῆσος Λυκίας.*] Elementorum ordo non patiebatur, ut ederemus Μάκαρα, νῆσος Λυκίας. Nos in primitivo, & in omnibus gentilibus inde derivatis primam vocalem delevimus.

[44] *Μάκρις, ἡ Εὔβοια.*] De hoc Eubœæ nomine fuſius in voce Εὔβοια egimus: quod autem incolæ *Macrones* appellentur, etiam teſtatur Apollonii Rhodii Schol. ad lib. I. Μακριέων. τῶν καλουμένων Μακρώνων, οἵ εἰσιν ἄποικοι Εὐβοέων, ἀφ' οὗ δὲ Μάκρωνες ἐκλήθησαν.

[45] *Ὁ οἰκήτωρ, Μακριεύς.*] Quemadmodum hoc gentile deducatur a Μάκρις, docet nos Euſtathius ad Dionyſ. de Situ Orb. Κλίνεται δὲ ἡ Μάκρις αὕτη διὰ καθαροῦ τοῦ ο. διὸ δὲ ὁ νησιώτης αὐτῆς, Μακριεὺς λέγεται. Utitur hoc gentili Apoll. Rhod. lib. I Argon.

Μακριέων εἴσαντο Πελασγικὸν ἄρεα κέλσαι.

[46] *Μακροκέφαλοι, πρὸς τοῖς Κόλχοις.*] Hi iidem indubitanter ſunt, quos deinde noſter *Macrones* & *Sannos* appellat. Hoc nomen a capitis longitudine adepti ſunt. Hippocrates lib. de Aëre, aquis & locis, in cauſas inquirens, quare tam longis capitibus eſſent, aſſeverat, eos infantium recens natorum capita, quæ tunc tenera & mollia ſunt, manibus, vinculis idoneiſque inſtrumentis ita cogere, ut rotunditas capitis prohibeatur ac longitudo augeatur: additque, temporis progreſſu, naturam quoque tales produxiſſe, ut non neceſſe fuerit conſuetudine priore cogere. Dionyſius Chalcidenſis apud Schol. Apoll. Rhod. ad librum I perhibet; Macronas eſſe Eubœenſium coloniam, atque ab aliis ſic appellari, quia inter illos plurimi capite oblongo inveniuntur, ita enim ille: Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς εἰρηκὼς φησὶν αὐτοὺς Μάκρωνας, ἐπειδὴ Εὐβοέων εἰσὶ Μάκρωνες ἄποικοι· ἄλλοι δὲ Μάκρωνας αὐτοὺς φασὶ λέγεσθαι διὰ τὸ πλείστους εἶναι παρ' αὐτοῖς Μακροκεφάλους. Sedem eis aſſignat Palæphatus libro VII Troïcorum apud Suidam ſupra Colchos, ſic enim ille: Μακροκέφαλοι. ἔθνος ἐστὶν οὕτω καλούμενον. Παλαίφατος δέ φησιν ἐν τῷ ζ' τῶν

Κόλχοις· [47] ὡς * γὰρ Ἡμίκυνες, καὶ Μακροκέφαλοι, καὶ Πυγμαῖοι.

ΜΑΚΡΥΕΣ, [48] ἔθνος Λιβύης. Ῥιανὸς δὲ Μάκρυας, διὰ τοῦ ι τούτους φησί.

ΜΑΚΡΩΝΕΣ, οἱ νῦν Σάννοι· [49] Στράβων δωδεκάτῃ. καὶ Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ, [50] καὶ Ἀπολλώνιος δευτέρῳ

ΜΑΚΤΩΡΙΟΝ, πόλις Σικελίας· Φίλιστος πρώτῳ, [51] ἣν ἔκτισε μόνην. τὸ ἐθνικὸν, Μακτωρῖνος.

ΜΑΚΥΝΕΙΑ, [52] πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτῃ. [53] τὸ ἐθνικὸν Μακυνεύς, τῷ κοινῷ τύπῳ.

ΜΑΛΑΚΗ, [54] πόλις Ἰβηρίας· Μαρκιανὸς ἐν β' τῶν ἐπιτομῶν Ἀρτεμιδώρου. τὸ ἐθνικὸν, Μαλακιτανός.

ΜΑΛΑΝΙΟΣ, [55] πόλις μία μεσογείας τῶν Οἰνώτρων, τῶν ὑπὸ Ἑκαταίου καταλεχθεισῶν ἐν Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν Μαλάνιος, καὶ Μαλανιεύς.

ΜΑΛΕΑ, [56] ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ, καὶ

Achos. Quemadmodum enim Semicanes, & Macrocephali, & Pygmæi.

MACRYES, gens Libyæ, quam Rhianus per I Macrias appellat.

MACRONES, nunc Sanni vocantur; B teſte Strabone libro XII, & Hecatæus in Aſia, & Apollonius libro II.

MACTORIUM, urbs Siciliæ, de qua Philiſtus libro I. Quam condidit ſolam. Gentile, Mactorinus.

MACYNIA, urbs Ætoliæ; de qua C Strabo libro X. Gentile, Macynenſis vulgari forma.

MALACE, urbs Iberiæ; de qua Marcianus libro II Epitomarum Artemidori. Gentile, Malacitanus.

MALANIUS, urbs una ex meD diterraneis OEnotrorum, quæ ab Hecatæo in Europa recenſentur. Gentile, Malanius; & Malanienſis.

MALEA, promontorium in Peloponneſo;

ζ' τῶν Τρωικῶν, ἐν τῇ Λιβύῃ ὑπεράνω Κόλχων οἰκεῖν τοὺς Μακροκεφάλους Bechires ſive Bechiri horum vicini ſunt teſte Scylace: Μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμήν. Cum quo conſentit Mela lib. I cap. XIX: *Deinde minus feri (verum & hi inconditis moribus) Macrocephali, Bechiri, Buzeri. Rara urbes: Ceraſus & Trapezus maxime illuſtres.* Non mihi perſuadebit Apoll. Scholiaſt. ad lib I Macrienſes ſive Macrones eſſe Bechirorum gentem: Οἱ δὲ ἔθνος Βεχείρων φασὶ τοὺς Μάκρωνας, οἵ τινες ἀεὶ πολεμοῦσι τοῖς Κυζικηνοῖς Teſtimonia jam allata, & aliorum, contrarium evincunt.

47 Ὡς γὰρ Ἡμίκυνες, καὶ Μακροκέφ. &c.] Locus eſt hiulcus & mutilus, debet enim poſt ὡς defectus ſignum collocari, cum certum ſit vel Strabonis, vel Heſiodi nomen excidiſſe, qui utrique, ſed Strabo ex Heſiodo, Macrocephalorum memoriam celebrarunt. Vide quæ nobis ad V. Ἡμικύνες obſervata ſunt pag. 383. Ad marginem ſui Steph. etiam Salmaſius obſervat, Strabonis nomen excidiſſe Liber iſte, quo Heſiodus Macrocephalorum meminit appellatur *Mulierum Catalogus* & illius III. eorum mentionem fecerat, uti me docuit Harpocration: Μακροκέφαλοι. ἔθνος ἐστὶν οὕτω καλούμενον. οὗ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ Γυναικῶν Καταλόγῳ μέμνηται.

48 Μάκρυες, ἔθνος Λιβύης.] Iidem ſunt, qui ſupra appellantur Μάζυες, Μάξυες & Μάχλυες. Vide Voſſium ad Melam pag. 31.

49 Στράβων δωδεκάτῃ] Male in omnibus libris MSS & editis ἑνδεκάτῃ legebatur, cum evidentiſſimum ſit, Strabonem XII lib *Macronum* meminiſſe: Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκειται, καὶ τῆς Φαρνακίας, Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας. Macronum etiam meminit Dionyſius Periegeta, ad quem hiſce verbis commentatur Euſtathius: Ὅτι καὶ οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βεχείρων νοτιώτερον. τούτους νῦν Σάννους φασὶν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνους, ὡς καὶ τὴν Κελσίνην Κελτζίνην. καὶ τὴν χώραν δὲ τῶν Σάννων, Τζανικὴν λέγουσιν. οἱ τὴν φράσιν ἰδιωτεύοντες. Hinc ergo liquet eorum regionem Euſtathii ætate *Tzanicen* dictam fuiſſe. Regionem Tzanicam & Tzanorum mores, ſedem & ad Chriſtum converſionem, ut & exſtructa apud illos a Juſtiniano ædificia luculentiſſime deſcribit Procopius lib. III de Ædif. Juſt. cap. VI.

50 Καὶ Ἀπολλώνιος δευτέρῳ.] Locus eſt lib. II, Verſu 395.

Νήσου δὲ προτέρωσε καὶ ἠπείροιο περαίης
Φέρβονται Φίλυρες. Φιλύρων δ' ἐφύπερθεν ἔασι
Μάκρωνες.

51 Ἣν ἔκτισε μόνην.] Vel heic excidiſſe conditoris nomen, vel corruptum eſſe in vocem μόνην, optime obſervat Cluverius Siciliæ antiq. lib. II.

52 Μακύνεια, πόλις Αἰτωλίας.] In vulgatis legebatur Μακρύνεια, contra fidem codicum Palatinorum & Voſſiani. Quare bene cenſet Salmaſius ad oram ſui Stephani, virum præſtantiſſimum imprudenter Strabonem ex hoc Stephani loco correxiſſe, quod etiam etiam obſervat CL. Palmerius in ſuis Exercit. & in Græcia antiqua. Ergo ſummo jure τὸ ρ in nomine urbis & gentili delevimus; dicitur enim etiam Plutarcho in Quæſt: Gr. Μακύνη, & in Epig. Alcæi Meſſenii lib. I Anthol. Μακύνον, & Plin. lib. IV cap. II Macynia. Sita erat urbs ad montem Taphiaſſum in Ætolia Epicteto, uti liquet ex verbis Strabonis, quæ noſter innuit: Ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρείας Ταφίασσον καὶ Χαλκίδα ὄρη, ἱκανῶς ὑψηλὰ, ἐφ' οἷς ἵδρυται πολίχνια Μακυνία τε καὶ Χαλκὶς ὁμώνυμος τῷ ὄρει.

53 Τὸ ἐθνικὸν, Μακυνεύς.] Ita quoque legunt MSS, ſed Salmaſius in Stephani ſui ora Μακυνειεύς emendare nititur.

54 Μαλάκη, πόλις Ἰβηρίας.] Videſis quæ ſuperius ad vocem Μάκη diximus.

55 Μαλάνιος, πόλις μία μεσογείας.] Voculam μία ex libris calamo exaratis, quæ ab omnibus editis hactenus abfuit, interſeruimus: hanc niſi addideris ex ſequentibus idoneum ſenſum elicere non poſſis, uti vult Salmaſius in margine ſui Stephani. Gentilia in vulgatis conſpiciuntur corrupta, Μελάνιος καὶ Μελανιεύς. Nos primam vocalem reduximus, ſicuti puto olim a Stephano exaratum fuiſſe.

56 Μαλέα, ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ καὶ Μάλεια.] Promontorium eſt Laconicæ, quod nunc in penultima cum vocali, nunc cum diphthongo exaratur, quæ ideo tam apud Græcos quam Latinos anceps eſt. Euſtathius ad Odyſſ. Γ. Λέγεται δὲ καὶ Μάλεια ἑνικῶς, καὶ Μάλειαι πληθυντικῶς πρὸς ἔμφασιν τοῦ κατὰ τὸ ἀκρωτήριον μεγ-

καὶ Μάλεια διὰ διφθόγγου. [57] καὶ Μαλεάτης, ὡς Ἀσεάτης· καὶ Μαλεάτις. καὶ ἀπὸ τοῦ Μάλεια, Μαλειαῖος Ζεύς. καὶ θηλυκὸν, Μαλειαῖα ἄκρα.

A Aneſo, & Maleia per diphthongum. Hinc Maleates, uti Aſeates, & Maleatis. Et a Maleia fit Maleiæus Jupiter. Et fœmininum Maleiæa, quod etiam promontorii nomen eſt.

ΜΑΛΙΕΥ͂Σ, [58] πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων, ἀπὸ Μάλου τοῦ Ἀμφικτύονος υἱοῦ, ἢ Ἀμύρου τοῦ Βοιωτοῦ. ὁ πολίτης, Μαλιεύς. [59] ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος. λέγεται καὶ Μαλεάτης· Ἀνδροτίων πέμπτῳ.

MALIEUS, urbs a qua Maliei denominantur; nomen habens a Malo Amphi-
B ctyonis filio, vel Amyri Bœoti fil. Civis, Malieus. Eſt quoque Maliacus ſinus. Dicitur quoque Maleates, uti vult Androtio libro v.

ΜΑΛΛΑ´ΔΑ, πόλις Περσική· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. τὸ ἐθνικὸν, Μαλλαδηνός.

MALLADA, urbs Perſica, de qua Marcianus in Perſici ſinus Periplo. Gentile, Malladenus.

ΜΑΛΛΟ´Σ, πόλις Κιλικίας· Καλλίμαχος αἰτιῶν πρώτῳ. [60] ἀπὸ Μάλλου, κτίσαντος αὐτήν. [61] ὁ πολίτης, Μαλλώτης· [62] καὶ

C MALLUS, urbs Ciliciæ, de qua Callimachus libro I Quæſtionum. Nomen habet a Mallo qui eam condidit. Civis, Mallota,

μεγέθους. ἔστι δὲ καὶ Κρήτη καὶ Κρῆται, καὶ ἄλλα πολλά. ἡ δὲ Μάλεια, καὶ Μαλέας κοινῶς λέγεται). Promontorium hoc Γαμφυλὴ ὄνου, vel Σιαγὼν ὄνου, & poſterioris ævi ſcriptoribus Καταμάγουλον, ſive *Aſini maxilla*, ob formam, appellatur. Lycophron:

Ἀλλ' ὁ Στρέμων μὲν αὐτὶ, Γαμφυλὰς ὄνου,
Καὶ Λᾶν περήσεις.

Ad quem locum ſic commentatur Scholiaſtes: *Λέγουσι δὲ τὸ Μαλέας ἀκρωτήριον Πελοποννήσου, διὰ τὸ ἐοικέναι σιαγόσιν ὄνου.* Et poſterioris ævi Græci hunc locum Καταμάγουλον appellarunt. Scholiaſt. Euripidis ad Oreſten: *Μαλέας δὲ ἀκρωτήριόν ἐστι περὶ τὴν Λακεδαιμονίαν, λεγόμενον παρά τισιν ἰδιωτικῶς ὄνου καταμάγουλον.* Hæc vox compoſita eſt ex κατὰ & μάγουλον, quæ *genam*, *buccam*, & *maxillam* denotat. Moſchopulus: *Παρειὰ, ἡ καὶ κόῤῥη. λέγεται διὰ δύο ρ. ἤγουν τὸ κοινῶς μάγουλον.* Vet Gloſſ. *Μάγουλα. παρειαί.* Et Portus in Lexico Græco-Barb *Maxilla. σιαγόνι, Μάγουλο.* Verum enim vero iſti Grammatici in Geographicis non ſatis verſati, iſta appellatione promontorium illud nimium extendunt: fuit enim verſus ſinum Laconicum ὄνου γνάθος *Aſini maxilla*, qui locus cum Malea promontorio nequaquam confundendus, inde enim CL ſtadiis diſtabat, atque Bœa oppidum interjacebat, teſte Strabone lib. VIII cujus hæc ſunt verba: *Εἶτα ἡ Ὄνου γνάθος, λιμένα ἔχουσα. εἶτα Βοία πόλις, εἶτα Μαλεαί. στάδιοι δ' εἰς αὐτὰς ἀπὸ τῆς Ὄνου γνάθου πεντήκοντα, καὶ ἑκατόν.* Præternavigatio hujus promontorii omni tempore periculoſa fuit, & crebris naufragiis infamis, ut etiam in notiſſimum proverbium abierit, *Μαλεάδι κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.* Illi igitur, qui aliquoties ſine noxa, iſtud promontorium præternavigaſſent, hoc monumentis ſuis, tanquam egregium atque heroïcum facinus, inſcribi curabant, cujus rei exemplum nobis ſuppeditavit CL. Jacobus Spon in Itiner. ſuo.

ΦΛΑΟΥΙΟΣ ΖΕΥΞΙΣ ΕΡΓΑΣΤΗΣ
ΠΛΕΥΣΑΣ ΥΠΕΡ ΜΑΛΕΑΝ ΕΙΣ
ΙΤΑΛΙΑΝ ΠΛΟΑΣ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ
ΔΥΟ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ ΤΟ ΜΝΗΕΙΟΝ
ΕΑΥΤΩ &c.

Hic Flavius Zeuxis cum bis & ſeptuagies Maleam ſuperaſſet navigando in Italiam, hoc monumentum ſibi erexit. Vox πλοάς, non ſignificat *Batimens*, ſeu *naves*, ut vult editor, ſed *navigatio.* Eſt enim accuſandi caſus numeri plurativi, a recto πλοῦς, in genitivo πλοὸς, uti occurrit in Act. Apoſt. apud Lucam cap. XXVII: IX. *Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοός.*

[57] Καὶ Μαλεάτης, ὡς Ἀσεάτης.] In omnibus libris hic locus erat mendoſiſſimus, legebatur enim, καὶ Μαλειέτης, ὡς Ἀσιήτης. Liquet ſatis ex fœminino Μαλεάτις, nos veram lectionem revocaſſe. Ἀσεάτης eſt gentile deductum ab Ἀσέα, κώμη τῆς Ἀρκαδίας, unde pagi incola Ἀσεάτης. Nihil obſtat huic emendationi, quod in V. Αἴγινα legatur Αἰγινήτης & Μαλειήτης; illud enim α mutato in η formatur a Μάλεια, non vero a Μαλέα.

[58] Μαλιεὺς, πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων.] Ubi terrarum urbs Malieus & Malienſes fuerint ſiti, Epitomator non addit: nos ſcimus Theſſalos fuiſſe ad ſinum Maliacum Aliquando terminatione Attica Μαλιεῖς, & aliquando Æolica Μηλιεῖς appellantur, de quibus ne verbum addam, quia Nobiliſſimus Palmerius in ſuis ad Scylacem Exercit hanc materiam luculenter & docte pertractavit pag 275.

[59] Ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος.] Ut ſupra, hic ſinus pro ratione idiomatum in prima habet α vel η, & dicitur Μηλιακὸς & Μαλιακὸς, & nonnunquam Μαλιεὺς & Μηλιεύς. Sed cum Λάμια urbs etiam ad hunc ſinum ſita ſit, aliquando Λαμιακὸς *Lamiacus* vocatur: utrique enim ſinum hunc accolebant Melienſes & Lamienſes.

[60] Ἀπὸ Μάλλου, κτίσαντος αὐτήν.] Strabo lib. XIV Mallum conditam refert ab Amphilocho & Mopſo Apollinis filio & Mantûs, cum Troia eſſent profecti. Et Stephani & Strabonis de conditore urbis ſententia reperitur apud Euſtathium, cujus & tranſpoſita verba hunc in modum ſunt conſtituenda: *Καὶ ἡ ὀνομαζομένη Μαλλὸς, ἐφ' ὕψους μὲν κειμένη κληθεῖσα δὲ οὕτως ἀπό τινος Μάλλου κτίσαντος αὐτήν. ἢ ἀπὸ μαλλῶν, ἤγουν στεμμάτων, ἃ κόρακος ἁρπάσαντός ποθεν, καὶ καταθέντος ἐν ταῦθα, ἐκλήθη ἡ πόλις κατὰ χρησμὸν ἀπὸ Μόψου καὶ Ἀμφιλόχου τῶν ὑμνουμένων μάντεων, οἳ καὶ Μαλλὸν ἐκάλεσαν τὴν πόλιν ἐκ τοιούτων μαλλῶν.* Peſſime & ſine ſenſu in vulgatis legebatur: *ὅτι Κιλίκων ἐστὶ πόλις καὶ ἡ Αυρνησὸς, ἄλλη παρὰ τὴν Τρωϊκὴν, ὀνομαζομένη καὶ Ὁμαλή. ἐφ' ὕψους* &c. Quis non videt τὸ Ὁμαλή eſſe corruptum, & a voce Μαλλὸς originem ducere?

[61] Ὁ πολίτης, Μαλλώτης.] Arriano lib. II de Exped. Alex. Mag. Μαλλοὶ dicuntur cives, quod gentile formatum eſt a conditoris nomine: *ὅτι Ἀργείων μὲν Μαλλοὶ ἄποικοι ἦσαν.* Sic quoque Euſtath. ad Iliad. M. pag. 890: *Ὧν καὶ ὁ Μαλλώτης Κράτης ἐστίν. ἤγουν ἀπὸ Μαλλοῦ πόλεως.* Suidas: *Πρόκλος, Μαλλώτης, ἐκ Κιλικίας. φιλόσοφος στωϊκός. Πρόκλος δεύτερος Μαλλώτης, φιλόσοφος.* Sed male in Suida utroque loco media vocalis per ο exaratur. Sed cum heic Procli mentio incidat, non poſſum quin divulgem Leonis Philoſophi epigramma elegantiſſimum, hactenus quod ſciam, in lucem non emiſſum, quod in Theonem & Proclum Lycium compoſuit:

Bi-

[62] καὶ θηλυκὸν, Μαλλῶτις.

ΜΑΛΛΟΕΙΣ [63] Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλλόεις, [64] ἀπὸ τοῦ Μήλου τοῦ Μάντεως, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ.

ΜΑΛΛΟΙ, [65] ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν ἀντιστησάντων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδου, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν α.

B ΜΑΛΣΑΝΗ, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Μαλσανίτης· ἐπιχώριος γὰρ ὁ τύπος.

ΜΑΜΑΡΚΙΝΑ, [66] πόλις Αὐσονική. τὸ ἐθνικὸν Μαμαρκιναῖος, ὡς Τεριναῖος, καὶ τὰ ὅμοια.

ΜΑΜΕΡΤΙΟΝ, [67] πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Μαμερτῖνος, ὡς Μεταποντῖνος, καὶ Ῥηγῖνος.

C ΜΑΝΔΑΡΑΙ, μέρος [68] τῆς Μακεδονικῆς Κύρρου. [69] οἱ οἰκήτορες, Μανδαραῖοι.

ΜΑΝΔΡΟΠΟΛΙΣ, [70] Φρυγίας πόλις. [71] τὸ ἐθνικὸν, Μανδροπολίτης.

D ΜΑΝΔΥΡΙΟΝ, πόλις Ἰαπυγίας. ὁ πολίτης Μανδυρῖνος, ὡς Λεοντῖνος.

ΜΑ-

Alota, & fœmin. Mallotis.

MALLOEIS, hoc nomine Apollo colitur in Lesbo. Et locus templi etiam Malloeïs dicitur a Mela Mantûs filio, auctore Hellanico libro I Lesbicorum.

MALLI, gens Indica, quæ cum Deriade contra Bacchum bellum geſſit, auctore Dionyſio libro I Baſſaricorum.

MALSANE, urbs Arabiæ Felicis. Gentile, Malſanita. Hæc enim eſt vernaculâ regionis forma.

MAMACRINA, urbs Auſoniæ. Gentile, Mamacrinæus, uti Terinæus & ſimilia.

MAMERTIUM, urbs Italiæ. Gentile, Mamertinus, uti Metapontinus, & Rheginus.

MANDARÆ, pars Macedonicæ Cyrrhi, cujus incolæ Mandaræi.

MANDROPOLIS, Phrygiæ urbs, cujus gentile, Mandropolita.

MANDYRIUM, oppidum Japygiæ, cujus oppidanus Mandyrinus, uti Leontinus.

MA-

Βίβλος Θέωνος καὶ Πρόκλου τοῦ πανσόφου·
Βίβλος πόλου τε καὶ χθονὸς φέρει μέτρα.
Θέων πόλον μὲν καὶ Πρόκλος μετρεῖ χθόνα,
Πρόκλος μὲν οὐρανὸν καὶ Θέων μετρεῖ πόλον.
Ἄμφω δ᾽ ἐπίσων τῶν ἐπαίνων ἄξιοι,
Ἄμφω δ᾽ ἀμοιβὴν τῶν λόγων τετεύχατε.
Θέων Πρόκλου μὲν λαμβάνων σοφὰς θέσεις,
Δείκνυσι ταύταις τοὺς δρόμους τῶν ἀστέρων.
Πρόκλος δὲ δείξεις τοῦ Θέωνος λαμβάνων,
Ταύταις ἀναλύει καὶ παραβάλλει τὰς θέσεις.
Ἀλλ᾽ ὦ σοφὴ ξυνωρὶς χαῖρε μοι λίαν.
Χαίροις Θέων ἄριστε πάνσοφον κάρα,
Ὁ νῦν πυκάζων τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν.
Χαίροις δὲ καὶ σὺ, Πρόκλε, τοῦ Σαρπήδονος
Ἄριστον αἷμα, τοῖς πόλοις βοώμενον.

[62] Καὶ θηλυκὸν, Μαλλῶτις.] Strabo lib. XIV hoc fœm. utitur: Ἐκείνου τὴν φάλαγγα ἀγαγόντος ἐκ τῶν Σόλων διὰ τῆς παραλίας, καὶ τῆς Μαλλώτιδος.

[63] Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ.] Perhibet Thucydides libro III Apollinem hoc nomine cultum in Lesbo: Ἐσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς εἴη Ἀπόλλωνος Μαλοείντος ἔξω τῆς πόλεως ἑορτὴ, ἐν ᾗ πανδημεὶ Μιτυληναῖοι ἑορτάζουσι. Sed literarum ſeries poſtulabat, ut in noſtro Μαλλόεις ſcriberetur, quod Aldina Juntinaque repræſentant, & ita forte etiam in Thucyd. corrigendum: nam Heſychius nomen hoc eodem modo duplici Λ protulit. Μαλλόεις, Ἀπόλλωνος ἐπίθετον, ἢ ἐπώνυμον.

[64] Ἀπὸ τοῦ Μήλου.] Imo potius ἀπὸ τῶν μήλων, quæ ibi immolabantur, hunc locum nomen accepiſſe cenſet Salmaſ. ad Sol pag. 64.

[65] Μαλλοὶ, ἔθνος Ἰνδικόν.] Scripturam editionis Juntinæ ſequimur, & fidem MSS, male enim Aldus & Xylander ſimplici lambda vocem efferunt. Sed Diod. Sicul. lib XVII, Arrianus lib. VI Plutarchus Curtius Euſtathius ad Dionyſ pag. 116 unanimi ſcriptura Μαλλοὶ agnoſcunt, ſolus Strabo lib. XV Μαλοί.

[66] Πόλις Αὐσονική.] Male Xylandriana Ἰπσονική, quod typographi erroribus videtur inferendum. Conſtanti ſcriptura exhibent MSS Αὐσονική, quod etiam ab Aldo & Junta agnoſcitur. Mamarcinæ urbis mentio nuſquam, quod ſciam occurrit. Forte noſter incidit in depravatum cujuſdam auctoris codicem, in quo Μαμάρκινα pro Μάρκινα exaratum erat. Vide Cluv. Ital. ant. lib. IV. cap VI.

[67] Μαμέρτιον, πόλις Ἰταλίας.] Videntur hæc ex Strab. lib. VI deſumpta, ubi Mamertium cenſetur urbs Bruttiorum Rhegium inter & Locros. Gentile eodem loco in uſu eſt, quod etiam Goltzio repræſentatur ex nummo Auguſti, in quo hæc inſcriptio: ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

[68] Τῆς Μακεδονικῆς Κύρρου.] Libri calamo exarati & editi omnes legunt Κύρου, nos alterum ρ affinximus, auctoritate Thucydidis permoti, qui lib. II Macedonicæ Cyrrhi meminit: Ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Μακεδονίαν προὐχώρει τὴν ἐν ἀριστερᾷ Πέλλης καὶ Κύρρου. Hæc Cyrrhus Macedonica dicebatur, ad differentiam alterius in Syria ſitæ.

[69] Οἱ οἰκήτορες, Μανδαραῖοι.] Libri omnes conſtanter exhibent, οἱ οἰκήτορες. Μανδύραι. Sed recepimus conjecturam Salmaſii ex margine ſui Stephani.

[70] Μανδρόπολις, Φρυγίας πόλις.] Nemo non videt vocem eſſe ex duabus compoſitam: ſed quid prima compoſiti pars ſit, non eſt ubique obvium. Docuit me Georg. Cedrenus in Hiſtoriarum Compendio, in Phrygia eſſe prædium, cui nomen Μανδρὼ, in quod Priamus filium ſuum Paridem miſit, Alexandri nomine impoſito, ut ab Agricola lacte educaretur: Εὐθὺς οὖν ὁ Πρίαμος Ἀλέξανδρον μετονομάσας, ἔπεμψεν εἰς ἀγρὸν, Μανδρὼ λεγόμενον, γαλακτοτροφηθῆναι, καὶ αὐξηθῆναι παρά γεωπόνῳ τινὶ, ἄχρις οὗ τὰ τριάκοντα ἔτη τοῦ χρησμοῦ παρέλθῃ. Fortaſſis, undique accedentibus, & accreſcentibus incolis, in illo agro urbs condita eſt, unde urbi nomen Μανδρόπολις, cujus præter Steph. etiam meminit Livius. lib. XXXVIII, emendante Sigonio: *Poſtero die eſt præter Caralitin paludem agmen ductum. Ad Mandropolim manſerunt.*

[71] Τὸ ἐθνικὸν, Μανδροπολίτης.] Apud Goltzium

ΜΑΝΗΣΙΟΝ, πόλις Φρυγίας.[72] Ἀλέξανδρος· ἀπὸ Μάνου, σφόδρα εὐπόρου κτίστου. A

ΜΑΝΘΥΡΕΑ, κώμη Ἀρκαδίας.[73] τὸ ἐθνικὸν, Μανθυρεὺς, διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο εε.

ΜΑΝΝΑΚΑΡΤΑ,[74] πόλις Ἀραβίας. ὁ οἰκήτωρ Μανακαρτηνὸς, ὡς Μηδαβηνός. B

ΜΑΝΝΕΩΣ, χώρα μέση τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν Ἄραβες Μαννεῶται, ὡς Οὐράνιός φησι.

ΜΑΝΤΑΛΟΣ, πόλις Φρυγίας, ὡς ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, ἀπὸ Μαντάλου κτίστου αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Μανταληνός. C

ΜΑΝΤΙΝΕΙΑ,[75] πόλις Ἀρκαδίας. Ὅμηρος,

Οἳ Τεγέην τ' εἶχον,[76] καὶ Μαντινέην ἐνέμοντο. D

[77] τὸ ἐθνικὸν, Μαντινεὺς, καὶ Μαντινίς.[78] τὸ κτητικὸν, Μαντινικός.

ΜΑΝΤΥΑ,[79] πόλις Ῥωμαίων. τὸ ἐθνικὸν, Μαντυανός· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. γράφεται καὶ Μάντουα, τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντούτης χρηματίζων. ἔστι καὶ κατὰ συγκοπὴν, ὡς τὸ Ζελείτης. E

ΜΑ-

MANESIUM, urbs Phrygiæ, auctore Alexandro: ſic dicta a Mane, conditore opulentiſſimo.

MANTHYREA, vicus Arcadiæ. Gentile, Manthyrenſis, propter concurſum duorum EE.

MANNACARTA, urbs Arabiæ; cujus incola Manacartenus, uti Medabenus.

MANNEOS, regio media inter fluvios, in qua habitant Arabes Manneotæ, uti perhibet Uranius.

MANTALUS, urbs Phrygiæ, teſte Alexandro Polyhiſtore, ſic dicta a Mantalo conditore. Gentile, Mantalenus.

MANTINEA, urbs Arcadiæ de qua Homerus:

Quique Tegeam habitabant, & Mantineam incolebant.

Gentile Mantinenſis, & Mantinis. Poſſeſſivum Mantinicus.

MANTYA, urbs Romanorum. Gentile, Mantyanus, auctore Polybio lib. XVI. Scribitur etiam Romano more Mantua. Ex illo oppido originem traxit Virgilius Poëta, qui Mantuta appellabatur. Quod gentile ſit per ſyncopen, uti Zelita.

MA-

exſtat nummus cum hac epigraphe: ΜΑΝΔΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΜΗΛΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

72 Ἀλέξανδρος. ἀπὸ Μάνου.] Auctor hic cum plurima variaque ſcripſerit, non dubito, quin hæc ex libro de Phrygia hauſerit noſter, cujus tertius in Φαρνακία allegatur. In omnibus libris falſi calami vitium legebatur, ἀπὸ Μηνῆς. Salmaſius emendat, ἀπὸ Μανέως, & deinde addit ſibi magis placere ἀπὸ Μάνητος. Illud Μανέως non eſt præferendum, nam apud Herod. lib. I Jonice invenitur Μάνεω a recto Μάνης, pro Μάνου; ita enim ille: Ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλῆος σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι. Lib. IV apud eundem in Steph edit. male legitur Μάνω. Melius tamen eſſet Μάνητος, nam apud Cedrenum, ubi de Manetis & Manichæorum origine loquitur, polyſyllabice hanc vocem inflexam reperio, quod aliquando hujuſcemodi terminationis nominibus accidit, ut utroque modo declinentur. Manes nomen eſt in Phrygia uſitatiſſimum, quod etiam Attici ſuis mancipiis ex Phrygia in Atticam delatis imponebant, uti Strabo lib. VII hiſce verbis auctor eſt: Ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δᾶοι. Deinde ſequitur: Ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο, ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν, καὶ Σύρον, ἢ ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν, τὸν Φρύγα. Ad quem locum operæ pretium eſt videre Incomparabilem II. Caſaubonum.

73 Τὸ ἐθνικὸν, Μανθυρεῖς.] Inveniuntur apud Pauſ. in Arcadicis pag 528 Μανθυρεῖς, quod convenit cum allata Stephani ratione. Sed eodem libro etiam occurrit Μανθουρεῦς, quod ab iſto canone recedit.

74 Μαννάκαρτα, πόλις Ἀραβίας.] Ad vocem Κύρου πόλις docuimus, plurima in orbe terrarum inveniri urbium nomina, compoſita ex regia quadam appellatione & *cartha* ſive *certa*, quod apud Armenios urbem denotat. Eodem modo hæc ex *Manna* & *carta* conſtituitur, qui regio imperio Aromatiferæ Arabiæ præfuit, teſte Iſidoro Characeno apud Lucianum in Macrobiis, cui hic rex *Mano* dicitur, ita enim ille, Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ.

75 Μαντίνεια, πόλις Ἀρκαδίας.] Argivi hanc urbem ex quinque pagis compoſuerunt, teſte Strabone lib. VIII: Τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπὸ Ἀργείων συνῳκίσθη. Sed deinde a Lacædemoniis occupata in eoſdem redacti ſunt, uti tradit Ephorus apud Harpocrationem in Μαντινέων διοικισμός. Sic enim ille: Καὶ Ἔφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησὶν, ὅτι εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν οἱ Λακεδαιμόνιοι.

76 Καὶ Μαντινέην ἐνέμοντο.] Hodie in Homero legitur: καὶ Μαντινέην ἐρατεινήν. Et ſic quoque Euſtathius ſua ætate legebat.

77 Τὸ ἐθνικὸν, Μαντινεύς.] Paſſim apud ſcriptores hoc gentile occurrit, apud Pauſaniam, Diod. Sicul. Harpocrationem & alios.

78 Τὸ κτητικὸν, Μαντινικός.] Poſſeſſivum illud [ha]bet Diog. Laërtius in Plat. & Speuſippo, ubi meminit Λασθενείας Μαντινικῆς, ubi interpres peſſime legerat μαντικῆς, & *vatem* erat interpretatus. Mavult Caſaubonus pro poſſeſſivo Μαντινὶς (quod etiam eſt apud Stephanum) cui aſſentitur Menagius. Sed nihil utroque loco mutandum, ſæpe enim poſſeſſivum pro gentili in uſu eſt; cujus rei plurima documenta adferri poſſunt.

79 Μάντυα, πόλις Ῥωμαίων.] Ce[?]et Cluverus in Italiæ Antiq. Deſcript. Stephanum ex Polybio ſcripſiſſe Μαντύα & Μαντυανός. Quemadmodum apud noſtrum

Regi-

ΜΑΡΑΘΗ'ΣΙΟΝ, [80] πόλις Καρίας. [81] τὸ ἐθνικὸν, Μαραθήσιοι, ὡς Βυζάντιοι. ἔστι δὲ πόλις Ἐφεσίων.

A MARATHESIUM, urbs Cariæ. Gentile, Marathesii, uti Byzantii. Eſt vero Epheſiorum urbs.

ΜΑ'ΡΑΘΟΣ, [82] πόλις Ἀκαρνανίας. ὁ πολίτης, Μαραθηνός. τὸ ἐθνικὸν Μαραθούσιος, ὡς Κάδος Καδούσιος.

MARATHUS, oppidum Acarnaniæ, oppidanus Marathenus. Gentile Marathuſius, uti Cadus Caduſius.

ΜΑΡΑ'ΘΟΥΣΣΑ, νῆσος πρὸς Κλαζομεναῖς. [83] ὁ πολίτης, Μαραθούσιος.

B MARATHUSA, inſula juxta Clazomenas. Oppidanus, Marathuſius.

ΜΑΡΑΘΩ'Ν, [84] δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. καὶ Μαραθώνιος, καὶ Μαραθωνία, καὶ Μαραθώνιον· τοπικὸν, Μαραθωνόθεν· καὶ κτητικὸν, Μαραθωνιακός.

MARATHON, populus Leontidis tribus. Et Marathonius & Marathonia & Marathonium. Locale, ex Marathone. Poſſeſſivum, Marathoniacus.

ΜΑΡΑΘΩΝΙ'Α, πόλις Θρᾴκης, οὐκ ἄπωθεν Ἀβδήρων. [85] τὸ ἐθνικὸν, Μαραθωνιάτης.

C MARATHONIA, urbs Thraciæ, non procul ab Abderis. Gentile, Marathoniata.

ΜΑΡΑΦΙΟΙ, [86] ἔθνος ἐν Περσίδι, ἀπὸ Μαραφίου βασιλέως.

MARAPHII, gens Perſica, a Maraphio rege ſic dicta.

ΜΑΡΑ'ΧΗ, πόλις Ἰνδική. τὸ ἐθνικὸν Μαραχῖος, τῷ κοινῷ τύπῳ.

D MARACHE, urbs Indica. Gentile, Marachius, juxta communem formam.

ΜΑΡΓΑΓΑΙ, [87] πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡραία. καὶ τὸ ἐθνικὸν Μαργαιεύς, ὡς Ἡραιεύς.

MARGÆA, urbs Elidis, uti Heræa. Gentile, Margæenſis, uti Heræenſis.

ΜΑ'ΡΓΑΝΑ, πόλις τῆς Ἰνδικῆς. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Ἔστι δὲ Μαργάναι πληθυντικῶς. τὸ ἐθνικὸν, Μαργανεύς.

E MARGANA, urbs Indica, de qua Marcianus in Periplo. Eſt quoque Marganæ numero multitudinis. Gentile, Marganenſis.

ΜΑ'ΡΔΟΙ, [88] ἔθνος Ὑρκανῶν· Ἀπολλόδωρος περὶ γῆς δευτέρῳ. λῃσταὶ δ᾽ ἦσαν, καὶ τοξόται.

MARDI, gens Hyrcanorum, de qua Apollodorus libro II de terra. Latrones iſti erant atque ſagittarii.

ΜΑΡ-

MAR-

legitur Γενόα, & apud Polybium Ἄδδας ac Παδόσα, quæ Latinis, ut alia ejus formæ efferebantur *Genua*, *Adua*, & *Paduſa*.

80 Μαραθήσιον, πόλις Καρίας.] Hanc Scylax Lydiæ adſcribit: quod autem a noſtro in fine ſectionis additur, eſſe Epheſiorum urbem, hoc ita non interpretandum, quaſi in circumjacenti Epheſinæ urbi agro ſita fuiſſet, ſed quod aliquando ſub Epheſiorum ditione fuerit, quod ſatis manifeſte apparet ex Strabone lib. XI, ubi inquit: Εἶτα Νεάπολις, ἣ πρότερον μὲν ἦν Ἐφεσίων, νῦν δὲ Σαμίων, διαλλαξαμένων πρὸς τὸ Μαραθήσιον τὸ ἐγγυτέρω πρὸς τὸ ἀπώτερον.

81 Τὸ ἐθνικὸν, Μαραθήσιοι.] Apud Goltzium in nummo Neroniano invenitur hæc inſcriptio: ΜΑΡΑΝΘΗΣΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Verum an propter inſertum N ad hanc urbem pertineat, aliis dijudicandum relinquo. Vide præterea in voce Λιθήσιος, ubi idem gentile reperitur.

82 Μάραθος, πόλις Ἀκαρνανίας.] Erit mihi magnus Apollo, qui urbem in Acarnania hoc nomine oſtenderit. Parum aberat, quin CL. Jac. Gronovii conjecturam recepiſſem, ad Polybium docentis, hoc loco corrigendum videri Ἀραδίας, pro Ἀκαρνανίας.

83 Ὁ πολίτης, Μαραθούσιος.] Primo illud πολίτης non ſatis ſanum videtur, mallem ὁ νησιώτης, ut alias loquitur noſter; quanquam non ignorem, aliquando hæc confundi ab ipſo. Deinde illud Μαραθούσιος ſuſpectum eſt; præſtaret enim ſecundum aliorum analogiam inde formare Μαραθουσαῖος, uti a Λίβυσσα Λιβυσσαῖος, Λοπάδουσα Λοπαδουσαῖος.

84 Μαραθὼν, δῆμος τῆς Λεοντίδος.] Vide noſtrum in voce Τετράπολις. Plurimæ ante paucos annos detectæ ſunt inſcriptiones a J. Sponio in quibus invenitur ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ. Sed ante illam vocem excidiſſe in Epitomare noſtro ὁ δημότης, non eſt quod multis adſtruamus.

85 Τὸ ἐθνικὸν Μαραθωνιάτης.] Apud Golzium nummus Antonini Pii conſpicitur cum inſcriptione: ΜΑΡΑΘΩΝΙΑΤΩΝ.

86 Μαράφιοι, ἔθνος ἐν Περσίδι, ἀπὸ &c.] Abeſt ab omnibus vulgatis integra hæc ſectio, quam nobis reſervaverant libri Palatini & codex Voſſianus: ſed pro Μεράφιον, quod MSS conſtanter exhibent, ſubſtituimus Μεράφιοι, moti auctoritate Herodoti, ubi de hac gente lib. I, fit mentio: Καὶ τοὺς μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συναλίσας, καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων· ἔστι δὲ τάδε ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες, Ἀρτεάται, Πέρσαι, Πασαργάδαι, Μεράφιοι, Μάσπιοι. Vide præterea Steph. in V. Μάσπιοι, quem hiulcum locum ex Herodoto replevimus.

87 Μαργαῖαι, πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡραία.] Non puto hunc locum vitii eſſe immunem: fortaſſis reſcribendum: Μαργαῖα, πολ. Ἠλ. ὡς Ἡραῖα, vel legendum: Μαργαῖαι, πολ. Ηλ. ὡς Ἡραῖαι. Peperam apud Strab. lib. VIII Μαργάλαι ſcriptum eſſe, ad illum librum docet Magnus Caſaubonus. Sed deinde conſulens Juntinam editionem, vidi in ea exaratum eſſe, quod primum conjeceram.

88 Μάρδοι ἔθνος Ὑρκανῶν.] Horum noſter meminit in Ἄμαρδοι. Eſt quoque magnæ Phrygiæ pars, cujus incolæ Mardi appellantur, teſte Stephano in Μυγδονία. Hyrcaniæ Mardos latrociniis fuiſſe deditos; liquet ex Strabone lib. XI, ubi a Nearcho Mardi recenſentur inter gentes λῃστρικάς.

Εὐ-

ΜΑΡΔΟ'ΝΕΣ, Η'πειρωτικὸν ἔθνος. A [89] Εὔπολις Πόλεσι,

Καὶ Χαόνων, καὶ Παιόνων, καὶ Μαρδόνων.

MARDONES, gens Epirotica, de qua Eupolis Urbibus.

Et Chaonum, & Pæonum & Mardonum.

ΜΑ'ΡΕΙΑ, [90] πόλις καὶ λίμνη, τῇ Α'λεξανδρείᾳ παρακειμένη, [91] ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. ἀφ' ἧς [92] καὶ Μαρεώτης οἶνος.

MAREA, urbs & palus Alexandriæ vicina, quæ etiam Mareotis dicitur, unde & vinum Mareoticum. v. Εὐγεία.

ΜΑ'ΡΕΣ, [93] ἔθνος προσεχὲς τοῖς Μοσυνοίκοις· Ε'καταῖος Α'σίᾳ. B

MARES, gens Moſſynœcis vicina, de qua Hecatæus in Aſia.

ΜΑΡΙ'ΑΒΑ, [94] μητρόπολις Σαβαίων, πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· [95] Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ.

MARIABA, metropolis Sabæorum, ad mare rubrum, de qua Strabo lib. XVI.

ΜΑΡΙΑΜΜΙ'Α, [96] πόλις Φοινίκων. οἱ πολῖται [97] Μαριαμμῖται, ὡς Παυσανίας ἕκτῳ. C

MARIAMMIA, oppidum Phœniciæ, cujus oppidani Mariammitæ, teſte Pauſania lib. VI.

ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΙ'Α, χώρα. [98] Εὔπολις Χρυσῷ γένει.

Ο'ρῶ θέων νυνὶ τὴν Μαριανδυνίαν.

ἀπὸ Μαριανδυνοῦ τινος Αἰολέως. [99] τὸ ἐθνικὸν Μαριάνδυνος βαρυτόνως, καὶ Μαριαν- D

MARIANDYNIA, regio, de qua Eupolis in Chryſogene:

Video currens nunc Mariandyniam.

nomen habet a Mariandyno quodam Æolenſi. Gentile Mariandynus accentum in ante penul-

[89] Εὔπολις, Πόλεσι.] Quod hic allegatur, non fuit opus Geographicum, ſed fabula Eupolidis cui nomen Πόλεις, cujus meminit Athenæus lib. IX & X.

[90] Μάρεια, πόλις καὶ λίμνη.] Non puto urbem hoc nomine extitiſſe, ſed vicum, de quo Diod. Sicul. lib. I: Γενομένης οὖν παρατάξεως περὶ τὴν Μαρείαν κώμην, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τῇ μάχῃ κρατησάντων &c. Fuerat quondam ad lacum iſtum urbs ampliſſima, quæ Athenæi ætate pagi formam aſſumſerat, uti libro I Deipnoſophiſt. perhibet. Ejus verba, ubi de vino Mareotico agimus, mox producentur. Hæc palus erat vicina Pharo, aqua carenti, ex qua ad paludem aquatum ibant, teſte Scylace in Libya: Ε'ν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί, ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος.

[91] Η' καὶ Μαρεῶτις λέγεται.] Etiam hoc nomine iſta palus inſignitur Græcis & Lat. ſcriptoribus. Vide Strab. lib. XVII. Plin. lib. V. cap. X. & Curtium lib. IV & VII. Sic etiam regio paludi & vico circumjacens inſignienda, quanquam apud Theodoretum lib. I Hiſt. Eccl. cap. XXVIII Μαρεώτης genere maſ. inveniatur: ὁ δὲ Μαρεώτης χώρα τίς ἐστιν Α'λεξανδρείας, τῆς λίμνης Μαρείας ἐπώνυμος. Ubi fortaſſis emendandum: Η' δὲ Μαρεῶτις χώρα &c.

[92] Καὶ Μαρεώτης οἶνος.] Locus egregius eſt de vino Mareotico apud Athenæum lib. I Deipnoſoph. Φησὶ Σοφοκλῆς, ὅτι ὁ Μαρεώτης οἶνος, ὁ Α'λεξανδρεωτικὸς, τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχειν ἀπὸ τῆς ἐν Α'λεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας, καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμωνύμου, ἣ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμη· παρείληφε μέντοι τὴν προσηγορίαν, λαβοῦσα ἀπὸ Μάρωνος, ἑνὸς τῶν μετὰ Διονύσου τὰς στρατείας πεποιημένων.

[93] Μάρες, ἔθνος.] Herodotus lib. VII hujus meminit, ubi etiam eorum arma deſcribuntur: Μάρες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα ἐπιχώρια πλεκτὰ εἶχον, ἀσπίδας δὲ δερματίνας μικρὰς καὶ ἀκόντια. Eſt & alius locus in Thalia, ubi hæc gentis appellatio corrupta occurrit; ſed emendatur ab Incomparabili Voſſio, in notis ad Melam pag. 13.

[94] Μαρίαβα, μητρόπολις Σαβαίων.] Xylandrianam & MSS codices ſequimur, peſſime enim pro Σαβαίων in Veneta Florentinaque editione Σαβίνων excuſum eſt, quod ſua ætate vidit Pintianus & correxit in notis ad Pomp. Melam. Verum hujus urbis nomen eſt *Mareb*, quod heic *Mariaba*, & Straboni lib. XVI *Meriaba* dicitur: eam vocem Plin. lib. VI cap. XXVIII *Dominos omnium* interpretatur. Vide Boch. Geog. Sac. pag. 112, & Golii notas ad Alphraganum.

[95] Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ.] In omnibus libris MSS & editis πεντεκαιδεκάτῃ legebatur, quod erat corrigendum: nam lib. XVI Strabo hujus oppidi mentionem facit.

[96] Μαριαμμία, πόλις Φοινίκων.] Libri Palatini & Voſſianus: πόλις Φοινίκης. Ab Arriano lib. II de Exp. Alex. Mag. Μαριάμμη appellatur, & non procul a Maratho ſita videtur, ubi refert Alexandrum Stratoni omnia reddiſſe, καὶ τήν τε Α'ραδον αὐτῷ τὴν νῆσον καὶ τὴν Μάραθον τὴν καταντικρὺ τῆς Α'ράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένην, πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα καὶ Μαριάμμην πόλιν. In Faſtis Siculis ſed pagi nomine inſignitur, ubi de converſione Gelaſii agitur: Καὶ λαβόντες τὸ λείψανον αὐτοῦ οἱ ἐκ γένους αὐτοῦ ἀπήγαγον αὐτὸ εἰς τὴν κώμην τὴν λεγομένην Μαριάμμην.

[97] Μαριαμμῖται· ὡς Παυσανίας.] Duplici M hoc gentile excudendum curavimus, ut primitivo reſponderet. Porro Pauſaniam lib. VI conſuluimus, ſed nulla de hac urbe & gentili ibidem fit mentio. Latino ore *Mariammitani* dicuntur Plin. lib. V cap. XXIII.

[98] Εὔπολις, Χρυσῷ γένει.] In omnibus libris hic locus mala interpunctione laborabat, quam correximus; deinde vocibus diviſis legitur χρυσῷ γένει, cum voce compoſita apud Harpocrat. in Σιπύα & Pollucem lib. X cap. XVII id fabulæ nomen occurrat, quod nos in verſione expreſſimus. Sed verſum Eupolidis, unica addita literula reſtituimus, legebatur enim antea: Εὔπολις· Χρυσογένει ὁρῶ, θέω νυνὶ τὴν Μαριανδ.

[99] Τὸ ἐθνικὸν, Μαριάνδυνος, βαρυτόνως.] Videtur heic excidiſſe, κατὰ τοὺς Αἰολεῖς, quod conjicimus ex Euſtathii comment. ad Dionyſ. hunc ipſum Stephani locum hiſce verbis citantem: Οἱ δὲ Μαριανδυνοὶ οὕτω καλοῦνται ἀπό τινος Αἰολέως Μαριανδυνοῦ καλουμένου. καὶ τὸ ἐθνικὸν δὲ Μαριάνδυνος μὲν λέγεται προπαροξυτόνως, κατὰ τοὺς Αἰολεῖς, ὡς φησιν ὁ γράψας τὰ ἐθνικά. Η' δὲ κοινὴ χρῆσις ὀξύνει αὐτὸ, κατὰ τὸν τύπον τῶν εἰς νος ἐθνικῶν. In voce Α'δανα liquet, Æoles hunc accentum imprimis in pronuntiando affectaſſe. Porro obſervandum eſt, Mariandyniæ incolas ſæpe ab auctoribus appellari in penult. per η. Conſtat. Porphyrog. lib. I de Them. Ε'θνη δὲ κατὰ μέρος ὀνομαζόμενα τοσαῦτα, Γαλάται, Μαριανδηνοί, Βιθυνοί. Vide præterea Chron. Alex. pag. 60.

Καὶ

ῤιανδυνὶς, [1] καὶ Μαριανδυνὴ θηλυκόν. καὶ Μαριανδυνὸς κτητικὸν, [2] καὶ Μαριανδυνικός.

ΜΑ'ΡΙΟΝ, [3] πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη, ἀπὸ Μαριέως. ὁ πολίτης, Μαριεύς. ὅθεν καὶ τὸ κύριον, ὁ [4] Κινύρου Μαριεύς.

ΜΑ'ΡΚΑΙΟΝ, [5] ὄρος τῆς Τρωάδος, πρὸς τῇ Γέργιθι. [6] οἱ οἰκήτορες, Μαρκαιίσιοι.

ΜΑ'ΡΜΑΚΕΣ, ἔθνος Αἰθιοπικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

ΜΑΡΜΑ'ΡΙΟΝ, [7] πόλις Εὐβοίας. ὁ πολίτης Μαρμάριος, ὡς Βυζάντιος.

ΜΑ'ΡΜΗ, πόλις Φοινίκης. τὸ ἐθνικὸν Μαρμαῖος, ὡς Βαρκαῖος.

ΜΑ'ΡΠΗΣΣΑ, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται. ὁ οἰκήτωρ, Μαρπήσσιος.

ΜΑ'ΡΣΙΠΠΟΣ, πόλις Φοινίκης. τὸ ἐθνικὸν, Μαρσίππιος.

ΜΑ'ΡΣΟΙ, ἔθνος Ἰταλικόν. τὸ ἐθνικὸν, Μαρσικοί.

ΜΑΡΣΥ'Α, πόλις Φοινίκης, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ Φίλων, [8] ἀπὸ Μαρσοῦ. τὸ ἐθνικὸν Μαρσυηνός, τῷ τῆς Ἀσίας τύπῳ.

ΜΑΡΩ'ΝΕΙΑ, [9] πόλις Κικονίας, κατὰ τὴν ἐν Θρᾴκῃ χερρόνησον. [10] ἐν δὲ λίμνη Ἰσμαρίς· ἐν δὲ, Μαρώνεια πόλις. [11] τὸ ἐθνικὸν,

A penultima gerit. Et Mariandynis & Mariandyne dicitur genere fœm. A Mariandynus & poſſeſſivum Mariandynicus deducitur.

MARIUM, urbs Cypri, quæ poſteà Arſinoë appellata eſt: a Marieo nomen habens. Civis, Marienſis. Hinc & proprium B Cinyræ Marienſis.

MARCÆUM, mons Troadis ad Gergithin ſitus. Incolæ, Marcæiſſii.

MARMARES, gens Æthiopica, auctore Hecatæo in Aſia.

C MARMARIUM, oppidum Eubœæ, cujus oppidanus Marmarius, uti Byzantius.

MARME, urbs Phœniciæ. Gentile, Marmæus, uti Barcæus.

MARPESSA, mons Pari, unde lapides effodiuntur. Incola, Marpeſſius.

D MARSIPPUS, urbs Phœniciæ. Gentile, Marſippius.

MARSI, gens Italica. Gentile, Marſici.

MARSYA, urbs Phœniciæ, de quà Alexander & Philo, a Marſo nomen habens. Gentile, Marſyenus juxta formam E Aſiaticam.

MARONEA, urbs Ciconiæ juxta Thraciæ Cherrhoneſum. Erat hic palus Iſmaris, & urbs Maronea. Gentile, Maronetes.

[1] Καὶ Μαριανδυνὴ θηλυκόν.] Apud Euſebium in Chron. pro regione ipſa ſumitur: Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μαριανδυνή.

[2] Καὶ Μαριανδυνικός.] Poſſeſſivum, quod hoc loco a proprio Μαριανδυνὸς formatum eſt, in libris MSS & editis genuinam terminationem perdidit, in iis enim peſſime Μαριάνδυνοι legebatur: illud autem non habere poſſeſſivi formam, manifeſte docet Etymologici Mag. auctor in voce Αἰδοῖος, & aliis in locis.

[3] Μάριον, πόλ. Κύπρου.] Scylax hujus urbis meminit: Σόλοι, καὶ αὕτη λιμένα ἔχει χειμερινὸν, Μάριον Ἑλληνίς, Ἀμαθοῦς. Vide præterea noſtrum in Ἀρσινόη.

4 Κινύρου Μαριεύς.] Sic emendavit Salmaſius in margine ſui Stephani, pro Κινύρου Μαριεύς Vide præterea in Κύριον, unde hæc emendatio confirmatur.

5 Μάρκαιον, ὄρος τῆς Τρωάδος] Mons non admodum celebris. Cenſet tamen Holſtenius in ſuis ad Apoll. Rhodii Argonaut. comment. contra Scholiaſtæ auctoritatem, Μακριάδας σκοπιὰς in agro Troadenſi fuiſſe, Thraciæ oppoſito, quas cum Marcæo monte Μαρκαίῳ ὄρει eaſdem ſtatuit

6 Οἱ οἰκήτορες, Μαρκαιίσιοι.] Manifeſte mendoſum eſt illud incolarum nomen. Fortaſſis emendandum: Οἱ οἰκήτορες Μαρκαῖοι, ὡς Κάσιοι.

7 Μαρμάριον, πόλις Εὐβ.] Hujus meminit Strabo lib. x: Πλησίον δὲ τὰ Στύρα, καὶ τὸ Μαρμάριον. Deinde ſequitur oppidani nomen, ſed paullulum corruptum: Ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου. Sic legendum, non Μαρμαρίνου, uti in vulgatis conſpicitur.

8 Ἀπὸ Μαρσοῦ.] Penultima vocalis in omnibus libris excidiſſe videtur. Non dubito, quin legendum ſit, ἀπὸ Μαρσύου. Eſt enim Marſyas notiſſimus. Strab. lib. xvi hujus urbis meminit: Μετὰ δὲ τὴν Μάκραν ἐστὶν ὁ Μαρσύας, ἔχων τινὰ ὀρεινὰ, ἐν οἷς ἡ Χαλκὶς, ὥσπερ ἀκρόπολις τοῦ Μαρσύου. Marſyam convallem memorat Polybius lib. v. inter radices Libani & Antilibani ſitam.

9 Μαρώνεια, πόλις Κικονίας] Ciconas hanc urbem habitaſſe, teſtis eſt Scymnus Chius:

Εἶτα Μαρώνεια οὓς κατοικῆσαι τὸ πρὶν
Τοὺς Κίκονας ἱστοροῦσι τοὺς ἐν Ἰσμάρῳ
Αὐτὴ δὲ Χίων ἐγένεθ' ὕστερον κτίσις.

Locus alius hujus nominis in Attica ſita eſt, teſte Harpocratione in Μαρώνεια. Τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς· ἔστι μέντοι καὶ πόλις ἐν Θρᾴκῃ Μαρώνεια, ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην· μνημονεύουσι δὲ αὐτῆς Δημοσθένης τε ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τετάρτῃ. De ſitu urbis Thraciæ conſulendus Voſſius vir Maximus ad Pom Mel pag. 132.

10 Ἐν δὲ λίμνη Ἰσμαρίς. ἐν δὲ Μαρώνεια πόλις.] Noſtrum hæc verba deſumſiſſe ex libr. ιv Hellanici; non eſt quod multis perſuadeam. Inſpiciatur modo locus Harpocrationis proxime allegatus. Sed in omnibus libris MSS & editis legebatur: ἐν δὲ λίμνη Μάρις. ἐν δὲ Μαρ. Firmam & certam eſſe hanc emendationem ſatis liquet ex Steph. in Ἴσμαρος. Ἔστι καὶ Ἰσμαρὶς λίμνη. Ἡρόδοτος ζ'. Sita erat hæc palus inter Strymam & Maroneam, auctore Herodoto, quem jam allegavit noſter: Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ἰσμαρίδα· κατὰ δὲ Δικαίαν, Βιστονίδα.

11 Τὸ ἐθνικὸν, Μαρωνείτης.] Ampliſſimus Seguinus nummum æreum exhibet, in cujus antica parte caput Othonis, cum inſcriptione ΟΘΩΝ ΚΑΙΣΑΡ, viſitur.

κὸν, Μαρωνείτης· καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ ι, καὶ Μαρωνὶς, [12] ἀπὸ τοῦ Μάρωνος γονικῆς. καὶ Μαρωναῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Μαρώνη.

ΜΑΣΑΙΣΥΛΙ'Α, χώρα Λιβύης, [13] προσεχὴς τῇ τῶν Μαυρουσίων. [14] τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιοι, καὶ Μασαισυλεῖς, καὶ Μασαισυλῖται.

B

ΜΑΣΑΝΩ'ΡΑΔΑ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μασανωράδου τοῦ Κινδάψου παιδός. [15] τὸ ἐθνικὸν, Μασανωραδεύς.

ΜΑ'ΣΗΣ, πόλις Ἀργείων. Παυσανίας δευτέρῳ, [16] Ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα. Ὅμηρος,

C

Οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν, Μάσητά τε,
κοῦροι Ἀχαιῶν.

[17] λέγεται δὲ ἡ πόλις Μάσητος. οἱ πολῖται, Μασήτιοι. ἔστι δὲ λίμνη δὲ κώμη Μασῆτις, καὶ νῆσος.

D

ΜΑ'ΣΙΟΝ [18] ὄρος, ὑπὲρ τῆς Νισίβιος· Στράβων ἑνδεκάτῃ. οἱ οἰκοῦντες, Μασιηνοί. [19] ἢ Μασιανὸς, ὡς Πάριον Παριανός.

ΜΑ'ΣΚΩΤΟΣ, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος Περιηγήσει. ἔστι δὲ πλησίον τῶν Ἑσπερίδων. τὸ ἐθνικὸν, μασκωτίτης, Λιβυκῷ δὲ Αἰγυπτίῳ τύπῳ.

E

ΜΑ'ΣΠΙΟΙ, ἔθνος Περσικὸν, ὡς εἴρη-

Ates. Et genere fœminino per I, & Maronis, a genitivo Maronos. Et Maronæus, quaſi a Marone.

MASÆSYLIA, regio Libyæ Mauruſiis vicina. Gentile, Maſæſylii, & Maſæſylenſes, & Maſæſylitæ.

MASANORADA, urbs Cariæ, ſic dicta a Maſanorado Cindapſi filio. Gentile, Maſanoradenſis.

MASES, urbs Argivorum, de qua Pauſanias libro ſecundo: Via ad Maſeta ducit. Homerus:

Quique incolebant Æginam Maſetemque,
filii Achivorum.

Urbs quoque dicitur Maſetus. Cives, Maſetii. Eſt quoque palus & vicus Maſetis & inſula.

MASIUM, mons ſupra Niſibin, de quo Strabo libro XI. Incolæ Maſieni, vel Maſianus, uti Parium Parianus.

MASCOTUS, urbs Libyæ, de qua Hecatæus in Periegeſi. Sita eſt prope Heſperides. Gentile, Maſcotita, Libyca & Ægyptia forma.

MASPII, gens Perſica, uti dictum eſt in

tur, & in averſa parte figura nuda, dimidiato corpore, cum verbo ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Idem illud gentile producitur a Steph. in Βορυσθένης. Apud Goltzium tamen & Spanhemium inveniuntur nummi cum epigraphe: ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Interim Jac. Sponius V. CL nuperrime Othones æreos in lucem emiſit cum inſcriptione ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Non tamen videtur rejicere noſter terminationem gentilis in ίτης, cum in voce Ταῤῥάκων eam adſtruere videatur: Τὸ ἐθνικὸν, Ταῤῥακωνίτης, ὡς Ἀσκάλων Ἀσκαλωνίτης, καὶ Μάρων Μαρωνίτης. Aliud igitur terminatio in ιτης primitivum habet, cum illud a Μάρων, non vero a Μαρώνεια formetur. Vide præterea in Καυκώνεια, ubi etiam ratio redditur, quare inde formentur duo gentilia, nempe Καυκωνείτης & Καυκωνίτης.

[12] Ἀπὸ τοῦ Μάρωνος γονικῆς.] Apud Suidam de primo conditore hujus urbis hæc legimus Μάρων Μάρωνος ὄνομα κύριον· ὁ πρῶτος οἰκιστὴς Μαρωνείας.

[13] Προσεχὴς τῇ τῶν Μαυρουσίων.] Confecit hanc ſectionem noſter ex Strabonis libro XVII: Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων γῆν ἡ τῶν Μασαισυλίων ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἢ καλεῖται ὅριον τῆς τε Μασαισύλων καὶ τῆς Μασυλιαίων γῆς.

[14] Τὸ ἐθνικὸν, Μασαισύλιοι.] Sic quoque appellantur Dionyſio Afro:

Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγραυλοι Μασυλῆες
Βόσκονται σὺν παισὶν ἀν' ἤπειρόν τε καὶ ὕλην.

Perperam apud Suidam ſcribitur: Μασαισίλιον ἔθνος. Ubi emendandum Μασαισύλιοι, ἔθνος. Vel Μασαισύλιον ἔθνος.

[15] Τὸ ἐθνικὸν, Μασανωραδεύς.] Apud Goltzium exſtat nummus Titi cum hac inſcriptione: ΜΑΣΑΝΩΡΑΔΕΩΝ.

[16] Ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα.] Hæc Pauſaniæ verba in omnibus libris mutilata circumferebantur hoc modo: ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσῃ. Integer locus apud Pauſaniam libro II ſic legitur: Παρὰ δὲ αὐτὸν ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα τοῖς ἐκτραπεῖσιν ἐκ τῆς εὐθείας.

[17] Λέγεται δὲ ἡ πόλις Μάσητος.] Sic quoque teſtatur Euſtathius in comment. ad Iliad. B tribus ſyllabis urbis nomen efferri: Λέγεται δέ φασι δὲ τρισυλλάβως ἡ Μάσητος. ἔστι δὲ κώμη Μάσητος καὶ λίμνη φησὶ δὲ νῆσος.

[18] Μάσιον, ὄρος ὑπὲρ τῆς Νισίβιος.] In Strabonis verbis, quæ noſter citat, hodie pro ὑπὲρ legitur ὑπερκείμενον. Hæc enim ſunt integra ex lib. XI: Ἐν δὲ τούτοις ἐστὶ, καὶ τὸ Μάσιον, τὸ ὑπερκείμενον τῆς Νισίβιος ὄρος, καὶ τῶν Τιγρανοκερτῶν. Imo eodem libro de eodem monte eandem rurſus vocem uſurpavit: Μάσιον μέν ἐστι τὸ ὑπερκειμένων (ubi legendum ὑπερκείμενον) ὄρος τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Μυγδόνων ἐκ νότου, ἐν οἷς ἡ Νίσιβις ἐστίν. Euſtathius in Comment. ad Iliad. B etiam Maſii meminit, &, quanquam nomen reticeat, uti ego cenſeo ex Steph. noſtro: ſed hæc & præcedens de Maſete Argivorum oppido ſectio, adeo ſibi invicem coheſiſſe videntur, ut in ejus codice hæ duæ ſectiones unicam confecerint, nam poſt verba præcedenti commentario a nobis ex Euſtathio allegata, hæc ſequuntur: Τὸ δὲ Μάσιον τρισυλλάβως, ὡς Πάριον, ὄρος φασὶ Μεσοποταμίας, περί που τὴν ἑώαν Νίσιβιν.

[19] Ἢ Μασιανὸς, ὡς Πάριον Πα.] Vox Μασιανὸς in libris MSS & editis non conſpicitur: nobis placuit eam adde-

εἴρηται [20] ἐν τῷ περὶ Μαραφίων, Ἀρτεάτων καὶ Πασαργαδῶν.

ΜΑΣΣΑΓΕ'ΤΑΙ, ἔθνος Σκυθῶν, [21] ἔνθα Κῦρος ἐτελεύτησε. [22] τὸ θηλυκὸν λέγεται Μασσαγῆτις, καὶ ἴσως διὰ τὸ μέτρον.

ΜΑΣΣΑΛΙ'Α, [23] πόλις τῆς Λιγυστικῆς, κατὰ τὴν Κελτικὴν, [24] ἄποικος Φωκαέων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τίμαιος δέ φησιν, ὅτι προσπλέων ὁ κυβερνήτης, καὶ ἰδὼν ἁλιέα, ἐκέλευσε μάσσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον. [25] μάσσαι γὰρ, τὸ δῆσαί φασιν Αἰολεῖς. ἀπὸ οὖν τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ μάσσαι ὠνόμασται. [26] τὸ ἐθνικὸν Μασσαλιώτης, καὶ Μασσαλιεὺς, καὶ Μασσαλία, καὶ Μασσαλιῶτις γυνή.

ΜΑ'ΣΣΑΚΑ, [27] πόλις Ἰνδῶν· Ἀρριανὸς ἐν Ἰνδικοῖς. τὸ ἐθνικὸν Μασσακηνὸς, ὡς Μάζακα Μαζακηνός.

ΜΑΣ-

A in ſectionibus de Maraphiis, Arteatis & Paſargadis.

MASSAGETÆ, gens Scythica, ubi Cyrus mortem obiit. Fæmininum dicitur Maſſagetis per η, quod forte fit metri cauſa.

MASSALIA, urbs Ligyſticæ, juxta B Celticam, colonia Phocaënſium, auctore Hecatæo. Perhibet Timæus hinc nomen habere, quod nauclerus adnavigans, conſpecto piſcatore, juſſerit μάσσαι, ideſt, *ligare* funem nauticum. Apud Æoles enim μάσσαι *ligare* ſignificat. A voce igitur ἁλιεὺς piſcator & μάσσαι *ligare*, urbs *Maſſalia* nomi- C nata eſt. Gentile, Maſſaliota, Maſſalienſis, & Maſſalia, & Maſſaliotis mulier.

MASSACA, urbs Indorum, de qua Arrianus in Indicis. Gentile, Maſſacenus, uti a Mazaca fit Mazacenus.

MAS-

addere, monente ſic Salmaſio ad oram ſui Stephani.

[20] Ἐν τῷ περὶ Μαραφίων, Ἀρτεάτων καὶ Πασαργ.] Ingens erat hiatus in omnibus libris calamo exaratis & editis, legebaturque hunc in modum: Ἐν τῷ περὶ Μαραφί * ῥεταίων καὶ Πασ. Hoc vult Stephanus, ſe tribus iſtis capitulis, quæ de Maraphiis, Arteatis & Paſargadis compoſuit etiam de Maſpiis gente Perſica mentionem feciſſe. Sed tribus iſtis locis Epitomator Maſpiorum memoriam non celebrat, quin imo in hactenus editis ipſi Maraphii non occurrebant, quos auctoritate MSS codicum huic editioni inſeruimus. Sed Stephanum tribus iſtis locis Maſpios commemoraſſe, evidenter liquet ex Herod. lib 1, unde lacunam replevimus: Καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συναλίσε, καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων. ἔστι δὲ τάδε, ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες, Ἀρτεᾶται, Πέρσαι, Πασαργάδαι, Μεράφιοι (legendum Μαράφιοι) Μάσπιοι.

[21] Ἔνθα Κῦρος ἐτελεύτησε.] Situm Maſſagetarum, & mores egregie deſcribit Euſtathius ad Dionyſ. de Situ orbis: Ὅτι πέραν Ἀράξου πρὸς ἀνατολὰς οἱ Μασσαγέται τοξικώτατοι καὶ κακοξεινότατοι. ἔθνος μέγα καὶ ἄλκιμον· παρ' οἷς Κῦρος ἐτελεύτησε, βασιλευούσης Τεμύριδος. Ultima vox in levi mendo cubat: Forte reſcribendum Τωμύριδος, vel Τομύριδος. Quanquam ſciam in illa voce primam vocalem diverſiſſime mutari. Alii, qui varias hujus vocis ſcribendi rationes obſervarunt, prætermiſere in prima per ε exarari.

[22] Τὸ θηλυκὸν λέγεται Μασσαγῆτις.] In omnibus libris legebatur, τὸ ἐθνικὸν λέγεται Μασαγῆτις. Primo illud ἐθνικὸν in θηλυκὸν mutatum ivimus: quod vitium frequentius apud noſtrum librariorum fraude occurrit: deinde pro Μασαγῆτις reſcripſimus Μασσαγῆτις: quam vocem, ut verum fatear, apud poëtas nondum invenimus, ut de metro judicaremus. Legitur tamen apud Joh Tzetzen Hiſt Chil. XII Hiſt. CCCCLI hæc inſcriptio: Ἱστορία ἡ λέγουσα καὶ περὶ Σακίδας καὶ Μασσαγέτιδας.

[23] Πόλις τῆς Λιγυστικῆς.] Sic bene emendavit Holtmannus, quem ſequimur: male in duabus prioribus editionibus, πόλις τῆς Λιβυστικῆς, excuſum eſt.

[24] Ἄποικος Φωκαέων.] Male Euſtathius ad Dionyſ. Maſſiliam Phocenſium coloniam ſtatuit: Ὅτι καὶ ἡ Μασσαλία Γαλατική ἐστι, Φωκεῖς δ' ᾤκησαν αὐτὴν, φυγόντες τὴν τοῦ Κύρου δουλείαν. Nullum in veterum ſcriptis frequentius mendum, quam confundere Φωκαεῖς & Φωκεῖς. Eſt enim Φώκαια, urbs Joniæ, ſed Φωκὶς unde οἱ Φωκεῖς, Achaïæ regio. Bene Harpocration in voce Μασσαλία. Ἰσοκράτης μέν φησιν ἐν Ἀρχιδάμῳ, ὡς Φωκαεῖς φεύγοντες τὴν τοῦ Μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν, εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν. Ad quem locum vide Mauſſacum, & Salmaſium hac de re agentem pluribus in Plin. Exercit. pag. 94.

[25] Μάσσαι γὰρ τὸ δῆσαι φασιν Αἰολεῖς. ἀπὸ οὖν τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ μάσσαι ὠνόμασται.] Quanquam omnes editi & calamo exarati conſtanter utroque loco μᾶσαι per s ſimplex exhibeant, exiſtimabamus tamen melius reſponſurum opinioni noſtri Stephani, ſi vox duplici ſſ excuderetur, quia urbis nomen ſic expreſſit. Præterea etiam Archiepiſcopi Theſſalonicenſis auctoritate movebamur, qui paſſim Stephanum tranſcribens, μάσσαι, non vero μᾶσαι agnoſcit, ſic enim in Comment. ad Dionyſ. de Situ Orbis: Ἔστι δὲ οὐ μόνον χώρα Μασσαλία, ἀλλὰ καὶ πόλις Λιγύων περί που τὴν Κελτικὴν, ἐτυμολογουμένη ἀπὸ τοῦ μάσσαι, ὅ ἐστιν ἐκδῆσαι Αἰολικῶς, καὶ ἀπό τινος ἁλιέως. προσπλέων γὰρ, φασὶν, ὁ τῶν ἀποίκων Φωκαέων (ſic legendum non Φωκέων) κυβερνήτης, καὶ ἰδὼν ἐκεῖ ἁλιέα, ἐκέλευσε μάσσαι, ὅ ἐστι δῆσαι τὸ ἀπόγειον πεῖσμα· ὅθεν καὶ ἡ πόλις Μασσαλία, παρὰ τὸ μάσσειν, καὶ τὸν ἁλιέα. Satis opportune hæc verba produximus, quorum beneficio adhuc duo hac ſectione menda expungi poſſunt. In omnibus MSS & editis Stephani περιπλέων legebatur, & deinde κελεῦσαι, pro quibus ex Euſtathio προσπλέων, & ἐκέλευσε ſubſtituimus. Sed cum heic de *Maſſilia* etymo ſermo incidat, non poſſum quin addam, ſcriptis ſuis illuſtrem Menagium in Amœnit. Jur. Civilis exiſtimare, ridiculam eſſe Stephani ex Timæo opinionem. Vult enim vir doctiſſ. a μάσσω fieri μασσάω: unde μασσάλω, a quo μάσσαλος, & a quo μασσαλιώτης. Hincque cenſet, Maſſilienſes, gentem ſeveram & fortem aliis molles audiiſſe, uti demonſtrat locis Plauti, Athenæi & Suidæ: ſed præſertim Flori verba lib. IV cap 11, mire ipſius ſententiam adſtruere, cum ait: *Maſſilia Græcula civitas, non pro mollitie nominis, & vallum cædere, & incendere machinas auſa, & congredi navibus.* Deinde tranſit in opinionem Franciſci Guieti, qui in notis ad Stephanum, *Maſſiliam* deducit a μάσσος, id eſt, *magnus.* Neque enim a *mollitie Maſſiliam* dictum fuiſſe contendit (quanquam urbem in Iberia Μαλάκην dictam inveniat) ſed quia μασσαλία *mollitiem* denotat, Maſſilienſes pro mollibus habitos fuiſſe arbitratur.

[26] Τὸ ἐθνικὸν, Μασσαλιώτης.] Omnia gentilia ab hac urbe deducta duplici ſſ excudi curavimus, quæ emendatio variorum ſcriptorum auctoritate comprobari poſſet. Apud Goltzium viſitur nummus cum inſcriptione ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ.

[27] Μάσσακα, πόλις Ἰνδῶν.] Hæc ſunt Arriani verba in Indicis, quæ noſter innuere videtur: Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἵνα περ καὶ τὸ κράτος

ΜΑΣΣΙΆ, χώρα ἐπικειμένη τοῖς Ταρτησίοις. τὸ ἐθνικὸν, Μασιανός· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ. A

ΜΑ'ΣΤΑΥΡΑ,[28] πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μᾶς. Μᾶ δὲ τῇ Ῥέᾳ εἵπετο, ἣ παρέδωκε Ζεὺς Διόνυσον τρέφειν. καὶ ἡ Μᾶ παρὰ τῆς Ἥρας ἐρωτηθεῖσα, τίνος εἴη τὸ βρέφος; Ἄρεος, B ἔφη. καὶ παρὰ Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσαρις ἔνθεν ἐκλήθη. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ, καὶ ταῦρος αὐτῇ ἐθύετο παρὰ Λυδοῖς, ἀφ' ἧς ἡ πόλις. ποταμὸς δὲ διὰ μέσης πόλεως ῥεῖ [29] Χρυσαόρας λεγόμενος. [30] τὸ ἐθνικὸν Μασταυρεὺς, ὡς Πηγασεύς. εἴρηται καὶ Μασταυρείτης.

ΜΑΣΤΙΑΝΟΊ, [31] ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως. C

ΜΑΣΤΡΑΜΕ'ΛΛΗ, πόλις καὶ [32] λίμνη τῆς Κελτικῆς. Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα.

ΜΑΣΣΥ'ΛΟΙ, Λιβυκὸν ἔθνος. Ἀπολλόδωρος. [33] Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ, Μασυλεῖς αὐτοὺς φησι. D

ΜΑΣΧΑ'ΝΗ,[34] πόλις πρὸς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων. Κουάδρατος ὀγδόῳ Παρθικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Μασχανεύς.

MASSIA, regio quæ Tarteſiis adſcribitur. Gentile, Maſſianus, quo utitur Theopompus libro quarto & quadrageſimo.

MASTAURA, urbs Lydiæ, ſic dicto a Ma, quæ ſequebatur Rheam, cui Jupiter Bacchum educandum dedit. Ma interrogata a Junone, cujus infans eſſet, reſpondit Ἄρεος, id eſt, *Martis*. Atque hinc a Caribus Bacchus Maſaris appellatus eſt. Rhea etiam vocabatur Ma, eique apud Lydos taurus ſacrificabatur, unde urbs Maſtaura dicta eſt. Fluvius vero per mediam urbem vehens Chryſaoras appellabatur. Gentile, Maſtaurenſis, uti Pegaſenſis. Aliquando etiam Maſtaurita dicitur.

MASTIANI, gens prope columnas Herculeas, auctore Hecatæo in Europa. Gens autem a Maſtia urbe ſic dicta eſt.

MASTRAMELLE, urbs & palus Celticæ, auctore Artemidoro in Epitome librorum undecim.

MASSYLI, gens Libyca, cujus meminit Apollodorus. Polybius libro VII eos Maſſyleos nominat.

MASCHA'NE, urbs prope Scenitas Arabes, cujus meminit Quadratus lib. VIII Parthicorum. Gentile, Maſchanenſis.

MA-

τος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ἀσσακίης. Eodem modo hæc urbs appellatur in indice præfixo lib. XVII Diod. Sicul Ὡς Μάσσακαν πόλιν ὀχυρὰν ἐκπορθήσας Ἀλέξανδρος, τοὺς μισθοφόρους ἅπαντας λαμπρῶς ἀγωνισαμένους κατέκοψεν. Certe illud Stephani Μάσσακα, cum juſtam literarum ſeriem obſervat, me impellit, ut ferme credam, reliqua apud Arrianum loca, ubi hæc urbs Μάσσαγα appellatur, in levi mendo deliteſcere, & ſcripturam per K potiorem eſſe, quam per Γ. Imo ſic quoque in Strabone emendandum judico, licet Caſaubonus pro Μασόγα etiam Μάσσαγα ſubſtituat.

[28] Μάσαυρα, πόλις Λυδίας.] Meminit hujus urbis Strab. lib. XIV: Περίκειται δὲ ἀξιόλογοι κατοικίαι πέραν τοῦ Μαιάνδρου· Κοσκίνια καὶ Ὀρθωσία· ἐντὸς δὲ Βρίουλα, Μάσταυρα &c. Latino ore hinc formatur gentile MASTAURENSIS, quod eſt apud Plin. lib. V cap. XXIX.

[29] Χρυσαόρας λεγόμενος.] Sic conſtanter exhibent MSS & editi. Citat tamen ex Stephano Reineſius in var. lectionibus *Chryſorrohas*, quod non eſt probandum, uti neque illud, quod Pactolo Chryſorrhoæ nomen attribuat. Quanquam certum ſit Pactolum arenis ſuis auri ramenta vehere, nuſquam tamen *Chryſorrhoas* dicitur. Iſte amnis eſt in Syria, & Damaſcenam regionem perfundit.

[30] Τὸ ἐθνικὸν, Μασταυρείτης.] In numiſmate Domitiani apud Goltzium legitur hæc inſcriptio, ΜΑΣΤΑΥΡΙΤΩΝ.

[31] Μαστιανοὶ, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακ. στηλ.] Iidem mihi videntur, qui in Μασσία ex Theopompo Μασσιανοὶ appellantur, & ubique a Stephano Μαστιανοί, præterquam hoc in loco. Vide in Ἐλβέστιοι, Ἴβηρία, Μολυβδίνα & Σίξος. Polybio tamen libro III Μαστιανοὶ dicuntur, cui etiam urbs Μαστία eodem libro: Πρόσκειται δὲ καὶ τῷ Καλῷ ἀκρωτηρίῳ, Μαστία, Ταρσήϊον.

[32] Λίμνη τῆς Κελτικῆς.] Ab hac palude, cui adjacet, urbs nomen accepit. Plinius lib. III cap. IV emendante Samaſio ad Solinum: *Inſigne ſtagno Maſtramela oppidum, Maritima Avaticorum.* Caſauboni ſuper hoc Plinii loco ſententiam vide in notis ad Strab. pag. 72. Sed locum Plinii longe alio modo emendavit Vir Maximus ad Melam: *Ultra foſſa ex Rhodano, C. Marii opere & nomine inſigne ſtagnum Maſtramela, oppidum Maritima Avaticorum.* Verum deinde addit eadem eſſe Maſtramela & Maritima. Nunc *Martegue* vocatur oppidum, & lacus quem obſtruit, *Lac de Martegue.* Maſtramelæ etiam meminit Feſtus Avienus, cujus verba ab eodem Voſſio hunc in modum emendantur:

Gens hic Veragri: Bergineque civitas,
Salyes atroces, oppidum Maſtramelæ
Priſcum paludis, terga celſum prominens,
Quod incolentes Cithariſtium vocant.

[33] Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ.] Locus Polybii hodie non exſtat, adeo ut de genuina ſcriptura non ſimus certi; nam Euſtathius ex Polybio Μασυλεῖς citat in notis ſuis ad Dionyſium pag. 29. Ὅπη τὸ ἀγρόνομοι Μασυλῆες προπαρωξύνεται, ὁμοίως τῷ, πρωτότοκοι παῖδες. ἐπεὶ οὐκ ἐνέργειαν, ἀλλὰ πάθος σημαίνει. τοὺς γὰρ ἐν ἀγροῖς νεμομένους, ἢ τοὺς κατὰ τὰ ἄγρια νεμομένους ἡ λέξις δηλοῖ. Πολύβιος δὲ Μασυλεῖς γράφει αὐτούς. Verum hodie lib. III apud Polyb. Μασσυλίων memoria celebratur, qui mihi iidem videntur. Male in Plutarchi Parallelis Μέσσολοι appellantur, quod ſubolfecit Xylander, cum verteret *Maſſulos*. Hæc ſunt Plut. verba, Καλπούρνιος Κράσσος, ἀνὴρ τῶν ἐπισήμων Ῥηγούλῳ συστρατευόμενος, ἐπέμφθη Μεσσόλους πορθήσων. Scribendum Μασσύλους.

[34] Μασχάνη, πόλις πρὸς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων.] Originem nominis habere videtur ab Arabico مسلن *Maſchan*: nam quodvis habitaculum locus ve ad quietem aptus hoc nomine inſignitur.

Ma-

ΜΑ'ΤΑΥΡΟΣ, [35] πόλις Σικελίας, Λοκρῶν κτίσμα. τὸ ἐθνικὸν, Ματαυρῖνος. Στησίχορος Εὐφήμου παῖς Ματαυρῖνος γένος, ὁ τῶν μελῶν ποιητής.

A MATAURUS, urbs Siciliæ a Locris condita. Gentile, Mataurinus. Steſichorus Euphemi filius genere erat Mataurinus, poëta melicus.

ΜΑΤΙΑΝΗ', μοῖρα τῆς Μηδίας. [36] Στράβων ἐνδεκάτῃ. τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ.

MATIANE, pars Mediæ, auctore Strabone libro XI. Hoc vero fit in Matiane Mediæ.

B

ΜΑΤΥΚΕ'ΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

MATYCETÆ, gens Scythica, cujus meminit Hecatæus in Europa.

ΜΑΥΡΙΤΑΝΙ'ΑΙ, δύο· [37] ἡ μὲν Τιγγιτάνη, ἡ δὲ Καισαρεία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ.

MAURITANIÆ duæ, altera Tingitana, altera vero Cæſarienſis, teſte Marciano in ejus Periplo.

ΜΑΥΡΟΥ'ΣΙΟΙ, [38] καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης, ὡς Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. [39] τὸ ἐθνικὸν, Μαυρούσιος. τὸ θηλυκὸν, μαυρουσίς.

C MAURUSII & Mauri, gens magna Libyæ, cujus meminit Quadratus lib. primo Parthicorum. Gentile, Mauruſius & fœmininum Mauruſis.

ΜΑΥΣΟ'Σ, κώμη Κορίνθου. [40] Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μαυσεῖς.

MAUSUS, pagus Corinthi, de quo Theopompus libro XXXII. Gentile, Mauſenſes.

D

ΜΑΥΣΩΛΟΙ', οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσώλου· Δημοσθένης δεκάτῳ Βιθυνιακῶν, [41] Δαίδαλα Μαυσωλῶν.

MAUSOLI, ſic Cares appellantur a Mauſolo, auctore Demoſthene libro X Bithyniacorum. Dædala Mauſolorum.

ΜΑΧΑΙΡΟΥ'Σ, φρούριον τῆς Ἰουδαίας, [42] ὡς Ἰώσηπος. [43] τὸ ἐθνικὸν ὤφει-

MACHÆRUS, caſtellum Iudææ, de E quo Joſephus. Gentile debebat eſſe Machæ-

[35] Μάταυρος, πόλις Σικ.] Emendandum eſſet, πόλις Ἰταλίας, ſi auctor noſter iſti Italiæ parti, in qua *Mataurus*, non aliquando Siciliæ nomen attribueret. Suidas enim in Italia collocat, & Matauriam nominat: Στησίχορος· Εὐφόρβου, ἢ Εὐφήμου, ὡς δὲ ἄλλοι, Εὐκλείδου, ἢ Ὑέτους, ἢ Ἡσιόδου. καὶ ἀπὸ πόλεως Ἱμέρας τῆς Σικελίας. καλεῖται γοῦν Ἱμεραῖος. Οἱ δὲ ἀπὸ Ματαυρίας τῆς ἐν Ἰταλίᾳ. Sita fuit *Mataurus* ad fluvium ejuſdem nominis, hodie *Metaro* dictum, cujus deſcriptio petenda ex Cluverio lib. II. Ital. Ant.

[36] Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Vitium heic irrepſerat, nam non libro duodecimo, ſed undecimo, ut & lib. ſecundo hæc verba leguntur: Sed undecimum elegimus, quia ipſa Media ibi deſcribitur: Τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ τῆς Μηδείας ἐν τῇ Ματιανῇ, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ, καὶ τῇ Ἀραξηνῇ.

[37] Ἡ μὲν Τιγγιτάνη, ἡ δὲ Καισαρεία, ὡς Μαρκ. &c.] Peſſime hunc locum tractarunt librarii, nam in Palat. invenit Salmaſius, ὡς Μάρης ἐν τῷ περίπλῳ. Sed multo pejus Aldus & Junta ex ſuis libris edidere: ἡ δὲ Καισαρειδία, ὡς Μάρης ἐν περίπλῳ. Nos Xylandrianam ſequimur, in qua vera lectio exprimitur. Miror ſummopere Ortelium in *Cale Acte* ſcripturam vocis Καισαρειδία tantopere probare in Stephano, ut cenſeat *Auguſtida* vel *Auguſtidia* eodem modo formatum. Notiſſima eſt hæc Mauritaniæ diviſio, in Tingitanam & Cæſarienſem, quam primus inſtituit Claudius Cæſar, teſte Dione lib. LX.

[38] Μαυρούσιοι, καὶ Μαῦροι.] Magnam gentem fuiſſe Mauruſios, præter Quadratum quem noſter citat, etiam teſtatur Strab. lib. ultimo: Οἰκοῦσι δ᾽ ἐνταῦθα Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι. Λιβυκὸν ἔθνος μέγα, καὶ εὔδαιμον, Μαῦροι δ᾽ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐπιχωρίων. *Mauruſii* igitur a Græcis, ſed a Romanis *Mauri* appellabantur. Inde Latini fecere etiam ſuum *Morus*, Morulus & Morula apud Plautum, uti a plauſtrum ploſtrum, cauda coda &c. Uti incolæ Maururuſii Græcis, ſic etiam ipſa regio iis Mauruſia dicebatur, teſte Vitruvio lib. VIII cap. II: *Mauruſia quam noſtri Mauritaniam appellant*. Euſtath. ad Dionyſ. Ἀγχοῦ τῶν στηλῶν οἰκοῦσι οἱ Μαυρούσιοι, οὓς καὶ Μαύρους οἱ Ῥωμαῖοι ἔλεγον.

[39] Τὸ ἐθνικὸν, Μαυρούσιος. Τὸ θηλυκὸν Μαυρουσίς.] Sine ſenſu commodo legebatur in prioribus editionibus: Τὸ ἐθνικὸν, Μαυρουσις.

[40] Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ.] Locus, quem noſter innuit, videtur apud Theopompum extitiſſe lib. XXXIX Philippicorum, ita enim noſter in voce Ἀσαί, κώμη Κορίνθου. Θεόπομπος τριακοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν. Ἀσαὶ καὶ Μαυσὸς κῶμαι μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι. Potuiſſet etiam Theopompus alio libro hunc vicum celebraſſe, quare nihil mutamus, quanquam admodum veriſimile ſit, noſtrum hæc Theopompi verba reſpicere.

[41] Δαίδαλα Μαυσωλῶν.] Olim legebatur male Δαίδαλος Μαυσωλῶν, ſed emendavit Salm. ad oram ſui Steph. & in Plin. Exercit. Mauſoli hic ſunt Cares; & Dædala urbs Cariæ. Uti nos edi curavimus, etiam ſic exhibent Florentina Venetaque editio, quas tuto ſequutus fuiſſet Holtmannus.

[42] Ὡς Ἰώσηπος.] Variis in locis, in Antiq. Iud. & de bello Iud. hujus caſtelli memoriam celebrat, ſed inſignior deſcriptio petenda eſt ex lib. VII de Bel. Jud. Meminit quoque ejus Strabo lib. XVI. Situm graphice depingit Eugeſippus de diſtantiis locorum Terræ Sanctæ: *Decimo milliario a Samaria, quæ & Sebaſte, id eſt, Auguſta, ab Auguſto Cæſare dicta: in qua ſepultus fuit paranymphus ille & præcurſor Domini, Joannes Baptiſta, ab Herode decollatus trans Jordanem juxta lacum Aſphaltiten in caſtello Macherus, & a diſcipulis ſuis inde tranſlatus Sebaſten.* Ibi ſine dubio ſcribendum *Machærus* cum diphthongo.

[43] Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Μαχαιρούντιος, ὡς Ἱεριχούντιος.] Locus in omnibus libris erat lacunoſus & corruptus, legebatur enim: Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν ὡς Γερουχοῦντιος. Nos eum replevimus & correximus: nam paſſim ſic ſolet loqui Stephan. agens de gentilium anomalia. Cæterum Μαχαιρίτης eſt apud Joſeph. de Bel. Jud. lib. II cap. XXXVI: Καὶ τὸ ἐν Μαχαιροῦντι Ἰουδαίων τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ τοὺς φρουροὺς Ῥωμαίους ἐκλιπεῖν τὸ χωρίον

ὤφειλεν Μαχαιρούντιος, ὡς Ἱεριχούντιος. αὐτὸς δὲ Μαχαιρίτας αὐτοὺς φησι.

A chæruntius, uti Hierichuntius, ſed ipſe utitur voce Machæritas.

ΜΕΓΑ'ΛΗ πόλις[44], πόλις Ἀρκαδίας, ἣν συνῴκισαν ἄνδρες Ἀρκάδες[45] μετὰ τὰ Λευκτρικά. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τὸ ἥμισυ μέρος[46] Ὀρεστία, ἀπὸ τῆς Ὀρέστου παρουσίας. οἱ δὲ πολῖται Ὀρέστιοι, καὶ Μεγαλοπολῖται. ἀφ' ἧς[47] Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης, καὶ μιμιάμβων ποιητής· καὶ Αἰνησίας περιπατητικός, ὁ Θεοφράστου μαθητής· καὶ[48] Ἀκεσόδωρος, περὶ πόλεων συγγεγραφώς· καὶ Πολύβιος, τεσσαράκοντα βιβλία γράψας. οὗτοι Μεγαλοπολῖται. τὸ κτητικὸν, μεγαλοπολιτικός. δευτέρα, πόλις Καρίας,[49] ἡ νῦν Ἀφροδισιάς, ἡ πρότερον Λελέγων πόλις. ὠνομάσθη καὶ Νινόη, ἀπὸ Νίνου. ὁ πολίτης, Νινοήτης. ἔστι καὶ Ἰβηρίας Μεγάλη πόλις, ὡς Φίλων. ἔστι καὶ Μεγάλη νῆσος,[50] ἡ νῦν Λυκιάς.

MEGALOPOLIS, urbs Arcadiæ, quam condiderunt viri Arcades poſt cladem Leuctricam. Dimidia ſui parte Oreſtia vocabatur ab Oreſtis adventu. Cives Oreſtii, B & Megalopolitæ. Ex hac urbe originem duxit Cercidas optimus legiſlator & Mimiamborum poëta: inſuper Æneſias peripateticus Theophraſti diſcipulus, & Aceſtodorus qui de urbibus ſcripſit, & Polybius qui quadraginta libros conſignavit. Iſti omnes Megalopolitæ vocantur. Poſſeſſivum Megalopo- C liticus. Secunda urbs Cariæ, quæ nunc Aphrodiſias, antea vero Lelegum urbs vocabatur. Dicta eſt etiam Ninoë a Nino. Civis, Ninoëtes. Eſt quoque Iberiæ Megalopo- D lis, uti Philo auctor eſt. Eſt quoque Megale inſula, quæ nunc Lycias appellatur.

ΜΕ'ΓΑΡΑ, πόλις περὶ τὸν Ἰσθμὸν,[51] μέση Πελοποννήσου, καὶ Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας· ἧς ἐπίνειον ἡ Νισαία. ἐκλήθη δὲ[52] ἀπὸ Μεγαρέως τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ τοῦ Αἰγέως, τοῦ Παν-

MEGARA, urbs circa Iſthmum, media inter Peloponneſum, & Atticam, & Bœotiam, cujus navale Niſæa vocatur. Sic di- E cta eſt a Megareo Apollinis filio, vel Ægeï filii

χωρεῖον, καὶ παραδεδώκασι σφίσιν. οἱ δὲ τὴν ἐκ βίας ἀφαίρεσιν εὐλαβηθέντες συντίθενται πρὸς αὐτοὺς ἐκχωρήσειν ὑπόσπονδοι, καὶ λαβόντες τὰ πιστὰ παραδιδόασι τὸ φρούριον ὅπερ φυλακῇ κρατυνόμενον κατεῖχον οἱ ΜΑΧΑΙΡΙΤΑΙ.

44 Μεγάλη πόλις, πόλις τῆς Ἀρκαδίας.] Ita hunc locum noſtra auctoritate & conjectura concepimus; nam imperiti rerum librarii alterum illud πόλις eiecerant, ſummopere neceſſarium. Urbis nomen aliquando ſeiunctis vocabulis Μεγάλη πόλις, aliquando compoſitis, Μεγαλόπολις effertur. Diogenes Laërtius in vita Platonis, ubi etiam conditores recenſet, nomen urbis ſeparatis vocibus ſcribit: Φησὶ δὲ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι Μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες παρεκάλουν αὐτὸν νομοθέτην. Pauſanias in Arcadicis etiam Arcadas conditores urbis ſtatuit. Ἡ δὲ Μεγάλη πόλις νεωτάτη πόλεών ἐστιν, οὐ τῶν Ἀρκαδικῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ἕλλησι. Deinde addit: Συνῆλθον δὲ ὑπὲρ ἰσχύος ἐς αὐτὴν οἱ Ἀρκάδες. Deinde idem teſtatur Pauſanias, Epaminondam coloniæ auctorem jure optimo vocari, quia Arcadas in unum congregavit, & mille Thebanorum delectam manum, duce Pammene Arcadibus miſit, qui auxilio eſſent, ſi forte Lacedæmonii coloniam impedire eſſent aggreſſi.

45 Μετὰ τὰ Λευκτρικά.] Indefinite noſter ſtatuit, Megalopolin poſt cladem Leuctricam eſſe conditam: accuratius multo Pauſanias libro jam citato, eo coloniam eſſe deductam ipſo anno, paucis poſt menſibus, quum Lacedæmonii Leuctricam cladem accepiſſent, ita enim ille: Συνῳκίσθη δὲ ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ, καὶ μησί τε ὀλίγοις ὕστερον, ἢ τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις.

46 Ὀρεστία.] Vide noſtrum in illa voce, ubi Arcadicam Oreſtiam celebrat.

47 Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης, καὶ μιμιάμβων ποιητής.] Hujus mimiambi citantur a Stobæo, verſibus quos ſcazontas, ſeu χωλιάμβους Græci nominant, conſcripti. Eodem metri genere Cn Matius mimiambos ſuos ſcripſerat, ut docet Terentianus & A. Gellius lib. XX cap. VIII. Vide Valeſium ad Am. Marcell. pag 404. Nos hoc loco Xylandrianam ſequimur, exhibent enim depravatiſſime editio Aldina Iuntinaque: Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης, καὶ Μιλιάμβων ποιητής.

48 Ἀκεσόδωρος, περὶ πόλεων συγγεγραφώς.] Male in omnibus libris Ἀπεσόδωρος reperitur, quod omnino ad Fragmentum de Dodone indicavimus, ubi docebamus, hunc ſcriptorem & Plutarcho & Etymologici Mag. auctori fuiſſe cognitum

49 Ἡ νῦν Ἀφροδισιάς] Eadem de hac Carica civitate ſcribit Suidas in Νινόη ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιάς. οἰκισθεῖσα ὑπὸ Πελασγῶν Λελέγων· διὸ καὶ ἐκλήθη Λελέγων πόλις· μετὰ δὲ, Μεγάλη πόλις. εἶτα ἀπὸ Νίνου, Νινόη. ἐθνικὸν αὐτῆς Νινοήτης.

50 Ἡ νῦν Λυκιάς.] Non ſatis attente hunc locum legit Ortelius, exiſtimans heic mentionem fieri de aliqua Lyciæ inſula. Putavit Λυκίας in gignendi caſu fuiſſe ſcriptum, cum ſit caſus rectus. Salmaſius in margine ſui Stephani habet: Forte legendum ἡ νῦν Λευκάς. Plinius lib. V cap. XXXI *Megalen* ponit circa Smyrnam, ita enim ille: *Juxta Smyrnam ſunt Periſterides, Carteria, Alopece, Clauſſa, Bachina, Pyſtira, Crommyoneſos, Megale.* An hanc velit noſter, peritiores dijudicent.

51 Μέση Πελοποννήσου, καὶ Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας.] Accurate ſatis ſitum hujus urbis depingit noſter, eam collocans mediam inter tres celeberrimas Græciæ regiones, quam alii ſtatuunt inter principes iſtarum regionum urbes. Vellejus Patercul lib. I: II: *Peloponneſii digredientes finibus Atticis, Megaram mediam Corintho Atheniſque urbem condidere.* Portum habebat commodiſſimum, cujus nomen ætate Pauſaniæ adhuc vigebat, uti is in Atticis teſtatur.

52 Ἀπὸ Μεγαρέως τοῦ Ἀπόλλωνος.] Nuſquam ab aliis in Megarei genealogia Apollo agnoſcitur. Aliquando Megareus Neptuni filius dicitur, & aliquando Pandionis a Pauſan. lib. I: Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασι. Et verſibus nonnullis interjectis: Μεγαρέα δὲ τὸν Πανδίονος, θυγατέρα Νίσου συνοικήσαντα Ἰφινόῃ, διαδέξασθαι τὴν τοῦ Νίσου φασὶν ἀρχήν. Vertit tamen interpres: *Megareum dein Neptuni filium, cui Niſus Iphinoën filiam nuptum dederat, ſocero in regnum ſucceſſiſſe.* Denique ait tradi Megarum Jovis filium fuiſſe: Τὰς δὲ Σιθνίδας νύμ-

Πανδίονος, τοῦ Ἐρεχθέως, τοῦ Ἡφαίστου. [53] ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς χώρας. [54] ὁ πολίτης, Μεγαρεύς. ἀφ' ἧς Θέογνις, ὁ τὰς Παραινέσεις γράψας. ἦν δὲ σχολὴ φιλοσόφων Μεγαρικῶν λεγομένη, [55] διαδεξαμένων Εὐκλείδην Μεγαρέα Σωκρατικὸν, ὡς Στράβων ἐννάτῃ. [56] τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Μεγαρὶς, καὶ Μεγαρηΐς. καὶ κτητικὸν, Μεγαρικός. οὕτω δὲ καὶ τοὺς Μεγαρικοὺς κεράμους διὰ τοῦ ε χρὴ λέγειν, οὐ διὰ τοῦ α, ὡς οἱ ἔμποροι τὴν ἀρχουσαν παραφθείροντες. τὰ τοπικὰ, Μεγαρόθεν, ἐκ τόπου· ἐν τόπῳ Μεγαροῖ, ὡς Πυθοῖ. ἔστι καὶ Μέγαρα ἐν Θετταλίᾳ. τρίτη, ἐν Πόντῳ. τετάρτη, ἐν Ἰλλυρίδι. πέμπτη, ἐν Μολοσσίδι. ἕκτη, ἐν Σικελίᾳ, ἡ πρότερον Ὕβλη, [57] ἀπὸ Ὕβλωνος βασιλέως· καὶ Ὑβλαῖοι, οἱ πολῖται.

A filii Pandionis, filii Erechthei, filii Vulcani. Vel propter aſperitatem regionis ſic dicta eſt. Civis, Megarenſis, ex qua erat Theognis, qui Paræneſeis conſcripſit. Fuit ibi ſchola Philoſophorum, qui Megarici dicebantur, ſucceſſores Euclidis Megarenſis Socratici; B teſte Strabone libro IX. Fœmininum de regione dicitur Megaris & Megareïs, & poſſeſſivum Megaricus. Sic enim oportet Megarica vaſa appellare per E, non per A; quemadmodum mercatores, qui primam ſyllabam corrumpunt. Localia de loco, ex C Megaris, in loco in Megaris, uti in Pytho. Eſt quoque Megara urbs Theſſaliæ. Tertia in Ponto. Quarta in Illyrico. Quinta in Moloſſide. Sexta in Sicilia, quæ ab Hyblone rege prius Hybla dicebatur. Et cives, Hyblæi.

ΜΕΓΑΡΙΚΟ'Ν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται τῶν Βιθυνῶν πόλεσιν· Ἀρριανὸς πέμπτῳ, Ἀστακός τε, καὶ Ἡραία, [58] καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος.

D MEGARICUM, oppidulum quod Bithynorum urbibus accenſetur, cujus meminit Arrianus libro V. Aſtacus, & Heræa, & Megarica gens.

ΜΕ'ΓΑΣΑ, ὡς Γέρασα, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας. ἐξ αὐτῆς Σιτοφάγοι, καὶ Ἀροτῆρες.

MEGASA, uti Geraſa, urbs Libyæ, E de qua Hecatæus in Aſiæ Periegeſi. Ex illa ſunt Sitophagi & Aroteres.

ΜΕ-

ME-

νύμφας λέγουσι Μεγαρεῖς εἶναι μὲν σφίσιν ἐπιχωρίας, μιᾷ δὲ αὐτῶν θυγατρὶ συγγενέσθαι Δία, Μέγαρόν τε παῖδα ὄντα Διὸς καὶ ταύτης δὲ τῆς νύμφης. Idem etiam ſtatuit Etymologici Mag. Auctor in Γεράνεια. Ab hiſce longiſſime recedit Apollod. lib. III, ſtatuens Megareum, Hippomenis filium eſſe: Καὶ Μεγαρέα τὸν Ἱππομένους ἐξ Ὀγχηστοῦ Νίσῳ βοηθὸν ἐλθόντα ἀπέκτεινε. Sed in fabulis nulla eſt veritas, neque in iis quærenda.

[53] Ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς χώρας.] Quantum ego conjectura poſſum aſſequi, videtur Stephanus ex peregrina quadam lingua, uti ſæpius aliis in locis ſolet, velle indicare illud μέγαρα, quod nomen urbis repræſentat, ſignificare τὸ τραχὺ, quod an veritati ſit conſentaneum, ex ſequentibus judicetur. Ego mihi univerſam illam oram a Corintho Athenas uſque, quas inter Megara, attentius ob oculos ponens, eodem illo tractu Scironides Petras reperio, ita littus occludentes, ut vix mare verſus pateat tranſitus, teſte Strabone lib. IX. Hæ nomen acceperunt a Scirone quodam, qui a pinuum curvatione Pityocamptes dicebatur. Hic homo cum Megaridem vicinaſque regiones perpetuis latrociniis infeſtaret, neceſſe habebant incolæ in prædictis petris proximiſque montibus ſpeluncas & ſubterraneas cavernas cavare, ut contra ejus vim & incurſiones eſſent tuti. Hujuſmodi cavernæ, quæ fortaſſis urbi originem dedere, Arabice appellantur מעאראת *megarath*, & Heſychio καταγεια οἰκήματα, ita enim ille, cujus verba hunc in modum ſunt conſtituenda: Μέγαρα, οἱ μὲν τὰς καταγείους οἰκήσεις, καὶ βάραθρα οἰκία, καὶ ὑπερῷον οἴκημα. τινὲς δὲ καταστέγους οἰκήσεις, ἢ πόλιν. De hujuſmodi ſpeluncis & ſubterraneis cavernis loquitur Joſephus lib. XIV Antiquit. cap. XXVIII: Ἦν δὲ ἐν ὄρεσι τὰ σπήλαια τελέως ἐξερρωγόσι, καὶ κατὰ τὸ μεσαίτατον, ἀποκρήμνους ἔχοντα τὰς πανόδους, καὶ πέτραις ὀξείαις ἐμπεπλεγμένα· ἐν δὲ τούτοις μετὰ πάντων τῶν οἰκείων ἐφώλευον. Imo multo magis in hac ſententia confirmor τὰ μέγαρα ſubterarneas ſive montanas cavernas huic urbi nomen dediſſe, quia me docet Strabo lib. jam citato, univerſam Megaridem eſſe montanam atque collibus ſubaſperam, & præter Scironidas petras etiam Oneios montes maximam Megaridis partem conſtituere.

[54] Ὁ πολίτης, Μεγαρεύς.] Paſſim apud Pauſaniam & Strab. hoc gentile occurrit: Sed in numiſmatibus apud Goltzium legitur ΜΕΓΑΡΑΙΩΝ. Quo etiam noſter uſus eſt in Κύδραρα. τὸ ἐθνικὸν, Κυδραραῖος, ὡς Μεγαραῖος.

[55] Διαδεξαμένων Εὐκλείδην.] Priores editiones omnes & libri MSS exhibent διαδεξαμένη Εὐκλείδην. Quod quanquam videatur poſſe referri ad vocem præcedentem σχολὴ, malim tam cum Strabone loqui, unde noſter hæc de Megaricorum ſecta hauſiſſe fatetur, ita enim ille: Ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων Σωκρατικὸν ἄνδρα Μεγαρέα τὸ γένος.

[56] Τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Μεγαρὶς, καὶ Μεγαρηΐς.] Ultimum fœmininum poeticum videtur. Cæterum Μεγαρὶς non ſolum de regione, ſed etiam de fœmina accipitur. Suidas: Μεγαρὶς γυνὴ, Μεγαρίδος. καὶ Μεγαρὶς, ὁ τῶν Μεγάρων τόπος, καὶ ἡ περὶ τὴν πόλιν χώρα.

[57] Ἀπὸ Ὕβλωνος βασιλέως.] In voce Ὕβλαι inquit ἀπὸ Ὕβλου τοῦ βασιλέως. Sed ſatis ſanum eſt, quod heic editur, & ſe tueri poteſt auctoritate Thucydidis, ſic enim ille lib VI: Καὶ Λάμις ὕστερον αὐτόθεν τοῖς Χαλκιδεῦσι ἐς Λεοντίνους ὀλίγον χρόνον ξυμπολιτεύσας, καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐκπεσὼν, καὶ Θάψον οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει, οἱ δ' ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες, Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώραν, καὶ καθηγησαμένου, Μεγαρέας ᾤκισαν, τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. Strabo auctor eſt, cum Megaræ nomen defeciſſet, Hyblæ permanſiſſe, propter Hyblæi mellis præſtantiam. Ptolemæus Megaram ab Hybla disjungit, quaſi diverſa eſſent oppida.

[58] Καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος.] Non ſatis commode de oppidulo dicitur Μεγαρικὸν ἔθνος. Suſpicor locum eſſe male ſanum. Fortaſſis legendum: Μεγαρικὸν τεῖχος. Sic quoque alibi apud noſtrum habemus Καρικὸν τεῖχος.

Πόλις

A ΜΕΓΙΣΤΗ,[59] πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας, ὡς Πολυΐστωρ, ἀπὸ Μεγιστέως τινός. [60] τὸ ἐθνικὸν, Μεγιστεύς.

ΜΕΔΕΩΝ, Βοιωτικὴ πόλις, καὶ Φωκικὴ ἑτέρα. [61] Στράβων ἐννάτῃ. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μεδεῶνος, τοῦ Πυλάδου καὶ Ἠλέκτρας. τὸ ἐθνικὸν, Μεδεώνιος. ἔστι καὶ τῆς Ἠπείρου πόλις, καὶ κώμη.

B ΜΕΔΙΟΛΑΝΟΝ,[62] πόλις Ἀκυτανίας. [63] οἱ οἰκοῦντες, Μεδιολάνιοι.

ΜΕΔΙΩΝ, πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ· Πολύβιος ὀκτωκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μεδιώνιος.

ΜΕΔΜΑΣΑ,[64] πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Μεδμασεὺς τῷ τύπῳ τῆς χώρας, ὡς Πηγασεύς.

C ΜΕΔΜΗ,[65] πόλις Ἰταλίας καὶ κρήνη ὁμώνυμος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· [66] ἀπὸ Μέδμης κρήνης τινός. ὁ πολίτης, Μεδμαῖος· ὅθεν ἦν Φίλιππος ὁ ἀξιόλογος ἀνὴρ, ὁ περὶ ἀνέμων γεγραφώς. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις τῆς Λιγυστικῆς.

D ΜΕΔΥΛΛΙΑ, πόλις, Ἀλβανῶν κτίσις, Ῥωμαίων ἀποικία· [67] Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας γ. τὸ ἐθνικὸν, Μεδυλλῖνος.

ME-

MEGISTE, urbs & inſula Lyciæ, cujus meminit Polyhiſtor, ſic dicta a Megiſteo quodam. Gentile, Megiſtenſis.

MEDEON, urbs Bœotica, & alia Phocica, auctore Strabone libro IX. Sic dicta eſt a Medeone Pyladæ & Electræ filio. Gentile, Medeonius. Eſt etiam alia urbs Epiri & vicus.

MEDIOLANUM, urbs Aquitaniæ, cujus incolæ, Mediolanii.

MEDION, urbs juxta Ætoliam, de qua Polybius libro XVIII. Gentile, Medionius.

MEDMASA, urbs Cariæ, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Medmaſenſis, juxta formam regionis, uti Pegaſenſis.

MEDME, oppidum Italiæ, & fons ejuſdem nominis; auctore Hecatæo in Europa, nomen habens a Medme. Oppidanus, Medmæus. Ex hac erat Philippus vir commemoratione dignus, qui de Ventis librum conſignavit. Eſt quoque urbs Ligyſticæ.

MEDYLLIA, urbs, Albanorum opus & Romanorum colonia, cujus meminit Dionyſius Romanarum Antiquitatum lib. III. Gentile, Medyllinus.

ME-

59 Πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας.] Fuit tamen in Rhodiorum poteſtate, quamvis Geographis Lyciæ annumeretur. Scylax: Κατὰ ταύτας νῆσός ἐστι Ῥοδίων Μεγίστη, Λίμυρα πόλις. Vide commentaria noſtra ad vocem Δολιχή.

60 Τὸ ἐθνικὸν Μεγιστεύς.] Apud Goltzium numiſmata inveniuntur, cum inſcriptione ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ.

61 Στράβων ἐννάτῃ.] Sine dubio innuit hæc Strabonis verba: Μεδεὼν δ' ὁ μὲν Φωκικὸς ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, διέχων Βοιωτίας σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα. ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπ' ἐκείνου κέκληται. πλησίον δ' ἐστὶν Ὀγχηστοῦ ὑπὸ τῷ Φοινικίῳ ὄρει. Euſtathius, qui in comment. ad Homeri Catal. etiam, refert, urbem hanc a Medeone Pyladæ & Electræ filio nomen habere, trium oppidorum meminit, ſic enim ille: Μεδεὼν δὲ, ἀπὸ Μεδεῶνος υἱοῦ Πυλάδου καὶ Ἠλέκτρας. ἔστι δέ φασι καὶ Φωκικὴ Μεδεὼν καὶ Ἠπειρωτική. Ὁ δὲ γεωγράφος φησί. Μεδεὼν ὁ μὲν Φωκικὸς, ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ. διέχων Βοιωτίας, στάδια ἑκατὸν ἑξήκοντα. ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπ' ἐκείνου κέκληται.

62 Μεδιόλανον, πόλις Ἀκυτανίας.] Quot modis & terminationibus veteres & recentiores hoc urbis nomen protulere videſis apud Cluverium Ital. Antiq. lib. I. Sæpius tamen occurrit Μεδιολάνιον, quam Μεδιόλανον. Strabo lib. V: Ἴσομβροι δὲ Μεδιολάνιον ἔχον μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην, νῦν δὲ ἀξιόλογον πόλιν, πέραν τοῦ Πάδου, συνάπτουσαν πως ταῖς Ἄλπεσιν. Illud autem concoquere non poſſum, quod hodie in Aquitaniæ Periplo, qui Marciani Heracleotæ nomen gerit, tradatur Mediolanium ad mare eſſe ſitum: Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Γαρούμνα ποταμῷ κεῖται πόλις τῆς Ἀκυτανίας Βουρδίγαλα. ἐνταῦθα παροικοῦσι Σάντονες, ὧν πόλις Μεδιολάνιον ἐπὶ θαλάσσῃ κειμένη παρὰ τὸν Γαρούμναν ποταμόν. Sed præterquam quod illa verba ἐπὶ θαλάσσῃ loco mota ſint, aliis etiam vitiis hic locus obnoxius eſt, qui ita mihi videtur in integrum reſtituendus: Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Γαρούμνα ποταμῷ κεῖται πόλις τῆς Ἀκυτανίας Βουρδίγαλα ἐπὶ θαλάσσῃ. Ἐνταῦθα παροικοῦσι Σάντωνες, ὧν πόλις Μεδιολάνιον, κειμένη παρὰ τὸν Γαρούμναν ποταμόν. Si quis meliora huic loco noverit præbia, ea lubens amplectar.

63 Οἱ οἰκοῦντες, Μεδιολάνιοι.] Abſque quarta vocali in penultima gentile nomen occurrit apud noſtrum. Σατίκολα, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Σατικολανὸς, ὡς Μεδιολανός. In antiquis lapidibus, teſte Cluverio MEDIOLANENSES à Mediolano, & MEDIOLANIENSES à Mediolanio.

64 Μέδμασα, πόλις Καρίας.] In omnibus libris MSS & editis perperam Μέδμασος legebatur, quod Stephani auctoritate ſuſtulimus: Κύρβασα, ὡς Πήδασα, Μέδμασα, πόλις Καρίας. Idem videtur mihi oppidum, quod in præcedentibus Stephano appellatur Δέδμασα. Sic noſter ſæpenumero in depravatos ſcriptorum codices incidens, ex depravata ſcriptura varias urbes & oppida comminiſcitur.

65 Μέδμα πόλις Ἰταλίας &c.] Similiter & hoc loco, variante auctorum ſcriptura, ex uno oppido duo confinxit Stephanus, nam urbs quam heic ex Hecatæo Medmam appellat, in ſequentibus ex lib. III Chronicorum Apollodori Μέσμα dicitur. Vide Cluver. Ital. Antiq. pag. 1292. Hujus urbis & fontis etiam meminit Strabo lib. VI, cui Medama dicuntur, ſic enim ille, emendante Salmaſio: Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, ὁμώνυμος κρήνῃ, ἢ μέγαλον πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον, καλούμενον Ἐμπόριον.

66 Ἀπὸ Μέδμης κρήνης.] Librariorum culpa vitium hiſce verbis ineſſe facile mihi perſuadeo. Habet urbs nomen a fonte ejuſdem nominis: non tamen fons ab eodem fonte, vel ab alio quodam nomen ſortitus eſt. Legendum ſine dubio: Ἀπὸ Μέδμης κόρης τινός.

67 Διονύσιος Ῥωμ. Ἀρχαιολ. γ'.] Libri numerus paſſim in omnibus libris exciderat, quem revocavimus. Eſt enim locus, quem innuit apud Dionyſ. Halicar. lib. III: Πόλις Μεδυλλία, ἣν Ἀλβανοὶ μὲν ἔκτισαν, Ῥωμύλος δὲ κατὰ συνθήκας παραλαβὼν, Ῥωμαίων

ΜΕΘΟΥΡΙΑΔΕΣ,[68] νῆσοι μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος. [69] Ἀνδροτίων πέμπτῳ Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Μεθουριεύς.

A METHURIADES, inſulæ Æginam inter & Atticam, prope Trœzenem; de quibus Androtion libro v Atthidis. Gentile, Methurienſis.

ΜΕΘΥΔΡΙΟΝ,[70] πόλις Ἀρκαδίας. ὁ πολίτης, Μεθυδριεύς. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Θεσσαλίας, ὡς Φιλόξενος.

METHUDRIUM, oppidum Arcadiæ, cujus oppidanus, Methydrienſis. Eſt & alia urbs Theſſaliæ, de qua Philoxenus.

B ΜΕΘΩΝΗ,[71] πόλις Θρᾴκης. Ὅμηρος διὰ τοῦ ἦτα,

> Οἳ δ᾽ ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην
> ἐνέμοντο.

METHONE, oppidum Thraciæ, cujus primam Homerus per η effert:

> *Qui vero Methonem & Thaumaciam habitabant.*

ὁ πολίτης, Μεθωναῖος. ἔστι καὶ Μακεδονίας. ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ μέθυ· πολύοινος γάρ ἐστι. [72] καὶ τῆς Λακωνικῆς, ἧς [73] τὸ ἐθνικὸν Μεθωναιεύς, ὡς Κορωναιεύς. τετάρτη, ἐν Περσίδι. [74] πέμπτη, Εὐβοίας.

C Oppidanus, Methonæus. Eſt quoque urbs Macedoniæ, ſic dicta ἀπὸ τοῦ μέθυ, id eſt, *a vino*: abundat enim vino. Eſt etiam urbs Laconicæ, cujus gentile, Methonæus, uti Coronæus. Quarta in Perſide. Quinta, Eubœæ.

ME- ME-

μαίων ἐποίησεν ἄποικον. Gentile reperitur lib. VI: Καὶ Μεδυλλῖνοι Ῥωμαίων ἀποστάντες, πρὸς τὸ Σαβίνων ἔθνος ὅρκους ἐποιήσαντο περὶ συμμαχίας.

68 Μεθουριάδες, νῆσοι μεταξὺ Αἰγίνης &c.] Mira admodum in omnibus libris calamo exaratis & editis ſcripturæ inconſtantia heic conſpicitur. Aldina & Florentina hoc modo totam lectionem conficiunt: Μεθουριάδης, νῆσοι μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος. Ὀπίων πέμπτῳ Ἀτθίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Μεθουριεύς. Ab hiſce multum diſcrepat Xylandriana: Μεθουρία, νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος. Ἀνδροτίων πέμπτῳ Ἀτθίδος. Nos non probantes illud priorum editionum Μεθουριάδης, neque etiam Xylandri Μεθουρία, bonis avibus repoſuiſſe exiſtimamus, mutata duntaxat unica literula, Μεθουριάδες, νῆσοι &c. Quod ſic correxerim, potiſſimum me movebat auctoritas Plinii, apud quem quatuor hoc nomine inſulæ recenſentur, ita enim ille lib. IV cap XII: *Spireo promontorio objacent Eleuſa, Dendros Craugiæ duæ, Caciæ duæ, Selachuſa, Cenchreis, Aſpis. Sunt & in Megarico ſinu Methuriades quatuor.* Ita legendus hic locus, ubi vulgo *Methurides*. Caſus rectus eſt Μεθουριάς, reperiturque in Simonidæ epigrammate, quod primus edidit Salmaſius, ſed quod nos plenius & emendatius apponimus:

> Ἠερίη Γεράνεια κακὸν λέπας, ὤφελεν Ἴστρον
> Τῆλε, καὶ ἐκ Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
> Μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης,
> Ἄγκεα νιφομένας ἀμφὶ Μεθουριάδος.
> Νῦν δ᾽ ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς, οἱ δὲ βαρεῖαν
> Ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

69 Ἀνδροτίων.] Cum Holtmanno divulgamus, quod hic excuſum cernitis: male enim in Veneta Florentinaque editione, quod & ſcriptos codices occupat, ὀπίων πέμπτῳ Ἀτθίδος.

70 Μεθύδριον, πόλις Ἀρκαδίας.] Potiſſimum Pauſanias in Arcadicis hujus urbis meminit. Unicum modo locum tranſcribam, in quo nominis redditur ratio, & gentile nomen occurrit: Ὠνομάσθη μὲν δὴ Μεθύδριον, ὅτι κολωνός ἐστιν ὑψηλὸς, Μαλοίτα τε ποταμοῦ καὶ Μυλάοντος μέσος, ἐφ᾽ ὃ τὴν πόλιν ὁ Ὀρχομενὸς ᾤκιζε· πρὶν δὲ ἢ συντελεῖν ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν, γεγόνασι καὶ Μεθυδριεῦσιν ἄνδρες Ὀλυμπιονῖκαι.

71 Μεθώνη, πόλις Θρᾴκης.] Fallitur Stephanus, exiſtimans Homerum verſiculo citato loqui de Methone Thraciæ, cum vicina urbs Thaumacia, ſatis clare innuat heic agi de Magneſiæ civitate, quæ Macedoniæ regio erat.

72 Καὶ τῆς Λακωνικῆς.] Hujus meminit Thucydides lib. II: Καὶ ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβάντες, τῷ τείχει προσέβαλον ὄντι ἀσθενεῖ. Adde præterea Scylacem: Λακεδαίμων ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Ἀσίνη, Μεθώνη, Ἀχίλλειος λιμήν.

73 Τὸ ἐθνικὸν Μεθωναιεύς, ὡς Κορωναιεύς.] Ita concipiendus eſt hic locus, cujus ultima vox paſſim male exaratur. In MSS extat Κιρωραιεύς, & in omnibus editis Κιρωναιεύς. Nos veram lectionem divulgaſſe liquet ex Euſtathio ad Hom. Iliad. B, hunc Stephani locum citante: Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, Θρᾳκίαν καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ Μεθώνην. Ἔστι δὲ καὶ περὶ Μακεδονίαν κληθεῖσαν οὕτω, παρὰ τὸ μέθυ· πολύοινος γάρ φησι. καὶ Λακωνικὴ δέ φησι Μεθώνη ἐστὶν, αὕτη δὲ μέχρι καὶ εἰσάρτι φυλάσσει τὴν κλῆσιν ταύτην. ταύτης ὁ πολίτης, Μεθωναιεύς φησιν, ὡς Κορωναιεύς.

74 Πέμπτη, Εὐβοίας.] Ergo quinque Noſter hoc nomine enumerat urbes: Sed Demetrius Magnes in opere de urbibus ſynonymis quatuor, ita enim Harpocration: Μεθώνη. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς λέγει ἂν τὴν ἐν Θρᾴκῃ, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος, ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Δημήτριος δ᾽ ὁ Μάγνης ἐν τοῖς συνωνύμοις πόλεσι, τέσσαρας εἶναί φησι Μεθώνας. Idem quoque Suidas Demetrii Magnetis auctoritate aſſeverat: Sed & Harpocration & Suidas Thracicam modo deſcribunt, reliquarum ſitum reticentes. Melius Euſtathius ad locum Homeri a noſtro allegatum perhibet, commentatores in hunc Poëtæ locum tres Methonas commemorare, quarum ſitum ob oculos ponunt, ita enim ille: Τρεῖς δέ φασι Μεθώνας, ἡ ἐν Μακεδονίᾳ, ἄποικος Ἐρετριέων. καὶ ἡ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ. καὶ ἡ περὶ Τροιζῆνα. καὶ τοῦτο μὲν οἱ σχολιασταί. Verum paulo poſt addit, alios alio modo has tres Methonas enumerare: Ἕτεροι δὲ περὶ Τροιζῆνα μὲν καὶ Μακεδονίαν, Μεθώνης οὐ μέμνηνται. ἄλλως δ᾽ ἀριθμοῦσι τρεῖς Μεθώνας, λέγοντες ὅτι Φιλοκτήτου, ἑτέρα τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· ἔνθα δηλαδὴ καὶ ὁ Ἀστὴρ στρατιώτης οὕτω καλούμενος, τοξεύσας ἔβλαψε τὸν Φίλιππον εἰς ὀφθαλμόν. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Πελοποννησία. Quam in Peloponneſo intelligant, difficillimum dictu, cum duæ fuerint, altera Laconica, cujus noſter ſupra meminit, & altera inter Trœzenem & Epidaurum ad ſinum Hermionicum, de qua Strabo lib. I & VIII teſtatur, in quibuſdam Thucydidis codicibus appellari *Methanam*, & in quibuſdam *Methonam*. Thuc verba ſunt lib. IV unde ſitus clariſſime ob oculos ponitur: Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ παραπλεύσαντες ἐς τὴν Ἐπιδαυρίαν πρῶτον, καὶ ἀπόβασίν τινα ποιησάμενοι, ἀφίκοντο ἐς Μεθώνην, τὴν μεταξὺ Ἐπιδαύρου καὶ Τροιζῆνος. καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς χερρονήσου ἰσθμὸν, ἐτείχισαν, ἐν ᾧ ἡ Μεθώνη ἐστί. Prolixior fui hac demon-

 ſtranda

A ΜΕΛΑΓΧΛΑΙΝΟΙ, [75] ἔθνος Σκυθικόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [76] κέκληνται ἀφ' ὧν φοροῦσιν. ὡς Ἱππομολγοὶ, παρὰ τὸ τοὺς ἵππους ἀμέλγειν· καὶ Μοσσυνοικοὶ, παρὰ τὰς οἰκήσεις.

ΜΕΛΑΙΝΑΙ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως τοῦ Λυκάονος, [77] ὡς Παυσανίας. B ὁ πολίτης Μελαινεὺς, ὡς τῆς Ἡραίας Ἡραιεύς. Ῥιανὸς [78] ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ,

Γόρτυναν, Ἡραίαν τε, [79] πολυδρύμους τε Μελαίνας.

εἰσὶ δὲ καὶ Λυκίας Μελαιναὶ πόλις, ὡς Ἀλέξανδρος Λυκιακοῖς. C δύναται τὸ ἐθνικὸν Μελαινίτης, [80] ὡς Κελαινίτης.

ΜΕΛΑΙΝΕΙΣ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. [81] Καλλίμαχος δὲ, Μελαινάς φησι τὸν δῆμον κεκλῆσθαι. ὁ δημότης, ὁμοίως Μελαινεύς. [82] τὸ θηλυκὸν, Μελαι- D νηΐς. τὰ τοπικὰ, ἐκ Μελαινῶν, εἰς Μελαινῶν, ἐν Μελαινῶν.

ΜΕΛΑΜΠΕΙΑ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μελάμπου, ὡς [83] Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς. τὸ ἐθνικὸν Μελαμπεὺς, ὡς Σελευκεὺς, E Ἀλεξανδρεύς.

ΜΕ-

A MELANCHLÆNI, gens Scythica, de qua Hecatæus in Europa. Sic dicti ſunt a nigris veſtimentis quæ geſtare ſolent, uti Hippomolgi ab equis mulgendis, & Moſſynœci ab ædificiis ligneis.

MELÆNÆ, urbs Arcadiæ, ſic dicta a B Melaneo Lycaonis filio, teſte Pauſania. Civis Melanenſis, uti ab Heræa Heræenſis. Rhianus Eliacorum primo:

Gortynam Heræamque, atque nemoroſas Melænas.

Sunt quoque Melænæ Lyciæ urbs, de qua C Alexander in Lyciacis, cujus gentile poteſt eſſe Melænites, uti Celænites.

MELÆNEI, populus Antiochidis tribus. Sed Callimachus teſtatur, populum Melænas fuiſſe appellatum. Popularis ſimiliter Melæneus, genere fœminino Melæneïs. D Localia ex, ad & in Melænis denotant.

MELAMPEA, urbs Lydiæ, ſic dicta a Melampo, teſte Xantho in Lydiacis. Gentile, Melampenſis, uti Seleucenſis, E Alexandrenſis.

M E-

ſtranda, quia, ut optime obſervat Palmerius, Scylax hujus ſitum ſupine & inadvertenter tranſtulit ad alterum littus, ubi fuit alia Epidaurus Limera dicta: & ideo etiam, quia Stephanus loci tam celebris nullam memoriam celebrat, quem ſi agnoviſſet, non quinque, ſed ſex enumeraſſet.

75 Μελάγχλαινοι, ἔθνος Σκυθικόν.] Scythicam eſſe gentem aſſeverat Dio Chryſoſt. in Boryſthenit. Χρῶνται δὲ τῇ ἄλλῃ ἐσθῆτι μελαίνῃ, ὡς τὸ πολὺ ἀπὸ γένους τινὸς Σκυθῶν τῶν Μελαγχλαίνων, ὡς ἐμοὶ δοκοῦσι, κατὰ τοῦτο ὀνομασθέντων ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Hanc tamen gentem a Scythis ſegregat Herodotus lib. IV: Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην ἄνεμον τῶν βασιληίων Σκυθέων οἰκέουσι Μελαγχλαίνων, ἄλλο ἔθνος καὶ οὐ Σκυθικόν. Sed eos uti legibus Scythicis, idem Herod. eodem libro perhibet. Aliquando hæc vox non de gente accipitur, ſed appellative, ut apud Theocritum & alios.

76 Κέκληνται ἀφ' ὧν φοροῦσι.] Non puto olim ita ſcripſiſſe Stephanum in genuino opere: nullus ego dubito, quin Stephanus hæc hauſerit ex Herodoto lib. IV: Μελάγχλαινοι δὲ εἵματα μὲν μέλανα φορέουσι πάντες, ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι. Hinc concludo in Stephano legendum: Κέκληνται ἀφ' εἱμάτων μελάνων, ὧν φοροῦσι. Et ſic quoque de iiſdem teſtatur Euſtath ad Dionyſium de Situ orbis: Ὅτι Μελάγχλαινοι λέγονται, διὰ τὸ ἐν ἔθει μέλαν καὶ ζοφερὸν τοῦ ἐνδύματος, ὡς καὶ Ἡροδότῳ δοκεῖ Et Mela lib. I cap. I: *Melanchlænis atra veſtis, & ex ea nomen.*

77 Ὡς Παυσανίας.] Non additur libri numerus, quem facile conjicimus eſſe lib. VIII in Arcad. ubi hæc leguntur: Κατὰ δὲ τὴν ἐξ Ἡραίας ἄγουσαν ἐς Μεγάλην πόλιν εἰσὶ Μελαιναί. Ταύτας ᾤκισε μὲν Μελαινεὺς ὁ Λυκάονος, ἔρημος δὲ ἦν ἐφ' ἡμῶν, ὕδατι δὲ κατάρρεῖται. Sed hoc loco urbis nomen Μελαινεαὶ dicitur.

78 Ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ.] Sic emendavimus: male in omnibus Ἰλιακῶν legebatur. Paſſim hoc vitium Stephani codices obſidet.

79 Πολυδρύμους.] Male paſſim legebatur πολυδρόμους. Quod nos exhibemus, Salmaſii emendatio eſt, quam ex ora ſui Stephani hauſimus. Additque etiam poſſe legi πολυδύμους, uti apud Callimachum ἀμφίδυμος vel ἀμφίδρυμος.

80 Ὡς Κελαινίτης.] Eſt gentile ab urbe Κελαιναὶ deductum, cujus deſcriptio hodie in Stephano deſideratur. Vide Arrianum de Exp. Alex. Mag. *lib.* I. & Curtium lib. III.

81 Καλλίμαχος δὲ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον ἐν Ἑκάλῃ.] Ita cum Salmaſio hunc locum emendamus ex optimo Palatino MS. In vulgatis legebatur: Καλλίμαχος δὲ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον κεκλῆσθαι. Sine dubio imperiti librari illud κεκλῆσθαι formarunt ex ἐν Ἑκάλῃ, quod Callimachi opus paſſim Stephano & aliis allegatur. Sed non eſt prætereundum, Polyænum lib. I Strateg. hunc Melænenſium Demum appellare caſtellum, Atticæ & Bœotiæ fines dirimens, ita enim ille: Ἐπολέμουν Μελαινῶν πέρι· Μελαιναὶ χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας. Verum quidem eſt Caſaubonum virum acerrimi judicii heic Μελαινὰς mutare in Κελαινὰς, auctoritate Suidæ & Scholiaſt. Ariſtophanis, eique aſſentiri Mauſſacum ad Harpocrationem & Bochartum Phaleg lib. I cap. III. ferri tamen poſſunt in Polyæno, Harpocratione aliiſque Μελαιναὶ, teſte Statio Theb. lib. XII

Icarii Celeique domus, virideſque Melænæ

Imo ipſum oraculum ſuadet, ut in prædictis auctoribus retineamus vulgatam lectionem, ſic enim alluſio Μελάνθου ad Μελαινὰς erit manifeſtiſſima. Contra oraculum κακόφωνον fuiſſet, ſi habuiſſet ἔχε Κελαινάς. Hiſce adde Callimachi auctoritatem, etiam hunc demum Μελαινὰς appellantis.

82 Τὸ θηλυκὸν, Μελαινηΐς.] Peſſime omnes editi repræſentant, τὸ ἐθνικὸν, Μελαινηΐς, quod auctoritate MSS mutatum ivimus.

83 Ξάνθος ἐν Λυδιακοῖς.] In omnibus excuſis & manu exaratis Λυκιακοῖς, quod eſt a mala manu: Λυδιακὰ enim Xanthi, non Lyciaca, paſſim apud noſtrum & alios nota ſunt. Sic quoque Salmaſius ad marginem ſui libri obſervavit.

84 Με-

ΜΕΛΑΝΔΙ'Α, [84] χώρα Σικυωνίας· Θεόπομπος τριακοστῷ τρίτῳ Φιλιππικῶν. τὰ ἐθνικὰ, Μελάνδιος καὶ Μελανδία.

ΜΕΛΑΝΙ'ΠΠΙΟΝ, [85] ποταμὸς Παμφυλίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τινὲς δὲ Λυκίας φασι. τὸ ἐθνικὸν Μελανιππεύς, καὶ Μελανίππιος.

ΜΕΛΗ'ΤΟΥ κόλπος, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, [86] ἀπὸ Μέλητος ποταμοῦ, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Αἰολικοῖς.

ΜΕΛΙ'Α, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Γενεαλογιῶν πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μελιεύς, ὡς Ὑριεύς.

ΜΕΛΙ'ΒΟΙΑ, [87] πόλις Θετταλίας. Στράβων ἐννάτῳ. [88] τὸ ἐθνικὸν Μελιβοεύς, ὡς Θεόπομπος.

ΜΕΛΙΓΟΥΝΙ'Σ, μία τῶν Αἰόλου νήσων· [89] Καλλίμαχος ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μελιγουνεύς.

ΜΕ'ΛΙΝΑ, πόλις Ἄργους, ἀφ' ἧς Ἀφροδίτη Μελιναία τιμᾶται. Λυκόφρων,

[90] Τὴν Καστνίαν δὲ καὶ Μελιναίαν θεόν.

ΜΕ-

A MELANDIA Sicyoniæ regio, de qua Theopompus Philippicorum libro tertio & trigeſimo. Gentilia, Melandius & Melandia.

MELANIPPIUM, fluvius Pamphyliæ, de quo Hecatæus in Aſia. Quidam vero eum Lyciæ attribuunt. Gentile, Me- B lanippenſis & Melanippius.

MELETI ſinus, qui & Smyrnæus vocabatur, ſic dictus a Meleto fluvio, teſte Hecatæo in Æolicis.

MELIA, urbs Cariæ, de qua Hecatæus libro I Genealogiarum. Gentile, Melienſis, uti Hyrienſis.

C MELIBOEA, urbs Theſſaliæ, de qua Strabo lib. IX. Gentile, Melibœenſis, quo utitur Theopompus.

MELIGUNIS, una ex Æoli inſulis, de qua Callimachus Hymno in Dianam. Gentile, Meligunenſis.

MELINA, urbs Argorum, a qua Venus Melinæa colitur. Lycophron: D

Caſtniam vero & Melinæam Deam.

ME-

84 Μελανδία, χώρα Σικυωνίας.] Libri MSS Σιθωνίας. Eſt enim Sithonia pars Thraciæ de qua noſter & Herodotus lib. VIII.

85 Μελανίππιον, ποταμὸς Παμφυλίας.] Apage illud ποταμὸς, quod in omnibus libris conſpicitur, & repone τόπος. Non enim fuit in Pamphylia hujuſmodi nominis fluvius, ſed locus Minervæ fano celebris, de quo Q. Calaber. lib. III:

Ναῖε δ' ὄγ' αἰπεινὸν Μελανίππιον, ἱερὸν Ἀθήνης.

Erymanthes comes Glauci celſum Melanippium incolebat. Epitheton illud αἰπεινὸν manifeſte ſatis indicat locum quendam, & non fluvium debere intelligi.

86 Ἀπὸ Μέλητος ποταμοῦ] Omnes qui de hoc fluvio mentionem fecere, caſum rectum faciunt ὁ Μέλης, unde caſus gignendi Μέλητος, qui hoc loco apud Stephanum pro recto ſumitur. Quamplurima nomina reperiuntur a ſecundo caſu formata, quod noſter ipſe confirmat in Ἰβηρίαι auctoritate Apollonii: Ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος εὐθεῖαν παρήγαγεν Ἀπολλώνιος, ὡς τοῦ φύλακος, ὁ φύλακος. Locus in hanc rem egregius eſt, dignuſque qui inſpiciatur. Hic igitur fluvius Meles Smyrnæ urbis mœnia lambens, in mare tandem delabitur & Meleti ſinum facit, qui & Smyrnæus appellatur. Quia autem inter antiquos plurimi extitere de parentibus Homeri ambigentes, eum fluvii Meletis & Critheidis filium exiſtimarunt, & Μελησιγενῆ appellarunt. Certamen Homericum: Καὶ πρότερόν γε Σμυρναῖοι Μέλητος ὄντα τοῦ παρ' αὐτοῖς ποταμοῦ, καὶ Κρηθηΐδος Νύμφης κεκλῆσθαι φασὶ πρότερον Μελησιγενῆ. ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετονομασθῆναι διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων συνήθη προσηγορίαν. Alii tamen ſtatuunt, eum non Melete fluvio editum, ſed prope Meletem; & hac de cauſa etiam Meleſigenem nuncupatum, qua de re videndi Herodotus, Ariſtoteles, Plutarchus, Proclus, aliique, ſed imprimis L. Allatius de Patria Homeri.

87 Μελίβοια, πόλις Θετταλίας.] Verba Strabonis ſunt libro allegato: Μεταξὺ δὲ ὁ κόλπος πλειόνων, ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ Μελίβοια. Urbem hanc condidit Magnes, quam ab uxore Melibœa ita denominavit, auctore Euſtathio ad Homeri Iliad. B: Μάγνης γάρ φασιν εἰς τῶν Αἰολιδῶν ὑπὸ τὸ Πήλιον ὄρος κτίσας πόλιν, ἀπὸ τῆς γυναικὸς, Μελίβοιαν ἐκάλεσεν.

88 Τὸ ἐθνικὸν, Μελιβοεύς.] Idem gentile ab hac urbe derivat Euſtathius loco jam allegato. Τῆς δὲ Μελιβοίας τὸ ἐθνικὸν, Μελιβοεύς.

89 Καλλίμαχος ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ.] Libri calamo exarati: Καλ. ἐφ' Ἀρτέμιδα ὕμνῳ. Et in Palatino Salmaſius inveniſſe teſtatur, Καλ. ἐν τῷ εἰς Ἀρτέμιδα ὕμνῳ. Omnino male legitur in Veneta Florentinaque editione: Καλ. ἐν τῷ εἰς Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. Nos Xylandrianam ſequuti ſumus. Callimachi verba hæc ſunt

- - - - - Τοὺς μὲν ἔτετμε
Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς) - - - -

Sic dictam fuiſſe hanc inſulam teſtatus eſt noſter ſupra in voce Λιπάρα. Strabo lib. VI, Plin. lib. III. cap. VIII. Adducam in medium Parthenii verba, a nobis aliquot mendis purgata, in quibus hujus inſulæ memoria celebratur, ita enim ille cap. II: Ὀδυσσεὺς ἀλόμενος (lege ἀλώμενος) περὶ Σικελίαν καὶ τὴν Τυῤῥηνίαν θάλασσαν, ἀφίκετο πρὸς Αἴολον καὶ Μελιγουνίδα νῆσον, ὡς (corrige ὃς) αὐτὸν κατὰ κλέος σοφίας τεθηπὼς (reſtituendum τεθηπὼς) ἐν πολλῇ φροντίδι εἶχεν.

90 Τὴν Καστνίαν καὶ Μελιναίαν θεόν.] Sic Xylander, quem ſequimur & vulgati Lycophronis. In prioribus editionibus legebatur, τὴν Καστανίαν, addita prima vocali. Sed aliter Lycophronis Scholiaſtes hunc verſiculum interpretatur, quam Stephanus, qui cenſet Venerem non ab urbe ita dictam, verum διὰ τὸ ἡδὺ τῆς συνουσίας *a ſuavitate coitus*. Hæc ſunt ejus verba: Καστνίαν) τὴν Ἀφροδίτην, τὴν μοιχίαν. Καστνίαν δὲ τὸ ἀδελφοποιόν. τοὺς δὲ ξένους ἀδελφοὺς καὶ φίλους, τὰ ἐρωτικὰ ποιοῦσι· οἱ γὰρ ἐρῶντες φωραθῆναι λέγουσιν, ἀδελφός μου, ἢ συγγενής μου ἐστίν. Μελιναίαν δὲ τὴν αὐτὴν, διὰ τὸ ἡδὺ τῆς συνουσίας. An Stephani interpretatio, non ſit præferenda Scholiaſtæ, alii viderint.

90 ΜΕΛΙΝΟΦΑΓΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· A [91] Ξενοφῶν ἐν ἀναβάσεως ἑβδόμῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ.

ΜΕΛΙΣΣΑ, πόλις Λιβύων· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ὁ οἰκήτωρ, Μελισσαῖος. ἡ χώρα, Μελισσαία. [92] ἔστι καὶ ἐν Κορινθιακῷ κώμη Μέλισσα. τὸ ἐθνικὸν Μελισσηνὸς, B [93] ὡς Κυζικηνός.

ΜΕΛΙΤΑΙΑ, [94] πόλις Θετταλίας· Ἀλέξανδρος Ἀσίᾳ. Θεόπομπος δὲ Μελίτειαν αὐτήν φησιν. ὁ πολίτης, Μελιταιεύς. Ἔφορος λ΄. οἱ δὲ τύραννοι τῶν Φερῶν, καὶ Μελιταιεῖς, φίλοι πρότερον ὑπάρχοντες.

C ΜΕΛΙΤΕΙΑ· [95] Φίλων οὕτω γράφει, τὰ αὐτὰ πράγματα τῇ εἰρημένῃ προσάπτων. [96] τὸ ἐθνικὸν, Μελιτεύς·

ΜΕΛΙΤΗ, [97] νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας, [98] ὅθεν τὰ κυνίδια Μελιταῖα D φασιν. [99] ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος. ἔστι καὶ πόλις

A MELINOPHAGI, gens Thraciæ, de qua Xenophon libro VII Anabaſeôs, & Theopompus libro nono & quadrageſimo.

MELISSA, urbs Libyum, de qua Hecatæus in Aſia. Incola, Meliſſæus. Regio Meliſſæa. Eſt quoque in agro Corinthiaco vicus Meliſſus, cujus gentile Meliſſenus, uti B Cyzicenus.

MELITÆA, urbs Theſſaliæ, de qua Alexander in Aſia. Eam vero Theopompus Meliteam appellat. Civis, Melitæenſis. Cujus meminit Ephorus libro trigeſimo: Tyranni vero Pherarum & Melitæenſes, cum prius amicitiam coluiſſent.

C MELITEA, ſic ſcribit Philo, eadem ſuperioribus annectens. Gentile, Melitenſis.

MELITE, inſula inter Epirum & Ita- D liam, unde catulos Melitæos appellant. Incola, Melitæus. Eſt quoque urbs Carthaginen-

91 Ξενοφῶν ἐν Ἀναβ.] Hunc locum ob oculos habuit noſter: Καὶ ἐπεὶ πάντες ἐπείσθησαν, συνεστρατεύοντο, καὶ ἀφικνοῦνται, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν πόντον, διὰ τῶν Μελινοφάγων Θρᾳκῶν εἰς Σαλμυδησσόν.

92 Ἔστι καὶ ἐν Κορινθιακῷ κώμη Μέλισσα.] Libri MSS omnes conſtanter exhibent ἐν Κορινθιακῷ, omiſſa in medio prima vocali. Locum eſſe depravatiſſimum nemo non videt; quare miror ſummopere cum CL. Jac. Gronovio, Ortelium hinc confeciſſe *Cyriacam* regionem, quæ nuſquam eſt terrarum. Valde autem veretur idem noſter Gronovius, ne Stephanus ſcripſerit: Ἔστι καὶ ἐν Κορίνθῳ κώμη Μέλισσος, ex Plutarcho in Amatoriis Narrationibus: Δείσας δ᾽ Ἄβρων φεύγει εἰς Κόρινθον, ἀναλαβὼν τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς οἰκέτας ἐν Μελίσσῳ κώμῃ τινὶ τῆς Κορινθίων χώρας. Additque, quod ego veritati admodum conſentaneum exiſtimo, mutationem poſtremæ ſyllabæ confirmari ab ipſo Stephano ex adjuncto exemplo ὡς Κυζικηνός. Nam profecto, uti a Κύζικος fit Κυζικηνὸς, ſic etiam a Μέλισσος Μελισσηνός.

93 Ὡς Κυζικηνός.] In omnibus editis & calamo exaratis Κυρηνικηνὸς conſtanter legitur, quod aperte mendoſum erat. Nos monente Gronovio literarum elegantiorum peritiſſimo, Κυζικηνὸς emendavimus.

94 Μελιταία, πόλις Θετταλίας.] In omnibus vulgatis duplici T nomen urbis excuſum conſpicitur, ſed alterum expunximus, quia ipſe Stephanus ex Theopompo idem approbat, & civis nomen ſic ſcribere voluit, quibus addi poſſet auctoritas Strabonis & Polybii, etiam ſimplici T vocem exarantium, poſterioris verba ex lib. V tranſcribam, ubi, uti cenſeo, male urbs Μελίτεια appellatur: Κατὰ δὲ τὸ συνεχὲς ἐνεργῷ νυκτοπορείᾳ χρησάμενος, ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ἧκε πρὸς Μελίτειαν. Hic debere legi Μελιταίαν, liquet ſatis ex ſequentibus, ubi cives Μελιταιεῖς appellantur, quæ vox profecto a Μελίτεια deduci nequit, ita enim ille: Καὶ προσθεὶς τὰς κλιμακίδας τοῖς τείχεσι, κατεπείραζε τῆς πόλεως τῷ μὲν οὖν αἰφνιδίῳ καὶ παραδόξῳ κατεπλήξατο τοὺς Μελιταιεῖς. Et libro IX eodem modo cives appellat, ubi refert Philippum ſcalas breviores adduxiſſe: Πάλιν ὁμοίως Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ὡς ἐπάνω προεῖπον, πρᾶξιν ἔχων ἐκ τῆς τῶν Μελιταιέων πόλεως &c. Et deinde ſequitur: Καὶ προσπεσὼν πρὸς τὴν τῶν Μελιταιέων χώραν, οὐτ᾽ ἐπιμένειν ἐδυνάτο. Ex hiſce igitur luce meridiana clarius liquet, in Polybio dicto loco Μελιταίαν reſcribendum. Leviter etiam vitiatum cenſeo Dicæarchum, ubi hæc urbs Μελιτία dicitur, cum paſſim & ab omnibus per vocalem in penultima exaratur, Ἀχαιοὺς δὲ, τοὺς καὶ νῦν ἐπικατοικοῦντας Μελιτίαν τε καὶ Λάρισσαν τὴν κρημαστὴν καλουμένην.

95 Μελίτεια. Φίλων οὕτω γράφει.] Ego hæc male ab antecedentibus divulſa exiſtimo. Pertinet hæc ſectio ad ſuperiorem, agit enim noſter de diverſa ſcribendi ratione apud veteres uſitata.

96 Τὸ ἐθνικὸν, Μελιτεύς.] Occurrit illud gentile apud Ant. Liberalem cap. XIII: Οἱ δὲ Μελιτεῖς τὸν μὲν Ἀστυγίτην ἐστέφανον. Sed is urbis nomen *Μελίτη* ſtatuit eodem cap. Καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν Φθίᾳ προσαγορεύσας Μελίτην. ἐν ταύτῃ τῇ Μελίτῃ τύραννος ἐγένετο βίαιος καὶ ὑβριστής. Errat ergo Salmaſius, qui in margine ſui Steph. emendat Μελιτειεύς: contrarium enim evinci poſſet aliis exemplis, ſcil. Ἀλεξανδρεὺς, Ἀντιοχεὺς &c.

97 Μελίτη, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας.] Duæ ſunt hoc nomine inſulæ, altera Africam inter & Siciliam, altera pertinens ad Illyricum inter Epirum & Italiam, de qua nunc noſter. Hæc a Conſtantino de Adminiſt. Imp. cap. XXXVI *Meleta* ſive *Malozeata* appellatur, ita enim ille: Νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὰ Μέλετα, ἤτοι τὸ Μαλοζεάται. ἣν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων ὁ ἅγιος Λουκᾶς μέμνηται Μελίτην ταύτην προσαγορεύων. ἐν ᾗ καὶ ἔχις τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπὸ τοῦ δακτύλου προσήψατο. Sed errat Conſtantinus, altera enim Melite, ad Africanam oram pertingens, Paulli miraculo nobilis eſt.

98 Ὅθεν τὰ κυνίδια Μελιταῖα] Sunt hæc Strabonis verba lib. VI ubi agit de nobiliore illa Melita, quæ Siciliæ ſubjacet; & cum noſter hæc referat ad alteram illam ad Illyricum pertinentem, facile adducor ut credam, Stephanum in genuino opere etiam clariorem illam Melitam meminiſſe & deſcripſiſſe: quanquam ſciam plures eſſe auctores, inter quos Callimachus, Plinius, & Etymologici Magni Auctor, qui catulos Melitæos ignobiliori inſulæ adſcribant, quæ lis facillime poſſet dirimi, ſi hujuſmodi catelli, quos opulentæ mulieres in deliciis habent, in alterutra invenirentur. Addam Plinii verba ex Callimacho teſtantis, in Melita Illyrico adjacenti hujuſmodi catellos ali, ita enim ille lib. III: cap. XXVI: *Inter Corcyram & Illyricum eſt Melita: unde Catulos appellari Callimachus auctor eſt.*

99 Ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος.] Apud Theophraſtum in charactere μικροφιλοτιμίας inſcriptio eſt in columella caſtelli mortui: ΚΛΑΔΟϹ ΜΕΛΙΤΑΙΟϹ. *Soboles Me-*

πόλις ἄποικος Καρχηδονίων; [100] καὶ δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. τὰ τοπικὰ, εἰς Μελίτην, ἐκ Μελίτης, καὶ ἐν Μελίτῃ.

nenſium colonia, & populus OEneidis tribus. Popularis, Melitenſis. Localia ad, ex & in Melite denotant.

ΜΕΛΙΤΗΝΗ', [1] πόλις Καππαδοκίας. [2] Στράβων ἑνδεκάτῃ· τὸ δ' Ἄμανον ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Μελιτηνῆς πρόεισι, [3] καθ' ἣν Κομμαγηνὴ τῇ Καππαδοκίᾳ παράκειται. οἱ πολῖται Μελιτηνοὶ, ὡς Κομμαγηνοί.

MELITENE, urbs Cappadociæ, de qua Strabo libro XI. Amanus mons uſque ad Euphraten & Melitenam progreditur, qua Commagena juxta Cappadociam porrigitur. Cives, Meliteni, uti Commageni.

ΜΕΛΙΤΟΥΣΣΑ, [4] πόλις Ἰλλυρίας· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ τὸ ἐθνικὸν Μελιτουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος. καὶ Μελιτούσιος, ὡς Σκοτούσιος,

MELITUSSA, urbs Illyriæ, de qua Polybius libro XIII. Gentile, Melituſſæus, uti Scotuſſæus, & Melituſſius, uti Scotuſſius.

ΜΕΜΒΛΙΑΡΟΣ, [5] νῆσος πλησίον Θήρας, ἡ καὶ Ἀνάφη, ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκήσαντος Φοίνικος, τοῦ μετὰ Κάδμου ἑνός. λέγεται καὶ κατ' ἀφαίρεσιν Βλίαρος, τὸ ἐθνικὸν, Μεμβλιάριος.

MEMBLIARIUS, inſula prope Theram, quæ & Anaphe dicitur. Nomen habet a Membliaro Phœnice, uno ex Cadmi ſociis, qui Theram habitavit. Dicitur quoque per aphereſin Bliarus. Gentile, Membliarius.

ΜΕΜΦΙΣ, [6] ἡ διασημοτάτη Αἰγύπτου μητρόπολις. καὶ [7] κλίνεται Μέμφιδος, καὶ Μέμφιος ὁ πολίτης, Μεμφίτης. καὶ Μεμφιτικὸς, κτητικόν.

MEMPHIS, celeberrima Ægypti metropolis. In obliquo caſu habet Memphidis & Memphios. Civis, Memphita, & Memphiticus poſſeſſivum eſt.

ΜΕΜΝΟΝΕΣ, [8] ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὃ ἐρ-

MEMNONES, gens Æthiopica, quam

Melitæa. Nummus etiam apud Goltzium eſt cum inſcriptione: ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ.

[100] Καὶ δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Egregia hujus Demi deſcriptio reperitur apud Scholiaſtam ad Ranas Ariſtoph. Μελίτη δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἡρακλέους ἱερόν· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μελίτης νύμφης, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. παρὰ τὴν ὑπόνοιαν σκώπτει, ἐπειδὴ ἐν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ἡρακλέους ἱερὸν ἀλεξικάκου. Ubi malim ἀλεξικάκου.

[1] Μελιτηνὴ, πόλις Καππαδοκίας.] In Cappadocia inveniri urbem hoc nomine, fruſtra noſter aſſeverat auctoritate Strabonis: nam nuſquam, ut bene obſervatum Salmaſio in Plin Exercit. Μελιτηνὴ apud Strab. de urbe reperitur, ſed ibi præfecturæ nomen eſt, una ex decem in quas Cappadocia magna dividebatur. Eam præfecturam πρὸς τῷ Ταύρῳ collocat, qui Taurus eſt Amanus, ut ex ipſo conſtat. Imo diſertis verbis teſtatur Strabo, Melitenem nullam urbem habuiſſe, ſed caſtella tantum aliquot in montibus munita, ita enim ille lib. XII: Πόλιν δ' οὔτε τὸ τῶν Καταόνων ἔχει πεδίον, οὔθ' ἡ Μελιτηνή· φρούρια δ' ἐρυμνὰ ἐπὶ τῶν ὀρῶν. Sed in iſta provincia deinceps a Romanis oppidum hoc nomine fuiſſe conditum, docet Salmaſius ad Jul. Capitolinum.

[2] Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Aperte cenſet Hartungus heic apud Stephanum debere legi δωδεκάτῃ. Sed vehementer fallitur: eadem enim verba apud Geographum lib. XI. inveniuntur, & non XII.

[3] Καθ' ἣν ἡ Κομμαγηνὴ τῇ Καππαδοκίᾳ παράκειται.] Ita hunc locum ex Strabone correximus, legebatur enim antea in excuſis Stephani: Καθ' ὃ ἡ Κομμαγηνὴ Καππαδοκίᾳ παράκειται.

[4] Μελίτουσσα, πόλις Ἰλλυρίας.] Quia primitivum duplici s exaratur, gentilia eodem modo excudi curavimus Vide præterea in Σκότουσσα & aliis vocibus huic ſectioni reſpondentibus.

[5] Μεμβλίαρος, νῆσος πλησίον Θήρας, ἡ καὶ Ἀνάφη.] Peſſime hunc locum exceperunt librarii imperiti, in omnibus enim editis & MSS legebatur, Μεμβλίαρος, νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, quod profecto ſententiæ Stephani adverſatur, qui in præcedentibus docuerat Membliarum Anaphen appellari, non vero Membliarum Theræ & Anaphæ vicinum eſſe, ita enim ille: Ἀνάφη, νῆσος μία τῶν Σποράδων πλησίον Θήρας. ἥτις ἀπὸ Μεμβλιάρου, τοῦ σὺν Κάδμῳ πλεύσαντος εἰς ἀναζήτησιν Εὐρώπης, Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο. Primus omnium fontem erroris detexit Bochartus in Geog. Sac. pag. 461.

[6] Μέμφις, ἡ διασ. Αἰγύπτου μητρόπολις.] Epaphus Jovis juſſu urbem hanc condidit, teſte Hygino Fab. CXLIX. *Jupiter Epaphum, quem ex Io procreaverat, Ægypto oppida communire, ibique regnare juſſit. Is oppidum primum Memphim, & alia plura conſtituit: & ex Caſſiopeja uxore procreavit filiam Libyem, a qua terra eſt appellata.* Prorſus eadem leguntur apud Lactantium Statii interpretem ad lib. IV Theb. Herodotus lib. II a Mene; primo Ægypti rege conditam perhibet: Ὡς δὲ τοῦ Μῆνι τούτῳ τοῦ πρώτου γενομένου βασιλέϊ χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον, τοῦτο μὲν, ἐν αὐτῷ πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται. Sed veros antiquarum urbium conditores e tenebris eruere, nihil aliud eſt quam oleum & operam perdere.

[7] Κλίνεται Μέμφιδος, καὶ Μέμφιος.] Præter haſce inflexiones etiam invenitur Μέμφεος in gignendi caſu, qua de re videndum in Ψένταις Sic etiam Ἄμαστρις in ſecundo caſu habet Ἀμάστριδος, Ἀμάστριος & Ἀμάστρεως; quanquam in commentariis ad illam vocem, uſum Ἀμάστριδος gravate permiſerim.

[8] Μέμνονες, ἔθνος Αἰθιοπικόν.] Hanc ſectionem eſſe ſatis ſanam, non eſt quod mihi perſuadeam, & quia nihil juvant MSS, conjecturis jam non indulgebimus, ſed emaculabimus locum Agathemeri, in quo plurima vitia, & ubi Memnonum Æthiopicorum mentio occurrit, ita enim ille lib. II cap. V. Καὶ μετὰ τὸν μέγαν Καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται, Σεβερίδαι, Κάτοικοι, καὶ πρὸς τῇ Μερόῃ νήσῳ Μέμνονες, μεθ' οὓς Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες. εἶτα Πσευδόραι καὶ Κινναμωφόρος χώρα. τούτων δὲ δυτικωτέρα ἐστὶν ἡ Φαζανία. ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν Κολόβοι, Ἄπτεροι, Νοῦβοι, εἶτα

ὃ ἑρμηνεύεται, ὡς ὁ Πολυΐστωρ φησὶν, A ἀγρίους τινὰς, ἢ μαχίμους, καὶ χαλεπούς.

ΜΕΝΑΙ, [9] πόλις Σικελίας, ἐγγὺς Παλικῶν· Ἀπολλόδωρος ἐν β' Χρονικῶν. [10] τὸ ἐθνικὸν Μεναῖος, ὡς Λύκαι Λυκαῖος. B

ΜΕΝΔΗ, [11] πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησι. [12] τὸ ἐθνικὸν, Μενδαῖος οἶνος.

ΜΕΝΔΗΣ, πόλις Αἰγύπτου, περὶ τὴν Λύκων πόλιν. Στράβων ιζ'. [13] καὶ Λύκων πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι, C καὶ τὸν τράγον. ὁ πολίτης Μενδήσιος, καὶ Μενδησία θηλυκόν. λέγεται καὶ Μενδίτης.

ΜΕΝΕΔΗΜΙΟΝ, πόλις Λυκίας· Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μενεδήμιος, ἢ Μενεδημιεύς.

ΜΕΝΕΚΙΝΗ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν D μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [14] τὸ ἐθνικὸν Μενεκιναῖος, καὶ Μενεκῖνος διὰ τὴν χώραν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ, πόλις Αἰγύπτου. [15] Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. [16] καὶ ἡ χώρα Με-

quam vocem ſi quis interpretetur, uti Polyhiſtor perhibet, agreſtes quoſdam, vel pugnaces, vel moleſtos denotat.

MENÆ, urbs Siciliæ, prope Palicos, de qua Apollodorus libro II Chronicorum. Gentile, Menæus, uti Lycæ Lycæus.

MENDE, urbs Thraciæ, a Mende muliere nomen gerens. Eam Apollodorus Mendin appellat. Gentile, Mendæum vinum.

MENDES, urbs Ægypti circa Lycopolin, de qua Strabo libro XVII: Et Lycopolis & Mendes, ubi Pana colunt & hircum. Civis, Mendeſius, & Mendeſia genere fœminino. Dicitur quoque Mendita.

MENEDEMIUM, urbs Lyciæ, de qua Capito Iſauricorum libro III. Gentile, Menedemius, ſive Menedemienſis.

MENECINE, urbs OEnotrorum in mediterraneis, de qua Hecatæus in Europa. Gentile, Menecinæus, & propter regioni ſolitam formam, Menecinus.

MENELAUS, urbs Ægypti, de qua Strabo libro XVII. Et regio Menelaïtis. Eſt

οὔπερ Στεμπροφάγοι καὶ ἡ Σμυρνοφόρος χώρα. Pro Σεβείδαι legendum Σεβεῖται, uti appellantur a Strabone, & male a Ptolemæo Σεβάρδαι. Pro Κάτοιποι corrigendum Καδοῦποι vel Καπίδουποι Pro Πεσενδόραι ſubſtituendum Πισενδῦραι, pro Φαζανία Ἀζανία. Pro Ἄπλεροι melius forte apud Ptol. Ἄπηροι. Et denique pro Νοῦβοι reſtituendum Νοῦβαι.

9 Μεναὶ, πόλις Σικελίας.] In omnibus libris MSS & editis legebatur, Μενδαὶ, πόλις Σικελίας, ſed cum apud noſtrum ſequuntur continuo ordine tria aliorum oppidorum vocabula, quibus δ litera inerat, Μένδη, Μένδης, Μενδήμιον, cum Cluverio mihi ſtatuendum videtur, facilem eam rem præbuiſſe lapſum librario, uti is præcedenti quoque voci Μέναι eandem literam insereret. Imo auctoritas CL. Bocharti non exiguum pondus addit huic ſententiæ & correctioni, qui in Geg. Sac. aperte teſtatur, ſic vere monuiſſe Cluverium, ex quo porro totius urbis deſcriptio petenda eſt.

10 Τὸ ἐθνικὸν Μεναῖος.] Quemadmodum in primitivo, ſic quoque in gentili inde formato τὸ δ expunximus. Aſſeverat Bochartus loco allegato, a *Menis* cives non dici *Menai*, ſed *Menenii* vel *Menanini*, tanquam a *Meneno* vel *Menano*. *Menenios* habet Cicero Verrina III, & Menaninos Plinius lib. III. Et in veteribus nummis utrumque reperire eſt, apud Goltzium & Parutam. Hanc difficultatem ſic ſolvit Cluverius, quod nempe Ciceronis *Menenii* a nullo alio vocabulo dicti ſunt niſi à Μένηνα, quod ipſum derivativum fuit a Μέναι, quemadmodum Ἄγγελον, Μοργάντιον, Γαλάρια, Τίσσα, derivativis inde vocibus dictæ fuere Ἀγγέρινα, Μοργάντινα, Γαλάρινα, Τίσινα. Ego profecto illud Stephani Μεναῖος ſatis genuinum cenſeo, præſertim ſi conferatur cum aliis ejuſdem inſulæ gentilibus, ubi illa terminatio in αιος non erat inſolita, quod alias demonſtravimus ad voc. Ἄβακαινον.

11 Μένδη, πόλις Θρᾴκης.] In peninſula Pallene ſita eſt, de qua Pomp. Mela lib. II cap. II: *Pallene ſoli tam patentis, ut quinque urbium ſedes ſit atque ager: tota in altum abit, anguſta ſatis unde incipit. Ibi eſt Potidæa. At ubi laxius patet Mende Scioneque referendæ: illa ab Eretriis, hæc ab Achivis capto Ilio remeantibus poſita.* Etiam Thuc. lib. IV Eretrienſium coloniam appellat & Suidas in Μένδα.

12 Τὸ ἐθνικὸν, Μενδαῖος οἶνος.] Apud Pauſ lib. V gentile occurrit: Μενδαίοις δὲ αὐτοῖς γένος τε Ἑλληνικὸν, καὶ ἀπὸ Ἰωνίας ἐστίν. Mendæum porro vinum commemorat Athenæus libro I ex variis auctoribus.

13 Καὶ Λύκων πόλις καὶ Μένδης.] Integer locus apud Strabonem lib. allegato hunc in modum legitur: Ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι καὶ ζῶον τράγον. Quæ verba Strabonis ex Stephano videntur corrigenda: delendum enim illud ζῶον, vel τῶν ζώων, quod a gloſſatoris forte manu profectum, quanquam ſtare poſſit Λύκου πόλις pro Λύκων πόλις quo etiam Strabo eodem libro utitur. Eandem hanc urbem noſter appellat Πανὸς πόλις, ubi Dei ſignum eſt, quod pudendum, ſeptem circiter digitorum, arrectum habet. ΜΕΝΔΗΣ, unde huic urbi & provinciæ nomen, Ægyptiace hodie *hircum* ſonat, ac proinde Pan quoque *Mendes* dictus, & hirci forma in illo oppido cultus. De hircis ibidem cultis exſtat teſtimonium Herodoti lib. VI: Σέβονται δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων. Et Diodori lib. I: Τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον. Videſis præterea Plutarchum libro, quod bruta ratione utantur, Ælian. Hiſt. Animal. lib. VII cap. XIX. & Lucian in Imaginibus.

14 Τὸ ἐθνικὸν Μενεκιναῖος, καὶ Μενεκῖνος διὰ τὴν χώραν.] Peſſimo errore in omnibus editis & MSS legebatur, καὶ Μενεκλωὸς διὰ τὴν χώραν. Salmaſius in ora ſui Stephani corrigebat Μενεκινλωός, ſed admodum infeliciter. Repoſuimus Μενεκῖνος, quæ vera lectio eſt, uti a Παλική Παλικῖνος, Ἐρύκη Ἐρυκῖνος, & Ὀμφάκη Ὀμφακῖνος.

15 Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ.] Male in omnibus libris legebatur, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Ægypti enim deſcriptio non eſt apud Strab. lib. XIV, ſed XVII, ubi hæc de Menelao oppido leguntur: Πλησίον δὲ καὶ ἐνταῦθα πόλις Μενέλαος· ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἐν τῷ Δέλτα ἐπὶ μὲν τῷ ποταμῷ Ναύκρατις.

16 Καὶ ἡ χώρα Μενελαΐτης.] Non bene in libris: καὶ ἡ χώρα Μενελαΐτης. Loquitur ſine dubio de nomo, cu-

Μενελαΐτης. [17] ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον. τὸ ἐθνικὸν Μενελαεὺς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς. καὶ κτητικὸν, Μενελαϊκός. τῆς δ' Αἰγυπτίας, Μενελαΐτης.

A Est quoque Spartæ caſtellum Menelaïum. Gentile, Meneläenſis, uti Cotiaëum Cotiaënſis. Et poſſeſſivum Menelaïcus. Sed ab urbe Ægyptia deducitur Menelaïta.

ΜΕΝΟΥΘΙΣ, [18] Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ Κανώβῳ, [19] καὶ νῆσος Αἰθιοπίας Μενουθιάς. τὸ ἐθνικὸν Μενουθίτης, τοῦ Μένουθις, διὰ τὸ τῆς χώρας χαρακτῆρα. τοῦ δὲ Μενουθιὰς, Μενουθιεύς.

MENUTHIS, pagus Ægyptius juxta Canobum, & inſula Æthiopiæ Menuthias. Gentile, Menuthita, a voce Menuthis, B propter regionis formam. Sed a voce Menuthias deducitur Menuthienſis.

ΜΕΝΤΟΡΕΣ, [20] ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

MENTORES, gens prope Liburnos; de qua Hecatæus in Europa.

ΜΕΝΤΥΡΝΑ, [21] πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν· Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ. [22] τὸ ἐθνικὸν, Μεντυρναῖος.

MINTYRNA, urbs Samnitum in Italia de qua Dionyſius libro ſexto decimo. C Gentile, Mintyrnæus.

appellata eſt. Civis, Mileſius. Sic enim Thales, cujus pater fuit Examius, Mileſius dicitur, & Phocylides, & Timotheus citharædus, qui nomorum citharædicorum libros octodecim in octo mille verſus compoſuit, & tibiarum mille pronomia. Mortuus eſt in Macedonia, & hujuſmodi in eum epigramma exſtat:

Patria. Miletus peperit uſis Mamatum
Timotheum, peritum citharæ moderatorem.

C ΜΙΛΗΤΟΥΠΟΛΙΣ, πόλις [96] μεταξὺ Κυζίκου, καὶ Βιθυνίας, [97] περὶ τὸν Ῥυνδακόν. ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Περσίδι. [98] ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης· καὶ τὸ θηλυκὸν, ἡ Μιλητοπολῖτις· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.

MELETOPOLIS, urbs inter Cyzicum & Bithyniam circa Rhyndacum. Eſt quoque alia in Perſide. Civis, Miletopolita, & genere fœmin. Miletopolitis, quo utitur Strabo libro duodecimo.

ΜΙΛΚΩΡΟΣ, Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θρᾴκῃ. ὁ πολίτης, Μιλκώριος· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

MILCORUS, oppidum Chalcidicum in Thracia, cujus oppidanus, Micorius, teſte Theopompo libro quinto [illegible] lippicorum.

D ΜΙΛΥΑΙ, [99] οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ Βασιλέων· [100] καὶ ἡ χώρα Μι-

MILYÆ, antea Solymi dicebantur, teſte Timagene libro primo Regum. Et regio

Ἀνάκτορος τῆς Γῆς, quod aperte mendoſum erat, uti bene monuit Bochartus in Geog. Sac. pag. 365. Imo heic latere mendum perſpicue edocent editiones Aldina Juntinaque, repræſentantes, ἀπὸ Ἄνακτος γῆς &c. quaſi Ἀνακτὸς fuiſſet caſus rectus Hanc CL. viri correctionem antiquis temporibus & Euſtathii ætate Stephani codices obſediſſe, liquet manifeſtiſſime ex comment. ad Iliad. A ubi ex Ἐθνικῶν Καταγραφῇ Archiepiſcopus ſequentia in medium adducit: Ἐν δὲ τῇ τῶν Ἐθνικῶν καταγραφῇ, καὶ κύριον ὄνομα φέρεται Ἄναξ. υἱὸς γῆς καὶ Οὐρανοῦ. ἀφ' οὗ καὶ ἡ Μίλητος Ἀνακτορία ἐκλήθη ποτέ. Scholiaſtes Apollonii Rhod. ad lib. 1 Ἀνάκτορον appellat, ubi etiam alias iſtius urbis appellationes recenſet & etymologias: ὀνομασθῆναι δὲ αὐτὴν λέγουσι Πιτυοῦσαν, οἱ δὲ Ἀστερίαν, εἶτα Ἀνακτόρειον, εἶτα Μίλητον.

[91] Ὁ πολίτης, Μιλήσιος.] Apud Goltzium & Triſtanum nummi inveniuntur cum inſcriptione ΜΙΛΗΣΙΩΝ.

[92] Θαλῆς Ἐξαμίου.] Xylandrianam ſequimur, perperam enim in libris MSS & prioribus editionibus exhibetur, Θαλῆς Ἐξαμοίου. In Chronico Alexandrino de Thalete hæc habemus: Θαλῆς ὁ ἐξ Ἀμύου Μηλήσιος, πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος ἀπέθανεν &c. Ubi ſine dubio corrigendum Θαλῆς ὁ Ἐξαμίου Μιλήσιος.

[93] Νόμων κιθαρῳδικῶν.] Quid ſint νόμοι κιθαρῳδικοὶ, & quid ſint νόμοι αὐλητικοὶ optime, & nemo hactenus melius explicuit quam Salmaſius ad Julium Capitolinum. Terpander fuit antiquiſſimus νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητής. Hunc ſequutus eſt Phrynis Mitylenæus, qui circa rationem nomorum Citharœdicorum aliquid immutavit: ſed huic ſuccedens Timotheus, eam ferme totam immutavit, & ad numeros lege ſolutos dithyramborum deflexit. Igitur νόμος in poëſi, quam μελικὴν vocant, nihil aliud eſt quam carmen vel canticum in honorem Deorum alicujus compoſitum, muſicis modulis inſtructum, quod ad citharam vel tibiam cantabatur.

[94] Καὶ προνόμια αὐλῶν χίλια.] Salmaſius in margine ſui Stephani cenſet heic legendum, καὶ προνόμια ἄλλων εἰς χίλια ἔπη. Sed hæc Stephani verba in notis ad Jul. Capitolinum allegans, nihil mutavit, nec de ulla emendatione mentionem fecit. Deinde exercitationes ad Solinum editurus, in prolegomenis monet legendum, καὶ προνόμια ἄλλων χιλίων. Sed ut verum fatear, non Salmaſiana, ſed Meurſii conjectura mihi ſatis fecit, in libello de Archontibus Athenienſibus pro ἄλλων emendantis αὐλῶν, quæ ita nobis arriſit, ut tuto jam edi poſſe exiſtimaremus. Imo hanc conjecturam ſuo etiam calculo Ger. Joh. Voſſium adprobaſſe, liquet ex libello de Poëtis Gr. pag. 46.

[95] Τὸν Μούσαισι ποθεινόν.] Articulus abeſt ab editione Veneta atque Florentina: illum eſſe neceſſarium vidit Xylander, quem ſequimur. Eum etiam agnoſcit Euſtathius ad Dionyſ. ſed in comment. ad Iliad. B, eum prætermiſſum video.

[96] Μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας.] Ita hæc concipiuntur in codicibus MSS, & editionibus ante Xylandrianam excuſis, ſine ulla lacunæ ſuſpicione, & quare eam finxerit Xylander rationem nullam video, nec quiſquam dicet. Aſteriſcum igitur delevimus, nihil deeſſe exiſtimantes.

[97] Περὶ τὸν Ῥυνδακόν.] Sic optime editum ab Holtmanno, quem ſequimur, peſſimo vero errore in prioribus editionibus, περὶ τὸν Πινδακόν, quod etiam libri MSS repræſentant. Strab. lib. XII cujus verba forte noſter reſpicit: Πρὸς δὲ τῇ Δολιονίδι καὶ τῇ Μυγδονίδι νέμονται πολλήν, μέχρι τῆς Μιλητοπολίτιδος λίμνης, καὶ τῆς Ἀπολλωνιάτιδος αὐτῆς· δι' ὧν χωρίων καὶ ὁ Ῥυνδακὸς ῥεῖ ποταμός.

[98] Ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης.] Triſtanus tom. II profert nummum cum inſcriptione ΝΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, ubi monet legendum ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Et alium Imperatoris Commodi, in quo excuſum eſt: ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, & ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ.

[99] Μιλύαι, οἱ πρότερον Σόλυμοι.] In omnibus MSS & editis perperam αἱ πρότερον legebatur, quod neceſſario erat corrigendum. Antiquiſſimum eorum nomen fuit *Termilæ*, deinde *Solymi*, denique Milyæ, cujus rei teſtem habemus Strab ita enim ille lib. XII: Καὶ τοὺς Τερμίλας κατῴκισαν ἐν τῇ νῦν Λυκίᾳ, τούτους δ' ἀγαγεῖν ἀποίκους ἐκ Κρήτης Σαρπηδόνα, Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος ἀδελφὸν ὄντα, καὶ ὀνομάσαι Τερμίλας, τοὺς νῦν Μιλύας, ὥς φησιν Ἡρόδοτος. Locus Herodoti, quem reſpicit Geographus dignus eſt, ut tranſcribatur ex lib. I: Τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς. Οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο.

[100] Καὶ ἡ χώρα Μιλυάς.] Ita hæc regio appellatur He-

Μιλυάς, ὡς Μινυάς. λέγονται δὲ Μίλυες, [1] ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου, καὶ ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. τὸ ἐθνικὸν Μιλυάδος, καὶ Μιλυίτης.

Agio vocatur Milyas, uti Minyas. Appellantur etiam Milyes a Milya uxore & ſorore Solymi, quæ poſtea Cragi conjux fuit. Gentile, Milyenſis & Milyita.

ΜΙΛΩΝΙΑ, πόλις Σαυνιτῶν ἐπιφανεστάτη. Διονύσιος ἑπτακαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μιλωνιάτης.

MILONIA, urbs Samnitum illuſtriſſima, de qua Dionyſius libro ſeptimodecimo. Gentile, Miloniata.

ΜΙΜΑΛΚΕΣ, ἔθνος Λιβυκόν· Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῳ. B

MIMALCES, gens Libyca, cujus meminit Philiſtus rerum Sicularum libro VIII.

ΜΙΜΝΗΔΟΣ, πόλις Λυδῶν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Μιμνήδιος, ὡς τοῦ Λυχνίδος Λυχνίδιος.

MIMNEDUS, urbs Lydorum, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile, Mimnedius, uti a Lychnidus fit Lygnidius.

ΜΙΝΑΙΟΙ, [2] ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. C

MINÆI, gens in littore maris rubri, cujus meminit Marcianus in ejus Periplo.

ΜΙΝΥΑ, [3] πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία, ἀφ᾽ ἧς ἡ Μινύα, [4] ἀπὸ Μινύου κληθεῖσα· [5] καὶ Μινύειον, καὶ Μινυηὶς, καὶ Μινυήιος. ἔστι δὲ ἑτέρα Φρυγίας, [6] ἐν

MINYA, urbs Theſſaliæ, quæ antea Almonia dicebatur. Ex hac erat Minya, quæ a Minya ſic vocata eſt. Et Minyeum dicitur, & Minyeïs, & Minyejus. Eſt quo-

[illegible] loco proxime allegato. Ita quoque Joſepho dicitur in Antiq. Jud. lib. I cap. IV. Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μιλυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον. Vulgo ibi male legitur Μινυάδα, uti docuit magnus Voſſius. Hæc regio tranſpoſitis literis Μυλιάς ab Arriano vocatur lib. I de Ep. Alex. Mag. Ταῦτα καταπράξας ἐν ἀκμῇ ἤδη τοῦ χειμῶνος, ἐς τὴν Μυλιάδα καλουμένην χώραν ἐσβάλλει, ἥ ἐστι μὲν τῆς μεγάλης Φρυγίας. Sed fortaſſis ibi etiam Μιλυάδα ſcribendum.

[1] Ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου καὶ ἀδελφῆς.] Salmaſius in margine ſui Stephani hunc locum ita corrigendum exiſtimabat: Ἀπὸ Μιλύης τῆς Σολύμου ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. Sed nimia hæc mutatio mihi non videtur adprobanda. Nam quemadmodum, ut cum Nepote loquar, neque Cimoni fuit turpe, Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio, ita etiam huic Solymo, inſtitutis orientalium populorum utenti, neque turpe neque nefas fuit, ſororem habere conjugem. Sed hanc regionem ab Milya nomen non ſortiri, demonſtrat Bochartus in Geog. Sac. pag. 139.

[2] Μιναῖοι, ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.] In omnibus libris MSS & editis duplici ν legitur Μινναῖοι minus bene, cum certum ſit, Stephanum alio loco ſimplici ν vocem hanc exaraſſe: Κάρνανα, πόλις Μιναίων ἔθνους, πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Imo omnes quotquot hujus gentis meminere, iſtam, quam edi curavimus, vocis ſcripturam agnoſcunt. Solus Dionyſius, forte propter metri legem, duplici ν utitur:

> Αὐτὰρ Ἐρυθραίης πλευρὴν ναίουσι θαλάσσης
> Μινναῖοί τε Σάβαι τε, καὶ ἀγχίγυοι Κλειτάβωνοι.

Erant Minæi una ex quatuor maximis Arabiæ gentibus, in parte ad mare rubrum ſita, quorum præcipua urbs Carna, ſive Carnana appellabatur teſte Strab. lib. XVI. Κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν. Μειναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει· πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα, ἢ Καρνανά. Sed fortaſſis ibi legendum Κάρναναν, uti habet Steph. ſuo loco. Horum regio thuris proventu fuit feliciſſima, quod etiam *Minæum* dicebatur. Plinius lib. XII, cap. XIV: *Hi primi commercium thuris fecere maximeque exercent, a quibus & Minæum dictum eſt.* Imo ipſi Minæi thus & alia aromata ex locis remotioribus in Arabiam Petræam & Palæſtinam uſque devehebant, uti teſtatur Agatharcides hiſce verbis: Πρός τε τὴν Πέτραν καλουμένην καὶ τὴν Παλαιστίνην, εἰς ἣν Γερραῖοι καὶ Μιναῖοι, καὶ πάντες οἱ πλησίον ἔχοντες τὰς οἰκήσεις Ἄραβες, τόν τε λιβανωτὸν, ὡς λόγος, καὶ τὰ φορτία τὰ περὶ εὐωδίαν ἀνήκοντα ἀπὸ τῆς χώρας τῆς ἄνω καταφέρουσιν.

[3] Μινύα, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία.] Apparent quædam hoc loco, quæ haud facile conciliari poſſunt: nam quod Minyæ antiquum nomen ſtatuatur Ἀλμωνία, a mente Stephani alienum videtur, qui Almopiam Macedoniæ regionem ſtatuit: Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας, ἣν ᾤκουν Ἄλμωπες. Ergo heic pro Ἀλμωνία ſcribendum foret Ἀλμωπία, & pro Θετταλίας Μακεδονίας, niſi quis dicat, iſtarum regionum terminos ſæpenumero confundi. Plinius obſtat, quo minus certi quid de hoc loco ſtatuam, ſic enim ille lib. IV. cap. VIII: *In Theſſalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus: & oppidum Almon, ab aliis Elmon.*

[4] Ἀπὸ Μινύου κληθεῖσα.] Aliquando caſus rectus eſt Μινύας, ut apud Pindari Scholiaſt. ad od. IV Pyth. & aliquando Μινυὸς apud eundem ad Od. XIV Olymp. Τὸ τῶν Μινύων γένος ἀρχαῖον ἀπὸ Μινύου τοῦ Θετταλοῦ· Μινυὸς δὲ, ἐκ Καλλιρρόης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ποσειδῶνος. Et deinde ſequitur: Ὁ γὰρ Μινυὸς πρῶτος ἦρξεν Ὀρχομενίων.

[5] Καὶ Μινύειον, καὶ Μινυηὶς, καὶ Μινυήιος.] Si mei arbitrii res eſſet, primam vocem maſcula terminatione efferrem, καὶ Μινύειος, quo nomine Orchomenus in Bœotia inſignitur apud Scholiaſt. Lycophronis: Μινυῶν, τῶν Ἀρχομενίων· ὅτι οἱ πλείους αὐτῶν ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ Μινυείου ἦσαν· δύο δὲ Ὀρχομενοὶ, ὅτε ἐν Βοιωτίᾳ (ſic legendum, non Βοηθοῖς) οὗτος ὁ Μινύειος, καὶ ὁ πολύμηλος, ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ· ὁ δὲ τόπος Ὀρχομενὸς Μινύειος οὗτος, ἐκλήθη ἀπὸ Μινύου τοῦ Ποσειδῶνος παιδὸς, καὶ Καλλιρόης. Sic debere corrigi ſatis liquet ex ſimili loco apud Etymologici Mag. auctorem, ubi etiam docetur, Orchomenum eſſe Bœoticum & Arcadicum: Ὀρχομενὸς δύο εἰσὶ, Βοιωτικὸς καὶ Ἀρκαδικός. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Βοιωτικὸς, Μινύειος καλεῖται· ὁ δὲ Ἀρκαδικὸς, πολύμηλος. καὶ τοῖς ἐπιθέτοις διαστέλλεται ἡ ὁμωνυμία. Patronymico fœminino utitur Apoll. Rhod. lib. I:

> - - - Ὥς δ᾽ αὐτὸν Ἰήσονα γείνατο μήτηρ
> Ἀλκιμέδη Κλυμένης Μινυηΐδος ἐκγεγαυῖα.

Ultimum gentile occurrit apud Pauſaniam in Fragmento Heſiodi:

> Ἶξεν δ᾽ Ὀρχομενὸν Μινυήϊον. - - - -

[6] ἐν τοῖς ὅροις Λυδίας. [7] τὸ ἐθνικὸν, Μινύαι.

ΜΙΝΩ'Α, [8] πόλις ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ, μία τῶν Κυκλάδων. δευτέρα, πόλις Σικελίας. τρίτη, ἐν Σίφνῳ, μία τῶν Κυκλάδων. [9] ἔχει δὲ Μινώαν καλουμένην κρήνην. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Γάζα Μινώα. [10] ἔστι δὲ Ἀραβίας, ἧς οἱ πολῖται Μινωῖται, ἀπὸ Μίνωος. [11] ἔστι δὲ Κρήτης, [12] ἔστι δὲ ἄλλη νῆσος, οὐ πόρρω Μεγάρων. [13] καὶ ἡ Πάρος Μινώα. οἱ πολῖται, Μινῶαι.

ΜΙ'ΣΓΗΤΕΣ, [14] ἔθνος Ἰβήρων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΜΙΣΓΟΜΕΝΑΙ', πόλις Θετταλίας· Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας. τὸ ἐθνικὸν Μισγομένιος, ὡς Κλαζομένιος.

ΜΙΣΗΤΟ'Σ, πόλις Μακεδονίας· Θεαγένης Μακεδονικοῖς. τὸ ἐθνικὸν Μισήτιος, ὡς Βηρύτιος.

ΜΙ'ΣΚΕΡΑ, πόλις Σικανίας· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικὸν Μισκερεῦς, ὡς Μεγαρεῦς.

ΜΙ'ΣΠΙΛΑ, πόλις Μήδων· [15] Ξενοφῶν τρίτῳ ἀναβάσεως. τὸ ἐθνικὸν, Μισπιλάτης.

MO'-

quoque alia Phrygiæ in finibus Lydiæ. Gentile, Minyæ.

MINOA, urbs in Amorgo inſula, una ex Cycladibus. Secunda, urbs Siciliæ. Tertia in Siphno, una Cycladum. Habet quoque fontem Minoam dictum. Etiam Gaza vocabatur Minoa. Eſt quoque Arabiæ oppidum, cujus oppidani Minoïtæ, a Minoë nomen habens. Eſt præterea Cretæ, & alia inſula non longe a Megaris. Et Paros Minoa appellatur. Cives, Minoæ.

MISGETES, gens Iberiæ, de qua Hecatæus in Aſia.

MISGOMENÆ, urbs Theſſaliæ, de qua Hellanicus libro primo Deucalioniæ. Gentile, Miſgomenius, uti Clazomenius.

MISETUS, urbs Macedoniæ, cujus meminit Theagenes in Macedonicis. Gentile, Miſetius, uti Berytius.

MISCERA, urbs Sicaniæ, de qua Theopompus libro nono & quadrageſimo Philippicorum. Gentile, Miſcerenſis, uti Megarenſis.

MISPILA, urbs Medorum, cujus meminit Xenophon lib. III de Exped. Cyri. Gentile, Miſpilata.

MO-

[6] Ἐν τοῖς ὅροις.] Omiſſa vocali in Aldina Juntinaque exhibetur male, ἐν τοῖς ῥίοις, quod Holtmannus correxit, quem ſequimur.

[7] Τὸ ἐθνικὸν, Μινύαι.] Sic Græcis pariter & Latinis auctoribus dicuntur. Locus egregius eſt apud Scholiaſt. Apoll. Rhodii ad lib. I Argonaut. Ὀρχομενοῦ δὲ τοῦ Ἑρμίππης τοῦ Βοιωτοῦ γίνεται Μινύας ἐπίκλησιν, φύσει δὲ Ποσειδῶνος, ὃς οἰκεῖ ἐν Ὀρχομενῷ· ἀφ' οὗ ὁ λαὸς Μινύαι ἐκλήθησαν. Ovidius lib. VII Metam. aliquoties utitur:

Jamque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant.

[8] Μινώα, πόλις ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ.] Vocem πόλις, quam ab omnibus libris abeſſe cernebam, inſerendam judicavi, quia ſemper ſic loqui amat Stephanus. Hujus etiam meminit Ptolemæus lib. V cap. 11. Sed locus iſte miſeris modis ab imperitis librariis eſt deturpatus, & ſine dubio hunc in modum corrigendus.

Ἐν δὲ τῷ Μυρτώῳ πελάγει νῆσοι, Ἀμοργοῦ πόλεις	
Ἀρκεσίνη	νσ' ϛ' λζ'
Αἰγιάλη	νσ' ϛ' λϛ' δ' γ'
Μινώα	νε' ϛ' λϛ' δ' γ'

Peſſime in vulgatis legebatur Ἀμοργοῦ πόλις, pro Αἰγιάλη Βεγιαλὶς, & pro Μινώα Μινυία.

[9] Ἔχει δὲ Μινώαν καλουμένην κρήνην.] In omnibus codicibus calamo exaratis & editis conſpiciebatur lacuna, ἔχει δὲ Μι * κρήνην. Hanc Salmaſius in margine ſui Stephani replevit eodem modo, quo nos edi curavimus.

[10] Ἔστι δὲ Ἀραβίας, ἧς οἱ Μινωῖται.] Non dubito cum CL Bocharto, quin *Minoæ* & *Minoïtarum* nomine Stephanus intelligat *Minæam* & *Minæos*; jam ſupra nominatos, mythologiæ doctores ſequutus, quos inanis nominum alluſio eo adegit inſaniæ, ut a Cretenſi regulo, qui poſtquam in inſula ſua conſenuiſſet, in Sicilia fato functus eſſe diicitur, Arabiæ intimæ populos deducerent.

[11] Ἔστι δὲ Κρήτης.] Hæc verba ab omnibus editis abſunt, ut & Voſſiano Palatiniſque codicibus. Ea Stephano reddidimus ope codicis Peruſini, quem CL. Jac. Gronovius contulit. Antequam hanc verborum adjectionem obſervaveram, mirabar, Stephanum Minoæ Cretenſis, oppidi ſatis celebris, heic non meminiſſe. Documentum hic locus præbet præſtantiſſimum, quo addiſcimus, quantam Ethnicographus non duntaxat ab Hermolao Epitomatore, ſed deinde etiam ab ignavis librariis, injuriam paſſus ſit.

[12] Ἔστι δὲ ἄλλη νῆσος, οὐ πόρρω Μεγάρων.] Inſulam hanc, non longe a Megaris diſſitam, commemorat Thucyd. lib. III: Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων. Sed Strabo lib. IX perhibet promontorium hoc nomine poſt Scironidas Petras, quod Niſææ portum conficit, hæc ſunt ejus verba: Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρα πρόκειται Μινώα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. Imo ipſum illud Megarenſium navale etiam Straboni Μινώα dicitur, ſic enim ille ibidem: Ἡ δὲ Νισαία ἐστὶν ἐπίνειον τῶν Μεγαρέων, δέκα δὲ ὀκτὼ σταδίους τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἑκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινώα. Fuit in hac *Minoa* caſtellum, quo portus contra hoſtilem impetum defendebatur, quod apparet ex alio loco Strabonis lib. VIII, ubi tradit in Delio, quod in Argolico ſinu eſt, caſtellum ædificatum, cui cum Megarica itidem *Minoa* nomen eſt.

[13] Καὶ ἡ Πάρος Μινώα.] Conſule Stephanum in illa voce, ubi hac de re mentionem facit.

[14] Μίσγητες, ἔθνος Ἰβήρων.] Similitudo & affinitas terminationis facit, ut ferme mihi perſuadeam, eandem eſſe gentem, quæ aliis in locis Stephano dicitur Γνῆτες, & Ἴγητες. Noſtrum ſæpenumero incidere in depravatum Hecatæi codicem, notius eſt, quam quod doceri opus ſit.

[15] Ξενοφῶν τρίτῳ ἀναβάσεως.] Hodie libro citato in Xenoph. legitur: Ὄνομα δ' ἦν τῇ πόλει Μέσπιλα· Μῆδοι αὐτήν ποτε ᾤκουν. Heic prima vocalis eſt ε, non vero jota.

16 Τὸ

ΜΟ'ΚΑΡΣΟΣ, Θράκης χωρίον· Θεόπομπος πρώτῳ Φιλιππικῶν. [16] τὸ ἐθνικὸν, Μοκάρσιος.

A MOCARSUS, Thraciæ caſtellum, de quo Theopompus libro primo Philippicorum. Gentile, Mocarſius.

ΜΟ'ΚΑΤΑ, Βιθυνίας πόλις, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας τετάρτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μοκατηνός.

MOCATA, urbs Bithyniæ, de qua Domitius Calliſtratus libro IV de Heraclea. Gentile, Mocatenus.

ΜΟ'ΚΚΛΗ, κώμη Φρυγίας. οἱ οἰκήτορες, Μοκκληνοί.

B MOCCLE, pagus Phrygiæ, cujus incolæ Moccleni.

ΜΟΛΟΡΧΙ'Α, [17] πόλις Νεμέας, ἀπὸ Μολόρχου τοῦ ξενίσαντος Ἡρακλέα, ἀπιόντα ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. τὸ ἐθνικὸν, Μολορχίτης.

MOLORCHIA, urbs Nemeæ, nomen habens a Molorcho, qui Herculem, ad certamen proficiſcentem, hoſpitio excepit. Gentile, Molorchita.

ΜΟΛΟΣΣΙ'Α, [18] ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ, Μολοσσός. καὶ θηλυκὸν, Μολοσσίς, καὶ Μολοσσὰ οὐδετέρως, καὶ Μολοτοὶ δι' ἑνός. Μολοτὸς, ὁ τόπος. τὸ κτητικὸν, Μολοτικός.

C MOLOSSIA, regio Epiri, cujus incola, Moloſſus, & fœmininum, Moloſſis; & Moloſſa genere neutro. Et Moloti per T ſimplex. Molotus locus. Poſſeſſivum Moloticus.

ΜΟΛΥΒΔΑ'ΝΑ, πόλις Μαστιηνῶν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

MOLYBDANA, urbs Maſtienorum, de qua Hecatæus in Europa.

ΜΟΛΥ'ΚΡΕΙΑ, [19] πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτῃ. [20] Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ· Εὐφορίων δὲ, Μολυκρίαν αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Μολυκρεῖος, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως· καὶ Μολυκρῖται, καὶ Μολυκριάς. λέγεται καὶ Μολυκριεύς. Ἀρκάδιος δὲ Μολυκραίους φησί.

D MOLYCREA, urbs Ætoliæ, de qua Strabo libro decimo. Hanc Thucydides Molycreum appellat, ſed Euphorio Molycriam. Gentile, Molycrius, quod & fœminino & neutro genere in uſu eſt. Et Molycritæ, & Molycrias. Dicitur quoque Molycrienſis. Apud Arcadium vero E Molycræos occurrit.

ΜΟΛΥ'ΝΔΕΙΑ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μολυνδαίου. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Λυκίας πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μολυνδεύς.

MOLYNDEA, urbs Lyciæ, a Molyndæo nomen habens, teſte Alexandro libro primo de Lycia. Gentile, Molyndenſis.

ΜΟΝΑΒΑΙ', πόλις Ἰσαυρίας. Καπίτων ἐν Ἰσαυρικοῖς. τὸ ἐθνικὸν, Μοναβάτης.

MONABÆ, urbs Iſauriæ, de qua Capito in Iſauricis. Gentile, Monaba- F ta.

ΜΟ-

MO-

[16] Τὸ ἐθνικὸν, Μοκάρσιος.] Quanquam non ignorem, nomen urbis & gentile ſæpe idem eſſe, & aliquando duntaxat accentu differre, non puto tamen iſtos canones heic locum habere. Hoc loco nomen urbis & gentile in omnibus vulgatis nihil differebant. Fortaſſis ſcribendum, τὸ ἐθνικὸν, Μοκαρσαῖος, vel Μοκαρσηνός. Si nummi hujus urbis exſtarent, melius de germana hujus gentilis ſcriptura judicari poſſet.

[17] Μολορχία, πόλις Νεμέας, ἀπὸ Μολόρχου.] In omnibus libris ſcriptis & editis male exhibebatur Μολορκία, Μολόρκου & Μολορκίτης: nam pauper ille, Herculem hoſpitio excipiens, non *Molorcus*, ſed cum adſpiratione *Molorchus* dicebatur, uti unanimi conſenſu teſtantur Mythicæ Theologiæ doctores. Apollodorus lib. II: Πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα, εἰς Κλεωνὰς ἦλθε, καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ. Virgil. lib. III Georg.

Cuncta mihi, Alpheum linquens, lucoſque Molorchi,
Curſibus, & crudo decernet Græcia caſtu.

Ad quæ verba ſic commentatur Servius: *Lucoſque Molorchi. Id eſt ſylvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori. Molorchus autem paſtor fuit, qui Herculem, venientem ad occidendum Nemeum Leonem, ſuſcepit hoſpitio.* Ex hiſe & ſimilibus locis, quæ ex aliis adduci poſſent, evidenter liquet, nos in urbis & conditoris nomine, ut & gentili, bene τὸ χ repoſuiſſe.

[18] Μολοσσία, ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου.] Bene ſic correxit Xylander, quem ſequimur, ſed male in prioribus editionibus Μολοσία, Μολοσὸς, Μολοσὶς & Μολοσὰ per ſimplex ſigma excuſum eſt. Perverſa hæc ſcribendi ratio Sigonium in notis ad Livium ſuffragatorem habuit, ſed eum errantem refutavit Vir Max. J. Voſſius in ſuis ad Scylacem notis. Moloſſiæ deſcriptionem non ſubnectam, quæ ex Palmerii Græc. Antiqua commode peti poteſt.

[19] Μολύκρεια, πόλις Αἰτωλίας.] Sic legitur apud Strabonem libro IX: Καὶ ἡ Μολύκρεια δ' ἐστὶ κατὰ τὸ Ἀντίῤῥιον, Αἰτωλικὸν πολίχνιον. Adeo ut in penultima diphthongum collocaverim, quanquam libri ſcripti & omnes Stephani editiones hactenus ibi vocalem repræſentarint. Bis præterea apud Geographum hujus urbis mentio celebratur, ſed editores ibidem etiam in penultima diphthongum exigunt. De ſitu hujus oppidi conſulendus ſupra laudatus Palmerius.

[20] Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ.] Sic Thuc. urbem appellat libro II hiſce verbis: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καταδιώξαντες, καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες, τούς τε ἄνδρας ἐξ αὐτῶν τοὺς πλείστους ἀνελόμενοι, ἐς Μολύκρειον ἀπέπλεον. Eodem modo etiam libro tertio appellatur.

[21] Καὶ Μολυκρῖται.] In libris Palat. & utraque editione, Aldina Juntinaque corrupte legebatur Μολυκρίσαι, quod emendat Xylander.

22 Mo-

ΜΟΝΟΓΙΣΣΑ, [22] πόλις Καρίας, A ὅθεν Ἄρτεμις Μονογισσηνὴ, ἵδρυμα Δαιδάλου. [23] μεγίσσα γὰρ τῇ Καρῶν φωνῇ, λίθος ἑρμηνεύεται. νῦν δὲ τοὺς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους γίσσα λέγομεν.

ΜΟΝΟΙΚΟΣ, πόλις Λιγυστική· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος. B

ΜΟΡΓΕΝΤΙΟΝ, [25] πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων. λέγεται καὶ Μοργεντία. [26] τὸ ἐθνικὸν, Μοργεντῖνος, καὶ Μοργήτης λέγεται.

ΜΟΡΓΥΝΑ, πόλις Σικελῶν· Φίλιστος δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν, Μοργυναῖος. C

ΜΟΣΣΥΝΟΙΚΟΙ, [27] ἔθνος, περὶ οὗ Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου. [28] τὸ κτητικὸν, Μοσσυνοικικός.

ΜΟΣΥΛΟΝ, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας· [29] Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου.

MONOGISSA, urbs Cariæ, unde Diana Monogiſſena, a Dædalo poſita. *Megiſſa* enim Carum lingua lapidem interpretamur: nunc vero lapides cruſtaceos & molles *giſſa* appellamus.

MONOECUS, urbs Ligyſtica, cujus meminit Hecatæus in Europa. Gentile Monœcius.

MORGENTIUM, urbs Italiæ a Morgetis ſic dicta. Appellatur quoque Morgetia. Gentile, Morgentinus, & Morgeta dicitur.

MORGYNA, urbs Siculorum, de qua Philiſtus libro ſecundo. Gentile, Morgynæus.

MOSSYNOECI, gens de qua Eudoxus libro primo de terræ circuitu. Poſſeſſivum, Moſſynœcicus.

MOSYLUM, promontorium & emporium Æthiopiæ, quorum meminit Marcianus libro primo Periodi.

[22] Μονόγισσα, πόλις Καρίας, ὅθεν Ἄρτεμις Μονογισσηνή.] In omnibus libris MSS & vulgatis lacuna conſpiciebatur (a quibus aberat πόλις Καρίας, ὅθεν) quam nulla librorum auctoritate freti confidenter replevimus. Cum heic de Carum lingua noſter agat, facillime addi poterant, quæ addidimus. Interim ſi quis recurrat ad vocabula Ἀλάβανδα & Ὑλλούαλα, ubi etiam de vocum Caricarum ſignificatione agitur, is ſine dubio hanc lacunæ repletionem iniquo animo non feret.

[23] Μέγισσα γάρ.] Primam ſyllabam nihil ad rem facere cenſet CL. Gronovius, cui Peruſinus codex vitium hoc modo indicabat, μετς . . . . . γίσσα. In MSS Palatinis eandem lacunam obſervat Salmaſius hoc modo: μετρῶν . . . . . γίσσα λίθος ἑρμηνεύεται.

[24] Τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος.] Male paſſim legebatur, Μονοίκοις, quod correximus. Aliud gentile, ſcil. Μονοικεύς conſpicitur apud Goltzium in nummo Domitillæ, in quo hæc eſt inſcriptio, ΜΟΝΟΙΚΕΩΝ. Cæterum cum Cluverio judico, noſtrum hic agere de Portu Herculis Monœci, qui hoc nomen ſibi adſumſit a μόνος & οἶκος, quia ibi ſolus habitavit, vel templum habuit. Servius ad lib. VII Virgil. *Arce Monœci*, inquit, *de Liguria: ubi eſt portus Monœci Herculis. Dictus autem* Μόνοικος, *vel quod, pulſis omnibus, illic ſolus habitavit; vel quod in ejus templo nunquam aliquis deorum ſimul colitur; ſicut in Jovis Minerva & Juno; in Veneris Cupido.*

[25] Μοργέντιον, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων.] Bene Cluverius in Siciliæ deſcriptione obſervat, Epitomatorem more ſuo Siciliæ *Murgantiam* ſive *Morgentium* confundere cum Samnitum in Italia *Murgantia*, quam Livius lib. X memorat; apud quem etiam alterius Murgantiæ in Sicilia lib. XXIV mentio celebratur. Et quanquam noſter Italiæ oppido tribuat, quod Geographus Siciliæ, in eo nequaquam eſt ſequendus, nam Morgetes ab OEnotris pulſi, in Siciliam trajecere, ita enim ille lib. VI: Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ἅπαντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκῆσαι Σικελοὺς φησι, καὶ Μοργῆτας διάραι εἰς τὴν Σικελίαν ὕστερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνώτρων. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Et eodem libro: Καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι. πόλις δ' ἦν αὕτη· νῦν δ' οὐκ ἔστιν.

[26] Τὸ ἐθνικὸν, Μοργεντῖνος, καὶ Μοργήτης.] In omnibus libris male erat Μοργίτης, ſed Cluverius emendavit Μοργήτης, quod ſequimur: ipſe enim noſter eodem gentili fuerat uſus. MURGENTINI occurrunt apud Cic. in Ver. III, ac Plinium lib. III cap. VIII. Diod. Sicul. ipſa urbs vocatur derivativo vocabulo Μοργαντίνα MORGANTINA.

[27] Μοσσυνοικοι, ἔθνος] Alterum σ huic voci inſeruimus, quia ipſe Stephanus aliis in locis, veterum ſcriptorum auctoritate motus, hanc ſcripturam eſt ſequutus. Videſis in voce Μελάγχλαινοι & Χοίραδες. Non tamen improbamus, ſi vox ſimplici ſigma exaratur, uti innumeris locis fit apud Xenophontem lib. V de Cyri Exped. Apud Herodotum lib. III. Dionyſium Halicarnaſſeum lib. I. In Fragmentis Nic. Damaſceni, & Euſtathii comment. ad *Dionyſium*. Illos Tibarenos habere vicinos teſtatur Apollon. Rhod. lib. II Argon. ubi eorum ſitum & mores deſcribit.

> Τῇ δ' ἐπὶ Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν
> Ἑξείης ἤπειρον ὑπωρείας τε νέμονται,
> Δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες
> Κάλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
> Μόσσυνας.

Ad quem locum ſic commentatur Scholiaſt. Μοσσύνοικοι δὲ ἔθνος καὶ αὐτὸ ἀπὸ τῆς διαγωγῆς τὴν προσηγορίαν ἐσχηκός. Μόσσυνοι γὰρ οἱ ξύλινοι οἶκοι λέγονται, οἷς καὶ αὐτοὶ ἐχρῶντο· ὅπερ καὶ αὐτὸς αἰνιττόμενος, ὑλήεσσαν γῆν αὐτοὺς οἰκεῖν ἔφη. ἀπὸ γοῦν τοῦ μόσσυνος, ὃ λέγεται ξύλινος οἶκος, ἐκλήθησαν Μοσσύνοικοι. Ligneæ eorum ædes appellantur μόσσυνοι & μόσσυνες. Hinc fit, ut nonnunquam, abſque altero compoſiti membro, ſic vocentur a ſcriptoribus. In Excerp. Nic. Damaſceni hæc leguntur: Μόσσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατακλεισθέντα. Mela lib. I cap. XIX: *Ultra Moſſyni turres ligneos ſubeunt.* Scylax: Μετὰ δὲ Μοσσύνους ἔθνος ἐστὶ Τιβαρηνοί.

[28] Τὸ κτητικὸν, Μοσσυνοικικός.] Hoc poſſeſſivum reddendum eſt Ariſtoteli de Mirab. Auſcult. Φασὶ τὸν Μοσσυνοικικὸν χαλκὸν λαμπρότατον καὶ λευκότατον εἶναι, οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου. Vulgo ibi male Μοσσυνοίκων.

[29] Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου] Hodie in iis, quæ de Marciano Heracleota circumferuntur, nulla hujus promontorii, & nulla quoque emporii mentio reperitur. Memoratur tamen gens, cui nomen Μοσσυλοί, vicina Troglodytis & Aualitis: Παροικοῦσι δὲ τούτῳ οἱ τε

ΜΟ'ΣΧΟΙ, Κόλχων ἔθνος, προσεχὲς τοῖς Ματιηνοῖς· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

A MOSCHI, gens Colchorum, Matienis vicina, cujus meminit Hecatæus in Aſia.

ΜΟΤΙΗΝΟΙ', χωρίον Ἰβηρίας, ἀποικον Ῥωμαίων· [30] Πολύβιος τρίτῳ. Φλέγων δὲ Μυτιηνὸν αὐτὴν φησι. τὸ ἐθνικὸν, Μοτιηνός.

MOTIENI, oppidulum Iberiæ, Romanorum colonia, de qua Polybius libro III. Phlegonti Mutienum dicitur. Gentile, Motienus.

ΜΟΤΥ'Η, [31] πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Φίλιστος δὲ φρούριον αὐτὴν φησι Σικελίας παραθαλάττιον. [32] τὸ ἐθνικὸν, Μοτυαῖος.

B MOTYE, urbs Siciliæ, a Motya quadam fœmina nomen habens, quæ Herculi eos indicavit, qui ipſius boves abegerant, auctore Hecatæo in Europa. Sed Philiſtus perhibet maritimum eſſe Siciliæ caſtellum. Gentile, Motyæus.

ΜΟΤΥ'ΛΑΙ, Σικελίας φρούριον, [33] περὶ τὴν Μοτύην. Φίλιστος Σικελῶν πέμπτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μοτυλαῖος.

C MOTYLÆ, caſtellum Siciliæ, circa Motyam, de quo Philiſtus libro V Rerum Sicularum. Gentile, Motylæus.

ΜΟΥ'ΚΙΣΣΟΣ, πόλις [34] Καππαδοκίας δευτέρας. Καπίτων Ἰσαυρικῶν ἕκτῳ.

MUCISSUS, urbs Cappadociæ ſecundæ, cujus meminit Capito Iſauricorum ſexto.

ΜΟΥ'ΜΑΣΤΟΣ, ὡς Βούβαστος, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Καρικῶν. ὁ πολίτης, Μουμαστίτης.

D MUMASTUS, uti Bubaſtus, urbs Cariæ, de qua Alexander libro ſecundo Caricorum. Civis, Mumaſtita.

ΜΟΥΝΥΧΙ'Α, λιμὴν Ἀττικῆς, [35] ἀπὸ Μουνύχου. καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. ὁ οἰκήτωρ Μουνύχιος, [36] καὶ Μουνυχιάς. τὰ τοπικὰ, Μουνυχίαθεν καὶ Μουνυχίαζε, E

MUNYCHIA, portus Atticæ, ſic dictus a Munycho. Et templum Munychiæ Dianæ. Incola Munychius, & Munychias. Localia ex, ad & in Munychia de-

περιειρημένοι Τρωγλοδύται, καὶ οἱ Ἀυαλῖται, προσέτι καὶ οἱ Μοσσυλοὶ τὰ ἔθνη. Ptolomæus eodem modo & promontorii & emporii meminit lib. IV cap. VII: Μόσυλον ἄκρον καὶ ἐμπόριον.

[30] Πολύβιος τρίτῳ.] Hæc ſi conferantur cum Polybio, conſtabit evidenter, vel Stephanum uſum fuiſſe depravato Polybii codice, vel eum oculorum ſuorum orbes non bene in Polybium torſiſſe, nam in ejus vulgatis hodie ita legitur: Παρακαλέσαντες δὲ τοὺς Ἴσομβρας, καὶ συμφρονήσαντες κατὰ τὴν προγεγενημένην ὀργὴν, κατέσυραν τὴν κατακεκληρουχημένην χώραν ὑπὸ Ῥωμαίων· καὶ τοὺς φεύγοντας συνδιώξαντες εἰς Μοτίνην ἀποικίαν ὑπάρχουσαν Ῥωμαίων, ἐπολιόρκουν. An ex hiſce verbis concludi poteſt Μοτιηνοὺς fuiſſe χωρίον Ἰβηρίας? Certe ſatis oſcitanter hunc Polybii locum tranſcripſit Stephanus: nam Μοτιηνοὶ apud eum non occurrunt, ſed quidem Μοτίνη, non longe a Pado circa Placentiam & Cremonam poſita; quæ regio nequaquam Iberiæ eſt adſcribenda. Straboni lib. V hæc colonia Μουτίνη dicitur, cujus nominis veſtigia adhuc ſuperſunt in hodierno *Módena*, vel *Módona*, teſte Cluv. lib. I Ital. Antiq. cap. XXVIII.

[31] Μοτύη, πόλις Σικελίας.] Urbis inſignem deſcriptionem habemus apud Cluverium Sic. Antiq. lib. II cap. I. Sed bene cenſet vir doctiſſimus, Epitomatorem hunc locum, & qui ſequitur poſt hanc ſectionem, in duo diverſa ſecretaque loca diſtraxiſſe. Uti ſæpenumero alias, etiam heic, Noſter in depravatos auctorum codices incidit.

[32] Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυαῖος.] In omnibus libris Μοτυσαῖος legitur non bene, quem errorem emendavit Cluv. Idem gentile non depravatum occurrit in voce Κοσύτη. τὸ ἐθνικὸν, Κοσυταῖος, ὡς Μοτυαῖος, τῆς Μοτύης, Σικελίας πόλις.

[33] Περὶ τὴν Μοτύην.] Mirum eſt, tam diverſam hujus loci ſcripturam circumferri. Peſſimo errore legitur in Juntina, περὶ τὴν Μοτύνη. Xylandriana minus bene exhibet, περὶ τὴν Μοτύλην. Placuit nobis, quod in Voſſiano MS & antiquiſſima Aldi editione conſpiciebatur, περὶ τὴν Μοτύην.

[34] Καππαδοκίας δευτέρας.] Quemadmodum Cappadocia in duas & tres provincias fuerit diviſa, prolixe oſtendimus in voce Καππαδοκία, pag. 446. Hanc urbem Juſtinianus a ſuo nomine *Juſtinianopolim* appellare voluit, cum eam ex caſtello metropolin feciſſet, uti liquet ex V Synodo general. Conſtantin. II. Collat. V. Tom. XII Concil. Gener. pag. 96. *Piiſſimus autem Imperator, cum Metropolitana jura dediſſet civitati, quæ quondam quidem Muciſſos, nunc vero Juſtinanopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus Doharæ & Nazianzum ſubjecit ei.* Procopius de Ædif. Juſt. lib. V cap. IX: Ἦν δέ τι φρούριον ἐν Καππαδόκαις Μωκησὸς ὄνομα, ἐν μὲν τῷ ὁμαλεῖ κείμενον. Poſtquam ibi Juſtinianus multa templa, Xenodochia, & balneas publicas ædificaſſet, εἰς μητροπόλεως ἀξίωμα ἦλθεν, *ad Metropoleos dignitatem pervenit*. Variis igitur modis hujus urbis nomen exaratur Μούκισος, Μώκισσος, Μωκησὸς, ſed omnium peſſime Μούσισσος in Notitia Græc. Epiſcopatuum

κϛ'. Ἐπαρχία Καππαδοκίας.
Ὁ Μουσίσσου.
Ὁ Ναζιανζοῦ.
Ὁ Κολωνίας.
Ὁ Παρνάσσου.
Ὁ Δωάρων.

Sed ibi legendum Μουκίσσου vel Μωκίσσου, non eſt quod multis probem.

[35] Ἀπὸ Μουνύχου.] Portum hunc a Municho rege nomen habere, etiam teſtatur Harpocration: Μουνυχία, Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ· Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος ὀνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Παντακλέους. Eadem habemus apud Ulpianum ad Orat. de Corona, Suidam, Apoſtolium in Proverb. & alios.

[36] Καὶ Μουνυχιάς.] Male in Xylandriana, accentu tranſpo-

χίαζε, καὶ Μουνυχιάσι. [37] οὗ τὴν εἰς τόπον σχέσιν Θουκυδίδης ή. Τῶν Μουνυχιάσι τεταγμένων ἄρχων.

ΜΟΥ'ΡΣΑ, [38] πόλις Παιονίας, κτίσμα Α'δριανοῦ. τὸ ἐθνικὸν Μουρσαῖος, ὡς Παρθένιος Φωκαεύς. [39] λέγεται καὶ Μούρσιον.

ΜΟΥ'ΣΕΙΟΝ, τόπος περὶ τὸν Ο'λυμπον τὸν ἐν Μακεδονίᾳ· Πολύβιος τριακοστῷ ἑβδόμῳ. τὸ τοπικὸν ἀναλόγως Μουσειεύς, ὡς Σιγειεύς.

ΜΟ'ΨΙΟΝ, [40] πόλις τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θεσσαλίας· Στράβων ἐννάτῃ. [41] ἄλλος δὲ ἐστι Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Α'ττικὴ Μοψοπία. τὸ ἐθνικὸν, Μόψιος.

ΜΟΨΟΠΙ'Α, ἡ Α'ττικὴ, ἀπὸ Μόψοπος, Καλλίμαχος, [42] ἄρρητος ἡ Μόψοψ. ὁ πολίτης, Μοψόπιος, διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. καὶ Μοψοπιεύς. [43] Η'ρα-

denotant. Forma adverbii ad locum reperitur apud Thucydidem libro octavo: *In Munychia excubantium præfectus.*

MURSA, urbs Pannoniæ, ab Adriano condita. Gentile, Murſæus, quo utitur Parthenius Phocaënſis. Dicitur quoque Murſium.

MUSEUM, locus circa Olympum in Macedonia, de quo Polybius libro XXXVIII. Locale juxta analogiam, Muſeenſis, uti Sigeenſis.

MOPSIUM, urbs Pelaſgiotidis regionis in Theſſalia, de qua Strabo libro IX. Alius vero eſt Mopſus, a quo Attica, Mopſopia.

MOPSOPIA, ſic Attica dicitur a Mopſope quodam, teſte Callimacho. Caſus rectus Mopſops non eſt in uſu. Civis, Mopſopeios, per diphthongum, & per jota, & Mopſo-

ſito, καὶ Μουνυχίας; quod ex prioribus editionibus correximus.

37 Οὗ τὴν εἰς τόπον σχέσιν Θουκυδίδης ή. Τῶν Μουνυχιάσι τεταγμένων ἄρχων.] Si quis hæc contulerit cum hactenus vulgatis, ille videbit, nunc alio modo in hac editione capitulum hoc terminari. Conſpiciendam hanc & admirabilem acceſſionem, librariorum negligentia ſine dubio prætermiſſam, nobis reſervavit codex Voſſianus MS, qui uti ſæpe alias, ita etiam heic multum profuit. Locus apud Thucyd. lib. VIII ſic legitur: Συνεπελάβοντο δὲ ἀμφ' αὐτοῖς οἱ ἄλλοι, καὶ Ε'ρμων τῶν περιπόλων τις τῶν Μουνυχιάσι τεταγμένων ἄρχων. *Ipſos autem ſimul adjuverunt cum alii, tum Hermon quidam circitorum apud Munychiam excubantium præfectus.* Idem adverbium, quod eſt apud Thuc. loco allegato, invenitur apud Lyſiam pag. 127. Καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχιάσι.

38 Μοῦρσα, πόλις Παιονίας.] Ita nobis exhibebat Voſſianus calamo exaratus. In omnibus editis peſſimo errore legebatur, Μοῦρσα, πόλις Ι'ωνίας. Vitium hoc primus omnium in Stephano detexit Illuſtris Scaliger in notis ad Euſeb. ubi docet, pro Ι'ωνίας ſcribendum Παιονίας, quod eſt in Voſſiano MS. vel Παννονίας: nam indifferenter & Zoſimus & alii Græci Παννονίαν & Παιονίαν pro eadem provincia uſurpant. Poſt Scaligerum hunc errorem etiam correxit Salmaſius ad Ælium Spartianum, & in margine ſui Stephani. Satis demonſtrat Scaliger ex veteri inſcriptione & aliis auctoribus, inferioris Pannoniæ urbem eſſe. Quibus addam verba Sex. Aur. Victoris in Epit. *Hujus morte cognita, Vetranio magiſter militum Imperium in Pannonia apud Murſiam corripuit: quem Conſtantius non poſt multos dies regno exuit.* Simlerus cenſet eſſe hodiernam *Murovizam*, vel *Ezech*, quod alii ſcribunt *Eſſek*: quæ hodie 18 leucis a Buda diſtat. Mirum in modum etiam ſe torquet Hieronymus Surita, citans ad Anton. Itinerarium hunc Stephani locum, ex quo præter Pannonicam Murſam aliam comminiſci conatur. Sed in noſtro ſcripturæ vitium non ſuboluit.

39 Λέγεται καὶ Μούρσιον.] Simocattæ dicitur Μύρσιον, obſervante Salmaſio ad marginem ſui libri. Ptolem. Μούρσια, ut & Aurelio Victori in Epit. *Hoc tempore Conſtantius cum Magnentio apud Murſiam dimicans vicit.* Nomen gentile apud noſtrum eſt Μουρσαῖος, Latino ore MURSINUS, apud eundem Aur. Vict. in Cæſaribus: *Lic. Gallienus Ingebum, quem curantem Pannonios, comperta Valeriani clade, imperandi cupido inceſſerat, Murſiæ devicit: moxque Regallianum, qui receptis militibus, quos Murſina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat.* Periphraſis etiam eſt in uſu, uti liquet ex epiſtola Concilii Sardicenſis ad Epiſcopos, ubi inter Arianæ Hereſeos defenſores recenſetur Ο'υάλης ὁ ἀπὸ Μουρσῶν τῆς Παννονίας. Vide tom. III Concili General. pag. 57. Qui in alia Sardicenſis Synodi epiſt. Latine dicitur *Valens a Murſa.* Eodem tomo pag. 43.

40 Μόψιον, πόλις τῆς Πελασγιώτιδος.] Ex hoc Stephani loco Sigonius corrupta quædam in Livio emendavit. Lib. XLIII cap. LXII: *Concione dimiſſa, poſtero die profectus inde ad Mopſium poſuit caſtra: tumulus hic inter Tempe & Lariſſam medius eſt.* Sed male Sigonius vel ex Aldina, vel ex Juntina editione citavit Πελασγίτιδος. Paſſim Πελασγιῶτις iſta Theſſaliæ pars ab auctoribus appellatur, quod non incognitum Xylandro, quem ſequimur.

41 Α'λλος δὲ ἐστι Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Α'ττικὴ Μοψοπία.] Quemadmodum paſſim Hermolaus in contrahenda hac epitome oſcitantiam ſuam prodit, ita etiam nunc egregium documentum exhibet: nam eo quod ſtatuat, alium fuiſſe Mopſum a quo Attica Mopſopia dicta eſt, paucis etiam debuiſſet indicare Mopſum iſtum, a quo Mopſium Pelaſgiotidis in Theſſalia, nomen accepit, fuiſſe Mopſum Lapitham expeditionis Argonauticæ ſocium. Porro ultima hæc verba, ἀφ' οὗ ἡ Α'ττικὴ Μοψοπία, ſic non leguntur in aliis editionibus, in quibus male excuſum erat, ἀφ' οὗ οἱ Α'ττικοὶ Μοψοπίαι. Fundamentum noſtræ emendationis eſt Strabo lib. IX quem noſter allegat, ex quo manifeſtiſſime apparebit, Stephanum alterius Mopſi in genuino opere meminiſſe, & ultima illa verba ſic debere emendari, quemadmodum emendavimus, ita enim ille: Μόψιον δὲ ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως, τοῦ Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Α'ργοναύταις. ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Α'ττικὴ Μοψοπία. Cæcus eſt, qui non videt, totum locum Strabonis Stephanum in genuino opere habuiſſe, & ultimam verborum partem Epitomatorem duntaxat ſibi reſervaſſe, quæ profecto, niſi cum antecedentibus conjungantur, commodum ſenſum non conficiunt.

42 Α'ρρητος ἡ Μόψοψ.] In omnibus libris male legebatur, ἄρρητος ἢ Μόψοψ, quod neceſſario erat corrigendum. Elliptica locutio eſt, & ſubintelligitur ἡ εὐθεῖα πτῶσις. Sic enim noſter in voce Βερέκυντος, quam

[43] Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ, [44] Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἔδει Μοψοπιώτης. ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν τοῦ ω. τὸ θηλυκὸν Μοψοπίς.

ΜΟΨΟΥέστία, [45] πόλις Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ, ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως. [46] ὁ πολίτης, Μοψεάτης, κατὰ παραγωγὴν μιᾶς τῶν λέξεων· ἀφ' οὗ ὁ γραμματικὸς Ἡρακλείδης, ὁ Μοψεάτης.

ΜΥΓΔΟΝΙ'Α, μοῖρα Μακεδονίας· καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης, ἀπὸ Μύγδονος. [47] τινὲς δὲ Μαίδους αὐτοὺς φασι. τὸ κτητικὸν Μυγδονικός, *καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. [48] λέγεται καὶ Μυγδόνιος, καὶ Μυγδονία. ἐλέγετο δὲ Μυχθονία.

ΜΥΓΙΣΟΙ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος τετάρτῃ γενεαλογιῶν. τὸ ἐθνικὸν Μυγίσιος, καὶ Μυγισία Ἀθηνᾶ, καὶ Μυγισίς.

ΜΥΉΣ Μύητος, [49] ὡς Φάγρης Φάγρητος, πόλις Ἰωνική· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Μυήσιος, ὡς Φαγρήσιος.

ΜΥ-

A Mopſopienſis. Sed Heraclides Ponticus libro primo inquit Mopſopiotes, quod debebat eſſe Mopſopites; fortaſſis ſublato ω. Fœmininum eſt Mopſopis.

MOPSIESTIAS, urbs Ciliciæ ad Pyramum amnem ſita, quæ a Mopſo vate nomen habet. Civis, Mopſeates, quaſi B formatum eſſet ab una & ſimplici dictione. Hinc Grammaticus Heraclides Mopſeates dicebatur.

MYGDONIA, pars Macedoniæ; & alia magnæ Phrygiæ, cui a Mygdone nomen impoſitum eſt. Eos nonnulli Mædos appellant. Poſſeſſivum, Mygdonicus, quod C & fœminino & neutro genere in uſu eſt. Dicebatur etiam Muchthonia.

MYGISI, urbs Cariæ, de qua Hecatæus libro IV Genealogiarum. Gentile, Mygiſius, & Mygiſia Minerva, & Mygiſais.

MYES, cujus caſus obliquus eſt *Myetis*, D uti Phagres Phagretis, urbs Jonica, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile Myeſius, uti Phagreſius.

MY-

quam dicit eſſe γυναῖκα τῆς ἀληθείας ἀῤῥήτου. Cæterum Atticam a Mopſope quodam Mopſopiam fuiſſe dictam, etiam teſtatur Lycophronis Scholiaſtes pag. 118 Μοψοπία δὲ πάλαι ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττικὴ χώρα, καὶ αἱ Ἀθῆναι, ἀπό τινος Μόψοπος. Hic locus nobis ſatis perſuadet, in verbis Strabonis commentario proximo allegatis, mendum latere, ubi fortaſſis legendum, ἄλλος ἐςὶ Μόψοψ, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία, nam juxta analogiam a Μόψος fieret Μοψία, non vero Μοψοπία. Alius locus eſt apud eundem Strab. eodem libro ubi hic conditor Μόψοπος in caſu recto dicitur: Ἀτθίδα δὲ τὴν Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ οἰκήτορες, Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μοψόπου. Hæc verba noſtram correctionem non deſtruunt: multa enim ſunt nomina, quorum genitivus pro caſu recto uſurpatur, ut Ἴδηρ Ἴβηρος, ὁ Ἴβηρος, Χάροψ Χάροπος, ὁ Χάροπος, ſic etiam Μόψοψ Μόψοπος, ὁ Μόψοπος. Inſignem hac de re locum vide apud noſtrum in Ἰβηρίαι.

43 Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ.] Conjunctionem adverſativum, quæ ab aliis editionibus abeſt, ex MSS inſeruimus. Sed in Aldina Florentinaque poſt vocem πρώτῳ lacuna conſpicitur, quod manifeſtum ſignum eſt, illud operis nomen, cujus liber primus citatur, librariorum incuria periiſſe.

44 Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἔδει Μοψοπιώτης. ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν τοῦ ω.] Hæc mihi videntur tranſpoſita. Multo commodiori ſenſu integer locus ſic poſſet conſtitui: Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν α' Μοψοπιώτης φησὶ, καὶ ἔδει Μοψοπίτης· ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν τοῦ ω.

45 Μόψου ἑςία, πόλις Κιλικίας.] Aliquando ſimpliciter *Mopſos* appellatur. Plinius lib. V cap. XXVII: *Oppida Mallos, Magarſos & intus Tarſos, campi Aleii: oppida Caſſipolis, Mopſos liberum, Pyramo impoſitum.* Aliquando duabus diſtinctis vocibus, & aliquando compoſitis effertur. Ab omnibus editis abeſt vox πόλις, quam noſtra auctoritate addidimus; erat enim urbs, quæ liberæ Ciliciæ ΕΛΕΥΘΕΡΟΚΙΛΙΚΙΑ, adſcribebatur, juxta inſcriptionem apud Gruterum. ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. Hieronymus tamen (citante Holſtenio in Annotationibus ad Car. a S. Paulo) in Epitaphio Nepotiani hunc locum *Mopſi viculum* appellat: *Conſtantius Arianæ fautor hæreſeos, dum contra inimicum paratur & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi viculo moriens, magno dolore hoſti reliquit imperium.* Non eſt hic locus confundendus cum *Mopſocrene*; nam Mopſi Fons non ad Pyramum, ſed ad Cydnum amnem in radicibus Tauri montis collocatur a Ptolemæo aliiſque. Aur. Victor in Epitome: *Hinc Conſtantius magis magiſque ardens dolore, atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopſocrenem febri acerrima interiit.*

46 Ὁ πολίτης, Μοψεάτης.] Variis modis hujus urbis gentile formant. Apud Cedrenum in Hiſtoriarum Compendio pag. 467 invenitur Μοψουεςεῖς, quod a caſu recto Μοψουεςεὺς formatum eſt: Οἱ Μοψουεςεῖς, τῶν μὲν Ἀράβων χιλίους ἀπέκτειναν. Hinc Latino ore formandum eſſet MOPSUESTENSIS, ſed adjecto I aliquoties inveni *Mopſueſtienſis*. Macedonicus *Mopſueſtienſis* ſubſcripſit epiſtolæ Synodicæ Concilii Antioch. Tom. II pag. 641 Concilior. Gen. Et Olympius *Mopſueſtienſis* ſubſcripſit Concil. Conſtantinop. I. Tom. III Concil. Gener. pag. 365. Non dubito quin etiam Græci dixerint ΜΟΨΟΥΕΣΤΗΝΟΣ, nam Concilio Conſtantinop. II Collat. I & V Theodorus *Mopſueſtenus* celebratur innumeris locis, cujus ſcripta & blaſphemiæ, Neſtorianis multo pejores, ibidem damnantur.

47 Τινὲς δὲ Μαιδοὺς αὐτοὺς φασι.] Sic non exhibent priores editiones, in quibus conſtanti ſcriptura legitur Μάρδους. Sed Salmaſianam emendationem divulgamus, quam ex ora ſui Stephani hauſimus.

48 Λέγεται δὲ Μυγδόνιος, καὶ Μυγδονία.] Utitur eo Val. Flac. lib. III Arg.

Mugdoniæ Pan juſſa ferens ſæviſſima matris.

Et Claudianus de conſulatu quem Manl. Theodorus cum Eutropio adminiſtravit:

Perfoſſique ruunt populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frænare Cybelle
Optat. -- -- -- --

49 Ὡς Φάγρης Φάγρητος.] Unius literulæ tranſpoſitione laborabat hoc vocabulum in omnibus editis: lege-

A ΜΥΚΑ'ΛΗ, πόλις Καρίας. [50] Ἡρόδοτος πρώτη. τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσιος, ὡς Ἰθακήσιος. [51] Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν, ἐν Παρωνύμοις. λέγεται [52] καὶ θηλυκῶς Μυκαλησὶς, ὡς Σώστρατος ὁ Φαναγορίτης. [53] Δίδυμος δ' ὄρος τὴν Μυκάλην φησίν. ἐκλήθη δὲ, ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ B Γοργόνες [54] ἐπὶ τόκῳ μυκώμεναι, τὴν κεφαλὴν Μεδούσης ἀνεκαλοῦντο. [55] οἱ δὲ Μυχάλην αὐτήν φασιν, ἐπεὶ ἐν μυχῷ κεῖται τῆς Καρικῆς ἁλός. ἔστιν οὖν ἡ Μυκάλη καὶ πόλις, καὶ ὄρος.

MYCALE, urbs Cariæ, de qua Herodotus libro I. Gentile, Mycaleſius, uti Ithaceſius. Tryphon vero Mycalenſis dixit in libro de Derivativis. Et genere fœm. dicitur Mycaleſis, uti Soſtratus Phanagorita perhibet. Didymus vero tradit, Mycalen eſſe montem. Ita autem fuit dicta, quod reliquæ Gorgones in partu *μυκώμεναι* mugientes, Meduſæ caput revocaverint. Alii eam Mychalem vocant, quia *ἐν μυχῷ* in intimo receſſu Carici maris ſita ſit. Eſt igitur Mycale, & urbs, & mons.

C ΜΥΚΑΛΗΣΣΟ'Σ, πόλις μεσογεία Βοιωτίας. [56] Θουκυδίδης ἑβδόμη. ἐκλήθη δὲ, [57] ὅτι ἡ βοῦς ἐνταῦθα ἐμυκήσατο, ἡ τὸν Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἀγαγοῦσα εἰς Θήβας. [58] ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἔφορος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσσιος, καὶ Μυκαλησσία. ἔστι καὶ ὄρος Μυκαλησσὸς, D ἐναντίον Σάμου. καὶ Μυκαλησσὶς, τὸ θηλυκόν.

MUCALESSUS, urbs mediterranea Bœotiæ, de qua Thucydides libro ſeptimo. Ita autem fuit appellata, quod vacca, Cadmum cum exercitu Thebas ducens, ibidem mugitum ediderit. Eſt quoque alia Cariæ, de qua Ephorus libro III. Gentile, Mycaleſſius & Mycaleſſia. Eſt præterea mons Mycaleſſus e regione Sami, & Mycaleſſis fœmininum.

ΜΥΚΗ͂ΝΑΙ [59], πόλις Πελοποννήσου. Ὅμηρος,

Οἳ δὲ Μυκήνας εἶχον. —

[60] ἀπὸ

MYCENÆ, urbs Peloponneſi, de qua Homerus:

Qui vero Mycenas habitabant. —

nomen

legebatur enim male, ὡς Φράγγης Φράγγητος, & gentile Φραγγήσιος, quod neceſſario erat corrigendum. Vide in Φάραγγης & Ταώκης.

50 Ἡρόδοτος πρώτη.] Male in omnibus libris editis & MSS Ἡροδ. ἕκτη legebatur: Nam Herodotus libro primo promontorium, cui nomen *Mycale*, hiſce verbis deſcribit: Ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. Lydiæ hunc locum adſcribit Scylax in Periplo: Πρὸ δὲ τῆς Μυκάλης Σάμος ἐστὶ νῆσος, πόλιν ἔχουσα καὶ λιμένα κλειστόν. Deinde docet Mycalen urbem vicinam habere Prienem; Ἐπὶ τῆς Μυκάλης ἐστὶ πόλις Πριήνη, λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸ ἕνα κλειστόν. Imo adeo vicina Prienæ, ut Mycale mons Prienæ appelletur a Pſeudo-Didymo: Μυκάλη ὄρος Πριήνης, ἀντικρὺ Σάμου τῆς νήσου.

51 Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν.] Occurrit illud gentile apud Euſtathium in comment. ad Iliada B hiſce verbis: Μυκαλέως Διὸς λαμπρὸν ἱερόν.

52 Καὶ θηλυκῶς Μυκαλησίς.] Cum Soſtratus Phanagorita hodie deſideratur, adducam verba Callimachi ex hymno in Delum, ubi hoc fœmininum in uſu eſt:

— — Οὔπω γὰρ εἶχε Σάμος, ἡχί σε νύμφαι
Γείτονος Ἀγκαίου Μυκαλησσίδες ἐξείνισσαν.

53 Δίδυμος δ' ὄρος τὴν Μυκάλην φησίν.] Mons Taurus, per omnem Aſiam ſe extendens, initium facit a Mycale monte, qui eſt Samo inſulæ oppoſitus. Docet hoc ex Arriano de Exped. Alexandri Mag. Euſtathius in Comment. ad Dionyſ. de ſitu orbis, cujus verba producam, quia aliqua emendatione indigent. Ἀρριανὸς δέ φησιν οὕτως, ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος ἀπείργει τὴν Ἀσίαν, ἀρχόμενος ἀπὸ Μυκάλου (lege Μυκάλης) τοῦ καταντικρὺ Σάμου τῆς νήσου ὄρους. Plura ſunt in verbis Euſtathia, quæ non ſatis reſpondent verbis Arriani, de quibus alias monebimus. Paſſim ab auctoribus mons iſte Μυκάλη appellatur. Philoſtratus in Apollonii Tyanei vita, ubi de Caucaſo loquitur: Τὸ δὲ ὄρος τοῦτο ἀρχὴν ποιώμεθα Ταύρου, τοῦ δι' Ἀρμενίας τε καὶ Κιλίκων ἐπὶ Παμφύλους καὶ Μυκάλην στείχοντος. ἣ τελευτῶσα ἐς θάλατταν ἣν Κᾶρες οἰκοῦσι, πέρας τοῦ Καυκάσου νομίζοιτ' ἄν, ἀλλ' οὐχ, ὡς ἔνιοί φασιν, ἀρχή. De hoc monte præterea vide Strab. lib. XIV, Thucyd. Suidam & alios.

54 Ἐπὶ τόκῳ μυκώμεναι.] Euſtathius in Comment. ad Iliad. B, hunc locum de Gorgonibus ex Stephano Ethnologo allegans, nullam de partu mentionem facit, qui pro ἐπὶ τόκῳ, legiſſe videtur ἐπὶ ὄρους: ſed cum iſta mutatio nimis temeraria videri poſſet, facili negotio legi poſſet ἐπὶ τόκῳ. Sed ut omnia ſint clariora, ipſa Euſtathii verba in medium adducam, ſic enim ille: Ὥσπερ δὲ ἡ Βοιωτία Μυκαλησσὸς, ἐκ μυκηθμοῦ ὡς προεγράφη, οὕτω καὶ ἡ Μυκάλη αὕτη κατὰ τὸν Ἐθνολόγον. ἐπεὶ αἱ Γοργόνες ἐπὶ τοῦ ὄρους τούτου μυκώμεναι, τὴν κεφαλὴν Μεδούσης. ἀνεκαλοῦντο Quia præterea alii mythologiæ doctores de mugitu Gorgonum in partu nihil affirmant, hanc emendationem amplectendam cenſeo.

55 Οἱ δὲ Μυχάλην αὐτήν φασι.] Idem ex noſtro aſſeverat Euſtathius, loco proxime allegato: Οἱ δὲ Μυχάλην αὐτήν φασιν, ἐπεὶ ἐν μυχῷ ἁλὸς τῆς Καρικῆς κεῖται.

56 Θουκυδίδης ἑβδόμη.] Hæc ſine dubio reſpicit Thucyd. verba: Καὶ ἀποβιβάσας ἐς τὴν Βοιωτίαν, ἦγεν αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν.

57 Ὅτι ἡ βοῦς ἐνταῦθα ἐμυκήσατο.] Noſter tradit urbem ſic vocatam, quod vacca quæ Cadmum Thebas duxit, illic mugitum ediderit, quod etiam non uno in loco aſſeverat Euſtathius in Comment. ad Iliad. B. Etymologici Mag auctor ferme habet eadem, niſi quod præterea addat, vaccam duxiſſe Cadmum ad condendas Thebas juxta Apollinis oraculum: Μυκαλησσὸς ἡ πόλις, ὅτι ἐκεῖσε ἐμυκήσατο ἡ βοῦς, ἡ προηγησαμένη τοῦ Κάδμου εἰς τὴν κτίσιν τῶν Θηβῶν, κατὰ χρησμὸν Ἀπόλλωνος.

58 Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας.] Hæc alia non eſt, quanquam Ortelius noſtro aſſentiri videtur, quam illa, quam jam ſupra *Mycalen* nominavit & Cariæ attribuit. Idem profecto judicandum eſt de monte Mycaleſſo e regione Sami, qui idem eſt cum monte Mycale, jam eadem ſectione deſcripto.

59 Μυκῆναι, πόλις Πελοποννήσου.] Urbs Peloponneſi

quon-

[60] ἀπὸ Μυκηνέως τοῦ Σπάρτωνος, τοῦ Φορωνέως ἀδελφοῦ· [61] ἢ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεὺς, τοῦ πεσόντος κατὰ κέλευσιν Ἑρμοῦ, τὴν πόλιν ἔκτισεν· [62] ἢ ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι τὴν Ἰὼ, βοῦν ἐκεῖ γενομένην. [63] ὁ πολίτης Μυκηναῖος, καὶ θηλυκὸν Μυκηνὶς, καὶ Μυκηνεύς.

A Nomen habet a Myceneo Spartonis filio, Phoronei fratre: vel ἀπὸ μύκητος, id eſt, à manubrio gladii quem geſtabat Perſeus, quo cadente, ex mandato Mercurii urbem condidit. Vel nomen habet e μυκήσασθαι, quod Io illic in vaccam transfigurata, mugitum ediderit. Civis, Mycenæus, fœmininum Mycenis, & B Mycenenſis.

[64] ΜΥΚΟΙ, ἔθνος· περὶ οὗ Ἑκαταῖος ἐν Ἀσίᾳ, [65] Ἐκ Μυκῶν εἰς Ἀράξην ποταμόν.

MYCI, gens, de qua Hecatæus in Aſia. A Mycis ad Araxen fluvium.

ΜΥΚΟΝΟΣ, [66] μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ [67] Μυκόνου τοῦ Αἰνίου, τοῦ Καρύστου καὶ Ῥυοῦς τῆς Ζάρηκος· [68] Θουκυδίδης τρίτῃ, C [69] καὶ

MYCONUS, una ex Cycladum inſulis, nomen habens a Mycono Ænii filio, Caryſti & Rhyus filiæ Zarecis nepote. Hujus meminit Thucydides libro III, & Strabo

quondam clariſſima, cujus ne veſtigium quidem ætate Strabonis ſupererat, minus quinquaginta ſtadiis Argis diſtans. Antiquiſſimum ejus nomen fuit Argos, uti Plutarchus libro de Fluviis auctor eſt: Μυκῆναι δὲ ἐκαλοῦντο τὸ πρότερον Ἀργιον (legendum Ἄργος) ὑπὸ Ἄργου τοῦ Πανόπτου. Imo hoc loco ſic emendandum, liquet ex Scholiaſta ad Sophoclis Electram in principio: Ἄργος δὲ τὰ περὶ τὰς Μυκήνας χωρία λέγει. καὶ αὐταὶ αἱ Μυκῆναι λέγονται Ἄργος.

[4] Ναβαταῖοι ἔθνος τῶν εὐδ. Ἀράβων, ἀπὸ Ναβάτου τινός.] Libro I Machab. cap., & Appian Alexand. in Mith. appellantur Ναυαταῖοι, ſed Suidæ Ναβάται, ſine οι diphthongo, quod factum mihi videtur ἀπὸ Ναβάτου: ſunt enim gentes & urbes plurimæ, eodem nomine gaudentes, quo conditores, uti alias ſæpius docuimus. Suidæ verba ſunt: Ναβάται· γένος Ἀράβων· ὁ δὲ πέμπει πρὸς Ἄραβας τοὺς λεγομένους Ναβαταίους. καὶ Ναβαταῖοι. Horum ſitum & opulentiam perſpicue docent Diodorus Sicul. lib. II & XIX. Dionyſ. de ſitu orbis, & Strabo lib. XVI.

[5] Ναβάτης δὲ ἐστιν Ἀραβιστὶ, ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος.] Ab omnibus libris aberat τὸ Ἀραβιστὶ, quod ex MSS reduximus Hanc vocem etiam Euſtathius in ſuis ad Dionyſ. comment. agnoſcit: Ἀφνειοὶ Ναβαταῖοι, ἀπὸ τινος Ναβάτου καλούμενοι. Ναβάτης δὲ, φασὶν, Ἀραβιστὶ, ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος. Sed hoc de induſtria confictum eſſe, ad gentis univerſæ ignominiam docet Fullerus lib. VI c. XX Miſcel. Sac. Et poſt eum Bochartus in Hierozoico. Arabice quidem نبذ *nabada*, vel *nabadſa*, eſt aliquem ut ſpurium abjicere, unde منبوذ *manbuds* ſpurius: Sed نبا *naba*, unde *Nabaioth*, eminere, excellere, florere & germinare denotat: nam opibus, potentia, imperio, reique bellicæ gloria præ aliis Arabum gentibus longe excelluere, teſte Diod. lib XIX.

[6] Καὶ Ναβατηνὴ ἡ χώρα.] Sic reſcripſimus pro Ναβαλινὴ ἡ χώρα: nam forma orientalis nequaquam ibi jota admittit. Ut alia loca non adducam, ſic noſter in Νίσιβις. ὁ δὲ διὰ τοῦ ηνος παρὰ τὸν Εὐφράτην, καὶ τὴν ἕω. ὡς Σωφηνὸς &c. Scio apud Joſeph. lib. I Antiq. Jud. cap. XII hæc legi: Οὗτοι πᾶσαν τὴν ἀπ' Εὐφράτου καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβαλίνην τὴν χώραν ὀνομάσαντες. Sed etiam hoc loco Ναβατηνὴν debere corrigi, ipſa ratio ſuadet, & omnes formandorum gentilium canones poſtulant. Imo deinde vetuſtiores editiones conſulens, Aldinam Juntinamque, omnem iſtæ ſcrupulum removebant, manifeſtiſſime exhibentes: uti edi curavimus, καὶ Ναβατηνὴ ἡ χώρα.

7 Μεταξὺ

καὶ Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· [7] μετὰ δὲ Ναγιδὸς πόλις, ἀπὸ τοῦ Ναγιδὸς κυβερνήτου· καὶ νῆσος Ναγιδοῦσα. Νάγιδος δ᾽ ἐκλήθη, διὰ τὸ Νάγιν αὐτὴν κτίσαι. ὁ πολίτης, Ναγιδεύς.

ΝΑΪΣΟΣ, [8] πόλις Θρᾴκης, [9] κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. [10] τὸ ἐθνικὸν, Ναϊσιτανός. καὶ ἔοικεν ἀπὸ τοῦ B Ναΐσος Ναϊσίτης, καὶ κατὰ παραγωγὴν ἐπιχωρίως Ναϊσιτανός.

ΝΑΡΚΑΣΟΣ, [11] δῆμος καὶ πόλις Καρίας· Ἀπολλόδωρος δεκάτῳ Καρικῶν. ὁ δημότης καὶ ὁ πολίτης, Ναρκασεύς.

ΝΑΚΟΛΙΑ, πόλις Φρυγίας· [12] Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. C καὶ ἔστιν οὐδέτερον. [13] ἀπὸ Νακόλης νύμφης. [14] καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ νύμφης νύμφαι, καὶ Ἥρας Ἧραι, οὕτω Νακόλας Νακόλαι. [15] τὸ ἐθνικὸν, Νακολεύς. εἰ δ᾽ ἔστι [16] Νακόλεια διὰ διφθόγγου, παρὰ τὸν Νάκολον τὸν Δασκύλου παῖδα. τὸ ἐθνικὸν, D Νακολεύς, ὡς τὸ Σελεύκος Σελευκεύς

ΝΑΚΟΝΗ, [17] ὡς Ἠλώνη, πόλις Σικε-

A Pamphyliam, de qua Hecatæus in Aſia; Poſt vero Nagidus, a Nagide gubernatore. Et inſula Nagiduſa. Nagidus vero appellata fuit; quod eam Nagis condiderit. Civis, Nagidenſis.

NAÏSUS, urbs Thraciæ; opus & patria Conſtantini regis. Gentile, Naïſitanus. Videtur autem a Naïſus debere formari Naïſita, & per paragogen more vernaculo, Naïſitanus.

NARCASUS, Demus & urbs Cariæ, de qua Apollodorus libro x Caricorum. Popularis & civis, Narcaſenſis.

NACOLIA, urbs Phrygiæ, de qua Strabo lib. xii, quæ & genere neutro effertur. Nomen habens a Nacola nympha. Et quemadmodum a Nympha fit Nymphæum, & ab Hera Heræum, ita a Nacola fit Nacolæum. Gentile, Nacolenſis. Si autem dicatur Nocalea per diphthongum, urbs a Nacolo Daſcyli filio ſic vocata fuit. Gentile, Nacolenſis, uti a Seleucus Seleucenſis.

NACONE, uti Elone, urbs Siciliæ. Gen-

7 *Μετὰ δὲ Ναγιδὸς πόλις.*] Sine dubio hæc ſunt verba ex *Hecatæi Aſia*, quibus Stephanus genuinum oppidi nomen adſtruere conabatur, quare peſſime in vulgatis legebatur, μετὰ δὲ Νάγις πόλις, quod correximus.

8 Ναϊσὸς, πόλις Θρᾴκης.] In omnibus libris legebatur Ναϊσσὸς duplici σσ, ſed gentilia inde formata ſimplex deſiderabant. Cl. Hen. Valeſius ad Amm. Marcel. aliud quid emendabat, ſcilicet pro Θρᾴκης ſubſtituens Δακίας, quod nollem factum. Nam vel aliquando Daciæ & Thraciæ termini confunduntur, vel Thracia Europæ regio maxima tam late extenditur, ut & Myſiam & Daciam comprehendat. Sed accurate loquendo, non Thraciæ, ſed Daciæ mediterraneis hæc urbs eſt attribuenda. Conſtantinus Porphyr. lib. ii de Them. Ἐπαρχία Δακίας μεσογαίου, ὑπὸ Κονσιλιαρίου πόλεις πέντε. Παυταλία, Γερμανὸς, Ναϊσσὸς, ἡ πατρὶς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, Νεμεσιάνα· Verum heic quatuor tantum recenſentur urbes mediterraneæ, & prima, nempe Σαρδικὴ μητρόπολις excidit, uti maniſeſtiſſime liquet ex ſimili loco Hieroclis Grammatici in veteri provinciarum civitatumque notitia: Ἐπαρχία Δακίας μεσογείου ὑπὸ Κονσουλάριον πόλεις ε. Σαρδικὴ μητρόπολις, Παυταλία, Γερμάνη, Ναϊσσὸς, Ῥεμεσιάνα. Præterea in Conſtant. pro Νεμεσιάνα legendum Ῥεμεσιάνα, nam etiam Antonio in Itinerario Remiſiana dicitur. Aliquoties Naïſi mentio fit in Excerptis ex hiſtoria Gothica Priſci Rhetoris & Sophiſtæ.

9 Κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου.] Quanquam hoc loco dicat Noſter κτίσμα Κωνσταντίνου, illud tamen ita non eſt interpretandum, quod urbem Conſtantinus in qua erat natus, de novo fuiſſet metatus & condidiſſet: κτίζειν enim hoc loco nihil aliud denotat, quam inſtaurare, exornare, vel novis ædificiis urbem amplificare quod evidentiſſime liquet ex auctore, qui de geſtis Conſtantini excerpta dedit, ita enim ille: *Conſtantinus natus Helena matre viliſſima, in oppido Naïſo atque eductus, quod oppidum poſtea magnifice ornavit.* Quemadmodum κτίζειν Græcis, ſic *condere* Latinis eſt perpolire, corrigere, & quaſi ex integro reſtituere, uti obſervat Freinshemius ad Flor. lib. i cap. iii.

10 Τὸ ἐθνικὸν, Ναϊσιτανός.] Teſtatur Holſtenius in Annotationibus ad Ortelium, ſe Romæ in veteri nummo vidiſſe hanc inſcriptionem, NAISITANI.

11 Νάρκασος, δῆμος καὶ πόλις.] Ordo literarum eſt turbatus, debebat enim ſcribi Νάκασος.

12 Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.] Hæc ſunt Strabonis verba: Τῆς δ᾽ ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τε εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κοτυάειον.

13 Ἀπὸ Νακόλης νύμφης.] Male in Xylandriana, ἀπὸ Νακόλις νύμφης, quod vitium typothetis eſt imputandum; nam Veneta Florentinaque aperte exhibent, ἀπὸ Νακόλης, quod nos repoſuimus.

14 Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Νύμφης Νύμφαι.] Juxta Suidam hic locus, ut & ſequentia gravi mendo laborarent. In Suida, qui ſine dubio hæc de Νακώλεια ex noſtro tranſcripſit, hodie aliter legitur, ſed quia ibidem etiam corruptus eſt, verba ejus emendata apponam: Νακόλεια, ὄνομα τόπου. ἰστέον δὲ ὅτι τὰ εἰς α κοινῶς μὲν τεθήλυνται. ἔστι δὲ οὐδέτερον, ἡ Φρυγιακὴ αὕτη πόλις ἀπὸ Νακόλης νύμφης· ἐξ ἧς καὶ Νακόλαιον, ὡς ἀπὸ νύμφης νύμφαιον· ἐθνικὸν αὐτῆς Νακολεύς, ὡς Σελευκεύς. Igitur ex mente Suidæ in Steph. corrigendum eſſet: Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ νύμφης νύμφαιον, καὶ Ἥρας Ἥραιον, οὕτω Νακόλης Νακόλαιον. Suidæ locum tranſcripſit Phavorinus, ſed ibi multo adhuc corruptior, quam in Suida conſpicitur.

15 Τὸ ἐθνικὸν, Νακολεύς.] Spanhemius ex Medicea gaza Trajani nummum producit cum inſcriptione NAΚΟΛΕΩΝ.

16 Νακόλεια διὰ διφθόγγου.] Apud Philoſtorgium libro ix per ει diphthongum urbis nomen ſcribitur, ſed male in medio ibidem conſpicitur ω, ſic enim ille: Οὗτος δὲ δύναμιν βαρβαρικὴν ἔχων, καὶ τῆς Φρυγίας ἐν τῇ Νακωλείᾳ καθεζόμενος, καὶ Κόμητος ἔχων τιμὴν, ἐκ φιλίας εἰς ἔχθραν Ῥωμαίων ἀποῤῥαγεὶς, ἀπὸ τῆς Νακωλείας ἀρξάμενος, πλείστας τε πόλεις τῆς Φρυγίας εἶχε. per diphthongum etiam ſcribitur apud Strab. Ptol. Zozomenem & Suidam.

17 Νακώνη, ὡς Ἠλώνη.] In omnibus MSS & vulgatis peſſime legebatur Νακόνη, ὡς Ἀλκύνη In prima voce o parvum mutavimus in ω, idque auctoritate Suidæ, noſtrum citantis ſub nomine ἐθνικογράφου, ita enim

ille:

Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Νακωναῖος. Φίλιστος ἕκτῳ Σικελικῶν.

ΝΑΞΙ´Α, πόλις Καρίας· [18] Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ περὶ Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ναξιεὺς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας, [19] καὶ Ναξιάτης.

ΝΑ´ΞΟΣ, νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἡ διάσημος. ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος. ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος· [20] Εὐφορίων, παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες. Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, [21] τὰς Ναξίας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν. ἢ διὰ τὸ τὴν Ἥραν φίλην γενομένην τῷ Διονύσῳ, ταῖς Ναξίαις τοῦτο δῶρον παρασχεῖν, ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος οὕτως ἐτέχθη. [22] Καὶ ὅτι ἐστὶν ἐκεῖ κρήνη, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς. [23] ἔστι καὶ πόλις Σικελίας, καὶ ἄλλοι τόποι Νάξοι. [24] τὰ ἐθνικὰ, Νάξιοι· [25] ἀφ' οὗ καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. λέγεται καὶ θηλυκὸν Ναξιὰς, ἀπὸ τοῦ

A Gentile, Naconæus, cujus meminit Philiſtus lib. VI Rerum Sicularum.

NAXIA, urbs Cariæ, cujus meminit Alexander libro I de Caria. Gentile, Naxienſis, juxta formam regionis, & Naxiata.

B NAXUS, inſula illuſtris, una ex Cycladum, a Naxo quodam, Carum duce, nomen habens, quod alii deducunt a Naxo Endymionis filio. Euphorio vero ſic dictam cenſet à voce νάξαι, quam nonnulli *ſacrificare* interpretantur. Aſclepiades perhibet, ſolas Naxias mulieres octavo menſe parere, vel C quod Juno, cum Baccho amicitia inita, Naxias fœminas hoc dono proſequuta ſit, vel quod ipſe Bacchus octavo menſe fuerit editus. Tradunt etiam illic eſſe fontem, vino perdulci fluentem. Eſt etiam urbs Siciliæ, & alii loci, qui Naxi nomine inſigniuntur. Gentilia, Naxii. Unde etiam lapis Naxius, cos D Cretica. Dicitur etiam genere fœmin. Naxias

ille: Νακώνη, πόλις Σικελίας κατὰ τὸν Ἐθνικογράφον. Pro Ἀλκόνη facillime poterat ſubſtitui, Ἀλώνη, vel Ἀλόπη, ſed ab hiſce vocabulis non derivantur gentilia, quæ reſpondent voci Νακώνη, quare non dubitavi recipere τὸ Ἠλώνη, quæ urbs eſt Perrhæbica, unde gentile Ἠλωναῖος.

18 Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ περὶ Καρίας.] Ab omnibus editis & quibuſdam MSS Alexandri nomen aberat, quod auctoritate codicis Peruſini Epitomatori noſtro reddidimus.

19 Καὶ Ναξιάτης.] Apud Suidam legimus in V. Νάξης. ὁ πολίτης Ναξιεὺς, καὶ Ναξιώτης Et vereor, ne olim ita ſcripſerit Stephanus, præſertim cum in memoriam canones revoco, juxta quos hujuſmodi gentilia in ωτης formantur, de quibus agitur in Ἀμβρακία, Καστολία & in Ῥαφανέα.

20 Εὐφορίων, παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες.] Conſtanter ita legunt libri omnes MSS & editi. Salmaſius in Plin. Exercit pag. 183 de voce νάξαι, quam hoc loco noſter ex Euphorione adducit, agens, ait, ſe apud Græcos nuſquam legiſſe, quod pro *ſacrificare* ponatur; additque, Euſtathium in Comment. ad Dionyſ. ex Stephano etiam ſic legere & rationem addere, διὰ τὰς θυσίας ἐξαιρέτους τινὰς ἐκεῖ γινομένας; ſed falli mendoſa Stephani lectione, nec eſſe dubium, quin ſcripſerit: παρὰ τὸ νάξαι ὅ φασι βῦσαί τινες, quod *implere*, *farcire* & *ſtipare* ſignificat. Heſych. νάξαι, σάξαι, βῦσαι. Tandem concludit hiſce verbis: *Ex his conſtat, legendum in Stephano βῦσαι, non θῦσαι. Rationem ex Euphorione, quare Νάξος ἀπὸ τοῦ νάξαι, id eſt, βῦσαι, diceretur, non addit, forte ob multitudinem ſacrificiorum & donorum, quibus onerabantur aræ.* Sed præter Euſtathium adducam etiam Suidam, qui ex noſtro etiam θῦσαι tranſcripſit, ita enim ille in Νάξης. Καὶ Κυκλὰς δὲ νῆσος ἐπίσημος ἡ Νάξος. ἢ ἀπό τινος Νάξου, ἢ παρὰ τὸ νάξαι, ὅ ἐστι θῦσαι. Quicquid ſit, recte veteres omnes Naxi nomen a victimarum copia aut præſtantia deduxerunt. Et in eo ſolo error fuit, uti monitum Bocharto, quod ad Græciſmum revocarint vocem mere Phœnicam. Syris enim נכס *necas* eſt immolare; & נכסא *nicſa* ſacrificium, pro quo Phœnices ſcripſere *nacſa*, unde factum eſt *Naxus*.

21 Τὰς Ναξίας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν.] Male in omnibus MSS & hactenus vulgatis Ναξίνας legebatur. Nam Ναξῖνος nulla ratione a Νάξος derivari poteſt. Sic quoque Suidas loco jam aliquoties allegato: Φασὶ δὲ τὰς ἐκεῖ Ναξίας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν, κατὰ δωρεὰν Ἥρας, &c. Imo ex ipſo Stephano ſatis evidenter conſtat, ſic olim fuiſſe ſcriptum, ſequitur enim eadem hac ſectione: Ταῖς Ναξίαις τοῦτο δῶρον παρασχεῖν. Inter medicos vehementiſſime diſputatur, an partus octavo menſe editi ſint vivaces. Prodiit tandem Carolus Drelincurtius Academiæ Lugd. Bat ornamentum inſignes, & Anatomicorum facile princeps, quod ob arctiſſimam inter nos cultam amicitiam, & ob ſummam viri eruditionem reticere nequeo, qui eximium tractatum in lucem emiſit, quo probat partus octimeſtres eſſe vivaces.

22 Καὶ ὅτι ἐστὶν ἐκεῖ κρήνη, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ.] Auctorem nullum adducit Noſter, ex quo hæc de hujuſmodi fonte hauſit. Fuit is Heraclides, adductus a Suida. & non dubito quin eum allegaverit Noſter in genuino opere. Hæc ſunt Suidæ verba: καὶ κρήνη δὲ καθ' Ἡρακλείδην ἐκεῖ, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς.

23 Ἔστι καὶ πόλις Σικελίας.] Cenſet Cluverius, Naxum in Sicilia eo loco non fuiſſe, quo deſcribitur a Strab. lib. VI, ſed prope Taurum montem, in quo poſtea Tauromenium fuit conditum. Chalcidenſes ex Eubœa profecti cum Theocle coloniæ ductore Naxum ædificarunt, teſte Thucyd. lib. VI.

24 Τὰ ἐθνικὰ, Νάξιοι.] Dubito, an non legendum ſit, τὸ ἐθνικὸν, Νάξιος. Nam plura noſter oppida ejuſdem nominis enumerans, gentile tamen numero ſingulari inde deducit. Νάξιοι paſſim apud auctores occurrunt. Diod. Sic. lib. XIV: Προκλῆς ὁ τῶν Ναξίων ἀφηγούμενος. Et Thuc lib. VI: Ναξίων δὲ δεξαμένων τῇ πόλει, παρέπλεον ἐς Κατάνην.

25 Ἀφ' οὗ καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη.] Cenſeo poſt hæc verba quædam excidiſſe, quæ ex Suida commodiſſime huc revocari poſſent. Totus locus ita mihi videtur conſtituendus: Ἀφ' οὗ καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. Nam cum hac ſectione de Cretæ Naxo ne γρὺ quidem appareat, haud improbabile eſt, aliquo fato addita verba excidiſſe. Suidæ verba, quia emendatione indigent, huc tranſcribam: Νάξης πόλις (lege Νάξος) καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη· Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. ὁ γράψας ὅτι Ναξία (ſupplendum, ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας φησὶν) ὅτι Ναξία πόλις Καρίας, ὁ πολίτης Ναξιεὺς, καὶ Ναξιώτης. Eodem modo eademque periphraſi

τοῦ Νάξιος. [26] ἡ δὲ Κρητικὴ ἀκόνη, [27] ἐὰν διὰ τοῦ ι γράφεται, ἡ διακρίνουσα καὶ φανεροῦσα σημαίνει.

ΝΑΠΑ'ΤΑΙ, [28] πόλις Λιβύης, πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Ναπατίτης. [29] ἔστι δὲ Ναπαταῖος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν.

ΝΑ'ΠΗ, [30] πόλις Λέσβου· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν. ὁ πολίτης, Ναπαῖος· καὶ Ἀπόλλων Ναπαῖος. [31] εἰσὶ καὶ Ναπαῖοι Ἠπείρου. ἔστι καὶ μέρος ὄρους Νάπη, καὶ Ναπαῖος τὸ ἐκ τούτου.

ΝΑ'ΠΙΣ, [32] κώμη Σκυθίας. ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης, [33] ἡ Ναπίτης τῆς κώμης, καὶ Ναπῖται ἐθνικόν.

ΝΑΡΒΩ'Ν, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. [34] Στράβων τετάρτῃ. [35] Μαρκιανὸς δὲ Ναρβωνησίαν αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Ναρβωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης. [36] ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνῖτις, ὡς Ἀσκαλωνῖτις [37] καὶ ποταμὸς Ἀτακός. Ἑκαταῖος δὲ Ναρβαίους αὐτούς φησι.

NA-

xias, quod ſit a Naxius. Cretica vero cos, ſi per I ſcribatur, ſcil. *Critica*, ſignificat talem, quæ diſcernendi & demonſtrandi vim habet.

NAPATÆ, urbs Libyæ juxta Æthiopiam. Gentile debebat eſſe Napatita, eſt vero Napatæus, auctore Alexandro libro primo Ægyptiacorum.

NAPE, urbs Lesbi, de qua Hellanicus libro ſecundo Lesbiacorum. Civis, Napæus. Et Apollo Napæus. Sunt quoque Napæi in Epiro, & pars montis Nape, & Napæus, quod ex illo eſt.

NAPIS, pagus Scythiæ, cujus incola Napata, ſive Napita, & gentile, Napitæ.

NARBO, emporium & urbs Celtica, de qua Strabo libro IV. Hanc Marcianus Narboneſiam appellat. Gentile, Narbonita, uti Aſcalonita. Eſt quoque palus Narbonitis, uti Aſcalonitis: & fluvius Atacus. Hecatæus eos Narbæos appellat.

NA-

riphraſi Stephanum appellare ſolet Euſtathius in Comment. ad *Hom.* & Dionyſ. de ſitu orbis, qua de re paſſim in animadverſionibus noſtris & prolegomenis ad hunc auctorem.

[26] Ἡ δὲ Κρητικὴ ἀκόνη.] Peſſime in Xylandriana legitur; ἡ δὲ κριτικὴ ἀκόνη. Nos unicam correximus literulam, & exhibemus quod ab Aldo & Juntæ hæredibus divulgatum eſt.

[27] Ἐὰν διὰ τοῦ ι γράφεται.] Sic exhibent Aldina Juntinaque, peſſime in Xylandriana, ἐὰν διὰ τοῦ γράφεται, ſine ullo ſenſu Nos veterem lectionem reduximus, uti ſententia poſtulabat Imo non aliter olim legebat Suidas, quem aliquoties ad partes vocavimus: Καὶ Κρητικὴ δὲ ἀφ' ἧς ἡ Ναξία λίθος. ἣν εἰ διὰ τοῦ ι γράφεις κριτικὴ εἰλῆφθαι λέγει, ἀντὶ τοῦ διακρίνουσα καὶ φανεροῦσα Tam præſtantes hæ cotes fuere, ut Pindarus in Iſth. athletas cum iis comparaverit, ita enim ille Od. VI.

Φαίης κε νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
Χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. — — —

Ad quem locum ſic commentatur Scholiaſtes: Νομίζονται γὰρ διαφορώταται τῶν ἄλλων ἀκονῶν, αἱ κατὰ τὴν ἐν Κρήτῃ Νάξον.

[28] Ναπάται. πόλις Λιβύης.] Hi iidem mihi videntur, qui a Moſe Geneſ 10: 13. appellantur *Naphtuchim*. Napata, Candaces regiam, meminit Strabo lib. XVII.

[29] Ἔστι δὲ Ναπαταῖος.] Præcedens oppidani nomen non agnoſcit Suidas, ſed ultimum: Ναπάται, πόλις Λιβύης, πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. ὁ πολίτης Ναπαταῖος.

[30] Νάπη, πόλις Λέσβου.] Noſter numero multitudinis Νάπαι ſcripſiſſe videtur, ſic enim concludi poſſet ex gentili, quod alio loco producit: Κάπαι, πόλις Ἑλλησποντία. Ἀνδροτίων γ' Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν Καπαῖος, ὡς Ναπαῖος. Strabo incidit in codicem Hellanici, qui Λάπην exhibebat, ita enim ille lib. IX: Ὥσπερ καὶ Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει. Fortaſſis vitium illud, quod Strabo Hellanico imputat, ſcribarum incuriæ eſt imputandum, nam Stephanum incidiſſe in codicem, in quo repræſentabatur Νάπαι vel Νάπη, non eſt quod quis in dubium vocet.

[31] Εἰσὶ καὶ Ναπαῖοι Ἠπείρου. Epiroticos Napæos meminit Suidas: Νάπη, πόλις Λέσβου. ὅθεν Ἀπόλλων Ναπαῖος. εἰσὶ δὲ καὶ Ναπαῖοι Ἠπειρῶται.

[32] Νάπις, κώμη Σκυθίας.] In Suida legitur, πόλις Σκυθίας.

[33] Ἢ Ναπίτης τῆς κώμης.] Ultima verba τῆς κώμης male repetita videntur, eaque delerem ſi mei arbitrii res foret.

[34] Στράβων τετάρτῃ.] Non dubito, quin noſter reſpiciat ſequentia Strabonis verba, ita enim ille de hac urbe lib. allegato: Ἡ μὲν οὖν Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἀτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς λίμνης τῆς Ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμπορεῖον ταυτῇ. Urbs eſt notiſſima, inter Montem Peſſulanum & Toloſam ſita, apud Atacis fluvii oſtia.

[35] Μαρκιανὸς δὲ Ναρβωνησίαν αὐτήν φησι.] Quid audio? An urbs Narbo a Marciano Narboneſia appellatur? Non puto hoc à Stephani mente, ſed ab imperitia Epitomatoris profectum. Sine dubio ſciebat Stephanus, Narboneſiam provinciam a Narbone urbe hoc nomen inveniſſe, qui cum heic iſtius provinciæ caput & metropolin celebraret, non poterat, quin obiter de quatuor Κελτογαλατίας provincias mentionem faceret. Adeo ut Marciani verba Stephano non ſint allegata, ut iis veram urbis appellationem adſtruat. Etiam hodie in iis, quæ de Marciano Heracleota ſuperſunt, nulla de Narbone oppido, ſed in Celtogalatiæ Periplo Narboneſiæ provinciæ memoria celebratur hiſce verbis: Ἡ καλουμένη Κελτογαλατία διήκει μὲν ἐπὶ πλεῖστον καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν· διῄρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δ', Γαλλίαν Ἀκυτανίαν, καὶ Γαλλίαν Λυγδουνησίαν, καὶ Γαλλίαν Βελγικήν, καὶ Ναρβωνησίαν. Hinc liquet, nos bene correxiſſe illam vocem, nam vulgati Steph. codices Ναρβονησίαν exhibent.

[36] Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνῖτις, ὡς Ἀσκαλωνῖτις.] Ultima vox levi mendo erat vitiata in Xylandriana, legebatur enim male Ἀσκαλωνίτης. Sed optime in Veneta Florentinaque Ἀσκαλωνῖτις, quod exhibemus. De ſtagno Narbonitide legendus Strabo, cujus verba jam produximus.

[37] Καὶ ποταμὸς Ἀτακός.] Libri MSS perperam exhibent, καὶ τόπος Ἀιακός. Et editiones tres, καὶ ποταμὸς

ΝΑΡΒΙ'Σ, [38] Ἰλλυρίας πόλις.

ΝΑ'ΡΘΗΚΙΣ, [39] νησίδιον ἐγγὺς Σάμου, ἐν δεξιᾷ τοῖς περιπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν. [40] τὸ ἐθνικὸν, Ναρθηκουσαῖος, ἢ Ναρθηκούσιος.

ΝΑ'ΡΜΑΛΙΣ, πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις. οἱ πολῖται Ναρμαλεῖς, ὡς Καβαλεῖς, ὡς Ἔφορός φησι.

ΝΑΡΝΙ'Α, πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Νάρνου, ὡς Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν Ναρνιάτης, ὡς Καυλωνιάτης.

ΝΑ'ΡΥΞ, πόλις Λοκρίδος, θηλυκῶς λεγομένη. [41] τινὲς δὲ Νάρυκον τὴν πόλιν φασὶν, [42] ἐξ ἧς Αἴας. ὁ πολίτης Ναρύκιος, καὶ Ναρυκία, καὶ οὐδετέρως. [43] λέγεται καὶ Ναρύκη, [44] καὶ Ναρυκαῖος θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως.

ΝΑΣΑΜΩ'ΝΕΣ, ἔθνος ἐν Λιβύῃ, ὡς Καλλίμαχος· [45] καὶ Νασαμωνὶς, [46] ἀπὸ Νασαμῶνος τινός.

NA-

NARBIS, oppidum Illyriæ.

NARTHECIS, parva inſula prope Samum, navigantibus ad dextram in urbem. Gentile, Narthecuſæus, vel Narthecuſius.

NARMALIS, urbs Piſidiæ, uti Cabalis, cujus cives Narmalenſes, uti Cabalenſes, quemadmodum Ephorus perhibet.

NARNIA, urbs Samnitum, nomen habens à Narno, fluvio præterlabente, auctore Dionyſio Antiquitatum Roman. libro XVIII. Gentile, Narniata, uti Cauloniata.

NARYX, urbs Locridis, genere fœminino ſic dicta. Quidam urbem Narycum appellant, ex qua erat Aïax. Civis, Narycius & Narycia, cujus quoque neutrum genus invenitur. Dicitur quoque Naryce, unde Narycæus, quod genere fœm. & neutro in uſu eſt.

NASAMONES, Gens Libyca, cujus meminit Callimachus. Et Naſamonis, a Naſamone quodam.

NA-

-τικὸς Ἀτακός. Salmaſio hic locus erat ſuſpectus in ora ſui Stephani, exiſtimanti fortaſſis corrigendum Ἀτακὸς, quod nos in contextum recepimus. Non ignoro caſum rectum hujus fluvii apud Græcos eſſe Ἄταξ, & apud Latinos *Atax*, ſed a gignendi caſu noſter rectum formavit, quod in veterum ſcriptis, & præſertim in noſtro tam frequenter occurrit, ut pigeat hac de re exempla proferere.

38 Ναρβὶς, Ἰλλυρίας πόλις.] Apud Suidam retracto accentu legitur Νάρβις, πόλις Ἰλλυρ. Apud Ptol. lib. II cap. ultimo Ναρβῶνα κολώνια reperitur, ſed vereor ne locus ſit depravatus.

39 Νάρθηκις, νησίδιον ἐγγὺς Σάμου &c.] Sectionem hanc noſter confecit ex verbis Strabonis lib. XIV: Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν περιπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, ἄκρα ἡ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸν ἑπταστάδιον πορθμόν. ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶνος. πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς.

40 Τὸ ἐθνικὸν, Ναρθηκουσαῖος, ἢ Ναρθηκούσιος.] Ita ſupplevimus hunc locum ex Suida, qui in omnibus editis & MSS valde mutilus circumfertur. Sine dubio Suidas omnia hauſit ex Noſtro, ita enim ille: Καὶ ὅτι Νάρθηξ νησίδιον ἐγγύς φασι Σάμου, ἐν δεξιᾷ τοῖς περιπλέουσιν. τὸ ἐθνικὸν Ναρθηκουσαῖος, ἢ Ναρθηκούσιος. Verum ex hiſce verbis concluderem, inſulam fuiſſe dictam Ναρθηκοῦσαν, & hoc nomen obtinuiſſe a ferularum copia, in iſta inſula naſcentium. De qua re certiſſimi eſſemus, ſi integrum opus Stephani proſtaret: hoc enim evidenter liquet, nulla ratione & analogia a Νάρθηξ vel Νάρθηκις poſſe deduci gentile in αιος vel ουσιος. Ab iſtis potius deducitur Ναρθήκιος vel Ναρθηκεύς.

41 Τινὲς δὲ Νάρυκον τὴν πόλιν φασίν.] Ita hunc locum emendavit Salmaſius in Plin. Exercit. cum perperam in cunctis libris Ναρύκιον exhibebatur. Ut ſic legeret, eum permovebat Strabonis auctoritas, ita enim ille lib. IX: Οὐ μὴν ἐβασίλευεν ἐκεῖνος τῶν Ὀπουντίων· ἀλλ' Αἴας ὁ Λοκρὸς, πατρίδος ὢν, ὥς φασιν, Ναρύκου. Sed vulgati perperam exhibebant Ἀρύκου.

42 Ἐξ ἧς Αἴας.] Alio loco de hominis ejuſdem patria hæc leguntur apud Noſtrum Ὀζόλαι Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν. Ἐπικνημίδιοι, Ἐπιζεφύριοι, οἱ δὲ Ὀπούντιοι, ὧν ἦν Αἴας· οἱ δὲ Ὀζόλαι. Idem de illo teſtatur Diodor. Sicul. lib. XIV: Καταστρατοπεδεύοντος δὲ αὐτοῦ εἰς Νάρυκα τῆς Λοκρίδος, ἐξ ἧς φασὶ τὸν Αἴαντα γεγονέναι, ubi vitioſe editur εἰς Ἄρυκας, uti monuit Salmaſius.

43 Λέγεται καὶ Ναρύκη.] Igitur caſus rectus hujus oppidi tribus modis effertur, nempe Νάρυξ, Νάρυκος & Ναρύκη. Apud Hyginum exſtat *Naricea*, quod mihi vitiatum videtur, ita enim ille Fab. XIV: *Oleus Odœdoci & Agrianomes Perſeonis filiæ filius, ex urbe Naricea.* Ubi legendum Naryca, vel Narycia, quod ultimum gentile fœm. eſt.

44 Καὶ Ναρυκαῖος.] Apud Lycophronem legimus:

Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες.

Ubi fortaſſis legendum Ναρυκαῖον. Sed variis modis illa nomina formantur & concipiuntur.

45 Καὶ Νασαμωνίς.] Fœmininum hoc reperitur in Epigrammate incerti auctoris, hactenus non edito:

Ἔχαιον Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
Ἔθνεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι.
Ἠχοῖ ἐρημαίῃσιν ἐπιπλώοντες λεόντων.
Ὠρυγαῖς, ψαμάθους ἄχθεις ὑπὲρ Νομάδων.
Φῦλον ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν,
Ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς.
Αἱ δὲ πρὶν ἀγριφύλων ἐγκοιτίδες ἀκρώρειαι,
Θηρῶν, νῦν ἀνδρῶν εἰσὶ βοηλασίαι.

46 Ἀπὸ Νασαμῶνος τινός.] Sic quoque Euſtathius ſcribit ad Dionyſ. de ſitu Orbis, horum regionem a rege quodam nomen accepiſſe, ita enim ille: Ὅτι οἱ Νασαμῶνες, τὸ Λιβυκὸν ἔθνος, ἔκ τινος βασιλεύσαντος τὴν ὁμωνυμίαν ἔχον, ὃς Νασάμων βαρυτόνως ἐλέγετο· εἰ καὶ τὸ ἐθνικὸν τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὀξύνεται, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἴσως τοῦ κυρίου ὀνόματος. Fragmentum illud, in quo Callimachus Naſamones celebrat, invenitur in Scholiis ad Apollon. Rhod. Argonautica lib. IV, ad verſ. 1323. Περὶ δὲ τῶν νυμφῶν μέμνηται Καλλίμαχος, οὕτω λέγων.

Δέσποιναι Λιβύης ἡρωίδες, αἳ Νασαμώνων
Αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε.
Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

47 Na-

ΝΑ'ΣΤΟΣ, [47] πόλις Θράκης. γράφεται καὶ Νεςός· [48] Α'πολλόδωρος δευτέρα περιηγήσει.

ΝΑΥ'ΚΡΑΤΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, [49] ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων· ὡς Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. ὁ πολίτης Ναυκρατίτης, [50] καὶ θηλυκῶς Ναυκρατῖτις· καὶ Ναυκρατιώτης, ὡς Πηλουσιώτης, ἴσως ἀπὸ τοῦ Ναυκράτιον, [51] ἢ Ναυκρατία, ὡς Ι'ταλία Ι'ταλιώτης.

ΝΑΥ'ΠΑΚΤΟΣ, [52] πόλις Αἰτωλίας· [53] ἀπὸ Ναυπηγίας τῶν Η'ρακλειδῶν, ὡς Ε'φορος, καὶ Στράβων. [54] ὁ πολίτης Ναυπάκτιος, καὶ Ναυπακτία.

ΝΑΥΠΛΙ'Α, πόλις Α'ργους· Στράβων ὀγδόῃ. [55] ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι. [56] οἱ οἰκοῦντες Ναυπλιεῖς, ὡς Στράβων· καὶ Ναυπλία.

ΝΕ'ΑΙ, [57] νῆσος πλησίον Λήμνου· [58] ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ προσνήξασθαι Η'ρακλέα.

A NASTUS, urbs Thraciæ. Scribitur quoque Neſtus, auctore Apollodoro libro ſecundo Periegeſeos.

NAUCRATIS, urbs Ægypti, condita a Mileſiis qui tunc temporis maris imperio potiebantur. Strabo libro XVII. Civis, B Naucratita, & genere fœmin. Naucratitis. Dicitur quoqne Naucratiota, uti Peluſiota, fortaſſis a Naucratium, vel Naucratia, uti ab Italia Italiota.

NAUPACTUS, urbs Ætoliæ, ſic C dicta, quod Heraclidæ ibi claſſem compegerint, auctoribus Ephoro & Strabone. Civis, Naupactius, & Naupactia.

NAUPLIA, urbs Argorum, cujus meminit Strabo lib. VIII. Inde ſic dicta, quod navibus ad eam adnavigent. Incolæ, Nau-D plienſes, ut ipſe Strabo perhibet. Et Nauplia.

NEÆ, inſula Lemno vicina, in qua juxta nonnullorum opinionem Philoctetes ab hydro morſus eſt. Sic dicta eſt a προσνήξασθαι,

47 Νάςος, πόλις Θράκης.] Codices calamo exarati exhibent Νάσσος, quod etiam Aldinæ Juntinæque editionis præfecti ſequuti ſunt. Fortaſſis idem eſt oppidum quod in præcedentibus appellatur Ναῖσος. Xylandrum, & nos ex eo veram lectionem divulgaſſe, ſatis liquet ex Suida, apud quem hodie legitur, Νάςος μέν τοι βαρυτόνως πόλις Θράκης οὐ ἐλέγετο καὶ Νεςός.

48 Α'πολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσει.] Fortaſſis legendum eſt περιηγήσεως, quemadmodum Apollodorus aliis in locis a Stephano allegatur.

49 Α'πὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων.] Quemadmodum in voce Βίεννος allegatur Euſebii Hiſt. Eccleſiaſtica, ita hoc loco eum ſine dubio citavit Stephanus, quem prætermiſit Epitomator: nam bene obſervatum Scaligero, hæc ipſa verba eſſe Euſebiana, quem vide ad Euſeb. pag. 73. Suidas eadem de Mileſiis perhibet, cujus verba hunc in modum ſunt corrigenda: Ναύκρατις. πόλις αὕτη Αἰγύπτου, ὑπὸ Μιλησίων οἰκισθεῖσα, ὁπηνίκα ἐθαλαττοκράτουν. ταύτης πολίτης ὁ σοφὸς Α'θήναιος, καὶ τὸν Ναυκρατίτην. Hinc originem duxit Athenæus, uti in Deipnoſophiſticis perhibetur lib. XI cap. VIII.

50 Καὶ θηλυκῶς Ναυκρατῖτις.] Ab omnibus libris editis & MSS aberat ultima vox, quam noſtro reddidi, neſcio quo fato deperditam: nam illa in τις exeuntia digniori ſexui adſcribuntur.

51 Η' Ναυκρατία.] Ita etiam olim hæc urbs videtur appellata. Steph. Προξένουπολις, περὶ Ναυκρατίαν· ὁ πολίτης Προξενοπολίτης.

52 Ναύπακτος, πόλις Αἰτωλίας.] Auctores ſuos habet noſter, dum urbem hanc Ætoliæ adſcribit, nempe Scylacem, Ptolemæum, Apollod. & alios. Sunt vero nonnulli, hanc urbem Locris Ozolis attribuentes, ut Thucydides Dicæarchus aliique. Sed auctores quare deſcrepant, refert Strabo lib IX: Τῶν γε μὲν ἑσπερίων Λοκρῶν Ο'μηρος οὐ μέμνηται . . . . . πόλεις δὲ ἔχον Α'μφισσάν τε καὶ Ναύπακτον. Sed addit deinde Strab. Ε'στι δὲ νῦν Αἰτωλῶν Φιλίππου προσκρίναντος.

53 Α'πὸ ναυπηγίας τῶν Η'ρακλειδῶν.] Strabo, qui poſt hæc verba allegatur, hiſtoriam ex Ephoro hauſit, uti lib. IX addiſcimus: Ω'νόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης· εἴτε τῶν Η'ρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον. εἴθ', ὡς Ε'φορός φησι, Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρεσκευακότων. Plura de hac navium fabricatione leguntur apud Apollod. lib. II. Pauſan. in Phocicis & Suidam in voce Ναύπακτος.

54 Ο' πολίτης Ναυπάκτιος.] Apud Goltzium in vet. Græcia reperitur nummus cum inſcriptione ΝΑΥΠΑΚΤΙΩΝ. Exſtat quoque apud Thucyd. lib. II ubi refert, Timocratem Laconem ſibi intuliſſe manus: Ε'σφαξεν ἑαυτὸν, καὶ ἐξέπεσεν ἐς τὸν Ναυπακτίων λιμένα. Et Cleomenes *Naupactius* memoratur Polybio lib. V.

55 Α'πὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι.] Sunt hæc Strabonis verba, quæ reperiuntur libro allegato: Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Α'ργείων ναύσταθμον, τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι.

56 Οἱ οἰκοῦντες Ναυπλιεῖς, ὡς Στράβων· καὶ Ναυπλία.] Gentile ΝΑΠΛΙΕΥΣ ſæpiſſime occurrit apud Pauſan. lib. IV. Ο'τι Ναυπλιεῦσιν ἐπὶ Λακωνισμῷ διωχθεῖσι Δαμοκρατίδου βασιλεύοντος ἐν Α'ργει. Ultima hujus tmematis vox vel omnino removeri poſſet, vel corrupta eſt. Forte legendum, καὶ Ναύπλιος, quod ſatis analogice pro gentili accipi poſſet.

57 Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου,] Ferme eadem leguntur apud Suidam & Phavorinum. Suid: Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου. παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ. ἣ προσενήξατό φασι Ηρακλῆς· περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. Νέα δὲ φρούριον Μυσίας. ἐθνικὸν, Νεαῖος. Non tantum Lemno hæc inſula fuit vicina, ſed etiam Lemniæ ditionis fuiſſe videtur ex Antigoni Hiſt. Mirab. cap. IX: Ε'ν δὲ ταῖς τῶν Λημνίων νήσοις, ταῖς καλουμέναις Νέαις, πέρδικες οὐ γίνονται. ἀλλὰ κἂν ἴδῃ τις, ἀπόλλυνται.

58 Ε'ν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.] Bene additur κατά τινας. Nam nonnulli ſtatuunt, ipſum in inſula Chryſe, Lemno etiam proxima, ſerpentis morſu laboraſſe, ſic enim ſcribit Pauſanias in Arcadicis: Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολλὴν Χρυσῆ νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασί. Lycophronis Scholiaſt. perhibet, Philoctetem in Lemno decubuiſſe, prius tamen ſauciatum a ſerpente hydro, qui alio nomine chelydrus appellatur, ſic enim ille: Ε'κεῖτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρῶτον δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου, τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρυσῇ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Α'θηνᾶς. Vide præterea Scholiaſt. ad Sophoclis Philoctetem pag. 386.

τὸ ἐθνικὸν, Νεαῖος. [59] ἔστι καὶ Νέα κώμη, A καὶ Φρούριον Μυσίας. τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

quod tradant Herculem ad eam adnataſſe. Gentile Neæus. Eſt quoque, Nea vicus & caſtellum Myſiæ, quod idem gentile habet.

ΝΕΑ'ΝΔΡΕΙΑ, πόλις Τρωάδος ἐν Ἑλλησπόντῳ, ὡς Χάραξ. [60] ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται διὰ τοῦ λ, κακῶς. B λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως, ὡς Θεόπομπος. [61] ὁ πολίτης Νεανδρεὺς, ὡς Στράβων.

NEANDRIA, urbs Troadis in Helleſponto, cujus Charax meminit. In quibuſdam libris male ſcribitur per L Leandrus. Dicitur quoque Neandrium genere neutro apud Theopompum. Civis, Neandrenſis, uti Strabo auctor eſt.

ΝΕΑ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Ἰταλίας διάσημος, [62] ἐν ᾗ Παρθενόπη ἥρηται, μία τῶν Σειρήνων. [63] ὁ πολίτης, Νεαπολίτης. C ἔστι καὶ ἄλλη Λιβύης, καὶ ἄλλαι.

NEAPOLIS, urbs Italiæ eximia, in qua Parthenope excepta eſt, una ex Sirenibus. Civis, Neapolita. Eſt quoque alia Libyæ, & præterea aliæ.

ΝΕ'ΓΛΑ, [64] πολίχνιον Ἀραβίας. Γλαῦκος δευτέρῳ Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Νέγλιος, ἢ Νεγλίτης, τῷ ἔθει τῆς χώρας.

NELGA, oppidulum Arabiæ, cujus meminit Glaucus Antiquitatum Arabicarum libro II. Gentile, Neglius, ſive Neglita, juxta regionis conſuetudinem.

ΝΕ'ΔΗ, [65] πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ νύμφης Νέδης. D Εὐφορίων δὲ Νεδέην καὶ αὐτός φησι. [66] τὸ κτητικὸν, Νεδεήσιος.

NEDE, urbs Arcadiæ, a nympha Nede ſic dicta. Hinc ipſe Euphorio Nedeen appellat. Poſſeſſivum, Nedeeſius.

NE-

[59] Ἔστι καὶ Νέα κώμη.] Strabo lib. XII hujus meminit hiſce verbis, & ſitum accurate ob oculos ponit: Ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα κώμη, καὶ ἀργύρεια.

[60] Ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται διὰ τοῦ Λ κακῶς.] Ita legebat emendabatque Salmaſius in margine ſui Stephani, addens deinde pro Λέανδρος ſcribendum Λεάνδρεια. Perperam in hactenus editis exhibebatur γράφει, quod vitium ſæpenumero oritur ex compendiaria ſcribendi ratione. Hæc Salmaſiana correctio facillime fulciri poſſet auctoritate Suidæ, apud quem legimus: Νεάνδρεια, ἣν τινες διὰ τοῦ λ Λεάνδρειαν γράφουσι κακῶς. Verum etiamſi apud Suidam ſic legatur, non tamen mihi videtur exſtirpandum illud Stephani Λέανδρος. Habuit enim hujus urbis appellatio terminationem in ος, uti evidenter conſtat ex Plinio lib. V cap. XXX, ibi *Neandros*, non *Leandros* dicitur. *Intercidere Cana, Lyſimachia, Atarnea, Carene, Ciſthene, Cilla, Cocillum, Thebæ, Aſtyre, Chryſa, Palaſcepſis, Gergithos, Neandros.* Et ex Geog. Cedreni Hiſtoriarum Compendio, ubi de Cygno Priami cognato ſic loquitur: Περὶ μέσας δὲ νύκτας Κύκνος τις ὄνομα, συγγενὴς ὢν Πριάμου, ἄρχων δὲ πόλεως Νεάνδρου, μετὰ πολλοῦ πλήθους πολεμικοῦ τολμήσας, ἐπέθετο κατ' αὐτῶν. Et verſibus paucis interjectis ibidem ſequitur: Καὶ ὁ μὲν τοῦ Τυδέως υἱὸς Διομήδης, τὴν τοῦ εἰρημένου Κύκνου πόλιν Νέανδρον, καὶ τοὺς υἱοὺς καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν πορθήσας &c. Hinc evidenter conſtat urbem etiam *Neandrum* appellatum fuiſſe.

[61] Ὁ πολίτης Νεανδρεὺς, ὡς Στράβων.] Apud noſtrum idem gentile occurrit in voce Φαυλία, & apud Strab. lib. XIII: Τῆς μὲν γὰρ Ἁμαξιτοῦ, Νεανδρεῖς ὑπέρκεινται, καὶ αὐτοὶ ὄντες Λέκτου ἐντὸς μεσογαιότεροι. Præterea ab hoc oppido formatur gentile Νεανδρειαῖος, exhibetur enim nummus Valeriani apud Pyrrhum Ligorium cum hac inſcriptione ΝΕΑΝΔΡΕΙΑΙΩΝ. Apud Antigonum in Hiſt. Mirab. corrupte legitur Νεανδριδῶν pro Νεανδρέων, ita enim cap. CLXXXVII: Φασὶν δὲ καὶ τινας τόπους τῆς Λέσβου, καὶ περὶ τῶν Νεανδριδῶν τὰς βώλους πρὸς τὰς τῶν ὄψεων καθηγήσεις γίνεσθαι. Fœmininum Νεανδρὶς inde derivatum uſurpat Strabo lib. XI, ubi tradit in Creta fuiſſe Samonium orientale promontorium, & planicies in Neandride & Alexandreorum ſolo, ita enim ille: Ἱπποκόρωνά τε τῆς Ἀδραμυττηνῆς, καὶ Ἱπποκορώνιον ἐν Κρήτῃ. Σαμμώνιόν τε τὸ ἑωθινὸν ἀκρωτήριον τῆς νήσου, καὶ πεδίον ἐν τῇ Νεανδρίδι, καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων.

[62] Ἐν ᾗ Παρθενόπη ἥρηται, μία τῶν Σειρήνων.] Apud Suidam de hac Parthenope ſic legimus: Νεάπολις, πόλις Ἰταλικὴ διάσημος. ἐν ᾗ Παρθενόπης ἵδρυται Σειρῆνος ἄγαλμα. Non ſequitur tamen, vulgatam Stephani lectionem debere ſollicitari. Se ipſum ſatis explicat in voce Φάληρον, ita enim ibi de Parthenope: Ἔστι καὶ πόλις ἐν Ὀπικοῖς, εἰς ἣν ἐξεβράσθη Παρθενόπη ἡ Σειρὴν, ἣ καλεῖται Νεάπολις. Ex hiſce verbis manifeſte ſatis liquet, τὸ ἥρηται in mendi ſuſpicionem nequaquam venire, nam Parthenope, quæ æſtu maris ad aliquem locum ejecta eſt, etiam optime excepta dicitur, quemadmodum τὸ ἥρηται ſine dubio interpretandum.

[63] Ὁ πολίτης Νεαπολίτης.] Paſſim apud antiquarios occurrunt numiſmata in quibus conſpicitur ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ. Sed addit Spanhemius etiam in quibuſdam inveniri ΝΕΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, eamque diverſam ſcribendi rationem originem habere vel ex veteri conſuetudine, vel loci dialecto, vel quod multæ literæ ob ſoni vicinitatem eodem modo pronuncientur.

[64] Νέγλα, πολίχνιον Ἀραβίας.] Idem videtur oppidum, quod a Suida Νέγνη dicitur, a Ptolem. Νέκλα, a Strab. Νεγρά, & a Cedreno, Calliſto & Zonara Νέγρα. Fortaſſis auctores omnes recenſiti ex Stephano ſunt corrigendi.

[65] Νέδη, πόλις Ἀρκαδίας.] Solus Suidas, ſine dubio ex Stephano, hujus urbis meminit: Νέδη, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ νύμφης Νέδης. γράφεται καὶ Νεδέη. ὅθεν ὁ πολίτης Νεδεήσιος. Sed ex Pauſania, qui nobis accuratiſſimam Arcadiæ deſcriptionem reliquit, non apparet urbem hoc nomine exſtitiſſe, ſed quidem Nedam nympham Jovis nutricem, quæ fluvio nomen dedit. Eum videſis in Arcadicis. In eadem quoque de Neda, verſabatur opinione Callimachus Hymno in Jov. quæ Jovem in receſſum Cretenſem portaverat, ut clam ibidem educaretur, ſic canens:

Οὐδ' ἄλλην ἀπέπεσε θεὴ χάριν, ἀλλὰ τὸ χεῦμα
Κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε. -- -- --

[66] Τὸ κτητικὸν, Νεδεήσιος.] Melius hæc exhibet Suidas loco proxime citato. Hinc eſt quod cenſeam multo commodius in Stephano poſſe legi. Ὅθεν τὸ ἐθνικὸν Νεδεήσιος. Nam illud gentile, & juxta Suidam

ΝΕ´ΔΩΝ, [67] πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. τὸ τοπικὸν Νεδούσιος, καὶ Νεδουσία ἡ Ἀθηνᾶ. κλίνεται δὲ Νέδοντος.

ΝΕΙ͂ΛΟΣ, [68] πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος περιηγήσει αὐτῆς· καὶ ἱερὸν Νείλου B ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, [69] Νειλοπολίτης. [70] εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται, [71] ὀφείλει ἕπεσθαι τῷ κτητικῷ τοῦ ποταμοῦ Νειλαῖος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν. [72] ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν παραληγόμενα διὰ τοῦ ι, ἢ τὴν γενικὴν ποιεῖ τοῦ πρωτοτύπου, ἢ τὴν C εὐθεῖαν ταύτης μόνον [73] διὰ τοῦ ι ἐκφέρεται, Ποσειδώνιος, Ἑλικώνιος, Ῥόδιος, [74] Σά-

NEDON, urbs & locus Laconicæ. Locale Neduſius, & Neduſia Minerva. In genitivo habet Nedontis.

NILUS, urbs Ægypti, de qua Hecatæus in Periegeſi. Et templum Nili fluvii. Urbis gentile dicitur, Nilopolita. Si autem ſola urbs vocata fuerit Nilus, non addito vocabulo πόλις, tunc ſequendum eſt poſſeſſivum fluvii, quod eſt Nilæus, uti perhibet Apollonius. Omnia enim poſſeſſiva quorum penultima eſt Jota, fiunt a genitiva primitivi, & caſum rectum ſolummodo per Jota efferunt, uti Poſidonius, Heliconius, Rhodius, Sacius. Quæ vero natura ſua in penultima

dam oppidani nomen non formatur, a Νέδη Stephani, ſed Euphorionis Νεδέη.

67 Νέδων, πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς.] Et hunc locum Suidas accuratius ex noſtro exhibet, apud quem legitur: Νέδων, ποταμὸς καὶ τόπος Λακωνικός, κλίνεται Νέδωνος. ὅθεν Νεδουσία Ἀθηνᾶ. Judico igitur, ex hiſce verbis ſatis conſtare, legendum in Stephano, Νέδων ποταμὸς καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. Sed multo evidentius hoc apparebit, ſi addiderim verba Strab. lib. VIII, unde hanc ſectionem, confecit Stephanus, Παρὰ δὲ Φηρὰς Νέδων ἐκβάλλει, ῥέων διὰ τῆς Λακωνικῆς, ἕτερος ὢν τῆς Νέδας. ἔχει δ' ἱερὸν ἐπίσημον Ἀθηνᾶς Νεδουσίας. Καὶ ἐν Ποιήεσσῃ δ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς Νεδουσίας, ἱερὸν ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος. Præter loci & fluvii nomen, etiam hic exſtat gentile, ut & gignendi caſus de quibus hac ſectione Stephanus.

68 Νεῖλος πόλις Αἰγύπτου.] Non puto hunc locum vitii eſſe immunem. Legendum, Νειλούπολις, πόλις Αἰγύπτου, liquet hoc evidenter ex gentili addito, Νειλοπολίτης. Etiam ut plurimum ab aliis oppidi nomen conjunctis vocibus effertur, uti apud Ptol. lib. IV cap. V, qui urbem in Heracleote nomo collocat.

69 Νειλοπολίτης.] Apud Goltzium & Occonem nummus invenitur cum hac epigraphe: ΝΕΙΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

70 Εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται.] Salmaſio hic locus videbatur mutilus, legebatque in margine ſui libri, εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται Νεῖλος, non adjecto vocabulo πόλις.

71 Ὀφείλει ἕπεσθαι τῷ κτητικῷ τοῦ ποταμοῦ Νειλαῖος.] Hanc puto eſſe mentem Stephani: ſi quis a voce Νεῖλος gentile deducere conatur, ſequi debet formam poſſeſſivi, quod eſt Νειλαῖος. Euſtathius in Comment. ad Odyſſ. Δ tria localia ab hac voce formans, τὸ Νειλαῖος, quod mirum eſt, non agnoſcit, ſic enim ille pag. 1500: Τοπικὰ δὲ παράγωγα Νείλου, ὅτι οὐ μόνον Νείλιος, καὶ Νειλῷος, ἀλλὰ καὶ Νειλώτης, δῆλον ἐκ τοῦ, οἱ δὲ Νειλῶται ἰχθύες δηλαδή τινες, γλυκεῖς εἰσιν. ὃ κεῖται παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ. Facetoſi admodum ſunt Joh. Tzetzæ verſus, quibus plurima Nili derivativa complectitur, ſic enim ille Chil. X Hiſt. CCC:

Νειλώους δ' εἶπον ῥύακας ἐπιστολῶν νῦν λόγους,
Νειλώων, Νειλωΐων δὲ γράφειν ῥευμάτων δέον,
Καὶ σὺν αὐτοῖς Νειλίων δὲ διὰ γραφῆς ἰῶτα,
Ὡς ἐκβληθέντος ἐν αὐτοῖς τοῦ ω τῶν Νειλωΐων.
Νειλείων τοῦ Νηλέως δὲ, καὶ δίφθογγον Νειλέως.
Ὡς ἐκ Νηλεὺς, καὶ τοῦ Νειλεὺς, διφθογγογράφει γράφων.

Varia derivativa hi verſiculi exhibent, ſed Νειλῷος potiſſimum eſt in uſu. Euſtathius in Comment. ad Dionyſ. pag. 109. Ταύτης δὲ ἱστοροῦνται πολλαὶ ἀποικίαι, ὅπου γε καὶ περὶ τὰ Νειλῷα στόματα τεῖχος ἦν Μιλησίων λεγομένων. Proclus ad Armenios de Fide: Ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον, ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γένεται, ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὤν· ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ Νειλῷον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη. Sed præter derivativa jam enumerata, etiam inveni Νειλαιεύς, quod eſt in Leonidæ epigrammate inedito:

Καὶ λόγον ἱστορίῃ κοσμούμενον ἠχελβώσας,
Καὶ βίον ἐν φιλίῃ πάντοτε βεβαιότατε.
Τοῦτο δ' ἑορτάζοντι γενέθλιον ἠελίφειαν
Δῶρον ὁ Νειλαιεὺς πέμπει ἀοιδοπόλων.

Sed ut concludamus: deducuntur ab hac voce Νειλαῖος, & inde Νειλαιεύς, uti à Κρηταῖος Κρηταιεύς, deinde Νείλιος, Νειλῷος, Νειλώϊος, Νειλεῖος & Νειλεύς, ſi Tzetzæ in hac re fidendum. Fœminium Νειλῶτις occurrit apud Euſeb. lib. IX de Præpar. Euang.

Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης.

Quam vocem Latine expreſſit Martial. lib. X Epig. VI de Adventu Cæſaris.

Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit una; venit?

Formam poſſeſſivorum Noſter non expreſſit, quanquam de ea mentionem feciſſe Stephanum ingenuino opere nullus dubitem. Apud Latinos in uſu ſunt *Niloticus* & *Niliacus*. Martial. lib. VI Epig. LXXX:

Ut nova dona tibi, Cæſar, Nilotica tellus
Miſerat hybernas ambitioſa roſas.

Poſſeſſivum *Niliacus* apud Martialem tam frequenter occurrit, ut ſupervacaneum cenſeam exemplum in medium adducere.

72 Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν παραληγόμενα διὰ τοῦ ι.] Hic locus in omnibus libris mutilus circumferebatur hunc in modum: Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν * τοῦ ι. Salmaſius in margine ſui Stephani ita ſupplevit, uti nos excudi curavimus. Ut verum fatear, plura mihi heic videntur deſiderari, & ſi quis locum ſupplere tentaverit, is conſulat Etymologici Mag. Auctorem, qui in voce Ἀΐδιος varios poſſeſſivorum canones exhibet. Fortaſſis totus locus in noſtro hunc in modum eſt concipiendus: Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν διὰ τοῦ ι παραληγόμενα, ἐκ τῆς γενικῆς ποιεῖται τοῦ πρωτοτύπου, καὶ τὴν εὐθεῖαν ταύτης μόνον διὰ τοῦ ι ἐκφέρεται, ὡς Ποσειδώνιος &c. Hanc conjecturam in verſione ſequuti ſumus, ſed ſiquis huic loco præſtantiora præbia exhibuerit, mihi & aliis fecerit rem gratiſſimam.

73 Διὰ τοῦ ι ἐκφέρεται.] Libri omnes repræſentant ἐκφέρονται, ſed ordo poſtulabat, quod jam divulgamus, & quod deinde vidimus in Peruſino codice exhibitum.

[74] Σάκιος. τὰ δὲ φύσει διὰ διφθόγγου παραληγόμενα, οὐδέποτε τὸ προκείμενον σχῆμα ἀποτελεῖ. οὔτε γὰρ τὸ Κηπαῖος, [75] ἢ Νειλαῖος ἐθνικὸν αὐτὸ ὁμολόγως παραλαμβάνει.

NΕ'ΜΑΥΣΟΣ, πόλις Γαλλίας, ἀπὸ [76] Νεμαύσου Ἡρακλείδου, ὡς Παρθένιος. [77] τὸ ἐθνικὸν, Νεμαύσιος, ἢ Νεμαυσῖνος, διὰ τὴν χώραν.

ΝΕΜΕ'Α, [78] χώρα τῆς Ἤλιδος· ἐν ταύτῃ Δρύοπες ᾤκουν. [79] τὸ ἐθνικὸν, Νέμεος, καὶ Νεμεαῖος· Στράβων ὀγδόῃ, [80] καὶ Νεμέα λέγεται. καὶ Νεμεήτης Ζεὺς, καὶ Νεμεῆται. [81] οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμεοι, [82] καὶ Νεμεῆθεν ἐπίρρημα.

ΝΕΟΚΑΙΣΑ'ΡΕΙΑ, [83] Ποντικὴ πό-

A tima habent dipthongum, nequaquam antecedentem formam conficiunt. Neque enim Cepæus vel Nilæus, quod etiam gentile eſt, pari ratione iſtam formam recipiunt.

NEMAUSUS, urbs Galliæ, quæ a B Nemauſo, uno ex Herculis poſteris, nomen accepit, auctore Parthenio. Gentile, Nemauſius, ſive Nemauſinus propter formam regioni ſolitam.

NEMEA, regio Elidis, in qua habitabant Dryopes. Gentile, Nemeus, & C Nemeæus, auctore Strabone libro VIII. Et Nemea dicitur, & Nemeetes Jupiter, & Nemeetæ. Cives urbis Locridis appellantur Nemeï, unde quoque adverbium *ex Nemea.*

NEOCÆSAREA, urbs Pontica, cujus

[74] Σάκιος.] In omnibus libris legebatur Σάβιος, quod erat vitioſum. Vide in vocabulo Σάκος.

[75] Ἢ Νειλαῖος.] Sic correximus ex MS Peruſino, perperam enim in vulgatis legebatur Νηλαῖος. Sed poſtea vidi ſic etiam in Aldina & Juntina exhiberi.

[76] Νέμαυσος, πόλις Γαλλίας.] In Veneta Florentinaque editione peſſimo errore legebatur, Νέμαυσος, πόλις Ἰταλίας, quod vitium correxit Xylander, quem ſequimur, neque aliter legebat Suidas, Νέμαυσος, πόλις Γαλλίας· ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου. Urbs eſt Galliæ Narbonenſis antiquiſſima notiſſimaque, cujus ſitum videſis apud Strab. lib. IV. Gallis hodie dicitur *Niſmes.*

[77] Τὸ ἐθνικὸν Νεμαυσῖνος.] Gentilia ex lege artis bene videntur formata. Latino ore NEMAUSENIS dicitur, quod eſt apud Suet. in Tib. *Adeo ut imagines ejus & ſtatuas Nemauſenſes ſubverterint.*

[78] Νημέα, χώρα τῆς Ἤλιδος.] Huic ſectioni vel ab Epitomatore, vel a librariis, vel alio quodam fato inſignem injuriam fuiſſe illatam, non eſt quod quis in dubium vocet. Nam nulla hoc loco mentio fit de Argiæ Nemea, quam noſter ſine dubio verbis Strabonis, ex libro VIII. allegatis, adſtruxerat: Imo nulla etiam fit mentio de oppido Locridis, quod indubitanter noſtrum deſcripſiſſe cenſeo, quia in fine hujus tmematis τοὺς πολίτας τῆς Λοκρίδος πολέως commemorat. Argiæ Nemea nomen habet a Nemea Selenæ & Jovis filia: vel a bubus, qui ab Argo ibidem paſcebantur, vel à Danai libris, qui locum ſorte dividebat, teſte Anonymo in Prologo ad Pindari Nemea: Ἔστι δὲ ἡ Νεμέα τῶν Ἀργείων τῆς χώρας μοῖρα· ὠνομασμένη ἀπὸ Νεμέας τῆς Σελήνης καὶ Διός· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ὑπὸ Ἄργου νεμομένων ἐν τῷ χωρίῳ· αἳ ἦσαν Ἥρας ἱεραί. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν Δαναοῦ παίδων· ὃ κατενείμαντο καὶ ἐκληρούχησαν τὸ χωρίον. Ita hic locus erat ſupplendus, qui in omnibus libris mutilus circumfertur. Alii tamen hanc Nemeam Aſopi filiam ſtatuunt Pauſan. in Corinthiacis: Τὸ δὲ ὄνομα λέγουσι τῇ χώρᾳ Νεμέαν δοῦναι θυγατέρα Ἀσώπου. Etymologici Mag. Auctor etiam a paſcentibus bobus, vel a Danai liberis, ſorte regionem dividentibus, nominis etymologiam deducit, ſed cum in ejus verbis lacuna una & altera conſpicitur, integrum locum adſcribam: Νεμέα, τόπος ἐν Ἄργει· ἀπὸ τῶν νεμομένων ἐκεῖσε βοῶν, αἳ ἦσαν Ἥρας ἱεραί· ἢ ἀπὸ τῶν Δαναοῦ παίδων, οἳ κατενεμήσαντο καὶ ἐκληρώσαντο τὸ χωρίον. In vulgatis non apparent vocabula ἱεραί, neque etiam παίδων, quæ neceſſario requirebantur, uti liquet ex argumento ad Pindari Nemea jam allegato. De Argi bobus refert Etymol. Mag. Auctor in voce Ἀφέσιος, ex libro II Bithyniacorum Arriani.

[79] Τὸ ἐθνικὸν, Νέμεος, καὶ Νεμεαῖος.] In Florentina exhibetur, Νέμεος καὶ Νεμαῖος. Quod in hac editione repræſentatur, etiam Aldus & Xylander agnoſcunt. Gentile Νεμεῖος frequenter occurrit apud Pauſ. in Corinth. Θύουσι δὲ Ἀργεῖοι τῷ Διῒ καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται· καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις, Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. Sed hoc infra formatur ab oppido Locrico, quod Grammatici non libenter confundunt cum gentili deducto a [illegible] pido Elidis. Accurate videtur diſtinxiſſe Suidas hisce verbis: Νέ[illegible] ὁ ἐν τῇ Νεμέᾳ τῇ Λοκρικῇ [illegible] ὁ γὰρ κατὰ τὴν Ἦλιν Νεμέας πολίτης, Νέμεος ἀναγράφεται, καὶ Νεμεαῖος· ἤδη δὲ καὶ Νεμεήτης· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Ζεὺς Νεμεήτης. Illud autem gentile Νεμεαῖος eſt apud Strab. lib. VIII: Καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθευόμενα. Factum eſt etiam Νεμεαῖος dupl[illegible] dipthongo apud Heſiodum in Thog. Po[illegible] Νεμεαῖος, quod apud noſtrum non eſt, in [illegible] lib. V Sympoſiac. Quæſt. III. Ὑσ[illegible] μοῦ ἐκ τῆς Νεμεακῆς παν[illegible] τὸν τοῦ σελίνου στέφανον.

[80] Καὶ Νεμέα λέγεται.] F[illegible] videtur a Νέμεος. Verum [illegible] ludicra intelligenda ſunt. [illegible] Ephorum lib. XXIII, & [illegible] contra Patroclem, citant [illegible] χαράδρα· οὕτω τόπος τις [illegible] ἐν τῇ [illegible] πλησίον τῆς Νεμέας χαράδρας. Ἔφορος ἐν εἰκοστῇ τρίτῃ. Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους.

[81] Οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμεοι.] De hoc oppido Locrico mentionem fecit Plutarchus in Septem Sap. Convivio, ubi de morte Heſiodi loquitur: Ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸν Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρύσαντες. Ergo hinc liquet, ſectionem hanc eſſe mutilam, debebant enim nonnulla de ipſo oppido præcedere, antequam de oppidanis mentio celebratur.

[82] Καὶ Νεμεῆθεν ἐπίρρημα.] Adverbium hoc invenitur apud Plutarchum lib. V Sympoſiac. Quæſt. III, qui illud citat ex Callimacho:

Ζήλῳ τῷ Νεμέηθε, πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
Ἥ, πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

[83] Ποντικὴ πόλις.] Satis nota eſt ex Geographis hæc urbs, quæ fuit Metropolis Ponti Polemoniaci, teſte Am. Marcellino lib. XXVII. Terræ motu periit, auctore Paulo Diacono lib. II. Hiſt. Miſcel. *Tunc etiam terræ motus maximus in oriente factus eſt, & præcipue in Antio-*

λις. [84] τὸ ἐθνικὸν, Νεοκαισαρεὺς, ὡς Φλέγων [85] πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιάδι. οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀδριανοπολῖται. [86] ἔστι καὶ Βιθυνίας.

ΝΕΌΝ ΤΕΙ͂ΧΟΣ, [87] πόλις τῆς Αἰολίδος, ὡς Χωλὸν τεῖχος. τὸ ἐθνικὸν Νεοτειχίτης· ὡς Χωλοτειχίτης. [88] καὶ Νεοτειχεὺς, ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ.

ΝΈΠΕΤΟΣ, [89] πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τρισκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. [90] τὸ ἐθνικὸν, Νεπεσῖνος. ἡ τροπὴ δὲ τοῦ τ εἰς σ, ἰδιάζουσα, καὶ σεσημείωται.

ΝΈΣΣΩΝ, [91] πόλις Θεσσαλίας. Διονύσιος τρίτῳ Γιγαντιάδος. τὸ ἐθνικὸν, Νεσσωνίτης τῷ κοινῷ τύπῳ.

ΝΈΣΤΟΣ, πόλις καὶ ποταμὸς Ἰλλυρίας. [92] τὸ ἐθνικὸν Νέστιος, ὡς Ἀρτεμίδωρος δευτέρῳ γεωγραφουμένων· καὶ Νεστὶς, ἡ χώρα.

ΝΕΥ͂ΡΟΙ, ἔθνος τῆς Σαρματίας. [93] Διονύσιος ἐν περιηγήσει. [94] καὶ Νευρὶς ἡ χώρα. λέγονται καὶ Νευρῖται.

NE-

A jus gentile Neocæſareenſis, quo utitur Phlegon quinta decima Olympiade. Iidem etiam Adrianopolitæ appellantur. Eſt præterea Bithyniæ oppidum.

NEONTICHUS, ſive *Novus murus*, urbs Æolidis, uti Cholontichus, id eſt, *Clau-* B *dus Murus.* Gentile, Neotichita, uti Cholotichita, & Neotichenſis auctore Herodoto in Homeri Vita.

NEPETUS, urbs Italiæ, de qua Dionyſius libro decimo tertio Antiquitatum Roman. Gentile, Nepetinus. Quod autem li- C tera T vertatur in S, huic voci peculiare eſt, & ideo notandum.

NESSON, urbs Theſſaliæ de qua Dionyſius libro III. Gigantidis. Gentile, Neſſonita, juxta communem formam.

NESTUS, urbs & fluvius Illyriæ. Gen- D tile Neſtius, auctore Artemidoro libro ſecundo Geographicorum. Et Neſtis, regio.

NEURI, gens Sarmatiæ, de qua Dionyſius in Periegeſi. Et Neuris, regio. Appellantur etiam Neuritæ.

NE-

Antiochia, qua anno jugiter eſt commota, & Neocæſarea civitas Ponti cecidit.

84 Τὸ ἐθνικὸν Νεοκαισαρεύς.] Sic erat editum in Veneta Florentinaque editione, quod revocavimus: peſſime vero in Xyland. Τὸ ἐθνικὸν Νεοκαισαρεαλεύς.

85 Πεντεκαιδεκάτῃ ὀλυμπιάδι.] Sic emendavimus ex mente Salmaſii, male in omnibus editis & MSS exhibetur, πεντεκαιδεκάτῳ ὀλυμπιάδος. Hujus emendationis rationes videſis apud Salmaſium in notis ad Æl. Spartianum.

86 Ἔστι καὶ Βιθυνίας.] Videtur excidiſſe τὸ πόλις. Ideoque forte legendum, ἔστι καὶ πόλις Βιθυνίας.

ὈΠΙΚΟΊ, ἔθνος Ἰταλίας· Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου, [27]* γλώσσας συνέμιξαν. οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοὶ, ἀπὸ τῶν ὄφεων.

OPICI, gens Italiæ, de qua Eudoxus libro ſexto de terræ circuitu. Linguas commiſcuerunt: alii vero Ophicos dictos volunt ἀπὸ τῶν ὀφέων, a ſerpentibus.

ὈΠΟΈΙΣ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, [28] ἀπὸ Ὀπόεντος. τὸ ἐθνικὸν, Ὀποείσιος, Ὀποεσία. λέγεται καὶ Ὀποῦς Ὀπουντος, κατὰ κρᾶσιν ἔστι καὶ Ὀποῦς πόλις Ἀχαΐας, [30] καὶ τῆς Ἠλείας ἄλλη. [31] οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι. B

OPOEIS, urbs Locrorum Epicnemidiorum, ſic ab Opoënte dicta. Gentile, Opoïſius, Opoïſia. Dicitur quoque Opûs Opuntis per craſin. Eſt quoque Opûs urbs Achaiæ, & Elidis alia. Cives, Opuntii.

ὈΡΒΙΊΤΑΙ[32], ἔθνος Ἰνδικὸν, [33] ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ, περὶ Ἀλεξανδρείας. C

ORBITÆ, gens Indica circa Alexandriam, cujus meminit Apollodorus libro ſecundo.

ὌΡΑΘΑ[34], πόλις τῆς ἐν Τίγρητι Μεσήνης· Ἀῤῥιανὸς Παρθικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ὀραθηνός.

ORATHA, urbs Meſenæ, quæ eſt juxta Tigrum, cujus meminit Arrianus libro ſexto decimo Parthicorum. Gentile, Orathenus.

ὈΡΓΑΛΗΜΑ[35], πόλις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. εἰσὶ καὶ Ὀργομεναὶ πόλις Ἰλλυρίας. [36] τὸ ἐθνικὸν, Ὀργομεναῖος. καὶ τῆς δευτέρας, Ὀργομένιος. D

ORGALEMA, urbs ad Iſtrum, de qua Hecatæus in Europa. Sunt quoque Orgamenæ urbs Illyriæ. Gentile, Orgomenæus. Et alterius urbis Orgomenius.

ὈΡΓΩΝ ORGON

ρυγχος πόλις, καὶ νομὸς ὁμώνυμος· τιμῶσι δὲ τὸν ὀξύρυγχον, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν Ὀξυρύγχου. Vide præterea Plutarchum de Iſide & Oſir: & Ælian. de Animal lib. x cap. XLVI.

26 Ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης.] Gotzius adduxit nummum Domitiani cum hac inſcriptione: ΟΞΥΡΥΓΧΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. Concil. Conſtantinopol. inter alios Epiſcopos ſupſcripſit *Dorotheus Oxyrinchites.* Vide tom. III Concil. General. pag. 364. Et in Conc. Calched. tom. VIII. Concil. pag. 340 occurrit *Petrus Oxyrinchitanus*, quod gentile Latino ore formatum eſt.

27 Γλώσσας συνέμιξαν.] Cluverius libro III cap. IX Ital Antiq. manifeſtam heic notavit lacunam, in qua reddenda erat ratio, cur dicti fuerint Opici, nihil tamen adferens, quo hæc lacuna in noſtro repleatur. Sunt qui lacunam hunc in modum replere conantur: Οἱ μὲν, ὅτι γλώσσας συνέμιξαν· οἱ δὲ ὅτι Ὀφικοὶ, ἀπὸ τῶν ὄφεων. Verum ſi ita hanc lacunam ſuppleas, non tamen conſtabit, unde Ὀπικοὶ nominis originem deducunt. Cenſeo itaque totum locum ita debere emendari atque impleri: Οἱ μὲν, ὅτι γλῶσσαν συνέμιξαν, ἀπὸ τοῦ ὀπός. οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοὶ ἀπὸ τῶν ὄφεων. Hi Opici, qui ſeſe lingua cum Auſonibus & Auruncis permiſcebant, ἀπὸ τοῦ ὀπὸς, id iſt, *a voce* ſive *lingua* nomen invenere: alii tamen eos *Ophicos* appellant, quia eorum regio ſerpentibus abundat: Servius ad lib. VII Æneid. *Oſcorumque manus. Capuenſes dicit, qui ante Ophici appellati ſunt, quod illic plurimi abundavere ſerpentes: nam Græce* ὄφις, *dicitur ſerpens.*

28 Ἀπὸ Ὀπόεντος.] Herois nomen idem eſt ac urbis nomen, Ὀπόεις Ὀπόεντος & per craſin Ὀποῦς Ὀποῦντος. Hunc Eleum fuiſſe perhibet Schol. Apoll. Rhodii ad lib. I. Argon. Ὀποῦς πόλις τῆς Λοκρίδος, ἀπὸ Ὀπόεντος τοῦ Ἠλείου. Sed Scholiaſtes Pindari Locri & Protogeniæ filium fuiſſe tradit pag 87. ad IX od. Olymp. Quia autem hujus urbis inſignem deſcriptionem reliquit Palmerius, plura addere ſupervacaneum exiſtimo.

29 Τὸ ἐθνικὸν, Ὀποείσιος.] Eodem modo formavit illud gentile Euſtathius in comment. ad Iliad. B pag. 277. Ἐθνικὸν τοῦ Ὀπόεις, Ὀποείσιος, ὡς Σιμόεις Σιμοείσιος· ὥσπερ δὲ Πλακόεις ἐν συναιρέσει Πλακοῦς, καὶ Σιμόεις Σιμοῦς, οὕτω καὶ Ὀπόεις Ὀποῦς καὶ κλίνεται Ὀποῦντος, καὶ τὸ ἐθνικὸν ἐξ αὐτοῦ Ὀπούντιος.

30 Καὶ τῆς Ἠλείας ἄλλη.] Male in Aldina Juntinaque exhibetur, καὶ τῆς Ἡλίου ἄλλη Hujus oppidi meminit Strabo lib. IX: Λέγουσι δὲ Ὀπουντίους τινὰς καὶ ἐν τῇ Ἠλείᾳ φασὶν, ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, πλὴν ὅτι συγγένειαν αὐτῶν ἐξανανεοῦντες τοῖς Ὀπουντίοις ὑπάρχουσιν.

31 Οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι.] Paſſim apud ſcriptores antiquos hoc civis nomen eſt in uſu: verum apud Goltzium alioſque antiquarios proſtant nummi cum inſcriptione ΟΠΟΝΤΙΩΝ.

32 Ὀρβῖται, ἔθνος Ἰνδικόν.] Eadem eſt gens, quæ ſupra noſtro appellatur Ἀρβῖται & Ἀραβῖται habitantes ad fluvium Indicum, cui nomen Ἄρβις & Ἄραβις.

33 Ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας.] Hæc in omnibus libris ſine ulla diſtinctionis nota circumferuntur, quaſi intelligeretur opus, quod Apollodorus de Alexandria compoſuerat: Sed noſter vult Orbitas circa Alexandriam fuiſſe ſitos, & quidem circa Alexandriam, quod in iſta voce quarto loco recenſet.

34 Ὄραθα, πόλις τῆς ἐν Τίγρητι Μεσήνης.] Facile adducor, ut credam eſſe antiquorum אור *Ur* Chaldæorum, cui Græci ſcriptores ſolitam terminationem affinxere. Plinio, mutatis mutandis, dicitur *Ura* lib. V cap. XXIV: *Ita fertur* (nempe Euphrates) *uſque Uram locum in quo converſus ad orientem relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines.* Quæ autem ſit Μεσήνη ἡ ἐν Τίγρητι, ſatis perſpicue docet Stephanus in Ἀπάμεια, ubi hæc leguntur: Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιεχομένη.

35 Ὀργάλημα, πόλις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ.] Summa librariorum incuria, vel alio quodam caſu duæ lectiones in unam ſunt conflatæ, quod ſatis liquet ex gentilibus, quæ minime cum primitivo conveniunt Luculentum iſtius rei exemplum, quod aliquando duæ lectiones commiſceantur, fuit quondam in Ἔδδανα, unde omnes editi exhibebant gentile Ἐδεβησσεύς, quod tamen ope MSS correximus.

36 Τὸ ἐθνικὸν Ὀργομεναῖος.] In MSS legitur Ὀργαμαῖος.

Ο'ΡΓΩ'Ν [37], νῆσος πλησίον Τυῤῥηνίας. τὸ ἐθνικὸν, Ο'ργώνιος, ὡς Α'ντρώνιος.

Ο'ΡΔΑΙ'Α, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Ο'ρδοι. [38] λέγονται καὶ Ο'ρδαῖοι, ὡς Νίκανδρος.

Ο'ΡΕΣΘΑ'ΣΙΟΝ [39], πόλις Α'ρκαδική, ἀπὸ Ο'ρεσθέως τοῦ Λυκάονος· Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ πολίτης, Ο'ρεσθάσιος.

Ο'ΡΕ'ΣΤΑΙ [40], Μολοσσικὸν ἔθνος· Ε'κατταῖος Εὐρώπῃ. [41] Θεαγένης ε Μακεδονικῶν φησιν, ὅτι ἐπεὶ ἀφείθη τῆς μανίας Ο'ρέστης, φεύγων διὰ τὴν αἰδῶ μετὰ τῆς Ε'ρμιόνης, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν γῆν, καὶ παῖδα ἔσχεν Ο'ρέστην· οὗ ἄρξαντος, ἐκλήθησαν Ο'ρέσται. αὐτὸς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον τῆς Α'ρκαδίας, [42] τὸ λεγόμενον Ο'ρέστιον. [43] λέγεται καὶ θηλυκὸν Ο'ρεστὶς καὶ Ο'ρεστιάς· ὡσαύτως Θεαγένης, καὶ [44] Διονύσιος δευτέρῳ Γιγαντιάδος.

Ο'ΡΕ'ΣΤΗ [45], πόλις Εὐβοίας· Ε'καταῖος Εὐρώπης περιηγήσει. τὸ ἐθνικὸν, Ο'ρέσται ὁμοίως.

Ο'ΡΕΣΤΙ'Α, πόλις ἐν Ο'ρέσταις, ἐν ὄρει ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, [46] ἐξ ἧς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος βασιλεύσας Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Ο'ρεστιαῖος. ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Α'ρκαδίᾳ Ο'ρεστία, ἣν Εὐδαίμων καὶ Ω'ρος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσι, [47] τὴν Ο'ρέσθαν.

ORGO, inſula prope Tyrrheniam. Gentile, Orgonius, uti Antronius.

ORDÆA, urbs Macedoniæ. Gentile, Ordi. Appellantur etiam Ordæi, uti Nicander perhibet.

ORESTHASIUM, urbs Arcadica, quæ ab Orestheo Lycaonis filio nomen invenit, auctore Pauſania lib. VIII. Civis, Oreſthaſius.

ORESTÆ, gens Moloſſica, de qua Hecatæus in Europa. Theagenes libro V rerum Macedonicarum inquit, Oreſtem, poſtquam a furore fuit liberatus, præ pudore cum Hermione fugientem, in iſtam regionem veniſſe, atque filium Oreſtem habuiſſe, quo imperante Oreſtæ nomen accepere. Ipſe vero a vipera morſus, moritur in Arcadiæ munimento, cui nomen Oreſtium. Dicitur quoque genere fœminino Oreſtis & Oreſtias, quemadmodum ipſe Theagenes perhibet, & Dionyſius libro ſecundo Gigantiadis.

ORESTE, urbs Eubœæ, auctore Hecatæo in Periegeſi. Gentile, Oreſtæ, eodem modo.

ORESTIA, urbs apud Oreſtas in monte qui Macedoniæ adjacet, cujas erat Ptolomæus Lagi filius, primus Ægypti rex. Civis, Oreſtiæus. Eſt quoque alia Arcadiæ Oreſtia, quam Eudæmon & Orus per ει diphthongum ſcribunt & Oreſteam appellant.

μαῖος, unde non incommode emendari poſſet Ο'ρχαλημαῖος.

37 Ο'ργὼν, νῆσος Τυῤῥηνίας.] Aldina Juntinaque exhibent: Ο'ργον & gentile Ο'ργόνιος. Sed potior mihi videbatur Xylandriana lectio, quam expreſſimus. Cenſet Cluverius Ital. Ant. liq. II, eſſe inſulam cui nomen Urgo inter Caprariam & Maetæ fluminis oſtium, memoratam Melæ, Plinio ac Martiano Capellæ. Vulgo nunc *Gorgona* dicitur, quod vocabulum jam multis abhinc ſeculis obtinuit, unde apud Rutilium in Itinerario:

Adſurgit Ponti medio circumflua Gorgon
Inter Piſanum Cyrnaicumque latus.

38 Λέγονται καὶ Ο'ρδαῖοι.] Sine dubio iidem ſunt populi, qui ſupra Ε'ορδαῖοι & Ε'ορδοὶ, præfixa ſecunda vocali, ab Herodiano appellantur.

39 Ο'ρεσθάσιον πόλις Α'ρκαδική.] Utroque genere, fœminino & neutro oppidi nomen a Pauſania libro citato effertur: Ο'ρεσθεὺς δὲ Ο'ρεσθάσιον, Φιγαλίαν δὲ οἰκίζει Φίγαλος. Et paucis interjectis verſibus: Φιγαλίᾳ δὲ καὶ Ο'ρεσθασίᾳ ἐν χρόνῳ μεταβάλλουσι τὰ ὀνόματα.

40 Ο'ρέσται, Μολοσσικὸν ἔθνος.] Oretæ ſine ſigma, & Oreſtæ populi ſunt diverſi, uti docet Euſtathius in comment. ad Dionyſ. Ο'μοίως μετὰ Σαυροματας εἰσὶ καὶ οἱ ἐν Ο'δυσσείᾳ πλατύτερον ἱστορηθέντες Κιμμέριοι, καὶ οἱ Ο'ρῆται, δίχα τοῦ σ· οἱ γὰρ μετὰ τοῦ σ Ο'ρέσται ἔθνος εἰσὶν Εὐρωπαῖον, Μολοσσικόν· ἀπὸ τοῦ Α'γαμεμνονίδου Ο'ρέστου κεκλημένοι.

41 Θεαγένης ε Μακεδονικῶν φ.] Sic emendavit Salmaſius in margine ſui Stephani, quod nobis magis arridebat, quam quod in vulgatis exhibetur, Θεαγένης ἐν Μακ. φησιν.

42 Τὸ λεγόμενον Ο'ρέστιον] Euripides in Oreſta hunc locum appellat Ο'ρέστειον, ex quo ſequentes verſiculos adducit Salmaſius:

— — Σὲ δ' αὖ χρεὼν
Ο'ρέστα, γαίας τῆσδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους
Παῤῥάσιον οἰκεῖν δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον.
Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον,
Α'ζᾶσιν, Α'ρκάσιν τ' Ο'ρέστειον καλεῖν.

43 Λέγεται καὶ θηλυκὸν Ο'ρεστὶς καὶ Ο'ρεστιάς.] Addam verba Solini, ex quibus patebit, hanc regionem Oreſtidem fuiſſe appellatam: *Populi ſunt, qui ut Oreſtæ dicerentur, inde cœptum. A Mycenis profugus matricida, cum abſceſſus longius deſtinaſſet, natum ſibi in Æmathia parvulum de Hermione, quam in omnes caſus ſociam adſciverat, hic mandaverat occulendum. Adolevit puer in ſpiritu regii ſanguinis, nomen patris ſui referens: occupatoque quicquid eſt quod procedit in Macedonicum ſinum & Adriaticum ſalum, terram cui imperaverat Oreſtidem dixit.* Arrianus in Indicis ſic quoque vocavit hanc regionem: Ε'κ δὲ Ο'ρεστίδος, Κρατερός τε ὁ Α'λεξάνδρου. Illud Ο'ρεστιὰς quod ſequitur, occurrit apud Strab. lib. VII: Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ Λυγκηστὸν, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ο'ρεστιάδα, καὶ Ε'λιμίαν τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλουν.

44 Καὶ Διονύσιος δευτ. Γιγ.] Conjunctionem καὶ inſerendam putavi, vult enim Theagenem & Dionyſium iſta fœminina uſurpaſſe.

45 Ο'ρέστη, πόλις Εὐβοίας.] Ultima vox abeſt ab omnibus libris MSS & editis: eam auctoritate Heſychii revocavi, apud quem legitur, Ο'ρέστη, χωρίον Εὐβοίας. Deinde vidi, ſic quoque emendaſſe Salmaſium ad oram ſui Stephani.

46 Ε'ξ ἧς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου.] Omnes editi exhibebant, ἐν ᾗ Πτολεμαῖος. Libri MSS Palatini, ἐξ ἧς καὶ ἐν ᾗ Πτολεμαῖος. Sed Voſſianus calamo exaratus, ἐξ ἧς Πτολ. ὁ Λάγου, quod in hac editione excudi curavimus.

47 Τὴν Ο'ρέσθαν.] In omnibus editis male impreſſum erat τὴν Ο'ρέσθον, quod correctione indigebat.

Π. P.

ΠΑΛΙΚΗ, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἑνδεκάτῳ περιηγήσεως Σικελίας, Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι. [1] πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς [2] Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις γενεαλογεῖ, [3] Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου. Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ, Αἴτνης, τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου, κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς, διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι. ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, [4] ὡς δεκάκλινος. αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις

PALICE, urbs Siciliæ. Theophilus libro undecimo deſcriptionis Siciliæ, Palicinum fontem commemorat, prope quem Palicorum templum eſt, qui dæmones quidam ſunt, quorum genealogiam Æſchylus in Ætna deducit a Jove & Thalia, quæ Vulcani filia fuit. Verum Silenus libro ſecundo perhibet, eſſe filios Ætnæ, Oceani filiæ, & Vulcani. Appellatos autem Palicos ajunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quod quum mortem obiiſſent, ad homines redirent. Eſt quoque fons quidam in Palicis Siciliæ, cujus ſpatium decem accubantium capax eſt. Ipſe aquam ejicit ad altitudinem ſex cubitorum, ut ad-

Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν.] Peſſimo errore in Veneta Florentinaque excuſum eſt, ἱερῶν Παλικῶν, quod, cum correxit Xylander, tuto ſequimur. Fanum hoc antiquitate & veneratione præ cæteris eminebat, imo porticibus & aliis diverſoriis erat inſtructiſſimum. Hinc apud Diod. Sic. lib. xi legimus: Μυθολογοῦσι γὰρ, τὸ τέμενος τοῦτο διαφέρειν τῶν ἄλλων ἀρχαιότητι καὶ σεβασμῷ, πολλῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων. Et paucis interjectis verſibus: Ἔστι δὲ καὶ τὸ τέμενος ἐν πεδίῳ θεοπρεπεῖ κείμενον, καὶ στοαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις καταλύσεσιν ἱκανῶς κεκοσμημένον.

[2] Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις.] Placuit nobis lectionem MSS codicum, & ab Aldo & Junta divulgatam amplecti: imo rationem nullam video, quare Xylander ἐν Αἰτναίοις ediderit. Hoc dramatis nomen utroque numero invenitur, & apud Macrob. lib. v Satur. cap. xix ſingulari occurrit, ſic enim ille: *Sed hæc quæ diximus auctoritatibus approbanda ſunt. Æſchyli tragœdia eſt, quæ inſcribitur Ætna, in hac cum de Palicis loqueretur ſic ajt:*

> Τί δῆτ' ἐν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;
> Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν,
> Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μένει φάτις,
> Πάλιν γὰρ ἥκουσ' ἐκ σκότους, τόδ' ἐς φάος.

Hos verſus non tranſcripſiſſem, niſi Stephanum eoſdem in genuino opere habuiſſe mihi perſuaſeram. Apud Heſychium aliquoties Æſchyli Ætna allegatur, ſed de ea re conſulendus Pricæus in Ind. ad illum auctorem.

[3] Διὸς καὶ Θαλείας.] Eadem hæc habet Macrobius ex Æſchylo lib. v. Sat. capite allegato: *In Sicilia Symetus fluvius eſt: juxta hunc nympha Thalia compreſſu Jovis gravida, metu Junonis optavit, ut ſibi terra dehiſceret. Factum eſt. Sed ubi venit tempus maturitatis infantum, quos alvo illa geſtaverat, recluſa terra eſt, & duo infantes de alvo Thaliæ progreſſi emerſerunt; appellatique ſunt Palici* ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι; *quoniam prius in terram merſi, denuo inde reverſi ſunt.*

[4] Ὡς δεκάκλινος.] In Aldina Juntinaque ultima vox legitur cum majuſcula, adeo ut editores hanc vocem pro aliquo ſcriptoris nomine accepiſſe videantur. Apud Ariſtot. de Adm. Auſcult. eadem hæc de Palicorum fonte perhibentur, & uti heic apud Steph. ſic etiam apud Ariſtot. vox δεκάκλινος occurrit, & totus locus ſic vertitur: *Eſt Fons in Palice Siciliæ, amplitudine decalini.* Cluverius tranſtulit: *Fons amplitudine declaclinus.* Verum iſta interpretatione Græcarum literarum expertes, non facile acquieſcent, quanquam ſciam aliquando Latinos hujuſmodi vocabula uſurpaſſe, ut Martial. lib. ix Epig. lx.

> *Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,*
> *Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.*

Apud Athenæum lib. v. in elegantiſſima thelamegi navis deſcriptione huic non diſſimiles voces leguntur, κοιτὼν πεντάκλινος, ἑπτάκλινος, & συμπόσιον ἐννεάκλινον, id eſt, *cubiculum cum lectis quinque, cum lectis ſeptem, & cœnaculum cum lectis novem.* Imo apud eundem Athenæum lib. xii celebratur οἶκος ἑκατοντάκλινος, *ædes centum lectis inſtructa.* Apud Ariſtot. lib. allegato circa principium de Bolinthi tergore legitur, ὅταν ἐνδαρῇ τὸ δέρμα κατέχειν τόπον ὀκτακλίνου, *ubi fuerit diſtentum, locum octo accubantium occupare.* Et eodem libro de loco prope Apolloniam Taulanticam accolæ perhibent, ignem jugiter ardere loco

χὺς, [5] ὥςε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζεσθαι καταχλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸ καθίςαται. ἔςι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας, [6] βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, [7] τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, [8] αὐτὸς δὲ πίμπραται. [9] ὁ πολίτης, Παλικῖνος, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκῖνος, καὶ τὸ θηλυκὸν, Παλικίνη.

adſpicientes exiſtiment, campum omnem inundatum iri: ſed iterum ad ſe revertitur. Ibidem etiam eſt ſanctum juſjurandum: quicunque enim aliquid jurat, id tabellæ inſcriptum in aquam conjicit: quod ſi bona fide juret, tabella innatat; ſi vero pejeraverit, eripitur ex oculis, ipſe vero perjurus comburitur. Civis, Palicinus, uti ab Eryce Erycinus, & genere fœminino Palicina.

ΠΑΛΙ΄ΜΒΟΘΡΑ, πόλις Ἰνδική. ὁ πολίτης, Παλιμβοθρηνός.

PALIMBOTHRA, oppidum Indicum, cujus oppidanus Palimbothrenus.

ΠΑΛΛΑΝΤΙ΄Α [10], πόλις Ἰβηρίας. ὁ πολίτης, Παλλάντιος.

PALLANTIA, Iberiæ civitas, cujus civis Pallantius.

ΠΑΛΛΑ΄ΝΤΙΟΝ [11], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλλαντος, ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων, ὡς Ἡσίοδος. [12] τὸ ἐθνικὸν, Παλλάντιος. τινὲς δὲ Παλλαντιάδα καλοῦσιν, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἑςιαίας εἴρηται.

PALLANTIUM, urbs Arcadiæ, ſic dicta a Pallante, qui unus fuit ex Lycaonis filiis, uti Heſiodus perhibet. Gentile, Pallantius. Quidam vero Pallantiadem vocant, uti in voce Heſtiæa dictum eſt.

ΠΑ-

PA-

loco minime amplo, ut qui *pentaclini ſpatium* complectatur, quod ibi ſic Græce concipitur: ὁ δὲ καιόμενος τόπος, ἔςιν οὐ πολὺς, ὡς ἔοικεν, ἀλλ' ὅσον μάλιςα πεντακλίνου τὸ μέγεθος. Ex ultimis iſtis locis manifeſtiſſime liquet, hujuſmodi vocabula a Græcis, non accuratiſſimo modulo & pede aliquid metientibus, fuiſſe adhibita, atque variorum locorum & rerum ſpatiis attributa. Stephanus igitur aliique veteres, hunc Palicorum fontem δεκάκλινον deſcribentes, non volunt tot cubicula tot lectis inſtructa fuiſſe, ſed duntaxit ejus ſpatium & amplitudinem a decem accubantibus poſſe occupari. Idem eſt ac ſi dixiſſent, ἔςι δὲ ἡ κρήνη τὸ μέγεθος ὡς κλινῶν δέκα, & ſic plenarie loquebantur veteres, uti liquet ex Polyæno lib. IV, ubi Alexandri Mag. tabernaculum deſcribitur, ἡ σκηνὴ τὸ μέγεθος ἦν κλινῶν ἑκατόν. *Tabernaculum amplitudine tantum erat, ut centum menſas poſſet capere.* Salmaſius non contentus vulgata ſcriptura, ad oram ſui Stephani δεκάκρουνος emendare conatur, licet in MSS δεκάκλινος invenerit: ſed cum veteres nuſquam tradiderint, Palicorum fontem decem ſcaturigines habuiſſe, e quibus aqua proſiliebat (quemadmodum Calirrhoë apud Athenienſes, quæ ideo dicebatur Ἐννεάκρουνος, quia e novem fiſtulis aquam fundebat) iſtam emendationem, ut ab aliis exactius examinetur, heic duntaxat propoſuimus.

5 Ὥς τε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζεσθαι καταχλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον.] In omnibus libris MSS & vulgatis ſenſu parum integro legebatur, νομίζειν καταχλυσθήσεσθαι, ſed Ariſtotelis auctoritate νομίζεσθαι repoſuimus. Efficaciori ſenſu hæc leguntur apud Sotionem ex Iſigoni lib. II de Incredibilibus: Κρήνη ἐν Παλικοῖς, ἥτις εἰς ὕψος ἀναρρίπτει τὸ ὕδωρ πήχεων ἕξ, ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν καταχλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους, καθόλου δὲ οὐχ ὑπερεκχεῖται οὐδέν.

6 Βάλλει αὐτό.] Vitium eſt in omnibus libris: vel legendum, βάλλει αὐτὰ, ut reſpiciat ad ὅσα, vel βάλλει αὐτός. Et ſic ſenſus erit integer.

7 Τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται.] Tabella evaneſcit, depreſſa pondere ſuo, & in aquis demerſa, & hoc vult Ariſtot. jam toties allegatus, cum inquit: Τὸ μὲν πινακίδιον, βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεται.

8 Αὐτὸς δὲ πίμπραται.] Variæ a ſcriptoribus finguntur pœnæ, quibus perjuri afficiuntur. Noſter ex Ariſtotele tradit, pejerantes comburi. Macrobius ſcribit, falſum juratorem in lacu vitam amittere, & Polemo apud eundem, ἐμποδὼν τελευτᾷν *ſtatim expirare*. At Diodorus Siculus perhibet, perjuros oculis ſolum orbari. Hoc etiam ſequuti ſunt alii, inter quos Solinus: *Quiſquis ſacramento raptum negat, lumina aquis attrectat: ubi perjurium non eſt, cernit clarius: ſi perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum tenebris fatetur.* In qua ſententia verſantur Priſcianus in Periegeſi, & Iſidorus lib. XIV Orig. cap. VI. Sed imperite admodum has aquas ex Sicilia in Sardiniam tranſtulere, quemadmodum alii jam obſervarunt.

9 Ὁ πολίτης Παλικῖνος, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκῖνος, καὶ τὸ θηλυκὸν Παλικίνη.] Corruptiſſime hæc verba in omnibus libris calamo exaratis & editis concipiuntur. In Aldina Juntinaque, ὁ πολίτης Παλικηνὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκηνός· καὶ τὸ θηλυκὸν Παλικηνή. In Xylandriana: Ὁ πολίτης Παλικινὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκηνός. καὶ τὸ θηλυκὸν Παλικηνή. Quicquid etiam alii objecerint, ego veriſſimam & genuinam lectionem eſſe contendo, quam jam divulgavi. Superius ex Theophilo noſter habet Παλικίνην κρήνην, quod ſolum ſufficeret, ad ſententiam noſtram confirmandam. Scio in voce Ἐρύκη nunc tantum extare gentile Ἐρυκαῖος, ſed in v. Ἀβακαῖνον, etiam Ἐρυκῖνος invenitur. Imo hoc dicam, illos omnes toto cœlo errare, qui ſtatuunt in Sicilia formas gentilium in ηνος deſinentes obtineri, qui character duntaxat orientis incolis periculiaris eſt. In Polemone apud Macrob. lib. V Sat. Παλικεινοὶ invenitur, quod etiam corruptum eſt, legendumque, Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικῖνοι, πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλικίνην.

10 Παλλαντία, πόλις Ἰβηρίας.] Elementorum ordo, & auctoritas aliorum ſcriptorum, de hac urbe mentionem facientium, duplex λλ poſtulabat, quod a præcedentibus editionibus aberat. Mela lib. II cap. VI: *Urbium in mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimæ fuerunt Pallantia & Numantia.* Vide præterea Strab. Appian. & alios.

11 Παλλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλλαντος.] Et hoc loco contra fidem MSS alterum Λ inſerendum eſſe, multis docuit & probavit Salmaſius ad Solinum pag. 13 & pag. 140.

12 Τὸ ἐθνικὸν, Παλλάντιος.] Præter hoc gentile etiam invenitur Παλλαντιεὺς, & poſſeſſivum Παλλαντικὸς, quod ultimum uno in loco, primum vero aliquoties apud Pauſaniam in Arcadicis occurrit, ita enim ille: Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Χῶμα, ὅροι Μεγαλοπολίταις τῆς γῆς πρὸς Τεγεάτας καὶ Παλλαντιεῖς εἰσι· καὶ τὸ Παλλαντικὸν πεδίον ἔςιν ἐκτραπεῖσιν ἐς ἀριςερὰν ἀπὸ τοῦ Χώματος.

ΠΑΛΛΗΝΗ[13], πόλις Θρᾴκης, [14] A ἀπὸ Παλλήνης τῆς Σίθωνος μὲν θυγατρὸς, [15] Κλείτου δὲ γυναικὸς, ὡς Ἡγήσιππος ἐν τοῖς Παλληνιακοῖς. [16] καὶ Παλλήνη δ' ἐστὶ χερρόνησος τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένην. ἐκαλεῖ- B το δὲ Φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν γιγάντων. καὶ ἡ τῶν θεῶν καὶ τῶν Γιγάντων μάχη ἐνταῦθα μυθεύεται γενέσθαι· [17] Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς οὐκ ἐνταῦθα δὲ τὸν περὶ Παλλήνης ἔστηκε λόγον· C φησὶ γὰρ, τὴν μὲν γῆν ταύτην κεκλῆσθαι Φλέγραν, τοὺς δ' ἐνοικοῦντας γίγαντας· εἰς οὓς Ἡρακλέα καταχθέντα, τήν τε ὕβριν αὐτῶν, καὶ τὴν μισανθρωπίαν ἐκπλαγῆναι. ἐπεὶ δὲ καὶ μάχης ἤρξαντο, D τὰ συνήθη ὅπλα εἰς χεῖρας λαβὼν, ἐπέσθαι παντὶ σθένει, κτείνοντα τοὺς πόλεμον αὐτῷ ξένια τοῦ κατάπλου παρασχόντας. γενέσθαι δ' ἐν τῇ μάχῃ βροντάς τινας, καὶ πρηστῆρας, ἀφ' ὧν ἡ τῶν θεῶν μάχη E πρὸς

PALLENE, urbs Thraciæ, ſic dicta a Pallene Sithonis filia, ſed Cliti uxore, uti Hegeſippus in Palleniacis auctor eſt. Pallene quoque eſt peninſula triangularis, quæ viam (quâ in continentem itur) ad meridiem verſam habet. Vocabatur autem antiquitus Phlegra, & a gigantibus habitabatur: imo bellum Deorum cum gigantibus heic geſtum fabulantur. Theagenes in Macedonicis non ibi de Pallene ſermonem inſtituit: inquit enim iſtam regionem Phlegram, & incolas gigantes fuiſſe appellatos. Contra quos cum Hercules bellum ſuſcepiſſet, eorum contumeliam & inhumanitatem obſtupuit. Sed poſt quam conſuetis armis arreptis, prælium ſunt auſpicati, omnibus viribus eos eſt proſequutus atque neci dedit, qui ei bellum, tanquam donum, quod ad eos navigaſſet, obtulerant. Inter pugnandum vero tonitrua fulminaque mittebantur, unde Deorum pugna adverſus eos con-

13 Παλλήνη, πόλις Θρᾴκης.] A Macedonibus, qui π & φ in β mutare ſolent, hæc urbs Βαλλήνη appellatur, teſte Euſtathio ad Homeri Odyſſ. ι. pag. 1618. Νῦν δὲ, δοκεῖ πρὸς δεῖξιν τὸ Φίλιππος Βίλιππος, καὶ τὸ Παλληνικὸν βλέπειν, ἤγουν Βαλληνικὸν ἀπὸ Παλλήνης τῆς κατὰ Θρᾴκην τῆς καὶ Βαλλήνης. Et mox ſequitur: Λέγεται δὲ ὅτι τε ἧς γλώττης ἐστὶν ὁ Βίλιππος ἀντὶ τοῦ Φίλιππος, τῆς αὐτῆς καὶ τὸ Βαλλήνη, ἀντὶ τοῦ Παλλήνη, καὶ ὅτι ἀγρίως ἐβίουν οἱ Παλλήνιοι.

14 Ἀπὸ Παλλήνης τῆς Σίθωνος μὲν θυγατρός.] Multa ſunt quæ me movent, ut nihil mutandum cenſeam, quanquam ſummo jure in dubium vocari poſſit, an in obliquis caſibus per ο parvum, vel per ω magnum τὸ Σίθων inflecti debeat. Noſter regionis Σιθωνίας meminit, ut & Herodotus lib. VII cap. CXXII. His addam loca quædam corrupta, unde tamen conſtabit, Stephani lectionem vitii immunem eſſe. Euſtath. in Com. ad Dionyſ. de Situ Orbis, de Pallene ſic ſcribit: Παλλήνη πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Παλλήνης θυγατρὸς Τίθωνος. Ubi ex mente Stephani corrigendum Σίθωνος. Sed idem illud nomen multo magis vitiatum occurrit apud Cononem Narratione X hiſce verbis: Ὡς Ὄϊθων ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ὄσσης τῆς Θρᾳκίας Χερρονήσου βασιλεύς. γεννᾷ θυγατέρα Παλλήνην ἐκ Μενδηΐδος νύμφης· ἣν πολλῶν μνηστευομένων, ἆθλον ἔκειτο τῷ μάχῃ κρατήσαντι Ὄϊθωνος, καὶ τὴν κόρην ἔχειν καὶ τὴν βασιλείαν. Ubi mutatione unius literulæ emendandum Σίθων, & in ſecundo caſu Σίθωνος. Verum quemadmodum multa ſunt me moventia, ut nihil mutem, ſic etiam non nulla ſunt, quæ in obliquis caſibus ο parvum exigunt. uti auctoritas Virgilii, ſyllabam iſtam Eclog. X corripientis:

Nec ſic frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſæ.

Deinde tres editiones Erotic. Parthenii conſulens, qui perinde ac Stephanus ex Hegeſippi Palleniacis hanc de Sithone hiſtoriam pertexuit, in media voce ο parvum exaratum cap. VI inveni hoc modo: Λέγεται καὶ Σίθωνα τῶν Ὀδομαντῶν βασιλέα γεννῆσαι θυγατέρα Παλλήνην, καλήν τε καὶ ἐπίχαριν. Adeo ut Virgilii & Parthenii auctoritas Stephani ſcripturam evertant, & ego dubius ſim, quidve probem, quidve vituperem.

15 Κλείτου δὲ γυναικός.] Veneta Florentinaque cum aſpiratione, Κλείθου exhibent. Apud Parthenium loco allegato etiam Κλεῖτος legitur, & apud Cononem Narrat. X Κλίτος ſine diphthongo: Παλλήνη καὶ Κλίτος τὴν βασιλείαν ἐκδέχονται.

16 Καὶ Παλλήνη δ' ἐστὶ Χερρόνησος τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα &c.] Abeſt ab omnibus libris copulativa καὶ, quam ex Euſtathio revocavimus, ſic enim ille ad Iliad. B. pag. 291. Ἡ μέντοι Παλλήνη διὰ τοῦ α, πόλις ἐστὶ Θρᾴκης· καὶ Χερρόνησος δὲ τρίγωνος, ἡ καὶ Φλέγρα λεγομένη. Et ſic quoque loquitur in comment. ad Dionyſ. pag. 47. Præterea in omnibus MSS & prioribus editionibus legebatur, Χερρόνησος τρίγωνον τὴν βάσιν ἔχουσα, quod Xylander emendavit & nos ſequimur. Per *baſin* hoc loco intelligo iſtam terræ particulam, ſive viam, qua ex *Cherſoneſo* in continentem pergitur, quæque proprio nomine *iſthmus* appellatur. Marc. Heracleota, ſive potius Scymus Chius:

— — μετὰ δὲ τὴν Ὀλυνθίων
Ἀρέθουσα, Παλλήνη τ' ἐπ' ἰσθμοῦ κειμένη.

Porro βάσιν iſto gaudere ſignificatu, & ſumi poſſe pro via, ex magiſtris Græcis ſatis apparet. Heſychius: Βάσις, ὁ ῥυθμός· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν πορείαν, καὶ βῆμα, καὶ ὁδόν.

17 Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς, οὐκ ἐνταῦθα δὲ τὸν περὶ Παλλήνης ἔστηκε λόγον· φησὶ γὰρ, τὴν &c.] Hæc in omnibus libris tam peſſime erant depravata, ut mirer, alios illa tam ſicco pede potuiſſe tranſilire & aliquem ſenſum affingere, legebatur enim hoc modo: Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς οὐκ ἐν τούτῳ δ' ὁ περὶ Παλλήνης ἔστηκε λόγος· φασὶ γὰρ, τὴν μὲν γῆν &c. Nos corrigenda correximus, & ordinem concinnum orationi reddidimus. Quantum igitur, Theagenis Macedonicis hodie non proſtantibus, conjectura aſſequor, noſter hoc vult, Theagenem hiſtoriæ fidem de bello giganteo aliter prodidiſſe, eique locum non ad Pallenem, ſed ad Phlegram (quaſi hæc duo diverſa fuiſſent loca) aſſignaſſe. Et hoc ex veterum ſcriptorum monumentis ſatis clarum eſt, bellum illud giganteum diverſis locis fuiſſe adſcriptum. Sunt enim, qui Deos in Galliis Maſſiliam inter & Rhodani oſtia, cum gigantibus manus conſeruiſſe velint: alii vero in Italia prope Veſuvium Campaniæ montem: nonnulli in Phlegræis campis dimicatum ſtatuunt, quos alii Pallenæ peninſulæ, ali-

qui

περὶ αὐτοὺς μεμυθολόγηται. [18] τὸ ἐθνικὸν, Παλλήνιος. ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος Παλλήνη. ὁ δημότης, Παλληνεύς. ν. Ἀρμώνη

ΠΑ'ΛΜΥΡΑ [19], φρούριον Συρίας, οὗ μέμνηται Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. [20] τὸ ἐθνικὸν, Παλμυρηνός. οἱ δὲ αὐτοὶ, Ἀδριανοπολῖται μετωνομάσθησαν, ἐπικτισθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος.

ΠΑ'ΛΤΟΣ, πόλις Συρίας· [21] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ. [22] ὁ πολίτης Παλτηνὸς, ὡς Δαμασκηνός.

ΠΑΜΒΩΤΑ'ΔΗΣ [23], δῆμος Ἀττικὸς, Ἐρεχθηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Παμβωτάδης. τὰ τοπικὰ, εἰς Παμβωτάδων, ἐν Παμβωτάδων. Ἀριστοφάνης.

ΠΑΜΦΥΛΙ'Α, χώρα προσεχὴς τῇ Ἰσαυρίᾳ, [24] ἀπὸ Παμφύλης τῆς Ῥακίου καὶ Μαντοῦς. [25] οἱ κατοικοῦντες, Παμφύλιοι. τὸ κτητικὸν Παμφυλιακὸς, ὡς τὸ Κύπριος Κυπριακὸς, Βοιώτιος Βοιωτιακός. ἐχρῆν δὲ τὸ Πάμφυλις προπαροξύνεσθαι, [26] ὁμοίως τῷ Ἄγρυλις, διὰ τὸ τοῦ υ μῆκος. τὰ γὰρ συνεσταλμένον ἔχοντα τὸ υ, ὀξύνεται· πηγυλίς.

— νὺξ γὰρ ἐπῆλθε κακὴ Βορέαο πεσόντος

Πηγυλίς. —

A confictaest. Gentile, Pallenius. Est quoque populus Atticus Anthiochidis tribus Pallene dictus, cujus popularis Pallenensis.

PALMYRA, castellum Syriæ, cujus meminit Uranius libro secundo Arabicorum.
B Gentile, Palmyrenus. Iidem etiam Adrianopolitæ appellati sunt, civitate ab Imperatore instaurata.

PALTUS, urbs Syriæ, de qua Artemi-
C dorus in Epitome. Civis, Paltenus, uti Damascenus.

PAMBOTADES, populus Atticus Erechtheidis tribus. Popularis, Pambotades. Localia sunt, ex Pambotadis, ad Pambotadas, in Pambotadis. Aristophanes.

D PAMPHYLIA, regio Isauriæ vicina, a Pamphyle Rhacii & Mantûs filia nomen habens. Incolæ, Pamphylii. Possessivum, Pamphyliacus, ut a Cyprius fit Cypriacus, & a Bœotius Bœotiacus. Vox Pamphylis in antepenultima accentu erat signanda, quem-
E admodum vox Agrylis, propter υ longum. Quæ enim υ habent breve accentu in ultima notantur, uti in voce πηγυλίς.

— *Nox enim ingruit mala Borea cadente*

Πηγυλις, id est, *gelida*.

Θηγυ-

qui Macedoniæ, & alii Thraciæ attribuunt. Videſis Diod. Sicul. lib. IV & V: Strab. lib. V, & Pomp. Mel. lib. II cap. V

[18] Τὸ ἐθνικὸν, Παλλήνιος.] Iſto gentili utitur Diod. Sic. lib. XII: Γενομένης δὲ μάχης περὶ τὸν ἰσθμὸν τὸν πλησίον τῆς Παλληνίων. Invenitur præterea Παλληνεὺς apud Scymnum Chium pag. 26. Fœmininum Παλληνίς in uſu eſt apud Herodot. lib. I, qui templi Παλληνίδος Ἀθηναίης meminit, quanquam fatendum hoc a demo derivari.

[19] Πάλμυρα, φρούριον Συρίας.] Aliis urbs dicitur, non vero caſtellum, & olim cum Salomon eam ædificaſſet *Thadamora* appellabatur, teſte Joſepho lib. VIII Antiq. Jud. Ταύτην οὖν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλὼν, Θαδάμοραν ὠνόμασε, καὶ τοῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς Σύροις. Οἱ δὲ Ἕλληνες αὐτὴν προσαγορεύουσι, Πάλμυραν. Sed alii auctores in medio penultimam vocalem agnoſcunt, ſive Græci ſint, ſive Latini.

[20] Τὸ ἐθνικὸν Παλμυρηνός.] Apud Goltzium in Theſauro Elagabali nummus conſpicitur cum inſcriptione ΠΑΛΜΥΡΗΝΩΝ. Apud Treb. Pollionem etiam illud gentile invenitur in Gallienis: *Gallieno & Saturnino Coſſ. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius orientis imperium.* Et apud Vopiſ. in Aureliano: *Nam PALMYRENI qui jam victi atque contuſi fuerant &c. non mediocriter rebellant.*

[21] Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ.] Verba Artemidori, in quibus Palti memoriam celebrat, inveniuntur in voce Κάρνη, quæ ibi citantur ex libro X: Ἀρτεμίδωρος ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν. Ἔστι Κάρνος, καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις. Strabo lib. XVI etiam hujus urbis meminit, & eaſdem ei cum Artemidoro vicinas urbes adjungit: Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό τε Ποσείδιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα· εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παραλία Πάλτος, καὶ Βαλαναία, καὶ Κάρανος τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου, λιμένιον ἔχον. Sed obiter monendum pro Κάρανος in Strabone corrigendum Κάρνος, quod eſt apud Artemidorum & Steph. noſtrum.

[22] Ὁ πολίτης Παλτηνός.] In Conc. Calchedon. Act. VII Concil. General. celebratur memoria Σάββα τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Παλτηνῶν πόλεως. Latino ore hinc formarunt PALTENSIS. Quod gentile corruptiſſimum eſt in ſubſcript. Concilii Conſtantini. I. Tom. III Conc. Gen. pag. 364, ubi inter Epiſcopos provinciæ Syriæ Cœles ſubſcribentes, recenſetur *Severus Patrenſis*. Ubi *Paltenſis* legendum: nam *Patrenſis* ab Achaiæ oppido deducitur.

[23] Παμβωτάδης, δῆμος Ἀττικός.] In MSS δῆμος Ἀττικῆς. Meurſius cenſet in Stephano legendum Παμβωτάδαι. Sed ego nihil muto: nam aliis in locis nomen τοῦ δήμου καὶ τοῦ δημότου idem eſt.

[24] Ἀπὸ Παμφύλης τῆς Ῥακίου καὶ Μαντοῦς.] Euſtathius in Comment. ad Dionyſium Pamphyliæ nomen deducit, vel a muliere Pamphyle, vel a quodam Pamphylo. Ὅτι ἡ Παμφυλία χώρα ἢ ἀπὸ γυναικὸς Παμφύλης, ἢ ἀπὸ Παμφύλου τινὸς, οὗ καὶ ὁ Λυκόφρων μέμνηται.

[25] Οἱ κατοικοῦντες Παμφύλιοι] Apud Goltzium proſtat nummus Caii Cæſaris cum hac inſcriptione ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ. ΚΟΙΝΟΝ. Sed dicitur etiam ΠΑΜΦΥΛΟϹ, demto jota, uti circa finem hujus ſectionis liquet, & præterea ex Euſtathio ad Dionyſ. pag. 111: Ὅτι ὥσπερ Πάμφυλος καὶ Παμφύλιος τὸ ἐθνικὸν, καὶ Σύρος Σύριος, οὕτω καὶ Λυδὸς Λύδιος.

[26] Ὁμοίως τῷ Ἄγρυλις.] Quid ſit τὸ Ἄγρυλις, divinandum. Cenſeo eſſe fœmininum, quod ab Ἀγρύ-

λης

Θηγυλὶς, ἐπίθετον Ἀθηνᾶς· [27] γογγυλὶς τὸ δὲ Παμφυλὶς ἐθνικὸν, ὀξύνεται, ὡς Αἰολὶς, Αἰτωλὶς καὶ τὰ ὅμοια, [28] ὁ φυλέτης, Πάμφυλος, ἀλλὰ καὶ Παμφύλιος. ἔστι δὲ καὶ Παμφυλία πόλις Μακεδονίας.

Et ut Thegulis, Minervæ epitheton, & gongylis *rapa*. Vox vero Pamphylis gentile, accentu in ultima notatur, uti Æolis, Ætolis & ſimilia. Tribule nomen eſt Pamphylus & etiam Pamphylius. Eſt quoque Pamphylia, urbs Macedoniæ.

ΠΑΝΑΙΟΙ [29], ἔθνος Ἠδωνικὸν, οὐ πόρρω Ἀμφιπόλεως.

PANÆI, gens Edonica, non procul ab Amphipoli.

ΠΑΝΑΙΟΥΡΑ, πόλις Ἰνδικὴ, περὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. τὸ ἐθνικὸν, Παναιουρεὺς, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Κίνουρα Κινουρεὺς, Κυνόσουρα Κυνοσουρεύς· [30] καὶ ὡς Βοῦρα Βουραῖος, Παναιοῦρα Παναιουραῖος· [31] καὶ Ἀργοῦρα Ἀργούριος, Παναιούριος.

PANÆURA, urbs Indica, circa Indum amnem. Gentile, Panæurenſis, ad ſimilitudinem vocis Cinura *Cinurenſis*, Cynoſura Cynoſurenſis. Et uti Bura *Buræus*, Panæura Panæuræus, & Argura *Argurius*, Panæurius.

ΠΑΝΑΚΡΑ, ὄρη Κρήτης· [32] Καλλίμαχος,

> Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσιν, ἅτε κλείουσι Πάνακρα.

τὸ ἐθνικὸν, Πανακραῖος. τὸ θηλυκὸν, Πανακρίς. [33] ἔστι δὲ καὶ Πάνακρον πόλις Κύπρου. τὸ ἐθνικὸν Πανακραῖος, ἢ Πανάκριος.

PANACRA, montes Cretæ, de quibus Callimachus:

> *Idæis in montibus, quos vocant Panacra.*

Gentile, Panacræus. Fœmininum, Panacris. Eſt quoque Panacrum urbs Cypri, cujus gentile Panacræus vel Panacrius.

ΠΑΝΑΚΤΟΝ [34], φρούριον Ἀττικὸν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τρίτῳ Ἀτθίδος.

PANACTUM, caſtellum Atticum, cujus meminit Androtio libro III Atthidis.

ΠΑΝΔΑΙ [35], ἔθνος Ἰνδικὸν, κατὰ Διονύσου μετὰ Δηριάδου στρατευσάμενον, καθὰ Διονύσιος.

PANDÆ, gens Indica, quæ contra Bacchum cum Deriade bellum geſſit, teſte Dionyſio.

ΠΑΝΔΟΣΙΑ [36], φρούριον Βρεττίων, [37] ἐρυμνὸν καὶ τρικόρυφον, [38] περὶ ὃ ἐφθάρη Ἀλέξαν-

PANDOSIA, caſtellum Brettiorum munitum & tres vertices habens, circa quod Alexan-

λη, quæ apud Athenienſes eſt demus Erechtheidis tribus, alias etiam Ἀχραύλη dictus, deducitur, quanquam apud noſtrum in illa voce jam non occurrat.

[27] Γογγυλίς.] Ut aliis in locis, ita heic quoque appellativa propriis immiſcet noſter. Quid ſit τὸ γογγυλίς, nemo melius neque doctius explicuit, quam Henr. Stephanus in Ling. Græc. Theſauro, quo lectorem remittimus.

[28] Ὁ φυλέτης Παμφύλιος.] Hæc oſcitanter admodum Epitomator in compendium redegit, nam cum heic de tribulium nomine agatur, neceſſum erat quædam præceſſiſſe de ipſa tribu Dorienſium, de qua in præcedentibus capitulo Δυμᾶν egerat, ita enim ibi: *Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους.* Cæterum certum eſt, veteres olim dixiſſe Πάμφυλος & Παμφύλιος, teſte Euſtathio ad Dionyſ. pag. 112. *Περὶ δὲ Λυκίαν καὶ τὰ τοῦ βαθυκρήμνου Ταύρου ὄρεα φαίνεται μέχρι Παμφύλων, ἤτοι Παμφυλίων, διχῶς γὰρ ἡ τοῦ ἔθνους φέρεται γραφὴ, ὡς προείρηται.*

[29] Παναῖοι, ἔθνος Ἠδωνικόν.] Hi ab Heſychio & Phavorino Πάναινοι appellantur atque Thraciæ adſcribuntur. Sed puto τὸ ι voci male adhærere.

[30] Καὶ ὡς Βοῦρα Βουραῖος.] Male in hactenus vulgatis, καὶ ὡς Βαῦρα Βαυραῖος excuſum eſt, legendum enim quemadmodum emendavimus

[31] Καὶ Ἄργουρα Ἀργούριος.] Peſſime & hunc locum tractarunt librarii: in omnibus enim vulgatis conſpicitur Ἄγουρα Ἀγούριος. Vide in illa voce.

[32] Καλλίμαχος.] Verſiculus allegatus reperitur Hymno in Jovem, ut & fœminium Πανακρίς.

> Γεῦσο γὰρ ἐξαπιναῖα Πανακρίδος ἔργα μελίσσης
> Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.

[33] Ἔστι δὲ καὶ Πάνακρον πόλις Κύπρου.] Hujus meminit Nonnus in Dionyſ. lib. XIII.

> Οἵ τ' ἔχον ὑδατόεν τε πέδον, καὶ ἕδεθλα Σησοῦ,
> Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίην τε πολίχνην,
> Καὶ πέδον βαθύδενδρον ὀρεσσαύλοιο Πανάρκου.

Sed male ibi appellatur Πάναρκον, cum verum nomen ſit Πάνακρον, adeoque ibi legendum Πανάκρου.

[34] Πάνακτον, φρούριον Ἀττικόν.] Locus hic ab origani copia hanc appellationem accepiſſe videtur, nam teſte Heſychio Πάνακτος, ἡ ὀρίγανος, καὶ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Vide præterea Suidam & Harpocrationem, quibus idem locus Πάνακτος dicitur.

[35] Πάνδαι, ἔθνος Ἰνδικόν.] Arrianus in Indicis ex Megaſthene perhibet, Pandæam regionem ſic appellatam eſſe a Pandæa Herculis Indici filia. Vide Salm. ad Solinum pag. 995, qui plura de *Pandis* ſive Pandæis congeſſit, hic non repetenda. Sed obiter admonendum, hanc ſectionem in vetuſtioribus editionibus variis modis mutilam circumferri: Πάνδαι ἔθνος Διονύσου μετὰ Δηριάδην στρατευσάμενον, καθὰ Διονύσιος. Sed optime eam refecit Xylander, quem nos ſequuti ſumus.

[36] Φρούριον Βρεττίων.] In Aldina Juntinaque editione φρούριον Βρεκίων legitur, quod emendavit Xylander, & ſic olim ſcripſiſſe noſtrum, ſupra in illa voce liquet.

[37] Ἐρυμνὸν καὶ τρικόρυφον.] Voculam copulativam inſerui, quam ab omnibus libris abeſſe video.

[38] Περὶ ὃ ἐφθάρη Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός.] Integram ſectionem Noſter confecit ex Strab. lib. VI, ubi de hoc Bruttiorum caſtello ſic loquitur: *Μικρὸν δ' ὑπὲρ ταύτης Πανδοσία, φρούριον ἐρυμνὸν, περὶ ἣν Ἀλέξανδρος ὁ Μο-*

Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς, ἀπατηθεὶς ὑπὸ χρησμοῦ τοιούτου.

[39] Πανδοσίη τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.

ἔδοξε γὰρ πολεμίων, οὐκ οἰκείων φθορὰν δηλοῦσθαι. [40] τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσῖνος, ἀλλὰ καὶ Πανδοσιανός. [41] ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας, [42] τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσιεύς.

ΠΑΝΕΑΣ[43], πολίχνιον Φοινίκης. ὁ πολίτης, Πανεάτης.

ΠΑΝΕΛΛΗΝΕΣ[44], ὡς Παναχαιοί, [45] ἀπὸ μέρους τοῦ παν * τῷ ποιητῇ, ὡς

— [46] Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν.

Ἕλληνες γὰρ παρ' αὐτῷ, οἱ τὴν Φθιῶτιν Ἑλλάδα κατοικοῦντες.

[47] Μυρμιδόνες δ' ἐκαλοῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί.

ΠΑΝΕΛΟΣ ἀρσενικῶς, πόλις περὶ τὸν Πόντον. ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος τῶν Ἡρακλεω-

A Alexander Ætolus periit, ab hujuſcemodi oraculo deceptus:

Pandoſia tres colles habens, multum aliquando populum perdes.

Exiſtimavit enim hiſce verbis hoſtium, non vero ſuorum cladem indicari. Gentile, B Pandoſinus & Pandoſianus. Eſt quoque urbs Theſprotiæ, cujus gentile Pandoſienſis.

PANEAS, oppidulum Phœniciæ, cujus oppidanus Paneates.

PANHELLENES, ſicuti Panachæi, C a parte * apud Poëtam, ut

— *Leleges & Troës occidere.*

Hellenes enim apud ipſum ſunt Phthiotin Hellada incolentes.

D *Myrmidones vero vocantur, & Hellenes & Achai.*

PANELUS, genere maſculino, urbs circa Pontum. Sic dicta eſt a quodam ex Heracleo-

* Μολοττὸς διεφθάρη &c. Sed mirum eſt Stephanum ſcripſiſſe ὁ Αἰτωλὸς, cum Strabo non tantum, ſed etiam alii hunc Alexandrum Molottum appellavere. Aul. Gellius lib XVII cap. XXI: *Alter autem Alexander, cui cognomentum Moloſſo fuit, in Italiam venit bellum populo Romano facturus.* Et deinde ſequitur: *Eum Moloſſum, cum in Italiam tranſiret, dixiſſe accepimus*, ſe quidem ad Romanos ire quaſi in ἀνδρωνῖτιν; Macedonem iſſe ad Perſas, quaſi in γυναικωνῖτιν. Fortaſſis Ætolia tam late ſe extendebat, ut etiam Molottiam comprehenderit.

39 Πανδοσίη τρικόλωνε.] Male in Veneta Florentinaque: Παδοσίη τρικόλενε. Sic quoque illud oraculum citatur a Strabone, quod tamen alii hunc in modum proferunt.

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ,
Πανδοσίην θ' ὅθι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Hiſtoriam vide apud Strab. dicto loco, apud Liv. lib. VIII. & apud Juſtin. lib. XII.

40 Τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσῖνος.] Corruptum erat hoc gentile in omnibus libris: legebatur enim Πανδοσηνὸς, quod in Πανδοσῖνος mutavimus, quæ forma Italis eſt vernacula & Siciliæ incolis. Imo noſtram emendationem eſſe certiſſimam, abunde liquet in voce Ταλαρία, cujus gentile eſt Ταλαρῖνος, ὡς τῆς Πανδοσίας Πανδοσῖνος, καὶ Πλακεντῖνος.

41 Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας.] Hujus meminit Heſychius, Suidas, Harpocration Plinius & alii. Urbem fuiſſe Caſſopiæ liquet ex Demoſth. Orat. de Haloneſo: Τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν, καὶ Βούχετον καὶ Ἐλάτειαν Ἠλείων ἀποικίας, κατακαύσας τὴν χώραν, καὶ εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος, παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ, δουλεύειν. Sed Demoſthenis opinionem refutavit Theopompus, aſſeverans in Caſſopiæ quatuor extitiſſe urbes, qua de re conſule Palmerium Gr. Antiq. pag. 288.

42 Τὸ ἐθνικὸν Πανδοσιεύς.] Apud Goltzium in Magna Græcia inveniuntur nummi cum inſcriptione ΠΑΝΔΟΣΙΕΩΝ. Errat Hardvinus, cum ſtatuit τὸ Πανδοσηνὸς oppido Italiæ debere adſcribi, quia in Stephano juxta formam Italicam Πανδοσῖνος legi debeat, uti ſupra diximus. Verum tamen eſt, male Goltzium Pandoſienſium nummos Italiæ attribuiſſe.

43 Πανεάς, πολίχνιον Φοινίκης.] Alio nomine *Cæſarea Philippi* dicebatur hæc urbs (quæ ad pedes Panei montis ſita erat) ſed a Phœnicibus *Paneas*, cujus rei teſtem habeo Euſebium lib. XII Hiſt. Eccl. cap. XVII: Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ ταῖς αὐτόθι δεικνυμέναις ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι. Hinc apud Spanhemium in præclaro M. Aurelii nummo Mediceo legitur: ΚΑΙC. CEB. IEP. ΚΑΙ ACΥ. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. *Cæſarea Auguſta Sacra & inviolabilis ſub Paneo.* Adeo ut cum illuſtri viro ſtatuendum ſit, urbem hanc id nomen fuiſſe ſortitam, non ob cultum *Panis* ſimulacrum, neque a vicino fonte *Paneade*, ſed a monte ipſo ſub quo jacebat dicto *Panio*, juxta Joſephum de Bello Jud. lib. I cap. XVI, Euſebium, & ſecundum ſuperioris nummi ſcripturam.

44 Πανέλληνες, ὡς Παναχαιοί.] Quanquam vox compoſita ſit ex πᾶν & Ἕλληνες, non tamen vertendum *Univerſi Græci*, ſed ſimpliciter Græci. Πανέλληνες enim, ut bene obſervat CL. Grævius in lection. Heſiod. tempore Heſiodi, Homeri, Archilochi appellabantur Græci ad differentiam Ἑλλήνων proprie ſic dictorum. Hellenes autem tum temporis dicebantur Phthiotidis incolæ, quod nomen acceperunt ab Hellene Deucalionis filio, qui illius partis Theſſaliæ rex fuit. Hi itaque cum proprie dicerentur Ἕλληνες, reliqui Græciæ populi dicti ſunt Πανέλληνες. Vide Thucyd. prooemium, Strab. lib. VIII, Apollod. lib. I Biblioth.

45 Ἀπὸ μέρους τοῦ παν * τῷ ποιητῇ.] In omnibus libris MSS & editis hic locus mutilus circumfertur, poſſet ex conjectura ſuppleri hunc in modum, ἀπὸ μέρους τοῦ παντὸς λεγόμενοι τῷ ποιητῇ, ſed cum non ſequitur vox Πανέλληνες in addito Homeri hemiſtichio, cenſeo totam hanc ſectionem gravius laborare, quam quod humana conjectura curari aut ſuppleri poſſit.

46 Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν.] Hemiſtichium hoc deſumtum eſt ex Homeri Iliad. Υ, ubi hodie ἐναίρειν legitur, quod reddidi Stephano, pro ἐναίρων, quod in omnibus libris conſpiciebatur. Sed vox Πανέλληνες, quæ hanc ſectionem conficit, apud Poëtam invenitur Iliad. B.

Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς.

Ad quem locum vide Euſtathium.

47 Μυρμιδόνες δὲ καλοῦνται.] Libri omnes καλοῦνται. Sed quod repoſuimus in Homeri editis reperitur, & apud Apollonii Scholiaſt. ad lib. I. Argonaut ad v. 284.

48 Ἔστι

κλεωτῶν, ὃς ἀφίκετο ἐκ Βοιωτίας, ἀπόγονος ὢν Πηνέλεω τῷ στρατηγήσαντι ἐπὶ Τροίαν.

ΠΑΝΙ'Α, ἐπίνειον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήιον πεδίον. τὸ ἐθνικὸν, Πανιεύς. καὶ τὸ θηλυκὸν, Πανιάς. [48] ἔστι δὲ Πάνιον σπήλαιον Παλαιστίνης, [49] ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης. ὁ τοπίτης, Πανιεύς.

ΠΑΝΙΩ'ΝΙΟΝ, τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων. ὁ πολίτης Πανιώνιος, οὗ τὸ οὐδέτερον τὰ Πανιώνια. ἔστιν οὖν [50] ὡς Βυζάντιον Βυζάντιος, Ἀνακτόριον Ἀνακτόριος. τὸ κτητικὸν Πανιωνικός.

ΠΑΝΔΑΤΕΡΙ'Α [51], νῆσος, [52] ἐν ᾗ ἐξώρισεν Ἀγριππῖναν τὴν γυναῖκα Τιβέριος Νέρων. [53] τὸ ἐθνικὸν Πανλατερῖνος, καὶ Πανλατεριανός.

ΠΑΝΟ'ΠΗ [54], πόλις Φωκίδος. κέκληται δὲ ἀπὸ Πανοπέως τοῦ Φώκου παιδός. τὸ ἐθνικὸν οὖν Πανοπεύς, ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ.

πιμω-

racleotis, qui ex Bœotia advenit, nepos Penelei, qui in Trojam dux fuit.

PANIA, navale Ciliciæ, circa Aleïum campum. Gentile Panienſis, & fœmino gen. Panias. Eſt quoque Panium ſpelunca Palæſtinæ, unde Jordanes effluit. Loci incola Panienſis dicitur.

PANIONIUM, lucus & urbs in littore Epheſiorum & Samiorum. Civis, Panionius, unde neutrum plurale Panionia. Formatur eodem modo, ut a Byzantium Byzantius, & ab Anactorium Anactorius. Poſſeſſivum, Panionicus.

PANLATERIA, inſula, in quam Tiberius Nero uxorem Agrippinam relegavit. Gentile, Panlaterinus & Panlaterianus.

PANOPE, urbs Phocidis, quæ Panopeo Phoci filio ſic dicta eſt. Gentile igitur eſt Πανοπεύς, Panopenſis, quod primitivo ſimile eſt.

quæ

48 Ἔστι δὲ τὸ Πάνιον σπήλαιον Παλ.] Locum hoc nomine invenies apud Joſeph. lib. I de Bel. Jud. Ὁ δὲ, κἀν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ λευκῆς μαρμάρου καθιδρύσατο περὶ τὰς Ἰορδάνου πηγὰς καλεῖται δὲ Πάνιον ὁ τόπος.

49 Ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης.] Juxta Stephanum igitur Jordanes fluvius unicum haberet fontem, ſcilicet Panium, unde ejus aquæ erumpunt, quod fortaſſis noſter hauſit ex Joſepho lib. I de Bel. Jud, cujus verba commentario præcedenti allegavimus. Sed Joſephus lib. III de Bel. Jud. ſcaturiginem hujus fluvii accuratius examinans, perhibet, Panium quidem Jordanis fontem videri, ſed revera non eſſe, ejuſque aquas in loco, cui *Phiala* nomen, a Cæſarea 120 ſtadia remoto, erumpere. Hujus rei minime dubium experimentum fecerat Philippus Trachonitidis Tetrarcha, qui injectis paleis in Phialam, eaſdem apud Panium redditas invenit. Sed veteres omnes, qui de capite hujus fluvii poſteris aliquid tradidere, ei duos fontes attribuunt ex radicibus montis Libani (ſeu potius Antilibani, ſi Ptolemæi mappis eſt fidendum) erumpentes, quorum alter per Panium fluens veteri nomine *Dan*, alter vero *Jor* inſignitur, a *Dan* 160 ſtadia diſtans. Hi ubi in plana ſeſe præcipitavere, deinde confluunt, & *Jordanem* maximum fluvium conficiunt. Qua de re inſignis eſt locus Johannis Antiocheni apud Salmaſium in Plin. Exercit. qui deinde in ſupplementis Philoſtorgianis excuſus eſt. Sed ut aliorum quoque teſtimonio evincatur, *Jordanem* non ex uno fonte erumpere, addam verba Chryſoſtomi ex Oratione in Jordanem tom. VII pag. 354. Ὁ Ἰορδάνης παρὰ πάντας τοὺς ποταμοὺς δύο ῥίζας ἔχει πηγῶν· ἔχει δὲ τὴν μίαν τὴν πηγὴν εἰς τὴν Πανιάδα· τὴν δ' ἄλλην πλησίον τῆς Πανιάδος· καὶ ἡ μία πηγὴ καλεῖται Ἰόρ, ἡ δὲ ἄλλη Δάν. Hiſce haud diſſimilia leguntur apud Eugeſippum de Diſtantiis locorum Terræ Sanctæ: *Ad radicem Libani civitas Paneas ſita eſt, id eſt * Helymas, quæ & Cæſarea Philippi. Ad radicem Libani, Dan & Jor oriuntur, fontes illi duo, de quibus ſub montibus Gelboë, Jordanis conficitur.*

50 Ὡς Βυζάντιος.] Male in omnibus libris editis, ὡς Βυζάντιον Βυζαντηνός. Reſtuimus Βυζάντιος quod in MSS repræſentatur.

51 Πανλατερία, νῆσος.] Sic legitur in libris MSS & vetuſtioribus editionibus, quod aſſumſimus. Imo veriſſima hæc eſt lectio, quamvis male hanc inſulam ſic appellaverit Stephanus, confuſione literarum Λ & Δ deceptus. Ferrarius in Lexico Geograph. ex vetuſta quadam Stephani editione citavit *Palateria*, cum citare debuiſſet *Panlateria*. Ad quem locum ab alio additum eſt, *quid ſit Palateria ignoratur; non enim reperitur apud Stephanum*. Conſuluit hic ſine dubio Xylandrianam editionem in quo Πανδατερία legitur, quod quidem eſt genuinum inſulæ nomen, ſed nequaquam hujus loci cenſendum, quia elementorum ſeriem non ſervat. Inſulæ ſitus non indicatur, quem Epitomator flocci feciſſe videtur. Inſula eſt maris Tyrrheni in ſinu Puteolano, Pontiæ finitima.

52 Ἐν ᾗ ἐξώρισεν Ἀγριππῖναν τὴν γυναῖκα Τιβέριος Νέρων.] In Aldina Florentinaque male exhibetur Τιβέριος Νέρωνος, quod correxit Xylander. Noſter in hiſtoria Romana ſe imperitiſſimum hoc in loco prodidit. Nam Tiberius non uxorem, ſed nurum, ut bene obſervat Salmaſius in margine ſui Stephani, in hanc inſulam relegavit. Suetonius in Tiberio: *Nurum Agrippinam, poſt mortem mariti, liberius quiddam queſtam, manu apprehendit.* Deinde additur: *Noviſſime calumniatus; modo ad ſtatuam Auguſti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit.*

53 Τὸ ἐθνικὸν, Πανλατερῖνος.] Aldina Florentinaque, τὸ ἐθνικὸν Πανλατερηνός. Sed gentilia in νος non admittunt Itali. Vide quæ ſupra ad vocem Πανδοσία diximus.

54 Πανόπη, πόλις Φωκίδος.] Rariſſime hæc urbs a Græcis iſta terminatione efferrur. Heſychius: Πανόπη, πόλις Φωκίδος. Sic quoque Ovidio dicitur lib. III Metam. ubi de bove canit, quæ Cadmo juxta Apollinis oraculum viæ dux erat:

Jam vada Cephiſi, Panopeſque evaſerat arva:
Bos ſtetit. -- --

Panopea, ſive Panope alioquin eſt Nympha marina, Nereï & Doridis filia, de qua Homerus Iliad. Σ, & Virgil. lib. I Georg.

Vota-

ΠΑ'ΝΟΡΜΟΣ πόλις Σικελίας, καὶ λι- A μήν, ὡς Πολύβιος. [55] Οἱ κατοικοῦντες, Πανορμῖνοι. Ὁ δὲ τοῦ ἐν Σικελίᾳ πολίτης, [56] Πανορμίτης. [57] Τὸ θηλυκὸν, Πανορμῖτις. Λέγεται δὲ καὶ Πανορμεύς.

PANÓRMUS, urbs Siciliæ, & portus, ut Polybius. Incolæ, Panormeni. Civis vero ejus, qui in Sicilia, Panormita. Fœm. Panormitis. Dicitur vero etiam Panormeus.

ΠΑΝΟ'Σ [58] κώμη, κώμη περὶ τὴν ἐρυ- B θρὰν θάλασσαν, ἥ τις καὶ Πανῶν λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Πανοκωμίτης.

PANOS vicus, vicus circa mare rubrum; qui etiam *Panon* dicitur. Gentile, Panocomites.

ΠΑΝΟ'Σ [59] πόλις, πόλις Αἰγύπτου. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ θεοῦ ἄγαλμα μέγα, ὀρθιακὸν ἔχον τὸ αἰδοῖον εἰς ἑπτὰ δακτύλους· ἐπαίρει τε μάστιγας C τῇ δεξιᾷ [60] σελήνῃ, ἧς εἴδωλόν φασιν εἶναι τὸν Πᾶνα. Ὁ πολίτης, Πανοπολίτης.

PANOS urbs, urbs Ægypti. Eſt vero etiam Dei magnum ſignum, quod habebat pudendum arrectum circiter ſeptem digitorum: dexteraque flagellum intentat lunæ, cujus idolum ajunt eſſe Pana. Civis, Panopolites.

ΠΑΝΤΙΚΑ'ΠΑΙΟΝ [61], πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. Οἰκίσθη δὲ [62] παρὰ Αἰήτου παιδὸς, λαβόντος τὸν τόπον D παρὰ Ἀγαήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος [63] ποταμοῦ Παντικάπου. Ὁ πολίτης Παντικαπαιεύς. Λέγεται καὶ Παντικαπιάτης. Ἔστι δὲ Παντικαπαιεὺς, [64] ὡς Σινώπη Σινωπεύς. E [65] Τὸ δὲ Παντικαπιάτης, κεῖται παρὰ Εὐστοχίῳ.

PANTICAPÆUM, urbs maxima earum, quæ juxta Boſporum, metropolis. Condita vero fuit ab Æetæ filio, qui ab Agaëte Scytharum rege locum acceperat, atque à præterlabente fluvio Panticapa civitatem appellavit. Civis, Panticapæus. Dicitur etiam Panticapiates. Eſt verò Panticapæeus, ut Sinope, Sinopeus, Panticapiates verò invenitur apud Euſtochium.

ΠΑΝ-

PAN-

Votaque ſervati ſolvent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Ad Pag. 700 in illa voce. Τέγεστρα.] Nullam nominis originem Epitomator urbi adfingit; quam tamen Stephanus ipſe ſuo operi inſeruit, uti evidentiſſime ex commentariis Euſtathii ad Dionyſii Periegeſin probari poteſt. Ita autem habet Dionyſius.

- - - ἔνθα νένασται
Ἄστυ Τεγεστραίων, μυχάτοις ἐπὶ πείρασι πόντου.
- - - *ubi condita eſt*
Urbs Tegeſtræorum, intimis in finibus maris. Ad quæ verba ita commentatur Scholiaſtes. Ὅτι τὸ Τεγεστραίων Ἰλλυρικὸν ἄστυ, τουτέστι τὸ Τέγεστρον, παρὰ τοῖς μυχάτοις πέρασι τῆς Ἀδριάδος ἅλμης ἐστί. Τοῦτο καὶ Τέργεστρον λέγεται, ἀπὸ Τεργέστρου τινός. ὡς ἐν τῇ καταγραφῇ δηλοῦται τῶν ἐθνικῶν. Id eſt: *Tegeſtranorum Illyrica urbs, hoc eſt, Tegeſtrum, ad intimos maris Adriatici fines eſt. Hæc etiam Tergeſtrum dicitur, a quodam Tergeſtro, uti in conſcriptione gentilitiorum ſignificatur.* Procul dubio hic ipſius Ste-

phani

phani opus innuitur, quod in compendium redactum eſſe hinc apparet, quia Abbreviator de conditore nullam mentionem fecit.

Ibidem. Οὐδετέρως.] Latinis ſcriptoribus, Paterculo, Melæ, & Plinio Tergeſte dicitur, quod etiam neutrius generis eſt. Aſt apud Strabonem lib. VII. in fœm. genere legitur Τεργέστη: & lib. V. φρούριον Τεργέστε, *Caſtellum Tergeſtæ.*

Ibidem. Ἀπὸ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν.] Apertiſſimum eſt mendum in his vocibus. Quippe intimus ſinus receſſus pars contingens erat Adriæ ſinus. Scribo igitur: Ἀπὸ Τεργέστε, κώμης καὶ τοῦ μυχοῦ Ἀδρίου ἐπὶ . . . Id eſt: *A Tergeſtro vico & intimo ſinus Adriæ receſſu, ad* . . . . Interiit nomen alterius termini; a quo ad intimum ſinum quinquies mille & viginti novem erant ſtadia, ut etiam monuit Cluverius.

Ad Pag. 724. in voce ΥΒΛΑΙ. Τίελλα καλεῖται.] Ut complures aliæ voces in dictis verbis; ſic etiam hoc vocabulum Τίελλα corruptum eſſe ſuſpicor. Idem Epitomator, alio loco: φρούριον τῆς ἐν Σικελίᾳ Μεγαρίδος. Quum Dubium & ambiguum ſit vocabulum, Μεγαρὶς, quod aliàs Megarorum urbis agrum ſignificat; Ciceroni verò, & Melæ, & Plinio, ipſam urbem pars aliqua Hyblæ Megarenſis, ſive arx ejus, appellata eſſe potuit Στύελλα: Sic ſcilicet Τύχην quoque, quæ pars erat Syracuſanæ urbis, idem Epitomator πόλιν Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν pronuntiavit.

Ad Pag. 766: & ſequent. Ἐν ἕκτῳ Παρθικῶν.] mirum eſt profectò, Epitomatorem vel librarios tanta memoriæ imbecillitate laboraſſe, ut tam exiguo ſpatio interjecto non meminerint, ex quonam libro Parthicorum Quadrati ſequentia verba allegari deberent; nam in Ὠτηνή idem locus ex lib. II producitur, ubi mihi videtur majori accuratione expreſſus: Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ. Περὶ δὲ Κύρον ποταμὸν Ὠζαρηνοί τε καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες. Ex his verbis manifeſtè liquet τὸ Ὠβαρηνῖται, quod hoc capitulo ex Parthicorum ſexto allegatur, a mala manu profectum, pro quo nos confidenter Ὠζαρηνοὶ repoſuimus, & pro τῷ etiam περὶ quia in principio ſectionis noſter inquit, Obarenos περικεῖσθαι Κύρῳ ποταμῷ.

Ὠτηνοί.] Libri editi Xylandrianam præcedentes. Cod. Voſſ. & Alii: Ὠγηνοί, ſed vulgata lectio non eſt repudianda.

Ὤγενος ἀρχαῖος θεός.] Accipiendum videtur illud Ὤγενος pro ἀγένητος, quod ortu caret, cujuſque origo ignoratur: poſſetque deduci ab ἄγενος pro quo voluere Ὤγενος, uti Ὤδωνις pro Ἄδωνις, ὤρεος pro ἄρεος, ὠρχόμενος pro ἀρχόμενος & ejuſdem farinæ plura, quæ apud Æoles inveniuntur. Philoſophi veteres & mythicæ theologiæ antiſtites hac voce Oceanum nominavere, quem deorum antiquiſſimum, qui ante res alias extitit, & omnium rerum cauſam fuiſſe, exiſtimant. Phornutus capite de Oceano: Κατ' ἄλλον δὲ λόγον τὸν Ὠκεανὸν ἔφασαν ἀρχηγὸν εἶναι πάντων. οὐ γὰρ μία μυθολογία περὶ τοῦτον ἐγένετο τὸν τόπον. Ἔστι δὲ Ὠκεανὸς μὲν, ὁ ὠκέως νέων κύκλος, καὶ ἐφεξῆς μεταβάλλων. Τηθὺς δὲ ἡ ἐπὶ τῶν ποιοτήτων ἐπιμονή. ἐκ γὰρ τῆς τούτων συγκράσεως, ἢ μίξεως, ὑφίσταται τὰ ὄντα. οὐδὲν δ' ἂν ἦν, εἰ θάτερον ἀμικτὶν ἐπεκράτει. Idem teſtatur Ariſtides Oratione Iſthmica in Neptunum, ubi omnium Deorum ortum Oceano tribuit: Γένεσιν τοῦτ' εἶναι θεῶν φάσκων, ὥσπερ ἔρωτα Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν ἐν ἑτέρῳ ὀνόματι τῷ τοῦ Ὠκεανοῦ. Virgil. lib. IV. Georg. . . . . Simul ipſa precatur

Oceanumque patrem rerum, Nymphaſque ſorores.

Fingitur Tethys Oceani uxor eique coæva, quæ hac de cauſa γραῖα a poëtis dicitur. Lycophron:

Καὶ δὴ Παλαίμων δέρκεται βρεφοκτόνος
Ζέουσαν αἰθυίῃσιν πλεκτανοστόλοις
Γραῖαν σύνευνον Ὠγένου Τιτηνίδα.

Ad quem locum ſi Scholiaſt. audiamus, teſtatur is, Ogenum ſumi pro Oceano, ita enim ille Καὶ δὴ ὁ Παλαίμων ὁ βρεφοκτόνος δέρκεται καὶ βλέπει τὴν γραῖαν σύγκοιτον τοῦ Ὠγένου καὶ Ὠκεανοῦ, ἤτοι τὴν Τηθύν. Ab Ὤγενος fiunt Ὠγενίδαι καὶ Ὠγένιοι qui ſunt priſci & antiqui, & quaſi a mare progeniti. Heſychius: Ὠγενίδαι, ὠκεανίδαι, quas nympharum genitor Oceanus produxit. Et apud eundem Ὠγένιον, παλαιόν.

Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς Δήλῳ.] Totum hunc locum librarii male interpungendo, & alio modo corrumpendo, priſtino nitore privarunt: peſſime enim hodie in vulgatis circum fertur, Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς, Δηλωσιῶν τ' ἐγὼ τηθά τε καὶ ὠγενίης στυγὸς ὕδατι. Correctionem hujus loci Salmaſio debemus, quam ex marginibus ſui Stephani excerpſimus. In Plinianis tamen alio modò emendavit, ſic enim ibi legitur: Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς Δήλῳ.

Σωότοι ἐγὼ Τηθύς τε καὶ ὠγενίης στυγὸς ὕδωρ.

Sed quod divulgavi longe prætero: nam notiſſimum eſt Stygem maximum Deorum fuiſſe jusjurandum Heſiodus:

Τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ,
Ὠγύγιον. Idem Parthenii opus a noſtro citatur in Βελλεροφόντῃ, & in Γρύνοι.

Ἔνθα Ὀδυσσεὺς ἐκ τοῦ ναυαγίου ἐξερρίφη.] Hoc teſtificatur de ſe Ulyſſes Odyſſ. VII, quod a Diis in Ogygiam inſulam tempeſtate actus fuerit:

- - - Δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί, ἔνθα Καλυψὼ
Ναίει ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεός. ἥ με λαβοῦσα
Ἐνδυκέως ἐφίλει τε καὶ ἔτρεφεν. - - - -

Ab hac Dea hæc inſula etiam Calypſûs dicebatur. Plinius lib. III. cap. X: *Promontorium Lacinium, cujus ante oram inſula X. M. Paſſ. a terra Dioſcorûm, altera Calypſus, quam Ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur.* Heſychius: Ὠγυγίη, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς.

Λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία.] Vide noſtrum illo in loco. Strabo teſtatur lib. IX. Bœotiam ætate Cecropis Ogygiam fuiſſe appellatam, ita enim ille: Λέγεται δὲ τὸ Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ἦρξε, καλουμένης τότε Ὠγυγίας, ἀφανισθῆναι δὲ ταύτας ἐπικλυσθείσας ὕστερον.

Καὶ ἡ Θήβη ἀπὸ Ὠγύγου υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλίστρας Ὠγυγία.] Hunc locum temporum injuria mutilum fecerat, ita enim in vulgatis hodie concipitur: καὶ ἡ Θήβη ἀπὸ Ὠγύγου υἱοῦ Τερμέρας τὰς *. Hanc ei medicinam præſtitimus auctoritate Scholiaſtæ in Lycophronem, ubi Ogygi genealogia ſic deſcribitur: Ὤγυγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Θηβῶν, ἀφ' οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις· ὁ δὲ Ὤγυγος υἱὸς ἦν Ποσειδῶνος καὶ Ἀλίστρας. Scio aliam genealogiam hujus Ogygi ab aliis pertexi, nam Corinna ad Scholiaſt. Apollonii Bœoti filium ſtatuit: Ὠγυγίας δὲ τὰς Θήβας ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. Κορίννα δὲ τὸν Ὤγυγον Βοιωτοῦ υἱὸν εἶπεν. Præter genitorum Ogygi nomen, etiam τὸ Ὠγυγία inſerere placuit, quod tam certum eſt heic excidiſſe, quam ſolem ipſo die lucere. Thebas olim ſic appellatas fuiſſe teſtis eſt Pauſan. lib. IX., quod tamen nomen poëtis magis familiare eſt: Τοῦ δὲ τὴν Θηβαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν. Ἐκτῆνας, βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἐκτήνων Ὤγυγον· καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν, Ὠγυγίαι. Hinc apud Apollonium lib. III.

- - - - ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος, ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε,
Πέφνεν. - - - -

Ὠγυγίς, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλ.] Situm & deſcriptionem hujus inſulæ habemus apud Incomparabiles viros Salmaſium ad Solinum pag. 1180, & Voſſium in obſervationibus ad Melam pag. 286. & Fullerum in Miſcell. Quare actum agere illos cenſeo, qui horum virorum laboribus aliquid addere, & poſt Homerum Iliada ſcribere conantur.

Ὤδονες, ἔθνος Θρᾳκικόν.] Cave hanc gentem cunfundas cum alia Thracica, cui nomen Ἠδωνοί, & de quibus Stephanus in præcedentibus. Odonum regionis meminit Lucanus lib. I. circa finem:

Odonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Ἠδωνοὶ & Ἠδωνὶς regio etiam Thraciæ eſt, ſed in illa voce media Syllaba producitur, cum in voce Ὤδονες ſecunda corripiatur. Nullum itaque dubium quin ſint diverſæ gentes: & quanquam apud Lucanum *Edonis* contra metri legem inveniatur, certum eſt tamen, auctore Salmaſio, cui aſſentimur, in illo Lucani verſiculo *Odonis* reſcribendum. Peſſime editiones ante Xylandrum Ὠδώνας exhibent.

Τοῖς Μαίδοις ὅμορον.] Peſſime in MSS. τοῖς Μήδοις ὅμορον. Sic quoque Aldina & Iuntarum.

Μαίδων τ' ἄγρια φῦλα.] Voſſianus: Μέδοντες ἄγρια φῦλα. Sed hanc lectionem verſiculi modulus non patitur, quanquam in duabus prioribus editionibus eadem repræſentetur.

Ἐλ-

Ἑλκεσίπεπλοι.] Editi omnes ἐγχεσίπεπλοι. Sed quis non videt, nos germanam genuinamque lectionem revocaſſe?

Ἔστι δὲ πρὸς τῷ Ἁλιάρτῳ.] Peſſime hunc locum tractarunt librarii, nam libri omnes tam Mſſ. quam excuſi conſtanter exhibent πρὸς τῇ Ἁλίᾳ, quod ſi interpreteris *ad mare* denotat, quaſi urbs maritima fuiſſet Ocalea, cum certum ſit, oppidum fuiſſe medi-terraneum, & Haliartum vicinum habuiſſe: liquet hoc evidentiſſime ex *Strabonis lib.* IX. Ἡ δ' Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου, ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα. παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν ποτάμιον ὁμώνυμον. Ergo ſummo jure Stephano πρὸς τῷ Ἁλιάρτῳ reddidimus, quod librarii ſua vecordia corruperant.

Ὡς μὲν τινες διὰ τοῦ Ὠκαλέως.] Lacuna in omnibus editis conſpicitur, quam replevit Salmaſius ad oram ſui libri addendo ultima verba διὰ τοῦ Ὠκαλέως.

Διὰ τὸ συντόμως πορεύεσθαι &c.] De hac urbis etymologia etiam Euſtathius ad Iliad. B. mentionem facit: Ἡ δὲ Ὠκαλέη, εὕρηται μὲν καὶ Ὠκάλεια. καλεῖται δὲ οὕτω, διὰ τὸ ὦκα καὶ συντόμως ἐκεῖθεν εἰς Θήβας πορεύεσθαι. Quia in verbis Stephani τὸ ὦκα non apparet, quod neceſſario requiritur ad oppidi originem illuſtrandam. Hinc eſt quod cenſeam, defectum eſſe in iiſdem, qui commodiſſime ex Euſtathio ſuppleri poſſet. Legendum videtur: ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ ὦκα καὶ συντόμως πορεύεσθαι ἐκ Θεσπιῶν εἰς Θήβας.

Ὠκεανὸς, ὁ ποταμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν.] Abuſive τὸ ποταμὸς de Oceano uſurpatur. Nam, ut cum Herodoto loquar, quis fluvium novit, qui ſit oceanus? Certiſſimum eſt Homerum, vel aliquem priſcorum poëtarum in Poëticam intuliſſe. Herodoti locus eſt in Euterpe: Οὐ γὰρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν ἐόντα. Ὅμηρον δὲ ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων, δοκέω τὸ οὔνομα εὑρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσενείκασθαι. Verum quo ſignificatu & ſenſu Homerus iſta voce fuerit uſus, legendum apud *Strabonem lib.* I. *circa initium*. Staſinus τῶν Κυπρίων auctor ποταμὸν appellavit Ὠκεανόν:

Ἄλλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Ἰχθύσι εἰδομένην πόντον ἐξορμήτωσαν,
Ἄλλοτ' ἀν' ὠκεανοῦ ποταμοῦ καὶ πείρατα γαίης.

Sed quemadmodum ex Herodoto aſſeruimus poëtas iſtam vocem in poëſim introduxiſſe, ſic quoque video Euſtathium ad Iliad. E. iſtam ſententiam fuiſſe amplexatum, ita enim ille: Ἡ δὲ ποίησις ὠκεανὸν βούλεται εἶναι ποταμὸν περιῤῥέοντα κύκλῳ τὴν γῆν ἡ δὲ ἀληθὴς ἱστορία, τὴν ἔξω θάλασσαν ὠκεανὸν λέγει.

Προσαγορεύουσι δὲ τὴν ἔξω θάλατταν οἱ πολλοὶ τῶν Βαρβ.] Libri omnes Mſſ. & calamo exarati exhibent: προσαγορεύουσι δὲ τὴν ἔξω θάλατταν ἐκεῖνον μὲν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ὠκεανόν. Nos τὸ ἐκεῖνον μὲν delevimus, ſenſum plane turbans, non tamen noſtra auctoritate, Sed ipſius Stephani, qui locum hunc Phavorini, non allegato auctoris nomine, in voce Κασπία, iiſdem verbis tranſcripſit: Φασὶ δὲ τὴν ἔξω θάλατταν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, Ὠκεανόν. οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες, μεγάλην θάλασσαν. οἱ δ' Ἕλληνες Ἀτλαντικὸν πέλαγος. Sine dubio peccatum hoc commiſerunt librarii ἐκεῖνον pro ὠκεανον exarantes. Hic omnia recenſere nomina, quibus gaudet Oceanus pro climatum & regionum diverſitate, quas alluit, nimis longum foret. Videſis Agathemerum lib. II. cap XIV, & Euſtath. ad hæc Dionyſii verba:

Πάντη δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος Ὠκεανοῖο,
Εἷς μὲν ἐὼν, πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς.

Ἐκλήθη δ' οὕτω παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, ὅ ἐστι ῥεῖν.] Geminum veteres Grammatici commiſcuntur Oceani etymon: alterum deducunt παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, a celeriter fluendo circum terrarum orbem, alterum vero παρὰ τὸ ὠκέως ἀνύτειν, a celeriter movendo cœlum & aſtra. Utrumque habemus in verbis Nicæ grammatici ſive auctoris Etymologici Mag. hunc in modum conſtituendis: Ὠκεανὸς, παρὰ τὸ ὠκέως ἀνύτειν τὸν οὐρανὸν νενόμισται. ἢ παρὰ τὸ ὠκέως νάειν. Cenſebant enim priſci quidam Philoſophi, Solem & aſtra ex Oceano, circulo ſuo terram ambiente, oriri & in eundem rurſum occidere. Strab. lib. I. de Homero: Ἐνθένδε, (ſcilicet ex Oceano) γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον, καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον, ὡς καὶ αὐτως καὶ τὰ ἄστρα. Præter Homeri aliorumque Græcorum poëtarum teſtimonia, quæ id maniſeſtiſſime evincunt, duntaxat è Latinis adducam Catullum, qui in Epithalamio Juliæ & Mallii ita canit:

Flere deſine, non tibi
Herculeiæ periculum eſt,
Ne qua fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit Venientem.

His adde verba Propertii lib. IV. ex Fabula Tarpeiæ:

Et jam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipſaque in Oceanum ſydera lapſa cadunt.

Hinc eſt quod exiſtimarunt veteres, Oceanum cæli ſtellarumque motum efficere & perficere, ut annotavit Euſtathius ad Iliad. E. Ἐκ τοῦ τοιούτου ὠκεανοῦ, κύκλῳ περιειληφότος τὴν γῆν, οἱ ἀστέρες ἀνέρχονται, καὶ εἰς αὐτοῦ αὖθις δύονται· διὸ καὶ οὕτω καλεῖται, ὡς δὴ ἀπὸ τῶν ἀστέρων ὠκὺ ἄνω γινομένων, ἢ καὶ ὠκέως ἀνυόντων τὰς ἑαυτῶν κινήσεις. Sed commodior, quin imo verior mihi hæc etymologia videtur, ſi deducatur παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, quam etiam ſequuntur alii geographi. Agathemerus (quem obiter emendabimus gravi mendo laborantem) lib. I. cap. I. Ὠκεανὸς δὲ διὰ τὸ ὠκέως ἀνύειν κύκλῳ τὴν γῆν. Et quæ hæc eſt verſio, quam interpres his verbis affinxit? *Oceanus dictus ab æſtuum terras undique pulſantium concitatione*. Legendum: Ὠκεανὸς δὲ διὰ τὸ ὠκέως νάειν κύκλῳ τῆς γῆς. vertendum ſimpliciter: *Oceanus autem dictus eſt a celeriter circum terrarum orbem fluendo*. Nam ἀνύειν & ἀνύτειν, quæ ſunt ſynonyma, veteres uſurpabant de perficiendo κινήσεις cœli & ſtellarum, quas efficere Oceanum exiſtimabant, adeo ut in Agathemero inſana & corrupta ſit illa phraſis ἀνύειν τὴν γῆν: pro qua νάειν κύκλῳ τῆς γῆς reponendum: nam apud noſtrum τὸ νάειν ἐστι ῥεῖν, ut & apud Heſychium: Νάει, ῥεῖ, στάζει. Præterea emendavi κύκλῳ τῆς γῆς ſiquidem adverbium illud gignendi, non vero accuſandi caſum requirat. Xenoph. κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου *circum caſtra*, ſic κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς *circum Atticam* apud Ariſtot. Heſiodus --- περὶ δὲ σφίσιν ἄγνυτο ἠχώ. Ubi interpretes: κυκλόθεν δ' αὐτῶν ἐκλᾶτο ὁ ἦχος τῆς αὐλῆς. Sic pro νάειν alii uſurpant νέειν, inter quos Phornutus capite de Oceano: Ἔστι δὲ Ὠκεανὸς μὲν, ὁ ὠκέως νέων κύκλος, καὶ ἐφεξῆς μεταβάλλων.

Ὤλενος, πόλις Ἀχαΐας] Non tantum maſculino & fœminino, ut noſter perhibet, ſed etiam genere neutro oppidi nomen prolatum inveni apud Lycophoni Scholiaſt. Περὶ δὲ πάντας τὰς πόλεις, ἤτοι τὴν Θεράπναν, ἥ τις ἐστὶ πόλις Λακωνική, καὶ τὸ Ὤλενον πόλις Ἀχαΐας &c. addit quo tempore & modo perierint hæ civitates: Καὶ πρότερον συνέβη νόσος πολὺ, καὶ γέγονεν ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς, καὶ ὕστερον ἀπὸ σεισμοῦ κατεποντίσθησαν. Strabo tamen lib. VIII. memoriæ prodidit, hujus urbis monſtrari veſtigia inter Patras & Dymen. Hujus urbis etiam meminit Apollod. lib. I.

Σοφοκλῆς ἐν Ἱππίων] Salmaſius ex MS. emendat ἐν Ἱππόνῳ, & ſic quoque video variis in locis hanc Sophocleam fabulam ab Heſychio citari. Pollux lib. 4. cap. XVI: Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνας ἁμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ Eandem ego Ἱππόνουν & Ἵππωνα fabulam fuiſſe exiſtimo. Videſis Caſaubonum ad Athenæum. Habes hic. Lector candide, obſervationes quaſdam Paternas, quas tunc temporis dolor ex morte illius tam accurate in veſtigare, neque ad manus Clariſſimi Gronovii pervenire ſivit, quæque ne æternæ oblivionis tumulo conderentur, nunc publicari curavi, ut omnes, quæ huc uſque reperire licuit, ederentur, & quanquam non prolixæ, tamen publico haut in utiles fore confido. Hæc ſunt, mi Lector, quæ, ut ſcires, volui. Tu interim hiſce fruere, & Vale.

FINIS.

JANI (A. F.) BERKELII
PIETAS
IN
VINDICANDA FIDE
PATERNA.

Q. D. T. O. M. B. V.

VIRO AMPLISSIMO

MENTIS ALTITUDINE & RARA ERUDITIONE

CONSPICUO

ANTIQUITATUM SCRUTATORI INDEFESSO

ET

INGENII MONIMENTIS

INCLITO.

STUDIORUM MEORUM FUNDATORI

UNICO

JACOBO GRONOVIO

IN

ACADEMIA LUGD. BAT.

ELOQUENTIÆ, HISTORIARUM, ET GRÆCÆ

LINGUÆ

PROFESSORI ORDINARIO

H. T. UNIVERSITATIS EJUSDEM

SECRETARIO

OB

INGENTIA, QUIBUS ME MEOSQUE

PROSECUTUS EST, BENEFICIA

ET

DEBITAM, QUAM EXHIBERI OPORTET,

REVERENTIAM

SESE SUOSQUE ET HUNC

PARTUM PRIMO-GENITUM

SI NON QUA DECUIT

SALTEM QUA POTUIT

REVERENTIA

L. M. Q.

D. D. D.

JANUS BERKELIUS, ABRAH. FIL.

JANI (A. F.) BERKELII PIETAS IN VINDICANDA FIDE PATERNA.

Miraberis forſan, non cuivis exploratæ doctrinæ Vir, quod hujus curtæ ſupellectilis limen nomine tuo ſit exornatum, & quod tantos ſpiritus, tantamque in me admiſerim elationem animi, ut homo in primo ætatis flore, nulliſque ingenii dotibus clarus, & principum in Repub. virorum Tuique ope atque conſilio indigens, beneque mihi conſcius quam parum ſim in litteris dandis peritus, tamen Tibi, Viro Clariſſimo, ſtudiorumque meorum Promotori Meritiſſimo has exarare ſuſtinuerim, & fortiori, cui reſiſtere omnino non poſſum, provocatus & irritatus tamen, occurrere ſuſtinuerim. Verum intellecto mentis meæ ſcopo atque propoſito, & fine, ad quem tetendi, explicato, procul dubio admiratio ſuſpendetur.

Non poteris, Virorum ſumme, vivere immemor, familiaris aliquando inter nos colloquii, in quo auctor mihi perſæpè fuiſti, ut vel publice vel privatim negotium aliquod ſuſciperem, & ſpecimen indolis meæ ederem, ſignificans, optima ſæpenumero ingenia laborem ſubterfugiendo, & inertiam ſequendo corrupta eſſe, quia nihil eſt in rerum natura, quod tam noceat hominibus ratione præditis, quam ſi ingenium, quo neque melius neque præſtantius a Deo nos mortales ſumus conſecuti, pigritia atque ſocordia torpeſcere ſinant operis ſui dilatores inertiſſimi. Quocirca ego huic malo, quantum potuero, obſiſtere volens, ne me totum inertiæ viderer tradidiſſe, animum meum ad ſcribendum appuli; tum ut ingenium meum minime exercitatum promptius efficerem, quoniam non alia re certius docentur homines quam uſu atque exercitatione; tum ut Te animo meo Chariſſimum ſalutarem, Tecumque de negotio, quod nunc aggrediar, diſſererem.

Dum autem undiquaque obverto oculos & circumſpicio, quam mihi in ſcribendo proponerem materiam, non facile dixerim, utrum Divinitus, an alio aliquo modo mihi Humanitas Tua indicaverit, fuiſſe aliquem, qui Parentis mei nomen proſtituerit, & nonnullos Stephanianos, ab Parente profligatos labores Theonino dente arroſerit; præſertim quum ad illam peragendam non parvum momentum quoque adderet mors Gaasbekii, Parentis Stephani Typothetæ, ſed jam alio potiti hero, qui & ipſe novis quibuſdam ornari vellet Stephanum. Quocirca, ut decentis pietatis manibus litem, & pro viribus vindicem febricitantium nonnullorum deliramenta, Harpocrati amplius litare non valens, ſequentia mihi exequenda cenſui.

Luſtrum jam eſt & quod excurrit, Vir Clariſſime, quod ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΕΘΝΙΚΑ Parentis mei nomine, τοῦ τρισμάκαρος, luce publica frui ſiveris, poſtquam & omnia fide bona collecta, & quæ marginibus prout erant illita, tradidiſſes Typographo prelis ſubjicienda, quoniam & maximam partem, ut videre eſt, abſolverat: pro quo certe beneficio ne ingrati animi vitio laborare viderer, nec alius quiſpiam ejus σημεῖον aliquo colore objicere valeret, tantas, quantas animo & mente concipere,

καὶ δύναμαι διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι, habeo agoque gratias, cujuſque me haud immemorem fore confide, dummodo ad ſolidum & maſculum eruditionis pervenerim faſtigium: neque ficta pro veris trado, firmiter enim apud animum decrevi meum vicem tibi reddere, ubi occaſio commoda ſeſe dederit, & ab hinc igitur in ære tuo manebo, donec volvenda dies ἀντίδωρον aliquod obtulerit.

Sæpe numero autem, Vir Doctiſſime, ex Gaasbekio hujus operis Typotheta, aliiſque audire contigit (non enim lubens admiſerim) quaſi Parens meus ſolus in cauſa fuiſſet, quod hic liber tantum temporis ſub prelo ſudaverit, & non prius juris publici factus fuerit. Verum, ut ſcias quam fucata ſint omnia, & quod non tam illius cauſa, quam quidem etiam Typographi vitio acciderit, paucis expediam. Atramento & charta vix exprimi poteſt, quantæ negotiorum moles per plurimos annos ipſi (ut Venuſini Poëtæ verbis utar) circum caput ſalierint & latus, ut vix pedem potuerit movere, multo minus promovere. Pater enim, cum præter omnem rationem & fas ſummam injuriam per aliquot annos paſſus fuiſſet, nec ejus amplius patiens, debitores iniquiſſimos in jus vocaſſet, ad quod peragendum vel Pater vel alius quiſpiam ex creditoribus præſens poſtulabatur, ideoque ipſe nonnunquam hieme anni frigidiſſima iter illud haud exiguo diſcrimini obnoxium confecit, & toties repetiit, ut interdum intra duorum annorum ſpatium vix ſex integros menſes in urbe fuerit, neque patriæ glebæ adhæſerit, ſed in aliis locis longe diſtantibus, & alio ſub cœlo poſitis, cauſæ promovendæ gratia degere, atque dulciſſimis Muſis valeredicere neceſſe habuerit. Inde reverſus, poſtquam & frequentibus itineribus fractus inſtar Siſyphi, ad lapidem *iſtum rotandum iterum ſeſe accingeret*, non ſemel ſed ſæpius ipſum prædicantem audivi: ſe multis partibus *malle caris capitibus* Muſis atque Stephano vacare, quam hujuſmodi litigiis detentum hærere. Et ſicut ex Philoſophorum numero aliquis nihil magis *in voto habuit*, quam cognoſcere cœli materiem, eamque manibus ſuis contrectare, ſeque tum lubentiſſime mundo mundaniſque rebus velle renuntiare & mori: idem ferme ab ipſo pronuntiatum ſcio, ſi operis illius moleſtiſſimi optatum τέλος contingere ipſi licuiſſet: imo tum ſaltem liberiore aëre fruiturus, ipſam Deorum vitam aſſecutum exiſtimaſſet.

Hæc autem, Vir CL., quidem maxima & præcipua hujus operis diuturnitatis cauſa eſt; verum & accedit inſuper, quod ex *illo tempore*, quo horridis bellis & diſcordiis civilibus dulciſſima patria in arctum redigebatur, ſub prelo non ſudaverit, ſed friguerit, quod potius temporum diritati & truculento Marti, non duntaxat doctorum hominum & bibliopolarum commercia, ſed & cuncta totius Europæ negotia tunc temporis diſturbanti, eſt imputandum, quam quod alteruter accuſetur: cui enim (horret animus, luctuqué refugit) in ſe tanta maneret conſtantia, ut neque tubarum, neque tympanorum undique ſonantium clangore, neque imminenti hoſtium rapina, a propoſito ſuo dimoveretur? Ex hiſce igitur facillime, ni fallor, apud te ratio conſtabit, quid ipſi occaſionis ſuperfuerit ad inſerviendum amicis, quidque animi & mentis ad inſudandum ſtudiis & Stephano, quem omnes per orbem terrarum Docti ex MSStis emendatum flagrantiſſime deſiderabant. Fieri enim non poterat, ut [quod eſt in veteri verbo] ex una fidelia duos dealbaret parietes; quanquam & me non fugit viros doctos ſatis multos, inter quos nec Tu minimum occupas locum, auctores ipſi fuiſſe, ne tam operoſis librum oneraret commentariis, ſed potius ex MſſT. Cod. reſtitutum lectoribus redderet. Habes jam & alteram hujus tarditatis cauſam, quanquam & per ſe Tibi forſan ſunt notiſſimæ, verum ut & alii ſciant has ad Te exarandi formaveram conſilium.

Quod

Quod autem ad Typographum adtinet, cujus promiſſa non ſolum Parens, ſed & ego ſæpius vento quovis leviora comperi, hic nonnunquam papiri cauſabatur inopiam, nonnunquam ſatius ducebat nummos, quam chartas nondum conſummati operis cuſtodire; notæ enim ſunt illorum & plerorumque librorum, quos procudere magis illis volupe eſt, rationes, & meum de illis ferre judicium non ſuſtineo.

Reſtat autem nunc, ut paucis agamus de Stephano, qui (ut ita dicam) merum Parentis mei fuit delicium, adeo ut nullus fere auctor exſtiterit, quem majore φιλοτιμίᾳ ſuſceperit, quam hic Stephanus, tam in exornanda nova verſione, quam in illuſtrando commentariis. De his nihil dicam, alii judicent. Utinam vero ſupremo rerum humanarum arbitro placuiſſet Parentis mei vitam tam diu prolongaſſe, donec moleſtiſſimi illius operis optatum τέλος tandem videre potuiſſet, & ut ſic totus in integrum ferme reſtitutus Stephanus (abſit verbis jactantia) ex Variana quaſi clade & Cannenſi pugna prorſus evaſiſſe videretur! multæ enim lacunæ (& quem numerum illis dabo?) ab ipſo fuiſſent repletæ: & ſic novo quaſi veſtitu in litterarum Orbem prodiiſſet.

Tanto juſtius hoc optaverim, quod res publico inutilis futura non fuiſſet, ſi judicium ejus de Luſitano ejuſdem Stephani editore, quod aliquoties ex illo audivi, Chirographo ipſius firmari potuiſſet. Nam quum is tanto molimine rem aggrediatur, quaſi ſolus Herculem debellaturus, tamen loco almæ lucis, ut *plurimum illi Cimmerias* certe tenebras offudit, nunc *male alia intelligens*, peſſime alia interpretatus, modo etiam conjecturis minime certis ſine ope Mſſ. codicum (tanquam veritus ne Criticus videretur, & præoptans temeritate & frigidiſſimis hariolationibus arceſſere ſibi digniſſimas pœnas) abutens, ut vix unquam ex carbonibus & cineribus, quod tamen fieri aliquando ſolet, ignis effulgeat, præſtito tamen, quod ille potuit, quum non omnes Catones aut Ariſtarchi naſcamur. Horum quædam diſcutere apud animum decreram meum, ne Viri hujus præſtantiſſimum ingenium, excellentiſſima induſtria, & perſpicaciſſima ſagacitas, diutius in occulto laterent, niſi mihi Humanitas Tua ſignificaſſet, me ſimul oleum & operam in hac re perditurum, quum ſint erudito Orbi notiora, quam ut oſtendi debeant, nec oporteat in tam annoſa invehi, & ita ſeſe obfirmaverit, ut inde quid detrimenti noxæve capere non valeat.

Et quanquam hæc etiam per ſe forſan non fuiſſent tam ſpecioſa, ut perpolito & excellenti Tuo ingenio ſubjici mererentur, & noverim quam impar ſim Cenſoriæ virgæ, ſed tamen ætas aliquo judicio & deſultoriâ utique rerum antiquarum lectione firmata, ut hæc perpetrarem impuliſſet, & ſimul ut ſcirent homines, quot paraſangis alias excederet ultima hæc editio.

Verum nunc alia ſeſe offert rerum facies, adeo ut his ſuperſedere, & aliis immorari conſultius videatur. Poſtquam enim Parentis mei Stephanus jam fere per luſtrum lucem publicam viderat, inveniri aliquem, qui inſtar alterius non ὁμήρο ſed μακαρομάστιγος laborem parentis reprehenderet, ut inde ſub prætextu quarumcunque minutiarum ſibi aliquam cauſam ſcribendi liguriat, & ex muſtaceo laureolam carpat, miratus ſum magis, quam credidi. Præterea quum ex veteri verbo didiciſſem, cognatione moveri invidiam, & temerarium eſſe, ſiquis invehat inflatior in ſcripta, quæ jam per tot annos in omnium manibus fuerant; perquam neceſſarium duxi hominis noſtri cor calidum frigidis paululum temperare, & fabam illam, quam in Parentis capite cudi voluit, in ipſo potius optare cudi. Id pau-

 cis

cis quantum in nobis fuerit, abſolvemus. Verum quum mecum reputo, quam ardua res ſit, ut aliquis ſe talibus immiſceat, ex quibus haut facile emergendi, ſed è contrario potius ſuccumbendi datur via, qualis & hîc mihi obverſatur ante oculos, & qualicunque homini, cui liberum judicium, & aetas jam grandiuſcula cogunt *ultro ſubmittere faſces*, ſeſe & ſcripta ſua ſiſtat, ut, publico expoſita, vellicentur, præſertim quum alicujus ſcripti refutationem contineant; idcirco diu dubius quam inirem viam, tandem tamen potior ratio exegit pondus. Quocirca, ſi forſan quædam liberius dixerim, illorum à Morino peto veniam, quoniam juvenili ætati aliquando quædam non ita conveniant, quam quidem ſeniori, & quia huic ætati etiam major exhibenda venit reverentia, ſemperque veneranda.

Quod autem, Vir Doctiſſime, ad duo priora loca adtinet, quæ ad partes vocat in Epiſtola nuper typis deſcripta, aperte dico, & fere dejerare audeo tunc temporis Morini noſtri Collectanea nondum ad Parentis manus perveniſſe, *potuit enim propria induſtria in eandem cum doctiſſimis illis Viris incurrere ſententiam*; ut ipſe confitetur, quapropter abſurdum, & ut ita dicam, abſonum videtur, aliquem tali modo per ora hominum traducere: utique quod in Ἁλίαρτος de mutatione ſpiritus notat, id palam raptum ex Ortelii animadverſione, & quod de dubitatione inter Argiam & Laconicam, eam ſibi ſubortam oſtendit quoque idem, & mitius reſolvit. Itaque quod hic Vir Doctus probare conatur facile corruit. Quod autem ad locum qui legitur in V. Ἀῤῥέντια, dico *illum non eſſe tanti momenti, ut talis ſuper* illam Camarina moveatur, ut neque locus in V. Βατίεια, ubi *videre licet alias* & multo plures *rationes & auctoritates* adferri, quam in editis vel Mſtis Collectaneis conſpiciuntur, quodque fere omnibus in locis contigit, atque adeo indicio Patrem non potuiſſe ex illis haurire. Quid quæſo, Virorum ſumme, in V. Γίττα probare conatur? & an hic locus & hæc obſervatio etiam eſt tanti momenti? aut an hæc illi, qui & ipſe Theologiam *noſtram* & veram pro ſcopo ſtudiorum ſuorum habuerat ſupponentur fuiſſe ignota, ut hæc ab Samuele & Joſepho memorata debuerit ex illis Collectaneis potiſſimum petere? aut an de ullis aliis, qui ſe Chriſtiani nomine haut indignos putant, tam prave ſuſpicabimur, quaſi ad illam urbem facta ignorent? *præſertim*, quum nihil dicatur, quod non Ortelius vel *in* τῷ *Gad*, vel *Geth*, vel *Gitta* habeat. Itaque quid hic homo noſter reprehendat non video, atque adeo firmius mihi perſuadeo Parentem nequaquam *reſpexiſſe, imo penitus neglexiſſe*. Idem fere contigit in V. Δόλϐα, ubi quia Parens dicit vocem *doulba* apud Hebræos ſignificare *platanum*, hinc neceſſario concludit Parentem illud ex illis Collectaneis hauſiſſe: certe verecundius in illa re & urbe Phœnicia ultra Euphratem transferenda agit Pater. Et quod in v. Ἐγγάδδα itidem probare conatur ſicut & in v. Μαχανὴ non video. Nam qui tantum Hebræam linguam de limine ſalutarunt poſſunt dicere vocem Ἐγγάδδι prope accedere ad vocem Hebræam *Hen-gueddi*, & Arabicum *Maſchan* denotare *habitaculum locumve ad quietem aptum*; ut non alio pretio illa habenda ſint, quam quod ipſe ſtatuit, nempe *quæ ſponte è calamo meo fluere* poſſunt. At quum hic loquimur de Morini noſtri obſervationibus, non poſſum, quin adducam alium locum qui eſt in V. Νόμεντος, ex quo itidem probare ſtudet Parentem Collectanea conſuluiſſe: verum dico Parentem æque ac Morinum hæc ex Cluverii Lib. II. potuiſſe deſcribere, & quæſo, V. C. an talem hæc potuerunt effugere, cujus manibus hic ſcriptor toties & aſſidue verſatus fuit, uti ſolus teſtis eſt hic Stephanus? Proh ſuperi! ſi modo vera eſſent, & hæc ex Cluverio hauſiſſet Nam in editis Collectaneis nunc exaratum conſpicitur Morini nomen, quum in MSStis nullum ſit additum. Quocirca haut im-

immerito dubitabimus, quod tamen mox evidentioribus indiciis ſumus adſtructuri. Nunc autem nos conferamus ad tria loca idem fati munus paſſa, nempe in V. Ἐλεῦσα, in V Καῦνος, & in v. Κερήςων, in quibus pari cum audacia contendit Parentem, quæ ad illas voces commentatus eſt, hauſiſſe ex Collectaneis, quæ ad ipſum ex Gallia tranſmiſit, cauſaturque quod non addiderit Parens Bocharti vel Palmerii, vel etiam noſtri Morini nomen. Qua in parte falſiſſimus videtur. Nam in illis locis Bocharti & Palmerii nomen notatum invenies; ſed videre videor ipſum objecturum hæc, quæ citantur, eſſe opera typis jam dudum deſcripta, & non reſpicere collectanea. Verum, mi Gronovi, rogo, an non certius liceat fidere editis quam ſcriptis, quæ jure optimo pro ſuſpectis haberi poſſunt, & quæ ignoramus an vere ſint vel Palmerii, vel Bocharti, vel alterius cujuſcunque obſervata; quum in Collectaneis quæ tranſmiſit nonnunquam Palmerii nomen pro Bocharti nomine, nonnunquam vice verſa, nonnunquam Morinus ſuum addiderit loco Palmerii vel Bocharti, ut ex editis & MSStis Collectaneis patet, & mox ſumus demonſtraturi. Quod ad V. Λύγκος, in qua videbis, in illis quæ Palmerii nomine in obſervationibus jam nuper editis cirumferuntur, Patrem detegere etiam errorem Palmerii; nam in loco illo Palmerius monet legendum apud Livium *Lyncum*, quum legatur, *Lycum*, quod jam multos annos ante a Sigonio erat animadverſum: itaque Palmerius non potuit pro ſuo venditare, & neque ex illis haurire Parens. Nunc autem videamus *quid commiſerit ad V.* Μελαινεῖς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, *incuſatur enim etiam* quod Collectanea compilaverit, verum ſcias V. C. me in laterculis obſervationum, quas jam ante multos annos, & forſan etiam antequam hujus Morini Collectanea ad ejus manus pervenerint, ad Polyænum conceperat, prorſus fere eadem, & huic plane non diſſimilia inveniſſe, quoniam hunc auctorem, ut Tute, Vir Doctiſſime, noviſti, nitidiori habitu in litterarum Orbem proferre, diu ante quam incepit hoc opus profligari, in animo habebat. Quare ergo hunc locum ad partes vocaverit, non video. Perperam etiam nonnulla loca in editâ Epiſtolâ citata repperi, quæ magno cum ſtudio diu quæſita tandem aſſecutus ſum.

Nunc autem, Gronovi eximie, promiſſa ſolvam, & conferamus hominis noſtri edita Collectanea cum MSStis, ut inde unicuique luce meridiana clarius appareat, qua fide in illis verſatus fuerit, & quemadmodum Patrem traduxerit, ita etiam nunc per ora quorumcunque hominum magnifice incedat; & merito ἀξιοθεαμβευτος cenſeri poterit acervus & iſtorum collectaneorum. Ad quod peragendum opus eſt ut prius adducamus candide verba ipſius ex Epiſtola quadam, quam comitem addiderat illis Collect. ante viginti annos, in qua ſequenti modo exaratum inveni: *noli abſterreri, Vir Doctiſſime, prolixitate nonnullarum harum obſervationum, poteris enim verba auctorum reſecare, & contrahere quæ luxuriare videbuntur, ſed expoſitionis & confirmationis gratia aliquando operæ pretium duxi pluribus agere, ut mea mens facilius innoteſcat, quod tamen non ſum aſſecutus. Nam Dom. Le Moine paſtor Rhotomagenſis mihi amiciſſimus has obſervationes legit, cum per ipſum ad te miſiſſem: & mihi ſcripſit ſe cancellos appoſuiſſe ad V.* Δάφνη, *quia putavit me unicam duntaxat agnoſcere & Peluſiacam Antiochiæ ſubſtituere, quamvis exiſtimavi diſerte utramque expreſſiſſe, illique tribuiſſe locum Num.* 34. 11. *ne te igitur faceſſat negotium Doctiſſimi illius Viri obſervatio. Conjecturis noſtris circa* ὄασον *addidit etiam ſuam, & hanc obſcuram vocem ex Arabia deducit, ut ſit &c.* Ex quibus verbis primo apparet, dicere D. le Moine, ad V. Δάφνη *cancellos appoſuiſſe*, quod nos ita inveni-

mus in MSStis Collectaneis. Verum quod notabile eſt in editis Collect. ad illa ipſa verba, ad quæ in MSStis Collectaneis ſuum appoſuit nomen, nunc Bocharti nomen in editis notatum eſt; & quod deinde addit, *Dom. le Moine etiam circa* ὄσσον *ſuam conjecturam addidiſſe*, nequaquam in editis apparet, ut cuique conferenti patebit, & ne quidem mentio Doctiſſimi illius Viri, ejuſque conjecturæ ne quidem vola vel veſtigium ſupereſt, atque adeo indicio qualem ſe in omnibus præſtiterit, & quam laudem reportare oporteat. Notum enim quid de Cajo Cæſare referat Suetonius, quod ſcilicet, poſtquam magna minatus fuiſſet, & tamen nihil extricaret, *nemineque gnaro ac opinante quidnam cæpturus eſſet, repente ut conchas legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperavit: ſpolia Oceani, vocans, Capitolio Palatioque debita*, quodque haut immerito de homine noſtro poſſet prædicari, quoniam ex muſca facit elephantum, & aliorum ſe præſtat medicum, quum ipſe ulceribus ſcateat, atque adeo Morſimi veteris Poëtæ verſus deſcripſiſſe videatur, quibus antiquitus nihil frigidius. In V. Αἰνία ubi in MSStis Collect. clare exhibuit Palmerianam manum, quum nunc in editis ſuum nomen ſubſtituerit. In V. Ἀκὴ ubi in MSStis Collect. ſuam exhibuit, quum nunc in editis Bocharti. In V. Ἀγάθη, ubi itidem apparet Morinum noſtrum quædam pro ſuo venditaſſe in MSStis Collect. quæ nunc in editis Bocharti nomine circumferuntur, & ſic in V. Αἴθιοψ ubi in editis apparet nunc Morini nomen, quum in MSStis Collectaneis ſit nullius exaratum; & ſic in V. Ἀνεμώρεια, ubi ſicut vice verſa ipſum feciſſe invenies, ita nihil aliud *ſcripſit*, quam quod vel pueri ſcriberent, & unuſquiſque qui Ortelium viderit. In V. Ἀγραύλη, præterquam quod vitioſiſſime ſint omnia edita, tum mirabiliter diverſa ſunt ab illis, quæ in ſcriptis dedit Patri, ut non Palmerius, ſed ipſe iſta compoſuerit. Sed & in V. Ἀβόνου τεῖχος quid velit geminatum P. ipſe dixerit; aut in V. Ἄγραι numerus 16, qui & præter aliam confuſionem in V. Αἰγάτης. In V. Αἰγίνα nunc in editis ἑλληνίζει, quum in ſcriptis ſit latinus, & litteras nomina denotantes plane non ſic commiſceat, ut fit in editis.

Sic plura poſſem proferre in quibus parum recte ſe geſſit, ſed hæc ſufficiant. In V. Βατανέα ubi in editis nullum additum eſt nomen, quum in MSStis Collectaneis ſit Bocharti. At vero in Ἀβρότονον, ubi in editis nunc B. & ipſius nomen exſtat, in MSStis Collect. tantum apponitur B. quod & fit in V. Γάζα ſane quidem & ipſo illo, quod nunc eſt editum, plurimum mutato ab ſcripto non tantum in eis quibus apponitur M. ſed etiam B. imo & literis his aliter notatis aliterque partes diſtinguentibus. In V. Γίττα, quem locum etiam ἐν τοῖς σκινδάψοις Parentis ad partes vocat, manifeſte in MSStis Collectaneis exhibetur ipſius appellatio, quum nunc in editis conſpiciatur Bocharti. Sic & in V. Γόμφοι in editis nunc exſtat Palmerii nomen quum in MSStis Collectaneis ſuum. Ex his patet quo judicio ad Cl. G. Grævium pronuntiaverit *etiam & lectoribus haut fuiſſet ingratum forſan V. C. pura puta noviſſe quæ erant Palm. vel quæ erant Boch.* quod nunc fieri impoſſibile eſt, & lectoribus ex his non facile innoteſcet, quid ſuum unicuique ſit, adeo ut plus obſcuritatis (quod dictum pace tanti Viri) quam lucis hiſce adferant illa, *quæ ſponte è calamo ipſius fluxere;* immo & ſic poſſem eodem jure, quo conſarcinavit illos σκινδάψους, dicere, ipſum in V. Ἴμβρος illam reſtitutionem, *cum ratione & auctoritate, qua innititur*, hauſiſſe ex Parentis Stephano, quoniam in Collectaneis quæ tranſmiſit non apparet, & Parens prorſus eodem modo correxerit. Plura & quidem *centum* (ut ita dicam) alia loca poſſem proferre in quibus bona fide non fuiſſe verſatum animadverti, ni Viri celeberrimi patientia abuti & nauſeam excitare vererer, & ne viderer Caſſianam in judicando imitari conſuetudinem, & provinciam quaſi humeris plane imparem ſuſcipere,

illis

illis potius ſuperſedebo. Sit ergo ſatis ex his addiſci poſſe tum ab ipſo tum
ab aliis, quemadmodum ipſe etiam ſuæ humanitatis veſtigia circumferat, quæ
nunquam à rebus maxima cura atque ſagacitate elaboratis abeſſe ſoleant.

Verum, Gronovi πλημμελέστατε, hanc dentatam chartam juris publici (ut
mihi videtur) nunquam feciſſet, ſi non tam ſui oblitus rediiſſet ad litteras jam
ante viginti annos ad Parentem exaratas, in quibus ſcribit: (ponam enim ipſa
noſtri Morini verba, ut clare pateat quid ipſe de illis judicaverit) *paucæ ſunt*
(animadverſiones) *& paucis fulcris ſtatuminatæ, raro auctores citant,*
rariſſime libros. Et paucis verſibus interjectis addit: *attamen oro te atque*
obſecro, ut lectoribus innoteſcat has notas à Bocharto Palmerioque ad priva-
tos uſus fuiſſe confectas, nec unquam eas divulgare fuiſſe propoſitum, ne
quod incultum vel temerarium videbitur, quodque ſi ad examen revocaſſent,
mutatum foret, illis officiat. Ex hiſce clare patet, quam non procedat Viri
Docti argumentatio, quod, nempe, *nihilominus centies obſervaverit emen-*
dationes & expoſitiones in his Collect. contentas cum rationibus & auctorita-
tibus, quibus innituntur, referri: ſi enim *paucis fulcris ſint ſtatuminatæ,*
quo pacto quæſo potuit Parens illa & plura (ut oſtendimus) ex illis collecta-
neis cum *auctoritatibus & rationibus* referre? & quorſum Pater provinciam
illam in ſe ſuſcepiſſet, quam illis nunquam in animo fuerit divulgare? quæ
quidem omnia tanta ac talia ſunt, ut vere neſciam quo nomine ſint indigitanda.

Imo ut evidentioribus adhuc argumentis convincamus, & hominem noſtrum
pinus in morem detruncemus, adeo ut nunquam ſuppullulet, addam etiam
ipſius verba ex alteris litteris: *nunquam revocavi in dubium, eas, quæ è*
codicibus Boch. & Palm. collegi tibi majori ex parte notas fuiſſe, pleræque
enim obviæ & faciles, vixque paulo attentiorem lectorem effugerent, quan-
to minus diligentiſſimum & eruditiſſimum Commentatorem, utere itaque iis
pro tuo lubitu. Item & alteris litteris: *his igitur quæ tuo ſcopo magis con-*
veniunt & ſequentibus quas mox habebis fruere, in eaſque tibi ſupremum
jus eſto. Ex hiſce igitur manifeſte apparet, ut plane voluerit Parentis eſſe
arbitrii, an vellet eas juris publici facere vel non, vel an vellet alio quocun-
que modo cum illis agere, & ſi (ut ſcribit) *pleræque ſint paſſim obviæ &*
faciles, & nunquam in dubium revocaverit illas majori ex parte Parenti
notas fuiſſe, quorſum his περιεργασίας opus fuerit non video: verum me legiſſe
memini apud Plaut. in Bacchidibus quod huic haut immerito applicari poteſt:

Adoleſcens moritur dum valet, ſentit, ſapit.
Hunc ſenem ſi ullus Deus amaret plus annis decem,
Plus jam viginti mortuum eſſe oportuit, &c.

De illis autem locis, *ob quæ Parentem ſolum triumphaſſe* ſcribit, ne verbum
quidem addam, ne, ſcilicet, crambem recoctam propinem, contentus ſolum-
modo Lectorem admonere (amotis omnibus præjudiciis) ut videat, an ipſi
eadem non potuerint obverſata atque lecta fuiſſe. Quod autem denique Vir hic
præſtans addit, in eo vehementer fallitur, nempe, (*pateretque ad manus Clariſ-*
ſimi Gronovii, qui poſtremam operis partem adornavit non perveniſſe (quod
quidem forſan quam maxime Morinus optavit, ut tanto ſecurius ſuam in ſcri-
bendo oſtenderet veritatem) *& conſequenter obſervationes, quæ pene totas no-*
vem litteras poſtremas ſpectant intactas remanſiſſe) imo perveniſſe ad Tuas
manus manifeſte evincit Epiſtola Tua ad Cl. Burchardum de Volder exarata, in
qua omnibus cauſam ſignificas cur eas edere nolueris; & quod dicit *obſervatio-*
nes quæ pene totas novem litteras poſtremas ſpectant intactas remanſiſſe, illud
mihi indicio videtur, quod priores ex illis non hauſerit Parens, nam forſan etiam
quædam in *memoriæ ſubſidium ad marginem libri ſui adnotaſſet* ex illis, ſi ipſi in
animo fuerit illas divulgare, quod quum non acciderit, merito omnia rejicimus.

Satis

Satis ſuperque nunc, ni fallor, oſtendimus quanti hæc Collectanea ſint æſtimanda, & quam præmium ampliſſimum (ſi Dîs placet) retulerit horum Collectaneorum Collector, adeo ut ipſas litteras & Collectanea Vulcano immolaſſe, aut quod eſt illorum meritum multo pejus potius perdidiſſe oportuerit, & ipſum in animo penitus infixiſſe antiquum illud dictum: γνῶθι σαυτὸν, quam ſibi tantum imperium in aliorum ſcripta arrogare; κρεῖσσον γὰρ τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ὀθνεῖα: immo quam pulchra eſſet res, ventoſæ loquacitatis homini ſingulorum nævos detegere, & ſemet ipſum ab omni macularum & turpiſſimorum errorum ſorde immunem præſtare: ſed hanc prærogativam Cœlicolarum Supremus ſibi reſervavit, ad quam licet homines ſumma ope contendant ſupra tamen humanæ ſortis faſtigium aſſurgere non valent.

Sicut autem, Vir Conſultiſſime, perhibentibus rei ruſticæ peritis agri ſingulis meſſibus variis mutatiſque ſeminibus uberiores præſtantioreſque fructus proferre ſolent; ita quoque ingenia noſtra vario meditationum genere magis ac magis recoluntur, atque hæc etiam cauſa eſt, cur hæc (ut ita dicam) portenta pro viribus debellanda ſuſceperim. Hæc itaque pro ingenii mei modulo, quo ſe quemque metiri oportet, ſufficiant. Quod autem ſi intellexero hoc chartaceum congiarium Tibi non ingratum accidiſſe, erit aliquando, ut me inſtiget alia & quidem majora ſuſcipere, & pluris faciam, quam Olympicis ludis coronatum fuiſſe. Quocirca hæc qualiacunque ſint, patrocinio Tuo protegere ne dedigneris rogo: & quod ſupereſt Deum oro, ut Reipublicæ litterariæ bono diu incolumis vivas. Vale igitur, Virorum Eruditiſſime, & hominem ama, qui Tuam amicitiam,

Dum raſtros patietur humus, dum vinea falcem,

inter ſortis ſuæ decora habebit, & omni obſervantia ſanctiſſime teſtabitur, quocunque eam vocaverit oblata occaſio. Iterum Vale. Dabam in urbe patria pridie Nonarum Junj. Anno CIƆ IƆ CXCIII.

00079852

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016